37
36 C
6

FORI ECCLESIASTICI
DECISIONES, CIVILES, MORALES, ET CRIMINALES
PARS SECVNDA
A CAESARE PANIMOLLE I. V. D.
Tribunalibus præcipuè Eccleſiaſticis, quibus præfuit

AE D I T AE,

Cum Adnotationibus ad ſingulas ferè Deciſiones firmantibus ſingulares Iuris Quæſtiones, iuxtà Moderniores Sacrarum Congregationum Reſolutiones, & Sacræ Rotæ Deciſiones, ad Ciuilem, Canonicam, Criminalem, Moralem Praxim apprimè diſpoſitis.

Præcipuè

De Fideicommiſſis.
De Matrimonio.
De Voto.
De Donationibus.
De Contractibus Minorum, & Mulierum.
De Solemnitatibus Statuti.
De Nullitatibus.
De Exceptionibus.
De Fructibus.
De Alienatione bonorum Eccleſiæ.
De Legatis.
De Sacris Ordinibus.
De Reſidentia.
De Regularibus.
De Irregularitate.
De Prædicatoribus.
De Emphyteuſi.
De Immunitate Eccleſiæ.
De Vſuris.
De Adulteris.
De Libello famoſo.
De Incendio, & Incendiario.
De Oſculo libidinoſo.
De Inceſtu.
De Poligamia.
De Raptu.
De Sacrilegio.
De Crimine nefando.
De Stupro.
De Abortu.
De Homicidio.
De Furto.
De Falſarijs.
De Monetarijs.
De Lenocinio.
De Bigamia.

R O M AE,
SVMPTIBVS IOSEPHI CORVI BIBLIOPOLÆ.

Ex Typographia Pauli Monetæ. MDCLXXXV. *SVPERIORVM PERMISSV.*

Imprimatur. ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Ioſeph Clarionus Ordinis Prædicatorum Reuerendiſſimi Patris Mag. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Pal. Apoſt. Mag. Socius.

INDEX
ARGVMENTORVM
ET ADNOTATIONVM
DECISIONVM PARTIS II.

ARGVMENTVM
DECIS. XLIII.

IMmiſſio vigore *l. fin.C.de edit. Diui Adrian.tollen.* fideicommiſſarijs quibus cõcurrentibus concedatur. Alienationes pendente conditione fideicommiſſi imputãtur in legitimam, ſi ſint factæ inter viuos, ſecus in vltimâ voluntate. Teſtamentum poſthumi præteritione nullum, & ruptum remanet quò ad inſtitutionem, ſecus quòad legata, & fideicommiſſa particularia, & quid ſi poſthumus fuerit ignoranter præteritus.

ADNOTATIO I.

Alienata pendente conditione fideicommiſſi an, & quando imputentur in legitimam.

ADNOTATIO II.

Filij in conditione poſiti an, & quando cenſeantur vocati.

ADNOTATIO III.

Subſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs quando expiret, vel cenſeatur inductum fideicommiſſum repet tiuum in ſequentibus, vt recedendum ſit à *conſilio Oltrad.* 21.

ARGVMENTVM
DECIS. XLIV.

VSura cenſetur quid quid accedit ſorti mutuatæ pretio æſtimabile. Pactum recipiendi tem mutuatam in eodem pondere, numero, & menſura tempore quò plus valet, an ſit vſurarium hic cum pluribus alijs caſibus reſoluitur.

Contrahens matrimonium cum ſorore fęminæ, quam carnaliter cognouit, abſque diſpenſatione Apoſtolica irritè contrahit. Quomodo verò coniuges ſe gerere debeant circa petitionem, & redditionem debiti, ſi alter eorum, vel vterque dubitet de valore matrimonij, vlterius docetur.

ADNOTATIO I.

Nummis aureis creditis an totidem exigere liceat ſi illorum valor augeatur, & quid ſi diminuatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XLV.

ABſtrictus voto caſtitatis contrahens matrimonium non tenetur ingredi Religionem ad ſeruandum votum; ſed poteſt matrimonium conſumare reddendo, & exigendo debitum.

Votum de non accedendo ad mulieres, ſi vouens dubitet, an intellexerit de acceſſu fornicario, vel vxorario non impedit celebrationem matrimonij.

Filius poteſt ducere Vxorem Patre inuito.

ARGVMENTVM
DECIS. XLVI.

EXcommunicatus ex ſola notitia Confeſſionis non eſt Vitandus, nec Sacramenta deneganda ſunt. Parochus licitè aſſiſtere poteſt matrimonio non obſtante impedimento dirimente in Confeſſione Cognito, quæ verò cautela vtenda ſit ex parte Coniugis contrahentis matrimonium cum occulto impedimento dirimente, vt alteri Coniugi innoteſcat nullitas ad effectum extorquendi nouum conſenſum, cautè tamen vt delictum non detegatur ad formam literarum Sacræ Pœnitentiariæ, accuratè traditur.

ARGVMENTVM
DECIS. XLVII.

BAnnitus, qui impune vbiquè poteſt occidi tanquam in periculo mortis conſtitutus licitè, & validè vti moribundus à quolibet ſimplici Sacerdote abſolui poteſt ab omnibus peccatis, & Cenſuris etiam Papalibus, ſecus ſi habeat ſaluum Conductum.

Vouens Religionem ſi non admittatur à ſuperioribus remanet liber, quod ſi vouerit ingredi Religionem, vt Clericus, ſi vti talis non admittatur, an teneatur ingredi, vt laicus, & quatenus non, an poſsit ducere Vxorem aſque diſpenſatione Apoſtolica affatim ventilatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XLVIII.

MAndans percuſſionem, ſeù Clerici homicidium, ſi Clerici mandatarius ab occidendo peruentus occidatur non incurrit excommunicationem, nec irregularitatem.

Occidens in Eccleſia in pura rixa, vel ad ſui defenſionem non priuatur immunitate Eccleſiaſtica.

ARGVMENTVM
DECIS. XLIX.

Maſculus vtens habitu muliebri, & ſe pro fœmina gerens committit crimen falſi & ſi vſus fuerit ob aliquam iuſtam cauſam nempè ad effugiendum hoſtes, extraordinaria pœna plectendus eſt.
Carceratus prò delicto, quod verè non commiſit, ſed ex Indicijs reperiatur conſtitutus in periculo vitæ, ad effugiendum ſupplicium, an impunè poſſit occidere Carceris Cuſtodem, & fugam arripere; caſus enucleatur.

ARGVMENTVM
DECIS. L.

Emptio fructuum pendentium valida eſt dummodo fiat iuſto pretio intra latitudinem pretij infimi, medij, & rigoroſi, emens verò frumentum vinum, & alias ſpecies viliori pretio ob anticipatam ſolutionem, an, & quando committat vſuram reſoluitur.

ADNOTATIO I.

An, & quando ob dilatam ſolutionem committatur vſura.

ARGVMENTVM
DECIS. LI.

Matrimonium ob impotentiam coeundi declarari poteſt nullum, & eſt locus ſeparationi, ſi probetur huiuſmodi impotentia per triennalem habitationem, & condormitionem per iuramentum vtriuſque vel ſaltem alterius, alio negante, & per iuramentum ſeptimæ manus propinquorum, vel vicinorum aſſerentium ſupradictos coniuges verum iuraſſe, concurrente probatione virginitatis mulieris per inſpectionem.
De ſignis impotentiæ, & an, & quando requiratur cohabitatio triennalis, & de alijs ſpectantibus ad materiam hic perutilia ponuntur.

ADNOTATIO I.

Quæ obſeruanda ſunt in hoc iudicio circa triennalem cohabitationem, electionem, & relationem peritorum, & inſpectionem Coniugum.

ARGVMENTVM
DECIS. LII.

Delictum copulæ carnalis, & adulterium tanquam difficilis probationis probatur indicijs, & coniecturis, ſi ſint vrgentes, certæ, & violentæ. Clericus prò hoc delicto, & pro iniuria illata in læſionem alterius honoris, qua pœna mulctandus ſit.
Clericus ſi detineatur in cuſtodia, vt è domo exire nequeat, an ab inferentibus hanc violentiam incurratur excommunicatio Canonis.

ADNOTATIO I.

Libellus famoſus, qua pœna puniatur?

ARGVMENTVM
DECIS. LIII.

Donatio facta in contractu venditionis quoad remiſſionem valoris iuſti pretij data ſcientia venditoris valet, ſed ſi non ſeruentur ſolemnitates à ſtatuto requiſitæ corruit, & poteſt dari de nullitate, licet agi nequeat remedio. *l. 2. C. de reſcinden. vend.* Donatio ex capite læſionis, an, & quando reſcindi poſſit, & competat manutentio, articulus examinatur.

ADNOTATIO I.

De ſolemnitatibus ſtatutarijs requiſitis ad validitatem contractus, & obligationis Mulieris, & minoris.

ADNOTATIO II.

Obligatio minorum, ac mulierum an, & quando ſubſiſtatur abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.

ADNOTATIO III.

Statuti ſolemnitates an requirantur in contractibus factis à Clericis minoribus, & præcipuè inter Clericum, & Laicum.

ADNOTATIO IV.

Solemnitates ſtatuti an ſint adhibendæ in donatione, renunciatione, & ſimilibus factis ab ingreſſuro Religionem.

ADNOTATIO V.

Statutum excluſiuum fœminarum an comprehendat Moniales.

ADNOTATIO VI.

Minor impugnans contractum ex capite nullitatis; an & quando teneatur ad reſtitutionem receptorum.
An, & quando dicatur factus locupletior, & res verſa in eius vtilitatem.

ADNOTATIO VII.

An nullitas contractus poſſit allegari à tertio, vel ſolum à priuilegiatis.

ARGVMENTVM
DECIS. LIV.

In alienatione bonorum Eccleſiæ copulatiuè requiritur iuſta cauſa, quæ reſultet, vel ex neceſſitate, vel euidenti, & indubitata vtilitate, vel ex incommoditate, & pietate, & ſolemnitas legitima, nempè beneplacitum Apoſtolicum.
Permutatio inter Eccleſias, & loca pia an fieri poſſit Epiſcopi auctoritate præcipuè in actu Diœceſanæ viſitationis, abſquè beneplacito Apoſtolico, articulus exaratur.

ADNOTATIO I.

Alienatio bonorum Eccleſiæ abſquè beneplacito Apoſtolico ſi ſit vtilis, an ſit valida, vel potius vti nulla à partibus reprobari poſſit.

ADNOTATIO II.

Emens ab Eccleſia, vel minore, an debeat eſſe ſollicitus de verſione.

ADNOTATIO III.

Fructus, à quo tempore ſunt reſtituendi, ſi contractus ſit nullus defectu ſolemnitatum.

ARGVMENTVM DECIS. LV.

COloni, & operarij Eccleſiaſticorum, ſi in officio, quo ab eiſdem deputati ſunt damnum faciant, cognitio cauſę ad forum Eccleſiaſticum ſpectat, ſed ſi ex famulorum culpa, & negligentia, an ad iudicem laicum.

Incendium dicitur caſus fortuitus in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, vt ſtipulas comburat, ſi ventorum vi vlteriùs egrediatur, & vicino fundo afferat nocumentum, non tenetur de tali incendio, niſi probetur dolus.

ADNOTATIO I.

Incendiarij qua pœna puniantur, & quando habeat locum pœna incendij, & damni dati emendatio.

ADNOTATIO II.

Damnum ex incendio proueniens quando, & à quibus ſit emendandum, & pœnam præſtandam.

ARGVMENTVM DECIS. LVI.

ECcleſiæ competit actio ſpolij prò extractis ab ea, & interdictum de libero homine exhibendo contra quoſcumque detinentes, licet extractionis participes non fuerint.

Extractus verò doloſis artibus, vel blandis verbis, an Eccleſiæ ſit reſtituendus, fuſiùs diſceptatur.

ARGVMENTVM DECIS. LVII.

LEgatum Dotis quotannis præſtandum puellis Virginibus orphanis, egenis, licet dari debeat carentibus patre, & matre, ipſis verò non concurrentibus vel ſi non ſint ætate nubiles etiam admitti poſſunt orphanę ex patre tantum.

Legatum verò relictum fœminis maritandis an poſſit dari Viduis, & maritatis, diſceptatur.

ADNOTATIO I.

Legatum factum virginibus maritandis, an debeatur ingredientibus monaſterium.

ADNOTATIO II.

Legatum relictum ſi duxerit certam perſonam an valeat.

ARGVMENTVM DECIS. LVIII.

VIr libidinosè oſculans mulierem honeſtam pœna Stellionatus, ſeù arbitraria punitur, concurrente tamen vi extendi poteſt etiam ad triremes, & ad mortem ſi magnæ concurrant circumſtantiæ, Mulier vero an propter oſculum libidinoſum amittat dotem, & diuortium fieri poſſit, articulus diſcutitur.

ARGVMENTVM DECIS. LIX.

CLerici Concubinarij de Iure communi, deponi, ſuſpendi, & beneficijs priuari poſſunt, de Iure vero Concilij Trid. requiritur trina monitio, vt prius fructibus, & deinde ipſis beneficijs priuari queant; quid ſi non habeant beneficia; latè quomodo puniantur prò hoc crimine, & quæ requirantur, vt quis Concubinarius dicatur, doctrina explicatur.

ARGVMENTVM DECIS. LX.

COnceſſio bonorum Eccleſię facta abſquè cauſa, & ſolemnitatibus, & inconſulto Romano Pontifice eſt nulla, validitas huius alienationis tota pēdet in euidenti vtilitate, quæ ex quibus reſultet, & quando ex curſu temporis præſumatur vna cum ſolemnitatibus, & beneplacito Apoſtolico adſantes prò bonis nulliter alienatis quando competat manutentio, vel reintegratio latè diſcutitur.

ADNOTATIO I.

Reintegratio Eccleſiæ prò bonis malè alienatis an, & quando competat, & à quo peti poſſit.

ADNOTATIO II.

Quæ vtilitas requiratur ad ſubſtinēdam alienationem bonorum Eccleſiæ.

ADNOTATIO III.

Bona Eccleſiæ, an, & quando inconſulto Romano Pontifice alienari poſſint.

ARGVMENTVM DECIS. LXI.

INceſtus crimen cum committatur inter perſonas, quibus matrimonium inter ſe contrahere prohibetur, pœna deportationis ſeu arbitraria punitur, pœna vero mortis inter aſcendentes, & deſcendentes, ſed ſi cum adulterio, & ſtupro, & Clerici, qua pœna prò huiuſmodi crimine mulctentur, materia diſcutitur.

ARGVMENTVM DECIS. LXII.

DE Iure Ciuili raptor honeſtæ mulieris pœna mortis multatur, & bona eiuſdem, & auxilium præſtantium raptæ applicantur, de iure Canonico Clericus deponitur, & laicus excommunicatur. & vigore Sac. Conc. Trid. durante raptu annullatur matrimonium, & aliæ pœnæ irrogantur.

ARGVMENTVM DECIS. LXIII.

VIrorum, & Vxorum pluralitas, tam Iure Canonico, & Ciuili, quam diuino Euangelico, & naturali damnatur, vndè coniugatus ducens aliam Vxorem, vel aliqua virum, cum abutatur Sacramento matrimonij, redditur ſuſpectus de fide; pœnæ verò, quibus huius criminis rei mulctari poſſunt, hic recenſentur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXIV.

Sacrilegium, an, & quomodo puniatur.

SAcrilegij pœna hodiè de Iure Canonico eſt arbitria, de Iure verò Ciuili eſt Capitalis, perpatrari poteſt vel ob violationem loci Sacri, vel per offenſionem perſonæ Eccleſiaſticæ, vel per copulam habitam cum moniali, vel per ſubreptionem rerum, quæ prò Sacris Cæremonijs deſeruiunt, caſus, & pœnæ reſeruntur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXV.

CLericus in Sacris conſtitutus ducens Vxorem deponitur ab officio, & beneficio, & penſionibus, & tanquam de hæreſi ſuſpectus ſubijcitur iudicio Inquiſitorum, efficitur Irregularis, & eſt excommunicatus, Clerici in minoribus amittunt beneficia vxoratus ad hoc, vt Religionem validè ingredi poſſit, quæ requirantur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXVI.

Sodomiæ crimen quomodò puniatur.

SOdomiæ flagitij pœna eſt mortis, tàm de Iure Diuino, quam Ciuili, quam Canonico, & Concremationis; Clerici degradantur, Curię ſæculari traduntur, & beneficijs priuantur, Sodomię pœna quando ſibi locum vindicet, doctrinæ excutiuntur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXVII.

Sodomiæ crimen quomodo probetur.

SOdomia inter occulta crimina connumeratur, probatur indicijs, & coniecturis, ſecùs ſi concurrat poſterioris partis fracturà, nam tunc per peritorum inſpectionem eſt recognoſcendum.

ARGVMENTVM
DECIS. LXVIII.

CLerici, & laici Præbentes poculum Abortionis, & ſterilitatis, quomodo puniantur.
Præbens poculum abortionis ſi nullus ſit conceptus fœtus, vel non formatus, vel animatus non tenetur pœna mortis, ſecus autem fœtu formato, & animato, aut recipientis morte ſecuta, præbens verò poculum ſterilitatis, ſi cum ſortilegijs ſit confectum tamquam homicida punitur; Clerici quomodo prò huiuſmodi delicto puniantur traditur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXIX.

DE eadem materia præbentium, & aſſumentium pocula amatorium, conceptionis, ſanitatis, & ſomniferi &c.

ARGVMENTVM
DECIS. LXX.

MAlè promotus, & exercens ordines, quos non habet, qua pœna puniatur.
Qui abſquè Canonica diſpenſatione, aut legitima licentia, ſiuè extrà tempora, ſiuè ante legitimam ætatem, vel abſquè literis dimiſſorijs promoueatur ad ordines ſacros remanet ſuſpenſus, & exercendo incurrit irregularitatem, exercens verò Ordines, quos non habet, quas pœnas incurrat, & ordinatus per vim an teneatur ad continentiam, & ad recitandum Officium ponuntur Doctorum ſententiæ.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXI.

CLericus Negociator quandò, & qua pœna puniatur.
Clericis Beneficiatis, vel in Sacris Conſtitutis, & Regularibus prohibitum eſt negociare, & mercaturam facere ſub peccato mortali, ſuſpenſione, & excommunicatione, & alijs pœnis etiam maioribus, ſi tertio moniti non deſiſtant, & ſubijciuntur ſpolio Eccleſiaſtico, an amittant forum, & teneantur ad ſolutionem gabellæ, & quæ negotiationes eiſdem permittantur prolixè explanatur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXII.

CLerici, & laici Vſurarij quomodo puniantur.
Agitur de pœnis, quibus tàm de Iure Canonico, quam Ciuili vſurarij mulctantur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXIII.

CLericus, & laicus prò homicidio, quomodò puniantur de Iure Canonico.
Clericus propter ſimplex homicidium non degradatur, ſed deponitur de Iure Canonico, et beneficijs priuatur, ſed hodie apud nos tranſmittitur ad triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum prò homicidio, & alijs delictis qualificatis, quando degradari debeat verbaliter, aut actualiter, & Curiæ ſeculari tradi ſingularia examinantur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXIV.

CLericus, & Laicus Graſſatores, Plagearij, Ambigei prò furto quomodo puniantur.
Clericus prò furto non manifeſto leni pœna punitur prò manifeſto deponitur, & in monaſterium detruditur, beneficijs priuatur, & in efficitur infamis, & prò grande furto etiam ad triremes condemnari poteſt, laici verò fures, Graſſatores, Plagearij, & Ambigei quomodò puniantur, demonſtratur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXV.

CLerici, & laici eximentes captum, ex manibus familiæ, quando, & quomodo puniantur.

Eri-

Eti piens è manibus familiæ captum confeſſum, conuinctum, vel condemnatum prò quocumquè crimine capitali punitur pœna mortis, (pro debito tamen ciuili pœna arbitraria, quandò liceat executoribus imponè reſiſtere, et deponentibus de reſiſtentia ſibi facta an ſit eiſdem credendum exaratur.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXVI.

Clericus, et laicus pro crimine falſi, quando, & quomodo puniantur.

Pœna falſi olim erat deportatio, hodiè eſt arbitraria, nempè pecuniaria, corporalis, triremium, & etiam mortis prò diuerſitate cauſarum, Clericus falſarius eſt deponendus, et ſupradictis pœnis etiam multandus, falſificantes literas Apoſtolicas; Imperatoris, ſubornantes teſtes, & ſimilia committentes, pœnis quibus multari debeant, referuntur.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXVII.

Monetarij, ſiuè laici, ſiuè Eccleſiaſtici quomodo puniantur.

Monetarij multantur pœna criminis læſæ maieſtatis; mortis ſcilicet naturalis, confiſcationis bonorum, feudorum; infamiæ, & Clerici, ac Regulares prœuia degradatione Curiæ ſeculari traduntur in ſtatu Eccleſiaſtico, tondentes verò, minuentes, radentes, colorantes, retinentes, aſportantes, & expendentes falſam monetam quando, & quomodo puniantur, explanatur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXVIII.

Depopulatores agrorum, & inciſores arborum qua pœna puniantur.

Depopulatores agrorum de Iure Communi pœna mortis, ſed de conſuetudine extrà ordinem puniuntur, & immunitate Eccleſiaſtica priuantur; Beneficiatus incidendo arbores fructiferas quas pœnas incurrat, oſtenditur.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXIX.

Incendiarij, qua pœna puniantur.

Incendiarij pœna mortis puniuntur, ſi incendium ſit factum in ædibus, per quod deformetur Ciuitas, ſecùs ſi in capanna, ſeù domuncula, de Iure Canonico, vltrà damni refectionem excommunicantur, & alia quæ ad materiam faciunt explanantur.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXX.

Non reſidentes quandò, & quomodò Beneficijs priuari poſſint.

Index Tomi Secundi.

Beneficijs, vt quis inſtè, & validè priuari poſſit ob non reſidentiam, ſi agatur contra Epiſcopos; & Archiepiſcopos eſt ſeruanda forma *Concilij Tridentini ſeſſ. 6. de Reformat. cap. 1.* ſi contra Parochos alia forma tradita *in ſeſſ. 23. de Reform. cap. 1.* nempè vt compellantur incipiendo à Cenſuria, deindè per ſoberactionem fructuum, vlterius ſi perſonaliter citari nequeant, vltrà trinum edictum citatorium expectandi ſunt per ſex menſes iuxtà diſpoſitionem *cap. ex tuę de Cleric. non reſident.* ſi verò agatur contrà Canonicos Cathedralium, & Collegiatarum, abſentes prò primo anno priuandi ſunt dimidia parte fructuum, ſecundo anno omnibus fructibus, & creſcente contumacia, vt Canonicatu priuari poſſint, eſt etiam ſeruanda forma dicti *cap. ex tuę.*

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXI.

Lenocinium quomodo puniatur?

Lenocinij pœna de Iure digeſtorum, eſt eadem quæ irrogatur prò crimine adulterij de iure Authenticorum eſt vltimi ſupplicij, hodie verò eſt arbitraria parentes lenones ſuarum filiarum, & mariti ſuarum Vxorum, an, & quomodo puniantur, explanatur.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXII.

Clericus ſi Beneficijs priuetur, an ſit alendus. Non eſt locus pœnæ priuationis beneficiorum, niſi in caſibus in Iure expreſsis, quando vero Clericus beneficium ipſo Iure amittat, vel per ſententiam veniat priuandus referuntur caſus, & ſtante priuatione, an ſit alendus, dantur regulæ.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXIII.

Clericus plures miſſas in eadem die celebrans vel omittens debitas ſolemnitates, & inebriari ſolitus, quomodo puniatur.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXIV.

Cognitio cauſæ, an confugiens, ſeù extractus ab Eccleſia gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, etiam quoad Regulares ſpectat ad Epiſcopum, Vnde poteſt confugientes ad Monaſteria Regularium in caſibus exceptis extrahi facere, Vicarius Capitularis ſede vacante non poteſt cognoſcere huiuſmodi cauſas, nec exequi Apoſtolicas diſpenſationes, & in irregularitatibus, & impedimentis occultis diſpenſare, Clerici, & Re-

gulares, an gaudeant Eccleſiaſtica immunitate in caſibus non exceptis, ſi ad loca immunia confugiant quæſtio controuerſa examinatur.

ADNOTATIO I.

Regulares in ciuilibus, & coram quibus conueniri debeant.

ADNOTATIO II.

Regulares, quomodo ſubijciantur Epiſcopis quoad erectiouem Monaſteriorum, & numerum Religioſorum prò Regulari obſeruantia.

ADNOTATIO III.

Regulares in Criminalibus an, & quando ſubijciantur Epiſcopo.

ADNOTATIO IV.

Regulares an poſſint ab Epiſcopo Cenſuris ligari?

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXV.

EXtractus de Sacro ab Eccleſia, de facto eſt reſtituendus, comperit propterea interdictum de homine libero exhibendo contrà quoſcumque detinentes quamuis non extraxerint, reintegratio eſt facienda per repoſitionem extracti in eodem loco, cum refectione damnorum, nec ſufficit ſimplex excarceratio.

ADNOTATIO I.

Reſtitutio extracti ab Eccleſia quomodo facienda.

ADNOTATIO II.

Confugiens ad Eccleſiam an, & à quo, & quibus pœnis damnari poſſit.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXVI.

FRater prò honoris proprij reputatione, occidens Vxorem germani fratris non in actu veneris, & adulterij, ſed poſt longum temporis interuallum an mortis naturalis pœna plectendus ſit hic fuſiſſimè ponitur. Defenſio, quandò dicatur in continenti, & ex interuallo attenta iniuria perſonali, & reali articulus explicatur, defenſor ad defenſionem contumacis admitti debet, ſi inſiſtat prò moderatione pœnæ exceſſiuæ, ſi exceſſus ex Iuris regulis, et non ex probationibus facti deducendus ſit.

ADNOTATIO I.

Delictum calore iracundiæ, vel iuſto dolore quandò commiſſum dicatur, & excuſet à pœna ordinaria.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXVII.

GAudet immunitate Eccleſiaſtica, qui cum armis, prohibitis in Eccleſia ſe recepit, nec à laica poteſtate armis ſpoliari poteſt; Eccleſia gaudet immunitate, etiam quoad fabricam, & parietes exteriores prout eius ſtillicidium viam publicam occupat, ſecus extrà ſtillicidium, prout viæ publicæ conducunt; Oratorium Confraternitatum laicorum ſi ſit auctoritate Epiſcopi fundatum gaudet immunitate Eccleſiaſtica, extrahens inuitum è loco immuni, an incurrat excommunicationem ipſo facto, exactè refertur.

ADNOTATIO I.

Debitores vna cum bonis ad Eccleſiam confugientes, an ſint tollerandis, & bonis ſpoliari poſſint.

ADNOTATIO II.

Abſolutio excommunicationis incurſæ ab violatam immunitatem Eccleſiaſticam an ſit ſolum Papæ reſeruata.

ARGVMENTVM

DECIS. LXXXVIII.

FVrantes in Eccleſia non priuantur eius immunitate Eccleſia eodem priuilegio immunitatis gaudet quoad confines intrà circuitum 30. vel 40. paſſuum, ſi exiſtant extra mœnia Ciuitatis, an autem de conſuetudine ſeruandum ſit intrà mœnia, & an Domus adiacentes Eccleſijs, præcipuè laicis locatæ, Seminarium, Palatium Epiſcopale, Monaſteria Religioſorum eadem immunitate gaudeant quoad confines, & partes exteriores prolixè exemplificatur.

ADNOTATIO I.

Oratorium, Domus Confraternitatum, & Clericorum in Communi viuentium, & Palatia Cardinalium an, gaudeant immunitate Eccleſiaſtica.

ADNOTATIO II.

Palatium Epiſcopi an, & quando gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.

ADNOTATIO III.

Hoſpitale an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.

ARGVMENTVM
DECIS. LXXXIX.

IRregularitas nõ incurritur propter vulnus, ſeu ſtrigium illatum, ſed tantum propter homicidium, vel propter mutilationem membri, quod habeat ſuum particulare officium ab alijs diſtinctum etiam ſi ex ſimplici vulnere ipſe vulneratus propter deformitatem irregularis remaneret, in dubio an, & quando quis ſe prò irregulari gerere debeat apprimè delucidatur.

AD-

ADNOTATIO I.

Irregularitas ex defectu animę, quando inducatur.

ADNOTATIO II.

Irregularitas ex defectu corporis an, & quando inducatur.

ADNOTATIO III.

Irregularitas an, & quandò ex delicto oriatur.

ADNOTATIO IV.

De Irregularitate ex defectu Sacramenti ideſt Bigamia.

ADNOTATIO V.

Irregularitas ex voluntario homicidio an, & quando incurratur.

ADNOTATIO VI.

Irregularitas an, & quandò incurritatur propter membri mutilationem.

ARGVMENTVM DECIS. XC.

TEſtamentum an ſit ad pias cauſas non ex legatis, ſed ex hæredis inſtitutione deſumitur, vel ex ipſis legatis, ſi conſiſtat tantùm in legatis Pijs, vel abſorbeant maiorem partem hæreditatis, imperfectum ratione ſolemnitatum ſubſtinetur ad pias cauſas. ſecùs ratione voluntatis, quæ imperfectio, ex quibus deducatur, prolixè oſtenditur.

ADNOTATIO I.

Teſtamentum factum in loco exempto, vel coram Parocho, an, quandò ſit validum.

ANNOTATIO II.

Teſtamentum quando dicatur perfectum, tùm ratione voluntatis, tum ratione ſolemnitatum.

ARGVMENTVM DECIS. XCI.

COncio Sacra tempore quatrageſimali habenda eſt in Eccleſia Parochiali non obſtante conſuetudine habendi in Eccleſia Regularium, attenta præcipuè maiori populi commoditate, legis rigor infringitur, et per iudices fieri poteſt trangreſsio legum ex cauſa maioris vtilitatis, & neceſſitatis.

ADNOTATIO I.

Sacræ conciones vbi, per quos, et quomodò haberi debent.

ADNOTATIO II.

Prædicatoris electio, & ſolutio eleemoſinæ, quibus pertineat.

ARGVMENTVM DECIS. XCII.

CLericus ceſſante incorrigibilitate prò ſimplici homicidio non traditur Curiæ ſæculari, ſed hodie ad triremes tranſmittitur, & ab ordinibus, beneficijs, & priuilegijs deponitur.

Homicidium calore iracundiæ commiſſum mitius, & extrà ordinem punitur, dummodò ira ſit magna, exorta ex iuſta, & non iniuſta cauſa.

ADNOTATIO I.

Clericus ob delictum an, et quando priuetur beneficijs.

ADNOTATIO II.

Clericus prò homicidio, & ſimilibus delictis quomodo puniatur.

ADNOTATIO III.

Clericus prò quibus delictis veniat degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus.

ARGVMENTVM DECIS. XCIII.

POena ſtupri etiam violenti, hodiè de Iure Ciuili eſt arbitraria, de iure vero canonico ſtuprator, aut tenetur dotare, aut ducere in Vxorem, et aliam pœnam fiſco ſoluere; in crimine ſtupri, et copulæ carnalis socij criminis ad probandum admittuntur, ſi eū tortura maculam complicitatis purgauerint, Copula Carnalis, an probetur ex confeſſionibus extraiudicialibus, et teſtibus ſingularibus largè examinatur.

ADNOTATIO I.

Stuprum, et copula carnalis quomodò probetur.

ADNOTATIO II.

Pœna ſtupri an, et quando ſibi locum vindicet.

ARGVMENTVM DECIS. XCIV.

CLericus Sacriſta, et generaliter cuſtos, Depoſitarius, Commodatarius, an, et quando teneantur de cuſtodia rerum à latronibus derubatarum furtum, an, & quandò reputetur inter caſus fortuitos. Dominus, an, et quando teneatur pro delicto ſui famuli, fuſiſſimè diſceptatur.

ADNOTATIO I.

Caupones, ſtabularij, Nautæ, Commodatarij, Depoſitarij, et Cuſtodes an, et quando teneantur de furto rerum alienarum.

ADNOTATIO II.

In furto an detur iuramentum in litem, et probetur iuramento damni paſſi.

ADNOTATIO III.

Furtum quomodò puniatur.

ARGVMENTVM DECIS. XCV.

GRaſſatores viarum, vt priuentur Immunitate Eccleſiaſtica non ſufficit vnica graſſatio ſed requiritur plena, et concludens probatio quoad trinas graſſationes. Confugiens ad Eccleſiam, nec per viam expulſiuam, neque compulſiuam, nec malis artibus, nec blandis verbis directè, nec indirectè

extrahi

extrahi poteſt, et ſi extractio ſequatur, extractus venit reſtituendus.

ADNOTATIO I.

An reus è loco ſacro, inuitus, vel conſenſiens extrahi poſſit, et quibus caſibus extractis reddatur illicita.

ADNOTATIO II.

Graſſatores viarum, publici latrones, Incendiarij, Depopulatores agrorum, et furantes in Eccleſia, an, et quando gaudeant eius immunitate.

ARGVMENTVM.
DECIS. XCVI.

Edictum laicorum prohibens annonam extrà territorium deferri non ligat Eccleſiaſticos, etiam ſi reſpiciat commune bonum, adeò vt vtentes eodem edicto contra perſonas immunes ſunt ipſo iure excommunicati. Declaratoria cenſurarum ob violatam iuriſdictionem, vel immunitatem Eccleſiaſticam, an, et quando fieri poſſit abſque citatione, vel canonica monitione perſpicuè ponitur.

ADNOTATO I.

Declaratio cenſurarum in caſu violationis immunitatis, Eccleſiaſticæ, quomodò fieri debeat.

ADNOTATIO II.

An à ſententia excommunicationis, eiuſquè declaratoria, detur appellatio.

ARGVMENTVM
DECIS. XCVII.

Eccleſia ſi contrahat cum minoribus, vel mulieribus non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatutariæ, priuilegiatus verò, quandò agit cum æquè Priuilegiato potior eſt cauſa illius, qui agit de damno euitando, et conuenitur, rectè tunc opponit de defectu ſolemnitatum ſtatuti, an autem hoc caſu teneatur ad reſtitutionem receptorum, et an Vniuerſitates, et Barones poſſint condere ſtatuta amplìſſimè declaratur.

ADNOTATIO I.

Confirmatio ſtatuti ex certa ſcientia in forma communi, et in forma ſpecifica, an, et quandò inducatur.

ADNOTATIO II.

Statutum an poſſit tollere fidem inſtrumento, vt nequè contractus, nequè iuramentum in eo appoſitum probetur.

ARGVMENTVM
DECIS. XCVIII.

Canonici ſupranumerarij debent habere omnia iura Canonicalia, et vocem in Capitulo, ſi noua ſuperadditio purè emanauerit, ſecùs ſi ſub aliquibus reſtrictionibus, de emolumentis maſſæ communis, de diſtributionibus, quotidianis, anniuerſarijs, exequijs, et mortuarijs an, et quando participare debeant medullitus pertractatur.

ADNOTATIO I.

Canonicatus inſtituere, ad quem ſpectet, et Canonicorum numerus an augeri, et minui poſſit, et de Canonicis ſupranumerarijs.

ADNOTATIO II.

An legatum, quod relinquitur Canonicis prò miſſis cenſeatur relictum contemplatione tàm veterum, quam nouorum, vel Eccleſiæ, vel Capituli.

ARGVMENTVM
DECIS. XCIX.

Statutum laicorum excludens fœminas propter maſculos non comprehendit hæreditatem Clerici, cum ſit contrà libertatem Eccleſiæ, proùt ſi auferat Clericis ea, quæ de Iure communi eiſdem competunt.

ADNOTATIO I.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, an habeat locum in hæreditate Clerici, et comprehendat Eccleſiaſticos, et moniales.

ADNOTATIO II.

Alimenta, et ſumptus litis, an, et quomodò debeantur.

ARGVMENTVM
DECIS. C.

Ex cauſa impoſitionis oneris dignoſcitur eius natura an ſit reale, perſonale, vel mixtum. Eccleſiaſtici prò bonis è manibus laicorum acquiſitis tenentur ad onera merè realia, certa, perpetua, inuariabilia, infixa bonis propter bona, & non perſonis propter bona, onera Cameralia, ſeù ſubſidium triennale, an ſit onus reale tranſitorium ad Eccleſiaſticos prò bonis à laicis acquiſitis, materia reſoluitur.

ADNOTATIO I.

Collecta quibus imponatur, & à quibus exigi poſſit.

ARGVMENTVM.
DECIS. CI.

Inſtitutio præſentati ex edicti omiſſione redditur nulla, ſecùs vbi viget conſuetudo poſt præſentationem non publicandi edictum, non tamen redditur nulla præſentatio, ſed de nouo admittenda, et præſentatus inſtituendus eſt.

ADNOTATIO I.

Idoneitas ad obtinenda Beneficia ex quibus probetur, et quandò magis idoneus præferendus.

ARGVMENTVM
DECIS. CII.

Matrimonium contractum per vim, et metum eſt ipſo iure nullum, metus deducitur ex contrahentis auerſione, ex protellationibus, lamentationibus, ante, et poſt matrimonium emiſſis; ex minis, concurrente reuerentia minanti debita ex terrore armorum, et alijs corporis cruciatibus.

ADNOTATIO I.

Metus iuſtus, ex quibus deducatur ad reſcindendum matrimonium, & contractus.

ADNOTATIO II.

Ex quibus excludatur metus, & ratificetur matrimonium metu contractum.

ARGVMENTVM

DECIS. CIII.

FVrti pœna tenetur recipiens pignori ſcienter res furata, & tenetur Domino reſtituere abſque recuperatione pretij crediti, & quid ſi ignoranter.

ADNOTATIO I.

Emens rem furtiuam, quando teneatur de furto, & reſtituere non reſtituto pretio.

ARGVMENTVM

DECIS. CIV.

Et aliarum vſque ad Deciſ. 125.

DEſumuntur ex dubijs.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXVI.

IN Emphyteuſi Eccleſiaſtica ex pacto, & prouidentia non ſucceditur ſecundum legis ordinem, ſed ſecundum iura ſanguinis, pròvt quis eſt proximior ei vltimo loco defuncto, nec datur rapreſentatio, ſed vnuſquiſque ſuccedit ex perſona propria, ſecus in hæreditaria.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXVII.

EMphyteuſis Eccleſiaſtica non reuertitur ad Eccleſiam ob lineam finitam ſi exter Monachus in Religione capaci retenſionis bonorum, ſed acquiritur monaſterio, ſi Emphyteuſis ſit priuata, vel Eccleſiaſtica tranſitoria ad hæredes extraneos; Locus pius quando poſſit acquirere bona Emphyteutica Eccleſiaſtica ſaltem ad effectum vendendi, diſceptatur.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXVIII.

IN Emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa ad tertiam generationem primus inueſtitus facit primam generationem. Natura Emphyteuſis eſt, vt ſucceſſio deferatur ordine continuatiuo in deſcendentes vnius lineæ, nec fit ſaltus ad aliam lineam licet proximiorem. Caducitas ob canones non ſolutos incurritur ſi ab vno ceſſatum fuerit à ſolutione, etiam in præiudicium aliorum, qui non ſunt in culpa.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXIX.

CReditores an habeant ius ad hæreditatem delatam ſi heres debitor non adiuerit, diſcutitur.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXX.

STatus beneficij Eccleſiaſtici præſcriptione centenaria, quæ equipollet immemorabili mutatur.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXXI.

BEneficium Eccleſiaſticum non efficitur legatum relictum prò celebrandis miſſis; ex quibus tamen probetur eſſe Eccleſiaſticum, oſtenditur.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXXII.

ECcleſia ex contractu nulliter inito non cadit à ſua poſſeſſione, nec transfert in contrahentem, in Emphyteuſi Eccleſiaſtica penſio debet correſpondere fructibus, ſecus ſi concedatur res ſterelis, & ad hoc vt alienari ſolita dicatur vt abſque beneplacito Apoſtolico celebrari poſſit, quæ requirantur.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXXIII.

ADminiſtrator, factor, ſeù negociorum geſtor tenetur introitus exigere, & vendere, & congruo tempore pulſare debitores, adeovt ſi ob eius negligentiam efficiantur non ſoluendo tenetur de neglectis, & non exactis.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXXIV.

REctor ſi decedat poſt recollectionem fructuum beneficij an eius hæredes teneantur contribuere, & preſtare moderno ſucceſſori ratam fructuum perceptorum vt ſe ſuſtentari poſſit, diſceptatur.

ARGVMENTVM

DECIS. CXXXV.

CAducitas rei Emphyteuticæ excluditur, ſi alienatio fiat cum reſeruatione conſenſus Domini di-

directi, etiam ſi deueniatur ad traditionem, cum contineat eandem conditionem, vt Domino diſſentiente reſoluatur, ſi adiecta fuerit Clauſula *non alias aliter &c.* & prolixe materia alienationis bonorum Eccleſiæ pertractatur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXXXVI.

SEqueſtrum de facto conceſſum de facto reuocari debet, nec à ſequeſtrationibus eſt inchoandum iudicium, ſecus ſi concurrat dilapidationis ſuſpicio, ſingulares in materia penſionis hic dantur concluſiones.

ARGVMENTVM
DECIS. CXXXVII.

ESt locus gratificationi quando præſentati ad beneficium de iurepatronatus ſunt pares in voce. Iuſpatronatus factum pluribus perſonis nominatim cenſetur vnicuique prò virili acquiſitum, an transeat ad fœminas, & alia notabilia concernentia materiam iuriſpatronatus ſubiciuntur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXXXVIII.

MAnutentio iuris preſentandi datur poſſeſſori tempore motę litis, vel paulo ante, adeovt Patronus, qui habet titulum, & exiſtit in poſſeſſione vltima præſentādi præferatur Compatrono, qui habet ſolum titulum.

ARGVMENTVM
DECIS. CXXXIX.

LAicus præſentatus ad beneficium de iurepatronatus cum Clauſula dummodo quam primum clericali tonſura inſignitus fuerit, an initiari poſſit ab Epiſcopo beneficij, & poſtea eundem inſtituere, & beneficij poſſeſſionem tradere diſceptatur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXL.

BOna Emphyteutica Abbadiæ Nonantulæ ſi vigore breuis Clementis VIII. affrancari debeant præuia ſolutione ſcutorum quinque pro quolibet centenario ſunt æſtimanda vti allodialia, & ad rationem fructuum perceptorum per 20. annos, qui verum rei valorem conſtituunt.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLI.

PArochus aſſiſtens matrimonio inter conſanguineos, & affines in gradibus prohibitis incurrit ſuſpenſionem. Matrimonium celebratum inter ſupradictos vigore diſpenſationis Apoſtolicæ non tamen facta mentione de copula habita eſt nullum; & quid ſi poſt obtentam diſpenſationem reiterata fuerit copula, & alia ſingularia practicanda in materia huius diſpenſationis explicantur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLII.

FAmuli laici Vicarij Generalis ſicut familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori, ſecus autem famuli Clericorum, niſi ſint perpetui.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLIII.

AGitur de pœna incendiarij, & an, & quando teſti deponenti de facto nocturno ſit credendum.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLIV.

DIffidantes ſe ad ſingulare certamen in aliquo loco, quo ſtatim tendunt, & ibi pugnant ex rixa ſuborta, & calore iracundiæ non incidunt in pœnas duelli, ad quas incurrendas, quæ requirantur, animaduertitur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLV.

HOmicidium ad defenſam commiſſum redditur impunibile, adeout liceat minantem præuenire, & occidere ſi in præparatione occidendi à minato dignoſcatur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLVI.

DE eadem materia, & quæ requirantur vt homicidium ad defenſam, et cum moderamine inculpatæ tutelæ, commiſſum [illegible] Clericus ob homicidium commiſſum ad defenſam an incurrat irregularitatem, Doctorum ſententiæ recenſentur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLVII.

CLericus prò homicidio qualificato, & ſimplici an, & quomodo puniatur, & ad hoc vt amittat priuilegium fori, quæ requirantur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLVIII.

PRæſumptio mandati in amico, & conſanguineo prò delicto commiſſo in eius vtilitatem non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam, ſed tantum extraordinariam mandatum in delicto quomodo inducatur, & multa alia quò ad offendentem collititantem in terminis bullæ Alexandrinę ſubnectuntur.

ARGVMENTVM
DECIS. CXLIX.

CLericus fornicator notorius deponitur ſi ſit incorrigibilis, alias ſuſpenditur, & quid ex *Concilio Tridentino*, raro tamen ob carnis fragilitatem beneficijs priuatur.

DECISIONES
MORALES, CIVILES, ET CRIMINALES CAESARIS DE PANIMOLLIS.
PARS SECVNDA.

PRÆNESTINA FIDEICOMMISSI.

ARGVMENTVM.

IMMISSIO vigore *l.ſi. C.de edit. Diui Adrian. tollen.* quibus concurrentibus concedatur fideicommiſſarijs. Alienationes pendente conditione fideicommiſſi inputantur in legitimam, ſi ſint factæ inter viuos, ſecus ſi in vltima voluntate.

Teſtamentum Poſthumi præteritione nullum, & ruptum remanet quo ad inſtitutionem, ſecus quò ad legata, & fideicommiſſa particularia, & quid ſi Poſthumus ignoranter fuerit præteritus.

SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſi exiſtentis probatur ex lecture Teſtamenti.
2 Fideicommiſſi purificatio iuſtificatur ex obitu inſtituti ſine filijs.
3 Obitus probatur ex fide Parochi extracta ex libro in quo mortui deſcribuntur. & n. 5.
4 Obitus alicuius ſine filija præſumitur, ſi ex aduerſo non doceatur de contrario.
5 Deficientia deſcendentium iuſtificatur, ſi ex aduerſo non iuſtificetur illos aliquando natos fuiſſe.
7 Bona aliqua quod fuerint fideicommittentis probatur ex diuiſione facta inter fratres.
8 Perſonarum legitimatio deducitur, ex teſtium depoſitione.
9 Proximior eſſe præſumitur, ſi nemo compareat, qui alium in gradu præcedere contendat.
10 In hæredem tranſeunt omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ defuncto competentes.
11 Hæres hæredis habetur ac ſi eſſet hæres primi teſtatoris.
12 Ceſſionarius cenſetur vna, & eadem perſona cum cedente, eiuſque iura conſequitur ad quemcunque effectum.
13 Immiſſio ex remedio *l.ſi. C.de edict. Diui Adrian. tollen.* quibus concurrentibus concedatur etiam contra tertios poſſeſſores, tam hæredibus directis, quam fideicommiſſarijs.
14 Teſtamentum poſthumi præteritione ruptum, & nullum remanet.
15 Limit. procedere quo ad inſtitutionem, ſecus quo ad legata, & cætera diſpoſita, & etiam quo ad fideicommiſſa vniuerſalia, n. 16.
17 Sublim. vt procedat in præteritione Poſthumi ſcienter facta, ſecus ſi ignoranter.
18 Clauſula Codicillaris, ſiue ſit concepta per verba futuri, ſiue præſentis temporis, ſiue teſtator poſt agnitionem poſthumi ſuperuixerit, ſiue non, etiam ſi de futuris liberis cogitauerit, & legata ſint parua, vel magna non operatur poſthumo ignoranter prçterito.
19 Limita quando ſimul concurrit quòd Pater poſt natiuitatem poſthumi ſuperuixerit, & potuerit mutare, & non mutauit teſtamentum, & quod alter filius ſit inſtitutus, & n. 21. & 22. & 23.
23 Clauſula codicillaris liberis inſtitutis operatur ſuum effectum, ſecus quo ad extraneos, n. 24. in ſi.
24 Non recipit interpretationem, per quam excludatur filius ab hæreditate paterna.
25 Clauſula codicillaris operatur ſuum effectum non obſtante præteritione poſthumi, ſi teſtator de futuris liberis cogitauerit, etiam ſi præteritio ſit ignoranter facta, n. 28.
26 Et cenſetur de futuris liberis cogitaſſe, ſi teſtator habebat tempore teſtamenti vxorem, & ſpem habendi ſobolem.
27 Pro vt etiam ſi clauſula codicillaria fuerit concepta per verba futuri temporis, ſecus ſi per verba præſentis temporis.
29 In legitimam imputantur primo loco alienata, & eximuntur ab onere fideicommiſſi.
30 Adeoque à ſucceſſiuè vocatis recuperari nequeunt.
31 Et hoc ius opponendi de iis detractionibus tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem, & tertium poſſeſſorem.
32 Limit. procedere in alienationibus, quæ fiunt inter viuos cum dominij traslatione, ſecus in vltima voluntate.
33 Teſtamentum non ſortitur effectum, niſi poſt mortem teſtatoris.
34 Immiſſio vigore *l.ſi.* vel Saluiani competit vocato prò recuperatione rerum alienatarum fideicommiſſo ſubiectarum.

DECISIO XLIII.

SImon Gerardus ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Coſimum eius filium, eique decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit Franciſcum germanum fratrem, & eo euentum prædeceſſus ante obitum ipſius teſtatoris ſubſtituit Laurentium Saulinum, & Hectorem eiuſdem Franciſci filios, poſt conditum teſtamentum habuit duos alios filios, & licet poſt eorum natiuitatem tantò tempore ſuperuixerit, quod potuerit mutare teſtamentum, nulla tamen facta mutatione in eadem voluntate deceſſit, vita functo Simone, deceſſerunt præfati Poſthumi, deindè obijt Coſimus abſque filijs ſuperſtite tantum Laurentio, ad cuius propterea fauorem purificata fuit ſubſtitutio facta per dictum Simonem propter euentum condictionis obitus omnium vocatorum ſine filijs.

Hinc D Carolus Agabiius vti ceſſionarius Fuluiæ, & Iuliæ ſororum, & hæredum præfati Laurentij pro conſecutione multorum bonorum præfato fideicommiſſo ſubiectorum, & ſignanter vnius petiæ terræ laboratiuæ, & alterius pratiuæ, & ceſatæ de-

detentarum à RR. PP. Sancti Hieronymi Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, introducto Iudicio in foro Epiſcopali Prænestino inſtetit pro immiſſione vigore l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. & diſcuſſo dubio, petitam immiſſionem concedendam eſſe cenſui.

1 Quoniam de exiſtentia fideicommiſſi clare conſtat ex lectura teſtamenti Simonis, in quo expreſſe vocatus, & ſubſtitutus fuit Laurentius in caſu obitus Coſimi ſine filijs. Menoch. de adipiſcen. poſſeſ. remed. 4. num. 56. & 181. Saluſt. Tiber. in ſua prax. cap. 6. nu. 1. Angel. de acquirend. poſſeſ. q. 8. art. 14. num. 328. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 7. num. 34. Rot. deciſ. 211. nu. 12. & ſeq. & deciſ. 781. num. 8. coram Buratt. deciſ. 316. in princ. & num. 1. coram Card. Caualer. deciſ. 846. num. 1. deciſ. 862. num. 1. coram Amat. Dunozete. deciſ. 237. num. 1. p. 1. deciſ. 637. num. 1. part. 4. tom. 3. & dec. 244. num. 1. p. 7. in rec.

2 Fidecommiſſi verò purificatio iuſtificatur ex eo, quod Coſimus deceſſerit ſine filijs, nam eius
3 obitus plenè probatur ex fide Parochi extracta ex libro, in quo mortui deſcribuntur. Rot. deciſ. 220. num. 1. part 2. diuerſ. & deciſ. 321. num. 1. deciſ. 605. num. 4. deciſ. 700. num. 4. part. 1. deciſ. 605. num. 4. part. 2. deciſ 84. num. 5. & deciſ. 564. nu. 4. p. 5. tom. 2. deciſ. 168. num. 11. part. 7. in rec. deciſ. 78. num. 2. vbi Adden. lit. A. coram Gregorio XV. deciſ. 741. num. 9. deciſ. 862. num. 2. coram Amat. Dunozett. deciſ. 708. num. 31. coram Buratt. deciſ. 232. num. 9. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & in Cæſarauguſtana penſionis coram Iuſta inter impreſſ. penes Marcheſan. de commiſſ. part. 1. fol. 340. & in Romana fideicommiſſi 7. Februarij 1661. §. & abunde coram Taia.

4 Obitus ſine filijs præſumitur eo ipſo, quod ex aduerſo non docetur de contrario. Ad text. in l. ex facto 17. §. ſi quis autem ff. ad Trebell. Alex. conſ. 20. num. 12. & conſ. 39. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 578. ante num. 1. verſ. & quod deceſſerit, & conſ. 652. num. 7. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 49. nu. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 343. num. 8. Menoch. lib. 4. præſumpt. 182. num. 5. Capic. deciſ. 159 n. 11. & 12. Mantic. deciſ. 32. num. 2. Amat. Dunoz. dec. 862. num. 3. tom. 2. Rot. deciſ. 232. num. 10. poſt Zacchiam de oblig. Cameral. dec. 436. n. 3. p. 1. & dec. 408. num. 3. p. 5. in recent.

5 Prout etiam deficientia deſcendentium remanet ſufficienter iuſtificata, dum ex aduerſo non probatur illos aliquando natos fuiſſe, vt probat textus in l. ex facto 17. § ſi quis autem ibique Caſtr. ff. ad ſen. Con. Trebell. Aldobrandin. conſ. 80. num. 4. & 5. lib. 1. Surd. conſ. 92. num. 16. Conar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 6. verſ. quaſi non probata. Duran. deciſ. 301. num. 5. Amat. Dunoz. deciſ. 741. nu. 31. deciſ. 79. num. 12. par. 5. in recent. & in Bononien. fideicommiſſi, ſeù Domus 10. Decembr. 1646. coram Bichia, & in Bononien. fideicommiſſi 28. Iunij 1651. § etenim deficientia coram Card. Celſo.

6 Superuiuentia dicti Laurentij, & quod vltimo loco deceſſerit ſub die 5. Auguſti 1655. pariter iuſtificatur ex fide Parochi extracta ex libro Parochiali mortuorum, iuxta auctoritates ſupra allegatas, & tradunt. Imol. conſ. 110. in fin. Rebuff. in tract. de regiſtr. ſeù lib. Baptiſt. Genua de ſcriptur. priuat lib. 5. in tit. de libr. Plebanor. quæſt. 1. num. 1. fol. mihi 271. vbi allegat Crauet. de antiq. tempor. in §. videmus num. 1, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 672. num. 13. & concluſ. 1070. num. 4. Ioſeph. Ludon. dec. Peruſ. 12. n. 17. p. 1.

7 Vlterius quod bona, de quibus agitur fuerint in bonis Simonis fideicommittentis, illiuſque fideicommiſſo ſubiecta, conſtat ex publico inſtrumento diuiſionis factæ inter ipſum Coſimum, & Franciſcum Germanum fratrem Simonis, in quo expreſſe enunciatur præfata, & alia bona diuiſa, & conſignata ſpectare ad hæreditatem Simonis, vt in puncto docet Fuſar. de ſubſtit. qu. 618. num. 12. ex Menoch. conſ. 207. num. 12. Barbat. conſ. 14. lib. 3. Dec. conſ. 76. num. 9. lib. 3. Marzar. in Epit. de fideicom. qu. 58. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 778. num. 23. Magon. deciſ. florent. 27. n. 19. Cæſar. Barz. deciſ. Bonon. 2. num 15. Rot. deciſ. 862. num. 7. verſ. demum quod in fin. coram Amat. Dunoz. & dec. 88. nu. 12. p. 7. in rec.

8 Demum perſonarum Fuluiæ, & Iuliæ legitimatio, nempe quod ſint ſorores dicti Laurentij, à Franciſco, eiuſque legitima vxore progeniti, probatur ex depoſitionibus teſtium formiter examinatorum, vt in ſimilibus terminis dixit Rot. dec. 846. n. 3. & dec. 862. n. 6. ſub verſ. cum igitur coram Amat. Dunoz. tom. 2.

9 Et cum nemo compareat, qui illas in gradu præcedere contendat, proximiores eſſe præſumuntur, vt notant DD. in l. vt pateſt ff. de acquirend. hæred. ibique Iaſ. Alex. cæteriſque communiter Surd. conſ. 241. num. 26. & deciſ. 106. num. 8. Peregrin. de fideicomm. art. 43. num. 60. cum plurib. ſequ. Tiraq. de retract. lignag. § 9. gloſ. 1. num. 6. cum ſeq. Rot. deciſ. 1219. num. 1. coram Card. Seraph. deciſ. 693. num. 2. p. 2. rec. & in Romana fideicommiſſi de Curpianis 13. Ianuar. 1651. §. ſiquidem in fin. coram Veroſpio.

10 In quas propterea ſorores omnes actiones tranſierunt, tam actiuè, quam paſſiuè, prò vt Laurentio competebant ſuper hæreditate Simonis, vti eius hæredes, vt tot. tit. C. vt act. ab hæred. & contra hæred. Rot. deciſ. 270. n. 12. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & dec. 176, num. 1. & 2. p. 6. in rec. adeo ut vti
11 hæredes hæredis, habeantur perinde, ac ſi eſſent hæredes primi teſtatoris, Aym. conſ. 298. n 9.

12 Et ex earum perſonis in Carolum Agabitum ceſſionarium, qui ſucceſſit in locum dictarum hæredum, & vna, & eadem perſona cum eiſdem reputatur, & omnia, & ſingula iura cedentium conſecutus fuit ad quemcumque effectum, l. ſi à creditare 7. C. de action. & oblig. l. emptor vbi Bart. in primo notabili C. de hæred. vel action. vend. can. denique 7. qu. 1. Crat. conſ. 83. num. 10. & 11. Cinc. de cenſib. qu. 67. num. 5. Carienal. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſ. 26. num. 1, Salgat. in laberit. creditor. p. 1. cap. 26 §. vnico num. 6. & 7. Gratian. diſcept. foren. cap. 733 num. 22. Surd. conſ. 166. num. 13. conſ. 169. numer. 1. lib 2. & in tract. de aliment. tit. 8. quæſt. 55. num. 8. Surd. deciſ. 308. num. 1. Rot. deciſ. 121. num. 2. coram Gregor. XV. deciſ. 534. num. 1. par. 3. dec. 487. nu. 4. par. 4. tom. 2. dec. 411. num. 25. part. 5. tom. 1. deciſ. 74. num. 3. part. 7, deciſ. 244. num. 1. part. 9. tom. 1. deciſ. 357. num. 36. eadem part. 9. tom. 2. in rec. & in Romana pecuniaria 1. Iulij 1650. §. non obſtat coram Meltio, in Romana contributionis 15. Iunij 1665. §. quod autem coram Card. Cerro, & in Bononien.

Cen-

Cenſus 5. Iulij 1666. §. quia de obligatione coram Bourlemont.

13 Quibus concurrentibus denegari nõ poteſt immiſſio ex vtili remedio l.fi. C.de edict. Diui Adr. tollen. quæ competit ne dum hæredibus directis, ſed etiam fideicommiſſarijs, in quos abſque alia verbalis reſtitutionis ſolemnitate tranſeunt iura & actiones probatis extremis. Bart.in d. l.fi. C. de Edict. Diui Adr.tollen.ſub.n.9. verſ.adde etiam, Hõded.conſ.64.n.56.& ſeq.lib.1, Peregr.de fideic. art. 2. n.60.& 61.Rot.dec.846.n.4. & 5.coram Amot. Dunozett.tom.2.dec.237.n,1.p.1.dec.301.n.6.p.7.in rec. in Bononien.Fideicommiſſi de Rub. 30. Maij 1646. in prin.coram Card. Corrado, & in Bononien. Fideicom.18. Maij 1648. coram Meltio.

Quod remedium poſſeſſorium competit etiam contra tertium poſſeſſorem, vt eſt communis opinio, glo.fin.in l.penultima C.ad S.C. Trebell. Bart, in l.fin.ſub n.5.verſ.eſt, & alia differentia C.de edict. Diui Adrian.tollen. Gobr.conſ.44.num.6. & 7.lib.2. Peregrin.de fideicom.art.2.n.60 & art.48.nu.20. & 21.Rot.dec.204.ſub n.4.coram Cardinal. Canaler.deciſ.167 ſub n.2.& 3. coram Coccino, dec. 258. ſub n.7.& 8.coram Durano dec.846. n.4.& 5. & deciſ. 862.n.8.coram Amat. Dunozet.tam.2. deciſ.34. nu. 24.par.2. diuerſ.dec.328.n.1.p.1. deciſ.298.n.1.& 2. deciſ.301.num.5. & 6. deciſ.306.n.1.par.6, dec.135 num.22. par.7.in recen.

14 Neque prædictis reſiſtit, quod Simon poſt cõditum teſtamentum alios ſuſceperit liberos, ex quorum natiuitate, ſeu agnitione eius teſtamentum, ſtante præfatorum præteritione, nullum, & ruptum remanſerit, l.fin ff.de lib. & poſth. §. illud quoque Capitulum in Auth. vt cum de appell. cogno. & quod in hoc nulla ſit inter DD. controuerſia teſtatur Clar. in §. teſtamentum q.45. num. 1. Capra conſ.106. n.7. conſ.157. n.16.& conſ.95.nu.1. Rot. dec.46.n.6.poſt Merlin.de legit.repetito in recen. dec. 770.p.2.dec.170. num.1.& 9, & deciſ. 106.num.1. par. 7. in recent.

15 Quia hodie huiuſmodi nullitas operatur tantum quo ad inſtitutionem, ſecus autem quo ad legata.& cætera diſpoſita, iuxta textum ſingularem in Auth.ex cauſa C.de liber.præter. ibi. ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutiones, cætera namque firma permanent. Auth.vt cum §. illud de appell. cognoſ. Bald. in l.ſi cum, vel in vtero C, de militat. teſtam. Gomez. ad l.Tauri 24. ſub n.3. Dec.conſ.86, n.2.Paccian.conſ.132. nu. 127. Rol.conſ.71.num.56. lib.2.Pariſ.conſ.60. num.11.& 12. lib.2. conſ. 64. num.2. eodem lib.2.Clar.in §. teſtamentum q. 52. in princ. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.4.nu. 16. Gail.pract.obſer.lib.2.obſer.134. n.1. Craſſ. de ſucceſſ.§. legatum q.67.num.2. verſ. ſed quæro Gratian.diſcept.forenſ.cap.498.num.6. & 7. Antonel. de tempore legal.lib.1.cap.63. nu.1. Rot. in Auenionen. Legitima 30. Iannar. 1654. ſub princ. coram Pentingerio.

16 Et licet quo ad legata, & relicta particularia non ſit controuerſia, tamen quod diſpoſitio dictæ Auth. ex cauſa, C.de liber.præter. ſibi locum vindicet etiam quo ad fideicommiſſa vniuerſalia communiter tradunt ſcribentes in eadem Auth. Bart.nu. 18. Alex.n.8. Iaſ.n.8.verſ.5.limita, & nu.11. Imol. in l.filio præterito num.36. verſ. non autem comprehendat ff.de iniuſt. rupt.teſtam. Corn. conſ.195. nu.5. latè Dec.cauſ.89.num,3. Pariſ, conſ. 60.num.8.9. & 11.& conſ.65.n.18.Soccin.conſ.92.n.3. lib.4. Ancar. conſ.144.n. 1. Rom.conſ.181.n.3. Faber.in ſuo Codice tit.de liber. præter. lib. 6. dif. 2. Clar. in §. teſtamentum qu.54. in prin.Guil.pract, obſer. lib.2. obſer. 134. num.2. & per tot. Antonell.de tempore legali lib.1.cap.63.n 1.Rot.dec.840.n.2.& 3.coram Card, Seruph. & ratio eſt quia fideicommiſſa non impediunt ſucceſſionem inteſtati, & ideo ſicuti filio inſtituto onus fideicommiſſi abſque iniuria imponi potuiſſet, ita etiam fideicommiſſa ſubſtineri debent in præiudicium præteriti, cui ſatis eſſe debet, vt inſtitutio corruat.

17 Minuſque refragatur quod diſpoſitio Auth. ex cauſa C.de liber. præter. & clauſula codicillaris procedat in præteritione poſthumi ſcienter facta ſecus ignoranter, nam tunc, nec legata, & relicta particularia ſubſtinentur, & ita in terminis dictæ Auth.ex cauſa iudicandum eſſe dixit, Clar.in §. teſtamentum qu.52.num.2.Bart.in dicta auth.ex cauſa ibique Iaſ col.4.ad fin. nu.4.verſ. tenendo tamen & col.8.in fin.n,16. verſ. ſecundo limita, Bal.in l. ſi cũ in vtero C.de milit.teſtam. Gomez.ad l.Tauri 24.ſub num.3. Dec.conſ.86.num.2.Paccian. conſ.132.n.117. Cephal.conſ.585.num.26. lib.4. Craſſ.de ſucceſſ. §. legatum; qu.67. n.3. Dilect.de arte teſtan.tit.3.caut. 10.num.4. Alex. conſ.41. n.6 lib.1. Bellon. de poteſt. eor quæ fiunt in contmen.lib.1. cap.30. num.3. Antonel.de tempore legal.lib.1.cap.60.ſub num.20. circa med.& de magis communi, & æquiori opinione teſtatur Gratian.diſcept.forenſ.cap.398.n.10. & 11. tom.2.Rot.in Auenionen. legitima 30. Iannac. 1654. ſub princ. verſ. ſiue in omnem euentum coram Pentingerio.

18 Et in terminis clauſulæ Codicillaris, quæ ſiue ſit concepta per verba futuri temporis, vel præſentis, ſiue teſtator poſt agnitionem poſthumi ſuperuixerit, ſiue non, ſiue de futuris liberis cogitauerit, ſiue non, ſiue legata ſint magna, ſiue parua, quod nihilominus nihil operetur poſthumo ignoranter præterito intrepidè tenendum eſſe affirmat Clar.in § teſtamentum qu.46.num.2. & præcipuè circa fin.verſ. ego vero, & ratio deducitur, quia tali caſu videtur deficere voluntas teſtatoris, cum non præſumatur voluiſſe extraneum hæredem ſuæ ſoboli præferre, l.cum Auus ibique DD. ff. de condict.& demonſt. Bar.in l.1. num.10. ff. de de iur.codicillor. Nicola de Mattarell. in Auth, ex cauſa vbi refert Bal.n.47.verſ.caue tibi, C.de liber. præter. Iaſ.in addit.ad Portium, inſtit.de codicill.n.6. in fin.& in l.Mater num.3. C.de inoff. teſtam. & in Auth.ex cauſa nu 24. vbi ita fuiſſe iudicatum per Senatum Mediolanenſem C.de liber. præter. ibique Curt.iun.n.70. Rub.conſ.112.n.2.conſ.123. nu 2.Soccin.conſ.153.in princ.lib.2. Alciat.conſ.70. n.4 lib. 9. tom.3: aliàs eſt 157. n.4.vbi de communi, & n.9.ſubdit contrariam opinionem eſſe contra æquitatem, & ratione carere, Alex.conſ.41.nu 6.vol.1. Grauagnon. lib.2.reſponſ.32.n.21.verſ. ex quibus omnibus liquet, & conſ.33.n.2.& 14.ead.lib 2. Dilect.de arte teſtandi tit.30.caut.10.n.3.Mantic.de coniect.vltim. volunt.lib.1.tit.10.num.3. Menoc.lib.4.præſumpt.33. num.29.verſ.altera eſt opinio, & conſ.199.n.3.& 4. vol.5.Ceual.in ſpeculo aureo opin.commun.contra cõmun.q.180.Marta de clauſ.p.3.clauſ.11.n.25. fo.mihi

490. vbi copioſè alios allegat. Gabr. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 8. n. 6. Theodoſ. Rub. ſingular. tom. 2. clauſ. 205. num. 33. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. q. 4. nu. 11. Antoncl. de tempore legali lib. 1. cap. 63. num. 15. 16. & 18. Theſaur, dec. 141. nu. 15. & in hanc opinionem inclinaſſe *Rot.* patet ex deciſionibus relatis per Martam loco citato *& in recen. dec. 367. n. 5. p. 2. deciſ. 405. n. 34. 45 & 53. p. 9. tom. 2. & pluribus allegatis in Romana de Mareſcottis 18. May 1646. §. nec obſueruut coram Ghislerio, & in Romana Fideicommiſſi de Agazzarijs 12. Decembris 1644. coram Pentingero, & in Auenionen. legitima 30. Ianuar. 1654. in fin. princ. coram eodem.*

19 Quoniam huiuſmodi ſententia duas notabiles
recipit limitationes in præſēti applicabiles primo
20 ſcilicet quando alter filius eſt inſtitutus, ſecundo
ſi pater poſt natiuitatem poſthumi tanto tempore
21 ſuperuixerit, quo potuit mutare teſtamentum, &
non mutauit, cum tunc cenſeatur voluiſſe decedere in eadem voluntate, quæ limitationes, licet ſeorſum ſumptæ reddantur dubiæ propter Doctorum diſcrepantiam, & contrarias hinc inde ſententias, quas refert, *Marta de clauſ. par. 3. clauſ. 11. num. 26. & 27. vbi de ſecunda limitatione, & de alia num. 28. de quibus etiam Gabr. lib. 6. tit. eodem de clauſ. concl. 8. à nu. 11. vſque ad 19. Craſſ. de ſucceſſ. in § legatum q. 67. n. 6.*

22 Tamen ſimul concurrentibus, vt concurrunt in caſu noſtro vtique quod ſuſtineatur teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis poſthumi ignoranter factæ ex clauſula codicillari, & conſequenter quod remaneant in ſuo robore nedum legata particularia, verum etiam fideicommiſſa vniuerſalia vigore *Auth. ex cauſa C. de liber. præter. pulchre tradit Marta de clauſ. p. 3. cla. 11. n. 28. verſ. adde tamen, vbi allegat. Bart. in conſ. 210 nu. 4. & conſ. 235. num. 2. Soccin. conſ. 93. in fin. lib. 4 Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. num 10. & ita nemine diſcrepante, & de omnium DD. vota firmauit Rot. dec. 228. num. 1. & per totam coram Puteo, lib. 2. fo. mihi 283. & patet ex alijs deciſionibus relatis per eundem Martam loco citato.*

23 Quod fortiſſima ratione corroboratur, quia hoc caſu manifeſtè apparet de enixa voluntate teſtatoris ſubſtituendi, & onus fideicommiſſi imponendi etiam filio poſthumo, ſicut impoſuit filio inſtituto, ad tradita per *Gabr. in tit. de clauſ. concl. 8. num. 19.* vnde ceſſat ratio deducta pro contraria ſententia, quæ videtur procedere, quando diſpoſitio fit ad fauorem extranei, & non proprij filij, tam tunc clauſula codicillaris non debet operari in præiudicium filij, nec recipere interpretationem per quam excludatur filius ab hæreditate paterna, cum hoc naturali ratione dictante repugnet voto, officio, ac amori paterno *l. cum auus vbi DD. ff. de condit. & demon. l. cum acutiſſimi C. de fideic. & obſeruat, Dilect. de arte teſtandi par. 3. caut. 10 num. 4. verſ. ſecunda, qui dicit, Gianagnon. reſponſ. 32. circa prin. verſ. additur lib. 2. Marta de clauſ. p. 3. clauſ. 11. num. 37.* Liberis vero inſtitutis clauſula Codicillaris operatur ſuum effectum. *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. q. 4. n. 8. & 10. Theſaur. dec. 141. num. 15. Rot. deciſ. 367. num. 5. in fin. par. 2. in recent.*

25 Quinimò non deſunt Doctores docentes quod ad hoc vt clauſula codicillaris operetur ſuum effectum exuberet, ſi teſtator cogitauerit de futuris liberis explicitè, vel ſaltem in genere *Alex. in Auth. ex cauſa n. 14. verſ. vnde C. de liber. præter. & conſ. 26. num. 5. verſ. vel poteſt reſponderi, conſ. 37. num. 4. conſ. 123. n. 10. lib. 1. Dec. conſ. 490. nu. 2. Ram. conſ. 172. verſ præmiſſis, & verſ. non refragatur Rol. à Valle conſ. 7. num. 18. lib. 4. Hond. qui de magis communi conſ. 74 num. 18. & 19. lib. 1. Rot. dec. 405. n. 50 p. 9. tom. 2. in recen.* & ratio eſt, quia cum teſtator in tali caſu cogitauerit de ruptura teſtamenti, & proſpexerit cauſas rumpentes, videtur implicitè cogitaſſe de poſthumo, qui eſt vna de cauſis rumpendi teſtamentum, vt ratiocinatur *Antoncl. de tempore legal. lib. 1. cap. 63. n. 8. 9. & 11. in fin.*

26 Quod autem Simon de futuris liberis cogitauerit euidentiſſimè deducitur, tum quia tempore conditi teſtamenti habebat vxorem, cum qua procreauerat Coſimum, quæ cum non eſſet ſterilis, ſed adhuc ambo iuuenes, & floridi, vtique habebat ſpem filios poſthumos habendi, prout poſtea tres alios ex eadem ſuſcepit, vt *ex Bald. Cor. Alex. animaduertit Gabr. lib 6. tit. de clauſ. concluſ. 8. num. 24.*

27 Tum etiam quia huiuſmodi clauſula codicillaris concepta fuit per verba futuri temporis nempe *ſi iure teſtamenti non valeret, valere voluit iure codicillorum,* quidquid aliud ſit quando concepta eſſet per verba præſentis temporis, quæ ad futurum minimè trahuntur, *Gratian. diſcept. for. c. 774. num. 38. & 39. & diſcept. 48. nu. 14. Marta de clauſ. par. 3. clauſ. 11. nu. 10. & 11. & 12. vbi ita dixiſſe Rot. coram Seraph. Blanchet. & Corduba in deciſion. per eum relatis, Rub. ſingular. tom. 2. clauſ. 205. nu.*
28 *n. 12. & ſeq.* & quod hoc caſu hæc clauſula etiam
poſthumo ignoranter prætcrito operetur tradunt *DD. pleno calamo relati per Gabr. lib. 6. cit de clauſ. clauſ. 8. num. 8.*

29 Parum etiam afficit aliud motiuum, quod bona relicta per Coſimum Patribus Sancti Hieronymi cenſeantur ab onere fideicommiſſi exempta, tamquam in legitimam ſibi iure naturæ debitam imputanda, & vti in hanc cauſam prælecta per alienationem, & diſpoſitionem de eiſdem factam *l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. vbi Caſtren. & Bart. in fin. idem Bart. in l. in quantum vbi DD. ff. ad l. falcid. Aret. conſ. 18. ſub n. 5. verſ. ex hoc ſequitur Ruin. conſ. 135. n. 11. lib. 3 Hond. conſ. 59. n. 12. lib. 1. Alex. conſ. 178. n. 4. lib. 5. Soccin. conſ. 36. in princ. lib. 1. Crauſ. in tract. de legit. in §. ex ſubſtantia n. 46. & plurib. ſequen. Peregrin. de fideicom. art. 39. nu. 1. 2. & 4. Gabr. in tit. de legit. concl. 4 n. 8. late Merlin, tract. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 3. n 4. Surd. dec. 170. num. 10. & dec. 316. n. 3. Gregor. XV. dec. 580. nu. 1. & 2. Seraph. dec. 321. n. 16. & in rec. dec. 315. n. 2. par, 2. dec. 200. n. 1. & 3. p. 1. & dec. 49. n. 1. poſt Cinc. de cenſib. dec. 1. n. 9. poſt Merlin. de legit. dec. 496. n. 15 dec. 540. nu. 1. coram Caualerio, & in Romana fideicommiſſi de Candidis 10. Martij 1649. §. quia ex ipſa in fin. coram Veroſpio, & in eadem 26. Iunij 1651. §. quæ portiones coram eodem, & in Ceſenaten. bonorum 15. May 1651. §. iuſtitia verò coram Albergato.*

30 Adeoque à ſequentibus in gradu ſucceſſiue vocatis recuperari nequeat ad textum *in l. 1. C. ad S. C. Trebell. Bart. in l. ſi tertius ff. de aqua plu. arcen. num, 3. Ripa in l. quartam. n. 4. ff. ad l. falcid. Rot. dec. 310. num. 3. coram Merlino, & in Romana fideicom-*

miſſi

miſsi de Candidis 26. Iunij 1651. in princ. coram Veroſpio.

31 Qua exceptione dicti Patres bene poſſunt ſe tueri, & auocationem fideicommiſſarijs impedire cum hoc ius opponendi tranſeat etiam in ſingularem ſucceſſorem, & tertium poſſeſſorem, *Bart. in l. ſi tertius n. 3. ff. de aqua plu. arcen. Ripa in l. in quartam n. 4. ff. ad l. falcid. Surd. conſ. 576. num. 41. & 42. Peregrin. de fideic. art. 39. n. 4. in fin. Gratian. diſcept. forenſ. c. 265. n. 5. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 580. n. 8. Rot. dec. 1. num. 4. poſt Merlin. de legit. & in Romana fideicommiſsi de Candidis 10. Martij 1649. in princ, verſ. ita vt tertij poſſeſſores coram Veroſpio.*

32 Nam obiectum procederet ſi alienatio fuiſſet facta inter viuos, quo caſu filius poteſt alienare, & alienationes imputantur in legitimam, ſi fiant cũ dominij translatione, propter æquitatem euitandarum litium, ſecus autem, vbi alienatio, vt in præſenti, facta ſit per viam vltimæ voluntatis, nã tunc non ſubſtinetur alienatio ſub prætextu, quod res in teſtamento relicta, electa fuerit in legitimã, & ratio eſt, quia per mortem grauati fideicõmiſſum purificatur, & ideò non eſt amplius locus electioni legitimæ, ſiue eius imputationi, etenim ante mortem teſtatoris non transfertur dominium rei alienatæ ex ipſa teſtamentaria diſpoſi-

33 tione, quæ cum non ſortiatur effectum, niſi poſt mortem teſtatoris, *l. 1. ff. de teſtam.* & hanc eſſe opinionem communem, & veriorem reprobato *Mãgil.* contrarium docente *in tract. de imputat. & de tract. q. 122. n. 36. in fin. & n. 57.* tradit *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 3. n. 16.* & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe iudicatum refert *Guid. Pap. q. 606. n. 1. per doctrinam Bald. in l. filium quem habentem C. famil. erciſcund. Ripa in l. in quartam nu. 104. ff. ad l. falcid. Cucch. de legit, tit. verum legitima ſit deducenda de ſingul. reb. n. 75. fo. mihi* 105. *Beltram in addit. ad Gregor. XV. dec. 580. n. 12.*

34 Quibus ita diſpoſitis vtique debetur ſupradicta immiſſio, quæ prò recuperatione bonorum, ac rerum fideicommiſſo ſubiectorum, contra naturam ipſius fideicommiſſi, vel teſtatoris prohibitionem alienatarum competit vocato ad cuius fauorem purificatum fuit fideicommiſſum vigore *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* vel vigore ſaluiani; quæ remedia poſſeſſoria competunt etiam contra tertios poſſeſſores, vt diximus, & eſt cõmunis opinio de qua, *Rot. dec. 204, n. 4. præcipuè in fin. coram Cardinal. Caualer. dec. 34. n. 24. p. 2. diuerſ. cum alijs allegatis in Bononien. fideicommiſſi 28. Iunij 1651. §. fin. coram Cardin. Celſo.*

SVMMARIVM.

1 Alienata per filium onere fideicommiſſi grauata de æquitate ſubſtinentur, & imputantur in legitimam, ſecus de rigore iuris.

2 Amp. etiam ſi teſtator prohibuiſſet bonorum alienationem.

Prohibitio alienationis bonorum non includit legitimam ibidem.

Legitima debetur abſque vllo onere, ibidem.

3 Fideicommiſſarius non poteſt impedire alienationem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum pro legitima filio debita.

4 Alienata primo loco imputantur in legitimam, etiam ſi ſint mobilia, & merces.

5 Ita etiam ſi de mobilibus fideicommiſſo ſubiectis nulla reddatur ratio.

6 Alienatio primo loco facta ſubſtinetur etiam ſi excedat legitimam, & declaratur.

7 Alienationes per filium factæ cenſentur adæquare legitimam.

8 Alienationes primo loco factæ ſubſtinentur ſecus ſequentes, & à vocatis retractari poſſunt.

9 Et fideicommiſſarius allegans fuiſſe factas alias detractiones anteriores probare tenetur.

10 Et vlterius probare tenetur eaſdem æquaſſe legitimam.

11 Limit. non procedere ſi ab hærede grauato non fuerit confectum inuentarium, nam tunc huiuſmodi onus probati ſpectat ad eundem hæredem.

12 Sublim. vt procedat, ſi hæres grauatus ageret ad legitimam, ſecus vbi agitur de ſubſtinẽda alienatione contra fideicommiſſarium.

13 Hæres grauatus non priuatur iure legitimæ ob aditam ſine inuentario fideicommittentis hæreditatem. 14.

15 Alienationes cenſentur adæquare legitimam, vbi concurrit defectus inuentarij, & hæredi contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.

16 Aſſerenti fuiſſe factas detractiones incumbit onus probandi, vbi filius confecit inuentarium.

17 Et ſatis eſt filio, vel hæredi aſſerenti non extare alia bona, ſecus ſi non confecerit inuentarium, cum tunc non ſtetur eius dicto 18.

19 Declara, vt procedat ſi hæres grauatus ſit actor, ſecus ſi reus. *Contrarium*, quod indiſtinctè concluſio procedat 20.

21 Declara 2. vt procedat in hæreditate paterna, ſecus in materna.

Filius hæres matris non præſumitur ſubtraxiſſe bona, ſi non confecerit inuentarium, ibidem.

22 In legitimam non imputantur bona ſolum hypotecata, vel pignorata, ſed ſolum alienata primo loco cum dominij translatione.

23 Hypoteca non inducit effectum translationis dominij, vel poſſeſſionis.

24 Limita, vt procedat in creditore extraneo, ſecus in non extraneo, ſed hæc diſtinctio reijcitur a Rota.

25 Limita 2. quando pignus, vel hypoteca conſtituta fuerit pro tanto pretio, vt non ſit ſpes luitionis.

26 Sublim. procedere in hypoteca ſpeciali, ſecus in generali.

27 Alienata imputantur in legitimam, ſi ſint voluntaria, ſecus ſi neceſſaria pro ſoluendo ære alieno.

28 Alienata ex permiſſione teſtatoris non imputantur in legitimam.

29 Alienata bona fide imputantur in legitimam, ſecus ſi mala fide.

30 Alienata non imputantur in legitimam ſtantibus bonis liberis.

31 Legitimæ detractio non poteſt fieri ex re particulari fideicommiſſo ſubiecta.

32 Nec ex re particulari ſpecialiter alienari prohibita.

33 Hæres licet cum beneficio inuentarij, non debet alienare bona particulari fideicommiſſo ſubiecta, ſi extent alia bona.

34 Alienata vltra legitimam, & trebellianicam retrotrahuntur quo ad exceſſum ad reintegrandum fideicommiſſum.

35 Et hæ retrotractiones an fieri debeant prò rata ab omnibus, an ab vltimis explicatur.

36 Et quid quoad legatarios.

37 Primæ alienationes, vt imputentur in cauſam legitimæ ad effugiendam retrotractionem, quæ dicantur.

38 Hæres extraneus in trebellianicam imputare debet fructus perceptos, ſi ſufficiant.

39 Nepotes ex filio debent fructus perceptos imputare in trebellianicam.

40 Filij primi gradus non tenentur fructus perceptos imputare in trebellianicam.

41 Etiam ſi filius deducere deberet duas quartas legitimæ, & trebellianicæ.

42 Exceptio quod primo loco alienata imputentur in legitimam debet eſſe liquida alias non releuat.

43 Hæres extraneus grauatus ſi alienauerit ante quam percipiat fructus prò detractione trebellianicæ tenet

alienatio, tenetur tamen ex fructibus deindè perceptis reintegrare fideicommiſſum.

44 Trebellianica detrahi non poteſt antequam adueniat caſus reſtitutionis.

45 Poteſt tamen hæres ante quam percipiat fructus per rei alienationem facere electionem, vt tempore reſtitutionis habeat effectum.

46 Fideicommiſſarius poſt alienationem rei in trebellianicam imputandæ, ſi hæres ex fructibus deindè perceptis non poſſit reintegrare fideicommiſſum, vt quia deceſſit non ſoluendo, non poteſt agere contra emptorem, quid quid ſit contra hæredem hæredis:

Alienata pendente conditione fideicommiſſi, an, & quando imputentur in legitimam.

ADNOTATIO I.

1 Licet iuris rigore, & ſubtilitate attenta, alienata per filium onere fideicommiſſi grauati, pendente eiuſdem fideicommiſſi conditione, non imputentur in legitimam, & trebellianicam, ſed nullæ cenſeantur, attenta tamen æquitate ad effugiendum circuitum, & ne rerum dominia maneant in incerto ſubſtinétur, nec retractari poſſunt, ſeu in creditum filij veniunt imputanda, dummodo bona fide facta ſit alienatio, iuxta auctoritates in deciſione allegatas, & notant *DD. communiter in l. Marcellus §. res quæ ff. ad trebell.*

2 Amp. 1. procedere etiam ſi teſtator expreſsè prohibuerit ſuorum bonorum alienationem, ad effectum perpetuò in familia conſeruandi cum huiuſmodi prohibitio non includat legitimam, tamquam iure naturæ debitam, quæ propterea debetur abſque vllo onere fideicommiſſi, eiuſque detractio prohiberi non poteſt, *Gabr conſ. 124. n. 37. conſ. 110. num. 25. lib. 1. Natta conſ. 145. n. 12. Bero conſ. 93 num. 21. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 3. num. 6. Peregrin. de fideicom. art. 39. ſub n. 4. verſ. effectus autem, Rot. deciſ. 321. num. 16. & 17. coram Cardin. Seraph. deciſ. 462. ſub num. 6. verſ. & in omnem euentum cum ſeq. par. 4. deciſ. 542. num. 8. verſ. quia DD. placuit, par. 4. in recent. & in Medialanen. bonorum 21. Maij 1649. §. vltima verò exceptio, coram Card. Carrodo.*

3 Amp. 2. vt fideicommiſſarij non poſſint impedire iſtas imputationes, ſed ipſis inuitis, & reluctantibus filius alienare poteſt bona fideicommiſſaria ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſua legitima *Rub. conſ. 157. num. 3. in fi. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 3. num. 7. Surd. dec. 316. nu. 2. & 8. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec. 580. n. 7.*

4 Amp. 3. vt procedat etiam ſi primo loco alie-
nata ſint mobilia, *Soccin. conſ. 16. n. 13. lib. 3. Hon-
ded. conſ. 49. num. 12. lib. 1. Beltram. in addit. ad Gre-
gor. XV. deciſ. 580. num. 7.* & in puncto mercium
ſuppoſitarum fideicommiſſo *Martinus Andreas de-*
5 *ciſ. 80. num. 5.* nam recepta eſt iuris cõcluſio, quod
etiam in legitimam imputentur mobilia, vaſa ar-
gentea, picturæ, & ſimilia bona hæreditaria ad
manus hæredis peruenta, ſi nulla prædictorum
reddatur ratio, *Peregr. de fideicom art. 35. num. 22.
& ſeq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 667. num. 14. Merlin.
de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. nu 7. cum ſeq. & quæſt. 6.
ſub num. 4. & 5. Rot. deciſ. 1365. nu. 1. coram Card.
Seraph. dec. 568. num. 6. & 7. coram Gregor. XV.
deciſ. 846. num. 25. coram Amat. Dunozet. tom. 2.
deciſ. 680. num. 7. par. 1. dec. 399. verſ. in hac tamen
detractione par. 5. in recen.*

6 Amp. 4. vt alienatio primo loco facta ſubſtineatur etiam ſi bona alienata excedant legitimam, dummodò pars pretij, quæ excedit legitimam inueſtiatur pro reintegratione fideicommiſſi, & cautione fideicommiſſariorum, *Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 580. num. 8. vbi ita fuiſſe dictum in Romana legitima 31. Maij 1617. coram Sacrato.*

7 Amp. 5. vt quando conſtat de alienationibus per filium factis, illæ cenſeantur adæquare detractiones ſibi competentes, niſi contrarium probetur, *Peregrin. de fideicom. art. 39. nu. 14. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 4. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 185. num. 6. vbi ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſ. per eundem relatis, & deciſ. 431. num. 8. dec. 462. n. 7 par. 4. & dec 541. n. 24. p. 5. tom. 2. in recen.*

8 Limit 1. vt alienationis rerum fideicommiſſi primo loco factæ ſubſtineantur, ſecus verò ſequentes alienationes, quæ retractari poſſunt á fideicommiſſarijs, *Alex. conſ. 178. num. 4. in fi. & ſeq lib. 5. Peregrin. de fideicom. art. 39. num. 4. Greg. XV. deciſ. 580. num. 5. vbi Adden. num. 8. Rot. dec. 226. nu 15. deciſ. 513. num. 3. par. 5. in recen. & deciſ. 1. num. 9 poſt Merlin. de legit. cum alijs per Mangil. de imput. quæſt. 136. num. 50.*

9 Et fideicommiſſarius allegans fuiſſe factas alias detractiones anteriores, ex quibus legitima, & trebellianica fuerint conſumptæ probare tenetur cum filius, ſeu habens cauſam ab eo, habeat fundatam intentionem ſuper detractione legitimæ ſibi de iure competentis, quod ius, & hæc actio ſemper viget, niſi mediante ſubſecuta ſatisfactione ſublatam fuiſſe doceatur, *ad textum in l. Marcellus §. res quæ ff. ad S. C.* Trebell, Alex. *conſ. 78. nu. 4. lib. 5. Peregrin. de fideicom. art. 39. num. 4. Mangil. de imputat. & detract. q. 136. num. 50. & 51.* Gregor. *XV. deciſ. 185. num. 1. vbi Beltram. in addit. num 3. & 5. vbi ita alias dixiſſe Rot. patet ex deciſ per eundem relatis coram Canaler. & Mellino & deciſ. 1. num. 5. poſt Merlin. de legit. & dec. 641. nu. 18. par. 1. diuerſ. & in* Romana *fideicommiſſi de Candidis 18. Martij 1649. §. neque quoque legitima coram* Veroſpio.

10 Et non ſolum probare tenetur anteriores alienationes, ſed etiam prædictas æquaſſe legitimam, vt agétes ad immiſſionem fideicommiſſi reliquas alienationes valeant retractare, & impedire retentionem vigore legitimæ debitæ filio alienanti, vt aduertit *Peregrin. conſ. 52. num. 39. lib. 1. Gabr. conſ. 138. num. 11. lib. 2. Rum. conſ. 91. num. 9. lib. 5. Honded. conſ. 72. num. 6. lib. 1. Molin. de prima genitura lib. 4. cap. 7. num. 36. Rot. in Romana Fideicommiſſi de Candidis 10.* Martij *1649. §. nec quoque legitima verſ. quia alienationes coram* Veroſpio, in qua fuit denegata immiſſio fideicommiſſario ſtante exceptione detractionis legitimæ oppoſitæ per tertium poſſeſſorem rei ſubiectæ fideicommiſſo alienatæ, ob non iuſtificatas alienationes anteriores, vel præſentem, de qua agitur adæquare legitimam, pro ut agentes ad immiſſionem vigore fideicommiſſi concludenter tenentur oſtendere.

11 Sublim. ſi alienationes fuerint factæ ab hærede grauato qui non confecit inuentarium, nam tunc præſumuntur æquare legitimam, aliaſque detra-

ctio-

ctiones competentes, adeò vt hæredi grauato,ſeù habenti cauſam ab illo contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, *Natta conſ.238. num. 8.9. & 10. lib.1. Peregrin.de fideicomm. art.39. num.14. & 24. Couar. var.reſol. lib.2. cap.6. num.4. Craſs.in §.legitima qu.18. num.2. in fin.vbi de communi Surd. deciſ.316. num.14. & 15. Seraph.deciſ.321. num.18. Amat. Dunoz.deciſ.645.num.1.& 2. tom.1.Rot.dec. 47.num.5.& 11.part.5. deciſ.298.num.3. part.6.& deciſ. 301.num.8. eadem part.6.in rec. & in Romana fideicommiſsi de Candidis* 10.*Martij* 1649. §. *& licet coram Veroſpio, vbi ita etiam dixiſſe Rat.dec.432. num.8.deciſ.462.num.7. part.4. & deciſ.226. nu.16 deciſ.399.num.28. & deciſ.541.num.24.part.5.tom. 2.in rec. & paſsim.*

12 Sed hoc declaratur, vt procedat, vbi agitur ad legitimam ex perſona heredis grauati conſequendam, vel ipſius ſupplementum, nam tunc tertij poſſeſſores ex eiſdem alienationibus detractiones conſumptas denegantes aſſumere tenentur partes actoris, atque concludere, quod bona alienata ipſas non abſorbeant, ſecus verò, vbi ſolum agitur de ſubſtinēda alienatione rei fideicommiſſariæ in cauſam legitimæ, quia tunc fideicommiſſarij alias bonorum diſtractiones anteriores tenentur iuſtificare *Peregrin. de fideicomm. art.39. num.14. verſ.ſi verò reus, & reſpondit Rat.dec.8.num.5. & 6.coram Andrea, & deciſ.1.cum ſeq.poſt Merlin.de legit., & magis clare in Romana fideicommiſſi de Candidis* 10.*Martij* 1649.§.*hac enim obiectio coram* Veroſpio.

13 Hæres enim grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt facere detractiones ſibi competentes contra fideicommiſſarium etiam non confecto inuentario, nec priuatus cenſetur iure legitimæ ob aditam ſine inuentario fideicommittentis hæreditatem, ſecundum magis receptam DD.ſententiam, de qua *gloſ. in Auth. ſed cum teſtator* C.*ad l.falcid. vbi quoque communiter ſcribentes* Caſtrenſ. *in l. ab omnibus 166.§.fi.ſub num.2. ff.de legat.1. Soccin.ſen. conſ.44.n.1.lib.3.Gabr.in tit.de legit.concl.7.n.1.Merlin.eod.tract.lib.3.tit.2. qu.24 num.3.* Peregrin.*de fideic.art.36. num.140.& art.39.num.1. Rot. coram Andrea deciſ.105.num.10.& deciſ.645.num.5.coram Amato Dunoz. & in Peruſina fideicommiſſi 5. Martij 1646.in § nec ex omiſſione inuentarij coram Eminentiſs.Card.Celſa, & in Romana fideicommiſsi de Candidis* 10. *Martij* 1649. §.*neque ijdem hæredes coram Veroſpio*, & aſſignatur ratio, quia hæres grauatus
14 creditum ſuum deducendo cenſetur fideicommiſſi bona ſubſtitutis integrè reſtituere, ſecundum Caſtren. *in l.ita tamen §.ſi ex Trebelliano num.2. ff. ad Trebell.ibique Alex.num.3.idem Caſtren. conſ.11. lib.3.Craſs. in §.legitima quæſt.45.num.1.& per tot. Ral.de confectione inuentar. parte 5. §.dubitatio Mareſcott.var.reſol.lib.1.cap 23.nu.5.vſque ad fin.Surd. dec.316. num.8. vbi copioſiſsime alias allegat Pedemon.dec.184. num.6. & 13. verſ.ſed hanc limitationem in fin.Ferentil.in addition. ad Baratt. deciſ.115. num. 18.*

15 Sed licet hæres grauatus non amittat detractiones ſibi competentes ob non confectionem inuentarij, præſumitur tamen conſumpſiſſe detractiones, ſi ſimul concurrant alienationes, & inuentarij omiſſio, nam hoc caſu talis hæres, ſiuè illius ſucceſſor ob malam præſumptionem ſubtractionis bonorum reſultantē de iure ex omiſſione inuentarij, tenetur concludenter probare detractiones non fuiſſe conſumptas. & eidem propterea transfertur onus firmandi ſtatum hæreditatis, & iuſtificare negatiuam, quod alia bona non extiterint, ex quibus detractiones fieri potuerint, vt benè animaduertit *Rot.in Faualinien. Domus 2.Martij 1665. §.nec aduerſatur coram Albergato vbi aliæ deciſiones allegantur* Merlin. *dec.633. num.1.2.& 5. Amat. Dunoz.dec.645. num.5. tom.1. vbi ita etiam declaraſſe Rot coram Rotas,Seraph dec.609. num.6. & 7.& docent Natta conſ.129. num.11. & conſ.118. num.8.Couar.in cap.ſi hæredes nu. 9. verſ. quamobrem ni fallor. de teſtam. Peregrin.de fideicom. art.39 num.14.Gratian.diſcept.forenſ.cap.570.nu.20.Surd. dec.316.num.13.& ſeq.& ita ſæpè dixiſſe Rot.patet ex alijs deciſionibus relatis per Giouan. poſt conſ.*20. *lib.2.*Beltram *in addition.ad Gregor.XV. deciſ.266. ſub num.16.*Ferentil.*in addit.ad* Bur.*dec.11 n.18.*

16 Quando verò filius inuentarium confecit, aſſerenti fuiſſe factas detractiones legitimæ, & Trebellianicæ incumbit onus probandi, quia filius habet fundatam intentionem in detractione legitimæ ſibi de iure competentis *Rot.dec.641.nu.18 part.1.diuerſ.dec.246.num.3.coram* Caualerio *Add. ad Gregor.XV.deciſ.185.num.5. Adden.ad Baratt. deciſ.115.num.18.*

17 Et ſatis eſt filio, vel hæredi aſſerere non extare alia bona, cum per iſtam aſſertionem præſumatur prò eo facta probatio, ita quod transferatur onus probandi in eum, qui dicit alia bona adeſſe, iuxta *gloſ. in l.cum de lege 17 in verbo hæredis ff.de probat.per tex.in l fi.*C *de iure deliberan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.570.n.19.*

18 Secus verò ſi filius, aut hæres non confecerit inuentarium, nam tunc non ſtatur dicto illius, quod non adſint alia bona, cum lex fingat hæreditatem eſſe locupletem, præſumendo ſubtractionem bonorum, ob quam præſumptionem fortius debet grauari onere probandi, neque erit ſtandum eius ſimplici aſſertioni. *Natta conſ.199.nu. 12.& conſ.236.num.14.& 15.*Craſs.*in §.legit.q.18 nu.2.in fin.latè* Couar.*lib. 2. var.reſol. cap.6.num.4. poſt princ.verſ.qua ratione cum alijs per* Gratian.*dicta diſcept.570. n.20.*

19 Et quamuis ſecundum aliquos DD. afferatur diſtinctio, quod ſcilicet prędicta procedant, vbi hæres grauatus,ſeù habens cauſam ab illo ſit actor, ſecus autem ſi ſit reus, & poſſeſſor ad tradita per *Peregrin de fideicom.art.35. num.24.* Cyriac.*contro-uerſ.5.num.3.*Gratian.*diſcept.*215.*num.9.& 23.*Ta-
20 men quod firmata concluſio procedat indiſtinctè ſiuè hæres ſit actor, ſiuè reus, & poſſeſſor; ſæpè Rota firmauit, & ſignanter *dec.47.num.8.dec.226 num.16.part.5.in rec.& dec.33.num.5. & 6.part.6. rec.*& in alijs relatis per *Amat.Dunoz.dec.645.n.5.* 8.& 9. vbi aſſignat rationem.

21 Declaratur ſecundo ſupradictam ſublimitationem, vt procedat in hæreditate paterna, ſecus in hæreditate materna, circa quam, quamuis non fuerit confectum inuentarium, hoc tamen non deſideratur, cum ſtatus hæreditatis maternæ optimè firmari poterit ex inſtrumento dotali, nam ad euitandum turpem quæſtum de iure non præſumitur, quod mulier habeat alia bona præter dotem. *Theſaur.deciſ.43.num.5,Franc. dec.489. num.28.in fi.Rot.dec.251.num.2.part.6.in recent.&*

in

in Romana fideicom.de Marianis 27.Iunij 1650.§.& licet cum §.ſeq.coram Royas.

22 Limit.2. peincipalem concluſionrm, vt procedat in ſolis alienationibus, quæ fiunt cum dominij translatione, nam filius cenſetur pro ſua legitima elegiſſe ea bona, quæ primo loco rffectualiter alienauit abdicando à ſe dominium, ſecus autem ilia, quę ſimplicitce hypothecauit obligauir, vel pignoeauir, quæ non ſufficiunt ad effectum imputationis. *Cephal. conſ.189. num.10. & ſeq.latè Peregrin.de fideicom,art.39.num,8.& 9 Mangil.de imputat.quæſt.136. num.55. & 56. Rot. dec.1.num.10.poſt Merlin.de legit.* & ratio eſt, quia
23 hyporheca non inducit effectum translationis dominij, nec transfert poſſeſſionem aliquam quoad effectus ciuiles, minuſqur abdicat dominium *l.pignus C.de pignorat.action.Iaſ.in l.3.§.ex contrario num.41,ff.de acquirend.poſſeſ. Merlin.de legit. lib. 2.tit. 2. quæſt.3. num.38. Peregrin. de fideicommiſſ. art.39. num.9.*

24 Sublimit. 1. vt hæc concluſio procedat in creditore extraneo, ad cuius fauorem fuerit adiecta hypotheca, ſecus in non extraneo, nempe ad fauoeem filiarum grauari, quæ diſtinctio reicitur à *Rot.dec.1.n.12.& 13.poſt Merlin. de legit.*

25 Sublimit. 2. quando pignus, vel hypotheca conſtituta fuerit prò tanto pretio, vel debito, quod veriſimile non ſit ſpes luitionis, nàm tunc cenſetur potius alienatio, quam pignoratio. *Neguſ.de pignor. 1.membr.3.part.num.27.& ſeq.fol.mihi 81.inter tract.de pignor.diuerſ.ſub.de Monte de empt.& vend.qu.4,num.6.Card.Mantic.de tacit. & ambig.lib.4.tit.3.nu.51.*

26 Sed hoc declara procedere In hypothrca ſpeciali rerum parrieularium, non aurem de hypotheca generali omnium bonorum. *Rot.dec.1.n.15. poſt Merlin.de, legit.*

27 Limit.3. quod alienata non imputantur in legitimam, ſi pretium rerum alienatarum ſeu vendıtarum fuiſſet conuerſum in ſolurndis debitis, alijſque oneribus hæreditarijs, nam tunc licet ſubſtineatur alienatio, non tamen imputatur in legitimam. *Hond.conſ.59.num.13.lib.1.Beltram.in addit.ad Gregor.XV. dec.580. num.10.* & ſic concluſio procedit in alienationibus voluntarijs, ſecus in neceſſarijs, quæ fiunt, vel cauſa ſoluendi ęs alienum, vel dotandi fœminas. *Merlin. de legit. lib.2.tit.2.quæſt.3.num.22, Peregrin.de fideicommiſ: art.39.num.6.*

28 Limit.4. vt alirnata non imputentur in legitimam, ſi fideicommittens dediſſet facultatem alirnandi, quia tunc ſtante validitate alienationis ex permiſſione, & licentia teſtatoris, non eſt aliquid in quartam imputandum, maximè quando ex tali alienatione non conuertitur aliquid in vtilitatem hęredis, ſecundum *Bort.in l.Marcellus 3.§.res quæ in princ.ff.ad trebel.& ibi Soccin:col.penult.nu: 24.poſt med.verſ.teſtator probibuit idem Soccin.conſ. 114.num.2.ante med.verſ.aliquando poteſt fieri lib.3. latè Surd.conſ.71.num.1. & per tot.Bero conſ.93.nu. 27. lib.2.* & de vtriori opinione, quidquid *Ripa, Curt.* & alij dubitent, teſtatur *Gratian. diſc. forenſ.cap.416.num.9. Beltram: in addit. ad Greg. XV.dec.580.n.11. cum alijs per Peregrin. de fideic. art.39. num.10.*

29 Limit.5. procedere, ſi alienatio fuerit facta bona fide, ſecus ſi mala fide, ſeu malo animo, ac mala mente in damnum, & pernicicm fideicommiſſi, ſcilicet ſi meliora, & pretioſiora corpora alienata, & infructuoſa, & deteriora retenta fuerint ab hærede, vnde tamquam fraudolenta, & doloſa non ſubſtinetur, & à fidecommiſſarijs infringi poteſt. *Simon.de ret.de interpretat.vlt.volunt.lib.3.dub.6. fol.6.num.14. verſ.ſi verò alienata fol.363: Mangil.in tract. de imputat. & detract. quæſt.122. num.22. Gabr.in tit.de legit. concluſ. 4. num.10.& 11.Surd.conſ.128. num.21. & 22. Merlin:de legit.lib.2.tit:2.quæſt.3.num.11.& ſeq. Beltr. in addit.ad Gregor.XV.dec:580. num.9.vbi ita dixiſſe Rot.in Romana Legitima 31.Maij 1617.coram Card, Sacrato,* & ratio eſt, quia filius debet eligere legitimam vti bonus vir, in rebus non melioribus, nec deterioribus, ita alijs allegatis tradit *Peregr:de fideicom.art.39.num.11.*

30 Limit.6.vt non ſubſtineatur alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, nec imputetur in cauſam detractionis legitimæ, & Trebellianicæ ſtantibus bonis liberis quorum defectu in ſubſidium alienari poſſunt bona fideicommiſſaria, ac proindè à ſucceſſiuè vocatis recuperari poſſunt, grauatus enim prius cum liberis, quam cum bonis fideicommiſſarijs debet ſuis occurrere neceſſitatibus, etiam in caſu à teſtatore premiſſo, ita *Bald.in l.1.ff.de rerum diuiſ. Ripa in l.in quartam num.101. ff.ad l.Falcid.Gabr.conſ.118.num.6.lib.1. Malnaſ.conſ.8.num.26.Merlin.de legitim.lib.2.tit.2. quæſt.3.num.29. Fuſar.de ſubſtit.qu.535. n. .verſ. declaratur primò, & qu.542. num.14. verſ.declaratur 3.Odd.de probibit.alienat.qu.32. nu.47.verſ.aut grauatus Peregrin.de fideicomm.art.40. nu.22. Rot. in Romana fideicommiſſi de Alicornis 3. Iunij 1650. §.eoque minus coram Dunozetc.*

31 Limit. 7. vt ex fideicommiſſo particulari fieri nequeant detractiones, ac proindè prò detractione legitimæ non licet alienare bona paterna particulari fideicommiſſo ſubiecta, extantibus alijs, quibus ſatisfieri poſſit filius, ad *l.pater filium in princ.verſ.item quæſiuit ff. de legat.3.Gabr.conſ.118. ſub num.5.& 6.lib.1.latè Gabr.in tit. de legat.concluſ.6.Fuſar.de ſubſtit.qu.543.num.9.& quæſt. 692. num.21.& ſeq.Peregrin.de fideic.art.4:ſub num.32, verſ.contrarium,& ſeq.Odd.de probibit. alienat.qu. 34 num.41.& ſeq.Petra de interpretat.vlt. volunt. lib.3.dub.5.fol.6.ſub num.14. verſ. & non valeret, fol mihi 365.Rot.deciſ.760:num. .coram Card. Seraph.deciſ.693.num.10.coram Buratt.deciſ.846.nu. 25.coram Amat.Dunoz.tom.2,dec.113.num.4, p.2. diuerſ.dec.47 ſub num.2.& 3. deciſ.77.num.1.& 2. part.5.in rec.& in Bononien.prædij 17. Martij 1666 § nec poſſunt iuuari coram Bourlemont.cum alijs per Surd dec.316.nu.13.*

32 Et ex re particulari non ſit detractio, licet ſit facta particularis prohibitio, nam tunc non ex illa re, ſed ex alijs bonis hæres tenetur recipere legitimam. *Ripa in l.in quartam num. 122. in fin. ff.ad l.Falcid:Bald.conſ.23.lib.4. Fuſar.conſ.158.nu. 2.Merlin.de legit.lib.5. tit.3. qu.11. num,21. & 22. Rot.in Bononien.prædij 17.Martij 1666.§.neque poſſunt iuuari, coram Bourlemont.*

33 Hæres autem quamuis cum beneficio inuentarij tenetur ſeruare præceptum teſtatoris in non alienando bona particulari fidricommiſſo ſubiecta,

cta,

ſta, ſi ex alijs bonis poſſit æs alienum ſatisfieri, *Gabr.conſ.125.ſub num.11.verſ.opinionem contrariam, & ſeq.lib.1. Roi.dec.67.num 12. et ſeq. coram Gregor XV.dec.504.num.4.coram* Card. *Seraph.deciſ.87.num.4.coram Andrea dec.846. num.33.coram Amat.Dunoz.dec,272:num.25.part.5;dec:83, n.26. part 6, in rec.*

34 Limit 8. in eo, quod alienatur vltra legitimam, & Trebellianicam, nam in eo exceſſu tantum fit retractio. *Simon.de Pret.de interpretat. vltim.volunt.lib.3.dub.6.ſol.6.nu.16.fol.363.Mangil.in tract. de imput. quæſt, 122.num.32. relat. per Merlin.de legit.lib.2.tit.2.qu.3.n.31.*

35 Et licet huiuſmodi retractiones pro exceſſu prò rata ab omnibus, in quos factę ſunt videantur poſſe retractari, ſecundum *Mangil.in tract.de impue. & detract.q.122.nu.58. ante verſ.ex ijs verò ex Ruin. conſ.17.num.8.& 9.lib.5.* De communi tamen, & veriori opinione paſſim ab alijs recepta hæc reuocatio non pro rata ab omnibus, ſed ab vltimis emptoribus eſt facienda ex optima ratione, quia primæ alienationes ſtatim imputantur in legitimam ſecundum iuris diſpoſitiouem, ac proindè primi acquiſitores ad repellendos fideicommiſſarios, huiuſmodi exceptione detractionis legitimæ, & trebellianicæ hæredi alienanti debitæ ſe tueri poſſunt, adeò vt ſubſecutæ alienationes remaneant obnoxiæ ad retractationem. *Crot.in l.filius familias §.Dini num. 15. & 20. de legat. primo Caphal.conſ.189.conſ.624.num.6.& 7. Alex. conſ. 178.num.4.& 5.lib.5.Caſtr.conſ.267. num.1. & 7. lib.2.Peregrin.de fideic.art.39.num.4. Gratian.diſc. forenſ.cap.265.num.5.Merlin.de legit.lib.2.tit.2.q.3. num. 35.* Beltram: *in addit. ad* Gregor. *XV. deciſ. 580.num.8.*

36 Quo verò ad legatarios benè procedit prima opinio, nam illi pro rata exiguntur. *Ruin.conſ. 17.num.8.Coſta in tract.de portione rata quæſt. 140. num:3.Merlin,de legit.lib.2.tit.2.q.3.n.36.*

37 Prima autem alienatio ad effugiendam reſtitutionem reputatur illa, quę facta fuit ab hęrede, vel ſuo creditori, licet poſteriori, vel alteri, qui non erat creditor, nec habetur in conſideratione alienatio facta ſecundo loco ſuo creditori, licet anteriori, adeo vt ad effugiendam retractionem ille pręferatur, in quem alienatio primo loco facta fuit, non autem ille, cui vltimo loco quamuis haberet hypothecam anteriorem, quia hypotheca non inducit effectum translationis dominij, nec transfert poſſeſſionem aliquam quo ad effectus ciuiles *l.pignus* C.*de pignor.ita* Peregrin.*de fideic art. 39.num.8,& 9.quem ſequitur* Merlin.*de legit. lib.2. tit.2.qu.3.nu.37.*

38 Limit.9. vt alienata non imputentur in trebellianicam in hæredibus extraneis, cum imputare debent in eandem trebellianicam fructus perceptos, iuxta *tex.in l. mulier §. ſi herede l. ita tamen §.hæres ex aſſe l.in fideicommiſſariam 18.vbi Ripa num.25.l.deducta 58.§.ante diem ff.ad Trebell.l.iubemus 6.C.eod,Fuſar.conſ.5.num.36. & conſ.106.n. 12.Peregrin.de fideic.art.49.num.62.* Marta *de ſucceſs.legal part.4. quæſt.28. art.6. num.27.* vbi quod

39 nepotes ex filijs debent fructus perceptos imputare, *Craſs.de ſucceſſ.tam ex teſtam.quam ab inteſt. §.trebellianica quæſt. 9. num.6.* vbi quod ſi fructus non ſufficiant ſupplendum ſit ex alijs rebus. *Rot. deciſ.20.num 4.deciſ.540. num.6.coram* Card. *Canalerio deciſ.152.num.3 in fin.part.1.deciſ.88. num.3. part.5.in rec.& in* Bonon.*hæreditatis 2. May 1653. §.trebellianica verò coram* Card.Celſo.

40 Secus autem in filijs primi gradus, cum præfatis debeatur trebellianica ex corporibus hęreditarijs nulla facta mentione fructuum, non obſtante diſpoſitione, & iuſſione patris, *l. iubemus* C. *ad Trebell.Ripa in l.in fideicommiſſariam col.4. nu. 28. in princ.verſ.quarto declara ff.eod.tit.* Craſs.*de ſucceſs.tam ex teſtam.quam ab inteſt.in §.Trebellianica quæſt.11.num.1. verſ.ſed quid in filijs* Marta *de ſucceſs. legal.part.4.qu.28. art.6.num.27.*Merlin. *de legit.lib.2.tit.2. qu.32.num.43. vbi latè* Gregor. *XV. dec.266.num.6.vbi Adden.num.14.*

41 Quinimò etiam ſi filijs competeret duarum quartarum detractio, ſcilicet legitimæ, & trebellianicę, nihilominus debent conſequi duas quartas ſine fructuum imputatione, ſecundum veriorem Doctorum ſententiam de qua *Bart. in l. quod de bonis §.quod annis.ff.ad trebell. Ripa in l.fideicommiſſum num.3.ff.eod.tit.Caſtr.in l.iubemus n.3.* C.*ad Trebell.Pariſ.conſ.1.num.98.& conſ.25.n.55. vol.2.Soccin.iun.conſ.131.vol.1.*Craſs.*de ſucceſ.tam ex teſtam.quam ab inteſt. §.trebellianica qu.9. nu.3. verſ.contrarium verò,* Merlin.*de legit.lib 2.tit.2.qu. 32.nu.5.& 6.verſ.hac ratione non obſtante*, qui alios, & Doctores contrarium tenentes referunt. *Gail.pract.obſer.133.n.4.& ſeq.lib.2.*

42 Limit. 10. vt huiuſmodi exceptio, quod bona primo loco alienata imputentur in legitimam ad effectum ſuſtinendi alienationem, debeat eſſe liquida, vt quia fuerit confectum inuentarium, & conſtet de quantitate bonorum, & ſic de quantitate legitimæ, alioquin cum non ſit clara non releuat. *Card.Seraph.dec.321.num.16.& 17.* & fuit reſolutum *in vna Tiburtina Coſalis 24. Nouembr. 1574.coram Robuſterio.*

43 Eſt autem animaduertendum quoad nonam limitationem, quod licet hæres extraneus grauatus teneatur imputare in trebellianicam fructus perceptos, tamen ſi aliquid alienauerit ante quam aliquos fructus percepiſſet, remanet valida, & firma alienatio, ita vt adueniente conditione fideicommiſſi, & tempore detractionis emptor non valet inquietari, non obſtante, quod hæres poſtea vixerit, & plures fructus ex hæreditate perceperit, vnde cum talis alienatio reputetur legitimè facta non poteſt ex aliquo euentu impugnari, vt expreſsè docet, *Vulpianus in l. Marcellus §. res quæ ff.ad Trebell.ita tenet,& diſtinguit Crot. in repetione l.filius familias §.Dini de legat.1.ita etiam tenuerunt. Ripa. qui dicit eſſe de mente Bart.in l. in quartam nu.103.ff.ad l.falcid. Caphal. conſ.392.in fi.lib.3.facit Surd.cum ibi per eum adductis conſ.576 num.41.* & firmauit *Rot. dec. 20. a num.1. cum ſeq. & n.10.*& per totam *coram Card.Canalerio.*

44 Siquidem quamuis Trebellianica non debeatur, nec detrahi poſſit ante quam aduenerit caſus reſtitutionis fideicommiſſi, *§. Sed quia inſtit.de fideic.*

45 *hæredit.* Non tamen impeditur hæres per rei alienationem illius electionem facere, ad hoc vt poſtea tempore debito illam imputet in trebellianicam, ac proindè per alienationem cenſetur feciſſe electionem, vt tempore debito recipiat, & ſortiatur ſuum effectum quoad imputationem, vt

pulchrè dixit, *Rot. dicta dec. 20. nu. 11. & 12. cum ſeq. coram Cavalerio*.

46 Tenetur tamen hæres ex fructibus deindè perceptis reintegrare fideicommiſſum prò quantitate ex fideicommiſſo diminuta in quartam Trebellianicæ, & ſi eſſet effectus non ſolvendo, non tamen hoc præiudicat emptori, qui rectè lege concedente nempè dicto §. *res quæ* rem emit, vnde emptio culpa hæredis reſcindenda non eſt *Cavaler. d. deciſ. 20. nu. 10. in fin. iuncto n. um 14. ex Surd, conſ. 576. nu. 41*.

SVMMARIVM.

1 Filij quando dicantur in conditione poſiti, & effectus poſitionis in conditione declaratur.
2 Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati controverſum apud DD.
3 Prima ſententia, eſt quod non cenſentur vocati.
4 Et dicta conditio adducitur ad extinguendum fideicommiſſum.
5. Secunda ſententia, eſt quod tacitè cenſeantur vocati.
6 Et ex Statuto Vrbis cenſentur vocati per fideicommiſſum 7. & etiam per volgarem 8.
9 Et habet locum in toto diſtrictu, ſi non adſit particulare ſtatutum aliud diſponens.
10 Et procedit tam reſpectu deſcendentium, quam tranſverſalium.
11 Declara conciliando has opiniones, vt ſi inſtitutus ſit extraneus hoc eſt non ex deſcendentibus ab ipſo teſtatore, & tunc filij in conditione poſiti non cenſentur vocati.
12 Aut ſunt ex deſcendentibus, & tunc concurrentibus coniecturis cenſentur vocati, alias ſecus.
13 Filij in conditione poſiti ex coniecturis cenſentur vocati.
14 Leviores coniecturæ ſufficiunt prò vocatione deſcendentium, validiores prò extraneis.
15 Amp. vt hoc procedat etiam ſi agatur de diſpoſitione facta per viam contractus.
16 Iudicis verò arbitrio relinquitur quales debeant eſſe coniecturæ, vt prò ſufficientibus habeantur.
17 Coniectura quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati deſumitur ſi filij poſiti in conditione ſint ex deſcendentibus. *Contrarium*, num. 18.
19 Secunda coniectura eſt ſi filij plures fuerint poſiti in conditione *Contrarium*, num. 20.
21 Tertia eſt, ſi filij in conditione poſiti fuerint ſub qualitate maſculinitatis, *Contrarium* 22.
23 Præcipuè deficiente ratione conſervandæ agnationis.
24 Quarta Coniectura deſumitur ex ratione habita conſervandi bona ſua in familia.
25 Limita, vt non procedat ſi dicta ratio conſervandæ agnationis appoſita fuerit conſecutivè, ſi agatur de extendendo fideicommiſſum de caſu ad caſum, ſecus autem ſi agatur de declaranda mente teſtatoris prò vocatione.
26 Præcipuè in fideicommiſſo aſcendentium.
27 Et dicta ratio ſtantibus verbis in perpetuum non cenſetur appoſita conſecutivè.
28 Et fideicommiſſum cenſetur relictum favore agnationis, ſi fuit habita ratio, quod bona in agnatione, & familia conſerventur.
29 Quinta coniectura deſumitur ſi teſtator gravaverit ipſos filios in conditione poſitos ad reſtituendam hæreditatem. *Contrarium* nu. 30. *Declara* vt n. 31. & 32.
33 Sexta Coniectura eſt ſi teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum. *Contrarium* num. 34. *Declara, vt num. 35. cum ſeq. Limit. vt num. 38. & 39.*
40 Septima Coniectura eſt, ſi teſtator vocavit filios in conditione poſitos in caſu delicti commiſſi ab inſtituto.
41 Octava coniectura, eſt ſi filij ſint poſiti in conditione cum qualitate legitimitatis, & eſt optima coniectura 44. *Contrarium* num. 45.
43 Legitimati ab inteſtato concurrunt ad ſucceſſionem cum legitimis.
46 Nona coniectura deſumitur ex ſubſtitutione reciproca facta à Teſtatore inter inſtitutos, & affertur ratio, num. 47. & 48.
49 Decima Coniectura ſi vocati fuerint filij ſubſtitutorum, & ſic multo magis filij inſtitutorum.
50 Vndecima coniectura deſumitur ex ſubſtitutione compendioſa.
51 Duodecima eſt ſi teſtator fecit teſtamentum in loco vbi ſtatutum diſponit, quod filij in conditione poſiti cenſentur vocati.
52 Decima tertia coniectura deducitur ex oneribus perpetuis relatis ad pias cauſas.
53 Decima quarta reſultat ſi teſtator in defectu filiorum legitimorum vocavit naturales, vel ſpurios.
54 Decima quinta depromitur ex modo, quo bona hæreditaria gubernari debeant.
55 Decima ſexta fundatur in fœminarum excluſione cauſa conſervandæ agnationis.
56 Decima ſeptima inſurgit ex prohibitione alienationis bonorum extra familiam *Contrarium*. num. 57. *Declara* vt num. 58. *Limit.* vt num. 59.
60 Decima octava, eſt ſi teſtator vſus fuerit verbis realibus.
Fideicommiſſum enim reale æquè comprehendit vocatos, & poſitos in conditione ibidem.
61 Decima nona eſt, ſi in ſequentibus ſubſtitutionibus vocati eſſent penitus extranei.
62 Vigeſima depromitur ex prohibitione Trebellianicæ facta omnibus ſubſtitutis.
63 Vigeſima prima coniectura deſumitur ex Clauſula Codicillari, & ex Cla. *omni meliori modo Contrarium*, num. 64.
65 Vigeſima 2. deprehenditur ex vocatione remotiorum, nempè Cippi, Domus, &c.
66 Vigeſima tertia ducitur ex vocatione tranſverſalium.
67 Vigeſima quarta oritur ſi inter poſitos in conditione adſit Poſthumus.
68 Vigeſima quinta deducitur, quando vltimo loco inſtituta fuit cauſa pia.
69 Vigeſima ſexta arguitur ex mente teſtatoris, vt ſi fuiſſet interrogatus an vellet poſitos in conditione eſſe vocatos, & velle reſpondiſſet vereſimiliter.
70 Vigeſima ſeptima eſt, ſi in ſubſtitutione adeſſent verba de hærede in hæredem, donec adſint maſculi, & ſimilia.
71 Vigeſima octava eſt, ſi teſtator in vltimo gradu ſubſtitutionis dixerit, quod hæreditas tranſeat, & remaneat in eius hæredes, & eorum deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes.
72 Vigeſima nona elicitur ſi teſtator diſpoſuit, quod ſua hæreditas numquam tranſeat ad fœminas, ſed ſemper remaneat apud maſculos.
73 Trigeſima deſumitur ſi teſtator dixerit ita vt vnus alteri ſuccedat vſque in infinitum.
74 Trigeſima prima eſt quando ſubſtitutio facta ſit vltimo morienti, vel poſt mortem omnium. *Contrarium*, num. 75.
76 Trigeſima ſecunda eruitur ſi defectu lineæ maſculorum alius ſit ſubſtitutus cum onere deferendi nomen, & inſignia familiæ.
77 Trigeſima tertia arguitur, quando teſtator pluribus inſtitutis dixit, & ſi alter deceſſerit ſine filijs ſubſtituo ſuperviventes, vel eorum filios.
78 Trigeſima quarta eſt vbi ab inteſtato poſiti in conditione non poſſent ſuccedere Patri.
79 Trigeſima quinta eſt, quando verſamur in legatis, & fideicommiſſis particularibus.
80 Trigeſima ſexta reſultat vbi ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, & in tota. *Contrarium* num. 81.
82 Trigeſima ſeptima oritur vbi in fine ſubſtitutionum collectivè ſint vocati alij de familia, vel de domo.
83 Trigeſima octava reſultat, vbi teſtator in ſubſtitutione habuit reſpectum ad ſtirpes, & non ad capita inſtitutorum, & gravatorum *Contrarium* num. 84.
85 Trigeſima nona conſtituitur in prohibitione detractionis trebellianicæ.
86 Quadrageſima coniectura conſideratur, quando ſumus in contractibus.
87 Quæ coniecturæ licet vti ſingulæ de per sè non ſufficiant,

ciant,

ciant, ſimul tamen iunctæ inducunt vocationem.
88 Vnde Iudex vbi multæ coniecturæ concurrunt poteſt ferre ſuum iudicium.
89 Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.
90 Conditio ſi ſine filijs ſubintelligitur, quando deſcendentes fideicommiſſo ſint grauati.
91 Et nihil differat ab expreſſa.
92 Ampl. vt ſubintelligatur etiam ſi eſſet inſtituta cauſa pia.
93 Limita, quando extraneus eſſet grauatus nam tunc, non ſubintelligitur.
94 Limit. 2. vbi frater, vel conſanguineus fideicommiſſo grauetur.
95 Limit. 3. vt non ſubintelligatur, vbi filius inſtituat parentes, & aſcendentes, ſecus vbi in contrarium adſint coniecturæ.
96 Filiorum appellatione in conditione ſi ſine filijs veniunt omnes deſcendentes.
97 Et comprehendit etiam fæminas ad excluſionem ſubſtituti.
98 In diſpoſitione teſtatoris appellatione filiorum continentur etiam fœminæ.
99 In vltimis voluntatibus maſculinum comprehendit etiam fęmininum.
100 Conditio ſi ſine filijs deficit per ſuperuenientium filiorum tam maſculorum, quam fęminarum cuiuſque deſcendentium.
101 Limit. quando teſtator expreſsè poſuit in conditione maſculos, nam tunc non ſubintelligitur de fœminis ſenſiſſe.
102 Limit. 2. vbi extat ſtatutum excluſiuum fœminarum, nam tunc fęmina non dicitur tacitè in conditione poſita ad excludendum ſubſtitutum.
103 Sublimit. vt procedat ad fauorem fratrum, & maſculorum, ſecus ad fauorem ſubſtituti extranei.
104 Et hoc procedit non obſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum.
105 Limit. 3. vt non procedat vbi teſtator expreſſit velle bona conſeruari in agnatione.
106 Sublim. quando voluntas teſtatoris reſtringitur ad aliquem caſum, quo ceſſante fęminæ non excluduntur.
107 Ratio conſeruandi agnationem conſiderata in deſcendentia hæredis non trahitur ad deſcendentiam ſubſtituti.
108 Neptis an faciat deficere conditionem ſi ſine liberis referuntur DD. ſententiæ in caſu vbi teſtator excluſit proprias filias ob dotem conſtitutam.
109 Vnius filij exiſtentia facit deficere conditionem ſi ſine filijs.
110 Pluralis locutio requirit concurſum plurium, ſed verificatur de vno, ſi eadem ſit ratio de vno, quam de pluribus.
111 Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, ſiue ex coniectura mente teſtatoris, ſeu ex interpretatione legis.
112 Filij in conditione poſiti, vbi ſunt vocati, cenſentur vocati ad portionem Patris, & non Patrui.
113 Limit. vbi concurrunt coniecturæ ſuadentes teſtatorem voluiſſe totam hæreditatem deuenire ad ipſos filios.
114 Filij in conditione poſiti vbi cenſentur vocati, non cenſentur grauati alteri reſtituere.
Ex vocatione actiua, non infertur ad paſſiuam, ibid.
115 Limit. vbi ex coniecturis conſtat teſtatorem voluiſſe ordinare perpetuum fideicommiſſum.
116 Teſtator poteſt fideicommiſſo grauare omnes vocatos.
117 Filij in conditione poſiti, vbi ſunt vocati non dicuntur eodem fideicommiſſo reciproco, vel ſub eadem conditione grauati.
118 Limit. ſi ex coniecturis contrarium appareat.

Filij in conditione poſiti an, & quando cenſeantur vocati.

ADNOTATIO II.

1 Filij in conditione poſiti dicuntur ſi teſtator dixerit, *inſtituo Titium mihi hæredem, & ſi ſine filijs deceſſerit ſubſtituo Sempronium*; effectus huius quæſtionis eſt, quod ſi cenſeantur vocati, non poteſt Titius in eorum præiudicium aliquid de hæreditate ipſa diſponere, cum cenſeatur per fideicommiſſum grauatus eis hæreditatem reſtituere, ſi verò non cenſentur vocati, tantummodò eis reſeruatum intelligitur ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato, & hoc caſu per obitum Titij inſtituti non condito teſtamento, admittuntur ad ſucceſſionem, & ſubſtituto præferendi veniunt, ex quo per eorum exiſtentiam deficit conditio, ſub qua Sempronius ſubſtitutus fuit, ſed ſi Titius condito teſtamento alium hæredem inſtituat, præfati filij in conditione poſiti remanent excluſi à ſucceſſione teſtatoris, vt benè declarat *Iul. Clar. in §. teſtamentum qu. 77. num. 1. Fenſon. ad ſtat. Vrbis in cap. 142. n. 20.*

2 Maxima propterea inter DD. exorta fuit contentio, & controuerſum dubium, an filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, quem articulum ex profeſſo pertractauit, *Ioſeph. de Ruſticis in ſuo tract. de liber. in condict. poſit.* vbi recenſet omnium antiquorum, & modernorum ſui temporis auctoritates, quibus addendo recentiores noſtræ tempeſtatis.

3 Prima ſententia eſt, quod filij poſiti in conditione non cenſeantur vocati, iuxta *gloſ. in l. Lucius 85. la 2. in verbo liberos ff. de liber. inſtit.* & tradunt *DD. copioſiſſimè congeſti tam à Iulio Clar. in §. teſtamentum qu. 72. nu. 1. quam à Fuſar. de ſubſtitut. q. 437. nu. 2. & à Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11 tit. 2. nu. 1.* & de veriori, & magis communi teſtatur *Peregrin. de fideic. art. 28. num. 5. Marta de ſucceſſ. legal. part. 1. qu. 9. art. 1. nu. 1. tom. 1. Gabr. in tit. de fideic. concl. 4. Anton. Gomeſ. tom. 1. var. reſol. tit. 5. de ſubſtit. fideic. nu. 42. Ludouic. Molina lib. 1. de Hiſpan. primog. part. 1. cap. 6. nu. 2. & 3.* vbi de veriori, & communiori *Gail. lib. 2. prat. obſer. 136. n. 19. Alex. Trent. in tract. de ſubſtit. par. 4. cap. 11. nu. 20. & ſeq.* vbi quod nefas ſit ab hac opinione recedere *Petra de interpret. vlt. volunt. fol. 297. ſolut. 2. Odd. de compendioſa ſubſtit. part. 5. tit. de compend. à Pagano fat. art. 3. nu. 50. & ſeq. Theſaur. dec. Pedemont. 96. nu. 3. & 4. Surd. dec. 162. nu. 1. Viuius lib. 2. dec. 262. num. 2. Canal. dec. 81. num. 6. part. 3. Magon. deciſ. florent. 27. nu. 1. dec. 71. num. 14. & dec. 73. n. 3. Guid. Pap. deciſ. 59. Rot. dec. 125. nu. 1. coram Mantica dec. 209. n. 1. coram Gulielm. Dunoz. dec. 1154 n. 1 & 3. part. 3. dec. 133. nu. 1. ante fin. & dec. 144. nu. 2. dec. 186. nu. 1. p. 1. diuerſ. dec. 387. nu. 1. coram Burat. dec. 329. n. 1. cor. Gregor. XV. dec. 487. num. 8. coram Amat. Dunozet. tom. 1. dec. 174. nu. 18. part. 4. tom. 1. dec. 355. nu. 2. & 3. part. 4. tom. 2. dec. 432. num. 1. ead. part. 4. tom. 2.* vbi quod Rota ſequatur hanc opinionem *dec. 221. num. 2. & dec. 355. nu. 1. part. 5. to. 1.* vbi quod hoc procedat etiam in filijs teſtatoris. *deciſ. 152. num. 8. part. 6. deciſ. 61. num. 3. part. 7. in recentior.*

4 Rationes, quibus innititur hæc ſententia referuntur à *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. à num. 3. vſquè ad 10.* vbi prò vltima, & ſingulari ratione inducit, quod hæc conditio ſi quis deceſſerit ſine liberis adijciatur ad exonerandum hæredem grauatum, & ad extinguendum fideicommiſſum; ac proinde ſi deceſſerit cum liberis, hæc conditio non poteſt inducere aliud fideicommiſſum

miſſum in præiudicium ipſius hæredis ex vulgari
iuris regula, quod inducta ad vnum effectum,
non debent contrarium operari *l.legata inutiliter
de legat.1. vt etiam animaduertit, Decian. conſ.59.
num.2. & conſ.78. quod per errorem inſcribitur 79.
num.5, vol.2. & conſ.86. num.9. vol.3. latè etiam
comprabat hanc ſententiam, Peregrin. de fideicom.
art.28. à num.5. vſque ad 11.*

5 Contrarium verò, quod filij in conditione po-
ſiti cenſeantur vocati ſaltem tacitè, tenet *glo. in l.
filiusfam.§ cum quis de legat.1.Oldrad.conſ.21 in fi-*
& hanc ſententiam tuentur infiniti *DD. relati à
Ruſtic.in tract.de liber.in condition.poſit.lib.1. cap.2.
num.63. à Mantic.de coniect.vltim. volunt. lib.11,
tit.2.num.1. verſ.ſed diuerſa ſententia, Iul. Clar. in
§. teſtamentum, quæſt.72.nu.1. verſ. contrariam ve-
rò ſententiam Fuſar.de ſubſtit. quæſt. 4?7. num. 3.
Fenſon. ad ſtatutum Vrbis in cap.142. in princ. Fa-
chin.lib.4.controuer.iur.cap.51.vbi contrarijs reſpon-
det Petra de fideicom.q.9. num.154. & ſeq. & 156.
verſ.& hanc poſteriorem, Io: de Caſtil. in tract.de
vſufruct.cap.1.num.14.Mathеac.de legat, & fideic.
lib.3.cap.19. num.11. verſ. contrarium, & ſeq. Me-
noch.lib.4. præſumpt 76.num.25. Gama.dec.338.ſub
num 4.Craſſ.in §.de fideicommiſ.quæſt.13. vbi in fin.*
hanc opinionem admittit in deſcendentibus, ſecus
in tranſuerſalibus, niſi adſint coniecturæ in con-
trarium, qui DD. & alij pleno calamo per eos
allegati fatentur hanc ſententiam eſſe veriorem,
æquiorem communiorem benigniorem, & in iu-
dicando tenendam.

6 Ex ſtatuto vero Vrbis *lib.1. cap. 142.* filij in
conditione poſiti cenſentur ad fideicommiſſum
tacitè vocati, perinde, ac ſi expreſsè fuiſſent ſub-
7 ſtituti, & quod cenſeantur vocati per fideicom-
miſſum, in terminis eiuſdem ſtatuti, tradit *Fen-
ſon. ad idem ſtatutum in d. cap.142. num.15. & per
tot.Gabr conſ.115. num.12.lib.1. conſ.2.per tot. &
conſ.91.num.3.& 4. lib.2. Peregr.de fideicom. art.
20.num.3.& art.28, ſub num 3. & conſ.52. num.6.
lib.4. Menoch.lib.4.præſumpt.52.& 62.nu.59 Gre-
gor.XV.dec.337. num.2.& 3.dec.315.nu.10. Amat.
Dunozet.dec.862.num 1.tom.2. Rot.dec.337. nu. 4.
verſ. & quod per fideicommiſſum.dec.403. num.3.
dec.424.num 1.in fin.par.2.dec.174. num.14.& 19.
dec.47?.num.1. par.4.tom.2.dec.237.n.14.dec.355.
num.1.par.5.tom.1.dec.479.num.2.par.5. to.2. dec.
248.num.1.dec.185. num. 1.par.7. in recen. & dec.
1329. nu.12.coram Seraph.& in Romana fideicom-
miſſi de Maximis 5. Martij,1638.coram Pirouano.*

8 Sed quod filij in cōditione poſiti cenſeantur vo-
cati ex diſpoſitione ſtatuti ſiue per fideicommiſſa-
riam, ſiue per vulgarem, adeo vt qua vocatione
cenſeantur vocati deſumendum ſit ex verbis teſta-
menti cuiuslibet teſtatoris, cum hoc ſtatutum
non expreſſit, ſed tantum curauit dirimere quæ-
ſtionem *glo in l.Lucius ff de hæred.inſtit.* ſcilicet an
poſiti in conditione cenſeantur vocati, vel non vt
animaduertit, *Rot.dec.403.n.14.par.2. in rec.*

9 Et huiuſmodi ſtatutum habet locum in terris
exiſten. Intra diſtrictum Vrbis non habentibus in
hoc particulare ſtatutum iuxta Theoricam *Bart.*
communiter receptã in *l.1.num.14.C.quæ ſit longa
conſuetudo, Ferentill.in addit.ad Burat.dec.834.n.
15. Greg.XV. dec.369.num.3.* & in terminis dicti
Statuti Vrbis *Rot.dec.379.num.3.par.1.diuerſ.& in
Sabinen.ſeu Farfen.fideicommiſſi 2.Martij 1640. §.
nec de teſtamentis coram Bichio.*

10 Quæ vocatio vigore præfati ſtatuti non ſolum
habet locum reſpectu deſcendentium teſtatoris, ſed
etiam reſpectu tranſuerſalium, & agnatorum, &
expreſſam operatur vocationem, *Rot dec.575.n.1.
& 2. ibique Adden.num.10. coram Gregor.XV.dec.
264.num.2.dec.248.num.2.par.7.in recen.& in Ter-
racinen.fideicommiſſi 17.Februarij 1645.§.quod ve-
ro coram Emin.Card.Ottbobono,* ſiquidem cum ge-
neraliter loquatur, generaliter debet intelligi etiã
ſi maior ratio ſit in deſcendentibus, quam in trã ſ-
uerſalibus, per regulam, *l.1.§.quod autem ff. de
aleat.Gabr.conſ.115.n.1.& 2.*

11 Circumſcripto verò ſtatuto, ſupradictas contra-
rias ſententias diſtinguendo conciliari poſſunt ſi
inſtitutus ſit extraneus ipſi teſtatori, & hoc caſu
filij in conditione poſiti non cenſentur vocati, cum
non poſſit vlla affectio teſtatoris erga tales filios
conſiderari, vt veriſimiliter in eorum fauorem di-
catur voluiſſe imponere inſtituto onus fideicom-
miſſi, & pro extraneis intelliguntur omnes non
deſcendentes ab ipſo teſtatore licet ſint ſanguine
coniuncti, *Curt.ſen.conſ.45.num.2.Clar.in §.teſta-
mentum quæſt.77.num.1. verſ.aut ille, qui fuit inſti-
tutus, Ruſtic.de liber.in condit.poſit.lib.1.c.3.num.1
& 2, Petra de fideicom.quæſt.9. num.171.in fin. Fu-
ſar,de ſubſtit. quæſt.437.num.5.Boer. deciſ.155. ante
num. 21.*

12 Aut vero liberi in conditione poſiti ſunt deſcẽ-
dentes ipſius teſtatoris, & tunc aut nulla ſubeſt
coniectura, quod teſtator eos vocare voluerit,
præter quam quod eos ſimpliciter in conditione
poſuit, & tunc non cenſentur vocati, nec onus fi-
deicommiſſi inſtituto iniunctum, aut concurrit ali-
qua coniectura, quod teſtator eos vocare voluerit,
& tunc intrepidè tenenda eſt opinio, quod cen-
ſeantur vocati, ita *Iul.Clar.in §. teſtamentum q.77.
num.1.circa fin.iuxta glo,in l.Lucius la 2.communi-
ter approbatam ff.de hæred.inſtit.*

13 Filij igitur in conditione poſiti ex coniecturis
vocationem ſuadentibus cenſentur vocati, vt om-
nes vtriuſque ſententiæ Sectatores conueniunt, &
conſentiunt ſequendo *glo.in l.Lucius la 2. ff.de hæ-
red.inſtituen.Craſ.in §.fideicommiſſum quæſt.14.Car-
dinal.Mantica de coniectur.vltim.volunt.lib.11. tit.
3.num. 19.Fenſon.ad ſtatut.Vrb.in cap.142.num 2.
verſ.verum ab iſta ſententia, vbi etiam Gurganet.
Fuſar.de ſubſtit.q.437.num.6 Alex.Trent.de ſubſtit.
par.4.cap.11.num.23. qui infinitos allegat. Ruſtic.de
liber.in condition.poſit.lib.2.cap,1.Petra de fideicom.
quæſt.9.num,160.Peregrin.conſ.91.nu.30.lib.1.Surd.
conſ.434.num.19.Gregor.XV.dec.314.num.1.& 15.
vbi Adden.num.16.& dec.319.num.2. Seraph. dec.
1319. num.1.Amat.Dunozet.dec.487.nu.9. Rot.dec.
133. ſub num.1.dec.266.num.3.dec.320.n.15. deciſ.
486.num.19.par,1.dec.422.num.2.par.4.tom.2.dec.
389.num.4.eadem.par.4.tom.2.dec.16.num.4 par.7.
in recen.& in Viterbien. prædij 3. Iunij 1650. in
princ. coram Bichio & in Auenionen. fideicommiſſi
22.Aprilis 1652.§.neque ex eo coram Cardin. Celſo,
Gulielm.Dunozet.dec.209.n.2.*

14 Leuiores tamen ſufficiunt coniecturæ in teſta-
mento aſcendentium, pro vocatione deſcenden-
tium, ſecus in extraneis, in quibus maiores, &
validiores requiruntur, vt recedatur à *glo.in l.Lu-*

cius

cius ff. de hæred. inſtit. ita *Crua. conſ. 62. num. 6. in fi. Sard. conſ. 67. num. 35. Saccin. iun. conſ. 174. num. 22. & ſeq. lib. 2. Peregrin. conſ. 91. num. 24. lib. 1. Belloa. ina. conſ. 50. num. 34. Honded. conſ. 54. num. 61. lib. 2. Faſar. conſ. 173. num. 1. & de ſubſtitut. cap. 437. num. 16. Craſ. in § fideicommiſſum quæſt. 14. Mant. de coniect. vltim volunt. lib. 11. tit. 3. num. 26. in fin. Gregor. XV. dec. 315. num. 5. ibique Adden. num. 16. Burat. dec. 385. in princ. verſ. tamen illc. & dec. 387. n. 2. verſ. & quamuis, Merlin. dec. 359. n. 3. deciſ. 447. num. 2. Rot. deciſ. 105. ſub num. 3. dec. 133. n. 7. deciſ. 146. num. 4. in fin. dec. 266. num. 6. dec. 486. num. 20. par. 1. & dec. 61. num. 5. par. 7. in recen. & in Auenionen. fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. §. neque ex eo coram Cardinali Celſo.*

15 Quæ procedunt etiam ſi agatur de diſpoſitione facta per viam contractus, nempè donationis, dotis lucrandæ ſi vxor ſine liberis communibus deceſſerit, & ſimilium, quia in contractibus non eſt diuerſimodè ſtatuendum ab vltimis voluntatibus, *Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 29. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. num. 50. Cancer. var. reſol. lib. 1. c. 1. num. 102. Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 185. nu. 10. verſ. quod procedit. Rot. in Auenionen. fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. §. ac etiam ſi agatur coram Celſo.*

16 Quales autem debeant eſſe coniecturæ, vt pro ſufficientibus habeantur, iudicis arbitrio relinquendum eſt, regulare tamen debet arbitrium ſequendo coniecturas approbatas à Doctoribus, vt docet, *Honded. conſ. 54. num. 63. lib. 2. Dec. conſ. 34. num. 117. lib. 3. Menoch. conſ. 394. num. 5. Eugen. conſ. 52. nu. 30. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 2. cap. 1. num. 7. & 27. & lib. 5. cap. 8. nu. 6. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 19. Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 148. num. 2. Maſcard. de probat. concl. 775. num. 18. Molin. lib. 1. de primogen. Hiſpan. par. 1. cap. 6. par. 3. Petra de fideicom. q. 9. num. 190. verſ. ego vero, & n. 191. & 192. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26. num. 43. Alex. Trentacinq. eodem tract. de ſubſtit. par. 4. cap. 11. nu. 23. Faſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 14. Theſaur dec. Pedemont. 96. nu. 9. verſ. mihi Caualc. dec. 81. n. 6. par. 2. Sard. deciſ. 162. n. 6. & 11. Magon. dec. Florent. 73. num. 5.*

17 Coniecturæ autem, quæ à DD. in hac materia conſiderantur prima eſt, quando filij poſiti in conditione ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, & concurrentibus alijs coniecturis non eſſe contemnendam ratione præſumptæ affectionis erga propriam deſcendentiam fatentur etiam DD. contrarium tenentes, *Salyc. in l. 1. num. 5. C. de condit. inſert. Caſtr. in l. filiusfam. §. cum quis ff. de legat. 1. Decian. conſ. 9. num. 1. & conſ. 44. num. 5. lib. 3. Ancar. conſ. 74. Honded. conſ. 65 num. 40. lib. 1. & conſ. 54. num 8 et 58. lib. 2. Ceph. conſ. 417. num. 17. lib. 3. Hieron. Alban. conſ. 1. num. 5. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 3. num. 2. Craſſ. in §. fideicommiſſum qu. 13. in fin. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. nu 23. & 24. Boer. dec. 155. num. 21. Theſaur. dec. 96. num. 7. in fin. Cardin. Seraph. dec. 956. num. 6. & dec. 1329. num. 2. cum alijs per Faſar. de ſubſtit. quæſt. 437. nu. 23. Gulielm. Dunozet. dec. 209. n. 3.*

18 Contrarium tenent DD. alij relati per *Iulium Clarum in §. Teſtamentum quæſt. 79. num. 2. & per Theſaur. dec. 96. nu. 7. ac per Faſar. de ſubſtit. q. 437. num. 24. & ita docent, Odd. conſ. 66. nu. 25. Bero. conſ. 11. num. 18. & 30. & conſ. 84. num. 74. lib. 2. Ceph. conſ. 517. num. 60. verſ. non obſtat, Curt. ſen. conſil. 42. num. 14. verſ. modo ſic, & conſ. 63. num. 4. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 2. cap. 3. num 4. Prec. interpretat. vltim. volunt. fol. 298. nu. 10. verſ. quapropter Petr Greg. Toloſ. in Syntag. iur. par. 3. de action. lib. 42. cap. 28. de fideicom. ſubſtit. ante nu. 30. verſ. 2. conſidero fo. 986. Gaid. Pap. dec. 39. Magon. dec. Florent. 27. num. 8. & dec. 33. num. 9. verſ. adducebant.*

19 Secunda coniectura eſt, ſi liberi non ſemel, ſed pluries fuerint poſiti in conditione, nam tunc cenſentur vocati *Cephal. conſ. 476. num. 10. verſ. quibus accedit* Menoch. *conſ. 135. num. 7. conſ. 152. num. 6. verſ. ſecundo accedit conſ. 301. num. 23. conſ. 325. nu. 11. Corn. conſ. 73. num. 8. lib. 2. Gozad. conſ. 64. num. 9. Craueت. conſ. vltimo num 6. Honded. conſ. 54 num. 11 lib. 2. vbi reprobat Gabr diſſentientem, Menoch. lib. 4 præſumpt. 76. num. 58. Petra de fideicom. quæſt. 9. nu. 203. Intrigl. de ſubſtit. p. 3. quæſt. 26. nu. 122. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 25. Ruſtic. de liber. in condition. poſit. lib. 5. cap. 2. num. 1. Faſar. de ſubſtitution. quæſt. 437. num. 101. Cardin. Seraph. dec. 1329. num. 11. Gregor. XV. dec. 315. num. 2. vbi Adden. num. 17. Rot. dec. 166. num. 11. par. 1. in rec. Amat. Dunozet. dec. 487. n. 14.*

20 Contrariam opinionem comprobauit *Ant. Gabriel. de fideicom. concl. 4. n. 32.*

21 Tertia coniectura deducitur, quando filij in cõditione poſiti fuerint ſub qualitate maſculinitatis, *Ruſtic. de liber. in condition. poſit. lib. 2. cap. 2. vbi pro hac opinione allegat vltra 50. DD. & de veriori, & crebriori teſtatur. Menoch. conſ 173. num. 50. conſ. 393. num. 6. & conſ. 481. num. 2. conſ. 557. num. 32.* vbi ita fuiſſe iudicatum *& conſ. 1017. num. 1.* vbi refert quadraginta Doctores hanc opinionem ſectantes, *Burſat. conſ. 202. num. 34. lib. 2. Dec. conſ. 3. num. 47. lib. 1.* vbi ſubdit quod hæc coniectura ſola ſufficeret *conſ. 59. num. 5. conſ. 103. num. 11. & 12 lib. 2. Sard. conſ 67. num. 33. & conſ. 96. nu. 30. Honded. conſ. 54. num. 12. lib. 2.* Peregrin. *conſ. 55. num. 7. lib. 1. conſ. 56. num. 1. lib. 5. Ancar. ian. lib. 3. qu. 31. n. 2. Craſſ. in §. fideicommiſſum qu 14. n. 1. in fine Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26. num. 47.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 76. num. 27. Mant. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 3. num. 3. Faſar. de ſubſtit. quæſt. 437. à n. 25* vbi latè exemplificat, & multipliciter declarat, vſque ad *n. 63.* & concurrentibus alijs coniecturis approbauit, *Rot. dec. 144 num. 4. in fin. dec. 266. nu. 15. & dec. 300. n. 15. p. 1. in recen.*

22 Contrarium, quod hæc coniectura non ſufficiat, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati, tradunt alij Doctores, quos ſupra ſexaginta cumulat, *Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 2. cap. 2. n. 34.* prout etiam docent *Rol. à Val. conſ. 51. lib. 3.* vbi alios infinitos allegat, & de communi teſtatur, *Odd. conſ. 67. num. 29. verſ. præterea dico Menoch. conſ. 91. num. 2. Burſat. conſ. 1. num. 8. lib. 1. Dec. cõſ. 59. num. 5. lib. 2.* Gabr. *conſ. 95. num. 2. & 3. & conſ. 103. num. 39. lib. 1. Berett. conſ. 74. num. 11. Ceph. conſ. 268. in princ. & num. 17. & ſeq. Lauar. conſ. 63. num. 37. & 38. Prat. de interpret. vltim. volunt. fol. 298. num. 11. verſ magis Alex. Trent. de ſubſtit. p. 4. cap. 11. num. 24. verſ. & cum prædicti, Petra de fideicom. q. 9. art. 172. & ſeq.* vbi latè diſputat, & infinitos allegat *Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 79. in princ. Hieron. Caual. in ſpec. commun. contra commun. quæſt. 94.*

quaeſt.94.num.6. Guid.Pap.dec.184.& 600.Theſau. dec.Pedem.96.num.23.Boer.dec.155. nu.28. Raud. dec.Piſan.27.n.80.Magon. dec.Florent.27.n.6.

23 Et quod qualitas maſculinitatis non ſit conſiderabilis deficiente ratione abſoluta conſeruandę agnationis, cum argui nequeat ex ſola vocatione maſculorum, vnde eſſe leuem coniecturam affirmat, *Gabr.conſ.93. num.39.& ſeq. lib.2.Surd.conſ. 308. num.14.& conſ.438.num.2, Giouagn. conſ. 82. num.147.& ſeq. lib.1.Peregrin.de fideicom. art. 26. num.12. latè Gratian.diſcept.forenſ.cap.999. nu.6.* vbi quod per iſtam qualitatem cenſeatur tantum contemplatus ſexus, non autem agnatio, *Rot.deciſ. 486.num.15.par.1.dec.667. num.10.par.2. dec.272. num.19. dec.279.num.20.par.6.recen. & in Auenionen.fideicommiſſi 22. Aprilis 1652.§.pro receſſu coram Cardinali Celſo.*

24 Quarta coniectura deſumitur, ſi teſtator expreſſerit rationem, quia ſcilicet volebat bona ſua conſeruari in familia, nam ratione conſeruationis agnationis, filij in conditione poſiti cenſentur vocati, & videtur abſque dubio teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum inducere inter ipſos deſcendentes, præcipuè ſi prohibuit alienationem bonorum, vt in familia, & deſcendentibus conſeruentur. vt tradunt *DD.relati à Ruſtic in tract.de liber. in cōdit.poſit.lib.3.c.5 Hod.conſ.54.n.12 lib.2 Dec.conſ. 41. n.36.lib.1.Ceph.cōſ.343.n.21.& ſeq.lib.3.Surd. cōſ.67.n.35. & conſ.242.n.50.Cepol.conſ.251.n.50. Fuſar.conſ.157. num.14.& de ſubſtit.quaeſt.437.n.78 Petra de fideicom.quaeſt.9.nu.203.Prat.de interpret. vltim.volunt.fol.283. num.3, & fo.302.n.24. Craſſ. in §.fideicommiſſ.qu.14. num.4. Iul Clar. in §. teſtamentum quaeſt.79. num.4.Ancar.iun.lib.3.qu.31.nu.6. Anton.Cabr.in tit.de fideicom.concl.4. nu.34. Mant. de coniect.vltim.volunt. lib.11.tit.3.nu.14. Menoch. lib.4.præſumpt.76.num.70. Intrigl.de ſubſtit. cent.3. quaeſt.29.num.140. & 143. Theſaur.deciſ. Pedemontan.96.num.29. Cæſar Bar.deciſ.Bonon.1.num.7. & 8. Cardinal.Seraph dec.1329. num.3.Coccin.dec.75. num.8. Durap.deciſ.126.num.17. Rot.dec.266.n.16. dec.350.num.18.par.1.dec.432.n.10. & 11. dec. 55. n.14.par.4.tom. 2.in recen.*

25 Et licet dicta coniectura non procedat, ſi fuerit ratio conſeruandæ agnationis appoſita conſecutiuè, hoc tamen ſibi locum vindicat, ſi agatur de extendendo fideicommiſſo de caſu, ad caſum, ſecus autem vbi agitur, vt filij in conditione poſiti ſint vocati, quia hoc caſu agitur de declaratione mentis teſtatoris, & non de extentione, adeò vt ratio agnationis etiam conſecutiuè appoſitæ operetur, *Rota vbi alios allegat in Romana Cenſus 18. Iunij 1655. coram Cardinali Cerro, & dec.83.nu.6.*
26 *ad med.coram Merlino,* præcipuè ſi verſemur in fideicommiſſo aſcendentium, *Fuſar.de ſubſtit.quaeſt. 458.ſub num.15. Paten. dec.2 6.n.4.lib.2.*

27 Ipſa verò ratio conſeruandæ agnationis non cenſetur appoſita conſecutiuè ſtantibus verbis in perpetuum, nam tunc dicitur independenter appoſita, *Gratian.diſcept.forenſ.cap.866.à nu.16. cum ſequen.Rot.in Bononien.fideicom.26. Febr.uarij 1652. coram Albergato.*

28 Fideicommiſſum enim agnationis fauore cenſetur relictum, quando habita fuit ratio, quod bona in agnatione, & familia conſeruentur, & ita concludere omnes ſcribentes tradit *Fuſar.de ſubſtit.quaeſt.499. num.1.& quaeſt.277. num.6.& q.479 à num.101. vſque ad 109. vbi de materia, Dec.conſ. 495. num 13. Pariſ.conſ.1.num 30.& 31.& conſ.66. num 44 lib.3.Gabr.conſ.132. num.40. lib.1. Menoch. conſ.775. num.20.ad med Mantic.de coniect. vltim. volunt.lib.6.tit.15.num.5. Menoch. lib.4. præſumpt. 68 num.9. & in tract.de arbitrar.Iud.caſ.496.nu.9. Maſcard.de probat. concl.775. n.7. Intrigl.de ſubſtit. cent 5. qu. 72. num.81.*

29 Quinta coniectura reſultat, quando teſtator grauauit ipſos filios in conditione poſitos ad hæreditatem reſtituendam, etenim grauare non potuiſſet, ſi prius non honoraſſet, & vocaſſet; & hanc eſſe communem Doctorum theoricam teſtatur, *Iul Clar, in § teſtamentum quaeſt. 78. in princ.* & ab hac ſententia tamquam canonizata conſulendo; & iudicando non eſſe recedendum ſubdit, *Ruſtic. in tract. de liber.in condition.poſit. lib.4. cap.2. & cap.3. num.28. & vltra 70. DD. allegat. & ita etiam tenet Bart.in l Centurio nu 37.ff.de vulgar. vbi etiam Cephal.num.884. & ſeq.& latè conſ.93. lib.1. Menoch.conſ.348. num.35 & ſeq. lib.4 & conſ.613.nu. 10 lib.7. Decian.conſ.3. num 54. lib.1.& conſ.44.nu. 51. lib.3 Oſaſch.conſ.35.num.4. Peregrin.de fideicom. art.21.nu.30.& art.12.num.7.Intrigl.de ſubſtit.cent. 3.quaeſt. 26.num.61. Ancar.iun.lib.3.quaeſt.31.num.4. Prat.de interpret.vlt.volunt.fol.300. num.4. Craſſ. in §. fideicommiſſum quaeſt.14. num.2. verſ. ſed hæc Menoch.lib.4.præſumpt.76.num.69.in fin.Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib. 11.tit.3.nu.21 Theſaur.dec. Pedemont.56.num.10. Runden.dec.Piſan.31. nu. 254 Cæſar Barz.dec.Bonon 1.num.4.& ſeq.dec.5.num.6 & 7. & dec.9.num.15. Rot.dec.266. num.16. par.1. in recen.latè Fuſar.de ſubſtit.q.487.n.130.* vbi hanc opinionem multis ampliationibus, & limitationibus exornat vſque ad n.160.

30 Contrarium, quod ex grauamine non inducatur vocatio poſitorum in cōditione de veriori tradunt DD. vltra quinquaginta relati ab eodem *Ruſtic in tract de liber. in conditione poſit.lib.4.cap.3.* & alij infiniti relati à *Iulio Claro in §.teſtamentum quaeſt.78. verſ.ſed quid dicant Burſat.conſ 1.num.10. conſ.52. num.22 lib.1. Beret.conſ.28.nu 6. Odd.conſ. 46. num.20.& 21.Decian.conſ.26. num. 42. lib.2. Ceph conſ.17. num.57.lib.2.conſ.268.num.19.lib.2. conſ.419. num.28.lib.3.Cenal.in ſpec.commun. contra commun. q.94.num.5.Petr de fideic.q.9.num.187. & ſeq. Maſcard.de probat.lib. concl.175.num.17. Magon.dec.Florentin 71 num 15. verſ.alij verò grauius in fin.Cæſar.Barz. deciſ.Bonon.7. num.7. & deciſ.8. num.3.*

31 Declara conciliando ſupradictas cōtrarias opiniones, vt huiuſmodi coniectura per ſe ſolam non ſufficiat; adeo vt ex ſolo grauamine non reſultet ſufficiens coniectura vocationis, vt contra Bart. tenent innumeri DD. ſecus autem concurrentibus alijs coniecturis, *Decian.conſ.44.num.57.lib.3.Mantic.in tract.de coniect.vltim.volunt.lib.8.cap.1.n.32. in fin.& lib.11.cap.23. num.26. & hanc opinionem contra Bartolum tenet Rot.deciſ.956. num.4.et 5.coram Seraph ſequendo dec.215.apud Puteum, & deciſ. 134. n.s.2.3.& 4.par.4.diuerſ.*

32 Declara 2. quod aut grauamen eſt expreſsè iniunctum filio inſtituto etiam duplici conditione puta inſtituo filium meum, & ſi filius meus ſine filijs deceſſerit; vel eius filij ſine liberis deceſſerint,

cint, volo vt prædictus filius meus reſtituat hæreditatem Titio, & hoc caſu liberi poſiti in conditione non cenſentur vocati, cum ſolus ſi ius inſtitutus ſit grauatus ad reſtituendam hæreditatem, & non eius filij in condicione poſiti. Aut grauamen eſt expreſſe iniunctum ipſius filijs in conditione poſitis, ſcilicet inſtituo filium meum, & ſi filius meus ſine liberis deceſſerit reſtituat hæreditatem Titio, & ſi eius filij nati, vel naſcituri deceſſerint ſine filijs volo, vt reſtituant hæreditatem eidem Titio, & hoc caſu præfati filij, ſi ſint deſcendentes ipſius teſtatoris cenſentur abſque dubio vocati, iuxta Bartoli opinionem, eo quia conſideratur ordinata affectio teſtatoris, vt ſui deſcendentes ei ſuccedant, ſed ſi ſint extranei, id eſt non deſcendentes, & tunc non cenſentur vocati, ita *Iul. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 78. verſ. primus caſus, & verſ. ſecundus caſus Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 4. c. 4. n. 14.*

33 Sexta coniectura oritur quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, iuxta conſilium *Ancar.* huius opinionis auctoris 74. *nu. 2. in fin.* & tradunt vltra quadraginta DD. relati à *Ruſtic. in tract. de liber. poſit. in condit. lib. 3 cap. 1. nu. 1. & 14.* vbi de communi *Odd. conſ. 66. n. 76. Dec. conſ. 3. nu. 52. lib. 1. conſ. 28. nu. 25. conſ. 103. nu. 17. lib. 2. & conſ. 44. num. 53. lib. 3. Honded. conſ. 65. nu. 83. conſ. 67. num. 5. lib. 1. conſ. 54. nu. 33. & 34. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 767. nu. 5. & 6. lib. 7. Menoch. conſ. 135. nu. 5. conſ. 173. num. 54. & ſeq. conſ. 310. nu. 16. conſ. 1051. num. 13. Surd. conſ. 539. num. 3. Curt. iun. conſ. 11. nu. 6. Bellon. iun. conſ. 50. nu. 18. Pedroc. conſ. 22. nu. 12. conſ. 40. nu. 318. lib. 1. Gabr. in tit. de fideic. concl. 4. nu. 14. Craſſ. in §. fideicommiſſum qu. 14. n. 3. verſ. ſed priorem, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 13. Petra de fideicom. qu. 11. num. 524. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. num. 53. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. nu. 90.* vbi declarat, *& limit. vſque ad num. 100. Milan. dec. 1. num. 136. lib. 1. Theſaur. deciſ. Pedemont. 96. num. 15. 17. & 18. Rand. dec. Piſan. 27. num. 88. & ſeq. & dec. 31. num. 249. verſ. tertia. Viui. lib. 2. dec. 262. nu. 13. 14. & 15. Card. Seraph. dec. 1329 num. 10.* Gregor. *XV. dec. 315. num. 4. & dec. 329 n. 5. Gul. Dunozet. dec. 209. num. 5. Duran. dec. 126. n. 15. Amat. Dunoz. dec. 487. nu. 16. tom. 1. Rot. dec. 133 num. 7. dec. 230. num. 18. & 19. dec. 266. num. 14. p. 1 deciſ. 389. num. 7. part. 4. tom. 2. deciſ. 355. nu. 6, p. 5. in recent.*

34 Contrariam ſententiam ſectantur alij grauiſſimi DD. relati ab eodem *Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 3. cap. 1. num. 5. Gabr. conſ. 95. nu. 23. lib. 2. Mantic. conſ. 194. col. 3. Decian. conſ. 59. num. 9. lib. 2. Cephal. conſ. 567. num. 76. & ſeq. lib 4. & conſ. 419. num. 74. lib. 3. Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 79. Alex. Trent. de ſubſtit. par. 4. cap. 11. num. 27. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 13. Pet. de fideic. qu. 9. nu. 199. Magon. dec. florent. 73. nu. 6. & 7. Gabr. in tit. de fideicomm. concl. 4. num. 9 Rat. deciſ. 486. nu. 18. part. 1. & deciſ. 538. nu 5. part. 2 in rec. & ſæpè reprobaſſe Rot.* hanc coniecturam patet ex alijs deciſionibus relatis per *Adden. ad* Gregor. *XV dec. 315. num. 18.*

35 Hæc tamen coniectura præcipue attendenda
eſt primo, quando eſſemus in multiplicatione
36 plurimorum graduum. Secundo quando ſtylus
fori eſſet, quod poſiti in condicione cenſeantur
37 vocati. Tertio quando in vltimo gradu ſubſtitutionis eſſet vocatus extraneus. Quarto vera eſt concurrentibus alijs coniecturis. vt alijs congeſtis exornat, *Fuſar. in tract. de ſubſtit. q. 437. à n. 92. vſque ad 95.*

38 Limit. vt hæc coniectura procedat in deſcendentibus teſtatoris, ſecus in extraneis, vt ex *Alex. Soccin. iun. Ram. Marz. Ruſtic. Intrigl. Rand. Cabal. Canal.* tradit *Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. num. 98. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. verſ. caue quod limitatio Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 315. num. 18. in fin.*

39 Limit. 2. vt procedat tantum, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum inter ipſos deſcendentes poſitos in conditione, & poſtea grauaſſet vltimum ex deſcendentibus poſitis in conditione reſtituere hæreditatem extraneo alias ſecus, ſecundum *Decian conſ. 59. num. 10. lib. 2 Petra de fideic. quæſt. 9. num. 199. verſ. & hæc opinio* celat per *Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. num. 99.*

40 Septima coniectura conſideratur ſi teſtator in aliqua parte teſtamenti vocauit filios in conditione poſitos, puta ſi eos vocauit in caſu, quo inſtituti committant aliquod delictum confiſcatione dignum, & hanc coniecturam ſemper fuiſſe magni factam à Rota, teſtatur *Gregor. XV. deciſ. 329. num. 4. & deciſ. 315. Amat. Dunoz. deciſ. 518. num. 15.* & late de hac coniectura *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437 à num. 190. vſque ad 194.*

41 Octaua coniectura innititur, quando filij non
ſunt poſiti in conditione ſimpliciter, ſed cum
qualitate legitimitatis, puta *ſi ſine filijs naturalibus, atque legitimis, & de legitimo matrimonio na-*
42 *tis*, cum hæc qualitas cenſeatur adiecta ad excluſionem legitimatorum, præcipuè ſi vlterius fuerit adiecta *Clauſula, & non alias aliter.* nam aliter legitimi non ſuccederent in totum ab inteſtato, eo
43 quia legitimati ab inteſtato concurrant ad ſucceſſionem cum filijs legitimè deſcendentibus, *§. ſi quis igitur §. generaliter §. illud in Auth. quib. mod. nat. efficiant. legit.* ac proinde cenſentur vocati, & hanc eſſe optimam coniecturam, & multùm concludentem, & cui nihil opponi poſſit. *Socc. iun. conſ 110. num 25. & 26. conſ 145. num. 39. lib. 3. Menoch. conſ. 325. num. 10. Honded. conſ. 65. num. 42. lib. 1. conſ. 51. num. 85. conſ. 54. num. 20. lib. 2. Dec. conſ. 33. num. 90.* Craneit. *conſ. 885. num. 1. conſ. 917 col. 1. Dec. conſ. 33. num. 90. conſ. 41. nu. 30. lib. 1. conſ. 103. num. 20. lib. 2. Peregrin. conſ. 91. num. 36. lib. 1. conſ. 45 num. 3. lib. 3. conſ. 56. num. 1. in fin. lib. 5. & de fideic. art. 24. num. 40. in fi. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. num. 64 & conſ. 51. num. 4. conſ. 145. num. 13. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 3. cap. 3. num. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 48. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. num. 7. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26. num. 107. Prat. de interp. vlt. volunt. fol. 301. num. 11. & 12. Surd dec. 162.* qui dicit hanc tantum coniecturam ſufficere *Magan. deciſ. florent. 27. num. 13. deciſ. 73. num. 8, Cæſar. Barz. deciſ. 7. nu. 8. & deciſ. 5. nu. 12. Rauden. deciſ. Piſan. 31. num 251. Viui. deciſ. 262. num. 17. Seraph. deciſ. 934. nu. 9. deciſ. 956. nu. 6. dec. 1329. nu. 5. Gregor. XV. deciſ. 329. num. 6. Rot. deciſ. 300. nu. 1. part. 1. & deciſ. 428. num. 4. p. 4. tom. 2. rec. deciſ. 209. num 4. coram* Gulielm. *Dunoz. & deciſ. 487. num. 10. coram Amat. Dunozets*, vbi quod
44 hæc coniectura tamquam vrgentiſſima ſufficiat,

& in

& in *Vrbinaten.pradij 3. Iunij 1650. §.eorum autem coram Bichio.*

45 Contrarium, quod iſta coniectura ſit valdè debilis, cum vt plurimum ſit ſolita apponi de ſtylo Notariorum, quam ex voluntate teſtatoris, vt ait *Nognerol.alleg.23. nu.34.& 35.Rol. à Valle. conſ. 34.num.64.lib.4.Beret.conſ.74.num.12. Petra de fideicom.quaſt.9.176.& 201.circa fin. Fontanell. de pact.nuptial.Cla.4.gloſ.2.;.num.113. Fuſar.de ſubſt. qu.437.nu.65.Griuel.deciſ.Dolan.deciſ.125. nu.77.* cum pluribus adductis per *Roman.conſ.100 n. 45.* & pluries *Rot.* reiecit ſequendo *Teſaur.deciſ. Pedemont.96.nu.26.* vt teſtatur *Burat.deciſ.385 n.8.& in rec.dec.538.nu.7.part.2. & dec.221. num.12.p.5. tom.1.* vbi de magis communi, & in *Aueniomen.fideic.22.April.1652.§.alia vero coram Card. Celſo,* quæ loquuntur etiam in terminis deſcendentium.

46 Nona coniectura deſumitur ex ſubſtitutione reciproca facta à teſtatore inter inſtitutos, vt ſi dixerit inſtituo filios, & ſi alter deceſſerit abſque filijs ſubſtituo ſuperuiuentes, ratione enim reciprocę factæ inter inſtitutos filij poſiti in conditione cenſentur vocati. *Pariſ.conſ.37.n.38.lib.2.Dec. conſ.28.n.21.lib.2.conſ.44. nu.20. verſ.ſecunda ergo lib.3.Honded.conſ.54.num.42.lib.2. Corn.conſ.146. num.13.lib.2.Gozad.conſ.64.num 12.Rimin.conſ.88 col.2.lib.1.Menoch.conſ.135.num.6.lib.2.conſ.1024. num.67.lib.11.Ruſtic.in tract.de liber.in condit.poſit. lib.5.cap.1.num.1.Menoch.lib.4.præſumpt.76.nu.52. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.qu.26.num.112. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.437.nu.87.* Gionagn.*conſ.79.lib.1. Rot. deciſ.355.num.5.deciſ.389.nu.6.part.4.tom.2.deciſ. 355.num.3.part.5.tom.1.in rec.&* in Terracinen. *fideicomm.14.Decemb.1643. §.pluries coram Cardin. Othobono, & in Viterbien:pradij 3.Iunij 1650. coram Bichio, & deciſ.518. numer. 6. coram Amat. Dunozett.*

47 Et ratio præcipua, in qua fundatur hæc coniectura, eſt, quia cum reciproca ſubſtitutio potiſſimum exigat æqualitatem inter ipſos viciſſim grauatos, ad *l.nam hoc iure, & ibi gloſ.in verbo ſola ff.de vulgar.& pupillar.& teſtam.la prima C. de teſtam:milit.* ſi filij poſiti in conditione non eſ-
48 ſent grauati, ſequeretur inequalitas, quia qui decederent ſine filijs tenerentur ſuperſtiti fratri, ſiue alij cohæredi portionem ſuam reſtituere, qui vero cum filijs decederet, nec teneretur ſubſtituto fratri, ſiue cohæredi, quia exiſtentia filij excluderet ſubſtitutum, nec etiam teneretur reſtituere filio in conditione poſito, ſed ſolum illi eſſet reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato, & ſic claudicaret hæc reciproca ſubſtitutio, vt animaduertit, *Rot.dec.355.n.4.p.5.tom.1.in rec.*

49 Decima coniectura inſurgit, ſi vocati fuerint filij ſubſtitutorum, cum multo magis cenſeantur vocati filij hæredum primo loco inſtitutorum poſiti in conditione, ne alias melioris conditionis reputentur, vel remotiores, vel minus dilecti. *Ruin.conſ.400.poſt num.9.& conſ.142.nu.11.verſ. & iſtud.lib.3. Aym.conſ.62. num.6.& 7.* Grat.*conſ. 101.num.19.lib.2.Cephal.conſ.188. num.15. Bellon. jun.conſ.50. num.30.* Gionag. *conſ.79.nu.23. lib.1. Menoch.conſ.393.num.28.Honded.conſ.54.num.41. lib.2.Surd.conſ.344.num.7. Pariſ.conſ.66. num.33. lib.3.Soccin:ſen: conſ.116. col.5: verſ.tertium colligunt.lib:3. Ruſtic.in tract.de liber.in condit:poſit.lib, 5.cap:6.num:22,Menoch.lib.3.præſumpt:76.num:81 Intrigl.de ſubſtit:cent.3.qu:26.num:154. Petra de fideicom:qu:9.num.209.Gabr:in tit.de fideicom. concluſ.4.num:27.& Hieron.Gabr:conſ.96.num:17.lib, 1.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.437.num 178.Card.Seraph. deciſ.1329.num.9.Merlin.deciſ.441.num.5.Gregorii XV.dec.329.num:8.& dec.315.num:8,dec.551.n:5 Rot:deciſ.146.num.9.part.1.dec.389.num:10. deciſ. 651.n:6.part;4.tom.2.deciſ:355.num-5.p.5.tom.1. in rec.* quæ loquitur in terminis, & diſpoſitione, qua teſtator poſt ſubſtitutionem fratrum vocauit ſorores, & ſororum filias, vnde videatur abſurdum quod vocauerit filias ſororum, quæ minus dilectæ ſunt, & vltimo loco admiſſę ad hæreditatem, & prętermiſerit vocationem filiorum ex filijs maſculis primo loco vocatis, & conſequenter filij poſiti in conditione cenſentur vocati, *Amat. Dunoz.dec.518:nu:5.*

50 Vndecima coniectura deprehenditur ex compendioſa ſubſtitutione facta puta decedentibus ſine filijs, vel filiabus quandocunque, quę verba faciunt ſubſtitutionem compendioſam, *Bart.in l. centurio.n:17.ff.de vulgar:Soccin:iun.conſ.174.n.24. lib.2.Odd.de compendioſ.port:4.qu:2.n:2. Menoch. lib.4.præſumpt:51.nu:5.Fuſar.de ſubſtit.q-233.n.31* qua compendioſa ſubſtitutione ſtante poſiti in conditione cenſentur vocati, nam ſicut in vulgari contenta in compendioſa poſiti in conditione cenſentur vocati, pariter idem erit dicendum in fideicommiſſaria. *Soccin.iun.conſ.174. num.24. Honded.conſ,65.num.38.Menoch.conſ.1024. num.8. lib.11.conſ.393.num.13.lib.4.Peregrin. conſ.54. nu. 12.lib.4.Ruſtic.in tract. de liber. in condition. poſit. lib.5.cap.6.num.5.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.26. num.161.Menoch.lib.4.præſumpt.76. num.85.Card. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.3.num.17. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.437.num.220.Rot.deciſ.487. n.12 coram Amat.Dunoz.*

51 Duodecima coniectura conſideratur, quando teſtamentum eſt factum in loco, vbi ſtatutum diſponit, quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, vt diſponit ſtatutum Vrbis, pręcipuè ſi teſtator poſſideat bona in eodem loco, nam prę-ſumitur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione eiuſdem ſtatuti, vt animaduertit, *Rot. dec. 1329. num.12.coram* Card.*Seraph.* & tradunt DD relati per *Fuſar.de ſubſtit.qu.437.num.229.Rot. dec.355. à n.11.vſque ad 14.p.5.to 1.in rec.*

52 Decima tertia coniectura reſultat ex oneribus annuis, ac perpetuis impoſitis per teſtatorem ad pias cauſas, nam vt hęc omnia poſſint adimpleri & perpetuò præſtari diſpoſitiua pręſumitur voluntas teſtatoris etiam erga filios in conditione poſitos, cuius vigore cenſentur vocati, *Ruſtic.in tract. de liber.in condit.poſit.lib.5. cap.5.nu.10.* Simon.*de pret.de interpret.vltim.volunt.lib.3.dub.2. ſolut.3. num.25.ſol.302.Ciriac. controuerſ.56. num.71. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.qu.16.num.144.Fuſar.de ſubſtit.qu 437.num.211.& 212.*vbi contrarium tenentes allegat: *Rot.in Tiburtina fideicommiſ.25. Martij 1646 §.& quando coram Arguelles, & in Vrbinaten.pradij 1650 §.quarta coniectura cor. Bichio.*

53 Decima quarta coniectura ponderatur, quando teſtator in defectum filiorum legitimorum vocauit naturales, vel ſpurios legitimatos, ſeù legitimandos, vndè cum iſtos minus dilectos vocaue-

rit

rit, veriſimile eſt magis dilectos vocare voluiſſe, Menoch.conſ.393. num.29. conſ.152. num.11. Rum. conſ.142. num.11.lib.3. Aym. conſ.52. num.6. & 9. Mandel. conſ.96. num.12. Ruſtic.in tract.de liber. in condit.poſit.lib.5.cap.6.num.19. Card. Seraph.deciſ. 1329.num.4.

54 Decima quinta coniectura deſumitur ex modo quo buona hæreditaria gubernari debeant, ſcilicet ſi teſtator diſpoſuerit quod onus regiminis, & gubernij ſemper ſpectet ad maiorem natu, vnde filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati, alias fruſtatoria redderetur diſpoſitio quo ad modum gubernandi hæreditatem, Decian.conſ. 49.num.5.lib.3. Altograd.conſ.95 nu.65.in fin.verſ. quod ſuppoſitum, & num.66. & 96. Menoch. libr.4. præſumpt.76.num.59.Ciriac.controuerſ.96.num.70. Randen.dec.27.ſub num.94.in fin.verſ. præcipuè facit Rot.in Viterbien.prædij 3.Iunij 1650.§.altera, et quidem potentiſſima.

55 Decima ſexta coniectura fundatur in fœminarum excluſione, dummodo ſit generalis, & abſoluta, & non reſtricta ad ſolius hæredis, vel donatarij filias, & facta fuerit cauſa conſeruandæ agnationis, alias non eſt habenda in conſideratione, ſiquidem ſi teſtator excludat fœminas, ſeù proprias filias ob relictam dotem, quæ ſi etiam neptibus non fuerit relicta, non cenſentur neptes ab hæreditate excluſæ. Gabr.conſ.97. num.15. Pariſ. conſ.41.num.59. lib.3. Crauet.iun.conſ.11. num.4. verſ nec obſtat lib.1.Giouang.conſ.82.num.164. lib. 4.Greg.XV.dec.514.num.13.Seraph. dec.880.nu.2. & 3.deciſ.1216.num.1. & 6.Rot.deciſ.485.num.5. verſ.adderunt præterea par 4.diuerſ.dec.153.num.8. & 9.deciſ.195.num.17.p.5.in rec. & in Auenionen. fideicommiſ.22. Aprilis 1652. §.excluſia fœminarum coram Card.Celſo, & comprobat Mantic. de coniect. vlt.volunt.lib.11.tit.14 num.14.verſ.ſed tamen.

56 Decimaſeptima coniectura inſurgit ex prohibitione alienationis bonorum extra familiam, præcipuè ſi ſit particulari verbo concepta, nam tunc filij poſiti in conditione cenſentur vocati, vt tradunt DD. relati per Ruſtic.in tract.de liber.in condit.poſit.lib.3.cap.5. Dec.conſ.41.num.36. lib.1.conſ. 103.num.17.lib.2.Hond. conſ.54.num.32. lib.2.Socc. ſen. conſ.25,num.8.lib.1.Surd.conſ.539.num.5.Curt. iun conſ.43.num.8. Decian.conſ.41. num.36. libr.1. Craſſ.in §.fideicommiſſum qu.14.num.4.Menoch.lib. 4.præſumpt.76.num.70.Intrigl. de ſubſtit. centur.3. qu.29.num.140.& 143.Petra de fideicomm.quæſt.9. num.103.Prac.de interpr.vltim.volunt.fo.283. n.3. & fol.302.num.24. Gabr.in tit.de fideic. concluſ.4. num.34.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11. tit.3.n. 14.Fuſar.de ſubſtit.qu.437.num.161. Theſaur.dec. Pedemont.96.num.29.Cæſar.Barz.dec. Bonon.1.n.7. & Hier.Leo dec.Valent.209.num.95.lib.2. Rot.dec. 422.num.5.part.4.tom.2.in rec.& in Viterbien. prædij 3.Iunij 1650.§.ſexta coniectura coram Bichio,& dec.3.n.5.coram Amat.Dunozet.tom.1.

57 Contrarium docent alij DD. relati per Fuſar. de ſubſtit.qu.437.n.162.

58 Hæc tamen coniectura præcipuè locum habet, ſi prohibitio alienandi adiecta fuit, tam filijs ſuis hæredibus, quam alijs ſuis ſucceſſoribus, & ſic omnibus ſucceſſiuè vocatis, quo caſu etiam poſiti in conditione cenſentur vocati: Curt.iun.conſ. 43.num.8.Decian.conſ.41.num.36.lib.1.& conſ.44. num.47.lib.3.& conſ.102.num.27. lib.2. Surd.conſ. 539.nu.5.verſ.quinto accedit Soccin.conſ.250. nu.8. lib.1. Rimin.iun.conſ.456.nu.45.Fuſar. conſ.144.n. 28.& in tract de ſubſtit.qu.437. nu.166. Craſſ.in §. fideicommiſſum qu.14.nu,4.in fin. Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.11.tit.3.num.14. Rot.dec.424.n.2. ad fin part.2.& deciſ.422.num.5. part.4. tom.2. in recent.

59 Limita, vt non procedat hæc coniectura primo, quando filij ſint poſiti in conditione tamquam filij, & prohibitio eſſet facta tamquam hęredibus, ſecundo, quando prohibitio non eſſet facta fauore ſubſtituti ſub conditione ſi ſine filijs, & eſſet dictum ne bona exeant de familia, tertio, ſi prohibitio eſſet facta perſonaliter hęredi, quarto, quando prohibitio eſſet realis, vt alijs relatis comprobat, Fuſar.de ſubſtit.qu.437. à num.172. vſque ad num.175.

60 Decima octaua coniectura inſurgit, quando teſtator vſus eſt verbis realibus declarans hæreditatem velle peruenire ad ſubſtitutos, nam fideicommiſſum reale æquè comprehendit vocatos, & poſitos in conditione, vt cenſuit Rot. deciſ. 315. n.13.coram Gregor.XV.& deciſ.61.num.10.part.7. in recent.

61 Decima nona coniectura accedit, quando in ſequentibus ſubſtitutionibus vocati eſſent penitus extranei, quæ etiam eſt fortiſſima coniectura. Ceph.conſ.188.num.11.Surd.conſ.539.num.4. Giouang.conſ.80.num.23.& ſeq.Fuſar.conſ.171. nu.6. Rot.deciſ.1329.num.4.coram Card.Seraph. & dec. 109.num.11. coram Amat. Dunozet. & in Imolen. fideicommiſſi 2. Martij 1627. coram Vbaldo in 2. coniectura, & in rec.dec.61.n.6 p.7.

62 Vigeſima depromitur ex prohibitione trebellianicæ facta omnibus ſubſtitutis, ſeù omnibus quibus hęreditas peruentura foret. Gozadin.conſ. 64.num.13. in ſeptima coniectura Decian.conſ.103. num 27.lib.2,Rimin.ſen.conſ.243.nu.90.lib.2. Cran. conſ.5.num.9.inter concilia Marz, Intrigl.de ſubſtit. centur.3.qu.26.num.113.& 153.Prat.de interpret. vltim.volunt.fol.300.num.5.Ruſtic.de liber. in condit.poſit.lib.5.cap.6.num 21.Fuſar.de ſubſtit. quæſt. 437.num.15.cum pluribus ſequen. Rot.dec.355.n.7. p.5.tom.1.in rec.

63 Vigeſima prima coniectura elicitur ex Clauſula codicillari, & Clauſula omni meliori modo adiecta in teſtamento, Saccin. iun. conſ.29.num.5. verſ.& hoc lib.3.Peregrin.conſ 91.numer.42. lib.1. Gabr. conſ.123.num.30.lib.2.Handed.conſ.65. num. 41.lib.1.& conſ.54.num.47.lib.2.Rot.dec.133.num. 7.part.1.deciſ.424.nu. 2.part.2.dec.61.num.11.par. 7.in recent: Amat. Dunozet. dec.487.num.19.& 20 tom.1.

64 Contrariam ſententiam tenet, Fuſar. de ſubſtit. qu.437.num.126 & 127.verſ.ſed hæc, vbi quod ſi hęc coniectura eſſet vera tolleretur omnis diſputatio, quia in omnibus teſtamentis adeſt Clauſula codicillaris, & omni meliori modo, vndè ſuiſſe hanc coniecturam reprobatam à Rota ſubdit in dec.486.n.26.& ſeq p.rec.

65 Vigeſima ſecunda coniectura deprehenditur ex vocatione remotiorum nempè Cippi Domus, ac proximiorum conſanguineorum, qui ſunt remotiores, quam poſiti in conditione, qui ſi non eſſent vocati ſequeretur abſurdum, quod remo-

tior excluderet proximiorem, & minus dilectus magis dilecto præferretur, ad quod abſurdum euitandum, præſumptio militare debet prò vocatione, ita DD. relati per *Ruſtic. de liber. in conditione poſit. lib. 5. cap. 3. n. 5. franc. Turtur inter conſilia Menoch. conſ. 394. nu. 6. lib. 4. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 4. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. nu. 17. Rot. dec. 487. n. 17. coram Amat. Dunoz. tom. 1.*

66 Vigeſima tertia ducitur ex vocatione transuerſalium, quæ facit præſumere filios in conditione poſitos cenſeri ad fideicommiſſum vocatos, vt ſi teſtator vocauerit deſcendentes ex alio fratre, qui profectò eſſent melioris conditionis, quam poſiti in conditione ab eodem teſtatore deſcendentes ſi iſti vocati non eſſent. *Pariſ. conſ. 66. nu. 33. lib. 3. Soccin. ſen. conſ. 116. nu. 6. verſ. tertia eſt lib. 3. Rum. conſ. 40. nu. 4. conſ. 94. num. 14. lib. 1. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 6. nu. 22. Menoch. præſumpt. 76. nu. 81. lib. 4. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. qu. 26. nu. 154. Petr. de fideicom. qu. 9. an. 99. nu. 209. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. n. 178. Rot. dec. 487. n. 18. coram Amat. Dunoz.*

67 Vigeſima quarta elicitur coniectura, quando inter perſonas in conditione poſitas poteſt eſſe poſthumus, quia tunc omnes alij ſub eadem conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati, *Ruſtic. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 4. n. 8. Menoch. conſ. 394. nu. 4. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 16. & 17. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. n. 201. Rot dec. 487. n. 15. coram Amat. Dunoz.*

68 Vigeſima quinta coniectura deducitur, quando vltimo loco fuit inſtituta cauſa pia, cuius fauore cẽſentur vocati poſiti in cõditione, ad hoc, vt bona poſſint tandem ad eandem cauſam piam deuenire deficientibus omnibus in conditione poſitis, vt optimè docet *Decian. conſ. 102. num. 31. & ſeq. lib. 2. Riminal. iun. conſ. 21. nu. 50. & 51. Surd. conſ. 539. n. 5. Rot. deciſ. 3. nu. 6. coram Amat. Dunoz. & deciſ. 437. nu. 2. par. 1. in rec. deciſ. 956. nu. 6. & 7. coram Seraph.* cum alijs relatis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. nu. 81. Ruſtic. in tractat. de liber. in condit. poſit. lib. 3. capit. 6.*

69 Vigeſima ſexta coniectura, exemplificatur ex mente teſtatoris, vt ſi fuiſſet interrogatus an vellet poſitos in conditione eſſe vocatos veriſimiliter reſpondiſſet velle eos eſſe vocatos, vt tradunt DD. relati per *Decian conſ. 103. num. 44. lib. 2. Menoch. conſ. 173. nu. 66. & ſeq. lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 437. num. 231. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 7. num. 9. & 10.* Vbi multiplicites declarat.

70 Vigeſima ſeptima coniectura eruitur, ſi in ſubſtitutione adeſſent verba de hærede in hæredem, donec adſint maſculi de domo, nam per hoc poſiti in conditione cenſentur vocati, *Pariſ. conſ 52. nu. 14. & conſ. 63. num. 14. lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. nu. 115. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 26. num. 159. Anton. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. n. 39 Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 301. num. 18. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 6. n. 24.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 76 n. 87.*

71 Vigeſima octaua coniectura emanat, ſi teſtator dixiſſet in vltimo gradu ſubſtitutionis, ita, & taliter quod ipſius hæreditas, & bona tranſeant, remaneatque in eius hęredes, & eorum deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes, *Ceph. conſil. 478. nu. 31. verſ. quarta eſt coniectura lib. 4 Ruſtic. de liber. poſit. in condit. lib. 5. cap. 6. num. 14. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. num. 78. Intrigl de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 26. num. 151. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 180.*

72 Vigeſima nona coniectura eſt, ſi teſtator diſpoſuerit, quod ſua hæreditas nunquam tranſeat ad fęminas, ſed ſemper remaneat apud maſculos de ſtirpe, & ſic prò conſeruatione agnationis, videtur etiam voluiſſe vocare deſcendentes, quos poſuit in conditione, & hanc eſſe firmam, & communem concluſionem, dixit, *Rot. dec. 181. num. 2. & deciſ. 144. num. 5. part. 1. in recent. ex Pariſ. conſ. 6. num. 16. vol. 3. latè Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 15.* cum alijs per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 72. cum ſeq.* vbi de materia.

73 Trigeſima coniectura arguitur, quando teſtator non ſolum poſuit in conditione filios instituti ſed etiam vlterius ſubiunxit, & dixit ita tamen, quod vnus alteri ſuccedat vſque *in* infinitum, nam tunc cenſetur inter deſcendentes inſtituti teſtatorem voluiſſe facere fideicommiſſum ſucceſſiuum. *Ruin. conſ. 136. nu. 1. & 2. lib. 3. Rol. à Valle conſ. 6. num. 3. lib. 4. Petra de fideicom. qu. 9. num. 202. Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 300. n. 7. Fuſar. de ſubſtit. qu. 437. n. 121.*

74 Trigeſima prima coniectura colligitur, quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, vel poſt mortem omnium, in & tota, latè *Dec. conſ. 44. n. 61 vſque ad n. 74. lib. 3. & conſ. 103. nu. 31. & 32. lib. 2. March. Mantic. conſ 115. num. 20* vbi alios adducit, *Porc. conſ. 137. num. 13. Ceph. conſ 383 num. 26. lib. 3. Ruſtic. in tract. de liber. poſit. in condit. lib. 5. cap. 6. n. 2* Petr. *de fideicom. quæſt. 9. num. 217. Fuſar. de ſubſtit. q. 437. nu. 124. Cæſar. Barz. dec. Bonon. 5. ante n. 12. Seraph. dec. 956 nu. 6.*

75 Contrarium tradunt DD congeſti à *Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib. 1. cap. 3. nu. 5. Alex. Raud. dec. Piſan. 27. n. 80.*

76 Trigeſima ſecunda coniectura cumulatur, quando in defectum lineæ maſculorum alius ſit ſubſtitutus cum onere deferendi nomen, & inſignia familiæ, nam tunc poſiti in conditione cenſentur vocati, quia dum teſtator ad conſeruandum nomen, & inſignia familiæ *in* ſubſidium vocauit extraneum extra familiam, multo magis cenſetur vocaſſe poſitos in conditione de eadem familia. *Ripa in l. 1. num 10. C. de pactis, & in reſponſ. 1 num. 11. tit. de ſubſtit.* Menoch. *conſ 173. num. 51. lib. 2. Hippol. Rimin. conſ. 21. num. 49. & conſ. 23. n. 88. lib. 1 Celſ. Vgo conſ. 20. num. 40. Petro de fideicom. quæſt. 9. nu. 195. Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 302. nu. 21. Ruſtic. in tract. de liber. in condit poſit. lib. 5. cap. 5 nu. 5. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 15. verſ. item ex eo Fuſar. de ſubſtit. q. 437. n. 77. Cardin. Seraph. dec. 1389. n. 3.*

77 Trigeſima tertia coniectura arguitur, quando teſtator plures filios inſtituit, & dixit, ſi alter eorum decedat ſine filijs ſubſtituo ſuperuiuentes, vel eorum filios, quia tunc filij poſiti in conditione cenſentur vocati, etenim ſi teſtator vocauit ad portionem patrui filios in conditione poſitos, eo fortius cenſetur voluiſſe vocare ad portionem proprij Parentis. *Menoch. conſ. 135. nu. 7. verſ. quinto refert*, vbi contrarijs reſpondet *conſ. 152. n. 11. lib. 2*

conſ.393.nu.28.& ſeq.vbi latè lib.4.conſ.420. n.10. Ceph.conſ.383.num.12.lib.3.conſ.476. nu.22. lib.4. Eugen:conſ.52.nu.26.& ſeq.Io: Maria Rimin. conſ. 189.n.11.lib.1. Decian:conſ.28.n.12.verſ.ſexto conſtat lib.2.et conſ.44.nu.24.& 25.lib.3. Honded.*conſ. 65.nu:33.lib.1.& conſ.54.num.38.& ſeq.lib.2. Peregr.conſ.54. num.1. verſ.tertia lib.4.*Menoch. *lib.4. præſumpt.76.nu.57.Ruſtic.in tract.de liber.in condic. poſit.lib.5.cap.3. Fuſar.de ſubſtit.qu.437.nu.85.Rot. dec.133.nu.5,dec.144.num.3.dec.146.ſub nu.4. circa med. deciſ.236.ſub num. 2. deciſ.363. ſub num.2. p.1.in rec.*

78 Trigeſima quarta coniectura conſtituitur, quando filij in conditione poſiti ab inteſtato non poſſent Patri, ſuccedere, nam tunc cenſentur vocati ex teſtamento, ſcilicet ſi eſſent poſiti in conditione tam maſculi, quam fœminæ, in loco vbi adſit ſtatutum excluſiuum fæminarum, cuius vigore cum non poſſint vna cum maſculis ab inteſtato ſuccedere, vtique ex teſtamento admittendæ ſunt, vt tradunt DD. relati per *Ruſtic. de liber. in condit:poſit.lib:3.c.4.* vbi dicit, quod in iudicando, & conſulendo ab hac opinione non ſit recedendum, *Altobrand.conſ.29.n.60.Cravet.conſ.917 nu.1.*Menoch: *conſ.173.nu.53.Peregr.conſ.41. nu.5. lib:3:Intrigl.de ſubſtit.cent:3.qu.26.nu.108. Craſſ. in §.fideicom:qu.14.n.6. Alex.Trent.de ſubſtic.par.4 cap.11.nu.27.verſ.contrarium Petra de fideic. qu.9. num.208. Ancar.inn.lib.3.qu.31:n.4. Menoch.lib.4, præſumpt.76.nu.49.*Maacie*.de coniect.vltim.volunt. lib.11.tit:3.num.16.Fuſar:de ſubſtit: qu.437. nu.67. vſque ad 71.* vbi ponit multos caſus in terminis huius coniecturæ, *Raud.dec.Piſan.27. nu:81, Rot: dec.133.num.4.& dec.144.nu:5.p.1.in rec.*

79 Trigeſima quinta coniectura affertur, quando verſamur in legatis, & fideicommiſſis particularicularibus, nam tunc filij in conditione poſiti cenſentur vocati, vt tradunt DD. relati à *Ruſtic: in tract.de liber:in condit:poſit.lib. 3.cap.2.n.10.& 11* vbi de communi, & ab hac non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum, *Decian: conſ.48.lib:1, Cephal.conſ.588.nu.13.lib.4.Petra de fideic.quæſt.9 num.224.Vaſquez.de ſucceſſ:creac.lib.3.§,26.limit: 31.num.88.Intrigl.de ſubſtit. cent.3.qu.26.nu.126. Anton.Gabr.de fideic. concl.4. num.12. Muntica de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit:1. ante num.35. verſ.ſed aduerte, Magon.dec. florent.16. num.20.* cum alijs per *Fuſar.de ſubſtit.qu.437. num.103. cum ſeq.* vbi contrarium tenentes allegat, & declarat, quod procedit in legatis puris, & meris, ſecus in inſtituto in re certa.

80 Trigeſima ſexta coniectura exemplificatur, quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, vel poſt mortem omnium, & in tota, latè *Decian. conſ.44.n.61.vſque ad 74.lib,3.& conſ.103. nu.31. & 32.lib.2.Torniel.conſ.4.nu.33.Ceph.conſ.383.nu. 26.lib.3,Ruſtic.in tract:de liber.in condit.poſit.lib.5 cap.6.num.2.Petra de fideic.qu.9.num.217.Fuſar:de ſubſtit.qu 437.nu.124.Ceſar:*Barz*.dec.*Bonon*.5. ante n.12.Card.Seraph.dec.956.n:6.*

81 Contrarium tenent alij DD. quos refert *Fuſar: de ſubſtit.qu:437.nu.125.& Ruſtic.de liber: in condit.poſit.lib.1.cap.3.n.5.*

82 Trigeſima ſeptima coniectura eſt, quando in fine omnium ſubſtitutionum facta ſit ſubſtitutio, in qua collectiuè vocentur alij de familia, vel de domo. *Menoch.conſ.549.nu.5.lib.6. Ruin:conſ.158. nu.13.& conſ.169.nu.3.lib.2.* Pariſ. *conſ.1.num.21. Ruſtic.in tract.de liber.in condit.poſit.lib.5.cap.5.n.12 franc:Grat.in tract.de vulgari& fideic.nu.27.verſ. tertia relat.per* Fuſa:*de ſubſtit.q.437.n.195.*

83 Trigeſima octaua coniectura affertur, quando in ſubſtitutione habuit reſpectum ad ſtirpes, & non ad capita hæredum inſtitutorum, & grauatorum. *Ruſtic.in tract.de liber:in condit.poſit.lib.5 cap.6.nu.8.Intrigl.de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26.num. 147.Fuſar.de ſubſtit. quæſt:437. num:207: & 128:*
84 vbi reſidet in contraria opinione, quam meliorem appellat, prò qua allegat *Cephal:conſil:419. num:74: verſ:nec reſiſtit: Menoch: lib: 4, præſumpt: 76.num:76.*

85 Trigeſimanona conſtituitur in prohibitione detractionis trebellianicæ facta omnibus, quibus hæreditas peruentura foret, etenim cum filijs primi gradus prohiberi nequeat, cenſetur prohibita nepotibus poſitis in conditione, & per conſequens cenſentur vocati, tamquam grauati, *Decian. conſ. 103.num.27.lib.2.Hippol.Rimin. conſ.143. num.90. lib.2.Ruſtic. in tract.de liber.in condit.poſit.lib,5.c.6 num.21.Intrigl.de ſubſtit.cent.3 qu.26.nu.153. cum alijs per Fuſar.de ſubſtit. qu.437.num.215. 217. & ſeq.* vbi quod ratio allata pro hac coniectura procedat ſolum in teſtamento parentum inſtitutis liberis primi gradus ex *Prat.* quem allegat.

86 Quadrageſima coniectura conſideratur, quando ſumus in contractibus, nam tunc, poſiti in conditione cenſentur vocati, vt ex *Iaſ. Rimin. Menoch. Petr. Alciat.probat Fuſar.de ſubſtit.qu.437. nu.224.* Gulielm. *Dunozet. deciſ. 209. num.* 18. vbi alij referuntur.

87 Quæ coniecturæ (omiſſis alijs congeſtis à citatis Doctoribus, & præcipuè à *Fuſario in ſæpe citata qu. 437.*) quamuis ſigillatim ponderatæ non ſufficiant, & ſingulæ de per ſe, vel reprobentur, vel aliquam patiantur difficultatem ſimul tamen iunctæ manifeſtam inducunt vocationem, præcipuè fauore deſcendentium teſtatoris, *Hand. conſ. 54.num.13. lib.2.Surd.conſ.344.num.19.Carn.conſ. 97.num.8.in fin.lib.1. Gabr.in tit.de probat.concl.1. Rot.dec.1329.num.17. coram Card. Seraph.dec.315 num.9. vbi Beltram.in addit.nu.19.& dec.329.n.10. coram Gregor.XV. dec.209.nu.12.verſ.& quamuis coram Gulielm.Dunozet.deciſion.487. numer 21. & dec.3.num.8. coram Amat.Dunozet.dec.266. nu.19. dec.146.num.1.par.1.dec.356.num.11.d.c.422.n.20. par.4: tom.2. dec.355. num.10.par.5.tom.1.dec.61. num.11.par.7.in recen.& in Terracinen. fideicomm. 14.Decemb.1643.§.quæ coniecturæ coram Cardin. Ottbob.& in Viterbien.prædij 3. Iunij 1650.§.quare non applicantur circa med.coram Bichio.*

88 Vndè licet Iudex vnica ſolum, aut altera coniectura, niſi ſit prægnans moueri non debeat, tamen vbi plures concurrunt iudicium ſuum interponere poteſt, vt in caſu *l.liberorum § quod tamen.ff.de legat.3.& l.prædijs §. Balneas ff.* eodem reſponſum fuit ex tribus coniecturis concurrentibus inductum fuiſſe fideicommiſſum, vt notat *Cuiac. conſult.35.& dixerit Rot.dec.209. num.14. & 15. coram Gulielm.Dunoz.* etenim in huius quæſtionis deciſione intrat regula, quę non proſunt ſingula,
89 multa iuuant, *Ruſtic.in tract.de liber. in condit.poſit.lib 4.cap.4.num.14.Peregrin.de fideicomm. art.4.*

num.49. Cardin.Seraph.dec.1329.n.17. Gulicl. Dunozet. dec.209.num.15.

90 Conditio vero ſine filijs ſubintelligitur quando
deſcendentes fideicommiſſo ſint grauati, ex præ-
ſumpta mente teſtatoris, & non ex fictione legis,
quaſi plus dictum, & minus ſcriptum fuerit, ita
diſponit *textus in l.cum Auus ff.de condit.& demon.
l.cum acutiſſimi C. de fideicom. l. generaliter §. cum
autem C.de inſtit.& ſubſtit.Menoch.conſ.68. ſub nu.
28.verſ.quando quidem ſubſtitutio,& lib.4.præſump.
86.num.19.& 20. & per tot.Mant.de coniect.lib.10
tit.7.num.1. 2. & per tot.Craſſ.de ſucceſſ. in §.fidei-
commiſſum quæſt.21. Gabr.in tit.de fideicom. concl.2.
latè Fuſar.de ſubſtit. quæſt.393.nu.1.2. & 4.& conſ.
25.num.2. Magon.dec.Florent.52. Rota dec. 1216.
num.4. & 5.coram Cardin.Seraph.& in Romana fi-
deicommiſſi de Glorierijs 1.Iunij 1665. §. aduerte-
bant præterea coram Carpineo, & in Bononien.fidei-
commiſſi 28. Iunij 1666. in princ.coram Albergata,*
91 adeo vt iſta conditio ſubintellecta nihil differat ab
expreſſa, *Dec.in cap.in præſentia num.37.de probat.
& conſ.460.num.16.Menoch.lib.4. præſump.89. nu:
18. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.50.n.7.*

92 Quod procedit etiam ſi eſſet inſtituta cauſa pia, quia adhuc ſubintelligitur conditio ſi ſine liberis, *Menoch.de commun.conſ.625. num.28.& lib.4. præſump.89.num.124. Mantic.de coniect.vltim. volunt. lib.10.tit.7.num.4. Craſſ.de ſucceſſion.in §. fideicom. quæſt 21.num.5. Gabr.in tit. de fideicom.concl.2.n.14 verſ.contrarium tenet latè* Fuſar. *de ſubſtit. qu.393: num: 55.vſque ad 58. & in nu:64.* refert contrarium tenentes, quos reprobat, & contrarijs reſpondet in ſequentibus numeris vſque ad 68.

93 Limit. quando extraneus eſſet grauatus, nam tunc non ſubintelligitur conditio ſi ſine liberis, *gla.in l.generaliter §.cum autem in verbo filios C. de inſtitut. & ſubſtit: glo.in l.ex facto §.ſi quis rogatus il primo in glo.magna circa med.ad Trebell.* Gabr.*in tit.de fideicom.concl.2.num.3 4. Mant. de coniect. vltim.volunt.lib.10.tit.8.num.23.Intrigl.de ſubſtit. cent.3.quæſt.50.num:39* Craſſ.*in §.fideicommiſ.q.27. circa fin.* Gomez. *var reſol.tom.1.cap.5. n. 35. cum alijs per Fuſar.de ſubſtit.quæſt.394. num.1.& 2.* vbi ampliat, vt procedat etiam ſi extraneus eſſet cum filio grauatus.

94 Limit. 2. vbi frater, vel conſaguineus fideicõmiſſo grauetur, nam tunc conditio ſine liberis nõ ſubintelligitur, *Dec.conſ.24.num.28. Decian. conſ. 289.col vlt.& conſ.497. num.1.Craſſ. de ſucceſſion. in §.fideicommiſſum quæſt,25. Menoch.lib.4.præſump. 89. num.55. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt. 50,n.33. cum alijs congeſtis per Fuſar.de ſubſtit.quæſt.397.n.2. & per tot.*

95 Limit. 3. quod ſi filius Inſtituat parentes, & aſcendentes, non ſubintelligitur conditio ſi ſine liberis, *glo.in l.ex facto §.ſi quis rogatus il prima in verbo voluntate, & ibi Ripa num.55.ff.ad* Trebell. *Ral. à Valle conſ.39.num.13. lib.3. Alciat.de præſumpt.8.reg.1 præſump.in fin. Gabr. in tit de fideic. concl.2.num.47* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.10.tit.8.num.24. Craſſ.de ſucceſſ.in §. fideicommiſſum q.23.* Menoch.*lib.4.præſumpt..89.n.54. cum alijs adductis per Fuſar.de ſubſtit qu.398.n.1.2.& 4.* vbi quod ſecus ſit, ſi ex coniecturis appareret de voluntate teſtantis grauandi ſub hac conditione ſi ſine liberis.

96 In hac vero conditione ſi grauatus ſine filijs decedat filiorum appellatione, non ſolum veniunt nepotes, & pronepotes, ſed omnes alij deſcendentes continentur, *Soccin.ſen.conſ.140.num.2 lib.2.vbi de communi teſtatur.Hod.conſ.49, num.70. lib.2.plenè Giurba dec.3 :.num.17. verſ. reſpondetur 2. Rot.dec.467.num.1.coram Caccino, & pleniſſimè dec.28.num.1. par.8. dec.84.num.2 par.10.in recen. & in Bononien.fideicomm.28. Iunij 1666. in princ. coram Albergata.*

97 Quinimó huiuſmodi conditio ſi ſine liberis re-
gulariter comprehendit etiam fœminas ad exclu-
98 ſionem ſubſtituti, quia regulariter in diſpoſitio-
ne teſtatoris, vel homines appellatione filiorum
99 continentur etiam fœminæ, & in vltimis volun-
tatibus maſculinum comprehendit fœmininum,
non quidem ex proprietate verborum, ſed ex in-
terpretatione comprehènſiua, licet à teſtatore non
fuerit expreſſum, iuxta diſpoſitionem *textus in l.cũ
Auus 101. ff.de condit.& demonſt.& l. cum acutiſſi-*
100 *mi 30. C.de fideicom.* adeo vt conditio ſi ſine fi-
lijs legitimis, & naturalibus, non ſolum deficiat
per ſuperuiuentiam filiorum maſculorum, ſed
etiam filiarum fœminarũ, eiuſque deſcendentium,
*Ruſtic. in l.cum Auus lib.3.cap.4. num.19.Rolan. à
Val.conſ.82.num.8.lib.3. Dec.conſ.570 Soccin. iun.
conſ.26.num,4.vol.4, Couar.in cap. Rainal. in princ.
num,2. de teſtam. Burſat.conſ.64.num.10.vol.1. Ce-
phal.conſ.46.num. 39. Gozadin.conſ,89.num.1.Gabr.
in tit.de verbor.ſignif.concl.6.num.8 Craſſ.de ſucceſ.
§.fideicommiſſum quæſt.35.num.1. & eſſe receptiſſi-
mam DD. opinionem teſtatur* Mant.*de coniect.vltim.
volunt. lib.11.tit.14.num.7.& per tot.Theſaur. dec:
188.num.7. Rot.dec.880. num.1.& dec.1216. nu.5.
& 6. coram Cardinal.Seraph. dec.514. num.3. & 4.
coram* Gregor.*XV.& in recen. dec.316.num.2.& 3.
par.1.dec. 61.num.12. par.7.& diuerſ dec.485.nu.1.
par.4.& in* Bononien. *fideicommiſſi 28. Iunij 1666,
§. limitatio autem coram Albergata cum alijs in dec.
195. num.2.& 3. par.5.tom.1.in recen. & diffuſe
tradit Fuſar. de ſubſtit. quæſt.402. à nu.2. 125. &
per tot.* vbi plures caſus conſiderat *Beltram. in add.
ad Gregor.XV. dec.513.n.16 & ſeq.*

101 Limit. 1. hanc concluſionem, quando teſtator expreſsè poſuit in conditione maſculos quia non ſubintelligitur, quod tacitè de fœminis ſenſerit, *Bart.in l.cum* Auus *num.4.ff.de condit. & demonſt.Cephal.conſ.251. num.49.Natta conſ. 28.n.2* Molin. *lib.5.de Hiſpan.primogen.cap 5. num. 31.41. & 45. vbi de communi Mantic.de coniect.vltim.vo-volunt.lib.10.tit.8.num.10. Menoch.lib.4. præſum.. 89.num.97.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.51. n.11. Fuſar.de ſubſtit,q.402.n.127.*

102 Limit 2. quando extat ſtatutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis, nam tunc fœmina non dicitur tacitè in conditione poſita ad excluſionem ſubſtituti, *Ruſtic.in l.cum Auus lib.3. cap.15 ff.de condit.& demonſt. vbi de communi Caſtren.in eadem l.ibique Soccin.ſen. num.95. Menoch. lib.4.præſumpt.89.num,106.vbi de communi Intrigl. de ſubſtit.centur.3.quæſt.51.num.15. Alciat.in tract. de præſumpt.regul.3.præſumpt.32.num.4. verſ. alijs per* Fuſar.*de ſubſtit. qu.402.num.128. Card.Seraph. deciſ. 1216. num.3. & 8.*

103 Contrarium quod immo fœminæ eiuſque deſcendentes excludant ſubſtitutum, ita vt per ea-

rum

rum exiſtntiam deficiat, conditio ſi ſine liberis
etiàm ſi expreſsè teſtator vocauerit maſculos, &
fœminas excluſerit, eis tantum relictis dotibus, cũ
hæc ſola coniectura non ſufficiat, & excluſio ſo-
lum militare debet ad fauore maſculorum, qua-
tenus extent, non ad fauorem ſubſtituti præci-
puè ſi ſit extraneus, vt per diſpoſitionem *textus
in l.cum Anus ff.de condit. & demonſt.tradunt DD.
plenè relati à Fuſario de ſubſtit.quæſt.402.num.129
Adden.ad Alex.conſ.52.num.4. ſub litera A. lib.6.
Rouit.conſ.25. in addit.poſt num.3. in fin. lib.1. Al-
tograd. controuerſ.38.num.40. Decian.conſ 60.n.29.
lib.3. Craſſ.in §.fideicommiſſum quæſt.26. vbi de ma-
gis communi, Rot.dec.880.num.1.& 2.& dec.1216.
num.5.& 6. coram Card.Seraph.dec.195. nu. p.5.
tom.1.in recen.& in Bononien.fideic.28. Iunij 1666.
ſub §.limitatio autem coram Albergato.*

104 Quod procedit non obſtante ſtatuto excluſiuo
fœminarum, tum quia ſtatutum ſibi locum vindi-
cat in ſucceſſione ab inteſtato, nec obeſt vbi non
excludit fœminas propter agnatos remotiores, nec
inſeruit pro excluſione fœminarum, quando non
verſamur in maſculis, qui iuxta ſtatuti diſpoſitio-
nem ſiut de illis, qui excludunt fœminas, *Rum.
conſ.93.num.15. verſ. & hoc procedit lib.2. Mantic.
de coniect.vltim.volunt. lib.11.tit.14. num.8. Surd.
dec.84.num.11. Rot.dec.514.nu.15.coram Greg.XV.
& dec.595.num.22.& 23.p.5.tom.1.in recen.*

105 Limita hanc concluſionem, vt non procedat
vbi teſtator expreſſit ſuam voluntatem conſeruã-
di bona in agnatione, quia tunc conditio ſine fi-
lijs intelligitur de maſculis, *Rot.dec. 195. num. 5.
verſ.minus obſtat p.5.tom.1. in recen.*

106 Sublim. quando voluntas teſtatoris reſtrin-
gatur ad aliquem caſum, nam tunc non licet ar-
guere à ratione conſeruationis familiæ reſtricta
107 in vno caſu ad alterum, in quo non fuit conſide-
rata, vnde quando ratio conſeruandæ agnationis
conſiderata fuit in deſcendentia hæredis, non tra-
hitur ad deſcendentiam ſubſtituti, & ſic deficien-
tibus maſculis in deſcendentia hæredis, ratio con-
ſeruandæ agnationis ad excludendas fœminas nõ
eſt trahenda ad deſcendentiam ſubſtituti latè, *Ro-
ta dec.195.à n.5.vſque ad fin.p.5.tom.1.in rec.*

108 Neptis verò an faciat deficere conditionem
ſine liberis ad excluſionem ſubſtituti, vbi teſtator
expreſsè excluſerit proprias filias ob dotem con-
ſtitutam ne efficiantur melioris cõditionis remo-
tiores, & minus dilectas, hinc indè referuntur
DD. ſententiæ à *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.402. à n. 7.
cum pluribus ſequen.* Rota verò vbi non agitur de
conſeruatione agnationis, non habet in conſidera-
tione hanc coniecturam reſultantem ex excluſione
propriarum filiarum, præcipuè vbi concurrat di-
uerſitatis ratio inter proprias filias ob conſtitutã,
vel relictam dotem, & neptes, quibus dos relicta
non fuit, ac proindè quod contineantur in condi-
tione ſi ſine liberis, firmauit *deciſ.514.per totam,
& ſignanter n.13.vbi Beltram.in Addit.coram* Gre-
*gor.XV. dec.880.& dec. 1216. per tot.coram Card.
Seraph. dec.485. num.5.verſ.aderat præterea par.6.
diuerſ. deciſ.195. per tot.& ſignanter n.15.16.p.5.
tom.1.in recen.*

109 Vnus verò filius facit deficère conditionem
ſi ſine filijs, vel liberis deceſſerit, non obſtante
quod pluralis locutio requirat concurſum pluriũ
perſonarum, *l.vltima ff.ad trebell.* tum quia plura-
110 lis locutio etiam in vno verificatur, quando ea-
dem eſt ratio de vno, quam de pluribus *l.1. C. de
condit.inſert, & omnes in hoc concordare tradit Pa-
riſ.conſ.86.num.3.vol.2. Soccin.conſ.55. lib 3. Surd.
conſ.557.num.8.lib.4. Dec.conſ.370.in princ. Tiber.
Decian.conſ 93.vol.3.vbi de communi, & quod non
habeat dubium ſcripſit Alciat.in l non eſt ſine liberis
num.6.ff.de verbor.ſignif. Peregrin.de fideicom. art.
38.num.37. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.55. Craſſ.
in §.fideicommiſſum qu.34.num.11. Mant.de coniect.
vlt.volunt.lib.11.tit.6.n.8.cum alijs per Fuſar. de
ſubſtit.qu.401.num.1.& per tot.*

111 Tum etiam quia pluralitas reſoluitur in ſin-
gularitatem, idque ex coniecturata mente teſta-
toris, ſeu potius ex interpretatione legis, quam
ex verborum proprietate, vt de communi firmat,
*Vaſquez de ſucceſſ. progreſſ.§.25.nu.40.& 41. Bur-
ſat.conſ 67.num.19. vol.1, cum alijs per Craſſ. de
ſucceſſ. in §. fideicommiſſum quæſt.34.num.2.& n.2.*
vbi vt procedat etiam ſi hæc conditio fuerit ex-
traneo adiecta.

112 Filij verò in conditione poſiti, vbi ſunt vocati,
cenſentur vocati ad portionem patris, & non Pa-
trui, vt tradunt *DD. latè relati per Fuſar. de ſub-
ſtit.quæſt. 400. à num 1. vſque ad num.4.* vbi con-
trarium tenentes allegat *Manc.de coniect. vlt. vo-
lunt. lib.11.tit.3. num.27. Ruſtic.in tract.de liber.in
condit. poſit.lib.5.cap.9. Peregrin.de fideicom.art.28.
num.19.& ſequen, Menoch.lib.4. præſump.77.nu.86.
Intrigl.de ſubſtit. cent.3.qu.26.num 162. Petra de fi-
deicom.quæſt.9.num.271. Prat.de interpret. vlt. vo-
lunt.fol.341, num 32. Alex.Trent.de ſubſtit. par. 4.
cap.11.in fin. Gratian.diſcept.forenſ.cap.847. nu.35.
Vini.dec.393. Rot.dec.100.num.1.par.1.dec.667.n.8.
par.2. in recen.dec.147. dec.1281.nu.3.& dec.1479.
num.1.coram Seraph dec.337.n.1. coram Greg.XV.
vbi Adden.lit.A.& dec.217.num.14.par.5. tom.1.in
recent.*

113 Limit. vt non procedat, quando ex coniectu-
ris colligitur teſtatorem voluiſſe filios in cõditio-
ne poſitos vocare ad portionem patruorum *Gre-
gor. XV. dec.337. num.6.7.& 8.* vbi quod bona
coniectura ſit intentio teſtatoris cõſeruandi agna-
tionem. præſertim, quando ſumus in deſcenden-
tibus teſtatoris, *Rot.dec.266.num.4 in fin.23.& 24
par.1.in recen.& in Terracinen fideicommiſſi 17.Fe-
bruarij 1645. §. neque obſtat coram Card.Otthobono*
vbi quod cenſeantur vocati ad portionem Patrui,
quando ex coniecturis colligitur teſtatorem vo-
luiſſe totam eius hæreditatem deuenire ad ipſos
filios in conditione poſitos, vt ſi teſtator poſt fa-
ctam reciprocam fideicommiſſariam expreſſam
inter inſtitutos, & ordinatas alias ſubſtitutiones,
prohibuit alienationem ſuorum bonorum, præ-
cipuè adiecta ratione, puta ad hoc vt Eccleſia Sã-
ctæ Mariæ vltimo loco ſuccedat in ſuis bonis, ac
proindè cum bona non poſſint ad Eccleſiam per-
uenire, niſi prius admittantur præcedentes ſubſti-
tuti, certum redditur teſtatorem eos vocaſſe non
ſolum ad aliquam portionem, ſed etiam ad to-
tam hæreditatem.

114 Vbi filij in conditione poſiti cenſentur vocati,
vel ex coniecturis, vel iuxta *Statutam Vrbis lib.1.
cap.142.* non tamen per hoc cenſentur grauati al-
teri reſtituere, cum ex vocatione actiua non infe-
ratur

BIBLIOTECA N. ROMA VITT. EMANUEL

ratur ad paſſiuam, iuxta veriorem opinionem, *Grinel.dec. Dolan.64.ſub num.22.Rot.dec.113.n.6. & 8. coram Card. Ottbobono.*

115 Limit. quoties conſtat ex verbis teſtamenti, ſed coniecturis indè reſultantibus teſtatorem voluiſſe ordinare ſucceſſiuum, & perpetuum fideicommiſſum, ac voluiſſe grauare omnes in infinitum, *Rot. dec.319. num.2.par.1.recen.Cardin.Ottbob.dec.113.*

116 *num. 9. & 10.* vbi receptiſſimum eſſe ſubdit, quod poſſit teſtator fideicommiſſo grauare omnes vocatos, ſi eius voluntas aliter adimplere non poſſit ad fauorem aliorum ſucceſſiuè vocatorum, *Surd.conſ.96.num.34.Rot. dec.248. num.9. & 10 par.7. in recen.*

117 Vndè filij poſiti in conditione quando ſunt vocati, non dicuntur inter ſe eodem fideicommiſſo reciproco, vel ſub eadem conditione grauati, *Peregr.de fideicom.art.12.num.70.art.28.num.27.& art.29.num.26.Intrigl.de ſubſtit.cent.2.qu.83.n.64. & cent.3.qu.26. num.166. Ruſtic.in tract.de liber. in condit.poſit.lib.2. cap.9.num.6. Odd.de compend.ſubſtit.par.5.art.6. num.4.Anton.Gabr.in tit,de ſubſtit. concl.1.num.24. Menoch.lib.4.præſumpt.62. nu.54. & præſump.76.num.87. in fin.Trentacinq.de ſubſtit. par.5.cap.2.num.3. Mant.de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit.5. num.2. Theſaur.dec.Pedemont.248.n.17 Mugon.dec.Florent.71.in fin.cum alijs innumeris adductis à Fuſar. de ſubſtit.qu.441. num.1. & num.2. verſ.exiſtimo ego.* vbi diſcordantibus relatis ſubdit ab hac ſententia non eſſe recedendum conſulendo, & iudicando.

118 Limit. vt non procedant, ſi ex coniecturis colligatur, quod in conditione poſiti poſſunt dici inter ſe reciprocè grauati, *Ruſtic.in tract. de liber. in condit.poſit.lib.5.cap.9.num.1. Gabr.in tit. de fideicom.concl.7.num.4. Intrigl.de ſubſtit.cent.2. q.82. num.72.Rot.dec.266.num.22.dec.319.num.1. par.1. recen.cum alijs per Fuſar.de ſubſtit.q.441.n.15.*

SVMMARIVM.

1 Subſtitutio alicui facta ſi deceſſerit ſine filijs mortuo cum filijs expirat.
2 Et defectus huius conditionis ſatis eſt, quod ſemel euenerit.
3 Ampl. procedere licet ſubſtitutiones eſſēt factę in infinitum dummodo dependeant à purificatione conditionis ſi deceſſerit abſque filijs.
4 Ampl. procedere, licet pia cauſa eſſet vltimo loco inſtituta.
5 Et eſſet impoſitum onus perpetuum miſſarum.
6 Ampl. procedere, licet filij in conditione poſiti eſſent vocati, cum per hoc non cenſentur grauati ad reſtituendam.
7 Grauamen iniunctum inſtitutis non cenſetur repetitum in filijs in conditione poſitis.
8 Limit. vt ſequentes ſubſtitutiones expirent ſi dependeant à prima, alias ſecus.
9 Limit. 2. vt non expirent, ſi diſpoſitio ſe extēdat ad omnes vocatos, ita quod hæreditas deueniat ad vltimum vocatum.
10 Fideicommiſſum vti odioſum non præſumitur, & in dubio pro excluſione interpretandum.
11 Limit. vt recedatur à *conſilio Oltrad.* 21. ſi ex coniecturis appareat teſtatorem voluiſſe inſtituere perpetuum fideicommiſſum.
12 Fideicommiſſum inducitur ex coniecturata mente teſtatoris, vt à recedatur *conſ.Oltrad.*21.
13 De qua debet coſtare, & reſultare ex teſtamento, aliàs ſecus.
14 Et ſi ratio recti ſermonis non patitur, per coniecturas non inducitur, ideo debent eſſe neceſſariæ, & concludentes n. 15. debent eſſe à lege approbatæ ſaltem ſimilitudinariæ 16.
17 Leuiores tamen ſufficiunt inter deſcendentes teſtatoris.
18 Coniectura primo deſumitur ſi teſtator dixerit velle bona ſua eſſe fideicommiſſo ſubiecta. Declara, vt num. 19.
20 Secunda eſt ſi teſtator vult bona conſeruari in familia, vel agnatione, vel deſcendentibus, nam tunc inducitur perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum, num.21. Et reciprocum, vt ſi teſtator vocauerit maſculos, agnatos, vel Cippum, num. 22. Contrarium, num. 23.
24 Declara, quod ſi teſtator habuit reſpectum conſeruandi vniuerſam agnationem, & tunc procedit prima ſententia, ſecus autem, ſi eius voluntas detegatur non habuiſſe huiuſmodi reſpectum, n.25.
26 Et hoc caſu fit extentio de perſona ad perſonam, licet ſubſtitutio facta fuerit per verba tunc, & eo caſu, ſecus ſi coniungantur cum alijs dictionibus taxatiuis, n.27. vel ſi appareat teſtatorem voluiſſe reſtringere ſuam diſpoſitionem ad certas perſonas, n.28.
29 Et ratio agnationis conſeruandæ. nec extenditur ſi ſit facta in certo caſu euenientis conditionis.
30 Pro vt etiam ſi aliquo modo fœminas vocaſſet. Declara, vt num. 31.
32 Fideicommiſſum inducitur ex prohibitione perpetuæ alienationis præcipuè ſi ſit veſtita, vt bona conſeruentur in familia 35. cuius vigore extenditur vltra perſonas nominatas 34. Contrarium num. 43. Declara, vt num. 45.
33 Et inducitur ex prohibitione alienationis extra familiã
36 Prohibitio alienationis bonorum facta à teſtatore nuda cauſa, & perſona reſoluitur in nudum conſilium, & non inducit fideicommiſſum 37. etiam ſi eſſet realis, & perpetua n. 38. & 39.
40 Subſtinetur tamen ſi eſſet adiecta pœna, puta nullitatis actus, ſecus ſi pecuniaria, n.41.
42 Vocationi, & ſubſtitutioni in caſu alienationis ſit locus ob non ſeruatum præceptum teſtatoris.
43 Fideicommiſſum inducitur ſi teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus.
47 Et hæc coniectura multum operatur in deſcendentibus teſtatoris.
48 Præcipuè concurrentibus alijs coniecturis. Contrarium, num. 49.
50 Fideicommiſſum excluditur, vbi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus per ſolam vulgarem.
51 Declara dictas opiniones, quod ſi teſtator vocauit plures gradus ſub vnica oratione, & per dictiones relatiuas, non inducitur paſſiuum fideicommiſſum, ſecus ſi in ſeparata oratione, 52.
53 Declara 2. quod ſi teſtator per digreſſus ad plures gradus grauauit ſolum inſtitutum, & non filios in conditione poſitos, non eſt locus alijs ſubſtitutionibus. Ampl. vt num. 54.
55 Secus autem ſi etiam filij in conditione poſiti fuerint grauati reſtituere, nam tunc digreſſus ad plures gradus inducit fideicommiſſum.
55 Digreſſus ad plures gradus factus ex parte paſſiuè vocatorum inducit fideicommiſſum, ibid.
57 Fideicommiſſum non inducitur, & ceſſat *conſ. Oltrad.* 21. ſi teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum reſpicientes ipſos deſcendentes.
58 Fideicommiſſum inducitur repetitiuum de vno in aliũ ex prohibitione detractionis trebellianicæ, vel legitimæ. Contrarium num. 59. Declara, vt prima ſententia procedat ſi prohibitio ſit concepta verbis habentibus tractum ſucceſſiuum, ſecunda vero ſi ſit ſimpliciter facta 60.
61 Fideicommiſſum reſoluit ſi teſtator omnibus morientibus ſubſtituat proximiores de Cippo, nec ſubſtitutio expirat hærede mortuo cum filijs in conditione poſitis. Contrarium n. 62.
63 Non inducitur ex dictionibus omnibus, perpetuo, ſemper cum intelligantur ſecundum ſubiectam materiam, & 64. ſecus ſi fideicommiſſum eſſet reale, 65.
66 Fideicommiſſum, ſeu ſubſtitutio, in qua ſint vocati proximiores de cippo an extinguatur eo ipſo, quod deuenerit ad aliquem proximiorem, an cenſeatur

per-

perpetuum de vno in alium.

67 Fideicommiſſum inducitur, & receditur à *conſ. Oltrad.* 21. ex verbis habentibus tractum ſucceſſiuum.

68 Fideicommiſſum inducitur ſi teſtator conſtituat onus reſtitutionis reale, quod afficit omnes vocatos donec hæreditas perueniat ad vltimum grauatum.

Et fideicommiſſum reale quando conſtituatur, ibidem in fin. traditur.

69 In fideicommiſſo reali quando non habeat locum repetitio.

70 Fideicommiſſum inducitur ſi teſtator habuit reſpectum ad deffectum filiorum quocunque tempore contingat, & ceſſat *conſ. Oltrad.* 21.

71 Inducitur etiam vbi teſtator diſponat, quod bona ſint communia inter filios, & deſcendentes.

72 Inducitur pariter ex prohibitione diuiſionis inter ipſos de familia.

73 Item ſi in defectum agnatorum vocauit alios cum onere aſſumendi nomen, & inſignia ſuæ domus.

74 Inductum etiam cenſetur à teſtatore agnationem per nomen collectiuum vocante.

75 Vocati per collectiuam qui dicantur.

76 Contrarium quod vocati per collectiuam cenſeantur vocati per vulgarem non per fideicommiſſum.

77 Fideicommiſſum inducitur ex vocatione primogeniti.

78 Primogenitura ſucceſſiua, & repetita de vno in alium ex quibus colligatur, traduntur coniecturæ vſque ad num. 95.

96 Primogenitura vnam lineam ingreſſa in ea perdurare debet, nec ad aliam fit tranſitus.

97 Fideicommiſſi coniectura deſumitur vbi teſtator reliquerit bona illuſtria, quæ noluit ad extraneos tranſmitti.

98 Item deſumitur ex reciproca ſubſtitutione facta inter filios, & eorum hæredum, & ſucceſſorum.

99 Item inducitur ſi factis pluribus ſubſtitutionibus vltimo loco vocatus fuerit locus pius.

100 Inducitur etiam ſi teſtator dixerit, quod bona tranſeãt de vno in alium, de hærede in hæredem.

101 Contrarium quod non obſtantibus dictis clauſulis intret *conſil. Oltrad.* 21. cum dependeat à purificatione obitus ſine filijs.

102 Declara, vt prima procedat ſi dictæ clauſulæ ſint appoſitæ diſpoſitiuè, & in oratione ſeparata, ſecunda verò ſi conſecutiuè, & illatiuè.

103 Coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum, & recedendum à *conſ. Oltradi* 21. ſi ſingulæ de per ſe non ſufficiunt, ſimul iunctæ operantur.

104 Fideicommiſſum perpetuum reſultat ſi teſtator pluries repetijt qualitatem maſculinitatis, & legitimitatis, & voluit bona conſeruari in familia, & prohibuit alienationem,

105 Reſultat etiam ex pluribus ſubſtitutionibus factis per verbum in infinitum cũ prohibitione alienationis.

106 Fideicommiſſum ex quibus verbis habentibus tractum ſucceſſiuum, & inducentibus perpetuitatem inducatur, 108. & num. 110.

109 Amp. quando ex verbis collectiuis inducatur fideicommiſſum.

111 Fideicommiſſum ſimpliciter familiæ relictum intelligitur relictum ordine ſucceſſiuo.

112 Et per vulgarem cenſentur ſubſtituti, vt proximioribus admiſſis alij cenſentur excluſi.

113 Secus ſi adſint verba importantia tractum ſucceſſiuum, & tempus futurum.

114 Fideicommiſſum eſt odioſum.

115 In dubio iudicandum pro excluſione fideicommiſſi.

Præcipuè vbi materia eſt coniecturalis, & hinc, indè adſint coniecturæ dubiam reddentes mentẽ teſtatoris

116 Fideicommiſſum non inducitur ex onere dotandi fœminas.

117 Reſtrictum ad certas perſonas lineam, & gradum illis deficientibus expirat.

118 Amp. etiã ſi ſupercſient fœminæ deficientibus maſculis.

119 Fœmina excluſæ per ſubſtitutionem factam pro conſeruatione agnationis deficientibus maſculis admittuntur.

120 Limit. ſi à principio fœminæ ſub verbis non contineãtur, & diſcretiuè teſtator maſculos, & fœminas vocauerit.

Subſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs, quando expiret, vel cenſeatur inductum fideicommiſſum repetitum in ſequentibus, vt recedendum ſit à *conſilio* 21. *Oltrad.*

ADNOTATIO III.

1 SVbſtitutio alicui facta, ſeù fideicommiſſum ſi ſine filijs deceſſerit, expirat, & non habet locum deficiente conditione, vnde defuncto inſtituto cum filijs, licet poſtea filij obierint ſine filijs, ex defectu conditionis præcluditur via ſubſtitutioni, & cæteris ſubſequentibus, & ſic fideicommiſſum iniunctum primo non cenſetur repetitum in ſequentem, ſed defecta conditione iniuncta primò, ſubſtitutio quo ad omnes expirat, iuxta celebre conſilium *Oldrad.* 21. communiter receptum & à Rota approbatum, & ſecutum, & tradunt innumeri *DD. relati per Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 480. *n.* 1 *cum ſequen. per textum in l. ex facto* §. *ex facto, &* §. *ſi quis ff. ad trebell. l. filiusfam.* §. *cum quis de legat. primo l. filiusfamilias* §. *cum erit rogatus ff. de legat. ſecundo l. iubemus* §. *ſin autem C. ad trebell. l. cum vxori C. quando dies legat. ced. Cardinal. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit* 6. *num.* 6. *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. *Peregrin. de fideicom. art.* 29. *num.* 22. *vſque ad* 30. *Marzar. de fideicom. quæſt.* 19. *Odd. de compend. ſubſtit. par.* 6. *q.* 2. *art.* 6. *num.* 7. *Menoch. lib.* 4. *præſupt.* 69. *Viui. commun. opin. concl.* 855. *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 56. *num.* 15. *& quæſt.* 79. *Craſſ. in* §. *fideicommiſſum q.* 8. *& quæſt.* 33. *num.* 14. *Ruſtic. in l. cum Auus lib.* 6. *c.* 6. *& cap.* 7. *Comez. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 5. *n.* 41. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 828. *num.* 2. *&* 4. *Peſtius reſol.* 99. *num.* 49. *Gama deciſ. Luſit.* 93. *num.* 3. *& dec.* 224. *num.* 1. *&* 8. *Alex. Raud. dec. Piſan.* 22. *num.* 56. *Cauale. dec.* 5. *per tot. dec.* 15. *num.* 1. *dec.* 18. *num.* 9. *&* 44. *par.* 3. *Seraph. deciſ.* *Coccin. dec.* 194. *num.* 2. *Caualer. dec.* 454. *num.* 1. *dec.* 577. *num.* 1. *& dec.* 647. *num.* 2. *Burat. dec.* 820. *num.* 1. *Rot. dec.* 318. *p.* 1. *dec.* 230. *par.* 2. *dec.* 490. *& dec.* 491. *par.* 4. *diuerſ. deciſ.* 486. *num* 1. *dec.* 519. *num.* 2. *&* 7. *par.* 1. *in recen.* vbi quod hoc caſu teſtator videtur ſub contraria conditione affirmatiua, nempè ſi cum filijs deceſſerit eadem bona à ſubſtituto adimere voluiſſe, *& dec.* 631. *num.* 1 *par.* 4. *tom.* 3. *vbi Adden. dec.* 272. *num.* 12. *&* 13. *dec.* 249. *num.* 5. *dec.* 283. *num.* 1. *par.* 6. *in rec. & in Anconitana Saluiani* 19. *Iunij* 1651. §. *quia ex lectura coram Cardinal. Corrado.*

2 Et defectus huius conditionis ſufficit, quod ſemel euenerit, quamuis durauerit per momentum, *Gabr. in tit. de fideic. concl.* 8. *num.* 1. *Rot. dec.* 481. *n.* 1 *in fi. tom.* 1. *& dec.* 249. *n.* 17. *p.* 6. *in rec.*

3 Amp. vt aliæ ſubſtitutiones factæ per teſtatorẽ in infinitum, ſi ſint factæ ſi ſine filijs deceſſerint, vt ſi teſtator dixerit inſtituo filium meum, & ſi deceſſerit ſine filijs ſubſtituo fratrem, & eius deſcendentes in infinitum, ſi inſtitutus obierit cum filijs expirant, & ceſſat fideicommiſſum, ita vt non purificata prima conditione, ſcilicet, quod inſtitutus decedat abſque filijs expirant cæteræ aliæ ſubſtitutiones, cum ſatis ſit conditionem ſemel impleri, quidquid poſtmodum euenerit, non

enim

enim aliæ ſubſtitutiones veniunt ampliandæ, quia reſtringuntur, & dependent à purificatione illius primæ conditionis, ſi deceſſerit ſine filijs, Menoch. conſ. 610. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 480. num. 19. verſ. ampliatur nono Rot. dec. 230. num. 1. & per tot. par. 2. & dec. 491. num. 4. par. 4. diuerſ. dec. 249. n. 16. & 17. par. 6. in recen.

4 Amp. 3. vt procedat etiam ſi pia cauſa eſſet vltimo loco inſtituta, Ruſtic. in l. cum Auus lib. 4. c. 2. num. 11. & 35. Cephal. conſ. 514. num. 12. Menoch. conſ. 347. num. 46. & latè conſ. 379. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quaſt. 56. num. 17. Anton. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 7. num. 2. Alex. Trent. de ſubſtit. par. 4. cap. 7. num 70. verſ. hæc concluſio Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 441. num. 48. & quęſt. 480. num. 13. verſ. ampliatur 4. Rot. dec. 490. par. 4. diuerſ. Gāma dec. Lu-

5 ſit. 224. num. 8. vbi ampliat. quod procedat etiam ſi onus perpetuum miſſarum eſſet impoſitum, quia adhuc conditio fideicommiſſi non erit repetita.

6 Ampl. 4. vt procedat quamuis filij poſiti in conditione eſſent vocati, cum non per hoc dicantur grauati reſtituere, cum ex vocatione actiua non inferatur ad paſſiua Odd. conſ. 66. num. 32. & 33. Pariſ. conſ. 31. num. 28. lib. 2. Honded. conſ. 60. num. 43. lib. 1. Rot. dec. 486. num. 22. par. 1. cum alijs in deciſ. 249. n. 6. p. 6. in recen.

7 Præſertim quando tranſuerſalis prætendit poſitos in conditione eſſe grauatos reſtituere, ſiquidem grauamen iniunctum inſtitutis, non cenſetur repetitum in filijs in conditione poſitis, etiam ſi filij ſint vocati, l. ſub conditione ff. de hęred. inſtit. l. ſi quis hæres ita ff. de acquir. hæred. l. hæreditas in princ. ff. ad S.C. Trebell. Peregrin. de fideicōm art. 29. num. 26. Rot. dec. 513. num. 5. coram Cardin. Caualer. dec. 491. num. 4. par. 4. diuerſ. dec. 249. num. 7. & 8. par. 6. in recen.

8 Limit. 1. hanc concluſionum, vt tunc ſubſtitutiones ſequentes, inſtituto decedente cum filijs expirent cum prima ſubſtitutione facta ſub conditione ſi ſine liberis, ſi ſequentes ſubſtitutiones ſint ſubordinatæ ad primam, & ab ea dependeant, ſecus ſi ſint poſitæ de per ſe, & ad primam non ſunt ſubordinatæ, Pariſ. conſ. 18. num. 44. lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 480. n. 6. in fi.

9 Limit. 2. vt non expiret, vt bene recedatur à conſil. Oltrad. conditio ſi ſine liberis, ſi diſpoſitio extendatur ad omnes filios vocatos in perpetuum, ita vt vnus alteri reſtituere teneatur, donec hæreditas ad vltimum vocatum perueniat tamquam inductum fideicommiſſum abſolutum, & perpetuum, ac ſucceſſiuum Fuſar. de ſubſtit. q. 480. nu. 2. Rot. dec. 245. n. 1. & 2. p. 8. in recen.

10 Sed fideicommiſſum vti odioſum non præſumitur, & in dubio pro excluſione fideicommiſſi præſumendum. & interpretandum eſt iuxta conſil. 21. Oltrad, Craſſ. in §. fideicommiſſum quaſt. 4. num. 5. & 7. in fin.

11 Limit. 3. vt recedatur à conſ. 21. Oltrad. ſi ex coniecturis appareat teſtatorē vlterius proceſſiſſe ad inſtituendum perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum in omni caſu, nam tunc conditio ſi ſine liberis progreditur ad omnes ſubſtitutiones, & deſcendentes in infinitum, ita vt vnus alteri reſtituere teneatur, donec hæreditas perueniat ad vltimum vocatum, latè Gabr. conſ. 123. n. 10. & 27, lib. 1. Corn. conſ. 246. num. 4. et 21. lib. 2. Caſſan. conſ. 15. num. 3. & 4. Cephal. conſ. 525. num. 33. & 35. Menoch. conſ. 327. n. 14. & lib. 4. præſump. 89. nu. 8. & 9. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 6. n6.. Ant. Gabr. in tit. de fideic. concl. 7. n. 4. lib. 4. Craſſ. de ſucc. in §. fideic. qu. 33. nu. 6. verſ. item ſcias Fuſar. de ſubſtit. q. 276. per tot. & quaſt. 480. nu. 19. verſ. ampliationes alia Molin. de primogen. Hiſpan. cap. 6. num. 19. Marz. in Epit. de fideic. quaſt. 19. Achil. Perſanal: in tract. de adipiſcen. poſſeſſ. n. 203: & ſeq. Guid. Pap. dec. 531. Theſaur. dec. 96. n. 34. & dec. 207. nu. 30. Fontanell. dec. 151. num. 11. verſ. recedimus à conſilio Oltrad. Capyc. dec. 105. Hector. Capyc. Latr. dec. Neap. 108. n. 63. Burat. dec. 897. num. 3. Seraph. deciſ. 1373. n. 1. Coccin. dec. 463. n. 6. Canaler. dec, 34. num. 9. Rot. dec. 580. n. 3. & dec. 632. num. 2. par. 4. tom. 3. dec. 180. num. 3. & dec. 194. nu. 79. par. 5. dec. 283. nu. 2. p. 6. dec. 185. num 5. p. 7. in recen. cum alijs copioſè allegatis per Paul. de Rub. in adnot. ad deciſ. 632. à n. 16. vſque ad 19. p. 4. tom. 3. in recen.

12 Fideicommiſſa autem inducuntur ex ſola voluntate, & coniecturata mente teſtatoris, adeò vt quādo appareat de voluntate aduerſante conſilio 21. Oltrad. ab eodem eſt recedendum Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 4. num. 7. ad latè tradita per Paul. de Rub. in adnot: ad dec. 632. à nu. 1. cum pluribus ſequen. par. 4 tom: 3: in recen. Caual. dec. 454. nu. 5. Rot. dec. 14. n. 8. p. 1 dec. 185. n. 5. p. 7. in recen.

13 Nunquam tamen cenſetur inductum ſi non fuerit aliquid in teſtamento expreſſum, nec aliunde colligi poſſit de huiuſmodi teſtatoris voluntate. Dec. conſ. 465. num. 8, Pariſ. conſ. 41. num. 20. lib. 3. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. qu. 72. nu. 20. Menoch. lib: 4 præſumpt: 67. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quęſt. 276. num. 16.

14 Et ſi ratio recti ſermonis non patitur fideicommiſſum per coniecturas non inducitur, Bart. in l. vltima ff. ad Trebell. Socein. iun. conſ. 14. num. 9. lib, 4 Craſſ. in § fideicom. qu. 4. nu. 8. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 22. & 23, Fuſar. de ſubſtit. q. 276. n. 17.

15 Ad hoc autem, vt ex coniecturata mente teſtatoris inducatur fideicommiſſum, coniecturæ debent eſſe neceſſarię, concludentes, & quæ non extra, ſed intra limites, & verbis teſtamenti inducentes diſpoſitionem deſumantur, ita vt non ſufficiat aſſerere teſtatorem ita veriſimiliter voluiſſe, alias non eſt recedendum à conſ. 21. Oltradi, vt docent Menoch. conſ. 85. num. 46. Odd. conſ. 67 num. 30. & 31: Surd. conſ. 448. num. 13. Fuſar. conſ. 17 num. 4. & in tract. de ſubſtit. quaſt. 276. num. 4. iuncto num. 9. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 18 20. & 23. Petra de fideicom. quaſt. 9. nu. 60. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 4. num 7. Rot. dec. 486. ſub nu. 2. circa med. part. 1. dec. 632. num. 3. p. 4. tom. 3. vbi Paul. de Rub. in adnot. nu. 20. 21. & 22. deciſ. 283. num. 2. & 3. deciſ. 249. n. 9. dec. 272. n. 21. p. 6. in rec: & dec. 454 n. 5. verſ. tamen coram Caual.

16 Vlterius debent eſſe coniecturæ à lege approbatæ, vel ſaltem debent habere magnam ſimilitudinem cum eis, ita vt non ſufficiant quæcumque coniecturæ, & hominum pręſumptiones, Peregr. de fideicom. art. 11. n. 43. & 44. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. q. 276. n. 7.

17 Vbi tamen agitur inter deſcendentes ipſius teſtatoris fideicommittentis leuiores coniecturæ

ſuffra-

ſuffragantur, nec propterea ſunt ita ſtrictè diſcutiendæ, & per apices iuris diſceptandę, vt in alijs exigitur, Corn.conſ.79. ſub nu.3.verſ.eſt etiam lib.1. Aym.conſ.367.ſub nu.9. Peregr.conſ.91.num.34.lib.1.Cephal.conſ.251.nu.72. & 73. Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.11.tit.2.ſub nu.19. Gratia.diſcept. forenſ.cap.352.num.23.& 26.Gregor.XV. dec.329. num.3.Mantic.deciſ.319.num.2.Rot.in rec. dec.133. num.7.deciſ.146.num.4.in fin.deciſ.266.num.6. p.2. cum alijs congeſtis per Paul.de Rub.in adnot.ad dec. 632.n.23.24.cum ſeq.

18 Inter coniecturas verò, quæ à DD. afferuntur prò concludentibus, & releuantibus prima conſtituitur ſi teſtator expreſsè dixerit, velle bona ſua eſſe fideicommiſſo ſubiecta, nam tunc inſtitutus cenſetur grauatus reſtituere ſubſtitutis extantibus, & non extantibus filijs ſuis, vel venientibus ab inteſtato, Pariſ. conſ.75. num.9. & conſ.82. num.13. lib.2.Port.Imol. conſ.55.nu.88. verſ.item iuſſit Soccin.iun.conſ.180.num.6.lib.2.& conſ.75.nu.9.Aret. conſ.37.nu.9.Menoch:conſ:434:dub.primo & in tractat:de præſumpt.lib.4.præſumpt.68.num.22. Marz. in Epit.de fideic.p.1.qu.28.Peregr.de fideic. art.5.n. 12.Murzar.in Epit.de fideicom.part.2.qu. 28.cum alijs per Fuſar.de ſubſtit.quæſt.277.num.1.& 2. vbi
19 declarat, quod fideicommiſſum hoc caſu extinguatur in primis admiſſis, niſi teſtator dixerit velle bona ſubijcere perpetuo fideicommiſſo.

20 Secunda coniectura eſt, quando teſtator voluit bona conſeruari in familia, vel agnatione, vel in deſcendentibus, ex hoc deducitur teſtatorem inducere voluiſſe fideicommiſſum, tamquam medium, vt bona in familia conſeruentur, Bald. in l.quoties num.8.C.de fideicom: Dec.conſ.481.num.5. Buratt.conſ.63.num.3.lib.1.Rol. à Valle conſ.6.lib. 4.Rimin.iun.conſ.464.num.4.Port.Imol.conſ.46.nu. 20.& 21.Eugen.conſ.62.num.32. & tradunt innumeri DD. relati à Fuſar.de ſubſtit.quæſt.277.nu.6. & qu.479.num.101.& quæſt.480. num.20. Mantic. de coniect.vltim:volunt.lib.6.tit.15.num:5.Menoch. lib.4. præſumpt.68.nu.9. & de arbitrar.iud.caſ.496 num.9.Intrigl.de ſubſtit.centur.3.qu.72.nu.81. Maſcard.de probat. concl.775. num.7. Petra de interpr. vltim:volunt.fol 294.Craſſ.in §.fideicommiſſum, q.8 num.3.Ruſtic.in l.cum Auus, lib.4.cap.2.nu.13. vbi latè cum ſeq. Gratian.diſcept.forenſ.cap.487.n.11. Theſaur.dec.Pedemont.96.num.34.Caualcan.dec.17 num.46.verſ.quinto,& dec.18. num.44. ad med. p.3. Guid.Pap.quæſt.531.Capic.deciſ.108. Rot.deciſ.51. nu.1.dec.698.nu.4.p.1.deciſ.489.nu.2 part.4.diuerſ. dec.44 deciſ.181.num.5.deciſ.166.num.19.verſ.ratio conſeruationis agnationis p.1.& dec.185.n.5.verſ.in propoſito verò par. 7.in recent. & ita ſæpè dixiſſe Rot.patet ex alijs deciſionibus relatis à Paulo de Rub.in adnot. ad deciſ.632. à num.53. vſque ad 64. p.4.tom.3:in rec.

21 Vbi enim habita fuit ratio conſeruandę agnationis vel expreſsè, vel tacitè, vt ſi teſtator vocauerit deſcendentes maſculos excluſis fœminis, deſcendentes erunt inter ſe ſucceſſiuo fideicommiſſo vocati, & grauati, tamquam inductum perpetuum fideicommiſſum in omnibus de familia, ita quod cenſeantur rogari vnus poſt alium reſtituere bona, vt agnati admittantur ad illorum ſucceſſionem gradatim, ſiue de hoc appareat de expreſſa mente teſtatoris, ſiue ex coniecturis eliciatur, Bald.in l.quoties num. 8. C.de fideicom.Pariſ. conſ.57.num.10.lib.2.conſ.25.num.37.conſ.50. n.19. conſ.84.num.18.& 19.lib.3.Menoch.conſ.277.n.10 & 15. conſ.310.num.24.& in tract.de præſumpt.li. 4.præſumpt.69. num.10. & præſumpt. 71. num.36. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.qu.81.num:30. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.479. num.104. & quæſt 480. num.20.
22 vbi hoc procedere ſcilicet ſi teſtator ſemper maſculos vocaſſet, vel agnatos, vel cippum domus, ſubſtituiſſet, nam tunc fideicommiſſum dicitur reciprocum, repetitum à primo in ſecundum, Franciſc.Merlin.dec.Lucen.79. num.36.Paul. Rubeus in adnot.ad dec.632.à num.100.vſque ad 4. par.4.tom.3.in rec.Rot.deciſ.568.nu.2.& per tot. p. 1.diuerſ.deciſ.10:nu.11.part.1.deciſ.390.num.4.p.3. dec.185.num.10.par.7.in rec.deciſ.464:nu.16.coram Gregor. XV. & in Ariminen. ſucceſſionis 23. Iuny 1664. §.in iure verò coram Emerix.dec.463.à n.6. cum ſeq.coram Coccino.

23 Contrarium, quod non ſit recedendum à conſ. 21.Oldrad. per conſeruationem agnationis denotatam per teſtatorem attenta diſpoſitione ſi ſine filijs deceſſerit, quamuis deuentum fuerit ad plures gradus, & teſtator diſpoſuerit integrè, & infinitum bona ſua peruenire debere ad alios de ſua ſtirpe, aut familia, aut de liberis in liberos, donec aliquis ſuperſit in infinitum, aut quamuis vocauerit deſcendentes maſculos in infinitum de domo ſua; & licet fuerit dictum, quod ordine ſucceſſiuo ſemper ſuccedant vſque in infinitum, perpetuò remaneant bona in cippo, & non tranſeant in aliam familiam, cum iſta omnia regulentur à conditione ſi ſine liberis, ita vt illa deficiente deficiant quoque vires dictarum Clauſularum, ſeù ſubſtitutionum, pleniſſimè Odd.conſ.67 num:30.& 31.Cephal.conſ.17.per totum Surd. conſ. 448.num.21. Dec.conſ.636.col.vlt. Rouit. conſ.34. num.1.Ruin.conſ.153.nu.5.& ſeq.lib.2. Capic. Galeot: controuerſ.25.per tot.lib.1. vbi num.45. reprehendit Gabr.in tit.de fideicom.contrarium ſentientem, Peregrin:in tract:de fideicom. art.29. num.27. 29.& 39.Molin.de primogen:Hiſpan.cap.5.num.37. Card.Mantic.in tract.de coniect:vltim.volunt.lib.6, tit.15.num.6.Fuſar.de ſubſtit.qu.475.num.21. & q. 480.à num.22.vſque ad 33. vbi latiſſimè Rot. dec: 230.num.1.verſ.& cum illa defecerit par.2. diuerſ. deciſ.473.num.2.& 3.par 4.diuerſ.deciſ.486.num.6. & 7. par.1. in rec. & ita ſæpè dixiſſe Rot: patet ex alijs deciſionibus relatis per Paul.de Rubeis in adnot.ad dec.632. à n.74.vſque ad 80 p.4.tom.3.

24 Et tamen animaduertendum pro conciliatione dictarum contrariarum opinionum, quod ſi ratio conſeruandæ agnationis deducatur ex vocatione maſculorum, aut ex alijs ſimilibus verbis, & clauſulis teſtamenti, ex quibus non appareat teſtatorem habuiſſe reſpectum ad vniuerſam agnationem conſeruandam, & tunc procedit opinio affirmatiua, vt non obſtante ratione conſeruandæ agnationis ſit locus conſilij Oldradi 21. & hoc caſu aliæ ſubſtitutiones veniunt regulandæ, & reſtringendæ ad limites primæ ſubſtitutionis, quamuis aliæ quoque perſonæ ſub eadem ratione poſſint comprehendi, & in his terminis ſunt intelligendi DD. & deciſiones firmantes ſecundam ſententiam, & ita dixiſſe Rot. coram Cardinal: Panzirolo, Bichio, & Peutingerio refert Paul. de

Rub.in adnot. ad decif.632. num.81. & ſeq. part:4. tom.3.in rec.

25 Sed ſi ratio conſeruandę agnationis non tantum deducatur ex vocatione maſeulorum, aut alijs clauſulis teſtamenti, ſed vere conſtet teſtatorem habuiſſe animum conſeruandi agnationem ex diſpoſitione, & ratione adirẽta, quod bona omnia perpetuò in agnationr, & familia permanrant, & hoc caſu ex hac generali ratione conſeruandi agnationrm deſumitur neceſſaria voluntatis teſtatoris coniectura inductiua fidcicommiſſum ad fauorem ipſius agnationis, nam hoc caſu ratio adiecta cum dictum ampliet, fideicommiſſum quoque extendit, vt comprehendat omnes caſus, quos ratio ipſa comprehendit, ac proindè recedendum eſt à *conſ. Oldrad.* vt de communi teſtatur, *Pariſ. conſ.92.num.49.& ſeq.par.2.& conſ.58. num.21.p. 3. Riminald.iun.conſ.21.num.59. circa fin.lib.1. Menoch lib.4.præſumpt.69.nu.16.& conſ.1088.num.8. Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.7.tit.14.nu.21. Fuſar.de ſubſtit. quæſt.480. nu.24.* vbi hoc indubitanter procedere ſubdit ſi teſtator in ſeparata oratione dixerit, item volo, quod hæreditas mea remaneat, vel perpetuò conſeruetur in familia, vel agnatione mea, *Rot.dec.569. part.1. decif.494. verſ.ſi verò par.4. diuerſ.dec.193.num.6, decif.300. num.22 verſ.vltra quod par.1.decif.180.nu.8. & 9. par.5.in rec. decif.319. nu.6, coram Mantica* cum alijs relatis per *Paul. Rub.in adnot.ad dec.632.à n. 84.vſque ad 91.par.4.tom.3.in rec.*

26 Vbi enim teſtator reſpexit ad conſeruationem agnationis, & voluit in eadem bona perpetuò conſeruari, cenſetur inducere voluiſſe fideicommiſſum abſolutum, & generale tam in caſu mortis heredis ſine filijs, quam in caſu mortis eorum filiorum ſine filijs, præcipuè quando teſtator ordinauit per viam principalis diſpoſitionis bona remanere in familia, & agnatione prò eius conſeruatione, & non per viam rationis tantum, nam tunc non eſt inconueniens, vt etiam in ſubſtitutionibus fiat extenſio de perſona, ad perſonam iuxta veriſimilem mentem teſtatoris, etenim non poſſunt bona perpetuò conſeruari in familia, niſi mediante abſoluto fideicommiſſo de vno in alium, iuxta vulgatam regulam, quod qui vult conſequens, cenſetur etiam velle omne neceſſarium antecedens, *Menoch.lib.4.præſumpt.69.num.9. & 10.Guid.Pap.decif.531.circa med.latè Rubeus in adnot.ad dec.632.à num.92. vſque ad 100.par.4.tom.3 in rec.* & benè comprobat *Rot.dec.121. num.2.p.2. diuerſ.dec.1373.nu.2.& 3.coram Seraph. dec.167. num.1.& 2.dec.481. n.4.coram Canaler.dec.44.n.2 p.1.dec.185.n.6.p.7.in rec.*

27 Et hoc caſu extenſio de perſona ad perſonam eſt admittenda, licet ſubſtitutio facta fuerit, per ea verba tunc, & eo caſu, quæ verba non impediunt extenſionem, & ampliationem fideicommiſſi, & nihil operantur, quando conſtet de mente teſtatoris extendendi fideicommiſſum, nam tunc dictæ ſubſtitutiones factæ, cum dictis dictionibus ſi ſimpliciter conſiderentur, non ſunt taxatiuæ, ſed potius demonſtratiuę, niſi ſint coniunctæ cum alijs dictionibus taxatiuis, ſcilicet tantum, dumtaxat, non alias, aliter, vel alio modo, & ſimilibus, *Rol.à Valle conſ.70.num.49. lib.3 Menoch.conſ.220.* perplexa, & difficilis *n.38 lib.3.conſ.432.n.32verſ:reſpondeo primo lib.5.Crau. conſ.5. num.57. verſ. quartum denique inter conſilia Marzaris Riminald. iun. conſ.291. nu.65. lib.3. Ioſeph. Ruſtic. conſ. 3. num.47. poſt ſuum tract. an. & quando filij in conditione poſiti cenſeant.vocat. Dec. conſ.1.num.148.cum ſeq.lib.1.Surd.conſ.236.nu.46. vol.2.& conſ.344. num.19. vol.3. Natta conſ.675. num.13.lib.3. Pariſ.conſ.92.num.60.& 61.lib.2.& egregiè in conſ.50.num.52.& 53. lib.3.Mantic.de coniect vltim.volunt.lib.3.tit.5.num.1. & 2. & tit. 14.num.10.in fin.Dilect.de arte teſtan. tit.de ſubſtit. caut.4.num.5.Marzar.in epitom.de fideicom. qu.24. Gratian.diſcept. forenſ. cap.847. num.17. Vincen.de franc.dec. 299 nu.5.par.2.Capyc.Latr.decif.108.nu. 68.Surd.dec.37.num:32.Octau.Gunar.decif. Lucen. 76.num.118.Magon.dec.florent:37.nu.41.Paul.Rub* qui alios allegat *in adnot.ad decif.632. à num.105. vſque ad nu. 121.* vbi ita ſæpè firmaſſe Rot. patet ex decifionibus per eum relatis, *Caſſador.decif.1. num.6.in tit.de teſtam.Rot.decif.140.num.5.part.2. diuerſ.*

28 Sed hoc limit. quod, quando poteſt apparere, quod licet teſtator vocauerit maſculos, tamen voluit reſtringere ſuam diſpoſitionem ad certas perſonas, vt quia eos vocaſſet per nomina propria, vel appellatiua naturalia, vt filium, fratrem, Patruum, & ſimilia, vel per dictiones relatiuas, vt dicti, prędicti, modo quo ſupra, quia tunc, non extenditur ratio conſeruandæ agnationis vltra perſonas nominatas. *Dec.conſ.287.num. 9. & 10. Pariſ.conſ.31.num.19.lib.2.Alciat.conſ.77. num.10. lib.9. Ruin.conſ.143.num.10.lib.2. Alban. conſ.13.n. 5.Petra de interpr. vltim.volunt.fol. 293. num.71. verſ.ſecundo cum alijs per Fuſar.de ſubſtit. qu.479. nu.108.& qu.480.num.27.& num.29.Canale.decif. 85.num.28.29.31.& 32.par.3.Mantic. de coniectur. lib.6.tit.15.nu.6.*

29 Limit. 2. vt ratio agnationis non extendatur, quando reperitur facta certo caſu euenientis conditionis, *Menoch.conſ.85.nu.102.& 109.conſ.253. num.13.conſ.274.nu.26. & num.48. Ruin. conſ.91. num.9.& conſ.153.num.5.lib.2.Dec.conſ.63.nu.2.3 conſ.277.num.1 Pariſ.conſ.44.num.17.lib.2.conſ.14 num.20.conſ.35.num.16.& 17.conſ.93.num.15.lib.3 Alba conſ.13.num.5. Prat. conſ,167.num.30. & 31 lib.1.& de interpret.vltim.volunt.fol.293.num.71. verſ.tertia declaratur Peregrin.de fideicom. art.29. num.39.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.479.num.109. & qu. 480.num.28.Canale.decif.5.n.31.32.43.& 59.verſ. quia reſpondetur,& n.61.p.3.*

30 Limit.3.ſi teſtator aliquo modo, etiam fœminas vocaſſet, nam tunc non cenſetur ex vocatione maſculorum habuiſſe rationem conſeruandi bona in agnatione, *Dec.conſ.170.num.3.Craueт.conſ.250 num.1.& 2 & conſ.306.num,5.& 6.Pariſ.conſ.78. num.27. lib. 2. Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 293.num.71.Fuſar.de ſubſtit. qu.479. num.107. & qu.480.num.30.& latè qu.499.num.22.Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.15. num.9. Petra de fideicom:quæſt,9.nu.195.Molina de Hiſpan.* Primog. *cap.5.nu.50. Rot.dec.486.nu.4.p.1.& dec.267. n.6. & dec.538.nu.3.p.2.in rec.*

31 Declarat hanc limitationem *Molina dicto cap.5. num.50.* nempè quod inter maſculos vocatos vſque ad illum gradum cenſeatur habita ratio conſeruandæ agnationis, ſed tamen quod non poſſit

fieri

fieri extenſio de perſona ad perſonam ob ratio-
nem agnationis. *Fuſar.de ſubſtit.qu.499 ſub n.24.*
vbi quod hæc opinio maximè vera eſſet ſi maſculi
vocati non fuiſſent cogniti teſtatori, nec eſſe po-
tuiſſent veriſimiliter ob ætatem teſtatoris, & vo-
cationem gradus factam.

32 Tertia coniectura deducitur ex prohibitione
alienationis reperita maximè in omnibus ſubſti-
tutionibus, cum ratione quia teſtator vult bona
remanere in agnatione ſua, additis præcipuè ver-
bis perpetuitatis, quia tunc inducitur fideicom-
miſſum abſolutum, & perpetuum, vt omnes ſuc-
ceſſiuo fideicommiſſo cenſeantur grauati, alias
huiuſmodi prohibitionis perpetuitas inanis red-
deretur, & verificari non poſſet, *l. filius familias
§.diui ff.de legat.1. Bart.in l.qui Romæ §.coheredes
ſub num.3.verſ.quod puto verum ff.de verbor. oblig.
latè Rimin.iun.conſ.20.lib.1.Curt.iun:conſ.145.n.6.
& 7.Pariſ.conſ.18 num:50.& conſ.30. nu.32.lib.2.
Menoch.conſ:118.nu.18.Surd. conſ.67. lib.1. Roma.
conſ.457.nu.2.Decian: conſ: 41.ſub num.36.verſ qua
concl.lib.1.Mantic:de coniect.vltim volunt.lib.6.tit.
15.num.13.& lib:11.tit.6.num.6.in fin Craſſ.in §.fi-
deicommiſſum qu.8.in fin. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.382.*
33 *num. 45.* vbi ſi teſtator appoſuiſſet prohibitionem
extra familiam, quod inducatur fideicommiſſum,
& quæſt. 480. num.37: & quæſt.673: num.5. vbi,
34 quod hæc ſit prohibitio realis, *& num.6.* ſubdit,
quod, & ſi prohibitio ſit facta filijs, tamen pro-
pter rationem adiectam, quod bona remaneant
in familia, prohibitio ſe extendit vltra perſonas
nominatas, ita vt afficiat rem, & realis efficia-
tur propter generalitatem rationis comprehenſi-
uam non ſolum perſonas nominatas, ſed alias
contentiuas in verbo collectiuo aliorum de fami-
lia, Domo, vel de cippo, vt minus fuerit ſcri-
ptum, & plus dictum *Petra de fideicom.ob prohi-
bitionem alienat.qu.5.num.43.& 44.Molin. de pri-
mogen.Hiſpan.lib.1.cap.5.num.16.Menoch:lib.4:præ-
ſumpt.68:num.18.Peregrin. deciſ.111. num.2. verſ.
inſuper Caualcan.deciſ:18.num.49. par.3. Rot.deciſ.
167.nu:1.coram Card.Caualerio dec.373.num.7. &
8.coram Card.Mantic.deciſ.112. num.4. verſ. tum
quia par.2.deciſ.489. num. .par.4.diuerſ.& deciſ.
14.num.3.& per totam dec.193.num.7.par.1.dec:357
nu.7.par.4.tom.2.dec.284.nu.7.& 8. par.6.in rec.&
in Mediolanen. bonorum* 30. Maij 1649. *§. quoniam
fideicommiſſum coram Card.Corrado*, & abſque vl-
35 lo dubio hoc procedit, quando prohibitio, non
eſt nuda, ſed veſtita ex ratione, vt bona conſer-
uentur in familia, cum hoc fieri nequeat, niſi
mediante abſoluto fideicommiſſo de vno in alium
*Rot.dec.1373 num.2.& 3. coram Card:Seraph.dec.
3.num.5. coram Amat.Dunoz.tom.1. dec.107. nu.1.
coram Burat:ibique Adden.lit: A, deciſ.568.nu.1.&
2.par.1.dec.121.num.2.& 3.p.2.diuerſ deciſ.10.n.1.
2.7. & 9. dec.11.per totam deciſ.44.num.2.dec,164
par.1.deciſ.249. à num.9.vſque ad 13.par.6.in rec.
dec.185.num.5.& 6.par:7.in rec.* vbi *n.7.* hoc præ-
cipuè procedere ſtantibus verbis ſemper, & in
perpetuum, latè *Cabal: conſil. deciſiuo* 60. *num.1.*
ad communiter tradita per DD. *in l. filiusfamilias
§.Diui ff.de legat.1.*Gabr.*in tit.de fideic. conclus.9.
nu:7.Rot.dec.43.nu.1.poſt Ciur:de* Cenſib.*ſecundum
primam impreſſionem, & in Tudertina bonorum 15.
Iunij 1668.§.non obſtantibus coram* Card: Carpineo,

36 Prohibitio enim alienationis omninò nuda à
cauſa, & perſona eſt omninò nulla, vt ſi teſtator
dixerit prohibeo hæredem alienare bona, quia
tunc teſtator per hanc ſimplicem prohibitionem
cenſetur potius conſulere, quam præcipere, nec
hæres tenetur conſilium teſtatoris ſequi. *l.cum pa-
ter §.modo ff. de legat. 2.* vt communiter tradunt
*DD. in l. filiusf. §.Diui ff.de legat. 1: vbi Bart. in
princ. Bald.in 1. notat. Iaſ:in prima lectura num.1.&
2. & in ſecunda lectura num.7.Gabr.conſ.95.nu.23.
lib.1.Menoch.conſ.1081.num.1. Craſſ.in §.fideicom-
miſſum qu.5:Gabr.in tit.de fideicom:concl 9. num.1.
Peregrin. eodem tract.art.14. num.1.Petra de fideic.
qu.1.num.1.& 2.Maſcard:de probat. concl.1236.n.4*
cum alijs per *Fuſar: de ſubſtitut. quæſt. 685. nu-
mer.1:& 2.*

37 Hinc eſt, quod cum huiuſmodi prohibitio nu-
da reſoluatur in nudum conſilium, non eſt apta
de iure ad fideicommiſſum inducendum: *Petra de
fideicom.quæſt.1: num.75. Rot. deciſ.358. num. 28.
& 29. par:10. rec. & in Tudertina bonorum 5.Iu-
nij 1668. §.in primis coram Card.*Carpineo.

38 Et prohibitio realis quamuis cenſeatur perpe-
tua, hoc tamen ſibi locum vindicat, quando pro-
hibitio eſt veſtita aliqua cauſa, ſecus verò ſi ſim-
pliciter maneat, quia tunc non eſt conſiderabilis,
vt comprobat *Fuſar.de ſubſtit. quæſt.685. num. 10.
Odd. de fideicom. quæſt.2. art.4. num.25.* vbi quod
39 hæc concluſio procedat etiam ſi prohibitio facta
ſit in perpetuum, *Paul.Rubens in addit.ad deciſ.26
num.49. & 50. par:3. in rec.* vbi ita cenſuiſſe *Rot:
in Tiburtina fideicommiſſi 27.Iunij 1640.§.nec rele-
uat coram Card.Panzirolo.*

40 Sed ſi ſuper prohibitione adiecta eſſet pœna ſu-
ſtineretur, quia tunc prohibitio eſſet veſtita, latè
Petra de fideicom.qu.1.num,11 114. & 115. & ex
Bald.*Celſo Vgo.*Ruin.& alijs tradit *Fuſar.de ſubſtit*
41 *quæſt.685. num.18. 19.* vbi quod ſi teſtator ponat
pœnam nullitatis actus, prohibitio dicitur veſti-
ta, ſecus ſi eſſet appoſita pœna pecuniaria, vt com-
probat *n.22.*& alios allegat.

42 Reſultat ex hoc principio, quod ſi plures ſint
vocati, & in caſum alienationis ſit appoſita pœ-
na priuationis, altero alienante, cohæredes cen-
ſentur vocati, & ſit locus ſubſtitutioni, vel ſuc-
ceſſioni, ob non ſeruatum præceptum teſtatoris.
*Noſtra conſ 675. num.15. Rol.à Valle conſ.70.n:62
& 63. lib.3. Gabr.in tit.de fideicom concl.9. num.5.
Petra de fideic.q.1.n.119.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.685.
nu.20.& 21.*

43 Verum quod ex hac coniectura adducta *nu.32.*
non fiat repetitio fideicommiſſi, licet in fine poſt
ſubſtitutiones ſit appoſita prohibitio alienationis
cum cauſa, & ratione, ſcilicet conſeruandi bona
in ſua familia, quia huiuſmodi prohibitio cenſe-
tur facta in caſu, quo ſubſtitutionis caſus eueniat,
nempè mors inſtituti ſine filijs, ob quorum exi-
ſtentiam cum euaneſcat ſubſtitutio ceſſare debet
etiam coniectura deſumpta ex prohibitione alie-
nationis, *Decian.conſ.636.ante num.11. Gabr.conſ:
111.num.17.Menoch.conſ.274 nu.27. Odd.conſ.26.
num,18. & 19. Fuſar:de ſubſtit. quæſt.480. num.41.*
Peregr.*dec.134.n:28 Rot:dec.482.num. 3. & per to-
tam coram Seraphin. deciſ:193. num.12. & 13.par.
1. in recent.*

44 Pro concordia dictarum opinionum eſt ani-

maduertendum, quod ſi prohibitio ſiet de per ſe, & habeat verba ſeparata poſita in diuerſis, & ſeparatis orationibus, & hoc caſu inducitur ſeparatum, & diuerſum fideicommiſſum à præcedenti, vt recedendum ſit à *conſil. Oldradi* iuxta pri-
45 mam ſententiam firmatam *n.32.* ſecus vero ſi aliæ ſubſtitutiones dependant, & ſint reſtrictæ, ſiue ſint acceſſoriæ, & conſecutiuæ ad ſubſtitutionem in caſu obitus inſtituti ſine filijs, iuxta *conſ. Dec. 636. Peregrin. de fideicom. art. 29. num. 39. Rot. dec. 14 n. 4. & 7. dec. 300. n. 20. dec. 486 num. 6. par. 1. deciſ. 272. num. 16. & 17. par. 6. & dec. 185. num. 8, & 9. par. 7. in recen.*

46 Quarta coniectura elicitur quando teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus ſubſtitutionum, vt ſi prius puta cohæredes inſtitutos inuicem, vel reciprocè ſubſtituat, ſecundo illis ſine filijs decedentibus ſubſtituat proximiores de cippo, ex qua coniectura, videtur fideicommiſſum inſtituere voluiſſe, adeò vt recedendum ſit à *conſilio 21. Oltradi, Aym. conſ. 98. Soccin. ſen. conſ. 250. num. 5. & 6. lib. 2. Pariſ. conſ. 18. num. 38. lib. 2, Marzar. conſil, 4. num 4. Surd. conſ. 67. num, 34. ex celebri conſ. Anchar. 74 Ruſtic. in tract. an, & quando filij in conditione poſiti cenſeantur vocati lib. 3, cap. 1. num. 1. & conſ. 3. num 40. poſt dictum tract. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 13. Prat. de interpret. vlt. volunt. fol. 295. verſ. vndecimo Croſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 33. Alex. Trentacinque in tract. de ſubſtit. cap. 12. num. 27. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. n. 13. & 14. Menoch. lib. 4. præſump. 68. nu. 10. & conſ. 232. num, 12. lib. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 277. num. 8. & quæſt. 480. num. 55. & ſequen. vbi alios coppioſè allegat Theſaur. deciſ. Pedemont. 99. num. 34. & dec. 270. num. 29. Seraph. deciſ. 1329. num. 10. Mant. dec. 375. num. 2. verſ. ſiquidem in contextu Cauale. dec. 17. n. 46 verſ. ſecundo par. 3. Rota dec. 486. num. 8. deciſ. 146. num. 8. par. 1. dec. 580. num. 3, par. 4. dec. 216. num. 1. par. 5. & dec. 185. num. 13. par. 7. dec. 245. num. 3. p. 8 in recen.*

47 Quæ coniectura multum operatur, & maximè attendi debet in deſcendentibus teſtatoris *Soccin. iun. conſ. 110. num. 18. lib. 3. Decian. conſ. 59. num. 10. lib. 2. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. an cenſeãtur vocat. lib. 3. cap. 1. num. 2. Petra de fideicomm. quæſt. 9. num. 159. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. nu. 98.* & ità ſæpè firmaſſe Rotam, & hanc ſolam coniecturam ſufficientem fuiſſe patet ex deciſionibus relatis per *Paulum Rubeum in adnot. ad deciſ. 632. num. 47. & 48,*

48 Et ſi non de per ſe, ſaltem coniuncta cum alijs operatur *Soccin. iun. conſ. 119. num. 28. lib. 1. Grat. conſ 89. num. 9, lib. 2. Cephal. conſ. 475. in fi. lib. 4. Rimnald. iun. conſ. 21. num. 41. Fuſa. de ſubſtitut. quæſt. 437. num. 95. Mantica de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 3. num. 13. verum planè in fin. Rauden. deciſ. Piſan. 27. num. 88. Vini. dec. 262. num. 15. verſ. tamen ſine controuerſia lib. 2. Zuccar. dec. Lucen. 76. num. 95. verſ. iſta coniectura, Theſaur. dec. Pedem. 96. num. 15. 20. & 21. Capyc. Lotr. dec. 1. n. 21. verſ. quando concurrunt, Paulus Rubens in adnot. ad dec. 632. à num. 43. vſque ad 47. par. 4. tom. 3. in recent. vbi ita ſæpè dixiſſe Rot. patet ex deciſionibus per eum relatis Mantica dec. 319. num, 3. verſ. concurrentibus alijs Seraph. dec. 1319. num. 10. verſ, hanc cum alijs Gregor. XV. dec. 315. n. 4. verſ. quæ coniectura, vbi Adden. qui alios allegat.*

49 Contrarium quod hæc coniectura tamquam non ſufficiens non ſit admittenda etiam iuncta cum alijs coniecturis, nec ſuffragatur, vt recedendum ſit à *conſilio Oltradi*, ſed eſt intelligenda quod conditio ſine liberis adimpleatur, ſecus tamen ſi ſemel defuerit per exiſtentiam liberorum, nam tunc iſta coniectura etiam alijs concurrentibus efficit quod primæ ſubſtitutioni, & cæteris ſubſequentibus locus non ſit, & omnibus ſic ſubſtitutis via ſuccedendi præcluditur, vt docẽt *DD. plenè relati per Fuſer. de ſubſtit. quæſt. 480. num. 56. & pluribus ſequen. & per Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 632. num. 39 & 40. par. 4. tom. 3. in recen. Peregr. de fideicommiſſ. art. 29. num. 27. & 38. Rot. dec. 118. per totam par. 1. dec. 230. num. 2. & per totam par. 2. dec. 491. num. 4. verſ. ad alias par. 4. diuerſ. deciſ. 486 n. 9 p. 1. & dec. 272. n. 12. & 13. p. 6. in recen.*

50 Et hoc præcipuè ſibi locum vindicat ſi teſtator fuerit digreſſus ad plures gradus per ſolam vulgarem, nempè ſub conditione, & ipſis non exiſtentibus, quæ vulgarem tantum ſignificat, & fideicõmiſſum excludit, *l. cum proponas C. de hæred. inſtit. Menoch. conſ. 399. num. 3. & 50. Fuſar. conſ. 98. n. 3 & ſeq. Peregrin. de fideicommiſ. art. 29. num. 27. et 38 Rota dec. 519. per totam, & dec. 272. à num. 12. vſque ad 15. par. 6. in recen.* vbi quod ſi teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus per ſolam, & meram vulgarem tali caſu, ex quo per aditionem, vel agnitionem vnius, expirant omnes vulgares ſubſequentes, ſequitur, quod non plures, ſed vnus tantum ſit gradus, & conſequenter hæc coniectura nihil releuare contra *conſilium 21. Oltradi*, vt declarat *Fuſar. dicto conſ. 98. n. 3. & ſeq.*

51 Pro conciliatione dictarum opinionum diſtinguendum eſt, quod teſtator vocando plures gradus, aut eos vocauit ſub vnica oratione, & per dictiones relatiuas, & tunc non inducitur paſſiuum fideicommiſſum inter perſonas illorum graduum, ſed tantummodo illi actiuè cenſentur vocati per modum vulgaris ſubſtitutionis in euentum quod
52 aliquis ſine filijs decederet, ſecus verò ſi ſequens ſubſtitutio non regatur ab eodem verbo, ſed in ſeparata oratione, & ſtet principaliter de per ſe, & non habeat dictiones relatiuas ad præcedentia, nec ex præcedentibus illatiuas, & hoc caſu abſolutum fideicommiſſum inductum cenſetur, *Rota dec. 568. n. 9. verſ. ſi verò p. 1. diuerſ.*

53 Hinc eſt quod ſi teſtator diſponat, puta, *inſtituo Caium hæredem, & ſi Caius deceſſerit ſine liberis, ei ſubſtituo Meuium, & ſi Meuius non extabit, vel ſuccedere noluerit, ſubſtituo Sempronium, & ſi Sempronius hæres non erit, vel eſſe non potuerit ſubſtituo Seium, & ſic deinceps*, hoc caſu, ſi Caius deceſſerit relictis filijs deficit huiuſmodi conditio, vndè non eſt locus ſubſtitutionibus factis de Meuio, Sempronio, Seio, & alijs, vt potè quia teſtator ſolum grauauit Caium, non autem grauauit filios Caij, qui tamquam poſiti in conditione excludunt Meuium, & Sempronium ſubſtitutos, cum ad eos excludendos exuberet, quod defecerit ipſa conditio ſub qua ſubſtituti fuerunt prędicti Me-
54 uius, Sempronius, & Seius, & conſequenter digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionis ex parte actiuè vocatorum non ſufficit in terminis *conſilij Oltrad. 21.* & aliorum DD. qui eum ſequuntur.

55 Aut verò teſtator diſpoſuit inſtituo Caiũ *hæredẽ*

& ſi

a

& ſi Caius deceſſerit ſine filijs Meuium ſubſtituo, vel
eius deſcendentes, ſi ipſe nō extabit, ſi verò deceſſerit
relictis liberis, illos inſtituo, quibus ſine filijs dece-
dentibus ſubſtituo prædictum Meuium, & ſi ipſe non
extabit eius deſcendentes, ſi verò prædicti filij Caij
deceſſerint relictis liberis, eos ſubſtituo, quibus ſine
filijs decedentibus ſubſtituo prædictum Meuium, vel
56 eius deſcendentes. & hoc caſu digreſſus ad plures
gradus cum factus fuerit, ex parte paſſiuè voca-
torum, ac grauatorum inducit fideicommiſſum,
& ceſſat doctrina Oltradi in conſilio 21. & cum
eo concordantium, vt benè animaduertunt Soccin.
ſen. conſ.250. num.10. verſ.quarè iſtis lib. 2.Curt.
iun. conſ.121. num.25. Cranet. conſ.98. num.3. &
conſ.878.num. 10. Pariſ.conſ.18. num.38. lib.2. ele-
ganter Menoch.conſ.348.num.19.lib.4. Rimin. iun.
conſ.464. num.23.lib.4. Fuſar.de ſubſtit. quæſt. 480.
à num.56.vſque ad 58. vbi plures caſus cumulat
57 Pro vt etiam non procedit conſilium 21. Oltradi
quando teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſti-
tutionum reſpicientes ipſos deſcendentes, vt de
magis communi, & in foro recepta opinione te-
ſtatur, Fuſar.de ſubſtit. quæſt.480.num.59 Craſſ. in
§. fideicommiſſum quæſt.33.Peregrin. conſ.98. in fin.
lib.4.Menoch.conſ.633.nu.34.Capyc.dec.108. Guid.
Pap.dec.531. Theſaur. dec.96. num.34. & dec. 270
num. 29.
58 Quinta coniectura reſultat, ſi teſtator prohibue-
rit detractionem Trebelllanicæ, vel legitimæ, vel
alterius quartæ, aut alterius cuiuſuis diminutionis,
ex quo reſultat teſtatorem facere voluiſſe perpe-
tuum fideicommiſſum inter vocatos de vno in aliũ
repetitum Cephal. conſ.419.num.18. Decian.conſil.
303. num.27.lib.2. Burſat.conſ.227. num.22. lib. 3.
Menoch.conſ.117. num.21. & conſ.434.n.3.& lib.4
præſump 68.num.15. Honded.de compend. ſubſtit.
par.5.art.1.in fin.Petra de fideicomm.quæſt.1.nu.139.
Peregrin.de fideicom. art.3.num.4.& art.5. num.12.
Intrigl.de ſubſtit. cent.3.quæſt.72. num.87. Prat.de
interpret. vltim.volunt.fol.295. num.12.& fol.300
num.5. Fuſar. de ſubſtit.quæſt.6. num.11.quæſt.276.
num.12. & quæſt.180.num,78. Rot.dec.216.num.14
par.5.tom.1. in recen.
59 Contrarium, quod ex prohibitione Trebelliani-
cæ, falcidiæ, legitimæ, & ſimilium non cenſea-
tur repetitum fideicommiſſum, etiam ſi fuerit di-
ctum, quod bona integrè, & ſine diminutione
ad ſubſtitutum deueniant, cum huiuſmodi prohi-
bitio intelligenda ſit, vt locum habeat eueniente
caſu ſubſtitutionis, & hanc ſententiam eſſe melio-
rem teſtatur, Fuſar de ſubſtit.quæſt.480.num. 79.ex
Beret, & Menoch. & Rota nu Toritate dec.491.nu.5.
verſ.non obſtat par.4.diuerſ.
60 Bene tamen ſibi locum vindicat prima opinio,
quando detractio Trebellianicæ ſit prohibita ali-
quibus adiunctis verbis habentibus tractum ſuc-
ceſſiuum, ſecus ſi ſimpliciter prohibita ſit hære-
di grauato fideicommiſſo, Menoch.conſ.1216.n.15.
19.Fuſar.de ſubſtit.q.480.ſub n.79.
61 Sexta coniectura depromitur quando teſtator
omnibus morientibus ſubſtituit proximiores de
cippo, nam tunc ſubſtitutio facta hæredi ſi ſine
filijs deceſſerit non expirat hærede mortuo cum
filijs, cum per dictionem omnibus cenſetur im-
poſitum fideicommiſſum omnibus ſuperius nomi-
natis Grat.conſ.5.n.59.lib.2,
62 Contrarium quod ex hac coniectura non ſit re-
cedendum à conſ. Oltradi 21 quia illa dictio vni-
uerſalis omnibus ſupranominatis morientibus re-
ſtringatur ad habiles poſitos in diſpoſitione, &
vocatos, eo ad caſum, quo conditio primæ ſub-
ſtitutioni adiecta locum habuiſſet per deficiẽtiam
liberorum, vt notat Cephal.conſ 77.num.30, & 31
verſ.ſic etiam parum facit. nam dictiones omnes,
63 & verborum permanere perpetuo ſemper debent
intelligi ſecundum ſubiectam materiam DD. in l.
64 1.ff.ſolut.matrim. nec inducunt fideicommiſſum
vbi non eſt, nec eſſe poteſt, vt in puncto conſ.Ol-
trad. tradit Dec.conſ.212.nu.13. verſ. & huic con-
cluſioni, & conſ.291. num.6. 7. & per tot.Rot. dec.
65 486. num.12.& 13. par.1.in recen. vbi quod ſe-
cus eſſet ſi fideicommiſſum eſſet reale, ſeu in rem
ſcriptum, in quo caſu loquuntur Doctores, & de-
ciſiones, quæ in contrarium allegantur.
66 Vocatio enim proximiorum de cippo intelligi-
tur iuxta diſpoſitionem textus in l.cum ita § in fi-
deicommiſſo, & in l.petu §. fratre de legat.2. ſcili-
cet quod cenſeantur vocati illi tantum, qui ſunt
in proximiori gradu, ita vt poſtquam ad proxi-
miorem deuenerit extinguatur fideicommiſſum,
& non intelligatur, quod de vno in alium ſit de-
uenturum, niſi teſtator vſus fuiſſet verbis impor-
tantibus tractum ſucceſſiuum, vel verbis futuri tẽ-
poris. Ruin.conſ.89.num.5. lib.2. Cephal. conſ.89.
num.34.lib.1.Simon.de Petr.conſ.203. num.24.lib.1.
Rot.dec.476 n.5.p.1.in recen.
67 Septima coniectura reſultat ex verbis habenti-
bus tractum ſucceſſiuum, nam tunc receditur à
conſilio Oltradi, vt tradunt DD.proximè citati, &
Ruin.conſ.92.num.8.& conſ. 159. nu.22.lib.2.Aym.
conſ.22.num.7. Rot.dec.579 num.10. par.1. diuerſ.
dec.580. num.4.par.4. & dec.185.num. 14. par.7.
in recen.
68 Octaua coniectura infertur, quando teſtator cõ-
ſtituit onus reſtitutionis reale, nam tunc graua-
men fideicommiſſi tranſit ad quoſcunque ad quos
res peruenit, vbi enim fideicommiſſum eſt reale
onus dicitur annexum rei, & ſequitur ipſam rem
quocũque vadit, vndè vocatus tenetur per fideicõ-
miſſum alteri reſtituere, donec res perueniat ad
vltimum ſubſtitutum, Bald.in l.precibus n.65.verſ.
tu dic & ibi Salycet num.36.C.de impub. Bart. in
l.petu §.frater num.2. verſ.dic ergo & ibi Cuman.n.
5.ff.de legat.2. Pariſ.conſ.18 nu.60.& conſ.90.n.43
lib.2.Menoch. conſ.379.num.34 & conſ. 1099.n.25
& conſ.1111. num.4.Surd.conſ.69.num.18. & conſ.
90.num.30.lib.1. Petra de fideicom.q.2.n.23.Peregr.
de fideicom.art.10.num.54.& art.32.num.70.Mant.
de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.2.nu.6. Fuſar. de ſub-
ſtit. q.480.n.73.Rot.dec.231.num.1.p.2. & dec.216.
num.15.& 26.par.5. in recen. vbi quod quando te-
ſtator diſpoſuit ad fauorem ſubſtitutorũ per verba
reſpicientia eius hæreditatem cenſetur conſtituiſſe
fideicommiſſum reale.
69 Contrarium quod in fideicommiſſo reale non
habeat locũ repetitio, ſi onus imperſonaliter pro-
latum reſpiciat perſonas nam tunc ratione reſpe-
ctus ad perſonas non cenſetur reale, Menoch.conſ.
379. num.34. Ruin,conſ.153.num.5.lib.1. Alex.conſ.
139.num, lib.6.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.480.nu.75.
Rot.dec.499.n.9.verſ.ex quibus p.4.diuerſ.
70 Nona coniectura oritur quando teſtator habuit
re-

reſpectum ad defectum filiorum, quocunque tempore contingat, nam ex illa dictione quandocunque arguitur teſtatorem voluiſſe conſtituere perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum, dum reſpexit ad tempus futurum, & remotiſſimum, vndè ceſſat *conſilium Oltradi*, vt comprobat, *Rota dec.2.num.8.par.9.tom.1, in recen.* per doctrinam *Bart.in l.Centurio num.28.ff.de vulgar. Peregr. de fideicom.art.18.num.14.Ruin.conſ.164. num.9. lib.3. Rot.dec.216. n.13.p.5.in recen.*

71 Decima coniectura inſurgit, ſi teſtator diſpoſuit, quod bona eſſent communia inter filios, & deſcendentes, quia per huiuſmodi diſponendi rationem, cenſetur teſtatorem inter eos conſtituere voluiſſe fideicommiſſum, *Menoch. lib 4. præſumpt. 68. num.5. & 6. Intrigl.de ſubſtit. centur.3. qu. 72. Fuſar.de ſubſtit.q.277.n.4.*

72 Vndecima coniectura conſtituitur in prohibitione diuiſionis inter ipſos de familia, nam teſtator veriſimiliter non appoſuiſſet dictam prohibitionem, niſi habuiſſet voluntatem conſtituendi inter eoſdem fideicommiſſum, ſecundum *Gozadin. conſ.52.num.3. Prat. de interpret.vltim.volunt. fol. 283.num.10 Maſcard.de probat.lib.2.concl.775.n.23 Fuſar.de ſubſtit.q.277.n.5.*

73 Duodecima coniectura adducitur, vt recedatur à *conſilio Oltradi* ſi teſtator primo vocauit agnatos maſculos, & illis deficientibus ſubſtituit maſculos agnatorum fœminarum, vel alios extraneos cum conditione deferendi nomen, & inſignia ſuæ familiæ, nam cum hoc caſu, diſpoſitio tendat, & dirigatur à ratione conſeruandæ agnationis fideicommiſſum cenſetur de vno in alium repetitum. *Menoch. conſ.117. nu.23. & lib.4.præſump.69. num.29. Intrigl. de ſubſtit.cent.3.quæſt.79 num.82. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.15. num.15. Fuſar.de ſubſtit. quæſt.480. num.34. Ruſtic. in l.cum auus lib. 4.cap.2.num.40. & ſeq.Caualc.deciſ.17. num.46.verſ.quarta p 3.Theſ.dec.Pedemont. 96.n.25.& dec.vlt.num.29. Rot.dec.185.n.10.& 11 & 12.par.7.in recen.*

74 Decima tertia coniectura affertur, quando facta eſt ſubſtitutio ſub nomine appellatiuo, vel collectiuo, ita quod recedatur à *conſilio Oltradi* ſi liberi, & deſcendentes per collectiuam eſſent poſiti in conditione, cum tunc non tantum per vulgarē cenſeantur vocati, ſed etiam per fideicommiſſum ſucceſſiuum, & reciprocum, *Dec.conſ.205.n.4 & conſ.248.num.5 & 6. Bald.conſ.321.lib.1. Natta conſ.437.num.3. Odd.conſ.44.num.5.Rolan. à Valle conſ.7.num.47. lib.3. Pariſ.conſ.52. num.22. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt.15. num.6.verſ. aut verò, & q.16.n.3.Peregr. de fideicomm. art.19.* vbi diſtinguendo ſubdit, vt procedat, ſi vocentur liberi de generatione, & familia. & ſimilibus, ſecus ſi vocentur agnati, & cognati, *Prat. de interpret. vltim.volunt.fol.284.num.18. vbi de communi. & fol.239.num.46.& tradunt alij DD.relati per Fuſar.de ſubſtit.q.480.num.70.& latius q.382.à n.33. vſque ad 19.latè* Peregr.*dec.111.*Guid.Pap. *dec.312. n.2* Magon.*dec.florent.37.a nu.19.vſque ad fin. Rota dec.568,n.1.par.1. diuerſ.*

75 Vocati vero per collectiuam ſunt illi, qui vocantur puta ſub nomine deſcendentium, de familia, de agnatione, prò vt etiam nomina collectiua ſunt liberi, Poſteri, Progenies, Proles, Poſteritas, ſtirps, illi de ſanguine, de proſapia, de generatione, de linea, de parentela, & rurſus agnati, cognati, conſanguinei, propinqui, & ſimiles, *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.382. num. 27.* ita etiam verbum hæres eſt collectiuum; *Gregor. XV. dec.207. num. 7.*

76 Contrarium quod vocati per collectiuam dicantur ſolum per vulgarem vocari, & non per fideicommiſſum, cum per vulgarem vocationem minus grauamen inferatur, tanto magis ſi ſubſtitutio ſit concepta per verbā directa, quæ non important fideicommiſſum, vndè ceſſantibus verbis, & coniecturis tractum futuri, & ſucceſſiui tēporis importantibus, vocati nomine collectiuo per vulgarem tantummodo ſubſtitui cenſentur, quæ in primo adeunte expirat, & euaneſcit, vt vno ſemel admiſſo, nemo vnquam alius ſuccedere poteſt, ſecus verò ſi vltra nomen collectiuum concurrant verba importantia tractum futuri, & ſucceſſiui temporis, nam tunc primo adeunte non expirant aliæ ſubſtitutiones, iuxta doctrinam, & diſtinctionem, *Cumani paſſim ſequutum à Rota in l.cum ita §. in fideicommiſſo num.4.ff.de legat. 2.* & hanc eſſe veram, & ſequendam opinionem teſtatur *Fuſar.de ſubſtit q 380.num.1.& 2. 19. iuncto num.52. & quæſt.480. num.71.* vbi loquitur in terminis *conſilij Oltradi Menoch.conſ.85. nu.67. Ruin. tun. conſ.371.num 148. Dec.conſ.10. num.30.et ſeq. vol.3. Luderch.conſ.58.num.23.Peregrin.de fideicom. art.19.in fin.Petru tract.eod.quæſt.5.num.148. Prat. de interpret. vltim. volunt. fol.279.ſalut.9.et fol. 369.num.9. Malin.de primogen. Hiſpan.lib.1.cap.5. num.27. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.12 num.11. Surd.dec.346.num.17.18. et 22. Magon.deciſ.florent. 37.num.28.et 29. Caualc.dec.18.num.19 par.3. Rot.dec.207.num.7. vbi Beltram. in addit.n. 9.coram Gregor.XV.& in recen.dec.125.num.1.et 2 dec.142.num.10.vbi de communi dec.266.nu.12.dec. 357. num.2,et 3.dec.486. num.5.par.1.dec.221. n.6. dec.326.num.5.et 6. par.5.et in Auximanu fideicommiſſi de Tibaldinis 5. Iunij 1651. in §. quia contraria coram Cardinal. Cerro.*

77 Decimaquarta coniectura inſurgit quando teſtator vocauit primogenitum, & maiorem natu, quia tunc præſumitur, quod voluerit facere ſucceſſiuum fideicommiſſum, *Ancur. conſ.27. Natta conſ.531. num.27.lib.3. Gabr.conſ.117.num.4. lib.1. Pariſ.conſ.72.nūm.90.lib.2.Menoch.conſ.220.nu.34. et de præſump.lib.4.præſump.69. num.15. Ruſtic. in l.cum auus lib.4.cap.2.nu.39.Molin.de Hiſpan. primog.lib.1.cap.5.num.18.& 28.Intrigl. de ſubſtitut. cent.3.quæſt.79.num.19. Peregrin.de fideicom.art.12. num.86.verſ.quod ſi maior Tiraquel.de iure primog. quæſt.3.Didac.Couar,pract.quæſt. cap.38. nu.6.& 7. Cenal.in ſpecul.commun.contra commun:quæſt. 725. n.5.& 6 & n.33. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.390. num.2. & quæſt.480.num.36.*

78 Redditur tamen primogenitura perpetua, & ſucceſſiua, quando dictum eſſet, quod bona trāſeant de primonito, ad primogenitum, nam tunc
79 cenſentur vocati primogeniti ſucceſſiuè, & gra-
90 datim, ſecundo ſi eſſet adiectum onus perpetuū,
tertio quando teſtator digreſſus eſt ad plures gra-
91 dus ſubſtitutionum, quarto ſi ſub nomine plurali vocati eſſent primogeniti deſcendentes ex Titio, nam tunc non ceſſat primogenitura in primo admiſſo,

miſſo, ſed ſucceſſiuè tranſit de primogenito in
92 primogenitum. Quinto quando maior de do-
mo, de familia, de agnatione vocatus eſſet, quia
tunc cenſetur habita ratio agnationis, & primo-
93 genitura erit de primogenito, in primogenito
repetita. Sexto ſi diſpoſitio habeat tractum ſuc-
ceſſiuum, & perpetuum, vt quia vocati ſint pri-
mogeniti in infinitum, nam tunc bona ſucceſſiuè
de vno in alium primogenitum tranſibunt, Sep-
94 timo quando ex conſuetudine regionis maiora-
tuum natura eſt perpetua, quia tunc fideicommiſ-
ſum perpetuo durabit in primogenitos, & erit ab
95 vno in alium repetitum. Octauo quando voca-
ti ſunt cognati deficientibus agnatis cum condi-
tione aſſumendi nomen, & inſignia familiæ, nam
tunc fideicommiſſum primogenituræ cenſetur re-
petitum, vt ſigillatim has concluſiones compro-
bat *Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 390. à num. 3. vſ-
que ad 10.*

96 Vbi tamen primogenitura vnam lineam eſt in-
greſſa, in ea debet permanere, nec ad aliam fit
tranſitus, *Dec. conſ. 948. num. 19. Rol. à Valle conſ.
10. nu. 37. & 39. lib. 3. Hieron. Gabr. conſ. 107. per
totum lib. 1. Menoch. conſ. 442. num. 26. conſ 803. nu.
31. & conſ. 815. num. 65. Tiraq. de iure primog. q. 40
num. 108. Molina de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 1. n. 17
Peregr. de fideic. art. 12. n. 86. ante fin. Fuſar. de ſubſt.
qu. 390. nu. 11. verſ. 9.*

97 Decima quinta coniectura conſtituitur, quan-
do teſtator reliquerit bona illuſtria, & quæ veriſi-
militer noluit ad extraneos hæredes tranſmitti,
nam tunc præſumitur fideicommiſſum eſſe repe-
titum à primo in ſecundum, & vlteriores vocatos,
præcipuè ſi eiuſdem rei inſignis prohibuerit alie-
nationem, etiam nulla expreſſa cauſa, cum argua-
tur enixa voluntas dicta bona conſeruandi in fa-
milia, & inter vocatos, *ad textum in l. quoties,
C. de fideicom. vbi gloſ. Bald. & Iaſ. Bart. in l. filius
famil. §. Diui num. 3. ff. de legat. primo Menoch conſ.
217. num. 19. & 20. conſ. 220. num. 27. conſ. 647. n. 10
verſ. tertio*, vbi de domo nobili, & egregia, *conſ.
803. nu. 8.* vbi de *Caſtro, & Comitatu, & nu. 50.
& in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 69. num. 19.
Anton. Gabr. in tit. de fideic. concl. 7. nu. 6. Craſſ. de
ſucceſſ. §. fideicommiſſum qu. 4. nu. 19. Intrigl. de ſub-
ſtit. cent. 3. quaſt. 72. num. 90. & qu. 79. num. 72. Prat.
de interpr. vltim. volunt. fol. 316. num. 10. circa me-
dium Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6.
n. 6. in fin. Capyc. dec. 208. n. 4 Canalcan. dec. 17. n. 46
par. 3.* cum alijs per *Fuſar. de ſubſtit. qu. 480. nu. 76.
& 77.* vbi in fine ſubdit, quod ex hac coniectu-
ra non recederet à *conſilio Oldradi*, niſi concurrant,
& ſuppleatur ab alijs legitimis coniecturis.

98 Decima ſexta coniectura, proponitur ex reci-
proca ſubſtitutione facta inter filios ſubſtituendo
vnum alteri, & alterum alteri, & eorum hære-
des, & ſucceſſores, vnde reſultat perpetuitas fi-
deicommiſſi, *Aym. conſil. 130. numer. 6. Decian.
conſ. 28. num. 21. lib. 2. Surd. conſ. 344. num. 2. Hond.
conſ. 54. num. 42. lib. 2. Rot. dec. 216. num. 10. par.
5. in recent.*

99 Decima ſeptima coniectura proponitur, vt fi-
deicommiſſum cenſeatur inductum, quando plu-
ribus factis ſubſtitutionibus vltimo loco fuit vo-
catus locus pius, *Surd. conſ. 344. num. 17. lib. 3. Pe-
regr. de fideicom. art. 13. num. 14. Rot. deciſ. 216. n. 12.
par. 5. in rec.*

100 Decima octaua coniectura inducitur, quando
teſtator dixit quod bona tranſire debeant de gradu
in gradum, vel de deſcendente in deſcendentem,
vel de hærede in hæredem, vel de vno in alium, vel
quod vnus alteri ſuccedat, & ſimilibus, nam tunc
eſt locus repetitioni, & receditur à *conſilio Oldra-
di*, & ratio eſt, quia bona non poſſunt tranſire de
vno in alium, & de hærede in hæredem, niſi me-
diante fideicommiſſi reſtitutione, nam qui vult
conſequens cenſetur velle neceſſarium antecedens.
*Rol. à Valle conſ. 23. num. 25. lib. 3. Peregrin. conſ.
49. lib. 1. Decian. conſ. 33. num. 91. & 92. lib. 1. Gra-
tian. conſ. 31. num. 17. lib. 1. Pariſ conſ. 88. num. 14
15. & 18. conſ. 92. num. 39. & 46. lib. 2. Cephal.
conſ. 34. num. 31. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 69.
num. 12. Anton. Gabr. in tit. de fideicom. concl. 4. n. 9
10. & 15. Maſcard. de probat. concl. 774. num. 9.
& concl. 775. num. 9. & 10. Intrigl. de ſubſtit. cent.
3. quaſt. 72. num. 76. & 77. & qu. 76. num. 16. Prat.
de interpret. vltim. volunt. fol. 284. num. 19. & fol.
298. num. 13. Craſſ. de ſucceſſ. in § fideicom. quaſt. 4.
num. 16. & qu. 5. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. qu. 480.
num. 51. Caualc. deciſ. 17. n. 40. & 50. par. 3. Mantica
dec. 375. in fin.*

101 Contrarium quod ceſſet fideicommiſſum, ſi in-
ſtitutus moriatur cum filijs, quamuis teſtator ex-
tenderit vocationem per Clauſulam de gradu in
gradum, de hærede in hæredem, & per ſimilia
verba, cum huiuſmodi ſubſtitutiones dependeant
à purificatione conditionis obitus primi vocati ſi-
ne filijs, vndè ſunt ita regulandæ, vt non exce-
dant fines præcedentis ſubſtitutionis, ad quam
venit acceſſoriè, & conſecutiuè, plenè *Iaſ. conſ.
238. per tot. lib. 2. Ruin. conſ. 153. nu. 5. lib. 2. Prat.
conſ. 167. num. 30. & 31. lib. 1. Surd. conſ. 554. nu.
33. & 34. vſque ad fin. lib. 4. Menoch. conſ. 253.
num. 16. conſ. 327. num. 83. verſ. idem, & conſ. 633.
num. 35. & 36. Alex. conſ. 139. lib. 6. conſ. 202. lib. 7
Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 284. num. 21. &
fol. 293. num. 71. circa fin. Peregr. de fideicom. ar. 29
num. 27.* cum alijs relatis per *Fuſar. de ſubſtit. q. 480
num. 52. & 53. Rot. deciſ. 473. num. 2. verſ. neque
obſtare par. 4. diuerſ. deciſ. 486. num. 6. ad fin. par. 1.
in rec.* vbi quod non obſtantibus dictis clauſulis
intret *conſilium Oldradi*.

102 Animaduertendum tamen eſt pro conciliatione
dictarum opinionum, vt prima procedat, quan-
do huiuſmodi clauſula eſt appoſita diſpoſitiue, &
in oratione ſeparata, ſecunda verò locum habet,
quando declaratoriè, conſecutiuè, illatiuè, &
continuatoriè eſt appoſita, vt ex *Surd. conſ. 554.
num. 33. vſque ad finem, & præcipuè num. 40. verſ.
non eo lib. 4. & Chriſtoph. Torniel. conſ. 8. n. 81.* tradit
Fuſar. de ſubſtit. qu. 480. n. 54.

103 Quæ coniecturæ, & aliæ, quæ ad hunc effe-
ctum proponuntur à Doctoribus, licet ſingulę de
per ſe non ſufficiant, vt recedendum ſit à *conſilio
Oldradi* iunctæ tamen, cum alijs operantur, &
exuberant, cum ad hunc effectum tota teſtamen-
ti ſeries, & coniecturæ indè reſultantes ſunt con-
iungendæ, & ſimul conſiderandæ ad certius in-
dagandam teſtatoris mentem, *Rot. dec. 1329. n. 13.
cor. Card. Seraph. dec. 266. n. 19. deciſ. 320. num. 16.
par. 1. deciſ. 355. nu. 10. par. 5. deciſ. 185. num. 14. &
15. par. 7. in rec.*

104 Hinc eſt, quod fideicommiſſum perpetuum
reſul-

reſultat ex coniecturis, vt ſi teſtator plueies repetierit qualitatem maſculinitatis, & legitimitatis, & habuit eeſpectum ad conſeruotionem bonorum in familia cum prohibitione alienationis ad tempus remotiſſimum per verbum quandocumque, & prò ſinonimis vſus fuerit verbis liberis, filijs, deſcendentibus, quæ ſimul valdè vrgere prò perpetuitate fideicommiſſi, dixit *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Bologneteis 23. Iunij 1664. §. nec placuit coram Albergato, ex Surd. conſ. 344. num. 18 Gionagn. conſ. 36. lib. 2. Fuſar. conſ. 24. num. 43. Decian. conſ. 102. num. 15. lib. 2. Altograd. conſil. 92. num. 12. & per tot. lib. 2. Rot: deciſ. 402. num. 23. par. 9. rec. & in Bononien. fideicommiſſi de Guidottis 24. Ianuarij 1648. coram Arguell., & in Caualicen. fideicommiſſi 23. Iunij 1656. coram Card. Celſo in §. nec de vocatione, & in §. alias enim.*

105 Pro vt etiam fideicommiſſum abſolutum, perpetuum, & ſucceſſiuum reſultare ex plueibus ſubſtitutionibus factis pee verbum in infinitum cum prohibitione alienationis, dixit *Rot. dec. 245. n. 3. p. 8. in rec: ex Molin. de Hiſpan: primog. lib. 1. c. 6. n. 24. & 25. Caſtil. controu. tom: 6. cap: 117. per tot: Rot. dec. 121. nu. 4. par. 2. diuerſ.*

106 Verba autem denotantia tractum ſucceſſiuum, & ſic apta inducendi fideicommiſſum, ſunt quando dictum fuit, quod bona tranſeant de deſcendente, in deſcendentem, vel de hærede in hæredem, vel de gradu in gradum, vel de vno in alium, vel quod vnus alteri ſuccedat. *Surd. conſ. 554. num. 31. vſque ad fin. Peregrin. de fideicom. art. 39. & art. 32. num. 43. ad med. Petra eodem tract. qu. 11. num. 164. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. qu. 81. nu. 29. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 15. n. 6. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 382. num. 54. & num. 57.* vbi idem,

107 ſi in ſubſtitutione adſit Clauſula gradatim, ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo, quæ nihil aliud operaee poteſt, niſi fideicommiſſum *Bero. conſ. 41. n. 4 lib. 2. Pariſ. conſ. 40. nu: 19. & 20. lib. 2. Rot. dec. 492. num. 1. par. 4. diuerſ.*

108 Ita etiam ſi adſunt verba perpetuitatis, in infinitum, ſempee, quæ demonſtrant inductum eſſe fideicommiſſum abſolutum, latè *Pariſ: conſ. 30. num. 24. lib. 3. Rol. conſ. 23. num. 18. 19. & 20. lib. 4 Decian. conſ. 3. num. 68. lib. 1. conſ. 10. num. 49. lib. 3. Menoch. conſ. 44. dub. 2. lib. 1. Peregrin. conſ. 62. num. 20. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 19. num. 7. & dec. 111. Ancar. Regien. qu. 71. n. 10. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. q. 382. n. 56.*

109 Pariter ſi teſtator vſus fuiſſet verbis eemaneant in familia, vel non exeant familiam, vel deſcendentes præcipuè per verbum collectiuum ſcilicet agnationem, familiam de ſanguine, de Cippo, de parentela, nam huiuſmodi verba denotant tractum ſucceſſiuum, & permanentem, & inducunt fideicommiſſum gradatim inter illos de familia, & agnatione, donec duratura ſit familia, vel deſcendentia, & ratio eſt, quia non poſſunt bona in familia remanere, niſi mediante fideicommiſſo ſucceſſiuo, & eeciproco inter illos de familia ad *text. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, vbi Caſtr. l. peto §. fratre ff. de legat. 2. Pariſ. conſ. 37. num. 31. lib. 2. conſ. 31. num. 28. & 29. lib. 3. Dec. conſ. 3: n. 63 lib. 1. Menoch. conſ. 155. num. 28. Peregr. de fideic. art. 19. num. 7. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 11. Fuſar. de ſubſtit. q. 382. n. 59. Rot. dec. 568. n. 1. 2. 5. & 8. p. 1. diuerſ.*

110 Inſupee perpetuitas inducitur ſi teſtator vocauerit maſculos, præcipuè ſi excluſerit fœminas, & ſi adſit Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, ſcilicet ſi non valet, vel non valebit. *Beltr. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 207. num. 9. circa fin.*

111 Vbi tamen fideicommiſſum ſimplieiter familiæ
relictum eſt, ordine quidem ſucceſſiuo relictum
intelligitue, ità tamen vt vulgariter illi de fami-
lia videantur ſubſtituti, cum etiam in fideicom-
miſſis poſſie vulgaritee ſubſtitui *l. vt hæredes ff. de*
112 *legat. 2.* Quo fit vt proximioeibus admiſſis cæ-
teri ſint perpetuò excloſi, *l. poſt aditam ff. de im-*
113 *pub. & alijs ſubſtit.* ſed ſi fideicomiſſum familiæ
relictum ſit, ita vt bona eemaneant in familia,
quia habet tractum futuri temporis intelligitur
relictum ordine ſucceſſiuo, ita vt vnus poſt mor-
tem alteeius admittatur, *l. cum ita §. in fideicommiſ-
ſo ff. de legat. 2.* & ita ibidem comprobat, *Cuman.
num. 4.* quod putat notatu dignum. *Mantica* qui
alios allegat *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12.
num. 11.*

114 Fideicommiſſum verò redditur odioſum *l. cohæ-
redi §. cum filij ff. de vulgar. Rol. à Valle conſ. 30.
num. 25. lib. 4. Menoch. conſ. 85. num. 29. Craſſ. de
ſucceſſ. in § fideicommiſſum qu. 2. in princ. Faſar. de*
115 *ſubſtit. qu. 475. num. 5.* Vnde fideicommiſſum
non extare in dubio iudicandum eſt, *Gabr. conſ. 95
num. 17. lib. 2. Menoch. conſ. 224. num. 24. & 25.
Surd. conſ. 294. num. 30. lib. 2. Hond. conſ. 60. n. 13.
lib. 1. Decian. conſ. 30. num. 40. lib. 2. Gabr. conſ. 132.
num. 37. lib. 1. Faſar. de ſubſtit. qu. 291. num. 1.* vbi
copioſè allegat, *& qu. 475. num. 6. Rot. dec. 667:
num. 14. par. 2. & dec. 279. num. 31. par. 6. in rec: &
in Tudertina fideicommiſsi 4. Iunij 1640. coram Roias, & in Auenianen. fideicommiſsi 22. Aprilis 1652.
coram Card. Celſo §. vnde attentis*, vbi quod hoc
præcipuè procedat, quando materia eſt merè co-
niectuealis, & hinc inde adſint coniecturæ, quæ
mentem diſponentis dubiam reddant.

116 Perpetuum fideicommiſſum non inducitur ex grauamine dotandi fœminas in infinitum, *Decian. conſ. 513. ad fin. verſ. non obſtat. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. num. 18. Rot. deciſ. 283. nu. 6. & 7. par. 6. in recent.* vbi quod hæc coniectura ex ſe ſola non ſit ſufficiens ad inducendum perpetuum fideicommiſſum, vbi præſertim alia verba teſtamenti repugnant, tantò magis ſi præceptum dotandi fœminas eeguletur à conditione ſi ſine filijs, vndè ſi filij primi geadus obieeint cum filijs, euaneſcit quodcumque grauamen ex onere dotandi filias, iuxta celebre *conſilium 21. Oldradi, Rot. deciſ. 272. num. 11. verſ. non obſtat, & nu. 12. par. 6. in rec.*

117 Vbi verò fideicommiſſum eſt coarctatum ad certas perſonas lineas, & gradus illis deficientibus expirat, adeò vt ab vltimo vocato liberè alienati poſſunt bona, cum non ſuperſit alius ad fideicommiſſum vocatus, qui bona alienata reuocari poſſit, iuxta textum in *l. cum Pater §. libertis, & l. qui ſolidum §. penultimo, vbi gloſ. Bart. & ſcribentes ff. de legat. 2. & per textum in Authen. de reſtit. fideicom. verſ. nos igitur, vbi notat Bart. Dec. conſ. 182. in princ. Natta conſ. 16. & 17. Peregrin. de fideic. art. 72. num. 2. Rot. dec. 203. num. 1. par. 2.*

dec. 24.

dec. 24. num. 10. p. 4. tom. 2. deciſ. 195. num. 6. & 7. par. 5. in rec. & in Auenionen: fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. in princ. coram Card. *Celſo.*

118 Quod procedit etiam ſi ſupereſſent deficientibus maſculis fęminę agnationis, *Rot. dicta deciſ. 203. per totam, & deciſ. 66. poſt repertorium Farinac. de vltim. volunt.*

119 Et licet fęminæ excluſę per ſubſtitutionem factam prò conſeruatione agnationis non dici debeant omninò excluſæ, ſed ſolum extantibus maſculis, quibus deficientibus admittendæ ſint, *Rot.*

120 *dec. 203: nu. 7. par. 2. rec.* tamen ſi à principio fęminæ ſub verbis non continentur, & teſtator motus fuit cauſa conſeruandæ agnationis, vel diſcretiuè maſculi, & fœminę fuerint vocatæ, remanent perpetuò excluſæ latè *Fuſar. de ſubſtit. qu 311. nu. 18. 35. & 36. Rot. dec. 203. num. 8. p. 2. rec.*

SIGNINA CONTRACTVS.

ARGVMENTVM,

Vſura cenſetur, quidquid accedit ſorti mutuatę pretio æſtimabili, an igitur ſit vſurarium pactum recipiendi rem mutuatam in eodem pondere, numero, & menſura tempore, quò plus valet hic cum pluribus alijs caſibus reſolnitur.

Contrahens matrimonium cum ſorore fœminæ, quã cõſtat carnaliter cognouiſſe abſque diſpenſatione Apoſtolica irritè contrahit. Quomodo verò coniuges ſe gerere debent circa petitionem, & redditionem debiti, ſi alter eorum, vel vterque dubitat de valore matrimonij vlterius docetur.

SVMMARIVM.

1 Vſura eſt mutuare aduocato cum pacto, vt teneatur defendere in ſuis litibus, & Medico, vt teneatur eum curare.

2 Vſura eſt quidquid accedit ſorti pretio æſtimabile, & hoc procedit in omnibus rebus pretium habentibus, 3. & 7. & 21.

4 Pecunię nomine venit omne, quod nummo æſtimari poteſt.

5 Vſura eſt ſi mutuans imponat obligationem debitori agrum ſuum colendi, arandi, paſcendi, & ſimilia, etiamſi iuſta merces ſoluatur, 6.

8 Vſurarius tenetur refundere debitori, quidquid vltra ſortem recepit arbitrio boni viri æſtimandum.

9 Mutuare aliquid, vt reſtituatur res diuerſæ rationis eſt Contractus vſurarius *Contrarium nu. 10. & 12.*

10 Emere, & vendere fruges, & fructus futuros anticipata ſolutione licitum eſt. Amp. vt n. 13.

11 An celebratus contractus mutui, vel venditionis ex quo dignoſcatur.

14 Vſura non eſt mutuare vetus triticum, vt tantundem noui reſtituatur ſeruata pretij æqualitate.

15 Vſura eſt recipere rem mutuatam in eodem pondere, numero, & menſura, de tempore quo plus valet, vnde reſtitutio eſt facienda ſecundum valorem, nu 16. pro vt ſi decreuit tempore reſtitutionis eſt reſtitutio facienda iuxta valorem tempore traditionis 17. *Contrarium* nu. 18. Diſtingue vt n. 28.

19 Obligatio eo modo diſſolui debet, quo contracta eſt.

20 In mutuo reddendum eſt, tantum, quantum accommodatum fuit, & conſideratur res, & non pretium.

21 Vſura conſiſtit in exigendo aliquid vltra ſortem 22.

23 Creditor diminuto pretio non poteſt exigere maiorem quantitatem, quam dedit:

24 Venditio frumenti, vini, & ſimilium licitè fieri poteſt pacto, vt pretia tempore traditionis, & reſtitutionis adæquentur, 25.

26 In mutuo inſpicitur æſtimatio rei poſt moram,

27 In mutuo ſi varietur menſura reſtitutio eſt facienda menſura, qua res data, & admenſa eſt.

29 Vſura eſt vendere rem carius eo, quod tempore ſolutionis ſit plus valitura, ſi ad illud tempus non ſit ſeruatura.

30 Vſura eſt mutuare fęminæ cum pacto de habendo copulam.

31 Matrimonium contractum cum ſorore fęminæ cum qua quis dubitat habuiſſe copulam, non tenet non obtenta diſpenſatione.

32 Matrimonium non eſt celebrandum cum dubio latentis impedimenti dirimentis.

33 Coniux dubius contraxiſſe matrimonium cum impedimento dirimente non poteſt petere debitum, ſed teneretur reddere ſi altera coniux ſit innocens.

34 Quod ſi ſuperueniat dubium poſt contractum matrimonium bona fide non priuantur Coniuges iure petendi debitum, & reddendi.

35 Sed ſi coniux ſciat pro certo impedimentum matrimonij non debet reddere debitum, ſecus ſi credat ex cauſa probabili, non tamen poteſt petere, ſi vero ex leui cauſa depoſita conſcientia dubia poteſt petere, & reddere.

36 Matrimonium licet ſit irritum bonæ fidei poſſeſſor excuſatur à peccato petendo, & reddendo debitum.

DECISIO XLIV.

CASVS MORALIS.

Tiberius N. vſque de anno 1655. mutuauit certam frumenti quantitatem Sempronio ſuo Procuratori, adiecto tamen pacto de eum defendendo in quadam ſua lite coram D. Gubernatore introducta, & indeciſa pendente, & vlterius de reddendo prò medietate frumenti mutuati tantundem olei, & prò alia medietate tantundem frumenti noui proximę futuræ meſſis recolligen. vel pretium, ſeu valorem eodem tempore currentem, mutuauit inſuper Fauſtinæ in aliqua egeſtate conſtitutæ viginti nummos aureos cum pacto, eum eadem habendi copulam, qua pertentata, dubitans an intra vas conſumauerit, nihilominus non petita diſpenſatione, cum Domitilla eiuſdem Fauſtinæ ſorore matrimonium contraxit, hinc anceps de validitate vtriuſque contractus extraiudicialiter inſtetit coram me prò reſolutione infraſcriptorum dubiorum.

Primo, an committat vſuram qui mutuat procuratori, vel Aduocato cum pacto de eo defendendo in ſuis litibus.

2. An ſit vſura frumentum mutuare, vt reſtituatur res diuerſæ rationis.

3. An ſit vſura mutuare vetus triticum, vt tantundem noui reſtituatur.

4. An ſit vſurarium pactum recipiendi rem mutuatam in eodem pondere, numero, & menſura, quo plus valet, vel veriſimiliter valere poteſt.

5. An committatur vſura ab eo, qui dat mutuum fęminæ cum pacto de habendo copulam.

6. An teneat matrimonium contractum cum ſorore fœminæ, quam dubitat carnaliter cognouiſſe ſine diſpenſatione, adeo vt licitè matrimonium huiuſmodi conſumare poſſit.

1 Dicebam ad primum, quod vſura committitur ab eo, qui mutuat procuratori, vel Aduocato hoc pacto, vt mutuantem teneatur defendere in ſuis litibus, prò vt etiam. qui mutuat Medico, vt teneatur eum curare, & mederi, aut qui mutuat ruſtico, & Villico, vt pro eo aliquid faciat,

quod animaduertebam ſibi locum vindicare, etiã
ſi pro huiuſmodi operibus mutuans conſtituat iu-
ſtum pretium, & ratio eſt, quia imponit mutua-
tario obligationem, quam antea non habebat, ita
*Bonaccina in tit. de contract. diſ. 3. quaſt. 3. punct. 3.
num. 13. fol. mihi 621. tom. 2. vbi allegat. Molin. diſ.
309. nu. 2. Azor. 3. p. lib. 7. cap. 7. q. 1.*

2 Quidquid enim accedit ſorti pretio æſtimabile
3 vſura cenſetur, & hoc procedit non ſolum in pe-
cunia fœnore extorta, & fructibus pignorum, vt
in *cap. 1. & 2. de vſur.* ſed etiam in rebus alijs om-
nibus quæ pretium habent, & pecunia æſtiman-
tur, licet non ſint eiuſdem generis, & materię,
cum rebus creditis, vt probat textus in *cap. 3. 14.
qu. 3. & in l. 16. & l. 23. C. de vſur. l. 26. §. idem
Marcellus ff. de condit. indeb. & argumento l. 1. in fi.*
4 *ff. de calum.* nomine enim pecuniæ veniunt ea om-
nia, quorum ęſtimatio menſuratur nummo, vt ait
Ariſtotiles lib. 4. Ethic. cap. 1. hinc eſt quod vſura-
rum vicem obtinent obſequia, & facta ipſa, ex qui-
bus creditor, vel lucrum faciat, vel commodita-
tem, aut vtilitatem recipiat, vt notat *Paul. de
Caſtr. in l. 16. num. 2. C. de vſur. Petr. Gregor. de
vſur. lib. 1. cap. 3. num. 1. Vgolin. eodem tract. cap. 10.
num. 3. Rebel. de oblig. iuſt. lib. 8. qu. 4. nu. 12. Regi-
nald. lib. 25. cap. 11. & latè comprobat Molin. diſ.
309. & 310. Nauar. in comment. de vſur. nu. 2.*

5 Propterea vſura pariter reputatur, ſi imponatur
obligatio debitori, cui pecunia creditur, vt mu-
tuantis agrum colat, vel metat, vel ſuis bobus
aret, vuas colligat, & alia huiuſmodi faciat, vel
vt liceat in alienis paſcuis greges, vel equos im-
mittere, in aliena ſilua ligna facere, aquam per
fundum debitoris ducere, vel ſi ob cauſam mutui
debitor minoris operas ſuas, vel res locauerit, aut
vendiderit, & ſimilia, vt benè exemplificat *Leo-
tard. de vſur. qu. 16. num. 3. verſ. quamobrem vſu-
ra eſt.*

6 Quæ ità rigidè à Theologis accipiuntur, vt ex
eorum ſententia, non tantum comprehendatur ſi
huiuſmodi pacta, facta, & operę ſine pretio, vel
viliori, & iniuſto extorqueantur, quod indubita-
tum eſt, ſed etiam ſi conuentum fuit, vt iuſto pre-
tio, vel debita, & conſueta mercede pręſtari de-
beat, vt ſi in mutui traditione adiectum ſit onus,
vel obligatio, vt debitor accedat ad ſuam Apo-
thecam, vel officinam ad emendas res, pretio
currenti, vel colat eius agrum iuſta mercede, vel
vt eius fundum conducat iuſta penſione, vel fru-
ctus vendat tempore meſſis, vel aliàs ſimiles pa-
ctiones fiant iuſto pretio, ex quo non tollitur vſu-
ra, nec efficitur, vt ſimiles conuentiones fęnera-
7 titiæ non cenſeantur, ſiquidem ex mutuo aliquid
vltra ſortem intendere, & capere pretio ęſtima-
bili vſura eſt, obligatio enim mutuatarij debitoris
colendi agrum, vel vendendi frumentum, & ſi-
milia cum procul dubio recipiant æſtimationem,
ex quo promiſſor ligatur, vt non poſſit vigore
conuentionis ab ea diſcedere, & contineat com-
modum, & vtilitatem paciſcentis, licet iuſto pre-
tio fiat, vtique vſura iudicatur, pro vt de com-
muni teſtantur. *Molina diſ. 309. & 310. Salas de
vſur. dub. 9. num. 2. Conar. var. reſol. lib. 3. cap. 2. n. 5
Io: Baptiſt. Lup. 1. in cap. nauiganti §. 1. in fi. Fachin.
controuerſ. lib. 2. cap. 54. Bonacin de contract. diſ. 3.
quaſt. 3. punct. 3. ferè per tot. tom. 2. Leotard. de
vſur. diſ. 16. numer. 13. & 14.*

8 Ex ijs igitur concluſionibus, ita firmatis infer-
tur, quod creditor teneatur, immo quod cogi de-
beat, ſi his pactionibus vſus fuerit refundere de-
bitori totum damnum, incommodum, & detri-
mentum paſſum, cum ex huiuſmodi conuentio-
nibus oriatur obligatio reſtituendi, non ſolum
quidquid vltra iuſtum pretium debitori locatum,
aut venditum fuit, aut prò mutuo realiter pro-
miſſum, ſed etiam æſtimationem grauaminis im-
poſiti arbitrio boni viri, prò vt debitori inter-
eſt coactum fuiſſe huiuſmodi onera ſubire, & li-
bertatem contrahendi ſibi ablatam fuiſſe, vt
ex *Molina, & Rebel. tradit Leotard. de vſur. quaſt.
16. num. 15.*

9 Quo ad 2. dubium animaduertebam ſecundum
aliquos Theologos mutuare frumentum, oleum,
vel pecuniam cum pacto reſtituendi rem diuerſæ
rationis eſſe contractum vſurarium, vt potè, quia
natura mutui eſt, vt idem genus reſtituatur, *l. 2.
in princ. de reb. cred.* ac proindè dum creditor pa-
ciſcitur, vt frumentum loco pecuniæ tradatur
coarctat libertatem debitoris, & aufert faculta-
tem reddendi pecuniam, & ſic ex mutuo plus ca-
pit, ſcilicet obligationem diuerſæ rei, quæ eſt
pretio æſtimabilis, vt ex *Salonio, Molina, Bannes
Azorio tradit* Bonacin. *in tit. de contractibus diſ. 3.
q. 3. punct. 3. n. 6. tom. 2. fol. mihi 620.*

10 Secundum verò alios Doctores diſtinguendum
eſt, quod pactum reddendi puta triticum tempo-
re meſſis loco pecuniæ mutuatæ cenſeatur vſura-
rium, ſi contrahentes re vera habuerunt animum,
& intenſionem celebrandi contractum mutui, quia
tunc imponitur obligatio reſtituendi rem in di-
uerſa ſpecie, ſecus ſi intenderunt celebrare con-
tractum emptionis tradendo anticipatè pecuniam
tamquam pretium, quia hoc caſu non eſt contra-
ctus mutui, ſed emptio, & venditio frugum, &
fructuum futurorum anticipata pretij ſolutione,
quod omni iure licita redditur ſi ſeruetur æquali-
tas, ita *Rebel. de obligat. iuſtitię lib. 8. quaſt. 4. n. 12.
& ſeq. Azor. inſtit. moral. 3. par. lib. 7. cap. 7. qu. 2.
Molina diſ. 309. num. 6. Emanuel ſa. in verbo mu-
tuum num. 8.* cum alijs relatis per *Bonaccin. in tit. de
contract. diſ. 3. quaſt. 3. punct. 3. num 7. tom. 2.* vbi
11 tradit regulam ad cognoſcendum an adfuerit in-
tentio celebrandi contractum mutui, vel emptio-
nis, ſcilicet ſi tradens pecuniam tradidit illam
reuocabiliter, ita vt poſſit illam repetere, & quod
cenſeatur contractum mutui initum fuiſſe, cum
hæc ſit natura mutui, vt reuocari poſſit, ſi verò
tradidit irreuocabiliter, ita vt tradens non poſſet
eam repetere, & tunc quod cenſeatur celebraſſe
contractum emptionis, ex *Nauar. & Riginald. lib.
25. num. 297.* quos allegat.

12 Benigniorem tamen ſequendo ſententiam ſe-
cundum *Leotard. de vſur. qu. 16. num. 20. verſ. ego
verò,* videbatur hoc contrahendi genus licitum
eſſe, nullamque in eo vſuræ labem inueniri, aut
conſiderari poſſe, ſiquidem cum actum ſit, vt prò
pecunia frumentum reddatur, propriè emptio
contracta intelligitur, ad textum in *l. 5. §. & ſiqui-
dem de praſcr. verb.* etiam ſi contrahentes mu-
tuam pecuniam dixerint, & mutui nomine vſi
ſint, quia huiuſmodi contractus habet naturam,
ſubſtantiam, & qualitates venditionis, & non mu-
tui,

tui, & nomen mutui, vel per errorem, & ignorantiam, vel ſecundum vulgarem modum loquendi cenſetur adiectum, ita quod contrahentes non poſſint immutare naturam venditionis, ſi re vera ſit venditio, & facere, vt huiuſmodi contractus mutuum ſit, ad textum in *l.2.in princ.de reb. credit.* ad tradita per *Menoch.conſ 37. num.18. & 19. & per Mantic.de tacit.& ambig. conuen.lib.8. tit.3. num.26. & 29. Azor.par.3. lib.7. cap.7. qu.2.circa fin.Reginald.lib.25.tit.2.q.vlt.n.181.*

13 Ac proindè ceſſat ratio deducta prò ſuperioribus opinionibus, quia in hoc commercij genere non aufertur libertas reſtituendi pecuniam ex mutuo, cum non ſit celebratus contractus mutui, ſed vigore emptionis, ex qua quis tenetur rem tradere ob receptum pretium, ac proindè cum verſemur in contractu emptionis, & vẽditionis redditur inutilis, & fruſtratoria diſtinctio *Azorij*, *&* Aebelli, vt comprobat *Leotardus de vſur. quaſt. 16. num.21. verſ.ex quibus.*

14 Ad 3. Reſpondit non committi vſuram, quando quis mutuat vetus triticum, vt tantundem noui ſibi reddatur, dummodo concurrat æqualitas pretij, vt tantum valeat vetus, quantum valebat nouum, aut valiturum ſperatur, nam ita ſeruatur æqualitas inter datum, & acceptum, & nullus lucratur cum iactura alterius, ita *Bonac.in tit.de contract.diſ.3.q.3.punct.3.n.26.tom.2. vbi allegat.Nauar.cap.17.num.224.*Molina *diſ.31. num.4. Rebell. lib.8 quaſt.4 num.9. Azor.3.lib.5. cap.7.qu.1.Filiuc. tract.34.num.49.* ex infra tamen dicendis hęc ſententia magis dilucidabitur.

15 Ad 4. ſecundum multorum Doctorum ſententiam videtur vſuram eſſe recipere rem mutuatam in eodem pondere, numero, & menſura de tempore, quo plus valet, ſi de tempore mutationis non erat æqualiter dubium, quod pluris, vel minoris eſſet valitura de tempore reſtitutionis, vel ſi erat certum, vel probabilius, quod de tempore reſtitutionis pluris eſſet valitura, mutuans tamen non erat ſeruaturus vſque ad illud tempus reſtitutionis ſecus autem ſi erat ſeruaturus, & ratio eſt quia ceſſante dubio maioris, ſeù minoris, valoris rei mutuatæ de tempore reſtitutionis, mutuans redditur certus de lucro, & ſic eſt certus recipiendi aliquid ſupra ſortem mutuatam, ex quo manifeſtè reſultat vſura, ſiuè attendatur valor naturalis, ſiuè valor moralis, præcipuè ſi actum fuerit cum hominibus indigentibus, & egenis, de quibus mutuans certus eſſe poterat, quod non reſtituiſſent rem mutuatam, quanto citius ob eorum impotentiam, vel ob eorum ignorantiam inculpabilem, & inuincibilem de aſcenſu pretij, credere potuit ſolutionem differre, & procraſtinare debere vſque ad tempus, quo res carius venditur, ita docent *Antoninus in ſumma par.2.tit.1.cap.7. §.13. B. Io: à Capiſtrano de vſur. par.1. 2. par.principalis num.3. in nou.tract. tom.7. fol.100. à tergo Paludan in 3. ſent.diſt. 37. quaſt.2. art.2.col.4.fol.232. Beluacen. in ſpeculo doctrinali lib.10. cap.104. verſ. numquid poteſt committi vſura fo.r. 55.Media de rebus reſtituendis quaſt. fin. §. eſt itaque verſ. ſi autem detur triticum fol.244. Conrad.de contract.tract.2.quaſt.3. praſertim colum.4.fol.170. Aſtenſis in ſumma par.1. lib.3.tit.11. de vſur.art.4.quaſt.2.fol.132. colum.4. Nauar. in manual.cap.17.num. 220. Angel.in verbo vſura 1. num.36. Syluester.in ſumma in eodem verbo vſura num.14. Laurentio de Rodulphis de vſur. quaſt.27. num 4. Anchar.in cap.vſurarum n. 9. verſ. 6.quaero de vſur.in 6. Biſaldius in cap.in ciuitate quaſt.5.col.2.fol.183. de vſur. Io: Calderinus in cap. nauiganti num.36.de vſur.vbi* Butrius *nu.11. Anania num.37.& 38. Salyc.in Auth.ad hac num.11.C. de vſur.Salas de vſur. dub.24 cap.3.& ſeq.vbi latè* Gutterez. *canonic. quaſt.lib.1.cap.39.nu.53.fo.214.* Azor.*inſtit.moral,p.3.lib.5.cap.7.lit. A.*B.C.*fo.467. Reginald.in prax.fori pœniteſial. vol.2.lib.25.in tract 2. de mutuo quaſt.vltim.num.185. verſ.dictadum eſt vbi de communi fol. 474. Bonacin.in tit. de contract. diſ 3. quaſt. punct.3.num.21. verſ. dixi modo aliud. tom.2.fol.mihi 622.cum alijs latiſſimè relatis per Genuen.in prax.* Archiepiſcop. *Neapol.cap.104. à nu.3. cum pluribus ſequen. & per totam,* vbi contrarijs reſpondet.

16 Hinc eſt, quod mutuans duodecim rubra frumenti, vt tantundem reſtituatur, non eſt exigendum, ſeu reſtituendum ſecundum eam quantitatem, quæ mutua data eſt, ſed ſecundum valorem dumtaxat; ita vt ſi tempore mutui rubrum tritici duobus nummis aureis ęſtimabatur, & tribus tempore ſolutionis, creditor qui duodecim mutuatus eſt rubra conficientia valorem vigintiquatuor nũmorum aureorum, contentus eſſe debet octo rubris, & debitor octo rubra ſoluendo liberatur, cum valor octo rubrorum ob incrementum valoris tẽpore reſtitutionis conficiat eandem ſummam quę æſtimabatur tempore traditionis, ſeù mutuationis, alioquin non ſeruaretur æqualitas in pretio, quæ in omnibus contractibus ſeruanda eſt, etenim, qui exigit rem maioris valoris moralis vi mutui, & non ratione lucri ceſſantis, vel alio iuſto titulo vſurarius eſt, ſi recipiat in eadem menſura rem mutuatam, quæ tempore ſolutionis plus valeat, vt diffusè comprobat *Salas in lib.de vſur.dub.24.a.3. & 4. Nauar.de reſtit.lib.3.cap.2.num.252.Fernand. Rebel.lib.8.q.8.n.4.*

17 Tum etiam quia mutuans triticum tempore maioris valoris licitè exigere poteſt maiorem quantitatem tempore minoris valoris, vt docent, *Anton.Syluest.Media.Conrad.in quaſt.38.concl.5.* & alij communiter, mutuans igitur tempore minoris valoris debet exigere minorem quantitatem tempore maioris valoris, cum in reſtitutione mutui non ſolum ſit attendendus valor naturalis, ſed etiam moralis, ac proindè vſura erit exigere eandem menſuram, cum triticum plus valet.

18 Secundum verò aliorum Doctorum, Theologorum, & iuriſperitorũ ſententiam mutuans amico indigenti decem tritici modios reddituro cũ voluerit, licitè recipere poteſt tempore reſtitutionis in eadem quantitate, & menſura, ſiue auctum, ſiue diminutum ſit tritici pretium, *Sotus de iuſtit. & iur.lib.6.qu.1.art.2. Reginal.lib.29.cap.10. num. 185. in princ.Paul.Layman.lib.3.de iuſt.tract.4.c.16 num.14. verſ. deindè limitari debet Leonard. Leſſ. lib.2.cap.20 num.150.* vbi teſtatur hanc ſententiam receptam eſſe, *ita etiam* Mercat.Garg. *Salon.apud Salas de vſur.dub.24.num.3.cum.ſeq.* & ex iuris ciuilis auctoribus hanc ſententiã tuentur *Bart.Bald. Iaſ.Ripa* Purpur.*& alij in l.cum quid ff. ſi cert. pet. ibique* Alciat.*num.42.* vbi ait neminem diſſentire, *Cuiac.in l.2.§. mutui datio cod.tit. Alex. conſil. 61. num.12.*

num.13. lib.2. Ant,Gomez.var.reſol lib.2.cap.6.nu. 1. Roſel.de vſur.num.70.Vgolin.eodem tract.cap.34 § 1.nu.1. Tob Non.inſtit.quib.mod.re contract. oblig. in princ. num.34. Sigiſmund.Scaccia de commerc. & camb.§.1.quaſt.1.nu.415. & hanc eſſe communem ſententiam dicit *Leotard.de vſur.q.17.n.3.*

19 Et ratio eſt quia eo modo obligatio diſſolui debet, quo contracta eſt, *l.35.ff.de reg.iur.l.1.C.quãdo licet ab empt.diſced.l.80.& 95. §.naturalis ff. de ſolut.* Vndè ſi obligatio controuerſa ſit quo ad decem modios, non poteſt alia ratione inuito creditore diſſolui.

20 Tum quia ex *Concil.Agathenſi relat.in cap.vſura 14.q.3.& ex Concil.Tarraconenſi relat.in cap. ſi quis, & ex Concil.Carthaginenſi relat.in cap.nullus eadem cauſ.14.queſt.4.*expreſsè præſcribitur vt nullus amplius recipiat, quam cuique accomodauerit, ſi pecuniam, ſi ſpeciem eandem, quantum dederit accipiat, qui canones generaliter loquuntur, nulla habita ratione, an res plus, vel minus valeat tempore ſolutionis, pròut valebat tempore traditionis,ſed ſolum prohibent,ne aliquid plus exigatur,vltra rem mutuatam, ſed non ipſam quãtitatem mutuatam in eodem pondere, numero,& & menſura, pro vt in re tam graui ad tollendum peccatum prohibuiſſent, ſi vſuraria eſſet receptio in eadem quantitate tempore, quo cariori pretio res æſtimatur, in nihilo refragante, quod non minus in mutuo, quam in alijs contractibus ſeruanda ſit æqualitas, quia in mutuo nullum pretium interuenit, nec interuenire poteſt, non magis, quam in depoſito, & alijs negotijs, quæ re contrahuntur,in quibus nec minus, neque vltra reddi debet, quam datum eſt, hinc eſt, quod in contractu mutui non conſideratur, an auctum,ſiue diminutum ſit pretium, ſed conſideratur tantum ipſa res mutuata in eodem genere reddenda eiuſdem bonitatis, & quantitatis, *l.ſi ſibi ff.de pactis,l.cum vltra C.de non numerata pecunia.l.vltima, C.ſi pign.conuent.num.pecun. non ſeq.l. cum quid ff. ſi cert.pet.ita contrarijs reſpondendo docet Leotard.de vſur.quaſt.17. num.6.*

21 Vſuraria enim labes conſiſtit in exigendo aliquid vltra ſortem,& pluſquam datum ſit, vt definitum eſt *in cap. vſura 14.quaſt. 3.* ſed qui recipit decem rubra frumenti, pro vt decem mutuauit cuiuſcumque valoris ſint non recipit aliquid vltra ſortem,nullam propterea committit vſuram vt etiam docet *Cardinalis Mantica de tacit. & ambig.conuenſ lib.25.tit.3.nu.17. & exemplificat Leotard.de vſur.q.17.num.7.* vbi ſubdit quod hoc caſu non ſolum non committitur vſura, nec etiam iniuſtitia, cum iniuſtus creditor ſit, qui plus exi-
22 git, quam ſibi debetur, vbi enim in obligatione decem rubra poſita ſunt, tuta conſcientia decem rubra recipere poteſt, totidem recepturus ſi tritici pretium decreuiſſet, ſiquidem quamdiu durat contractus,& obligatio reſtitutionis, tamdiu creditori tritici æſtimatio creſcere, & decreſcere poteſt, *l.vinum ff.de reb.credit.l.21.§.cum per venditorem ff.de action. empt.* quia valor concomitatur rem debitam,ſicut vmbra corpus, ac propterea
23 creditor diminuto pretio maiorem quantitatem recipere non poteſt, & vltra quod datum fuit *l. rogaſti §. ſi tibi de reb.cred.& l.2.& 9.C.de non numerata pecunia Leotard.de vſur.q.17.n.8. & 9.*

24 Et quamuis frumentum, vinum, & ſimiles res licitè dari poſſent hoc pacto, vt pretia vtriuſque temporis,ſcilicet traditionis, & reſtitutionis adæquentur, tamen huiuſmodi contractus non poteſt dici contractus mutui, ſed potius venditionis, vt notat *Molina diſp.311.num,7.Reginal.lib.25.cap.10 num.186.* vel quaſi venditionis, vt inquit *Layman. lib.3.de iuſt.tract.4 cap.16.num.14.* & in omnem caſum egreditur ſines mutui, vt animaduertit *Turian.diſ.61.dub.7.num.3.* & quos refert, & ſequitur *Leotar.de vſur.q.17.nu.9.* vbi ita reſpondit ad *Salas in lib.de vſuris lib.24.* & ad alios Doctores per
25 eum allegatos, & *num.10.* concludit quod in venditionibus, & alijs negotijs, quæ venditioni proximè accedunt,licitum ſit exigere moralem valorem iuxta textum in *cap.in ciuitate, & in c.vlt.*
26 *de vſur.* ſecus autem in mutuo, & alijs contractibus, qui re contrahuntur, in quibus res ipſa inſpicitur, & non æſtimatio rei, niſi poſt moram,vt habetur in *l.vinum ff.ſi cert.petat. & in l.1. ff. de in lit. iuran.*

27 Verum tamen eſt, quod ſi menſuræ varientur medio tempore, eadem menſura triticum, vel alia res mutuata reddenda eſt, qua data, & ad menſa eſt, ne ſcilicet creditor plus, vel minus cõſequatur, vt ex *Soto Nauar.Reginald.Salas, Molin. ſubdit.Leotard.de vſur.q.17 n.11.*

28 Mihi tamen diſtinguendum videbatur,quod aut res eſt data, ſeu mutuata ad libitum reſtituenda nulla habita ratione,ſeu nulla facta animaduerſione,an pretium pendente tempore reſtitutionis creſcere, vel decreſcere debeat,& hoc caſu bene procedere poteſt ſecunda ſententia, quod res ſit reſtituenda in eodem numero,pondere,& menſura ſiue auctum, ſiue diminutum ſit pretium,aut verò res mutuata eſt reſtituenda ad certum,& determinatum tempus, quo puta frumentum. vel alia ſimilis res carius venditura ſit, & hoc caſu prima ſententia redditur magis tuta,quia mutuãs ob dilatam ſolutionem, vel reſtitutionem, videtur recipere incrementum pretij tamquam mutui lucrũ ſupra ſortem, dummodo ad illud tempus nõ erat ſeruaturus, vel ob timorem corruptionis frumenti, vel ob aliam cauſam, & ita *in cap.in Ciuitate & in cap.nauiganti de vſur,* decernitur vſuram eſſe
29 vendere rem carius eo, quod tempore ſolutionis plus ſit valitura, niſi eſſet in illud tempus ſeruanda *Cenuen.in prax.Archiepiſcop.Neapol.in cap.104. num.6 vt etiam. late tradit Scaccia de commerc. & camb. §.1.q.7.par.1.num.32.& ſeq.fol.mihi 207. & §.2.q.7.par.3.limit.4.n.5.fol.436.*

30 Ad 5. affirmatiuè reſpondendum cenſui, committi ſcilicet vſuram ab eo,qui dat mutuum fœminæ cum intentione, vel pacto, vt ſui copiam faciat in pretium mutui,cum hoc pactum ſit pretio æſtimabile,& imponit obligationem,ad quam non tenetur, ſecus ſi immediatè intendat tantum hac occaſione contrahere amicitiam, & mediante amicitia poſtea copulam, quia hoc caſu copula non reſultat ex obligatione impoſita fœminæ mutuatariæ. ſed mutuum conſideratur tamquã actus remotus, ita *Bonac.in tit.de contract.dec.3.q.3.n.14 tom.2.fol.mihi 621. ex* Molina *diſ.307.n.2.Sot.lib.6. de iuſt.q.1.art.2.*Reginald*.lib.25.n.189 filliuc. tract. 34.num.33.Salas dub.16.quos allegat.*

31 Ad textum conſiderabam Tiberium illicitè duxiſſe

xiſſe

xiſſe in vxorem domitillam Sororem Fauſtinę ſtāte dubio copulæ habitæ cum eadem & conſequē-
32 ter contractæ affinitatis, vbi enim concurrit latentis impedimenti dirimentis ſuſpicio, aut dubium, non eſt deueniendum ad matrimonij celebrationem, ſed omninò abſtinendum, tum ad euitandum peccatum, tum quia in dubio tutior pars eſt eligenda, tum etiam ob reuerentiam Sacramenti, ne eius ſanctitas mala fide contrahentis contemnatur, & ob dubium impedimenti dirimentis inualidè miniſtretur, vt animaduertit *Layman. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 7. num. 25.* hinc eſt, quod ſi fue-
33 rit matrimonium contractum cum hac mala, & dubia fide, coniux dubius dum perſeuerat dubium de valore talis matrimonij non poteſt licitè debitum coniugi petere, tenetur tamen reddere ſi coniux innocens, & in bona fide perſiſtens petat, iuxta *textum in cap. dominus de ſecundis nuptijs, Sanch. de matrim. lib. 2. diſ. 42. num. 1. et plurib. ſequen. Layman. lib. 1. tract. 1. cap. 5. § 3. n. 23. Veracrux par. 3 Specul. art. 18. col. 6.*

34 Quod ſi fortè poſt contractum matrimonium bona fide ſuperueniat dubium, circa illius valorē non priuantur coniuges iure petendi, & reddendi debitum coniugale, cum nemo in dubio ſit priuandus ſua poſſeſſione bona fide contracta, dubiū autem ſuperueniens non debet bonæ fidei poſſeſſori obeſſe latiſſimè *Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 41 ad 45. & plenè Gutierez de materia cap. 50. Laym. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 24. ex S. Auguſtino lib. de fide, & operib. cap. 7. relat. in cap. ſi virgo 34. q. 1. & 2.* & ſancitum fuit per *Innocen. III. in cap. inquiſitioni 45. de ſenten. excomm.* vbi habetur, quod
35 ſi coniux ſciat pro certo impedimentum matrimonij non debet reddere debitum, ſed potius excōmunicationem pati, quod ſi hoc credat ex cauſa probabili, & diſcreta poteſt reddere non autem exigere, ſed ſi ex leui, & temeraria cauſa, depoſita conſcientia dubia, poteſt reddere, & exigere, & notat *Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 44. num. 1.* quamuis enim tali caſu matrimonium re ipſa irritum eſſet,
36 tamen bonæ fidei poſſeſſor ex probabili ignorantia excuſatur à peccato, vt inquit *Laym. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 24. verſ. immò.*

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Si pecunia mutuetur, & minuatur, aut augeatur eius æſtimatio vſura, eſt ſi totidem exigantur, quod ſunt crediti, ſed recipiendum iuxta valorem tempore contractus, licet variatio proueniat ex bonitate extrinſeca. *Contrarium n. 4.*

2 Amp. vt reſtitutio hoc caſu facienda ſit eum augumento, vel diminutione habita ratione valoris tempore contractus.

3 Pecunia non eſt merces, ſed eſt rerum æſtimatio, & pretium.

4 Crediti aurei totidem reſtituendi ſunt, quot ſunt crediti, ſiue auctus, ſiue diminutus ſit eorum valor, & num. 5. & 10.

6 Pecuniæ extrinſeca æſtimatio non afficit, vt creditor plūs aut minus recipiat, ſi exigit, vt dedit.

7 Pecunia in quibus contractibus deducitur, vt res, & non vt pretium 10.

8 In pecunia duplex valor deprehenditur actiuus, & paſſiuus, & declaratur. n. 9. & 10.

10 Pecunia ex hominum conſtitutione ſui vſum præbet.

11 Solutio fieri debet ſecundum pecuniam currentem tempore ſolutionis, vel eius æſtimatio in alia ſpecie monetæ, ſi bonitas intrinſeca non eſt immutata, ſed ſolum valor extrinſecus, non facta diſtinctione valoris aucti, vel diminuti.

12 Moneta, quæ eſt in obligatione ſi reperitur in corpore eadem ſolui debet, vel totidem alia, cum qua emi poſſit illa moneta.

13 Nec eſt attendenda obſeruantia ſolutionis monetæ in alia ſpecie ſolutæ per debitorem.

14 Solutio eſt facienda iuxta valorem monetæ de tempore contractus, ſi bonitas intrinſeca eſt mutuata, vel quo ad materiam, vel quoad pondus.

15 Monetæ groſſæ valor mutatur ex deterioratione monetæ inferioris, eiuſque deterioratione n. 16.

17 Moneta groſſa, vbi creuit ob deteriorationem monetæ inferioris, ſolutio facienda eſt ſecundum valorem de tempore contractus currentem.

18 Augumentum valoris currentis ex poſt contracti celebrationem inductum, non eſt computandum ad fauorem debitoris.

19 Deterioratio monetæ probatur per atteſtationem officialium Officinæ monetariæ.

20 Penſio reſeruata ſuper beneficio ſi contingat mutatio monetæ quomodò ſoluenda ſit.

22 Aureus de Camera antea æſtimabatur 11. iulios, hodiè cum iulius diminutus ſit in duobus aſſibus æſtimatur ad rationem 12. iuliorum.

Nummis aureis creditis, an totidem exigere liceat ſi illorum valor augeatur, & quid ſi diminuatur.

ADNOTATIO I.

1 SI pecunia mutuetur, vel auri ſint crediti, & non immutata bonitate intrinſeca aucta, vel diminuta ſit eorum æſtimatio Vſuram eſſe totidem exigere, quot ſunt crediti, ſed vel detrahendum, vel ſupplendum eſſe vſque ad valorem, qui erat tempore contractus voluerunt, *Rebellus, Angelus, Syluester, Garzias, Reginaldus, Azorius, Emanuel Sa, Fillineius, Medina. Molina, & alij apud Bonac. de contract. diſ. 3. qu. 3. punct. 3. num. 22. & 34. tom. 2 fol. mihi 622. Salas in lib. de vſur. du. 25. Petrus Nauar. de reſtit. lib. 3. cap. 2. num. 252. Paul. de Layman. lib. 3. de iuſt. tract. 4. cap. 16. n. 114. verſ. confirmatur ex praxi Conar. in tit. de veter. num. collat. c. 7. §. 1. n. 3 ob Caroli Molinei,* argumenta, quæ tanti viri iudicio, & ingenio digna eſſe ait.

2 Propterea ſecundum hanc opinionem ſi cētum auri mutuo dati ſunt qui tempore contractus trecentas libras conficiebant, cum ſinguli tribus libris æſtimabantur, ſi poſtea pendente tempore reſtitutionis eorum valor ad quatuor libras, vel edicto, Principis, vel ex abuſu mercatorum excreuit, vt tempore reſtitutionis quatringentas libras efficiunt ad euitandam vſuram non ſunt reſtituendi, niſi ſeptuaginta auri, alias vſurarius eſſet creditor ſi centum auros, pro vt numerauit exigeret. Quod, ſi fortè immutata ſit aurorum æſtimatio, nempè ſi aurus tempore traditionis æſtimabatur quatuor libris, & tempore ſolutionis tribus libris, debitor non ſatisfacit ſoluendo centum aureos, ſed ſupplere debet, quod quadringentis libris deeſt, atque ita plures, vel pauciores reddi debere, vt explicat *Molina dicta dec. 312. num. 3. & 8.* vbi etiam opinatur hoc procedere, licet conuētum eſſet, vt nummi eiuſdem materiæ, & formę reddantur.

3 Fundatur hæc ſententia, quia in nummiſmatis, ſeù moneta, pro vt redditur expendibilis, & deduci-

ducitur in contractum, & commercium non con-
ſideratur forma ipſa, & ſubſtantia monetæ, tam-
quam materia, vel ſorma naturalis ipſius corporis
monetæ, ſed valor ipſe impoſititius, prout expen-
dibilis, cuius reſpectu deducirur in contractu, ſci-
licet ſubtractione valoris, vel qnantitatis impoſiti-
tiæ tunc currentis, vt publicè tunc conſtitutum
eſt. ac proindè oportet creditorem ſecundum eius
valorem, & neque plus, aut minus exigere, ete-
nim pecunia, vt pecunia non eſt merces nec venit
appellatione mercium, vel ſimiliom rerum, ſed
eſt rerum æſtimatio, cum ſecundum eius valorem
res æſtimentur, & pretium conſtituatur, vt inquit
Ariſt. Ethic. 5. cap. 5. & Paulus in l. 1. C. de contrah.
emption. vbi ait commerciorum expediendorum
gratia electam eſſe materiam, cuius publica, &
perpetua æſtimatio difficultatibus permutatio-
num æqualitate quantitatis ſubueniret, eaque ma-
teria, forma publica percuſſa vſum, dominium-
que non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quan-
titate, hoc eſt ex valore,
4 Contrarium, & verius quod creditis aureis to-
tidem aureos ſoluendos eſſe quod ſunt crediti ſiue
auctus, ſiue diminutus ſit aureorum valor, ita
diſponit textus in l. 80 ff. de ſolut. ibi prout quodque
contractum eſt, ita, & ſolui debet, vt cum re contra-
xerimus re ſolui debet veluti cum mutuum dedimus,
vt retrò pecunia tantundem ſolui debeat, & cum
verbis aliquod contraximus vel re, vel verbis obli-
gatio ſolui debeat, verbis veluti cum acceptum pro-
miſſori ſit, re veluti cum ſoluit quod promiſit, pro vt
etiam indicat textus in l. cum quid ff. ſi certum pet.
ibi cum quid mutuum datum eſt, & ſi non cauimus,
vt æque bonum nobis reddatur, actum videri vt eiuſ-
dem generis, & eadem bonitate ſoluatur, qua datum
eſt, & ita hic docent Bart Bald. Iaſ. Alciat. & alij
ſcribentes Albert. Brun. de augum. monet. p. 3. num. 1.
Ant. Sola in tract. de moneta caſ. 24. num. 7. Ann. Ro-
bert. rer. iudic. lib. 1. c. vlt. Andr. Fachin. controu. iur.
lib. 2. cap. 9. Sigiſmund. Scaccia de commerc. & camb.
glo. 5. n. 177. Faber. in tract. de varijs debitor. ſolut. c. 5
vbi reſpondet obiectionibus Molinei, & latè com-
probat Leotard. de vſur. q. 17. à n. 15. vſque ad fi.
5 Innititur hæc ſententia in æquitate, quia non
alia ratione fieri poteſt, vt æqualitas inter credi-
torem, & debitorem ſeruetur, quam ſi ijs reddat
id totum, quod accepit, ille accipiat, quod dedit,
& conſequentèr cum centum aureos debitor de-
beat neceſſe eſt vt totidem aureos reddat, vt iuxta,
& æqua ſit debiti liberatio l. 4. C. de compenſ. l. 9. C.
de ſolut. ſiquidem ſiue aucta, ſiue diminuta ſit au-
reorum facultas, neque debitor centum ſoluens
plus, aut minus ſoluit, quam debeat, neque cre-
ditor plus, vel minus exigit, quam ſibi debeatur,
dum centum aurei in contractu deducti fuerunt, &
reddendo plus, vel minus, pro vt aureorum va-
lor creſcit, & decreſcit, iniuſtum, & abſurdum
reputat, Leotard. de vſur. q. 17. n. 15. præcipuè in fi.
6 In nihilo refragante, quod creditor ob augu-
mentum valoris aurei, quo ad extrinſecam æſti-
mationem plures libras accipere videatur, quia
non per hoc recipit plures aureos, quam dedit,
nam licet centum aurei tempore reſtitutionis plu-
res libras valeant, ille tamen libræ plures aureos
non conficiunt, ſed centum dumtaxat, qui deben-
tur, ac proindè creditor centum recipiendo nul-
lam committit vſuram, quia nihil recipit vltra
ſortem, vt patet ad oculos, dum eodem numero
aureorum, & eadem re, quo contractum eſt de-
bitum eodem numero, & re diſſoluitur cum enim
credatur pecunia, non magis ſpectatur eius valor,
quam frumentum, & vinum, quod ſi mutuetur
ſiue creſcat, ſiue decreſcat, eius pretium eſt in
eodem pondere, & menſura reſtituendum (vt in
deciſione demonſtrauimus) & in hoc genere non
eſt diuerſa cauſa pecuniæ, & frumenti vini, olei,
& ſimilium, latè Leotard. de vſur. q. 17. à n. 16. vſq;
ad 19. ex Soto, & Leſſio quos allegat.
7 Nec verum eſt, quod pecunia deducatur in
contractum, niſi ſub ratione valoris impoſiti, &
conſtituti, quia hoc ſibi locum vindicat in emptio-
nibus, & commercijs emptioni proximis, ſecus
autem in alijs contractibus, ſcilicet mutui, cen-
ſus, cambij commodati, depoſiti, & ſimilium,
qui ſolum pecunia celebrantur, nam in ijs contra-
ctibus pecunia habetur loco rei, & nō magis eius
valor inſpicitur, quam frumenti, vini, & aliarum
8 rerum, quæ ſub hæc commercia cadunt, duplex
enim valor in pecunia deprehenditur, & conſide-
ratur, actiuus ſcilicet, & paſſiuus, actiuus vt eſt
pretium aliarum rerum, et metitur omnia, quod
proprium eſt pecuniæ, neque alijs rebus conuenit,
quæ non poſſunt eſſe pretia aliarum rerum l. 1. ff.
de rer. permut. lib. 5. §. 1. ff. de praeſcr. verb. paſſiuus ve-
9 ro, quando pecunia rei, et mercis rationem ſubi-
re poteſt, et principaliter, vt pecunia deducitur in
contractum, et commercium, vt ſi vendatur cre-
datur, deponatur, donetur, commodetur, detur ad
cambium, ad cenſum, ad ſocietatem officij, in
quibus contractibus interuenit de per ſe vt res
quędam, non vt pretium rei, et vſum ſui præbet
non veluti pretium, ſed tamquam ſubſtantiam,
et corpus quoddam l. ſi certos l. planè §. 7. ff. de leg. 1
l. 3. §. ſi quis nummos ff. de donat inter vir. & vxor.
10 ex hominum enim conſtitutione euenit, vt pecu-
nia hoc, vel illo modo ſui vſum præbeat, non ta-
men per hoc ſequitur, vt in contractu mutui, et
ſimilibus pecunia non interueniat, vt res quædam
vt in alijs negotijs, quæ re contrahuntur, ac pro-
indè cum pecunia in mutuo non conſideretur ſe-
cundum valorem, ſed tamquam res, ideoque ip-
ſa pecunia in eodem numero reddi debet, et non
tantum eius valor, mutuum enim ex his contra-
ctibus eſt, qui re contrahuntur, non ęſtimatione
rei, cum in mutuo nulla veniat res, quæ pecunia
æſtimanda ſit, quare eodem modo quo contra-
ctum fuit, diſſoluendum eſt, et ſi centum aurei
crediti fuerunt, centum ſunt reſtituendi, ſiue cre-
uerit, ſiue decreuerit eorum poteſtas, vt ait Iuriſ-
conſultus in l. 80. ibi retro pecunia tantundem ſolui
debent. ff. de ſolut. ita plenè contra Molin. diſ. 312.
ratiocinatur Leotard. de vſur. quæſt. 17. à num. 19.
vſque ad 24.
11 Vbi enim vt in mutuo pecunia interuenit tam-
quam res, reſpectu creditoris, non conſideratur ſi
pecunia creſcat, vel decreſcat, cum ipſe debeat cō-
ſequi ſuum creditum in eodem numero, et licet
conſuetudine receptum ſit vt debitor vnius gene-
ris pecuniæ poſſit in alio ſoluere, tamen ſi ſoluen-
dum eſſet hoc caſu in alio pecuniæ genere, ſolu-
tio monetæ facienda eſt non ſecundum valorem,
quam habebat tempore contractus, id eſt quanto
in-

inchoauit debitum, ſed ſecundum valorem, quem habet tempore ſolutionis, adeò vt ſi moneta, quæ debetur reperiatur, debitor centum aureos reſtituere debet, prò vt centum á creditore mutuo habuit, quod ſi aurei, aut moneta, quæ debetur non reperiatur, & ſoluendum eſſet in alia moneta, quæ reperitur, dandum eſt tantum ex iſta moneta, quanti valeret illa moneta tempore ſolutionis ſi reperiretur, vt tenet *Bart. in l. Paulus num. 6. ff. de ſolut. Brun. in tract. de monet. par. 3. n. 1. & ſeq. & parte. 6. ſub num. 3. verſ. vbi autem, & num. 4. & ſeq. tom. 12. fol. 211. Hieron. Gabr. conſ. 164. ſub num. 4. lib. 1.* & in noſtris terminis *Leotard. de vſur. qu. 17. num. 24. in fin. & num. 26. cum plurib. ſequen. Faber. lib. de var. debit. ſolut. cap. 5. in fin.* vbi teſtatur vidiſſe ſæpius ſecundum hanc communem ſententiam conſtanter iudicatum, *Scaccia de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 177. fol. mihi 537.* & communiter tradunt *DD. in l. cum quid ff. ſi cert. petat. & indicat textus in l. ſi Calend. 11. de re iudic. l. 9. ff. de auro, & arg. legat. Cagnol. in l. 2. num. 216. C. de pact. inter empt. & vend. Soccin. iun. conſ. 44. num. 9. lib. 4. Aret. conſ. 11. num. 3. Aym. conſ. 47. num. 6. verſ. quinto dico,* Marian. *Soccin. conſ. 101. num. 1. & 12. lib. 3. Couar. de collat. vet. numiſm. cap. 7. §. vnico concl. 8. num. 5. tom. 1.* Cancer. *var. reſol. par. 2. cap. 6. num. 141. Grat. diſcept. forenſ. 417. num. 2.* & hanc ſententiam, quod ſolutio fieri debeat ſecundum pecuniam currentem tempore ſolutionis, vel eius æſtimationem, quando pecunia in bonitate intrinſeca non eſt alterata, licet ſit alteratus eius extrinſecus valor perpetuò tenuit *Rot. & ſignanter deciſ. 42. num. 6. coram* Greg. *XV. vbi* Beltram. *in addit. num. 7. dec. 626. num. 2. coram Burat. deciſ. 745. num. 3. coram Amat. Dunoz. tom. 2. deciſ. 683. num. 2. deciſ. 686. num. 2. par. 4. diuerſi dec. 597. par. 1. & dec. 14. par. 2. rec.* in quibus aliæ recenſentur, & patet ex alijs allegatis per *Scacciam coram Gypſio, & Penia loco ſupra citato, & deciſ. 626. num. 1. & 2. coram Burat.* vbi quod non ſit facienda diſtinctio valoris aucti, vel diminuti, ſi monetæ bonitas intrinſeca, non ſit immutata ibique *Add. num. 6. & apud Cinc. de cenſib. dec. 216 217. & 218.*

12 Et quando obligatio eſt in certa ſpecie monetę, quæ reperitur de tempore ſolutionis, & tunc eſt ſoluenda eadem ſpecies, in corpore, aut tanta quantitas alterius monetæ, cum qua emi poſſit illa moneta deducta in obligatione. *Beltram. in addit. ad* Gregor. *XV. dec. 42. num. 8. Rot. deciſ. 683. num. 2. verſ. ratio autem par. 4. diuerſ. & dec. 626. num. 1. & 2. coram Buratt. ibique Adden. n. 6. deciſ. 82. num. 1. coram Seraph. & deciſ. 139. num. 1. coram* Gulielm. *Dunoz.* Vbi ita alijs fuſiſſimè congeſtis dixiſſe *Rot. in Acheruntina fructuum 28. Aprilis 1600. coram* Card. *Lancell. & in alia Capuana penſionis coram Verospio, & Rota* opinionem ſubdit amplexum fuiſſe *Parlamentum Burdagelenſe*, vt refert *Bor. deciſ. 327. & Senatum Pariſienſem*, vt tradit *Ann. Robert. rerum iudic. lib. 1. cap. vltim.*

13 Et ſemper eſt attendenda moneta in obligatione deducta, vel eius æſtimatio, non autem obſeruantia monetæ ſolutæ, ſi per debitorem in alia ſpecie monetæ ſoluere incæperit; *Rot. deciſ. 745. num. 5. coram Amat, Dunoz. tom. 2.* vbi ita etiam dixiſſe *Rot. in rec. deciſ. 49. num. 3. par. 3. & deciſ. 430. num. 3. par. 4. & deciſ. 687. num. 5. verſ non obſtant part. 4. diuerſ. & deciſ. 626. num. 5. coram Buratt.*

14 Quando verò mutata eſt bonitas intrinſeca monetæ, cum ſcilicet meliores, vel deteriores nummi facti ſunt, vel moneta aurea, ſeù argentea eſſet contaminata, vel diminuta in pondere, hoc caſu omnes fatentur, quod ſolutio facienda ſit iuxta valorem monetæ de tempore contractus, ſeù orti debiti, ac proindè ſolutio facienda eſt in moneta currenti de tempore contractus, ſi reperiatur tempore ſolutionis, & ſi non reperitur ex nouis nummis tantundem ſoluendum eſt, quod reſpondeat bonitati, & valori eorum nummorum, qui debentur ex præuia ſolutione facta de tempore obligationis, ſecus verò, quando valor edicto Principis, vel ex vſu commerciorum immutatus eſt, non ex quo meliores, vel deteriores aurei facti ſint, & in ijs terminis loquitur *textus in cap. cum olim, & in cap. Canonicis de Cenſib.* & ſubſtineri poteſt prima ſententia, & declarat Bart. *in l. Paulus n. 6. ibi primo modo ff. de ſolut. Abb. in cap. 18. quanto ſub num. 12. verſ. vlterius quærò in primo caſu, & clarè in verſ. venio ad ſecundum caſum de iure iuran. Thom. Parpal. in l. cum quid ſub num. 27. col. 3 & in l. quod te num. 11. ff ſi cert. petat, inter repeten. tom. 2. fol. 52. & 72. Gabr. conſ. 164. num. 1. & 4. lib. 1. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. n. 178. fol. mihi 537. Leotard. de vſur. qu. 17. nu. 30. Flam.* Cart. *deciſ. vltim. 134. ſub num. 5. & 6. Io. Gruel. deciſ. 36. num. 7. Beniten. deciſ. 39. Ferentil. ad Burat. dec. 626. num. 9. Rot. deciſ. 597. nu. 2. par. 1. dec. 149. nu. 11. par. 2. rec. & deciſ. 686. num. 2. 3. & 4. par. 4. diuerſ.* & tenent omnes DD. & deciſiones allegatæ ſupra *nu.* 11. & in ijs terminis ſubſtineri pariter poteſt *deciſ.* Putei 145, *lib.* 2. quæ non eſt Rotæ deciſio, ſed eius votum, vt conſiderauit eadem *Rot. dicta deciſ. 686. num. 2. verſ. quæ verò, par. 4. diuerſ. & deciſ. 790. in princ. & per totam, ſignanter nu. 7. & dec. 626. num. 3. coram Buratto, latè conſ. deciſiuo 103. num. 1. & 2. lib. 2.*

15 Monetæ groſſæ valor præſumitur mutatus ex deterioratione monetæ inferioris. *Menoch. conſ. 49. num. 3. Surd.* qui alios allegat *conſ. 368. nu. 8. 9. & 10. circa fin. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 180. Rot. deciſ. 790. num. 1. & 2. coram*

16 *Burat.* Vbi *num. 3.* ſubdit, quod huiuſmodi monetæ groſſæ deterioratio contingere poteſt, nedū quando ipſa fit deterior quo ad ſubſtantiam, vel ſequatur deminutio puta ſcuti, vel libræ in liga, vel pondere, ſed etiam quando bonitas intrinſeca monetarum inferiorum, nempe ſolidorum, gazettarum, groſſettorum; denariorum, & ſimilium, per quos eadem moneta groſſa æſtimatur, minuitur, & *deciſ. 626. num. 4. coram eod.*

17 Hinc eſt quod ſtante intrinſeca mutatione, ſeù deterioratione monetarum inferiorum poſt initum contractum, vel poſt reſeruationem penſionis, ſcuta argentea, & libræ impreſſæ ſoluendæ ſunt ſecundum æſtimationem, & valorem, extrinſecum illarum de tempore contractus, ſeù reſeruationis penſionis currentem. *Albert. Brun. in tract. de monet. in 1. par. in par. 6. num. 5. verſ. ſed maius dubium eſt Rim. in conſ. impreſs. inter tract. diuerſ. de moneta nu. 6. & plenius* Surd. *conſ. 768. n. 7. & 8.*

& 8. & conſ. 406. num. 7. & 8. Burat. deciſ. 790. num. 6.

18 Vbi autem moneta eſt deteriorata, quo ad bonitatem intrinſecam, & auctus valor monetę currentis, augumentum dicti valoris ex poſt inductum non eſt computandum in fauorem, & commodum ipſorum debitorum ſoluentium, cum non propriè augumentum dicatur, ſed æqualis commenſuratio, & proportio ad monetam deterioratam, vt pulchrè explicat *Renertus* Burel. *in tract. de monet. & re num. cap. 2. n. 32. in fin. verſ. hinc apud DD. & num. 33. & 34. in verſ. notabilis Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 39. n. 219. Buratt. deciſ. 790. n. 6. verſ. & per conſequens.*

19 Deterioratio monetæ probatur per atteſtationes Officialium officinæ monetę, quorum atteſtationibus de augumento, vel diminutione ſtandum eſt, cum atteſtentur de facto proprio, ex quo benè ſciunt ligam, & caracteres, ac pondus, quibus facta fuit moneta. *Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quaeſt. 39. num. 217. Surd. conſ. 368. nu. 10. in fin. & num. 12. circa fin. Burat. dec. 790. n. 2.* & idem videtur firmaſſe *dec. 626. n. 4.*

20 Hinc eſt, quod penſio, reſeruata ſuper fructibus alicuius beneficij, ſolui debeat in ſpecie monetæ, quæ eſt in obligatione, quando illa reperitur, vel ſi eius bonitas intrinſeca eſt mutata, debetur iuxta valorem de tempore contractus, & ſic ſi ſit reſeruata in ducatis de cammera, ſolui debet in eiſdem ducatis, vel in tanta ſpecie alterius monetæ, ex qua totidem ducati de cammera iuſti ponderis emi poſſint. *Burat. dec. 626. & deciſ. 790.* & firmatur in alijs deciſionibus ſupra relatis *nu. 11. 12. & 14.* & in alijs allegatis per *Ferentil. in addit. ad Burat. dicta deciſ. 626. numer. 6. & 7.*

21 Propterea ſi ducatus antiquus aureus de Cammera tempore contractus, ſeù reſeruationis penſionis æſtimabatur vndecim iulijs, & hodiè non reperiuntur nec illi iulij in illa bonitate intrinſeca, vt potè quia iulius ſit deminutus in duobus aſſibus, ſeù baiocchis, adeò vt ad emendum ducatum antiquum modo requirantur ſaltem iulij 12. vtique ducatus æſtimari debet iulijs duodecim. *Scaccia de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 179. Rot. deciſ. 683. num. 2. verſ. ratio autem par. 4. diuerſ.*

FVLGINATEN. MATRIMONII.

ARGVMENTVM.

Abſtrictus voto caſtitatis contrahens matrimonium non tenetur ingredi Religionem ad ſeruandum votum, ſed poteſt matrimonium conſumare reddendo, & non exigendo debitum.

Votum de non accedendo ad mulieres, ſi vouens dubitet an intellexerit de acceſſu fornicario, vel vxorario, non impedit celebrationem matrimonij.

Filius poteſt ducere vxorem, Patre inuito.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium contractum à filijsfamilias abſque parentum conſenſu de iure antiquo erat inualidum, hodiè tamen de fide eſt validum 2.

3 Ad validitatem matrimonij filiorum familias non requiritur conſenſus parentum, niſi ad honeſtatem. num. 8.

4 Matrimonium debet eſſe liberum, & reprobantur leges contra eius libertatem. 6.

5 In ijs, quæ ſunt de iure naturæ homo homini non tenetur obedire.

7 In nuptijs diſpoſitio ſacrorum Canonum, & Eccleſiæ ſanctiones ſpectantur, & non ius ciuile.

9 Filius, & filia non tenentur ducere illum, vel illam, cui à parentibus ſine eorum conſenſu promiſſus, ſeù promiſſa fuit.

10 Nec peccant mortaliter filijfamilias contrahentes matrimonium inuitis parentibus iuſta cauſa concurrente non obtemperandi, ſecus autem concurrente iuſta cauſa obtemperandi 11. Declara, vt num. 12. & 13.

14 Alij verius ſentiunt peccare mortaliter ſi inſcijs, & inconſultis parentibus nubant, niſi concurrat legitima cauſa occultandi matrimonium, ſecus autem ſi poſt petitum conſilium contra eorum voluntatem contrahant, limita vt num. 15.

Filiusfamilias in eligendo ſtatum reputatur ſui iuris ibidem, & n. 22.

16 Nubendo cum perſona indigna inuito patre peccat mortaliter.

17 Filij in contrahendis nuptijs tutius eſt vt ſe conforment cum voluntate parentum.

18 Nomine parentum in hac materia, qui veniant.

19 Voto caſtitatis abſtrictus contrahens matrimonium tenetur ante eius conſumationem ingredi Religionem ad ſeruandum votum.

20 Contrarium quod poſſit conſumare matrimonium non exigendo debitum, ſed reddendo.

21 Suſcipiens ſacros ordines poſt contractum matrimonium ad ingrediendam Religionem eſt monendus, ſed non cogendus, & recuſans inſtante coniuge tenetur conſumare.

22 Limit. non procedere, ſi ita vouens, in emiſſione voti meminerit ſe ad Religionem obligari.

23 Limit. 2. procedere tranſacto bimeſtre.

24 Limit. 3. teneri ſeruari votum ſi habet iuſtam cauſam faciendi diuortium puta ob adulterium.

25 Nec hoc caſu poteſt gratiam reconciliationis concedere. *Contrarium n. 26. ſublim.* ſi etiam ex parte viri commiſſum fuerit adulterium, n. 27.

28 Sponſalia dirimuntur ex voto caſtitatis ſubſequenti, *Contrarium*, quod ſolum ex voto antecedenti, num. 29. & 30.

30 Votum caſtitatis emiſſo à coniugato in ſui præiudicium tenet.

31 Vouens ſe non acceſſurum ad aliquam fœminam, & dubitet an intellexerit de acceſſu fornicario, vel vxorario, non tenetur abſtinere à nuptijs, Declara vt num. 32.

33 Et poteſt conſumare matrimonium, non ſolum reddendo, ſed etiam petendo debitum.

DECISIO XLV.

FVir à quodam Iuuene feruore deuotionis emiſſum ſimplex votum caſtitatis, & ſignanter de non accedendo ad aliquam mulierem, ſed poſtea Chriſtinæ pulchræ mulieris amore captus, eam in vxorem ducere diſpoſuit, re Patri communicata, ille omninò renuit, & deſuaſit, eo tamen inuito abſque diſpenſatione ab emiſſo voto, eandem per verba de præſenti duxit in vxorem, ſed ante conſumationem memor voti, animaduertens ſibi liberum eſſe ingredi Religionem, dubitauit an teneatur cauſa adimplendi votum ingredi religionem, & Chriſtina coniuge petente debitum an reddere poſſit, vnde deſuper prò veritate, reſpondendum propoſita mihi fuerunt infraſcripta dubia.

Primo, An filius poſſit ducere vxorem , incon-
ſulto Patre, vel conſulto . ſed eo inuito , & qua-
tenus poſſit an ſaltem peccet .
2. An abſtrictus voto ſimplici caſtitatis ſi con-
trahat matrimonium tenetur ad ſeruandum vo-
tum ingredi Religionem , vel potius conſumare
matrimonium .
3. An votum de non accedendo ad aliquam
mulierem impediat celebrationem matrimonij, ſi
vouens dubitet in voti emiſſione , an intellexerit
de acceſſu fornicario, vel vxorario .
4. An poſſit hoc caſu reddere debitum vxore
petente .
1 Ad primum dubium animaduertendum viſum
fuit , quod licet ſecundum antiquos canones, im-
mò ſecundum ius ciuile inualidum reddebatur
matrimonium filiorum vtriuſque ſexus ſine Pa-
rentum conſenſu , ipſiſque inuitis , & reclaman-
tibus , vt affirmarunt plures. DD. relati per *Co-
uar. de Sponſal. par. 2. cap: 3. §. 8. num. 1. Menoch. de
arbitrar. caſ. 453. num. 9. Clar. in pract. crim. §. fin. q.
82. verſ. ſtatutum 3. Fontanel. de pact: nuptial. tom.
1. Clauſ. 4. gloſ. 2. Ceual. commun. contra commun.
qu. 604. num. 30.* Molin. *lib. 1. de tit. nuptiar. com. 1.
num. 13. Borellus tom. 1. ſum. deciſ. tit. 1. nu. 275. &
ſeq. latè Baſilius Pontius lib. 2. de matrimon. cap.
1. §. 1.*
2 Hodiè tamen certum eſt de fide filiorum ma-
trimonium ſine parentum in quorum poteſtate
ſunt conſenſu , & ipſis inuitis , & reclamantibus
eſſe validum , nec à parentibus irritare poteſt , a-
deò vt contrarium aſſerere hæreticum ſit , expreſ-
sè ſancitum fuit per *Sacrum.* Concil, *Trident. ſeſſ. 24
cap. 1. de reformat. matrim.* Vbi : *anathemate dam-
nat eos , qui falſo affirmant matrimonia à filijsfa-
milias ſine parentum conſenſu contracta irrita eſſe ,
& parentes ea rata, vel irrita facere poſſe .*
3 Hinc eſt quod communis , & vera ſententia eſt,
quod nunquam fuit requiſitus parentum conſen-
ſus ad valorem matrimonij filiorum familias ſub
patria poteſtate exiſtentium , vt latè oſtendit *Be-
larm. de Sacrament. matrim. cap. 19. & 20. & plenè
Boſius de matrim. cap. 11. §. 6. num. 63. & per tot.*
qui alios allegant, & conſtat per *textum in cap. 1.
§. fin. de diſponſat. impubet. cap. cum virum de regu-*
4 *lat. cap. ſufficit 27 quaeſt. 11.* & ratio eſt quia in ma-
trimonio eſt noui ſtatus electio , & perpetua quę-
dam ſeruitus , & coniunctio perſonarum, cum in-
diuidua vitæ conſuetudine , & propterea debet
eſſe omninò liberum , ab alterius voluntate in-
dependens , & cum ſit contractus iuris naturalis,
ſeù originem habente à iure naturali , vt inquit
Iuſtinianus inſtit. de iure natur. in princ. multo ma-
gis natura dictante debet eſſe liberum , vt potè
5 quia in ijs , quæ ſunt iuris naturæ homo , homini
non tenetur obedire , ſed ſoli Deo , ac proinde fi-
lij familias independenter à parentibus poſſunt
contrahere matrimonium , & ſponſalia , vt docet
S. Thom. 2. 2. q. 104. art. 6. in corpore.
6 Municipales propterea conſtitutiones , & leges
ciuiles aduerſantes libertati Matrimonij , & coar-
ctantes filiosfamilias ad patris conſenſum requi-
rendum , ſcilicet textum in *l. vnica C. de rapt. vir-
gin. l: 2. de ritu nuptiar. l. in coniunctione C. de nuptijs
l. nuptia inter ff. de ritu nuptiar.* de quibus *Couar.
Fontanel. Pont.* in locis ſupra allegatis & *Theſaur.
quæſt. forenſ. lib. 1. quaeſt. 70. n. 4.* per ius Pontificium,
ſeù Canonicum , & per Eccleſiæ ſanctiones , abro-
gatæ fuerunt, vt ex *Bellarm. Sanchez: Fontanel. Gu-
tierez. Couar. Pont. tradit Boſius de matrim. cap. 11.
§. 6. nu. 5. & ſeq.*
7 In nuptijs autem potiſſimum diſpoſitio Sacro-
rum Canonum , & Eccleſiæ ſanctiones ſpectantur
cum matrimonium conſiderandum ſit non ſolum
tamquam contractus , ſed etiam vti Sacramen-
tum . *Cap. Euphemiam 2. quaeſt. 2: cap vltimo de ſe-
cundis nuptijs , & tradunt DD. relati per Peregr.
de fideicom. art: 24. num 56.* Sacramenta autem, &
res ſpirituales nullo pacto ſubiciuntur legibus ci-
uilibus , vt indubitatum eſt apud omnes fideles ,
8 & bonos Orthodoxos , ac proindè huiuſmodi le-
ges , & conſtitutiones exigentes conſilium paren-
tum ad matrimonium filiorum familias intelligi
debent quo ad honeſtatem , & quandam con-
gruentiam , & reſpectum , quod filij debent pa-
rentibus exhibere , non autem quo ad neceſſita-
tem , & matrimonij valorem , vt diſertè ex *gloſ. in
cap. fin. 32. quaeſt. 2.* Couar. Gutierez: *Sanchez. Fon-
tanel. Borel. Lancellot. inſtit: canon. §. nuptias, in tit.
de nuptijs examplificat. Boſius de matrim. cap. 11. §.
6. num. 66. & 67.*
9 Ex quibus ſequitur filium , & filiam in mate-
ria matrimonij contrahendi non teneri obtempe-
rari patri , & conſequenter non contrahere cum
eo , vel ea , cui abſque eorum conſenſu fuit à pa-
rentibus promiſſus , ſeù promiſſa , ſiuè tempore ,
quo filius erat impubes , ſiuè tempore pubertatis
eo inſcio , nam vbi agitur de inducendo vinculo
perpetuæ ſeruitutis, homo efficitur ſui iuris, etiam
ſi quo ad alia ſit ſub poteſtate parentum , & con-
ſequenter vbi agitur de matrimonio contrahen-
do , vel non contrahendo datur æqualitas perſo-
narum , & omnes homines efficiuntur pares , vt
vnus alteri obtemperare non teneatur , niſi hone-
ſtatis debito, non autem præcepti, & in ijs termi-
nis procedit diſpoſitio textus in *cap. 1. de ſponſal.
impuber.* vt benè declarat *Boſſ. de matrim. cap. 11.
§. 7. num. 75. & 76. & communiter ſcribentes in di-
cto cap. 1. Gutierez. de matrim. cap. 79. num. 14. in ſi.
Sanchez eodem tract. lib. 4. diſ. 23. num. 3. Vaſquez. de
matrim. diſ. 4. num. 24. Barboſ. collet. ad dictam cap. 1.
de ſponſal. impuber, num. 5. Filiuc. tract. 10. cap. 4. nu.
128. & ſeq. Hurtad. dis. 7. diff. 9. Bonacc. in tit. de
ſponſal. diſ. 1. punct. 4. num. 9. tom. 1. fol. mihi 279.*
10 Ex huiuſmodi verò honeſtatis debito filiorum
præſertim fœminarum erga parentes , quo ad
matrimonij electionem , non ità adſtringuntur fi-
lij familias , vt peccent mortaliter , ſi matrimo-
nium inuitis parentibus contrahant , vbi tamen
concurrit iuſta cauſa contrahendi contra eorum
voluntatem , & diſſenſum, ſcilicet ſi pater procra-
ſtinat dare filio vxorem, vel filię , quæ vigeſimum
quintum ætatis annum excedit maritum, vel quia
malè , aſperè , & rigorosè à parentibus tractan-
tur , & opprimuntur , vel ſi ex cupiditate, & aua-
ritia filias locare nolunt, quibus ipſę volunt . &
eas decet , vel quia cogunt filias nubere cum èis ,
quos odio habuerunt , vel cum indigno cauſa
pinguiorem dotem recipiendi , vel minorem tra-
dendi , vel cum deformi , ægro , infirmo , corpo-
re vitiato , claudo , vel valdè iracundo , auſtero,
rigido , ac ſeuero , vel durioris conditionis, cum

quo probabiliter dubitari poſſit, quod inter eos pax, & indiuidua vitæ conſuetudo non erit, & ſimilibus caſibus, vt ex *Rebel. Beltram. Nauar. Sayr. Lopez, & alios tradit Boſſ. de matrim. cap. 11. §. 8. nu. 78. Sanchez de matrim. diſ. 23. num. 8. Guttier. eod. tract. cap. 69. num. 9. Rimin. conſ. 112. num. 49. volu. 2. Hoſtien. in ſumma tit. de ſponſal. num. 7. Conar. lib. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 8. Sotus in 4. diſ 29. q. 1. in fi. Ledeſma p. 2. q. 49. art. 6. Viguer. cap. 14. §. 7. verſic. 6. Victoria in ſumma de Sacram. tract. de matrim. n. 269 Tolet. lib. 5. cap. 1. num. 6. Henriq lib. 11. de matrim. c. 6. num. 4. Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. num. 4. Fernand in ſuo examine Theologiæ moralis p. 4. c. 8. §. 2. n. 1. Thomas de Argentin. in 4. ſenten. diſ. 29. quaſt. 1. Bata p. 1. caſ. 8. Auerſa de matrim. q. 3. sect. 7.*

11 Vbi verò concurrit iuſta cauſa tenētur filij ſub læthali culpa obedire parentibus determinatum matrimonium proponentibus, ſi non vi præcepti paterni, vigore tamen, & vi pietatis, qua filij obligantur parentum neceſſitati ſubuenire, dum-
12 modò filius eligat ſtatum matrimonialem, ſecus ſi alium ſtatum, nempè Religionis, vel cælibatus, cum filius in ſtatu eligendo ſit ſui iuris, excepto tamen caſu, quo ob indigentiam parentum tenetur filius abſtinere à Religionis ingreſſu, nam tunc ſi matrimonium locuplex, quod offertur filio eſſet opportunum medium parentum ſubuentioni, alterum non poſſet conſulere, tunc enim filius tenetur illud contrahere, ita *Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 25. num. 5. Ledeſma q. 47. art. 6. dub. 2. concl. 1. & ex Rebel. Nauar. Guttier. Filliuc. & alijs tradit*
13 *Boſſ. de matrim. cap. 11. §. 7. num. 77.* vbi quod hoc etiam intelligendum ſit, niſi altera cauſa concurrerat, quæ à tali matrimonio contrahendo excuſare poſſit, puta quia contracta fuerint ſponſalia cum altera, a quorum impletione recedi nequeat, prout etiam tradunt DD. citati.

14 Alij verò DD. exiſtimauerunt filiosfamilias, tā maſculos, quam fœminas ſub culpa mortali teneri petere conſilium paternum circa matrimonium contrahendum, & peccare mortaliter ſi ipſis inſcijs, & inconſultis contrahunt, ſecus autem ſi ipſis prius conſultis, contra illorum conſilium, ſine eorum conſenſu, ipſiſque inuitis nubant, ſiquidem cum filij à parentibus recipere debeant educationem, rectæ rationi, & iuri naturæ conſentaneum eſt, vt parentum quoque conſilio regantur, præcipuè in re tam graui, quæ filij ſtatum firmare, ac ſtabilire debet, grauis propterea contemptus, & irreuerentia eiſdem fieret, ſi in hoc negotio eorum conſilium negligerent, ex quo mortalis culpa reſultat, quæ poſtea excluditur, ſi contrahant abſque eorum licentia, ipſiſque inuitis ob matrimonij libertatem, & quia filius reputatur ſui iuris vbi agitur de vinculo perpetuo, & ſtatu eligendo, vt ſupra demonſtrauimus, *Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 23. nu. 10. Coninch. diſ. 28. dub. 5. Azor. par. 2. lib. 1 cap. 2. quaſt. 6. Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. Cla. 4. gl. 2 num. 7. Stephanus à Sancto Gregor. lib. 3. cap. 95. n. 26 Perez lib. 15. de matrim. sect. 5. num. 6. Reginal. lib. 31 num. 24. Filliuc. tom. 1. tract. 10. cap. 40. nu. 130. Vaſq. de matrim. diſ. 4 num. 24. Laym. lib. 5. tract. 10. cap. 1. num 14. Homobon. de ſtatu humana vita, cap. 19. p. 2 Villalob. par. 2. tract. 13. diff. 39. Vrtadus diſ. 6. de matrim. diſ. 10. Baſſeus in verbo ſponſalia 2. n. 7. Trullencus tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 2. nu. 13. Eſcobar. tract. 7. cap. 2. exam. 9. Dian. reſol. moral. par. 4. tract. 2. reſol. 132. & par. 6. tract. 7. reſol. 21. Bonac. in tit. de ijs, quæ pertinent ad vſum matrimonij quaſt. 4. punct. 17 à num. 21. vſque ad 25. Boſſ. de matrim. cap. 11. §. 8. num. 81. & ſeq.*

15 Quæ licet in ſe vera ſint, tamen ſciendum eſt, quod hæc ſententia non habet locum, vbi filius agnoſceret grauiſſima ſcandala, & odia capitalia ſubortura, ſi nubat contra conſilium, & voluntatem parentum, vel alijs concurrentibus cauſis, iuxta tradita ſuperius *num. 10. 11. & 12. vt ex Coninch. & alijs animaduertit Boſſ. de matrim. cap. 11. §. 8. n. 84 & n. ſeq. vbi contrarijs reſpondet.*

16 Vlterius neque habet locum ſi filius, vel filia inuito patre contrahat cum perſona turpi, aut infami, vel notabiliter indigna longè inferioris conditionis, vt reſultet dedecus, & tota familia dehonoretur, quæ mala ex pietate à filijs parentibus debita cum teneantur quando poſſunt euitare, & auertere propterea non euitando ob grauem iniuriam parentibus illatam, peccant mortaliter, vt ex *Azor. & Villalob. tradit idem Boſſ. de matrimon. cap. 11. §. 8. n. 87.*

18 Tutius enim eſt in hac materia, vt filij voluntati patris conformentur, illorumque conſilium ſequantur, niſi aliqua rationabilis cauſa aliter faciendi concurrat, ſecus autem ſi ex mera libertate, & vt propriæ tantum voluntati ſatisfaciant cōtra conſilium, & voluntatem parentum contrahūt, dummodo conſilium, & voluntatem, parentum tendat, ad filiorum bonum, & vtilitatem, parentes verò non debent acriter coarctare filiorum inclinationem; & indiſcretè ſe opponere in re, vbi agitur de electione ſtatus, vt admonet, *Boſſ. de matrim. cap. 11. §. 8. n. 86. in fin. iuncto n. 87. verſ, addo cum filij.*

18 Nomine verò parentum in hac materia veniūt pater, & auus, non autem mater, ſub cuius poteſtate filij non ſunt, niſi deficiente, & mortuo Patre, & auo, nam tunc in ſubſidium ſuccedit mater, & alij, qui locum parētum tenent, & ſub quorum cura exiſtunt, vt colligitur in *l. vnica §. oportet C. de raptu virg. & Lex in coniunctione C. de nup. & ex Ægid. & Pontio notat Boſſ. de matrim. cap. 11. §. 8. num. 88.*

19 Quoad 2. dubium videbatur prima facie, quod voto caſtitatis abſtrictus contrahens matrimoniū tenetur ante eius conſumationem ingredi Religionem ad non violandum votum, etenim per matrimonij celebrationem non tollitur votum, nec ſcelus commiſſum in celebrando matrimonium debet eidem patrocinari, vt non teneatur deinceps, & impoſterum ſeruare, ad quod ſeruandum, vnicum remedium eſt ingreſſus Religionis, alias remanendo in ſæculo tenebitur ad reddendum debitum ad petitionem alterius coniugis, & ſic cogitur violare votum, quod non eſt permittendum, præcipuè quia ex vi voti tenetur ſeruare caſtitatē, & facere quantum poteſt ad eam ſeruandam, quam abſque dubio ſeruare poteſt ingrediendo religionem, quia tranſacto bimeſtre cogitur conſumare, ac proindè cum clarè remanendo in ſæculo ſe exponit periculo non ſeruandi votum, & conſequi nequit finem voti emiſſi, vtique tenetur amplecti medium ſcilicet Religionem ad eundem cōſequendum, ita docent *Nauar. in ſum. latina n. 80:*

Syl-

Sylaeſt. in ſum. in verbo matrim. 7. quæſt. 5. verſ. ſecundum D. Antoain. 2. par. tit. 1. cap. 16. §. 1. Caiet. in verbo matrimoaium cap. 1. Couar. cap. quamuis pa-ctam par. 1. §. 6. anm. 8. Tolet. lib. 4. cap. 18. Azor. p. 1. lib. 11. cap. 21. quæſt. 3. Petras de Ledeſma quaſt. 33. de matrim. art 1. dub. 2. Angles in floribus par. 1. de matrim. queſt. 11. art. 3. Graſſius p. 1. deciſ. aur. lib. 2. cap. 24. aam. 25. Bartolom. Ledeſma de matrim. dub. 32. in 2. editione, vbi mutat ſententiam, *quam in prima tenuerat, Rodriq. tom. 1. ſum. c. 43. n. 1. Cheſiut in verbo votum cap. Coninch. diſ. 34. dub. 5. n. 34.*

20 Verius tamen eſt non teneri ante conſumationem matrimonij ingredi Religionem ad votum caſtitatis antea emiſſum implendum, ſed poſſe matrimonium conſumare non exigendo, ſed reddendo debitum, & ratio eſt, quia aliud eſt votum caſtitatis, aliud Religionis, adeò vt vouens caſtitatem, vt voto ſatisfaciat non tenetur ſuſcipere medium tam arduum, ac difficilius re ipſa, quam vouit, ingreſſus enim religionis ob eius aſperitates cum reddatur magis conſiderabilis, & difficilior vtique debet eſſe liber, ac proinde emittens votum ſimplex caſtitatis, non debet hoc caſu cogi, & coarctari ad ingrediendam Religionem cauſa illud ſeruandi, ac proindè poteſt contrahendo matrimonium illud conſumare reddendo, non exigendo debitum, nam obligatio iuſtitiæ ad conſumandum matrimonium, ſeu ad reddendum debitum ſtrictior videtur obligatione voti caſtitatis, ita Bonac. *circa 2. Decalog. præcept. de voto diſ. 4. q. 2. punct. 5. §. 6. num. 4. tom. 2. fo. mihi 303. & tradunt DD. relati per Sanch. de matrim. lib. 9. diſ. 34. nu. 3. Clauis Regia lib. 6. cap. 7. num. 6. Leſſius lib. 2. cap. 40. dub. 3. num. 106. Coninch. diſ. 34. dub. 8. num. 35. Fauſtus lib. 2. quaſt. 320. Baſilius Pontius lib. 10. cap. 5. num. 12. Candidus tom. 2. diſquiſit. 25. art. 9. dub. 10. Gaſpar Vrtado de matrim. diſ. 10. diff. 8. nu 32. & 33. Perez de matrim. dec. 32. ſect. 3. num. 3. Angel. in ſum. in verb. matrimonium 3. impedim. 5. Sotus in 4. diſt. 34. quaſt. 2. art. 1.*

21 Quod clarè cõprobatur ex *Extrauag. Io. XXII. in cap. Antiquæ concertationi de voto*, vbi diſponitur, quod qui poſt contractum matrimonium ante conſumationem inuita vxore ſe promouere faciat ad ſacros ordines non ſit compellendus, ſed tantum inducendus, vt Religionem ingrediatur, quod ſi ingredi recuſauerit compellendus eſt petente vxore, vt matrimonium conſumet, ibi *ad ingreſſum huiuſmodi* (nempè Religionis) *ſic ordinatum ſi matrimonium conſumatum non fuerit per Diœceſanum inſtanter moneri præcipimus, & induci. quod ſi forſan renuerit adimplere, ipſum ſi ſponſa eius inſteterit, per cenſuram eccleſiaſticam compellendum decernimus contractum matrimonium conſumare*, vbi glo. in verbo *renuerit adimplere* animaduertit Pontificem expreſsè ſupponere licere illi renuere, quia alias non eius voluntati id relinqueretur, ſed potius eſſet compellendus, ac proindè cum ille ſit compellendus ad reddendum debitum etiam per Eccleſiaſticam cenſuram elapſo bimeſtre à iure conceſſo ob renitentiam, & auerſionem ingrediendi Religionem manifeſtè ſequitur illum non peccare reddentem debitum, ſed potius negantẽ, non obſtante ſuſceptione ſacrorum ordinum, & voto caſtitatis hac de cauſa ſolemnizato poſt contractum matrimonium, ex qua Summi Pontificis deciſione non videtur quomodo oppoſita ſententia defendi poſſit, vt ait *Baſilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 5. n. 12. & ſeq.*

22 Eſt tamen animaduertendum, quod ſic vouens ſi tempore, quo caſtitatem illam vouit actu non meminit ſe ad Religionem obligari, vtique non tenebitur ad Religionem, nec ex voluntate vouentis, nec ex natura voti, ſecus autem ſi tempore quo caſtitatem vouit actu meminit ſe ad Religionem obligari, nam tunc tenetur ingredi Religionem, tamquam medium electum ad ſeruandam caſtitatem, ac proindè non poteſt conſumare matrimonium, neque petendo, neque reddendo debitum, votum enim in tantum obligat in quantum vouens ſe obligare intendit, vndè vouens caſtitatem intelligens, ſe ſimul ad Religionem obligari, vtrumque intendit, & comprehendit vti ſui voti obiectum, ex quo reſultat obligatio ad vtrumque implendum.

23 Prout etiam ſupradicta ſecunda ſententia limitatur, vt procedat tranſacto bimeſtre poſt initum matrimonium, intra quod tempus non poteſt obſtrictus voto caſtitatis conſumare, ſeu reddere debitum, nam coniuges habent ius non reddendi debitum in primo bimeſtri etiam præciſo voto, quod tempus eis conceditur ad eligendum meliorem, & perfectiorem ſtatum nempè Religionis, & conſequenter multo magis concurrente voto ſupradicto intra bimeſtre abſtinere debet à conſumatione matrimonij, vt porè quia intra præfatum tẽpus maneat in ſuſpenſo ius petendi, & reddendi debitum, vnde debet vouens huiuſmodi tempore durante ſeruare votum. *Bonac. circa 2. Decal. præc. diſ. 4. q. 2. punct. 5. num. 4. verſ. hoc tamen. tom. 2. fol. mihi 303.*

24 Limitatur tertio, vt ligatus huiuſmodi voto caſtitatis peccet mortaliter reddendo debitum quando ob delictum alterius coniugis puta adulterij inſurgit iuſta perpetua cauſa diuortij, ſi ipſe ſit innocens, nam tunc tenetur ſeruare votum, quia ob cauſam diuortij habet ius non reddendi, & ratione voti tenetur non reddere, ita *Bonac. circa 2. Decalog. præcep. diſ. 4. qu. 2. punct. 5. num. 4. verſ. 2. limitari poteſt tom. 2. fol. 303. ex Soto in 4. diſt. 38. qu. 20. art. 1. Leſſius diſ. 13. de voto num. 106 Sanchez lib. 9 de matrim. diſ. 34. num. 3. Henriq. lib. 2. de matrim. c. 2 num. 8. Clauis Regia lib 6. c. 7 n. 6.*

25 Quinimò quod vir abſtrictus præfato voto caſtitatis non teneatur, nec licitè poſſit gratiam reconciliationis concedere vxori adulteranti, vt porè quia denegando habet optimum medium ſeruãdi votum tenet *Bonac. in tit. de impedim. matrim. eorumque diſpenſat diſ. 3. punct. 14, num. 8. tom. 1. fol. mihi 347.*

29 Contrarium tenet *Rebel lib. 3. q. 12. ſect. 2. num. 8. & alij* exiſtimantes poſſe concedere gratiam reconciliationis, eaque conceſſa debere coniugi petenti debitum reddere, ex quo denuò acquirit ius ad petendum debitum.

27 Quod ſi fortè etiam ex parte viri fuerit commiſſum adulterium, cum tunc fiat compenſatio, poteſt reddere debitum, ſed ſi patratum adulterium fuit affectatum, & remiſſio ſupradicta, niſi ignorantia, aut obliuione excuſetur, ſed potius procurata ad effectum reddendi debitum, efficitur culpa mortalis, & tamquam circumſtantia ſpeci-

ſica neceſſario eſt aperienda in confeſſione *Sanchez lib.9. de matrim.diſ.6.n.14. & 15.*

28 Ex quibus ſequitur, quod licet, qui poſt ſponſalia de futuro emiſit votum caſtitatis non teneatur ingredi Religionem, cum ipſe non voueritReligionem, nec cum iam notabili, & difficili mutatione ſtatus tenetur quętere medium opportunũ, vt eſt Religio ad ſeruandum votum caſtitatis, vt relatis contrariũ tenentibus ex probabiliori docet, *Sanch.de matrim.lib.1.diſ.46. nu.13.* tamen per dictum votum remanent diſſoluta ſponſalia, vt cogi nou poſſit ad ineundum matrimonium, & ratio eſt quia ſponſalia cenſentur celebrata ſub tacita conditione, niſi perfectior vitæ ſtatus eligatur, cum autem per votum caſtitatis eligatur perfectior vitæ ſtatus, ſequitur, vt ſponſalia dirimantur, & ceſſet eorum obligatio,etiam ſi Vouens caſtitatem, emiſerit votum animo, & intentione diſſoluendi ſponſalia, cum vſus fuerit iure ſuo eligendo perfectiorem vitæ ſtatum, ſub cuius tacita conditione celebrauit ſponſalia, ita *Sotus in 4.diſt.27.qu.2. art.5. Angel.in verbo ſponſalia num 5.Henriq.lib 11 cap.14.num.4. Rodriq. cap.245.num.2. P. Ledeſma qu.24. art.3.diſ.3.cum alijs per Bonac.in tit.de ſponſal.qu.1.punct.5.num.13.& 14. tom.1.fol:mibi 282. & tradunt alij DD. plenè relati per Sanchez de matrim.lib.1.q.46.n,7. verſ.quarto quia.*

29 Contractum vero, quod ex voto tantum caſtitatis præcedente dirimantur, & irritentur ſponſalia, ſecus autem ex voto ſubſequenti emiſſo poſt contracta ſponſalia probatur ex *cap. venient, qui Clerici, vel vouent.matrim.contrahere poſſ.* vbi fœminæ, quæ promiſit matrimonium imponitur pęnitentia de fide mentita ſponſo ob votum caſtitatis tantum abſque alia ſtatus mutatione, cum per ipſam ſteterit ne matrimonium celebratum fuerit, ac proindè videtur, quod votum caſt tatis non ſit ſufficiens ad dirimenda ſponſalia, tum quia Deus non acceptat promiſſionem rei prius alteri promiſſæ in eius præiudicium, cum nullo iure probetur ſponſalibus ineſſe tacitam conditionem eligendi meliorem, & perfectiorem ſtatum,niſi ſtatu continentiuo electo, & hanc ſententiam probabiliorem aſſerit, *Sanch.de matrim. lib.1.diſ.46. n.9. vbi copiosè alios DD.* hanc ſententiam docentes allegat, *glo.in cap.veniens in verbo de ſeueritate, qui Cleric.vel vouent.matrim. contrahere poſſ. vbi Abb.num.5.Alex.de* Neno *num.6. Nauar.in ſumma latina cap.22. num.27. & Hiſpana nu.25:Io; Brunellus de ſponſal:concl.8.num.2.& concl.31. num.3. D. Anton.3 par.tit.1.ca.18.§.2.Corduba ſumma qu. 136. punct.4.opin.5. Ludou:Lopez 2.par.inſtruct. de matrim.cap.38.fol.1043.Philarc.de offic.ſacerd.to.1. par.2.lib.2. cap.1.Rebel.de ſponſal.q.8.ſect.2.nu.47. Reginal.lib.31.num.259.Filliuc.tract.10.cap.8. q.6. num.286.Chamerata de matrim.dub.14.nu.2.Molfeſ tract:4.cap.5.n:52.Guttierez cap.26.n.1.*

30 Prædictum votum quamuis non ſit ſufficiens ad eximendum vouentem à contrahendo matrimonio, cum qua fidem dedit, obligat tamen ipſum vouentem quo ad ſuum præiudicium,non autem ſponſæ, vndè non poteſt petere, ſed tantum reddere debitum, & ex iuſta cauſa diſſolutis ſpõſalibus, vel matrimonio omninò tenetur ſeruare caſtitatem, votum enim emiſſum à coniugato in ſui præiudicium tenet, *Sanchez de matrim. lib. 1. cap. 46. num.14. & 25*

31 Ad tertium reſpondi, quod qui certus eſt voniſſe ſe non acceſſurum ad aliquam fœminam, & dubitet an de acceſſu fornicario, vel vxorario ſenſerit non tenetur abſtinere à nuptijs, quia poſſeſſio ſtat pro libertate, vt tenet *Sancius in ſelect.diſ. 45. n:3.& 4.qui citat alterum; Sancium de matrim. tom.1.lib.2.q.41.num.33.verſ. ſed verius eſt Petrus Cornelio in 1.2.D.Thoma tract.8.q.19.diſ.4.dub.2. relat.per Dianam reſol.moral.par.4.tract.3. de conſcientia dubia reſol.10. ſub verſ.ex ijs infertur.*

32 Attendenda tamen eſt in hac materia intentio vouentis, quæ deſumi poteſt, vel cauſa, vel ex motiuo, quo quis inductus fuit ad vouendum, verum ſi intentio vouentis colligi nequeat ex motiuo, vel alijs circumſtantijs præſumendum eſt, non vouiſſe abſtinentiam à qualibet copula, ſed tantum ab illicita, & conſequenter non tenetur abſtinere à matrimonio ex vi emiſſi voti, quia votum non cognoſcendæ fœminæ juxta communem intelligendi modum videtur importare abſtinentiam à cognoſcenda fœmina concubitu illicito, ex quo reſultat peccatum ad quod euitandum quis mediante voto, videtur ſe obligare voluiſſe, ac proindè concubitus licitus non videtur materia huius voti, ita *Bonac.in tit.circa 2. Decal.præcepta diſ. 4. qu.2.punct.5.n.9.tom.2.fol.mibi 303.* ex *Sanchez.in ſum.lib.4.cap.21.num.17.*

33 Ad 4. ex ſuperius deductis patet reſpõſio,quod qui vouit caſtitatem, per ſimplicem votum poſt contracta ſponſalia poſſit conſumate matrimoniũ reddendo tantum debitum, non autem petendo, qui verò emiſit votum de non accedendo ad aliquam fœminam, & dubius ſit an intellexerit de fornicario, vel vxorario,poteſt ducere vxorem, & conſumare matrimonium non ſolum reddendo, ſed etiam petendo debitum, quia votum cenſetur tantum includere concubitum illicitum, non autem licitum, vt eſt matrimoniale.

Et ita, &c.

FVLGINATEN MATRIMONII
Caſus Motalis.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus ex ſola notitia confeſſionis non eſt vitandus, nec Sacramenta ſunt deneganda à Confeſſario. Parochus licitè aſſiſtere poteſt matrimonio non obſtante impedimento dirimente in confeſſione cognito, quæ vero cautela vtenda ſit ex parte coniugis contrahentis matrimonium cum occulto impedimento dirimente, vt alteri coniugi innoteſcat nullitas ad effectum extorquendi nouum conſenſum, cautè tamen vt eius delictum non detegatur ad formam literarum Sacræ Pœnitentiariæ, hic accuratè traditur.

SVMMARIVM.

1 Confeſſarius non tenetur vitare excommunicatum ex ſcientia confeſſionis neque in publico, neque in occulto. 2.

3 Excommunicato occulto non ſunt deneganda à Parocho Sacramenta ex notitia tantum confeſſionis:

4 Confeſſarius poteſt vti ſcientia Confeſſionis ad bonum proprium pœnitentis, vel communitatis, vel alterius innocentis, dummodo non frangatur ſigillum. *Contrarium* verius. n.5. & 6.

7 Amp. vt ex notitia habita in confeſſione non poſſit priuare penitentem officio, neque dimittere famulum, & neque ad tuendum bonum temporale vniuerſale, aut particulare, vel ſpirituale 9.

10 Confeſſarius, qui in confeſſione nouit necem alicui parari, aut proditionem imminere Ciuitati an poſſit manifeſtare, vel admonere ſuperiores ſæculares, aut Eccleſiaſticos ad effectum euitandi peccatum, 11. Contrarium ſi fieri poteſt abſque reuelatione penitentis, 12.

13 Non poteſt vti ſcientia confeſſionis in bonum ipſius pœnitentis abſque eius licentia, vndè non poteſt dicere meretricem, vel vſurarium deceſſiſſe contritos.

14 Licentia de loquendo de peccatis in confeſſione auditis, non requiritur in ſcriptis, & in dubio creditur Confeſſario.

15 Poteſt Confeſſarius in ſubſequenti confeſſione, vti ſcientia alterius confeſſionis in reprehendendo pœnitente de reincidentia in peccatis.

16 Parochus non poteſt pœnitentem repellere à matrimonio ob ſolum peccatum, vel impedimentum in confeſſione cognitum, ſed tantum poteſt monere in ipſa confeſſione, ſecus extra confeſſionem 17. & 18, traditur cautela quomodo hoc caſu contrahi poſſit matrimonium, ſed repellitur num. 19. & traditur alia cautela, ibidem.

19 Sciens impedimentum ſub naturale ſecreto, vel ſub ſigillo confeſſionis tenetur reuelare, illi, cui poteſt prodeſſe, & occurrendum malo, *Contrarium n. 21.*

22 Matrimonium nulliter contractum ob impedimentum dirimens non poteſt conualeſcere niſi nullitas contrahentibus innoteſcat, vt nouo conſenſu conualeſcat.

23 Nam error tollit conſenſum.

24 Coniugi ignoranti, vt nullitas matrimonij innoteſcat, & alterius coniugis nocentis crimen non detegatur ad effectum extorquendi nouum conſenſum pro validitate Matrimonij vigore diſpenſationis in impedimento occulto. traduntur diuerſæ cautelæ à dicto n. 25. vſque ad n. 29. & 30. traditur ſententia auctoris, & num. 31. quid ſi coniux innocens nollet reſpondere.

31 Matrimonium verbis, aut ſignis contrahi poteſt.

32 Matrimonium ſi ob occultum impedimentum nulliter celebratum fuerit, non eſt iterum celebrandum coram Parocho, & teſtibus, ſecus autem ſi impedimentum ſit publicum.

DECISIO XLVI.

FAuſtus. N. & Dorotea N. contracturi matrimonium in faciem Eccleſiæ per verba de præſenti, in Sacramentali confeſſione, quam emiſerunt, nouit Parochus Fauſtum in alia longinqua Ciuitate per cedolones declaratum fuiſſe excommunicatum ob violentas manus impoſitas in Clericum, Doroteam verò habere impedimentum dirimens, ex quo sè prius cognitam à fratre ſponſi accuſauit; Parochus ad euitandum ſcandalum oriturum inter conſanguineos abſtantes ad hunc actum, & ad ſeruandum ſigillum confeſſionis, deuenit ad celebrationem matrimonij, iniuncto Fauſto, vt ſatisfacta parte abſolutionem ab incurſa excommunicatione obtineat ab habente poteſtatem, & Doroteæ eo quod non poterat à matrimonio reſilire, & recedere abſque propriæ vitæ diſcrimine ſi occultum ſcelus conſanguineis innoteſceret, vt adeat Sacram Pœnitentiariam pro diſpenſatione occulti impedimenti; & interim, quod ſe abſtineat à petendo debitum, non autem à reddendo, obtinuit Dorotea literas diſpenſationis diſcreto Confeſſario directas iuxta Curię ſtylum, cum ſolita clauſula de certiorando coniuge de nullitate prioris conſenſus, ſed ità cautè, vt eius delictum non detegatur, ad effectum extorquendi nouum, liberumque conſenſum à coniuge, vt matrimonium in forma valida celebratum remaneat: verum neſciens quomodo in re tam graui ſe gerere debebat, me conſuluit, pro reſolutionè infraſcriptorum dubiorum.

Primo An excommunicatus ex ſola notitia confeſſionis ſit vitandus, & Sacramenta deneganda à Confeſſario.

2. An Parochus licitè celebrare poſſit matrimonium non obſtante impedimento dirimente in confeſſione cognito.

3. Quæ cautela vtenda ſit ex parte coniugis in caſu occulti impedimenti dirimentis matrimoniũ. vt altero coniugi ignoranti matrimonij nullitatem innoteſcat, & alterius coniugis nocentis crimen non detegatur, ad effectum extorquendi nouum conſenſum, vt matrimonium nulliter celebratum conualeſcat ad formam diſpenſationis, ſeu literarum Sacræ Pœnitentiariæ.

1 Ad primum cenſui Confeſſarium non teneri vitare excommunicatum, quem nouit ſolum in confeſſione eſſe excommunicatum vitandum, vt potè quia Confeſſarius non poteſt vti hac ſcientia extra confeſſionem abſque violatione ſigilli confeſſionis, ac proindè ſcientia habita in confeſſione cum ſit loco Dei, extra confeſſionem quo ad Confeſſarium reputatur ignorantia, cuius vigore non tenemur vitare excommunicatum occultum, ſi excommunicationis declaratio non innoteſcat aliter, & extra confeſſionem, ità *Bonaccina in tit. de excommunicat. diſ. 2. quæſt. 2. punct. 6. §. 2. n. 45. tom. 1. fol. mihi 460. ex Auila 2. p. cap. 6. diſ. 11. cap. 11. Couar. in cap. Alma mater, 1. p. §. 2. Suarez. diſ. 15 ſect. 3. num. 6. Sayr. lib. 2. cap. 14. num. 26. Henriq. lib. 13. cap. 6. nu. 6.*

2 Quinimmò ex ſola notitia Confeſſionis non eſt vitandus excommunicatus neque in publico, neque in occulto, ſiquidem ſi ex huiuſmodi vitatione ſequeretur reuelatio aliqua peccati, & tunc non debet vitari propter obligationem ſeruandi ſigillum, quod ſi forte non ſequatur reuelatio, ſed ſolum pœnitus ipſe intelligit vitari propter talem cenſuram Confeſſario tantum notificatam in confeſſione, tunc nec eſt deueniendum ad huiuſmodi vitationis actum, quia præberet ſignum indirectę exprobationis peccati, ad quam euitandam, ſicut non licet ſeueriorem vultum pœnitenti oſtendere ob notitiam confeſsionis, eo minus licebit faciem auertere, & communicationem penitenti denegare, eſt enim tanta vis ſigilli, vt obligationem imponat non ſolum ad non exprobandum pœnitenti ſuum peccatum ſiue directè, ſiuè indirectè, ſiuè tacitè, ſiue expreſsè, verum etiam ad non faciendum propter illam notitiam, aliquid, quod reddere poſſit confeſſionem difficiliorem, & odioſam, etenim cum confeſſio ſit res grauis plena pudoris, & verecundiæ, & eſt ità à Confeſſarijs piæ, & humaniter pertractanda, vt potius pœnitentes ad pœnitentiam inuitentur, & ad eius dilectionem, & frequentationem incitentur, quam Confeſſarij auſteritate, imprudentia, ac inhumanitate à Sacramento tam neceſſario retrahantur, ità *Perez. de matrim. diſ. 42. ſect. 8. num. 3. & ſeq.*

3 Hinc eſt, quod ex notitia confeſſionis, neque poteſt Parochus excommunicato denegare Sacramenta

menta ob dictam rationem, tum etiam quia talis
pænitens habet ius petendi á ſuo Parocho Sacra-
menta, quæ ab eodem non ſunt deneganda, niſi
concurrat manifeſta denegationis cauſa, impedi-
mentum autem excommunicationis per confeſ-
ſionem ad eius notitiam deductum cum ſit igno-
tum, & propterea non noceat, nullam denegan-
di Sacramenta cauſam præbet, vt ſubdit idem
*Perez.de matrim.diſ.42.ſect.8. num.3.*vbi animad-
uertit, vt teneatur tantum eum monere in con-
feſſione, vt deſiſtat.
4 Et quamuis ſecundum aliquos DD. videatur
aliquando licere confeſſario ad actus extraneos
vti ſcientia, & notitia habita ex confeſſione,
quando id expediat aut ob bonum proprium, vel
pænitentis, vel communitatis, vel alterius inno-
centis dummodo tamen ſigillum confeſſionis di-
rectè, vel indirectè non violetur, & ſcanda-
lum omninò vitetur, vt tenent *Suarez.diſ.33.ſect.
7.Veſquez.quæſt 93.art.4.dub.8. Portel.in dub. Re-
gular.in verbo Electio, num.9.Tannerius tom.4.diſ.
6.Ochagauia de Sacrament.tract.3.de ſigillo quæſt.7.
num.2. Rodrig.in ſum.cap.6.concl.6. Henriquez.lib.3
de pænit.cap.23.*Reginaldus *lib.3.cap.2.num.16.Vil-
lalobos in ſumm tom.1.tract.9. diſ 75.* & alij plures
aſſerentes Confeſſarium poſſe negare ſuffragium
illi, quem in confeſſione nouit eſſe indignum,
dummodò ità cautè deneget, vt pænitens nullam
de hoc facto poſſit habere ſuſpicionem, & tradunt
alij DD. relati per *Sanchez.de matrim.lib.3. diſ.16.
à num.2.*
5 Contrarium verò, & verius tenendum eſſe pu-
tat, *Diana reſol. moral. par. 1. tract 4. reſol. 46. &
par.5.tract.11 reſol.3. vbi allegat Facundez.Sanch.
Fauſtum; Baunez, Prapoſitum, Valentiam, Grana-
dam, Onuphrium Laiman, Beiam, Coniuchium,
Maldetum, & Derrium, ità etiam Filiuc. tom. 1.
tract.7.cap.11. quæſt.7. Candid.diſquiſit.moral.tom.
2.diſ 24. art.52.dub. 3. Excobar. tract.7. de penit.
cap.7. exam.4. num.41. Stephan. à S Gregor. lib.3.
de pænit.cap.52.num.19. Hurtad.diſ.12. diſ 11.Ca-
ſpenſ. tom.2. tract.24. diſ.7. ſect.5. Baſſeus in verbo
Confeſſor. 7. num.12. P. Caſtellus in decıſ. Matina
lib.5. qu.378.Perez.de matrim.qu.42.ſect.8.Cardin.
de Lugo.diſ.23.ſect.5.§.1.* Bonacc. *in tit.de peniten-
tia Sacramento diſ.5. quæſt.6. ſect 5.punct.4.num.8.*
6 *tom.1.fol.mihi* 206. vbi ſubdit, quod Confeſſarius
non poſſit extra confeſſionem abſque libera pæni-
tentis licentia vti ſcientia confeſſionis ad aliquid
faciendum, vel omittendum, quoties immineat
periculum reuelationis directè, vel indirectè ali-
cuius peccati in confeſſione auditi, ſed perindè ſe
debet gerere, ac ſi nihil ſciret in ijs rebus, ex qui-
bus pudor, ſeù confuſio, aut damnum, & incom-
modum pænitenti ſequeretur, & allegat, *Sanchez
de Matrim.lib.3.diſ.16.num.3. verſ.2. ſententia vbi
alios plenè allegat, & num.4.* vbi licet probabilem
dicit contrariam ſententiam, hanc tamen veriо-
rem eſſe fatetur, cui adhærent, *Suarez.tom.4.diſ.
33.ſect.1.& 7. Cara. Tuſcus lit. C. concl. 686. &
687.Menoch.lib.6.præſumpt. 95.& de arbitrar.lib2.
cent.5.caſ.414.Coninch.diſ.9. dub.1.num.22. Onu-
phrius de ſigillo ſect.2. quæſt.2. dub* 2. *verſ.ſequitur
vltimo*, & ratio eſt, quia hoc diuinum Sacramen-
tum in animarum ſalutem inſtitutum tamquam
ſecunda tabula poſt naufragium redderetur fideli-
bus nimis exoſum, & nimis graue, ſi penitentes
animaduertere poſſint, quod ex notitia eorum
peccatorum habita à Confeſſario in confeſſione
aliquod damnum, vel incommodum eiſdem illa-
tum fuerit, vel inferri exiſtimare queant, & con-
ſequenter ad remouendam omnem ſuſpicionem,
& dubium, debent eſſe certi fideles, quod Con-
feſſarius contra illos non poſſit vti huiuſmodi ſciē-
tia, ne puſilli, & infirmi ab hoc Sacramento a-
nimum auertant, quod redundaret in maximam
animarum perniciem, & ſalutem, & contra ho-
norem, & Religionem huic Sacramento debitam
ac proindè *Clement VIII.* in ſuo motu proprio
edito prò Regularibus die 26. Maij 1594. ſtatuit,
ibi: *Tam ſuperiores prò tempore exiſtentes, quam
Confeſſarij, qui poſtea ad ſuperioritatis gradum fue-
rint promoti caueant diligentiſſimè, ne ex notitia,
quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt ad
exteriorem gubernationem vtantur, & atque ita per
quoſcunque Regularium ſuperiores, quicunque illi ſint
obſeruari mandamus*, vndè ſtante hoc decreto licet
loquatur de regularibus idem de omnibus dicen-
dum eſt, cum militet eadem ratio, & eius verbis
neceſſario colligatur, vt contraria ſententia careat
probabilitate, quod decretum refertur à *Bonacci-
na in tit.de pænitentia Sacrament.diſ.5. quæſt.6.ſect.
5.punct.4 ſub num.8. tom.1. fol.mihi* 206.
7 Hinc eſt, quod Confeſſarius ob peccatum in
confeſſione cognitum pænitentem priuare non
poſſit officio, licet ſit ad arbitrium, & nutu amo-
8 uibile, prout neque poteſt dimittere famulum,
ex quo nouit in confeſſione eſſe furem, quia talis
dimiſſio eſſet quædam correptio extra confeſſio-
nem, ex qua reſultaret pudor, damnum, & odium
pænitentis in hoc Sacramentum. *Bonaccina in tit.
de pænitentia Sacrament.diſ.5.quæſt.6. ſect.5.punct.4
num.14. iuncto numer. 15.* vbi alios allegat, *tom.1.
fol.* 207.
9 Vlterius neque Confeſſarius poteſt vti ſcientia
confeſſionis ad tuendum bonum temporale non
ſolum alicuius particularis hominis, verum etiam
totius Reipublicæ, Regni, immò totius mundi,
aut etiam ad tuendum commune bonum ſpiritua-
le, ità *Suarez.diſ.33. ſect.1. num,7. & 11. Onuphr.
de ſigillo ſect.2.qu.2.dub.2.& 3.Zerola in prax.de
Sacrament pænit. cap.20. quæſt.9.* cum alijs allega-
tis per *Bonaccin.de Sacrament pæniten. diſ.5. qu.6.
ſect.5.punct.4.nu.18. & nu.19.* vbi ſubdit Confeſ-
10 ſarium, qui ex confeſſione nouit necem alicui
parari, aut proditionem imminere Ciuitati, non
poſſe proditionem Ciuitati imminentem, aut ne-
cem alteri paratam manifeſtare, quoties pericu-
lum ſit, vt auctor detegatur, & rei deprehendan-
tur, præciſo verò hoc periculo, & adhibita dili-
gentia à Confeſſario de retrahendo delinquente à
flagitio, ſi retrahere non potuit, licitum eſſe ei-
dem in genere admonere perſonam, cui pericu-
lum imminet. *Suarez. in tract.de fidei defenſione
lib.6. cap.3. num.* 11. & tradunt alij citati ab eo-
dem *Bonaccina.*
11 Immò neque poſſunt Confeſſarij ex notitia in
confeſſione recepta admonere Magiſtratum, &
Prætores Ciuitatis, aut Inquiſitores vt diligentius
inuigilent in perquirendo aliquo crimine, nec ad-
monere Epiſcopum, vel Prælatum Monaſterij, vel
alium ad effectum impediendi peccatum, ſi peri-
culum

culum ſit vt delinquens aliqua ratione cógnoſcatur. *Bonaccina in tit.de pænitentia Sacrament.diſ.5 quæſt.6.ſect.5.punct.4.tom.1.num.22. fol. mihi 207. Azor.2.par.lib.12.cap.15.quæſt.6.fol.719.Facundez. præcept.2.lib.6.cap.3.nu.9.*

12 Contrarium tamen tenent *Graſſius*, *Nauarrus*, *Coninch.* relati per *Bonacein.loco citat.* In caſu quod hoc fiat abſque reuelatione pænitentis, & periculo, vt delinquens cognoſcatur, nec inde ſequatur pudor, & confuſio pænitenti, conſultum tamen eſt in huiuſmodi caſibus, in quibus imminet periculum peccatorum petere licentiam ab ipſo penitente ante abſolutionem, cum hoc pacto euitetur periculum fractionis ſigilli, & penitens tenetur hanc facultatem concedere Confeſſario, cum quilibet teneatur proximi peccata præcauere, ſiue publicum, ſiue priuatum bonum attendatur, vt animaduertit *Bonaccina loco citato*, & retenta etiam hac contraria ſententia nunquam poteſt Confeſſarius ſupradictos monere, & eis dicere periculum imminens ſe ſcire in confeſſione, ne vtendo hac forma dicendi odioſam reddat confeſſionem.

13 Additur etiam, vt Confeſſarius non poſsit, vti notitia confeſſionis etiam in bonum ipſius pænitentis abſque eius licentia, vndè ſi moriatur publica meretrix, vel publicus vſurarius non poteſt Confeſſarius dicere deceſſiſſe contritos, & publicè pænitentes, vel quia peccata ſua publicè confeſſi ſint, aut quod ipſe etiam ab eorum peccatis publicè abſoluit, vt Parochus eiſdem poſſit dare ſepulturam Eccleſiaſticam, Confeſſarius enim, qui de publico peccatore aſſerit illum confeſſum eſſe ſuum peccatum frangit ſigillum, nam licet hoc aſſerat in eius laudem, tamen abſque expreſſa ipſius pænitentis licentia aſſerere minimè poteſt, ad hoc autem, vt Parochus dare valeat meretrici, ſeù publico peccatori Sacramentum Euchariſtiæ, vel Eccleſiaſticam ſepulturam, requiritur publica atteſtatio Confeſſarij de prædictorũ conuerſione de licentia pænitentis, aut quod publicè, ſeù coram pluribus ipſe pænitens proteſtetur ſe de peccatis commiſſis dolere, ſine autem publica iſta notitia, aut deteſtatione non ſufficit Sacramentalis confeſſio, aut abſolutio etiam Parocho facta, quia talis ſatisfactio debetur Eccleſiæ, alioquin ſcandalum eſſet Margaritas ſpargere ante porcos, vt animaduertit *Facundez præc.2. lib.6.cap.1.num.19. Tanner.tom.4.diſ.6.quæſt.9.dub. 6.num.127.Gutierez.canon.quæſt.lib.1. cap.2.nu.9. cum alijs relatis à Diana reſol moral.par.5.tract.11 de ſigillo confeſſ. reſol.40. & reſol. 42.* vbi quod ſu-
14 pradicta licentia de loquendo de peccatis in confeſsione auditis verius ſit, quod non exigatur in ſcriptis, & in dubio an ea fiat de licentia pænitentis, credendum ſit teſtimonio Sacerdotis, & non pænitentis, ex *Graſ.Henriquez. in locis citatis per eundem Dianam dicta reſol.42.*

15 Poteſt tamen Confeſſarius in ſubſequenti confeſſione vti ſcientia ab ipſo pænitente habita in alia confeſsione, vndè reprehendere poteſt pænitentem de reincidentia in peccatis alias pluries confeſsis, & frequenter perpatratis, nam hoc caſu non frangitur ſigillum confeſſionis, cum extra confeſſionem non loquatur de auditis in confeſſione, *Onuphrius de ſacro ſigillo ſect.4.quæſt.5.verſ. ſequitur quarto, & ex Sanchez.*Nauar. *& Henriq. tradit Bonaccin.in tit.de Sacrament.pænit.diſ.5.q.6. ſect.5.punct.4.nu.8.verſ.dixi extra confeſſionem to.1 fol.mihi 206.*

16 Ad ſecundum dubium animaduertebam Parochum non poſſe à matrimonio repellere pænitentem ob ſolum peccatum, vel impedimentum in confeſſione cognitum, ſed tenetur aſſiſtere illi matrimonio, quia ob peccatum in pænitentiæ foro cognitum non poteſt Parochus contrahentes priuare iure, quod habent petendi matrimonium in facie Eccleſiæ, dum in ea latet impedimentum, ſiuè dicta petitio fiat publicè, ſiuè occultè, nam in foro exteriori notitia habita in confeſſione habetur prò ignorantia, vt non frangatur ſigillum confeſsionis, & ne ipſa confeſsio odioſa reddatur, poteſt tamen Parochus, immò tenetur admonere pœnitentem ſolum in ipſo actu confeſsionis, vt deſiſtat, à tali matrimonio contrahendo, extra verò confeſſionem non poteſt illum, vt diximus repellere, aut admonere, niſi prius ab eodem obtenta facultate loquendi de auditis in confeſsione, ità *Bonaccina de pænitentia Sacramento diſ.5. quæſt.6.ſect.5.punct.4.num.17.verſ.ex quo vlterius patet.tom.1.fol.207.latè Sanchez de matrim. lib.3.diſ.16.num.9.& 14.& 15.& 16.* vbi ſubdit,
17 quod non teneatur Parochus, ſeù Confeſſor petere licentiam à pænitente, vt eum moneat de peccato, quod vult admittere, ſed tantum in confeſſione tenetur eum monere, quia ex auditis in confeſsione non arctatur confeſſor ad aliquid faciendum, vel omittendum, vel remedium adhibendum extra confeſſionem, cum ea notitia pertineat tantum ad forum pænitentiæ, & vt plurimum pænitentes erubeſcentes de perpatratis criminibus confeſſis egrè ferunt eam licentiam peti, ac commiſſi peccati memoriam refricari, potius cupientes, vt eorum memoriam deponatur, & obliuione deleantur perinde ac ſi confeſſa non fuiſſent, hanc eandem ſententiam docent, *Pontius lib.5.de matrim.cap.35.num.3.Laiman.lib.5 tract.6.cap.14.nu.22. Facundez.de præcept. Eccleſ. præcept.2.lib.6.cap.3.num.5.Fauſtus de pænit. lib.7. qu.45.Auerſ.de matrim.q.7.ſect.5 Perez.de matrim. diſ.42.ſect.8.nu.3.*

18 Quod ſibi magis locum vindicat ſi contrahere volentes non poſsint ſinè magno ſcandalo à matrimonio deſiſtere, vt omne tamen peccatum effugiatur *Baſilius Pontius lib.5.cap.35.nu.4. ex Ludouico de Bera par.2.caſ.32.*tradit cautelam, nempè quod poſſet Parochus conſulere ſponſos ſi ambo conſcij ſint impedimenti, vt contrahant matrimonium ſub conditione, ſi Papa diſpenſet, animo tamen ſimul cohabitandi, quoad domum tamquam fratres, non tamen quoad torum, niſi obtenta diſpenſatione, vel vt contrahant matrimonium ſub conditione caſtè viuendi, ſiuè ad tempus, remoto ſcilicet impedimento, ſiuè perpetuò, in nihilo refragante, quod in huiuſmodi cohabitatione ſe exponant periculo fornicandi, medio tempore, quo obtineri poſſit diſpenſatio, quia hoc periculum excuſatur ex occurrentia ingentis ſcandali, quod ſi poſthabita huiuſmodi cautela, perſiſtant, & inſtent, vt Parochus eorum matrimonio aſſiſtat, tunc tenetur aſſiſtere, ſi tantum in confeſsione nouerit impedimentum.

19 Sed hæc cautela non videtur conſulenda, quia

eſt

eſt nimis periculo animæ expoſita, ſed tollerabilius eſt ſi Parochus perſuadeat contrahere volentibus, vel alteri eorum, vt ægritudinem fingat, vel votum caſtitatis emittant ad tempus, vt interim diſpenſatio impetretur, vel alium prætextum non contrahendi quærant, puta fingendo ſe intus vocari ad Religionem, & velle tempus opportunum ad deliberandum, & interim eo tempore diſpenſationem obtinere, quæ tamen remedia inſinuari poſſunt à Parocho in ipſa confeſſione, ſi in eadem nouit impedimentum, vel extra confeſſionem impetrata à pœnitente licentia loquendi de auditis in confeſſione iuxta ſuperius tradita, quod ſi fortè Parochus extra confeſſionem etiam per naturale ſecretum ſciuerit impedimentum tenetur denunciare, quia tunc non agitur de punitione, vel alicuius damno, ſed de peccato vitando, & eripiendo denunciatum à morte ſpirituali, ſibi imminenti, vita enim animæ omnis alijs rebus præferenda eſt, & magis præponderare debet eius ſalus, quam lex de ſeruando naturale ſecreto, cuius fides non eſt ita exactè ſeruanda, quando agitur tantum de peccati remedio, vel de damno publico, aut tertię perſonæ, ita ex *D. Thom. 2.2. q. 70. art. 2. & Couar. lib. 1. quæſtionarij qu. 43. dub. 1. §. 2. tradit Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 13. num. 5. & 6. verſ. verum dicendū*
20 *eſt. & verſ. Hinc infertur*, vbi ampliat quod idem dicendum ſit, ſi impedimenti conſcius acceperit ſub ſecreto confeſſionis, vt ſi dicatur hoc tibi dico in confeſſione, cum verò non ſit confeſſio, & in hoc non conuenit cum confeſſione Sacramentali, quæ propterea, vt non reddatur odioſa ſtrictius expetit, vt ſigillum ſeruetur, cuius ratio, ob iuſtam, & rationabilem cauſam non competit ſigillo naturali, & rebus perceptis ſub ſigillo confeſſionis, ſeu ad ſimilitudinem confeſſionis Sacramentalis, ita etiam tradunt, *Innocen. in cap. omnis vtriuſque ſexus num. 2. de pœnit. & remiſ. ibique Abb. num. 25. Cabr. in tit. de crimin. concl. 37. num. 6. Victoria ſumma de confeſſione num. 190. Sotus de ſigillo, num. 3. num. 2. qu. 7. concl. 4. Henriq. lib. 7. de pœniten. cap. 21. Bartholomeus Ledeſma dub. 32. de pœnitent. §. adnotare hic tamen opus eſt, Adrian. 4. qu. 5. de confeſſionē poſt dub. 9. quæſt. de ſigillo confeſſionis §. tertia pars dictæ concluſionis verſ. circa hæc tamen*, vbi inquit quod accipientes hoc ſecreto teneri denunciare illi, cui poteſt prodeſſe, & non obeſſe quando ad correptionem, & ad occurrendum malo neceſſarium expedire extimauerint, contrariū tamen
21 tenere videtur *D. Thom. 4. diſp. 21. q. 3. art. 1. quæſtiuncula 2. ad 2. Palud. 14. diſt. 21. q. 3. art. 1. concl. 3. num. 11* vbi aiunt hos non teneri clarè vinculo ſigilli Sacramentalis, teneri tamen vi promiſſionis per indè, ac ſi eſſet confeſſio Sacramentalis.

22 Ad 3. dubium pro reſponſione dicebam, quod matrimonium nulliter contractum ob impedimētum dirimens conualeſcere nequeat, niſi nullitas ipſis contrahentibus innoteſcat; vt nouo conſenſu, remoto impedimento, robur accipiat, & in forma valida celebratum remaneat, ac proindè coniux ignorans impedimentum certus, vel certa fieri debet de nullitate prioris conſenſus præſtiti, vt nouus liber, validuſque præſtetur, alias ſi permanerent in errore, & ignorantia non cenſea-
23 tur conſentire, ex quo error tollit conſenſum, *l. per errorem 15. ff. de iuriſdict. omnium iud. l. non idcirco 9. C. de iur. & fact. ignorant.*

24 Vt autem coniugi ignoranti matrimonij nullitatem, eadem nullitas innoteſcat, & alterius coniugis nocentis crimen, delictumque non detegatur, traditur pro opportuno remedio, & cautela ex *Caiet. à Nauar. tom. 1. c. 22. tit. de impedim. crim. aut delict. num. 47.* quod conſcius impedimenti ſatis ſit, ſi dicat coniugi ignoranti ſuſpicor te non eſſe vxorem meam, vel te non eſſe meum maritum aliqua de cauſa, ideò rogo te ad ſedandam meam conſcientiam, vt ſi, & quatenus opus fuerit denuò nos prò coniugibus habeamus.

25 Sed iſta cautela non videtur ſufficiens, & adæquata cum verſetur in dubietate, & ſuſpicione, per quam non tollitur ignorantia, *l. vltima vbi glo. in verbo pro dubietate, & ibi Bart. C. de condit. indeb. l. 3. §. is, qui neſcit ff. de lib. hom. exhiben.* & conſequenter nullitas non manifeſtatur, vt nouus cōſenſus cum ſententia prioris nullitatis abſque errore præſtitus dici queat, etenim coniux nullitatis inſcius, qui de ea certiorari debet per verbum ſuſpicor ſufficienter non fit certus, vel certa, vt benè animaduertit, *Marc. Paul. Leon. in praxi ad litteras Maior. Pœniten. p. 2. de forma diſpenſ. matrim. verſ. ſed pace tantorum virorum fol. mihi* 251.

26 Aliud etiam affertur remedium à *Caiet. tom. 1. opuſculor. tract. 12. de matrim. quæſt. 2. & à Soto in 4. diſtin. 28. quæſt. 1. art. 2. concl. 3. caſ. 1 Sanch. lib. 2. de matrim. diſ. 36. num. 3.* ſcilicet quod coniux inſcia impedimenti interrogetur per alium coniugem conſcium an tali amore eum proſequatur, vt iam in maritum etiam conſentiat eum accipere perindè, ac ſi ab eo libera omninò eſſet, atque ita pręſtito nouo conſenſu per mulierem, vir etiam ſuum de nouo præſtet, & ſic de nouo validè matrimonium contrahi præfati DD. aſſerunt.

27 Sed neque hoc remedium, & cautela videtur tuta, cum per eam non inducatur ſufficiens ſcientia nullitatis, ſed adhuc mulier, vel vir inſcius remanet in ſua ignorantia, vndè ſi huiuſmodi arte conſenſus extorquatur, non videtur liberè præſtitus, ſed vigore antecedentis vinculi per præſumptum matrimonium contractum, & ad matrimonium contrahendum requiritur conſenſus liber, & voluntarius, iuxta *in textum cap. requiſiuit cap. tua 26. & cap. cum locum 14. de ſponſalibus, & conſiderauit Marc. Paul. Leon. in prax. ad litteras M. Pœnit. par. 2. de forma diſpenſ. matrim. fol. mihi 252. verſ. iſtorum etiam opinio.*

28 Melior tamen, & magis opportuna cautela exiſtimatur à præfato *Marc. Paul. Leon.* latè proximè citato *verſ. melius meo iudicio* ſi ſciens impedimentum dicat ignoranti, vbi primum commodè potuerit ſe inualidè ab initio conſenſum præſtitiſſe, & ideo ex doctorum virorum conſilio ad procurandam vtriuſque animæ ſalutem opus eſt, vt ſe inuicem per nouum, & independentem a primo conſenſum in coniuges legitimè recipiant, & ſicut ex amore, quo illam ſemper proſequutus eſt liberè de præſenti eam recipit in vxorem, ita etiā eam precatur, vt etiam liberè eum de præſenti recipiat in maritum, quod ſi forte inſcia pro ſcienda cauſa inualiditatis conſenſus inſtet, poterit facillimè reſpondere verbis æquiuocis, puta intentionem non fuiſſe ſufficientem, vel aliquid ſimile, & cum agatur de animæ ſalute tutior pars eſt eli-

gen-

genda, & hæc cautela etiam prò optima canonizatur à *Sanch. de matrim. lib. 2. diſ. 36. nu. 7. verſ. erit autem*, & rationem adducit, quia dum intentio, & conſenſus ob impedimentum fuit nulliter præſtitus rectè poteſt hanc nullitatem exprimere illis verbis intentionem, & conſenſum non fuiſſe ſufficientem, & hanc cautelam admittendam eſſe putat *Marcus Paul. Leon. loco citato* tamquam magis conformem menti maioris Pœnitentiarij.

29 Verum quod hæc cautela non mediocre periculum habere poſſit fatetur idem *Sanchez loco citato verſ. fateor tamen*, vt potè quia coniux innocens indignatus, & ægre ferens alteram coniugem erga illum à principio nō habuiſſe bonum animum, ſed frigidam voluntatem, & amorem, poſſent propterea inter ipſos diſcordiæ, ac diſſidia exoriri, vltra quod cum extorqueatur nonus conſenſus per allegationem falſæ cauſæ, & ſic per fraudem, & dolum, non videtur ſubſiſtere ad effectum auferendi nullitatem prioris matrimonij.

30 Ad remouendam tamen omnem difficultatem tutius mihi videtur, ſi coniux nocens coniugi innocenti diceret ſumpta ex aliquo actu, ſeù affectu maritali occaſione ego te tali amore proſequor, vt ſi inter nos non fuiſſet celebratum matrimonium, de nouo nunc te ducerem, & conſenſum præſtarem, & ſi ex quacunque cauſa matrimonium inter nos celebratum eſſet nullum, & non conſiſteret, ego de nouo approbo, & ratifico, & in eundē conſentio, pro vt rogo te, vt eodem modo conſentiendo approbare velis, & ſic ab alio coniuge habito conſenſu matrimonium omninò conualidari dici debet, quia ſub illa generali dictione *ſi ex quacunque cauſa eſſet nullum* includitur cauſa præciſa inualiditatis matrimonij, nam qui totum dicit, nihil excludit, & exuberat, ſi includatur tacitè ſub illa generalitate cauſa nullitatis matrimonij, cum expreſsè non teneatur manifeſtare præfatam cauſam, vt cauetur in literis diſpenſationis, ibi *ſed ita cautè, vt latoris delictum nunquam detegatur.*

31 Quod ſi fortè ad interrogationem coniugis culpabilis coniux innocens nollet reſpondere, vel quia eſſet perſona auſtera, vel nō eſſet hilaris vulgò *non ſtaſſe de vena*, & vt inquit *Sanchez* inferius citan. *non eſtà de Gorza*, ſed peteret debitum, & tunc ſi ſe affectu maritali cognoſcāt videtur quod matrimonium conualidatum remaneat, eo quia coniux innocens certioratus de nullitate prioris conſenſus de nouo tacitè videtur conſentire per petitionem debiti ex affectu maritali, &, concurrit conſenſus ex parte alterius coniugis inſtantis prò validitate, ex quo mutuo conſenſu perficitur matrimonium, ita *Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 36. n. 6 iuncto nu. 9.* & ratio eſt quia matrimonium quidquid ſit attenta diſpoſitione Sacri Concilij Tridētini de iure verbis, aut ſignis contrahi poteſt, vt in ſpecie tradunt DD. relati ab eodem *Sanch. d. num. 6*

32 *verſ. item quia*, vbi contrarium tenentes quod vltra copulam exigatur nouus conſenſus allegat. Tū quia vbi agitur de conualidando matrimonio nulliter ob impedimentum occultum dirimens nulliter celebratum non exigitur quod ſeruetur forma Sacri Concilij Tridentini, dum à principio fuit ſeruata, & in foro exteriori prò valido reputatur tamquam in facie Eccleſiæ publicè, & non clandeſtinè celebratum fuit, ſecus verò ſi impedimentum eſſet publicum, nam tunc detecto impedimēto, & obtenta diſpenſatione publicè denuò coram Parocho, & teſtibus celebrari debet iuxta ſtylum Romanæ Curiæ.

REATINA VOTI

ARGVMENTVM.

Bannitus qui impune vbique poteſt occidi tanquam in periculo mortis conſtitutus licitè, & validè vti moribundus à quolibet ſimplici Sacerdote abſolui poteſt ab omnibus peccatis, & cenſuris etiam Papalibus, ſecus ſi habeat ſaluum conductum. Vouens Religionem ſi non admittatur à ſuperioribus remanet liber, quod ſi vouerit ingredi Religionem, vt Clericus, ſi vti talis non admittatur, an teneatur ingredi, vt laicus, & quatenus non, an poſſit ducere vxorem abſque diſpenſatione Apoſtolica affatim ventilatur.

SVMMARIVM.

1 Bannitus, qui impunè occidi poteſt tanquam moribundus abſolui licet à ſimplici Sacerdote ab omnibus peccatis, & cenſuris etiam Papalibus.

2 Limit. ſi ſub fide publica alicubi moretur, vel habeat ſaluum conductum, vel habeat facilem aditum ad ſuperiorem. 3.

4 In articulo mortis nulla eſt reſeruatio, & quilibet Sacerdos etiam non approbatus abſolui poteſt, etiam ſi eſſet ſuſpenſus, excommunicatus, & irregularis, & hæreticus. 5.

6 Et ſic abſolutus ſi conualeſcat, non indiget alia abſolutione.

7 Sacerdos in articulo mortis non poteſt abſoluere ſuſpenſionem ab ordine, aut beneficio, aut irregularitatem, ſed ſolum cenſuras impedientes receptionem Sacramentorum, vel ſepulturam.

8 Qui dicatur conſtitutus in articulo mortis.

9 Simplex Sacerdos ſi inceperit audire moribundi confeſſionem, & accedat confeſſarius approbatus non tenetur deſiſtere.

10 An ſimplex Sacerdos poſſit pœnitentem à non reſeruatis abſoluere, illumque poſtea pro reſeruatis ad ſuperiorem mittere. 11.

An confeſſarius finito tempore ſuæ approbationis poſſit abſoluere pœnitentem de peccatis oblitis in confeſſione facta tempore ſuæ approbationis, ibidem.

12 Vouens ſi non præſcripſit tempus adimplendi votum tenetur ſub mortali adimplere quam primum moraliter poterit, ſecus iuſta concurrente cauſa. nu. 13. & 14.

15 Moroſus debitor continuo peccat donec de debito ſuo ſatisfaciat.

16 Vouens determinatam religionem ſi à ſuperioribus nō fuit admiſſus, an, & quando remaneat liber.

Votum habet tractum ſucceſſiuum, & obligat ſublata cauſa impediente.

17 Vouens Religionem ſi non admittatur, non tenetur ſeruare caſtitatem, ſecus ſi eam etiam ſpecialiter vouiſſet.

18 Vouens determinatam religionem animo in eadem admittendi tanquam Clericus, ſi vti talis non admittatur, an teneatur ingredi, vt Laicus, & an, & quando remaneat liber à voto. 19. cum ſequen.

19 Vouens Religionem recipiendi, vt Clericus tenetur operam dare literis, vt recipiatur, & ſubire laborem, ſi penitus non ſit affectus inhabilis præcipuè ſi ób hanc cauſam repellatur 20. ſecus ſi ſit affectus inhabilis 21.

21 Votum non obligat vltra intentionem vouentis.

22 Vouens Religionem ſi nihil cogitauit de gradu, quo recipiendus erat, an teneatur ingredi quocumque modo intendunt ſuperiores 23.

24 Vouens Religionem ſi excludatur à ſuperioribus, vel non recipiatur quo ad gradum prout vouit, remanet liber à voto, & abſque diſpenſatione poteſt ducere vxorem. ſecus ſi principaliter vouerit caſtitatem independenter ab ingreſſu Religionis. 25.

DECISIO XLVII.

CVpiente Caió Deo famulari, emiſit votum ingrediendi Religionem RR.PP.Capuccinorum, & recipi in numero Sacerdotum, interim ob perpatratum flagitium cum capitaliter bannitus fuerit, latitans profuguſque offendit in Theodoſium Sacerdotem, cui paulò ante bannum Sacramentalem confeſſionem emiſerat, & habens plures caſus reſeruatos, & alia peccata mortalia in præterita confeſſione inculpabiliter oblita, eidem Sacerdoti licet eius facultas audiendi confeſſiones expirauerit confitetur, vt potè quia ratione banni, & non tuti acceſſus ad alios confeſſarios approbatos ſe confeere non poterat. Verum cum paulò poſt agratiatus fuerit, & remiſſionem à ſupradicto banno obtinuerit, memor voti inſtetit coram Superioribus dictæ Religionis admitti ad habitum, ſed cum reprobatus fuerit tanquam literis parum excultus, & non habitus pro idoneo, dubitabat an remanſerit ſolutus à voto, ex quo pro Laico Religionem non vouerat, & an propterea eidem licitum eſſet ducere vxorem, hinc ad me delato dubio, diſceptandum viſum fuit.

Primò, an bannitus abſolui poſſit à reſeruatis etiam Papalibus à ſimplice Sacerdote.

2 An confeſſarius poſt lapſum tempus ſuę approbationis poſſit abſoluere pœnitentem à peccatis oblitis in confeſſione facta de tempore ſuæ approbationis.

3 An peccet mortaliter differens adimplere votum abſque limitatione temporis conceptum.

4 An vouens ingredi Religionem, vt Clericus ſi vti talis non approbetur, teneatur ingredi vti Laicus.

5 An vouens Religionem determinatam, ſi ab eius Superioribus non admittatur poſſit abſque alia diſpenſatione vxorem ducere.

Ad primum reſpondendum credidi, probabiliſſimum eſſe bannitum, qui impune vbique occidi poteſt, poſſe validè, & licitè abſolui etiam directe per ſimplicem Sacerdotem ab omnibus peccatis, etiam reſeruatis, & à cenſuris etiam Papalibus, & ratio eſt, quia vbique, & ſemper verſatur in periculo mortis, quo caſu ceſſant reſeruationes, & cenſuræ, & quilibet ſimplex Sacerdos poteſt miniſtrare hoc pœnitentiæ Sacramentum tanquam medium omninò neceſſarium ad ſalutem, & dare ab omnibus peccatis, & cenſuris abſolutionem, & quidem directè etiam reſpectu caſuum reſeruatorum, ita quod non teneatur amplius ceſſante huiuſmodi periculo ſuperiorem cui caſus erant reſeruati adire pro abſolutione, vt benè tradit, *Nald. in ſum. verb. abſolutio à cenſuris n.5. Floren. de caſibus reſeruat. par.1. cap.4. §.8. n.9. Belloch. in prax. Theolog. moral. de caſib. reſeruat. par.1 quæſt.2. num. 133. Diana reſol. moral. par.5. tract.3. de caſibus occurrent. tempore mort. reſol.64. Vgolin. de offic. & poteſt Epiſcop. cap.15. §.8. num.9. fol. mihi 136. Nauar. conſ.4. num.2. ne Cler. vel Monac. & conſ.11. de ſenten. excommun.*

2 Quod tamen limitatur, vt non procedat, vbi Bannitus publica fide habita alicubi moraretur, vel haberet *ſaluum conductum* in aliquo loco, nam tunc non poteſt abſolui per ſimplicem Sacerdotem, vel ſimplicem Confeſſarium ſaltem directè à reſeruatis, quia non verſatur amplius in diſcrimine mortis, & poteſt adire ſuperiorem, vt ſubdit idem *Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.15. §.8. num. 9. in fin. fol. mihi 136. Nald. in ſum. verb. abſolutio à cenſur. num.5. Belloch. in prax. Theol. moral. de caſibus reſeruat. par.1. qu.2. num.133. Diana reſol. moral. p.5. tract.3. de caſib. occurrent. tempore mort. reſol.64.* in *fin.*

3 Limitatur 2. vt non procedat ſi pateat recurſus, ſitque facilis aditus ad Superiorem, cui caſus ſunt reſeruati, nec ſit periculum in mora, nam hoc caſu videtur quod ſit expectanda ſuperioris facultas, ſi verò dubitetur, an in periculo conſtitutus ponatur in diſcrimine ob moram, & cunctationem, & tunc abſoluendus eſt non expectata alia facultate, cum hoc caſu ceſſent omnes reſeruationes, ità *Vinald. in Candelabr. aur. de abſolut. nu.61. Belloc. in prax.* Theolog. *moral. de caſib. reſeruat. par.1. q. 2. num. 134. & tradunt DD. plenè relati per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ.14. de Sacrament. pœnit. cap.7. n.12. verſ. contra Suar.*

4 Quæ limitatio licet probabilis ſit, non tamen videtur ſequenda, ſi adhærendum magis expedire iudicetur probabiliori ſententiæ, qua docetur, quod poſsit quilibet ſimplex Sacerdos in articulo mortis, ſeù etiam in ſolo graui, ac probabili periculo mortis ſimpliciter abſoluere non ſolum ab omnibus peccatis mortalibus quantumlibet reſeruatis, etiam ſi adſit proprius Sacerdos, ſeù alius Confeſſarius approbatus, immò ipſe ſuperior, cui tales caſus ſunt reſeruati, verum etiam à cenſuris quomodolibet reſeruatis, vt expreſsè cauetur à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 14. de Sacrament. pœnitent. cap.7.* ibi: *vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis,* atque ideò: *omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt,* & docent Nauar. *conſ.15. alias 23. in nouiſ. de pœnit, & remiſ.* Boſius *de Iubileo ſect. 1. caſ.12. nu.12. Marchin. de bello diuino par.3. cap. 3. num.11. & 12.* Homobon. de Bonis *reſponſ. moral. par.4. ſuper cenſuras reſponſ.83. Ludouic. de S. Ioanne par.1. ſumm. tract. de pœnit. q.6. art.6. dub.4. Sayr. in florib. deciſ. in tit. de pœnit. & remiſ. deciſ.21.* Emanuel Sà in *Aphoriſmis verb. abſolutio num.3. Petrus de Ledeſma in ſumma par.1. de* Sacrament. *vbi de pœnit. cap.14 poſt primam concluſ. num.3. Io: Sancius in ſelect. diſ.44. nu.5. Rodriq. in quæſt. regular. tom.1. qu. 56. art.4. in fin. & in Addit: ad* Bullam *cruciat.* §.9. *num. 44. Vega in ſumm. tom.1. cap.6. caſ.16. in princ. Diana reſol. moral par.1. tract.5. de Abſolut. ab hæreſi reſol.5.* vbi etiam quod poſſit in tali caſu abſolui ab hæreti, cum hoc tamen, quod ſi conualuerit debeat ſe præſentari S. Pontifici, vel ſaltem Epiſcopo, vel Inquiſitoribus, cum alijs relatis per *Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ.14. de Sacrament. pœnit. cap.7. num:11.* vbi tamen ſubdit, quod conſultius faceret, qui præſente ſuo Parocho, vel Superiore ab eo potius, quam ab alio ſe abſolui faceret.

5 Im-

5 Immò propter particulam vniuerſalem *omnes*, qua vtitur Concilium extendunt DD. vt quilibet Sacerdos in dicto articulo mortis abſoluere poſſit etiam ſi ſit excommunicatus, & publicè denunciatus, ſuſpenſus, irregularis, degradatus, Schiſmaticus, & Hæreticus, dummodo, non ſit periculum ſubuerſionis. *Boſſ. in diſ. moral. diſcept. 2.num.44. Hurtado de Sacrament. tract. de pænit. diſ. 10. diffic. 8. Torreblanca in practicab. iur. ſpiritual. lib. 4. cap. 10. numer. 8. Paul. Laiman. in Teologia moral. lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 13. verſ. notandum 2. cum alijs relatis per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 14. de Sacrament. pænit. cap. 7. num. 13.* licet contrarium teneant *Io: Valer de different. inter vtrumque forum verb. excommunicatio different. 23. verſ. ſecundo dubitant, & verb. pænitent. different. 9. Cortolan. de caſibus reſeruat. par. 1. ſect. 2. art. 16. num. 10.* & alij putantes in articulo mortis, & extrema neceſſitate non conuenire hæretico Sacerdoti quemquam abſoluere.

6 Et cum hæc abſolutio in mortis articulo data à ſimplice Sacerdote ſit vera abſolutio operatur omnes abſolutionis effectus, eo quia hoc caſu ſimplex Sacerdos habet à iure, & à Concilio Tridentino iuriſdictionem delegatam. *Suar. tom. 5. de cenſur. diſ. 7. ſect. 1. num. 7. Riccinl. tract. de iure perſonar. lib. 4. cap. 65. num. 17.* hinc eſt quod ſi conualeſceret, ſic abſolutus non eſt iterum abſoluendus docent *DD. relati per Barboſ. in Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. de Sacrament. pænitent. cap. 7. numer. 16.*

7 Hæc verò facultas abſoluendi à cenſuris videtur intelligenda de illis ſolum cenſuris, quæ impediunt receptionem Sacramentorum, & Eccleſiaſticam ſepulturam, non autem de ſuſpenſione ab ordine, officio, aut beneficio, aut de irregularitate, quæ potius reſpiciunt forum contentioſum, quam forum pænitentiale, vt aduertit, *Zambran. de caſib art. mort. cap. 4. dub. 4. num. 17. Sanchez. in oper. moral. lib. 2. cap. 13. n. 12. Suar. in 3. p. tom. 5. de cenſur. diſ. 7. ſect. 7. nu. 6.*

8 Hoc autem mortis periculum, ſeu in articulo mortis conſtitutus dicitur ille, qui non ſolũ reperitur in verò mortis articulo, vt ſi mors ſit imminens, certa, & proxima, vt moraliter ſit ineuitabilis, ſiuè ex cauſa naturali, nempè à morbo, ſiue ex cauſa violenta, vt quando aliquis morte plectendus eſſet; verum etiam, quando qui, & ſi viuant, & viuere poſſint, propter mortem tamen, quam ſecundum veriſimilem medicorum peritiã, aut periculum, quod inſtare vident, iam morientes arbitrantur, ex probabili dubio de ſecutura morte cum ſciliset in eo caſu frequenter euenire ſolet mors, puta ſi mulier ſit propè partum, & alias experta ſit imminens periculum vitæ; vel veriſimiliter timeatur tale periculum, vt docet *Sylu. verbo abſolutio* 1. §. 10. vlterius ob grauem tempeſtatem exortam, ob longam, & periculoſam nauigationem, vel ob proximum conflictum in bello, vel ob neceſſarium iter ſuſceptum in loco expoſito prædonibus res, bona, & vitam auferre ſolentibus. *Suarez. tom 4. in 3. par. diſ. 26. ſect. 4. n. 2.* vel ob probabile periculum incidendi in amentiam, quod periculum comparatur periculo mortis, & obligat ad confeſsionem, cum poſt amentiam non ſit amplius capax huius Sacramenti, ſiue hoc periculum ſit amentiæ perpetuæ, ſiue diuturnæ. *Medina Cod. de pœnitent. tractat. de confeſſ. quæſt. de tempore, quo quis confiteri oport. caſ. 1.*, prò vt plures alij caſus enumerantur à DD. de quibus *Emanuel. Sà in verbo abſolutio num. 4. Zambran. de caſib. art. mort. prælud. 1. à num. 1. & ſeq. Molin. de ritu nuptiar lib. 1. cap. 18. num. 18. Homobon. de bonis de humanæ vitæ ſtatibus par. 1. cap. 16. verſ. primo, Sanchez. in precept. Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 1. frat. Emman. in explicat. Bullæ cruciatæ §. 9. dub. 3. Viuald. in candelabr. auro ſub tit. de abſolut. num 60. Benzon. in ſpecul. Epiſcop. lib. 1. diſ. 1. qu. 6. col. 2. Duard. in bulla cænæ lib. 3. §. 2. qu. 2. cum alijs relatis per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 14. de Sacramento pænitent. cap. 7. num. 11.*

9 Simplex igitur Sacerdos ſi incæperit audire moribundi confeſsionem, ſi accedat Confeſſarius approbatus ex veriori non tenetur deſiſtere, & eidem locum cedere, quia ille ex poteſtate delegata in hac contingentia reperitur in poſſeſſione, ideò competit manutentio, ne magis egrotus grauetur ad reiterandam confeſſionem ità late docet *Diana reſol. moral. par. 5. tract. 3. de caſib. occurrent. tempore mort. reſol. 66.* vbi contrarium tenentes refert.

10 Ad 2. dubium diſtinguendum putaui, quod ſi pænitens poſt confeſſionem, emiſſam coram Sacerdote approbato, puta ad annum recordetur de peccatis oblitis elapſo, ſeu expirato anno ſupradictæ approbationis, & perpetrauerit, aut reincideri it in alijs peccatis læthabilius poſt obtentam Sacramentalem abſolutionem, non poteſt amplius ab eodem Confeſſario abſolui à dictis peccatis oblitis, niſi obtenta noua approbatione, aut confirmatione ad audiendas confeſsiones, eo quod Confeſſarius, quo ad peccata mortalia ab vltima confeſsione perpatrata nullam habet abſoluendi iuriſdictionem, vt potè quia expirauit tempus ſuæ approbationis, & conſequenter neque poteſt audire illa tantum peccata oblita, licet pertineant ad confeſsionem coram ſe factam tempore ſuę approbationis, cum confeſsio debeat eſſe integra, & ſi non adſit iuſta cauſa dimidianda, non licet pænitenti dimidiare confeſſionem, & detegere aliqua peccata vni confeſſario, & alia alteri, in nihilo refragante, quod ille Confeſſarius habeat iuriſdictionem ſuper illis peccatis oblitis, nam nihilominus non poteſt quo ad illa dare abſolutionem, & quo ad alia remittere ad Confeſſarium habentem facultatem, prò vt etiam Sacerdos, qui non habet facultatem abſoluendi a reſeruatis, non poteſt præciſa neceſſitate, vel rationabili cauſa abſoluere pænitentem à non reſeruatis, ipſumque mittere ad Superiorem prò reſeruatis, ità ex *Henriquez lib. 1. num. 70. & lib. 8. num. 80. ex Suarez. diſ. 31. ſect. 2. & ex Coninch. Nugno. Vaſquez. filiuc. Ledeſma tradit Bonaccin. de pænit. Sacrament. diſ. 5. qu. 7. punct. 5. §. 3. propoſ. 2. num. 5. tom. 1. fol. mihi 226.*

11 Licet contrarium doceant *Nauar. de pænit. diſt. 5. §. cautus num. 12. & 13. & ſeq. fol. mihi 178. Caietan. in verbo confeſſio conditione 10. Emanuel Sà. in verbo abſolutio num. 24. Valentia tom. 4 diſ. 7. q. 11 punct. 1. pag. mihi 1349. Zerol. de pænit. cap. 13. qu. 13. verſ. tertio, vt ipſe Sayr. de pænit. cap. 16. nu. 7. Vaſquez. quæſt. 91. art. 3. dub. 9. num. 1. & 2.* affirmantes

inferiorem poſſe audita omnium peccatorum confeſſione abſolutionem à non reſeruatis impendere & tranſmittere pænitentem ad ſuperiorem prò reſeruatis, modo pænitens non ſit obſtrictus aliquo vinculo excommunicationis, à qua inferior Confeſſarius abſoluere nequeat.

12 Ad 3. dubium animaduertebam, quod quando vouens nõ præſcripſit tempus adimplendi votum, licet non teneatur ſub mortali adimplere votum ſtatim metaphycè, tenetur tamen adimplere quam primum commodè moraliter poterit, niſi iuſtam differendi cauſam habeat, ac proindè ſi nacta opportunitate voti adimpletionem notabiliter differat peccat mortaliter, & multo magis ſi præuideat, niſi tunc adimpleat, quod poſtea notabiliter differenda ſit eius adimpletio, aut ſuperuenturum ſit perpetuum impedimentum, quoties enim votum adimpleri poteſt commodè, tunc vrget eius obligatio ad eius implementum, vt habetur in *Eccleſiaſt.5.* vbi dicitur *ſi quid vouiſti Deo memoris reddere, & Deut. 23. cum votum voueris Domino non tardabis ſoluere*, nam ſicut debitor, vbi non eſt præfixum terminum ad ſoluendum, quam primum de iure tenetur ſatisfacere, vt creditor ſuum conſequatur, ne damnum, incommodum, aut iacturam ſenſiat, ita vouens quam primum tenetur ſoluere debitum per votum contractum cum Deo, ne detrimentum, & ſpirituale damnum eius anima patiatur, ità *Bonaccina circa ſecundum Decalogi præceptum, diſ.4. qu.2. punct.5. §.1.num.1.tom.2.fol.mihi 294. ex Valentia 2.2. qu. 6.punct.4. Azor.inſtit.moral.par.1.lib.11.cap.17.qu. 10.Suarez.de voto lib.4.cap.12.nu.7.filiuc.tract.26. cap.4.qu.10.nu.120. & ſeq. Layman. lib.4. tract.4. cap.3.nu.5.*

13 Licitum tamen eſt iuſta de cauſa voti executionem differre, tum quia votum vires accipit, & obligat iuxta intentionem vouentis, ſecundum quam non præſumitur voluiſſe ſibi tam ſtrictam obligationem imponere, vt voti adimpletionem iuſta de cauſa differre nequeat; hinc eſt quod vouens Religionis ingreſſum abſque limitatione temporis poteſt ingreſſum differre donec efficiatur validior ad perferendas Religionis aſperitatis. *Silua in verbo votum 1.quaſt.3. ad finem* Bonaccina *circa 2.Decalog.præcept.diſ.4 q.2.punct.5.§ 1. verſ. dixi niſi iuſtam, & num.2.tom.2.fol mihi 294.* prò
14 vt etiam poteſt differre vſque ad tempus, quo vouentis parentes minus ægrè ferant, ſi grauem moleſtiam hac de cauſa ſuſcepturi ſint ob ſubitaneũ ingreſſum. *Sanchez.in op.moral.lib.4.cap 14.n.13. Silueſter in verbo votum 1.qu.3. ad fin.*Bonacc. *circa 2.Decalog.præceptum diſ.4.qu.2.punct.5. §.1.nu.2. in fin.tom.2.fol.294.& num.3.* vbi etiam quod cauſa legitima ſi vouens credat ſe votum cum maiori deuotione adimpleturum differendo ad magis opportunum tempus, *Arragon.2.2.qu.88. art.5. Tabienſ.verb.votum 3.qu.3.* & generaliter ſicut poſſumus iuſta ſubſiſtente cauſa executionem aliorum præceptorum differre, ità etiam poſſumus voti adimpletionem procraſtinare. *Suarez.de voto lib.5.*
15 *cap.6.* nulla verò legitima, vel rationabili concurrente cauſa differendi ingreſſum Religionis, promiſſæ, vel alterius voti adimpletionem peccat mortaliter vouens toties, quoties ſenſit ſuæ conſcientiæ remorſum ſollicitantem ipſum ad ſatiſfaciendum ſuæ obligationi, quandiù commodè votum implere potuit, immò potius dici debet ipſum toto eo tempore fuiſſe in peccato mortali, ſicut moroſus debitor continuò peccat, donec debito ſuo ſatiſfaciat, vt in ſimili docet *Coninch.de Sacrament.diſ.3.dub.3.nu.20.*

16 Ad 4. dubium pro reſolutione conſiderabam, quod qui vouit alicuius determinatæ Religionis inſtitutum, ſeù ingreſſum, vel profeſſionem, ſi ad illam ab eius ſuperioribus, non fuit admiſſus remanet liber ab omni obligatione voti, cum per vouentem non ſteterit, dum ex parte ſua adhibita fuit omnis diligentia prò admiſſione, votum enim obligat ad impoſſibile, aut vltra intentionem vouentis, & ſemper cenſetur emiſſum ſub tacita conditione quatenus admittatur ad habitum, quæ admiſſio non pendet à voluntate vouentis, ſed à Superioribus Religionis, ſecus autem ſi per ipſum vouentem ſtaret ne reciperetur, vel non paſſus ſit repulſam ſimpliciter, ſed ad tempus propter aliquam cauſam, nam tunc tenetur elapſo eo tempore ingredi volentibus Religioſis ipſum admittere, & tenetur vſque ad illud tempus expectare, vt recipiatur, prò vt etiam ſi repulſam tulerit ob aliquam cauſam temporalem, nam votum habet tractum ſucceſſiuum, & obligat tranſacto eo tempore, & ſublata cauſa temporali, ità de communi DD. ſententia tradit. *Bonacc. circa 2.Decalog.præceptum diſ.4.qu.2.punct.5. §.6. n.10. tom.2.fol.mihi 305.ex Regnal.lib.18.nu.179.& 380 Valentia 2.2.diſ.6.qu.6.punct.4. Sanchez.lib.4. cap. 19. num.52. 53.71.& 73. Azor.1.par.lib.1. cap.22. quaſt. 5.*

17 Hinc eſt, quod qui vouit Religionem, & in ea profeſſionem emittere, ſi non fuit admiſſus, vel fuit eiectus non tenetur ex vi voti ad ſeruandam caſtitatem, & alia, quæ ſtatui Religioſo ſunt adnexa, niſi principaliter vouerit caſtitatem, & Religionem, quia qui vouit aliquem ſtatum non obligatur ad leges eiuſdem ſtatus, niſi eundem ſtatum aſſumpſerit, ideò non obligat extra ſtatum. *Suarez.lib.4.de voto cap.7.num.15. Sanchez.in ſum. lib.4.cap.16.num.1.2.& 3.Paul.Layman.lib.4. tract. 4.cap.6.num.14. Filiuc.tract.26.cap.3.num.95.* cum alijs relatis per Bonaccin.in *2. Decalog.præcept.diſ.4 q.2.punct.5.n.17.tom.2.fol.mihi 306.*

18 Propterea qui vouit certam, determinatamque Religionem animo in eadem admittendi, non tamquam laicus, ſed tamquam Clericus, ſeù Choro deſtinatus, ſi à ſuperioribus eiuſdem Religionis non admittatur, quia inhabilis reputatus fuit, & huiuſmodi inhabilitas non emanauerit negligentia, incuria, & cauſa ipſius vouentis non tenetur ingredi vti laicus, & liber remanet à voto, verum ſi inhabilitas emanauerit cauſa, & culpa ipſius vouentis, vt ſi aduerterit ſe non admittendum eſſe in Religionem, niſi prius eſſet ſufficienter literis excultus peccauit mortaliter ſi literis operam non dederit, ſed tempus conſumpſerit, vel in peragrando orbe, vel in militia, vel in auliciſmo, vel in alijs inutilibus occupationibus, vt effectus fuit inhabilis, ineptuſque ad neceſſariam literaturam capeſſendam, aſtrictus enim voto Religionis tenetur vi voti literaturam addiſcere, vt admittatur, cum prædicta autem cognitione, ac deliberatione, qui vouit Religionem cenſetur

etiam implicitè vouiſſe operam dare literis tamquam media neceſſaria ad aſſequendum finem voti, & promiſſionem Deo factam, ſecus verò ſi in voti emiſſione non animaduertit, vel ignorauit, nam tunc ignorantia excuſat, vt tradit *Bonaccina in 2. Decalog. præceptum diſ.4.qu.2.punct.5. §.6.num.12.tom.2. fol.mihi 305. Sotus de iuſtitia lib.7.qu.2.art.1.ad 3. verſ.quid autem ſi repellaris, Philiarc.de offic.Sacerd. tom.1. part.2. lib.3. cap.21. Sanchez.in opuſc.moral.lib.4.cap.16.nu.61. vbi latè Azor.lib.11. cap.22.q.vlt.*

19 Vbi verò ità vouens non ſit adeò ſenex, nec ità effectus inhabilis, vt adhuc poſſit ſubire laborem addiſcendi literas, & abſque grauiſſimo incommodo ſit probabilis ſpes proficiendi, vtique ex vi voti emiſſi tenetur ſubire hunc laborem, aut certè ſi nolit hunc laborem literis operam dandi ſubire, tenetur ingredi Religionem prædictam, vt laicus, quoniam votum Religionis obligat vouentem ad faciendum quantum in ſe eſt, vt ſatisfaciat voto, & propterea tenetur adhibere omnia media, licet difficilia, & cum graui difficultate ſuperabilia, præſertim ſi ab eodem, vt diximus prçuiſa fuerint ſibi fore neceſſaria, obligatio enim Religionis eſt grauiſſima, ac proindè aſtringit vouentem ad diligentiam humano modo poſſibilem adhibendam, qualem ſcilicet poſtulant res arduæ, & magni momenti, ad tradita per *S.Thom. 2.2.quæſt.88. art.3.ad 2.& quæſt. vltim. art.3.ad 5. Sanchez.in opuſc.moral.lib.4. cap.16. num.33.*quod
20 fortiùs ſibi locum vindicat, ſi vouens non patiatur abſolutè repulſam à Religione, ſed ſolum ob cauſam temporalem, nempè ob ſcientię defectum, qui etiam cum graui incommodo tolli poteſt, obligatio ingrediendi Religionem non extinguitur per eam repulſam, ſed ſolum ſuſpenditur; votum autem habet tractum ſucceſſiuum, & ſemper obligat remoto obice, & temporali impedimento ſublato, ità ex *Nauar.Reginal.Rodriq.Valentia, Sanchez. Aragon.Azor,*Laym.*& alijs docet Bonaccin.in 2.Decalog.præcept.diſ.4.quæſt.2.punct.5. §.6. nu.10.verſ.ſecundo modo tom.2.fol.mihi 305.*

21 Quod ſi fortè vouens ita abſolutè ob ætatem, vel alia de cauſa effectus ſit inhabilis ad acquirẽdam literaturam ſufficientem pro admiſſione ad Religionẽ, nec adſit aliqua probabilis ſpes, quod hoc impedimentum etiam cum graui incommodo, ac labore tollatur non tenetur ingredi Religionem, vt Laicus, dum tantum habuit in emiſſione voti animum, & intentionem ingrediendi, vt Clericus, cum votum non obliget vltra vouentis intentionem *Sotus de iuſtitia lib.7.quæſt.2.art.1. ad 3. verſ. quid autem ſi repelleris,* immò nec tenetur eligere aliam Religionem, quæ illum admittat, ſed omninò remanet abſolutus, & liber à voto, quotieſcunque enim vouenti ſuperuenit impedimentum perpetuum, etiam ex culpa ipſiuſmet vouentis ortum, ceſſat voti obligatio, adeò vt non teneatur, nec per interpoſitam perſonam, ſupplere, aut in aliud æquipollens commutare, ſed ſolum tenetur de præterita culpa contracta condignam pœnitentiam perſoluere, & ratio eſt, quia per impedimentum ſuperueniens culpabile non auſertur res debita ex iuſtitia, ſed ex Religione, cuius tranſgreſſio non inducit obligationẽ reſtituendi *D.Th. 2.2. quæſt.88, art.3.ad dub.1, Valentia 2.2. diſ.6.q.6 par.4.verſ. verum circa huiuſmodi, & tradunt alij DD.relati per Sanchez in oper. moral. lib.4. cap.2. num. 27. in fin.*

21 Sed ſi vouens tempore emiſſi voti non habuit expreſſam intentionem limitandi ſuum votum ad gradum Clericalem in Religione, putauit tamen ſe admittendum, vt Clericum, & pro Choro, non tenetur ingredi, vt Laicus, ſi nollent ſuperiores Religionis eum admittere niſi vt Laicus, vt potè quia ingreſſus in Religionem, vt Laicus efficit notabilẽ ſtatus mutationem, quæ reddit ipſum ingreſſum difficiliorem, & aliter quam exiſtimauit vouens tẽpore emiſſi voti, ex quo tollitur obligatio quoad illud diuerſimodè implendum ad tradita per *Sanchez in cap.moral.lib.4. cap.2. à n.22.& c.16.nu.55. poſt med.& n.56.in fin.* vbi ſubdit quod ſimiliter, ſi
23 vouens in actu emiſſi voti nihil cogitauerit de gradu ad quem in Religione voto promiſſa recipiendus eſſet, & tunc ſi vouens eſſet perſona nobilis, qualificata, erudita, vel talibus dotibus, & conditionibus prædita, quæ ſuo tempore habilem ad ſacros ordines ſuſcipiendos reddant, aut certe talis erat ingenij, vt de facili idoneus fieri putarat, ſi non admittatur, vt Clericus etiam ſi culpa ſua tempore medio affectus fuerit inhabilis ad talem gradum videtur remanere liber à voto, adeò vt non teneatur ingredi, vt Laicus, ſecus autem ſi tempore voti emiſſi carebat ſupradictis conditionibus, aut non erat nobili genere natus, aut ingenij prærogatiua conſpicuus, nam tunc ſi in voti emiſſioni nihil cogitauit de gradu Clericali, aut Laicali Religionis tenetur ingredi, vt Laicus, ſi à ſuperioribus non recipiatur, aut admittatur, vt Clericus quia hoc caſu nec expreſsè, nec tacitè cẽſetur vouiſſe Religionis ingreſſum, vt admittatur tanquam Clericus.

24 Ad 5. patet reſponſio ex ſupra deductis, atque firmatis, ſcilicet poſſe abſque diſpẽſatione Apoſtolica ducere vxorem illum, qui vouit Religionem ſi ab eius ſuperioribus non fuit admiſſus, ſed perpetuò excluſus, adeò vt non teneatur ingredi, vt Laicus, ſi vouit, vel putauit recipi vt Clericus, & vti talis non admiſſus fuerit contra expreſſam, aut tacitam eius voluntatem, ſeù intentionem in emiſſione voti, tum quia remanſit liber à voto, ac proindè ceſſauit impedimentum ad cõtrahendum matrimonium, tum etiam quia adimpletio voti eſt effecta impoſſibilis attento diſſenſu, & excluſione habita à Prælatis Religionis cum ad impoſſibile nemo teneatur, ita *Bon.in tit.circa 2.Decal. præcept.diſ.4. quæſt.2.punct.5 §.6.num.28.tom.2.fol. mihi 306.*

25 Non enim ex vi voti, qui vouit ingredi Religionem, aut in ea profiteri, ſi non fuit admiſſus, vel fuit electus tenetur in ſæculo ſeruare caſtitatem, aut alia, quæ ſtatui religioſo ſunt annexa, niſi forte dum votum Religionis emiſit principaliter etiam vouerit caſtitatem independenter ab ipſa Religione, alias cum cenſeatur promiſſa dependenter ab aſſumptione illius ſtatus non oritur obligatio ad illam ſeruandam, niſi poſt eiuſdem ſtatus aſſumptionem, ita ex *Valentia, Claui Regia, Rodriq.Nauar.Azor.Caiet.Sanch.Suar.Filiuc.Paul. Laym.tradi Bonac.in 2.Decal.præc.diſ.4.q.2.punct.5 §.6.n.17.& 18.per tot.tom.2.fol.mihi* 306.

Et ita ſaluo ſemper, &c.

FIR-

FIRMANA HOMICIDII.

ARGVMENTVM.

Mandans percuſſionem, ſeu Clerici homicidium, ſi Clericus mandatarius ab occidendo præuentus occidatur non incurrit excommunicationem, nec irregularitatem.

Occidens in Eccleſia in pura riſſa, vel ad ſui defenſionem non priuatur immunitate Eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 Mandans, ſeù conſulens Clerici percuſſionem ſi mandatarius ſit Clericus, & occidatur ab aggreſſe non incurrit excommunicationem *Canonis ſi quis ſuadente diabolo.*

2 Ad incurrendam cenſuram *Canonis ſi quis ſuadente diabolo* requiritur, vt mandatum, aut conſilium influat directè in Clerici percuſſionem.

3 Clericus, qui dimiſſo habitu Clericali immiſcet ſe enormibus perdit priuilegium Canonis.

4 Clerici percuſſor ad ſui defenſionem excuſatur ab excommunicatione *Canonis ſi quis.*

5 Limit. procedere dummodò non excedatur modus inculpatæ tutelæ.

6 Moderamen inculpatæ tutelæ dicitur ſeruatus ſi aggreſſus manus aggreſſoris aliter euadere non poterat, niſi eum præueniendo.

7 Amp. vt etiam dicitur ſeruatus ſi inſultatus non plus fecit, quam facere oportebat.

8 Amp. vt arbitrio Iudicis remittatur, an, & quando ſit ſeruatum modeamen inculpatæ tutelæ.

9 Limit. vt non liceat preuenire aggreſſorem antequam incipiat aggreſſionis actum, alias non dicitur defenſio.

10 Sublim. ſi alia moraliter non appareat via euadendi mortem.

11 Vxori licet occidere maritum, qui collocauit pugionem ſub ceruicali ad eius necem.

12 Defenſio, quid ſit.

13 Defenſio dicitur eſſe antequam quis offendatur.

14 Irregularitas non incurritur ob homicidium commiſſum ad defenſam cum moderamine inculpatæ tutelæ.

15 Mandans homicidium ſi interficiatur mandatarius non efficitur irregularis. Contrarium. n.16.

17 Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet, qui committit homicidium, vel membri mutilationem in Eccleſia appenſatè, & ex propoſito, ſecus in pura rixa, vel ad defenſam.

18 Attentans violare immunitatem Eccleſiaſticam etiam effectu non ſecuto incidit in pœnas contentas in Gregoriana conſtitutione. Intellige, vt n.19:

20 Extractio confugientis ad locum immune, vt ſit licita, quæ requirantur.

21 Conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam ſunt ſublatæ, & abrogatæ.

22 Decretum irritans prohibet allegari contrarium vſû.

23 Clauſula ſublata tollit omnem facultatem aliter iudicandi in contrarium.

24 Conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam à Sũmo Pontifice in fulminatione bullæ Cœnæ abrogantur.

25 Immunitas Eccleſiaſtica quibus medijs temporalibus tuenda eſt ad repellendam violentiam.

26 Homicidium commiſſum ad defenſam cum moderamine inculpatæ tutelæ eſt impunibile.

27 Occidens aliquem probator ad ſui defenſionem occidiſſe, ſi appareat ab occiſo inſultatum fuiſſe.

28 Inſultatus, quidquid facit non ad vindictã, ſed ad ſui defenſionem facere præſumitur.

29 Inſultatus probato inſultu euadit pœnam homicidij, & delicti.

30 Aggreſſor magis videtur à ſe ipſo occiſus inſultando, quam ab ipſo inſultato illum occidendo pro ſui defenſione.

31 Occidens aliquem ſe defendendo non dicitur committere maleficium.

32 Occidens præparantem ad offenſam, licet nondum offenderit ad ſui defenſionem occidiſſe dicitur.

33 Excedens modum inculpatæ tutelæ in ſe defendendo ſi non de dolo, ſaltem de culpa eſt puniendus:

34 Iudici, & executoribus abſque iuriſdictione, & iniuſte procedentibus licet impunè reſiſti,

35 Iudex laicus nulliter, & iniuſtè procedens cenſetur agere, vt priuatus.

36 Clericus homicidium committens ad defenſam ratione ſcandali qua pœna puniri poſſit.

37 Tractatus, & ordinatio in delictis licet atrociſſimis punitur pœna extraordinaria effectu non ſecuto. Amp. etiam in mandante, & mandatario.

38 Delicta non conſumata, etiam atrociſſima puniri non poſſunt pro delictis perfectis.

39 Cudens falſam monetam in qua adhuc non fuerit impreſſa imago Principis puniri debet pœna extraordinaria.

40 In delictis de generali conſuetudine nõ punitur eadem pœna affectus, & conatus non ſecuto effectu.

41 Qui animo occidendi aliquem percuſſit extraordinaria pœna eſt plectendus, puta pœna pecuniaria. num. 42.

DECISIO XLVIII.

CAius exempligratia quærens è medio tollere Titium Sacerdotem ſibi infenſum, dedit pecuniam, & mandatum Sempronio Clerico ad eundem occidendum, monitus interim Titius ab amico conſcio de ſicarij, & facinoroſi mandatarij Clerici inſidijs, eum præueniendo interficere curauit, perpetratoque flagitio ad Eccleſiam confugit, in qua dum permanebat Gubernator, & Iudex laicus loci commiſſi delicti neſciens Titium eſſe Sacerdotali caractere inſignitum ad aſſecurandam curiam de eius perſona miſit ſatellites ad eum extrahendum ab Eccleſia, ſed ille conatum repellendo, ſtrenuèque ſe defendendo vnum birruariũ in eadem Eccleſia necauit, ac proindè extractus nõ fuit, fabricato deſuper ab Ordinario proceſſu, mihi infraſcripta dubia, vt meum audiret iudicium propoſuit.

Primò an Caius, qui dedit mandatum ad occidendum, & occaſionem occiſionis Clerici Mandatarij, & ipſe Titius eiuſque amicus, qui manifeſtauit inſidias inciderint in excommunicationem *Canonis ſi quis ſuadente Diabolo*, & effecti ſint irregulares.

2 An Titius ob vtrumque delictum priuatus remanſerit beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ.

3 An Iudex ſæcularis, & ſatellites inciderint in pœnas ſancitas in conſtitutione Gregoriana contra violantes Eccleſiaſticam immunitatem, attento quod extractio ſecuta non fuerit.

4 An, & quà pœna plectendi ſint Titius, & Caius ob vtrumque homicidium commiſſum ob mãdatum datum ad occidendum.

Quo ad primum videbatur Caium, qui dedit
1 pecuniam, & mandatum ad occidendum Titium Sacerdotem non incidiſſe in excommunicationem *Canonis ſi quis ſuadente Diabolo*, nèc per cedulones denunciandum eſſe excommunicatum ob violentas manus impoſitas, & ſubſecutum homicidium in perſonam Clerici mandatarij, & quoad euitandam propriam necem à Titio præuentus è medio ſublatus fuerit, in nihilo refragrante mandatum Caij ad occidendum Titium dediſſe cauſam

occi-

occiſionis Clerici mandatarij , vtpotè quia huiuſmodi mandatum non erat directum ad ſubſecutam necem , nec directè, nec indirectè ab ipſo mandatario præmeditatam , aut procuratam , ad
2 incurrendam autem huiuſmodi cenſuram , requiritur vt mandatum, aut conſilium re vera influxerit in percuſſionem, & necem , & conſequenter debet concurrere effectus prohibitus ſub cenſura, ſiquidem in *Canone ſi quis ſuadente Diabolo* prohibetur conſilium, ſeù mandatum , quatenus ſit directè cauſa percuſſionis , aut morti Clericis, homicidium autem ſubſecutum vltra intentionem mandantis, & extra limites mandati reſpectu mādatarij habetur prò caſuali, dum non videtur cooperaſſe ad necem ipſius Clerici mandatarij , pœna enim cenſuræ inflicta in præfato Canone non eſt extendenda de caſu ad caſum , ſed ſtrictè tamquam odioſa reſtringenda in præciſis terminis ſuę diſpoſitionis , & intentionis legislatoris, *Bonac.in tit.de excommunicatione diſ.2. quaeſt.4. punct.2. §.2. num. 3. tom. 1. fol.mihi 499. Henriq. lib.14.cap.16 num.1. lit.* K.

3 Prò vt etiam videbatur quod nec amicus ille Titij , qui eundem admonuit de imminenti periculo mortis , & inſidijs, quas Clericus ſicarius illi tendebat , nec ipſemet Titius , qui ex tali admonitione deuenit ad homicidium Clerici inſidiatoris , contraxerint excommunicationem præfati Canonis nec tenentur adire Sedem Apoſtolicam prò abſolutione ; ſiquidem hoc ipſo, quod Clericus immiſcet ſe enormibus, & contra clericalium ordinum dignitatem , & ſanctitatem ſicarij munus exercet , & facinoroſus efficitur amittit priuilegium Canonis, prò vt etiam priuatur ſi armis acceptis aut ſeditionem excitaret , aut publica perpatraret delicta, aut alia flagitia committeret, cum immanitate, ſæuitia, & hoſtilitate in grauem proximi iniuriam , vel contra iuſtitiam , ac Reipublicę pacem , aut vniuerſitatis quietem ; vt ſanciuit *Clemens III*. in ſua Conſtitutione relata in *cap.cum non ab homine de ſenten.excomun.* ibi *in articulo verò ſecunda quaeſtionis reſpondemus, quod occiſores Clericorum , aut Presbiterorum, qui contempto Clericali habitu tyrannidi , & enormitati ſe inuerecundè immiſcent , in odium Clericalis exceſſus , & terrorem , atque correctionem ſimilium canone lata ſententiæ minimè correcentur , iniungatur tamen eis pænitentia competens aliquantulum aſperior , quā ſi in laicos talia commiſiſſent*,& in alia eiuſdem Pontificis conſtitutione relata *in cap. perpendimus eod. tit. de ſenten.excommun.* ibi : *Fraternitati tuæ duximus reſpondendum , quod ſi memoratus Sacerdos tali modo exceſſit , & non propulſando , ſed in ferendo iniuriam fuit occiſus , non videtur nobis , quod inferiores eius propter hoc ad obtinendam abſolutionem Apoſtolicam Sedem adire cogatur , tu verò, qui merita perſonarum benè noſtri pænitentiam , eis competentem iniungas* , itá etiam ſtatutum habemus ab *Alexandro III. in cap.primo de Apoſtatis* , vbi expreſſe pariter diſponitur , quod Clericus , qui dimiſſo habitu , & tonſura immiſceat ſe enormitatibus perdat priuilegium *Canonis ſi quis ſuadente*, nec propterea eum deprehendentem incidere in canonem ſcilicet excommunicationem, & hanc ſententiam docent *Angel. in ſumma in verbo Clericus 10.num.2. Reginald.tom.1.lib.1.num.234. §.aduerte verò illud* .

4 *Vlterius* concurrere videbatur pręfatum homicidium perpatratum fuiſſe ad euitandam eminentem mortem per inſidias Titio paratam , & ſic ad ſui defenſionem vim vi repellendo , cum alia via vitæ diſcrimen , in quo conſtitutus erat , euitare non poterat , quo caſu Clerici percuſſor excuſatur ab excommunicatione *Canonis ſi quis ſuadente* per textum apertum in *Cap.ex tenore , & in cap.ſi ve-*
5 *rò de ſent. excom.* & ratio eſt quia huiuſmodi percuſſio non cenſetur vis , aut vltio , ſed defenſio , de iure naturæ licita , & cuilibet permiſſa , modo non excedatur modus inculpatæ tutelæ, cum aduertentia , & deliberatione , vt in puncto ex *Suarez.Sayro, Auila, Angelo, Molina , Emanuel Sà Reginald.Coninch.Filliuc.Nauar.tradit Bonaccin. de cenſur.in particular.tit.de excommunic.in pratic.extra Bull.Cœnæ diſ.2.qu.3.punct.6.ſect.4 num.1. to.3. fol. mihi 226. & ex legiſtis tradunt DD. relati per Farinac. in prax.crim in tit.de homicid. quaeſt. 125. num.418.*

6 Moderamen autem defenſionis , & modus inculpatæ tutelæ vtique dicitur ſeruatus, quando inſultatus , vt in præſenti , ſeù ille, cui per inſidias clandeſtinas mors imminebat , manus aggreſſoris , ſeù ſicarij aliter euadere non poterat , niſi illum præueniendo , ac occidendo , & ſic sè defendendo , & propriam vitam in tuto ponendo , & à diſcrimine ſe liberando , ad latè tradita per *Farinac.* qui alios ſuo more copioſè allegat, *in tit.de homic.q.125. n.340. vſque ad 376.*

7 Quoties enim inſultatus , ſeù conſtitutus in diſcrimine vitæ non plus fecit, quam facere oportebat non dicitur exceſſiſſe modum defenſionis. *Hoſtien.in cap.dilecto num.2. verſ.ſi perſonę, & num.3. dummodo non amplius de ſenten.excomm.in 6.Iodob. in pract.crim.cap.76.num.16.Gaſpar.Caballin.in addit.ad conſtit.*Marchiæ *lib.4. cap.54. in verbo ad defenſionem num.11.in fin.Angel.*de *malef.in verbo, & dictus* Titius *ſe defendendo num.18. in fin.* cum alijs relatis per *Farinacc. dicta quaeſt. 125. numer. 231. & num.381.*

8 Et cum arbitrio Iudicis remittatur,an, & quando ſeruatum ſit moderamen inculpatæ tutelæ , arbitrium in præſenti bene penſatis facti circumſtantijs eſſe debet pro non exceſſu, *DD. relati per* Farinac.*dicta qu.125.num.395. Maſcard.de probat. lib.5. concl.1126.ſub num.30.Sebaſt.*Medic.*de caſu fortuit.par.1.qu.8.num.54.Menoch.de arbitrar.caſ. 277.num.5.Imol.in Clement.1.num.11.poſt. med. & in fin.de homicid.Cepol.conſ.crim.41. num.10.verſ. aut verò .*

9 Nec infringit quod non liceat præuenire aggreſſorem propriæ vitę antequam incipiat moraliter aggreſſionis actum , eo quia ante aggreſſionis actum nulla vis infertur , quæ repellenda veniant , & conſequenter non licet alium occidere ad vim repellendam, quæ adhuc non fuit illata, vt ex *Nauar.Leſſio, Aragonio, Rodriquez,in locis per eum relatis tradit Bonaccina de reſtitutione in particulari diſ.2.qu.vltim.ſect.1.punct.9.n.1.tom. 2.fol.mihi 554.*

10 Quia hoc ipſo, quod Clericus ſicarius acceptanit mandatum ad occidendum Titium , & occultas ad hunc effectum parabat inſidias , vtique etiam non ſolum fiſicè , & realiter , ſed etiam moraliter inchoatus dici debet aggreſſionis actus, ex

quo

quo alia moraliter apparere non videbatur via eua
dendi mortem ſibi imminentem , quam præue-
niendo,& inſidias repellendo per mandatarij ſtra-
gem , vt benè animaduertit idem *Bonaccina in tit.
de reſtitutione in particular. diſ.2.qu. vltim. ſect.1.
punct.9.num.1. verſ.dixi ante quam tom:2. fol.mihi*
11 554. vbi *num.2.* exemplificat, quod ſimiliter lici-
tum ſit vxori occidere maritum , qui iam collo-
cauit pugionem ſub ceruicali ad eius necem , aut
parauit venenum , & quid ſimile modo non ſit e-
uadendi alia ſpes ex eius manibus, ex *Nauarr. Iu-
lio Clar. Leſsio, Rodriquez, Bannes, Filliuc. Tur-
riano* , *Molina* , *Corduba* , & alijs , quos al-
legat.
12 Siquidem defenſio nihil aliud eſt, quam inſtan-
tis , & imminentis offenſionis propulſatio , vt ex
Farinac.qu.125.num.2.& 3.tradit Vermigliol:conſ.
13 *crim.152.num.19* & ſic defenſio dicitur eſſe ante
quam quis offendatur , & iniuria propulſetur , &
offenſio repellatur , quia poſt offenſionem recep-
tam , non eſt defenſio , ſed vindicta . *Io: Anan. in
cap.ſi perſondes 3 de homicid.Dec.in l vt vim:3. de
iuſt.& iur.cum alijs per March. Paul. Leon. in prax.
ad liter.M. Pænit.par. 3.tit.de forma abſol. & diſp.
immo ſufficit fol.mihi 351.*
14 Hinc agrediendo ſecundam partem dubij vide-
batur etiam Titium nullam contraxiſſe irregulari-
tatem ob ſupradictum homicidium perpatratum
ad ſui defenſionem , tum de iure antiquo , & no-
uo , tum vigore Concilij Tridentini , nam licet
ex dicti Concilij Tridentini decreti requiratur
diſpenſatio , hoc tamen intelligi debet de homi-
cidio perpetrato cum aliqua culpa,& exceſſu mo-
deraminis inculpatæ tutelæ , in nihilo refragran-
te , quod Titius præueniendo occiderit mandata-
rium , cum ad effugiendam irregularitatem exu-
beret , vt quis ſit conſtitutus nedum in periculo
vitæ , ſed etiam Mutilationia , vt latè tradit *Fa-
rinac.* qui alios allegat *in par:2. fragment.criminal:
in verbo irregularitas num.472.cum ſeq.iuncto num.
476. & 480. & ego ipſe demoſtraui ſupra deciſ. 28.
Adnot.5. num. 48.* cum pluribus ſequent. *Aula de
cenſuris part. 7. de irregularit. diſ. 5. ſect: 3. dub.1.
columu.2.*
15 Propterea multo minus dicendum eſt amicum
Titij , qui eundem certiorauit de inſidijs Clerici
mandatarij occiſi , effectum fuiſſe irregularem ,
immo ex probabili ſententia neque Caium , qui
dedit mandatum ad occidendum per ſubſequtam
mandatarij necem contraxiſſe irregularitatem, &
ratio eſt, quia mors mandatarij cenſetur caſualis
reſpectu mandantis , vel conſulentis , qui nec ra-
tione voluntatis , nec ratione mandati videtur co-
operatus ad mortem eiuſdem mandatarij, eo ma-
gis, quia ex tractatu,& modo, quo Clericus man-
datarius debebat interficere Titium , ipſe man-
dans non potuit præcogitare ſecuturam mortem
mandatarij , ſed potius veriſimiliter credidit non
ſecuturam , & hanc ſententiam tuentur, *Haſtien.
ſpecul.Henriq.lib.14.cap.16.n.1.lit.K.*
16 Ex probabiliori tamen ſententia , quod effectus
fuerit irregularis deducitur , quia videtur man-
daſſe , & conſuluiſſe opus periculoſum mortis ,
cum mandans non poſſit eſſe certus , & ſecurus
de vita mandatarij , dum illum exponit ad alium
occidendum , nam tunc exponit periculo , vt oc-
cidi poſſit , incertum enim eſt rerum exitus , vt
experientia docet , & licet mors mandatarij reſ-
pectu mandantis reputetur caſualis , tamen homi-
cidium caſuale ſolum excuſat , & non imputatur
ei , qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa,
ſecus autem , vt in præſenti, quando datur opera
rei illicitæ , ad *textum in cap. Ioannes de homicid.
voluntar.& caſual.* vbi Innoc. III. reſcripſit Epi-
ſcopo, & Capitulo Veneten. ibi: *nos igitur atten-
dentes , quod dicto Sacerdoti , qui dabat operam rei
licitæ nihil potuit imputari , ſi caſus omnes fortuitos
non prœuidit , diſcretioni veſtræ mandamus quatenus
ſi conſtiterit ita eſſe dictum* Sacerdotem , *Sacerdota-
le officium exequi permittas* , prò vt etiam ſanciuit
Gregorius IX. vt *in cap fin.dicto tit.de homicid.vo-
luntar.& caſual.* ibi : *Attendentes igitur quod Sa-
cerdos ipſe dabat operam rei licitæ , ſtuduit etiam ,
quam debuit diligentiam adhibere circumſtantibus ,
quibus periculum imminebat , ita tempeſtiuè , & al-
ta voce permonitus , quod intelligere , & fugere
potuerunt, inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod
ob hanc cauſam , vel quia omnes caſus fortuitos,qui
præuidere non poſſunt forſitan non præuidit , non de-
bet quoad afficium, vel beneficium impediri,* & hanc
ſententiam probabiliorem exiſtimat *Bonaccina in
tit.de irregularit.diſ.7.qu.4.punct.7.ſub num.17.to.1
fol.mihi* 573.vbi allegat *Conar.Nauar.Suarez,Aui
iam,Vgolin. Molin. Filliuc.Reginald.Sayrum.in locis
per eundem relatis.*
Quoad 2. dubium de plano dicebam Titium
prò vtroque homicidio gaudere debere priuilegio
immunitatis Eccleſiæ,quia vtrumque homicidium
non commiſit ex propoſito,& appenſatè,ſed pro-
uocatus ad ſe defendendum,& licet in *Bulla Gre-
gorij XIV. de immunit. Eccleſ. ex ordine in nouo
Bullar. tom 2.conſtit.7.fol.694.* excipiatur homici-
17 dium , & mutilatio membri commiſſa in Eccle-
ſia , tamen hoc intelligitur de homicidio ex pro-
poſito, & appenſatè in Eccleſia commiſſo , ſecus
ſi homicidium ſequatur per accidens , & in pura
rixa , & maximè ad occiſi prouocationem , & ad
ſui defenſionem , vt in caſu noſtro , & ità fuiſſe
deciſum Rumę de anno 1639. occaſione cuiuſ-
dam homicidij facti in Eccleſia S. Ioannis Latera-
ni teſtatur , *Diana reſol.moral.par.6. tract.1.de im-
munit.Eccleſ.reſol.7.§:ſed quid dicendum , quem ca-
ſum etiam refertur per Sperel.deciſ.59. num.36. &
37. tom.1. & latè comprobat Vermigliol: qui in hu-
iuſmodi caſu conſuluit conſ.crim.103. nu.4. Farinac.
de immunit Eccleſ.n.240.*vbi hanc ſententiam cre-
briorem , & ſequendam profitetur, cum in his ca-
ſibus occidens,vel mutilans non videatur habere
animum irreuerentem offendendi, & violandi ip-
ſam Eccleſiaſticam , idem *Diana par.1. reſol. mo-
ral.tract.1.de immunit.Eccleſ.reſol.11.& p.4.tract.
2.tit.eod.reſol.107.* Guttier.*pract.qu.lib.3.qu.1.n.3.
5.& ſeq.Nauar.in ſumma Bullar.tit.de immunit.nu.
58.Bobadilla in ſua Politica lib.2.cap.14.num.25.&
ſeq.Giurba conſ.30.num.22.& conſ.90.num.23: Re-
mig:de Gon.de immunit.Eccleſ.in 3.fallen.num.3.Ta
bien.in ſumma inverbo immunitas num.10.ad fi.verſ.
& quid ſi comiſit Roſel.in eodem verbo Immunitas
il 2.num.2.Azor:inſtit.moral.par. 2.lib.9.ſub num.9.
ſeſſa deciſ:Aragon.141. num.8. & ſeq.* vbi de com-
muni.
18 Ex quibus patet reſponſio ad 3. dubium, ſcili-
cet

cet Iudicem laicum, & Birruarios ob attentatam Titij extractionem licet irrito conatu incidiſſe in excommunicationem, & pœnas contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam per ſupradictam cõſtitutionem latas, ſiquidem licet generalis regula ſit, quod non puniatur affectus, non ſecuto effectu, & quod ad incurrendas pœnas ordinarias exigatur actus conſumatus cum effectu ſubſecuto, tamen in caſu violationis immunitatis Eccleſiaſticæ ſufficit etiam actus attentatus, licet non conſumatus, quia Eccleſiæ eſt deferendus, honor, & reuerentia, & per actum attentatum, & inchoatum ſit iniuria Eccleſiæ, & auferatur honor, & reuerentia debita, tum quia ita expreſsè diſponitur non ſolum de iure Imperiali in *l. 2. C. de ijs qui ad Eccleſiam confugiunt*, ibi: *ſi quiſquam contra hanc legem venire tentauerit*, verum etiam de iure Pontificio in allegata *Conſtitutione Gregorij XIV.* ibi, *quiſquam precer, aut contra] huius noſtra conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit declaramus etiã*, verbum autem *attentare* non ſupponit effectum, ſed tantum inchoatum, & non perfectum, vt declarat *gloſ. in dicta l. 2. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. in verbo tentauerit*, ita reprobato Gambacurt. aſſerente ſupradicta verba intelligenda eſſe de attentato cum effectu ſubſequto ad effectum incurrendi pœnas conſtitutionis in *tract. de immunit. lib. 8. cap. 13.* docent *Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 14. num. 7. Marius Ital. eodem tract. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 60. Farinac. in tract. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num. 322. Ambroſin. eodem tract. cap. 15. nu. 6. Megala in 3. par. lib. 4. cap. 3. qu. 2. nu. 30. Diana reſol. moral. par. 1. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol.* 15. vbi in
19 fine ſubdit, quod ad hunc effectum non ſufficiat ſolum cogitationem, ac propoſitum extrahendi, ſed requiritur, vt deuentum fuerit ad aliquem actum exteriorem, vt attentata dicatur violatio immunitatis Eccleſiaſticæ.

20 Ad euitandas enim pœnas Gregorianæ conſtitutionis contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam, ſeu extrahentes confugientes ad loca immunia, duo copulatiuè requiruntur; primo, quod caſus ſit exceptus in eadem Bulla, 2. licentia Epiſcopi, vel eius officialis auctoritatem habentis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticę ab eodem deputandæ, alias ſi Iudex ſæcularis per vim, & propria auctoritate ad extractionem deueniat, etiã in caſibus exceptis committit Sacrilegium, & incurrit in excommunicationem, vt expreſsè diſponitur in eadem conſtitutione Gregoriana, & tradunt *Ciarlin controuerſ. forenſ. cap. 10. num. 33. lib. 1. Diana reſol. moral. par. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 42. §. ſed hodiè, & p. 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 28 per totam.*

21 Non obſtante quacunq; contraria conſuetudine quæ penitus ſublata, & abrogata fuit ab eadem conſtitutione Gregoriana, & alia *Vrb. VIII. edita ſub die 5. Iunij* 1641. iurium Eccleſiæ præſeruatiua, vbi annullat, & reprobat, & declarat ſemper fuiſſe nullas, & reprobatas omnes conſue-
22 tudines contra Eccleſiaſticam Immunitatem, cum decreto irritanti in vtraque conſtitutione adiecto,
23 contra quod allegari non poteſt contrarius vſus, & clauſula ſublata, qua tollitur omnis facultas in contrarium iudicandi, prout etiam docent communiter *Canoniſtæ in cap: nouerint de ſent. excomm, & in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* quidem immunitas Eccleſiaſtica dicitur de iure diuino, ac proindè per conſuetudinem tanquam irrationabilem, & iniquam tolli, violari, ac labefactari nequit, prout ſtatutum eſt non ſolum de iure communi, vt *in cap. 1. & cap. ad noſtram de conſuet.* ſed etiam ex *Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de reform. cap. 20. latè Diana reſol. moral. par. 6. tract. 1 de immunit. Eccleſ. reſol. 26. 5. & tandem ſexto Fagundez in præcepto Decalog. tom 2. lib. 8. cap. 44. n. 20 Ciarlin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 31. num. 17. & cap. 129. num. 44. & ſeq. Gianipar. in defenſ. iur. Pontiſ. diſ. 6. cap. 4. num. 23. Bonac. de cenſur. in particular. in tit. de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis diſ. 1. q. 16. puncto 4. num. 9. tom. 3. fol. mihi* 123. vbi quod huiuſmodi conſuetudo reprobatur in Bulla Cœnæ in *cap. nouerit de ſent. excommun. & in Auth. caſſa de ſacroſanct. Eccleſ. Vaſq. de ſucceſſ. §. 10. nu. 561. Surd conſ. 301. num. 55. lib. 3. Natta conſ. 495. nu. 14. lib. 3. latè Carthar. dec. crim. 46. num. 34. Sperel. dec. 37. nu. 47. & 48. tom. 1. Rot. dec. 3. de conſuet. in antiquiſ. & in Barchinonen. exemptionis 20. Iulij 1636. coram Coccino*, vbi reprobatur *Couarrunias* & alij contrarium tenentes.

24 Hinc eſt quod huiuſmodi conſuetudines tamquam corruptelæ, & nutritiuæ peccati à Summo Pontifice quotannis per proceſſum generalem, & fulminationem Bullæ Cœnæ abrogantur, & contra temere attentantes fulminantur excommunicationes quacunque conſuetudine non obſtante, *Sperel. dec. 37. num. 48. cum ſeq.* ex *Graſ. de effect. Cleric. effect. 3. num. 118. Marta de iuriſdict. par. 4. caſ. 11 num. 56. Duard. in eadem Bulla lib. 2. can. 39. quæſt. 8. num. 25. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 120. nu. 44. & ſequen.*

25 Quinimò licitum eſt medijs licitis, & honeſtis vim vi repellere, & Eccleſiaſticam immunitatem defendere, ſcilicet deterrendo cenſuris, vel claudendo ianuas, & fores Eccleſiæ, immo Rectores Eccleſiarum poſſunt aliquando laicorum auxilium implorare, vel etiam vel opera Clericorum ſacris ordinibus nondum initiatorum ad tuendam Eccleſiam, ſi grauis neceſſitas id eis ſuadeat, nec indè magna ſcandala impendant, ſeruato tamen moderamine, & regulis prudentiæ, per ſe tamen loquendo licitum non videtur Clericis arma capere, & violenter cum armorum ſtrepitu reſiſtere, & impedire Iudicem laicum, eiuſque curiam, ne reum extrahant, *Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 1. num. 46. & 47. Suarez lib. 3. de Relig. cap. 13. num. 40. Mar. Ital. de Immun. Eccl. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 45. Peregrin. eod. tract. c. 14. n. 11. Remig. eodem tract. cap. 12. quos refert. & ſequitur, Bonac. de cenſur. in particular. tit. de excomm in particular. extra Bullam Cœnæ diſ. 2. q. 3. punct. 16. §. 3. n. 3. tom. 3. fol. mihi* 239.

26 Ad vltimum verò dubium animaduertebam vtrumque homicidium commiſſum fuiſſe à Tirio ad defenſam cum moderamine inculpatæ tutelæ, ac proindè de iure vtrumque impunibile, vt de communi teſtatur, *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1126 num. 29. & 30. Airer. de homicid. neceſſ. par. 1 num. 382. cum ſeq Clar. in §. homicidium nu. 27. verſ. ſcias tamen, Planc. in epit. delictor. lib. 1. cap. 28. n. 14. verſ. modo non excedatur Guazzin. in tit. de defenſ. d reo facien. Farinac. qui alios copioſè allegat qu. 225.*

n.330.& ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.
28. num.17. par.2.
27 Si quidem eum appareat Titium ab occiſis in-
ſultatum fuiſſe, probatur propterea homicidia ad
ſui deſenſionem perpatraſſe, & ita vna mente ſcri-
bentes tenere ex Bertaz. conſ.11. num.19. teſtatur
Maſcard. de probat. lib.3. concl.1126. num.3. Gram.
conſ.29. ferè per totum Dec. conſ.678. num.2. & in l.
vt vim num.10. ff. de iuſt. & iur. Felin. in cap. ſignifi-
caſti il 2. num.13. verſ. ſed iſtis non obſtantibus de
homicid.
28 Nam inſultatus quidquid facit præſumitur non
ad vindictam, ſed ad ſuam defenſionem facere,
vt loquit Alex. conſ.29. num.4. lib.1. et conſ.109. n.2
Marſil. conſ.4. num.14. Dec. conſ.68. per totum. Aret.
in tract. Maleſ. in verſ. & dictus Titius ſe defenden-
do in 1. car. verſ. ſi dixi cum alijs congeſtis per Ma-
ſcard. de probat. lib.3. concl.1126. num.4. Gramm.
conſ.18. & conſ.56. per tot. Farinac qui alios allegat.
conſ crim.35. num.20. & ſeq. tom.1. Tiraq. de pœnis
temperan. cauſ.1. num 6.
29 Hinc ſequitur, quod probato inſulto euadit in-
ſultatus pœnam homicidij, quia cum vi, vi re-
pellere cunctis, & ſe impunè defendere omnes le-
ges, omniaque iura permittunt, excluditur do-
lus. & conſequenter delictum, ac pœna, ad tex-
tum in l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad l. aquiliam
l. vt vim ff. de iuſt. & iur. vbi Iaſ. Dec. & alij ſcri-
bentes, Alex. conſ.119. num.4. lib 7. Gram. conſ.
18. num.2. pulchrè Farinac. conſ. crim.35. num. 11.
to.1. cum alijs congeſtis per Maſcard. de probat. lib.1
30 concl.1126. num.5. cum pluribus ſequentibus num.7.
& 8. affert rationes, nempè quod occidens ali-
quem ſe defendendo non dicitur maleficium cō-
mittere ſecundum Bald. in l. data opera col.4. C. qui
31 accuſar. non poſſ. ſed potius aggreſſor magis vi-
detur à ſe ipſo occiſus inſultando, quam ab ipſo
inſultato illum occidendo pro ſui defenſione, vt
animaduertit, Abb. in cap. Clerici il primo de vita,
& honeſt. Cleric. Marſil. conſ. 81. num.10. Gramm.
conſ.29. num.10. & 11. Bertaz. conſ.75. num.6. &
conſ. 111. num.1. lib.1. Carrer. in prax. crimin. § 6.
col.2. num.27. verſ. primo.
32 Et exuberat ad euitandam pœnam ſi conſtet,
vt in præſenti di præparatione ad offendendum,
nam hoc caſu occidens præparantem ad offenſam,
licet nondum offenderit ad ſui defenſionem occi-
diſſe cenſetur, & hanc partem eſſe humaniorem,
& amplectendam, ea ratione, quia non debet cō-
ſultatus expectare, quod vulneretur, ſed debet ip-
ſe incipere, & admenare, cenſuit Iaſ. in l. vt vim
col.2. nu.9. ff. de iuſt. & iur. & declarat. Bart. & alij
ſcribentes in l.1. C. vndè vi Bertrand. conſ.190. nu 4.
lib.3. Dec. conſ.678. num.2. Rui. conſ.13. n.1. Gram.
conſ.46. num.3.11, & 12. Clar. in pract. crim. §. ho-
micidium ſub verſ. ſed quomodo probetur. Afflict. ſu-
per 1. parte Conſtit. Regni rub.9, num.33. & rub.13
num.30. & latiſſimè comprobat Maſcard. de probat.
lib.3. concl.1129. d n.9. cum plurib ſeq.
33 Nec obſtare viſum fuit prædicta excuſare poſſe
Titium à primo homicidio commiſſo in perſonā
ſicarij, eo quod aliter non poterat propriæ vitæ
conſulere, niſi nece ipſius mandatarij, ſecus au-
tem quoad ſecundum homicidium birruarij, in
cuius actu non fuit conſtitutus in diſcrimine vitæ,
ſed tantum paſſus fuit vim quoad extractionem
è loco immuni, vndè videtur exceſſiſſe modum
defenſionis, & moderamen inculpatæ tutelæ, vt
ſi non de dolo, ſaltem de culpa puniendus ve-
niat Tiraq. de pœn. temperan. caſ.1. num.6. & 7. Co-
var. reſol. tom.3. cap.3. rub. de homicid. num.24. per
tot. Clar in pract: crim. in §. homicidium nu.27. ſub
verſ. ſcias tamen, vbi de receptiſſima Andreas Gail.
de pace publica lib.1. cap.16. n.15. 19. & 29. & pract.
obſer.110. lib.2. Menoch. de arbitr. quaeſt. caſ.278. n.1
Boſſ. tit. de homicid. num.91. Maſcard. de probat. lib.3.
concl.1126. num.30. in fin: Farinac. in prax. crim. in
tit. de homicid. q.125. n.396. & 397. par.4: & conſil.
crim.2. n.6. & 10. tom.1.
34 Quia cum notoriè conſtet Iudicem laicum,
eiuſque executores; ſine iuriſdictione iniuſtè egiſ-
ſe, iniuſtamque extractionis, & capturæ ex eorum
culpa, & facto ſubortam fuiſſe, & abſque manda-
to Iudicis Eccleſiaſtici, eccleſiaſticam immunita-
tem violare, & violentas manus in perſonam Ec-
cleſiaſticam inijcere temerè, violenterque tentaſ-
ſe; licitè potuit Titius eiſdem impunè reſiſtentiā
facere, etiam adhibitis armis, dum armata manu
aduerſus eundem impugnatis archabuſeis depreſ-
ſo cane irruebant, Innocen. in cap. ſi quando il 2. n.2.
extra de offic. delegat. & ibidem Felin. col.2. num.2.
verſ.2. Fallit. in diſcurſu, vbi allegat. text. in cap.3.
in fin. de conſtit. in 6. Clar. in prax. crim. §. fin. qu.29.
35 verſ. ſed hic incidenter, vbi quod hoc caſu Iudex
iniuſtè, & nulliter procedendo, agit vt priuatus,
& non vt Iudex, & in fi. ſubdit, quod hoc omnes
volunt, & in hoc omnes concordant, Farinac. in
prax. crim. in tit. de carcerib. & carcerat. q.32. nu.47
& 107. & ſeq.
36 Quæ licet valdè vrgeant ad excuſandum Titiū
à delicto, tamen ad euitandum ſcandalum, ne con-
ſpiciātur ſacerdotales manus, quæ Deum tracta-
re debent humano ſanguine pollutas, ipſum Ti-
tium ab ordinum miniſterio, & exercitio ſuſ-
pendendum eſſe, & exilij, vel relegationis pœna
arbitrio Ordinarij mulctandum eſſe crederem,
prò vt in ſimili facti contingentia à me obſeruatū
fuit in Diœceſi Neapolitana, dum Eminentiſſimi,
& Reuerendiſſimi Cardinalis Antonij Barbarini
Abbatis, & perpetui commendatarij, & Ordina-
rij fęlicis recordationis eius Vicarij Generals vi-
ces gerebam, & latè comprobaui in meo Plauſi-
nimo conſtit. 43.
47 Caius verò prò mandato dato ad occidendum,
& attentato aſſaſſinio, pariter aliqua pœna extra-
ordinaria, nempe pecuniaria, exilij, relegatio-
nis, & ſimilium, arbitrio Illuſtriſſimi D. mei ple-
ctendus venit, in delictis autem quando ſolum
deuentum fuerit ad tractatum, & ordinationem
iſte ſolus tractatus, & ordinatio, licet non punia-
tur pœna ordinaria, etiam quod ſimus in atrociſ-
ſimis, punitur tamen pœna extraordinaria, vt in
terminis mandantis, & mandatarij tradit Farinac.
in prax. crim: in tit. de homicid. q.124. num.47. iuncta
n.90. & 93. Brunor. à Sole q.34. nu.35. in fi. Petrus a
Planca in epit. delictor. lib.1. cap.19. n.20. Gram, vot.
8. num.17. & dec.74. num.30. Vbi Doctores com-
muniter tenere teſtatur, quod non poſſint etiam
38 in atrociſſimis delicta non conſumata puniri pro
delictis perfectis, etiam ſi deuentum fuerit ad actū
proximum, & aliquis illud perpatrauerit, non ta-
men perfecerit, ſeu conſumauerit in totum, licet

per

per ipſum non ſteterit, & ſic in puncto cudentis
39 monetam, in qua adhuc non erat impreſſa imago Principis non debere puniri pæna mortis naturalis, ſed ad triremes in perpetuum ad remigandum condemnandum arbitratur. *Gail. de pace publica lib. 1. cap. 14. nu. 7.*

40 Maximè quia de generali conſuetudine Italiæ, & totius mundi derogatum fuis diſpoſitioni textus in *l. ſi quis cum telo C. ad legem Cornel. de ſicar.* omnibuſque alijs legibus, & iuribus punientibus eadem pęna conatum non ſecuto effectu, ſed quod
41 non eadem pæna, ſed mitiori plecti debeat, & ſic quod non puniatur morte, qui animo occidendi aliquem percuſſit vigore præfatæ conſtitutionis, tradit *Speculat. in tit. de accuſat. §. 1. num. 7. in*
42 *fin. verſ. de conſuetud.* quod in his caſibus imponenda ſit pæna pecuniaria ſubdit, *Bald. conſ. 356. col. 1. verſ. in contrarium lib. 1. Gram. voto 8. nu. 13. & ſeq. & voto 20. num. 8. & deciſ. 2. num. 8. & 9. ac deciſ. 74. num. 8. 9. & pluribus ſeq.* & ità pluries iudicaſſe Romæ teſtatur *Bertarchin. in ſuo repertor. in verbo venatio nu. 6. verſ. hodie vero, Boer. deciſ. 316. num. 3. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 19. num. 4. verſ. in contrarium vero, Ioſeph. Ludou. dec. Lucen. 15. n. 25. Menoch. de arbitrar. quaſt. lib. 2. caſ. 360. num. 92. Clar. in pract. crim. in §. homicidium num. 65. verſ. vltimo quæro, & in §. fi. quaſt. 92. in princ. Peguer. dec. crim. 7. num. 13.* cum alijs congeſtis per *Farinac. in prax. crim. in tit. de homicid. quaſt. 124. num. 78. & ſeq. 84. & 89.*

Et ita ſaluo ſemper, &c.

TERACINEN. MVTATIONIS HABITVS MASCVLINI, IN FÆMININVM.

ARGVMENTVM.

Maſculus vtens habitu muliebri, & ſè prò fæmina gerens committit crimen falſi, & ſi vſus fuerit ob aliquam iuſtam cauſam, nempè ad effugiendum hoſtes, extraordinaria pœna plectendus eſt.

Carceratus prò delicto, quod verè non commiſit, ſed ex inditijs reperiatur conſtitutus in periculo vitæ, ad effugiendum ſupplicium, an impunè poſſit occidere carceris cuſtodem, & fugam arripere, caſus enucleatur.

SVMMARIVM.

1 Iniuſtè carceratus impunè poteſt carceres frangere, & inde aufugere.
2 Et ſi aliter mors effugere nequeat, poteſt etiam impune vulnerare, & occidere carceris cuſtodem.
3 Limit. ſi iuris ordine ſeruato carceratus fuit, vel ad mortem ſit condemnatus, vel condemnandus non obſtante, quod ſit innocens, n. 4. 5. & 6.
5 Innoſte carceratus, vt ad euitandam condemnationem impunè poſſit occidere cuſtodem carceris, quæ tiquitantur, 6. & 7.
8 Declaratur textus in *l. nihil intereſt de capt. & poſtlim. reuerſ.*
9 Captus, ſeù carceratus condemnatus, vel condemnandus iuris ordine ſeruato, ſi non poterat ſuam innocentiam probare, & ad euitandam mortem occidat Cuſtodem carceris, & fugiat, etiam detecta eius innocentia extra ordinem puniendus eſt.
10 Vtens habitu Muliebri, & è contra committit crimen falſi.
11 Mutans ſibi nomen, & cognomen punitur pœna falſi, ſecus ſi ſinè dolo, vel alterius præiudicij.
12 Amp. in faciente ſe Comitem, & Ducem, & de faciente ſe milite, Clerico, Sacerdote, Doctore, Procuratore, Notario, à 13. vſque ad 16.
17 Falſitas vbi nemini eſt nociua, non eſt punibilis ſecundum vnam opinionem, & quod puniatur extra ordinem, ſecundum aliam.
18 Veſtium mutatio ad bonum finem, & ex iuſta cauſa, non redditur mala, & peccaminoſa, ſecus ad malum finem.
19 Falſitas abſque dolo commiſſa, non eſt punibilis, & ſaltem extra ordinem an.
21 Captura facta de mandato Iudicis non habentis iuriſdictionem dicitur notoriè iniuſta, & carceratus impune poteſt frangere carceres, vt fugiat.
22 Et hoc caſu eximens è manibus familiæ captum non punitur.
23 Amp. vt etiam dicatur iniuſta ſi fiat iuris ordine non ſeruato.
24 Amp. vt etiam reddatur iniuſta ratione malę tractationis, & loci, vbi captus retinetur.
25 Amp. vt captus abſque inditijs dicitur iniuſtè captus, nec habetur prò confeſſo.
26 Ampl. prout etiam non conſtito de corpore delicti.
27 Amp. vt etiam dicatur iniuſta carceratio, & carcerato impunè è carceribus aufugere licet, quando credit ſè falſo accuſatum, Iudicemque eſſe participem huius falſę accuſationis.
28 In dubio præſumitur prò iuſtitia, & validitate capturæ.
29 Pro actu, & geſtis à Iudice regulariter præſumitur.
30 Limit. procedere, vt prò Iudice præſumatur quoad iuſtitiam, ſecus quoad ordinem proceſſus.
31 Homicida tenetur ſoluere intereſſe, & damna hæredibus occiſi, expenſas etiam funeris, & facta prò medelis 33.
32 Tenetur ad æſtimationem operum habita ratione ad tempus vitæ occiſi.
34 Limit. procedere ad fauorem cognatorum, quos occiſus alere tenebatur, ſecus quo ad alios.

DECISIO XLIX.

IN carceribus cuiuſdā Ciuitatis detinebatur Caius N. inquiſitus de homicidio proditorio perpetrato in territorio eiuſdem Ciuitatis in perſonam Titij N. cum quo aſſiduam habebat conſuetudinē, & ex inditijs releuantibus tortus metu tormentorum faſſus fuit huiuſmodi homicidium perpatraſſe, & ratificata extra tormenta confeſſione, fuerunt eidem aſſignatæ defenſiones, verum agnoſcens re vera ſe non eſſe huius criminis reum ad effugiendum proximum imminens ſupplicium, ex quo alia moraliter apparere non videbatur via euadendi violentam mortem, nacta occaſione carceris cuſtodem interfecit, & è carceribus fugam arripuit, cuius contumaciæ occaſione profugus, ac latitans, ad ſe occultandum, cum eſſet in herbis muliebri habitu; indutus mentito ſexu prò fęmina ſe gerebat, interim in eadem Ciuitate occaſione proceſſus fabricati contra nonnullos noxios de commiſſo ambigiatu compertum etiam fuit ab eiſdem præfatum Titium N. occiſum fuiſſe, & conſequenter detecta in hac parte innocentia Caij, qui interea degens in alia diæceſi cū in aliquorum ſuſpicionem, & hæſitationem deuenerit mentire ſexum, fuit carceribus Epiſcopalibus mancipatus, vbi conſtitutus, totam facti ſeriem faſſus fuit, hinc pro expedienda cauſa, aſſumpta fuit diſputatio infraſcriptorum dubiorum prò veritate ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Epiſcopo de meo iudicio requiſitus.

Primo. An iniuſtè carceratus, & propè vltimo ſupplicio condemnandus licitè poſſit ad fugam accipiendam, & ſaluandam propriam vitam cuſtodem carceris occidere.

2. Maſculus vtens habitu Muliebri, & ſe pro fœmina gerens, quod crimen committat, & vtens ad bonum, vel ad malum finem qua pœna multandus ſit, & quomodo pro vtroque delicto Caius puniendus veniat.

1 Adducebam quoad primum, quod regula generalis eſt, quod iniuſtè carceratus non ſolum ſine metu pœnæ poſſit carceres frangere, & indè aufugere, verum etiam quod non fugiendo peccaret, adeò vt tam in foro poli, quam in foro ſoli huiuſmodi effractio, & fuga permittatur, præcipuè ad euitandam iniuſtam Iudicis condemnationem, cum licitum ſit iniquis Principibus, & Iudicibus, iniquæue eorum ſententiæ reſiſtere, quando aliter mors euitari non poteſt, nec eſt expectanda iniqua Iudicis condemnatio, vt latè comprobat *Farinac. in prax. crim. in tit. de carceri. & carcerat. qu. 30. à num. 120. vſque ad* 128. & hęc ſententia fulcitur exemplo B. Petri Apoſtoli, qui vt legitur in actis Apoſtolorum per Angelum Domini fuit à carceribus liberatus, in quibus per Hærodem iniuſtiſſimè detinebatur. *Couar. var. reſol. cap. 20 nu. 9. poſt med. verſ. nam captus à Iudice & num. 10. verſ. ſeptima his animaduerſis*, vbi ex *Diuo Thoma* ſubdit, quod manens in carcere, àquo deducendus eſt ad mortem, ſi cum primum fugere poteſt, non fugit, ſui ipſius homicida eſt, quia facit id, ex quo ſequitur mors, hanc ſententiam docent *gloſ. in Clementina Paſtoralis in verbo per violentiam, de ſenten: & re iudicata ibique DD. Foller. in pract. crim. in 4. par. 3 par. 3. verb. & ſi confitebuntur num. 50.* Cyril. *in ſumm. crim. part. 1. ſub. rub. 12. de cuſtod. reor. §. fin. num. 5. Tiraq. in tract. de vtroque retract. in præfat. num. 66. verſ. & in ſimili quoque dicitur Boſſ. in tit. de carcere nu. 5. in fin. verſ. eſt tamen ſemper intelligendum, & in tit. de car. fideiuſ. relaxan. num. 45. verſ. & vbi eſſet iniuſtè detentus, Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 301. num. 14. lib. 2 & in tract. de præſumpt. lib 1. qu. 89. num. 43. & 49. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 266. num. 26. & lib. 2 concl. 820. num. 16. Seraph. de priuileg. iurament. priuil. 132. num. 1. Bertaz. conſ. crim. 35. num. 33. lib. 1. Grymat. conſ. 51. nu. 6. Neurz. conſ. 61. num. 37. Rol. conſ. 7. num. 46. & ſeq. vol. 1. & conſ. 40. num. 16. vol. 4. Boer. deciſ. 215. num. 30. verſ. & iſtud vltimum.*

2 Quinimò, quod ſit etiam licitum iniuſtè carcerato, ſi aliter mortis periculum, & iniuſtam Iudicis condemnationem euadere non poſſit impunè cuſtodes vulnerare, & occidere, abſque eo quod nec de vulnere, nec de homicidio, nec de carcere fracto teneatur, eſt textus in *l. nihil intereſt in princ. ff. de capt. & poſt. lim. reuerſ.* vbi habetur, *nihil intereſt, quando captiuus reuerſus eſt, an vi, vel fallacia poteſtatem hoſtium euaſerit, & in l. 1. in fin. ff. de bon. cor. qui antè ſent. mortem ſibi conſciuerint,* dicitur ibi, *ignoſcendum eſt ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunque redimere voluerit*, & hanc ſententiam tuentur *Lucas de Penna in l. Prohibitum col. 2. num. 11. verſ. ſed pone dum ageretur* C. *de iure fiſci lib. 10. Grom. conſ. crim. 51. num. 7. Neurz. conſ. 61. num. 37. Bertaz. in addit. ad conſ.* Bartolomei *patris 35. lit: E. lib. 1. Nouel. in tract. ad defenſ. ſub rub. homicida ex quibus num. 116. fol. mihi 45. Corrad. in pract. tit. de carcer. nu. 16. in 1. amplia. fol. mihi 276. col. 2. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 2. num. 13.* Bruner. *à Sole in ſuis quæſt. legal. qu. 30. nu. 29. Nunnius in Collegio crim. diſ. 8. nu. 39. Io: Harprecbius in comment. ad inſtituta Iuſtiniani tom. 4. tit. de public. iudic. §. item lex Cornelia n. 230. fol. 1019. Chriſtianus* Krembergk *tract. de neceſſaria defenſ. q. 5. Maſcard. de probat. vol 1. concl. 226. nu. 27. & 28. & lib. 1. concl. 820. nu. 17.* Menoch. *de arbitrar. qu. caſ. 301. nu. 14. & 15. quibus adda Dianam reſol. moral. p. 8. tract. 7. miſcellan. reſol. 43.* vbi allegat, *Card. de Lugo de iuſtitia tom 1. diſ. 10. ſect. 7. num. 164. Dicaſtillum de iuſt. lib. 2. tract. 1. diſ 10. dub. 2. num. 31.* Farinac. *in prax criminal. tit. de carcer. & carcerat. qu. 27. nu. 14. & q. 30. n. 120. vſque ad n. 129.* vbi alios allegat.

3 Hæc tamen ſententia non eſt applicabilis in præſenti, quia cum Caius legitimis præcedentibus indicijs ad capturam ſufficientibus carceribus mancipatus fuerit, & cuſtos carceris bona fide munus ſuum exercebat, non poterat impunè occidi, in nihilo refragante, quod Caius eſſet re vera innocens, cum expediat reipublicæ, & commune bonum poſtulet, vt non inferatur damnum Miniſtris bona fide publicum officium exercentibus, vt tradunt DD. relati per *Dicaſtil. de iuſtitia lib. 2: tract. 1. diſ. 10 dub. 2 num. 31. & Trulleneb. in Decalog tom. 2. lib. 5: cap: 4. dub: 4. num. 1.* quos allegat, *Diana reſol. moral: p 8. tract: 7. Miſcel. reſol. 43. in princ.*

4 Et quando Iudex aliquem carcerari fecit, vel ad mortem damnauit iuris ordine ſeruato, vel ſecundum acta, & probata, vt in caſu noſtro, tunc etiam, quod condemnatus innocens ſit, ei minimè licet, vt mortem euadat Iudicem vere innocentem, vel cuſtodes omninò inculpabiles occidere, & contraria opinio ſaltem admitti poteſt, quando Iudex ſinè ordine, & ex certa ſcientia, ac Tyrannide innocentem condemnauerit, & ratio eſt, quia tunc vt priuatus, & ad inſtar hoſtis, & latronis videtur ſe geſſiſſe, adeò ut hoc caſu permittatur occiſio Iudicis, & Cuſtodis, non reſpectu innocentiæ carcerati, ſed reſpectu non ſeruati ordinis, & modi procedendi, vti priuati latronis, & hoſtis, iuxta diſpoſitionem textus in dicta *l. nihil intereſt in princ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* alias dicta opinio *Luca de Penna*, & aliorum vti nimis larga, & contra bonum iuſtitiæ non eſt admittenda, nec ſequenda, cum tendat ad diminuendam, & infringendam auctoritatem tribunalium, & conculcandam Iudicum maieſtatem, vt benè animaduertit, *Farinacc. in tit. de carcerib. & carcerat: quæſt. 30. num. 130. ſub verſ. ſit namque.*

5 Ad hoc igitur, vt impunè carceratus poſſit cuſtodes occidere, & iniuſtam factam, vel futuram condemnationem euadere, duo copulatiuè principaliter requiruntur, primo quod notoriè conſtet ex actis illum iniuſte, & indebitè fuiſſe carceratum, & condemnatum, vel condemnandum cum iſto caſu Iudex, non vt Iudex, ſed vt priuatus dicatur procedere, ideo ei de facto procedenti, de facto etiam reſiſti poteſt, etiam armata manu, ad obuiandum, & tollendum irreparabile damnum ſecundum communem DD. opinionem de qua per *Petrum à Plancha in Epit. delictor cap: 28. num: 7.* vt etiam *conſenſit* Clar. *in pract crim.*

§. fin;

§.fi.q.29. verſ.ſit incidenter quæro latè Aſin. in ſua
prax.Iudiciar.§.12.cap.2. in p.limit.princip.n.4.verſ.
reus etiam Lancellot.de attentat.cap.17.n.50.& ſeq.
par.2.pulchrè Seraph.de priuil.iuramen. priuil.132.
6 *num.17. & 38.* ſecus verò quando ex actis non
conſtat de iniuſtitia carcerati, ſed Iudex iuris or-
dine ſeruato proceſſerit, nam tunc etiam ſi carce-
ratus ſit innocens non poteſt carceres frangere,&
multo minus cuſtodes occidere, quia vt demon-
ſtrauimus iniuſtitia carcerationis conſideratur non
reſpectu innocentiæ carcerati, ſed reſpectu ordi-
nis non ſeruati, vt ſubdit alijs relatis idem *Fari-*
nac.d.q.30.n.131.132.& 134.
7 Secundo requiritur, quod iniuſtè carceratus ſit
in euidenti periculo mortis, & condemnationis,&
quod illud aliter euadere nequeat, quam per car-
ceris fractionem, & cuſtodis offenſionem. nam
ſi poſſit iuris ordine ſeruato faciendo ſuas defen-
ſiones ſuam innocentiam probare,non debet hac
via relicta,confugere ad viam facti, ſcilicet car-
ceres frangere, & cuſtodem occidere, adeò vt ſi
non pęna ordinaria, extraordinaria tamen pęna
hoc caſu mulctandus ſit, Iudicis arbitrio irrogan-
da, ex quo dicitur exceſſiſſe modum inculpatæ
tutelæ, ideò extraordinariam pęnam euitare non
poteſt, *Farinac.d.q.30.n.133.*
8 Nec aduerſatur textus in *l.nihil intereſt in princ.*
ff.de capt. & poſtlim.reuerſ. quia loquitur in iniuſtè
capto a latrunculis, vel ab hoſtibus, non autem
à Iudice præſertim ſi ab eodem proceſſum fuerit
iuris ordine ſeruato, ac proindè diſpoſitio dicti
textus loquentis in caſu ſpeciali, non eſt extenden-
denda ad caſum, in quo non militat eadem ratio
cum tunc neque eius diſpoſitio militare poteſt, vt
ponderauit *Pariſ.de Patea in tract. de ſindicat. in*
verbo captum cap.4. num.4. in fin. verſ. tamen ad-
uerte Carrer.in pract.2.tract.de indic.& tort. §.ter-
tium eſt indicium num.36. fol.mihi 45.& in tract.de
homicid.§.vigeſimo excuſatur num.1.in fin. & Boer.
dec.215.n.33.verſ.quare præcedens opinio,vbi etiam
alij, contrarijs reſpondet, & declarat Farinac *dicta*
quæſt.30. num. 130.
Hinc eſt, quod Caius cum captus fuerit iuris
ordine ſeruato, legitimis præcedentibus inditijs,
& ex ſua propria confeſſione contra eundem iuſtè
proferenda erat ſententia condemnatoria, impu-
nè non potuit occidere carceris cuſtodem, verum,
9 quia in ſuis defenſionibus ſuam innocentiam non
poterat demonſtrare, nec aliter mortem, & im-
minens ſupplicium effugere, non obſtante, quod
tractu temporis comperta fuerit eius innocentia,
mitiori pœna extra ordinem puniendum eſſe cre-
derem, iuxta tradita per *Farinac.dicta quæſt.30. n.*
130. verſ.ſic namque paulò ante ſenſit ex Luca de
Penna, & Nouel.in ſuo tract. ad defenſam in locis
per eundem relatis.
Nec qualitas, quod vſus fuerit habitu mulie-
bri, & ſe prò fœmina geſſerit, ita aggrauat deli-
ctum, vt augenda ſit pœna, ſed pro vtroque
crimine eſt puniendus pęna extraordinaria, ſcili-
cet pecuniaria, vel exilij, vel relegationis,& etiam
triremium per quinquennium arbitrio Domini
iudicantis.
10 Siquidem, vt deueniamus ad ſecundum dubium
vtens habitu muliebri, & ſe prò fœmina gerens
11 committit crimen falſi, prò vt mutans ſibi nomen,
& cognomen punitur pęna falſi ſi concurrat fraus,
& alterius præiudicium, ſecus ſi ſine dolo, & al-
terius præiudicio, *Hoſtien. in ſumma de crim. falſi*
num.7.in fin. Baſſ.*in tit.de muta.nom.num.1. Cor-*
rad.in pract,rubr.de falſit.num,22.ante fin. Menoch.
de arbitr.quæſt.lib.2.caſ.318. nu.19. & 26. cum ſeq.
Farinac.*in tit.de falſit.& ſimulat. quæſt.150. n.144.*
12 & de faciente ſe Comitem,& Ducem quod incur-
rat pęnam falſi eſt *textus, & ibi glo.in cap.ad Apo-*
ſtolicæ in verbo dignitatum de priuil.in 6.cap.cum ſit
de aætterit. & vſu pallij Decian.reſponſ.19.nu.159.
& 241.vol.3. Honded.conſ.100.num.17.vol.2. Ca-
bal.reſol.crim.126 Farinac.*in tit.de falſit. q.150.nu.*
80.*Maſtril.de Magiſtrat.lib.4.cap.13.n 179.223. &*
& 224. vbi quod etiam committit crimen læſæ
13 Maieſtatis, ſi ſimul cum titulo vſurparet iuriſdi-
ctionem, & de faciente ſe milite, Doctore, Cle-
rico, quod etiam teneatur pęna falſi, ſed quod nõ
ſit irroganda pęna mortis, ſed alia extra ordinem
Iudicis arbitrio, *Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.*
318.*num.*20.21.22,*& caſ.320.num.7.*Farin.*conſ.73.*
nu 5.tom.1.& in prax.crim.in tit.de falſit.q.150.n.85
14 vbi de faciente ſe Sacerdotem, & *nu.87.*vbi de fa-
ciente ſe Doctorem, & *nu.89.* vbi de faciente ſe
15 Procuratorem cum non ſit, *Menoch. de arbitrar.*
16 *quæſt.caſ.120.nu.9.*vbi de vſurpante auctoritatem,
& poteſtatem Notarij.
17 Falſitas autem, vbi nemini eſt nociua,quod non
ſit punibilis docet *Felin. in cap. 1.extra de præſump.*
A*lex.conſ.145.num.6.* ſed quod puniatur extra or-
dinem concludit *Ferran.Garciar.inter conſ. crimin.*
diuerſ.Io: Baptiſta Zilet.125.num.22.to.1.ex Mer-
ſil.in l.1. § præterea n.23.ad l. Cornel. de ſicar. vbi
ſubdit infinitos allegare, & hanc eſſe communem
opinionem, & ab ea in iudicando non receden-
dum, teſtatur.
18 Immo licet vitioſum ſit, quod mulier vtatur
veſte virili, aut è conuerſo, tum quia indecens
reputatur, quod vir mentiatur ſe mulierem, &
mulier mentiatur ſe virum, tum quia talis com-
mutatio regulariter eſt incentiuum concupiſcen-
tiæ, & præſtat occaſionem occultis libidinibus,
non tamen ita in ſe eſt vitioſum, vt aliquando hu-
iuſmodi veſtium ſexui propriatum mutatio etiã
abſque peccato fieri non poſſit, nempè propter
imminentem neceſſitatem, vel cauſa ſe occultandi
ab hoſtibus, vel cauſa defectus alterius veſtimenti,
& ſimilium, quod ſi huiuſmodi mutatio fiat ex le-
uitate, aut ex ſcurrilitate abſque ſcandalo,& pra-
ua intentione, erit veniale peccatum, mortale
verò ſi ad malum finem, & ex eadem ſcandalum
reſultet, ita *Diana reſol.moral p.5.tract.7. de ſcand.*
reſol.32. ex Silueſ in 2.2. Diui Thomæ quæſt. 169.
art. 2. ad 3.
19 Cum igitur Caius non ad malum finẽ, ſed cauſa
effugiendi ſupplicium, & pęnam, vſus fuerit ha-
bitu muliebri, in hoc non videtur notabiliter de-
liquiſſe, falſitas enim ſine dolo commiſſa, quod
nulla pęna, nec etiam extraordinaria, & ſtellio-
natus puniatur, tenet *Corn.conſ.182.num 6. lib 4.*
Hond.conſ.109.num.28.29.& 54. lib.1. vbi de ve-
20 *riori Farinac. in tit.de falſit.q.150. num.288.* licet
contrarium, quod ſaltem aliqua pęna extraordi-
naria irroganda ſit, voluerit *Alberic.in rubric. ff.*
ad l.Corn.de falſar.in princ.Paul.de Caſtr.conſ.371.
num.5.verſ.ex quibus concluditur Baiard.ad Clar. in

ſ. fal-

§.*falſum nu.* 107. *Foller. in pract.crim.in verbo item quod commiſit falſitatem nu.*46.*ad medium cum alijs relatis ab eorum Farinac. loco citato in quaeſt,* 150. *num.* 187.

21 Captura verò (pro complemento materiæ primò quæſiti) cenſetur indebitè, & non ritè facta ad effectum, vt carceratus impunè poſſit frangere carceres, quando eſt facta, & quis detentus de mandato Iudicis non habentis iuriſdictionem, adeò vt ſi in captura deficiat iuriſdictio, tunc dicitur notoriè iniuſta *Foller.in pract.crim.in* 4.*p.*3.*p. princip.verb.& ſi confitebuntur num.*51.*&* 53. *Scraph.in tract.de priuil.iuram.priuil.* 132.*nu.*9. *verſ. tamen ego contrarium dico Farinac.in prax.crimin.in tit.de carcer.& carcerat.q.*27.*nu.*5.*q.*30.*nu.*134. *&*
22 *qu* 32.*num.*70. vbi ampliat, quod etiam eximens è manibus familiæ captum de mandato Iudicis, qui iuriſdictionem non habet, non punitur, prout etiam docet *Lucas de Penna in l.quoties in* 6.*verſ.ſi autem capitur alius C.de exactor.tribut.lib.*10. *Angel.in l.*1 *ff.ne quis eum,qui in ius voca. eſt vi exim.* vbi loquitur procedere nedum in Iudice nullam habente iuriſdictionem, ſed etiam de habente, ſed limitatam *Oſaſc conſ.*65.*n.*18.*in fi. & ſeq.& n.*21.

23 Vlterius carceratio dicitur iniuſta, quando fuerit facta iuris ordine non ſeruato, *Rol.conſ.*7.*n.*47 *vol.*1.*Clar.in pract.crim.q.*21.*ſub.verſ.*3.*autem modo, ibi, ſed quando fuit indebitè captus Foller. in pract.crim* 4.*p.*3.*p.princip. verb. & ſi confitebuntur num.*52.*Marſil.in pract.§.attingam n.*43.*& in tract. de bannit.in verbo carcerati num.*24.*Corrad.in prac. in tit.de carcerati,anc num.*17.*fol.mihi* 276. *Farinac. in tit.de carceribus, & carcerat.q.*30.*n* 136.*& q.*32. *n.*97.*&* 98. *Scanderol.de viſit.carcer.c.*3.*ſect.*1.*n.*24 *Rot.dec.*26.*p.*6.*recen.*

24 Redditur etiam carceratio iniuſta ratione loci, & malæ tractationis carcerati, vt ſi detineatur in cippis ferreis, vel in loco ſubterraneo, obſcuro, in quo verſetur in diſcrimine intra paucos dies moriendi, vel fame, & frigore periendi, vel ſi Iudex oſtendat nimiam ſæuitiam, minas, & metum inferendo, vel quia ſolitus ſit de facto procedere, quia tunc fractio carceris, & carcerati fuga cenſetur cauſata culpa, & facto Iudicis, ac proindè non nocet, nec inducit delicti confeſſionem, *Lucas de Penna in l.ſi Coloni C.de agricol.& cenſit. Boſſ.in tit.de carcer.n* 6 *in fi.Carrer.in pract.in* 2.*tract. de indic.§.tertium eſt indicium num.*38.*Ghirol.de relaxat.carcerat.rub.de fuga carcerat.num.* 21.*Boe. dec.* 215. *num.*27.*ad fin.* & ratio eſt,quia carcer debet eſſe ad cuſtodiam, & ſic carceratus eſt reponendus in loco, in quo vltra cuſtodiam pęnam non patiatur, quia carcer non ad pęnam, ſed ad cuſtodiam inuentus, *l.aut damnum §. ſolent*, ibi carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet *ff.de pœnis latè Farinac. in tit.de carcer:& carcerat.q.*27.*n.*95.*&* 96. *& qu.*30. *num.*140.*& ſeq.*

25 Rurſus dicitur iniuſtè, & illegitimè captus nō ſolum, qui captus fuit ſine inditijs, ex quo dicitur captus iuris ordine non ſeruato *Boſſ.in tit.de effractor.carc.ſub n.*2.*verſ.addo etiam Fab. à Monte Leone in pract. arbitr.in* 4.*par.ſub rub.iniurium. cenſura fugientibus à triremibus, vel carceribus n.*85 *t. Hippol. Riminal.conſ.crim.diuerſ.*88.*num.*3.*in fi.to.*2 *in fol. Seraphin. de Seraphin. de priuileg.iuram. priuil.*132.*num.*1.*in fin.verſ.item in criminalibus.*

26 Verum etiam ſi quis captus, & carceratus fuit non conſtito de delicto,in quibus duobus caſibus ſi carceres fregerit, & aufugerit non habetur prò confeſſo; nec punitur, vt probat *Farinac. in tit. de carcer.& carcerat.q.*27.*num.*112.*& q.*30.*nu.*137. *&* 138, *Scandarol.de viſit.carcerat.cap.*3.*ſect.*1.*n.*6. *fol.* 62.

27 Ita pariter reputatur iniuſta carceratio, ſi carceratus animaduertat ſibi per falſos teſtes,& capitales inimicos falſum crimen fuiſſe oppoſitum, & Iudicem adhęrere falſæ accuſationi, & contra ipſum procedere,perindè ac ſi eſſet inimicus, nam tunc cum carceratus veriſimiliter præuideat vim, & iniuſtitiam ſibi fieri, ſi frangendo carceres aufugiat, non debet haberi prò confeſſo,nec eſt puniendus, quia ad repellendam, impediendamque vim, & iniuriam aufugiſſe videtur, quod à iure permittitur *ad l.vt vim ff.de iuſt.& iur.*& benè firmat *Io: Berb.in ſua pract.*1.*p.rub.*25.*de effract. carcer. n.*4.*relat.per.Farinac.q.*30.*n.*139.

28 In dubio tamen præſumitur quod quis iuſtè fuerit carceratus, non autem iniuſtè *Hippol.Riminald.con.*135.*n.*21.*vol.*1. quia prò actu Iudicis regulariter præſumitur *cap in præſentia de renunciat.*
29 *Curt.iun.conſ.*213.*n.*37.*& conſ.*18.*nu.*26. *Alciat. in tract. de præſump.reg.*3.*præſump.*15.*Farinac.in tit de carcer.& carcerat.q.*20.*num.*3.*& ſeq. Pariſ. de reſignat. benefic.lib.*13.*q.*1.*n.*161.*Scandarol.de viſit. carcerat.cap.*3.*ſect.*2.*n.*1.*fol.mihi* 61. *Cartar. decis. crim.Mediolanen.*66.*num.*21.*&* 22.*Rot.dec.*26. *p.*6. *recent.*

30 Declara, quod prò Iudice præſumatur quo ad iuſtitiam, non quo ad ordinem proceſſus, cum eius validitas, vel nullitas ex eius reuolutione apparere debeat, *cap,quoniam contra de probat. Signoral.conſ.*155.*num.*4. *Natta conſ.*525.*num* 40. *Farin. in tit.de carcer.& carcerat.q.*30.*n.*145.

Et quia ante huius cauſæ expeditionem prætédebatur ab vxore relicta præfati cuſtodis carceris occiſi a Caio damna paſſa ob eius mortem, eo quod viri opera, & induſtria ſe cum duobus filijs minoribus inutilibus ad quærendum victum ſuſtentabatur, ideò animaduerſo articulo dicebam,
31 quod contra homicidam agi poteſt non ſolum prò expenſis exequiarum,orationum,& ſuffragiorum prò anima occiſi, vt tradunt *DD. relati per*
32 *Ioſeph.Ludou.dec.Lucen.*62.*num.*25. Verum etiam ad æſtimationem operum habita ratione ad tempus totius vitæ occiſi, iuxta terminos *l. hereditatum ff.ad l.falcidiam Marſil.ſing.*575.*conſ.*29.*nu.*10. *lib.*2. vbi quod Iudices maleficiorum non ſolum debent condemnare homicidam in pęnam capitis, ſed etiam ad perſoluenda omnia damna hæredibus occiſi, *Ioſeph.Ludou.dec.Lucen.*62.*à n.*29. *cum n.*30.vbi quod quando homicidium eſt doloſū, & culpoſum poſſit iurari in litē prò huiuſmodi damnis expenſis, & intereſſe.

33 Vlterius poteſt agi ad expenſas factas,in medicinis, & curatione vulnerati,vbi factæ ſunt ad textum *in cap.*1.*de iniur. vbi Abb.l.ex hac.ff.quadruplex. pauper.feciſſe dicat eum alijs per eundem Ioſeph.Ludou.dec.Lucen.*62.*num.*26.*&* 27. vbi admonet Cōfeſſarios, quod non debeant abſoluere homicidas, niſi ſatisfaciant filijs occiſi ex damno, quod ſentiunt ex morte patris, ſimiliter ſi occidatur filius,

ex

ex cuius induſtria viuebat pater eidem damnum reſarciendum eſt.

34 Quæ ſunt attendenda in præſenti, cum habeāt locum ad fauorem cognatorum tantum, quos occiſus alere tenebatur, ſecut in alijs coniunctis, quibus alere, ſeu alimenta præſtare non tenebatur, *Cranet.conſ.116.num.19.verſ.ſed in alys coniunctis, Ioſeph.Ludou.dec.Lucen.61.n.33.*

Et ita, &c.

PRÆNESTINA VSVRARVM.

ARGVMENTVM.

Emptio fructuum pendentium valida eſt dummodò fiat iuſto pretio intra latitudinem pretij infimi, medij, & rigoroſi, emens vero frumentum vinum & alias ſpecies viliori pretio ob anticipatam ſolutionem, an & quando committat vſuram reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 Emptio fructuum pendentium regulariter valida eſt etiam ſi fiat anticipato pretio, 2. dummodo ſit iuſtum 3.

4 Triplex eſt pretium infimum, medium, & rigoroſum ſummum non poteſt excedi, & infimum minuere non licet.

5 Pretium rerum mobilium, vbi non reperitur taxatum eſt illud, quod communiter à non conſtituto in egeſtate reperitur.

6 Lucrum captatur ex prorogatione pecuniꝫ, vel ex tempore tardæ ſolutionis, quod vſura, & illicitum eſt.

7 Emens vinum, triticum, & ſimilia minus quam valent ob feſtinatam pretij ſolutionem committit vſuram.

8 Vſura duplex eſt, alia formalis, alia virtualis, quæ declarantur.

9 Emens fructus futuros, ſi reddantur incerti, & tempus ſit incerti ob lucrum incertitudinem contractus non eſt vſurarius. Declara n. 12.

10 Quod ſi eſſent empti fructus certi ad tempus incertum. nempè donec, quis vixerit, & tunc ſi tempus incertum reduci poteſt ad certitudinem, & adſit læſio contractus eſt illicitus. Declara n. 12.

11 Sed ſi fructus empti ſint certi ad tempus certum, & tunc ſi læſio excedat dimidiam iuſti pretij contractus cenſetur vſurarius. Declara vt n.19.

12 Vſura excluditur ob incertitudinem lucrandi, & perdendi in emptione fructuum pendentium.

13 Limita ſi fructus, & tempus reduci poſſunt ad aliquam certitudinem, & minus ſoluatur iuſto pretio.

14 Venditio fructuum, qui ſunt naſcituri vili pretio facta ob anticipatam ſolutionem non eſt vſuraria, ſi probabiliter dubitetur de eius pretio in maiori, vel minori tempore traditionis.

15 Emptio fructuum naſcendorum prohibetur edictis nonnullorum Principum.

16 Læſus vltra dimidiam iuſti pretij poteſt agere ad reſciſſionem contractus.

17 Vigore vero ſtatuti Vrbis læſus vltra tertiam agere poteſt ad reſciſſionem contractus non obſtante iuramento.

18 Vſurarius redditur cōtractus ſi læſio poſſit excedere dimidiam iuſti pretij. Declara vt n.19.

19 Fraus poteſt admiſceri contractui, licet læſio ſit infra dimidiam iuſti pretij.

20 Contractus ſi ſit iniuſtus tolleratur (etiam ſi læſio aliqua in eo contingat.

21 Si contractus ſit vſurarius emptor reſtituere debet, quid quid vltra ſortem percepit.

DECISIO L.

CAius N, ruſticus indigens certa pecuniarum ſumma vendidit de menſe Ianuarij Titio N. decem caballos muſti recolligen. in eius vinea in proxima futura vindemia, conuento pretio inter eos in iulijs quindecim pro quolibet caballo, quod pretium in huius contractus ſtipulatione fuit manualiter, & iu contanti numeratum, & ab eodem Franciſco receptum, à quo etiam tempore vindemiæ fuerunt Titio traditi decem caballi muſti, verum quia facta recollectione ab Vniuerſitate, & Magiſtratu impoſitum fuit pretium muſto, & æſtimatus caballus ad rationem ſcutorum trium, vndè Caius ſenſiens ſe valdè læſum ſuper iniuſtitia huius contractus, & inchoato iudicio in Tribunali Eccleſiaſtico, præneſtino, diſceptatum fuit coram me an emptio vini frugum, & mercium ob anticipatam ſolutionem viliori pretio facta ſit vſuraria, & affirmatiuè reſolutum.

1 Siquidem licet regulariter emptio fructuum pēdentium valida ſit, *l.nec emptio l.ſi debitor §.1.ff.de contrahen.empt.l.1.in fi.ff.de condit.& demon.l.inter §.ſacram ff.de verb.oblig.l.nec emptio l. fiſtulas §. vlt.ff.de contrah.empt.l. qui vindemiam ff.de action. empt.Leotard.de vſur.q.8.n.28.& q.16.n.17.*

2 Etiam ſi fiat anticipato pretio, quod quamuis improbetur à *Plutarch.in opuſculo de vſuris vitan.* vbi inquit *auferunt, & rapiunt eſcam nondum maturam, & ante meſſes emunt frumentum, & ante vindemiam vinum, & oleum nundinantur.*

3 Tamen vbi fiat iuſto pretio, prò vt erit tempore meſſis, vel vindemiæ, redditur valida, vt neutri ex contrahentibus liceat altero inuito ab emtione diſcedere *l.ſicut C.de action.& oblig. l.3. C.de reſcind.vend.l.ſed addes §.ſi dominus ff.locat.Leotar. de vſur.q.16.n.19.& ſeq.& firmat* Mantica *de tacit. & ambig.conuent.lib.8.tit.21.* vbi ſubdit quod valeat etiam ſi actus ſit, vt venditor onera fundi ſuſtineat.

4 Triplex autem eſt rerum pretium infimum, medium, & ſummum. quod ſummum non poteſt excedi, & infimum diminuere non licet, & quodlibet iſtorum dicitur pretium iuſtum, vt in re vēdenda ſcribit *Sotus de iuſt.& iur.lib.6.qu.2. art.3. col.3.initio fol.598.Conar.var.reſol.lib.2.cap.3.nu.1 Nauar.in manual.confeſ. cap.17. de peccato vſuræ circa mutua n.228.verſ.item de eo et nu. 241. verſ. centeſimo ſexto Boninſ.in tract.de vendit.ad tempus c.7.ſub n.2.et 3.et ſeq.Scac.de commer.et camb. §.1, q.7.p.2.ampliat.10.n.101.fol.mihi 358.*

5 Ruſus pretium rerum mobilium, vbi non reperitur taxatum, vel adhuc conſtitutum non fuit, eſt illud quod communiter à non conſtituto in egeſtate reperitur, & ſic res tanti valet, quanti communiter vendi poteſt à nō conſtituto in egeſtate, vt tradunt *Cepol.de ſimulat.contract.nu.71.et 72. Scac.de commerc.et camb.§.1.qu.7. p.2.ampliat. 10. num.56.* ac proinde cum in præſenti huiuſmodi pretium conſtitutum fuerit cū perſona conſtituta in egeſtate, non ſeruata iuſtitia pretij intra latitudinem infimi, vſque ad rigoroſum, prò vt tempore vindemiæ venditum fuit muſtum, & à Magiſtratu conſtitutum in Terra Genazari, redditur omninò iniuſtum, enormiterque læſiuum,

ac proinde ſupplendum vſque ad eius legitimam taxationem. Verum eſt enim quod ex *Dino Baſilio* ait *Alciat.in reſponſ.3.num.10.lib.1.* Vſuram deuorare fructus ante qoam nati ſint, quo fænoris genere agrigolæ, et ruſtici potiſſimum ſtrangulantur, quoties ſcilicet ob prorogationem pretij. frumenta, et alios fructus in herbis vendunt vilius iuſto infimo pretio, et etiam animaduertit *Natta conſ.670.* ſemper enim in huiuſmodi negotijs tempus venale eſt, vt ait *Seneca lib.7.de bene-*
6 *fic.* et lucrum captatur, et capitur, vel ex prorogatione pecuniæ, vel ex tempore tardæ ſolutionis quod vſura eſt, et illicitum. *Leotard.de vſur.q.8. ſub num.14.*

7 Propterea Titius, & generaliter ementes vinum, triticum, vel alias ſpecies minus quam valent ob feſtinatam pretij ſolutionem committunt vſuram quia licet contractus quoad verba, & verborum figuram oſtendat venditionem, & emptionem, ab omni fænore remotam, tamen ex tacita quadam conuentione mutuum eſſe intelligitur, reſultans ex pecuniæ quantitate, quæ in anteceſſum ſoluitur, pro cuius vſu emptor percipere cenſetur id quod deeſt iuſto pretio, & ſic aliquid vltra ſortem, in quo conſiſtit formalitas vſurariç prauitatis ex mutuò reſultans, ad quam perpatrandam ex venditoris indigentia, emptores facillimè inducuntur, reſpicientes, & proprium lucrum captantes cum iactura, & damno venditoris, & hac de re dubitandum non eſſe ait. *Vgolin.de Vſur.cap.40.§.1.num.1.Natta conſ.670.num.9. Petrus Greg.par.tit.iur.canon.lib 3.tit.5.cap.4. Rebel. de oblig.iuſt.lib.9.queſt.11.num 2.Felician.de cenſib. lib.1.cap.5.num.15.Canſ.de vſur.cap.3. num.4.Tolet:lib.5.cap.31.nu.5.Leotard.de vſur.qu.8.num.27. & qu.24.nu 30.*

8 Realis enim vſura duplex eſt, alia formalis, in qua mutuum cum lucro formaliter interuenit alia virtualis, in qua mutuus interuenit ſolum virtute, ita vt aliud in contractu tacitè contineatur, quam expreſſe verbis exprimatur, cum ſcilicet merces, & res credita pecunia carius vendatur, ſeò anticipata ſolutione vilius ematur, & hoc caſu tam venditorem, quam emptorem mortaliter peccare de communi omnium Theologorum, ſummiſtarum, & Iuriſconſultorum teſtatur *Scac.de commerc. & camb.p.1.q.7.n.25.& ſeq.fol.mihi* 205. *Io:* Azor. *inſtit.mor.p.3.l.5 tit.de vſur.c.3.verſ.3. diuidi ſolet.*

9 Tres tamen caſus in hac facti ſpecie ſeparantur à *Mantica de tacit.& ambig.conuent.lib.8.tit.21.* Primus eſt, quando fructus ſunt incerti, & tempus incertum, & hoc caſu ob lucri incertitudinem contractum carere omni fænoris ſuſpicione putat, per *textum in l. ſi debitor* §. 1. *de contrahend. emption.*

10 Secundus caſus eſt, ſi empti eſſent fructus certi ad tempus incertum, nempè donec quis vixerit, & tunc ſi inſpecta ætate, & valitudine emptoris tempus incertum reduci poſſit ad aliquam certitudinem iuxta diſpoſitionem *textus in l. hæreditatum ff.ad l.falcid.* & læſio poſſit excedere dimidiã iuſti pretij, & tunc exiſtimat *Mantica,* quod contractus intelligatur vſurarius, ex Cyno *Bald.Salicet.in l.ſi ea pactione C.de vſur.Ripa reſponſ.1. n.8. & 9.lib.2.*

11 Tertius caſus eſt, quando fructus empti ſunt certi, & ad tempus certum, & tunc aſſerit quod contractus cenſeatur celebratus in fraudem vſurarum, ſi læſio excedat dimidiam iuſti pretij, ex *Ripa, Crauet, Bald. & alijs ab eodem Mantic. allegat.*

Non tamen iſti caſus ſunt applicabiles in præſenti, & primus omninò excluditur, nec ob incertitudinem valoris muſti tempore vindemiæ præſens contractus ſubſtineri valet, quia etiam in ſen-
12 tentia Manticæ requiritur incertitudo temporis, copulatiuè cum incertitudine fructuum, ad notata *in cap.in Ciuitate de vſur.Gabr.conſ.77.num.3. lib:1.* in caſu vero noſtro concurrit certitudo temporis, determinata quantitas muſti, & taxatio pretij, & *Mantica* loquitur in caſu, quando quis emit fructus naſcituros in fundo, eo quod tunc emptor exponit ſe periculo, ex iniuria temporis, vel aduerſa tempeſtate, vel hoſtium inuaſione, vel alio caſu fortuito non recolligendi, ob quam incertitudinem, & periculum lucrandi, & perdendi excluditur vſura; immò etiam quod in dicto caſu Manticæ contractus reddatur fæneraritius tenet *Leotardus de vſur.qu.8. num.30. & comprobat Gabr.conſ.77.num.3.lib.* vt porè, quia fructus, &
13 tempus non ita incerta ſunt, vt nequeant ad certitudinem redigi, cum æſtimari poſſint habita ratione reddituum præteritorum annorum, vel penſionis ad cuius quantitatem locatus fuit ager, aut veriſimiliter locari potuiſſet, alias non poteſt ſubſtineri venditio, ex quo certum, & determinatum pretium deſiderat, *l.7. §.vltim. ff.de contrahend.emption.l.vltim.C.eod.tit.* ac proindè hoc caſu ab incertitudine fructuum, nec incertitudine temporis, vſura excluditur, cum vtrumque æſtimari poſſit, qua æſtimatione non facta, ſubrepere videtur vſura, ſi ob prærogationem pretij emptor minus ſoluat.

14 Ad excludendam autem vſuram, vt ſubſtineatur venditio fructuum, qui ſunt naſcituri anticipata ſolutione in vili pretio requiritur quod probabiliter dubitetur, quod fruges, vel merces plus, vel minus traditionis tempore ſint valituræ nam tunc emptor ob anticipatam pretij ſolutionem non poteſt vſurarius reputari, etiam ſi fructus, fruges, & merces deinde cariori pretio vendantur; vt conſtat *ex cap.fin.de vſur.Io:Capus in tract. de fruct.lib.1.tit.3.cap.5.* & ratio eſt, quia hoc caſu vtriuſque contrahentis æqualis eſt conditio, & ſubſtinetur contractus ratione probabilis incertitudinis, lucrandi, & iacturam faciendi, quia lucrum, & damnum ex dubio euentu, et incerta ſorte pendet, ac proindè, cum tam venditor, quam emptor æquali periculo, & ſorti lucrandi, & perdendi ſe exponunt contractus ab omni fraude, & illicito fænore alienus, & immunis redditur; ſecus autem ſi probabiliter certum ſit pluris futuros, et fruges tempore recollectionis, vel traditionis valituros, vt in caſu noſtro, prò verà peritis reputatum fuit, attenta penuria vini, ob mediocrem recollectionem præteriti anni, factam, nam tunc melior eſt conditio ementis, quam vendentis, ex quo reſultat, vt contractus vſurarius, et illicitus reputetur; vt determinat *text.in cap.in Ciuitate de vſur.Gabr.conſ.77.num.4. Guttier.de iurament.confirmat:p,1.cap.2.nu.6.Ludou.Lopez.de contract.& negot.lib.1.cap.38. concl.3. cum alijs per*

Leo-

Leotard.de vſur.qu.24.nu.34. vbi quod contrarium etiam teneat *Rodriq.quæſt.12.nu.42.& 44. & ſub-*
15 *dit nu.36.& ſeq.* quod ad obuiandum fraudibus, & ad præcludendam viam ne vſuræ committantur emanauerint multa Principum ędicta prohibentia emptiones futurorum fructuum.

16 Nec infringit quod fuerit ſoluta medietas iuſti pretij, ac proinde quod excludatur omnis læſio, eum emptores, & venditores vſque ad medietatem iuſti pretij poſſint inter ſe decipere, iuxta terminos *l.2.C.de reſcind.vendit.et l.ſi voluntate, et l.quiſquis C.eod.tit.et cap.cum dilecti c. cum cauſa de empt.et vendit.latè Gabr.in tit.de empt.et vend. concl.1. Bero conſ.212.n.10.vol.3.*

Quia hoc procederet, ſi ageretur ex læſionis in vim *l.2. C.de reſcind:vendit.* quo caſu etiam reſultaret læſio, quia cum ſimus in diſtrictu attenden-
17 dum eſſet ſtatutum *Vrbiſ.in cap.154.lib.1.* expreſsè diſponentis, quod læſus vltra tertiam partem eius, quod agitur, procedi poſſit ad reſciſſionem non obſtante iuramento, tanquam dolosè extortum præſumatur, & nihil operetur, *Rot.dec.140. num.1.par.6.recen.Cargan.ad idem ſtatut. gloſ.154. ſub princ.* vbi quod qui duas tertias integras iuſti pretij non acceperit, ita vt læſus vltra eam in obulo poſſit contractum reſcindere.

Vndè non obſtat obiectum, quia in præſenti non agitur ad arguendam, & detegendam iniuſtitiam contractus ex capite læſionis, ſed ex vitio, & labe vſurariæ prauitatis, quæ reſultat ex mutuo palliato in vili muſti emptione, ob feſtinatam ſolutionem, vt demonſtrauimus.

18 Quinimò in ſententia *Manticæ*, quæ ad ſecundum, & tertium caſum per eundem propoſitum, etiam videtur vſurarius contractus, ſi læſio poſſit excedere veriſimiliter dimidiam iuſti pretij iuxta terminos iuris communis, & ſi in læſione vltra tertiam iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, licet reprobetur hæc opinio à *Leotard.de vſur.q.8.n.31.et 32.*
19 ea motus ratione, quia hoc videatur ſufficere, & exuberare ad reddendum contractum iniuſtum, vt locum habeat remedium *l.2.C.de reſcinden.vendit.* non autem ad reddendum fęneratitium, niſi prorogatio pretij læſioni cauſam daret, alioquin omnis emptio, in qua læſio vltra dimidiam iuſti pretij interuenit, vſuraria redderetur, quod abſurdum iudicatur, eo quia contractus vitio vſurariæ prauitatis infici poſſit, licet læſio minor ſit dimidia iuſti pretij, cum ſatis ſit, ſi ob feſtinatam ſolutionem pretij, quæ eſt ſpecies mutui, vilius fructus empti ſint, licet in vno nummo, cum nec in vno nummo liceat fænerari, ac proindè ad reddendũ contractum vſurarium non eſt neceſſe quod læſio excedat dimidiam iuſti pretij, ſed ſufficit, quod ratio mutui inueniatur, prò vt inuenitur, ſi emptor deducto reditu, qui ex æquiualenti pretio communiter percipitur, multum percepturus ſit vltra ſortem.

20 Contractus autem ſi ſit iniuſtus tolleratur, licet læſio aliqua in eo contingat, nec reſcinditur, niſi venditor vltra dimidiam iuſti pretij cõuentus fuerit, ſi vero contractus ſit vſurarius emptor reſtituere debet, quidquid vltra ſortem percepit, non ſecus ac ſi mutuam pecuniam dediſſet *Gabr. conſ. 77. in fin. lib.1. Leotard. de vſur.q.8.n.31.et 32.*

SVMMARIVM.

1 Vendens merces carius ob dilatam ſolutionem committit vſuram, prò vt etiam ſi minus ob anticipatam ſolutionem. n. 2.

2 Declara vt in huiuſmodi venditione contineatur mutuũ virtuale, quod in quo conſiſtat, vndè reſultat vſura demonſtratur.

3 Labes, & inquinatio mutui, quæ reſultat in eo, quod excedit, vel diminuitur iuſtum pretium reſtituendum eſt.

4 Pretium rerum mobilium vltra rigoroſum excedi non debet ſi habita fuit fides de pretio, nec infimum minui ob anticipatam ſolutionem, & in eo, quod exceditur, & minuitur committitur vſura.

5 Limit. 1. procedere in rebus conſiſtentibus in numero pondere, & menſura, ſecus in conſiſtentibus in certa ſpecie, & corpore. *Contrarium n.6.*

7 Limit. 2. vbi conſtituitur maius pretium ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis propter dilatam ſolutionem. Declara ibid.

8 Venditor propterea poteſt augere rei pretium prò modo fructuum, quos ex re vendita percepiſſet.

9 Sed in eo quod exceditur lucrum, redditur illicitum.

10 Intereſſe lucri ceſſantis eſt iuſta cauſa, vt res carius vendatur pecunia credita.

11 Comprobatur hoc ratione.

12 Pro vt etiam ſi venditor, aut mercator ob dilatam ſolutionem patiatur aliquod verum intereſſe poteſt ratione damni emergentis aliquid vltra ſortem accipere.

13 Ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis licet anticipata ſolutione emere nomen debitoris minori pretio.

14 Limit 3. quod iuſta cauſa pretium augendi eſt probabile periculum idem amittendi.

15 Vndè per remiſſionem fideiuſſoris augeri poteſt pretium.

16 Et procedit limitatio etiam ſi tempore debito emptor, vel debitor ſoluat abſque lite.

17 Limit. 4. vt ratione dubij euentus, & incertitudinis futuræ ęſtimationis ſubſtineatur venditio cariori pretio facta, prò vt de præſenti res valet.

Declara, vt num. 18.

19 Limit. 5. vt poſſit carius vendi credita pecunia ob timorem, quod medio tempore ſolutionis emptor fiat deterioris conditionis.

20 Pecunia præſens plus valet, quam abſens.

21 Pretium diminuitor a mora ſolutionis.

22 Dilatio eſt pars pretij.

Declara, vt num. 23.

An, & quando ob dilatam ſolutionem committatur vſura.

ADNOTATIO I.

1 VEndens merces carius ob dilatam ſolutionem, cenſetur iuſtum earum pretium mutuo dare, & illud plus, quod ſtipulatur, veluti premium dilationis percipere, vndè reſultat vſura, & contractus redditur vſurarius, vt reſcripſit, *Alexander III. Epiſcopo Iannenſi in cap. 6. de vſuris, et Vrbanus III. in cap.10.eod.tit. et declarauit Diuus* Carolus *Borromeus in* Synodo *Prouinciali par.2. tit.vlt. Abb.in cap.conſuluit num.7.de vſur.*Binsfelt.*in cap.in* Ciuitate *q.3.concl.2. vbi teſtatur non adeſſe, qui diſſentiat* Stracca *de mercatur. §.5.n.34.et 75.Couar.var.reſol.lib.1.c.3.num.7.et 9. Rodriq.de annuis reddit.lib.2.q.7.n.3 d.Felician. de cenſibus lib.1.cap.5.n.15.Io: Bapt.Lup. comment.3. §.5.n.6.in fin.Leotard.de vſur.q.8 n.26.& q.24.n.2. & 5. Gregor.XV, dec.80. num.2.* & inter Theolo-

gos *Mercat. de contractibus cap.* 10.

3 Siquidem licet ex figura verborũ validè contractus emptionis, et venditionis celebratus videatur tanquam in ſe licitus, & permiſſus, tamen fænus, & vſura in eodem occultari poteſt ex alio tacito contractu mutui ſimul celebrato, reſultante in augumento pretij rei venditæ ob dilatam ſolutionem, & ſic alius contractus, qui in hoc negotio interuenit, eſt mutui datio eiuſdem pretij, cum fingatur iuſtum eei pretium datum venditori,& ab emptore profectum eſſe,& id, quod ex vendito debitum erat in mutuum conuerti, & ſic qui rem, quæ valet decem ad ſummum, attento pretio rigoroſo vendit duodecim, eo quod ementi facit tempus ad ſoluendum pretium, videtur illi mutuare pretium rei, & prò iſto mutuo accipere illa duo, quæ excedunt iuſtum pretium, prò vt etiam, qui rem, quæ ad minus, attento infimo pretio valet duodecim emit pro decem, & quia anticipatè ſoluit decem, pariter videtur in effectu mutuare pretium, quod dat, nempè illa decem, & illud minus videlicet illa duo, quæ non ſoluit, videtur accipere pro vſura, vt pulchrè declarat *Scaccia de commercio, & camb.* §. 1. *qu.* 7. *par.* 1, *num.* 24. & 25. *fol. mihi* 204. per textum quem allegat *in c. in Ciuitate, & ibi Abb. & ſcribentes de vſur. Dinus Th.* 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *verſ. ad ſeptimum Medina in ſuis tract. tom.* 2. *tit. de reb. per vſur. acquiſit. qu.* 1. *col.* 1. *in fin. verſ. eſt autem fol.* 295. & *verſ. primum fol.* 296. *Sotus de iuſt. & iur. lib.* 6. *qu.* 1. *art.* 1. *verſ. in capite circa fin. fol.* 525. & *clarius Nauar. in manual. Confeſſ. cap.* 17. *de vſura circa mutua ſub num.* 206. *verſ. dixi verum, Leotard. de vſur. qu.* 24. *num.* 5. & *ſeq. vbi allegat text. in l.* 9. *in fin.* & *in l. ſingularia ff. de reb. credit. l.* 3. §. *is autem ff. ad Maced.* & *in hanc ſententiam conſentire omnes teſtatur, ex Salas lib. de empt. dub.* 41. *n.* 3. *Roderic. de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 34. & *ſeq.*

3 Vbi autem ob dilatam ſolutionem pretium augetur, eſt animaduertendum, quod venditioni,& mutuo alius contractus accedit, nempè ſænoeis quod non eſt mutuum, vt benè obſeruat *Cuiac. in obſer. lib.* 9. *cap.* 15. ſed labes, & inquinatio mutui, quæ reſultat in eo, quod excedit iuſtum pretium, rei, vltra quod creditor ob eius vſum, & intuitu temporis tardæ, & poſticipatæ ſolutionis lucrum ceporiare ſperat, & hoc veluti iniuſtè, & per illicitum fænus extoꝛtum, in eo quod ſummum rei pretium excedit à creditore, ſeù venditore reſtituendum eſt, vt res, & contractus reducatur ad
4 æqualitatem, ita vt latitudinem iuſti pretij, quæ conſideratur à pretio rerum, ſcilicet ab infimo vſque ad ſummum, & rigoroſum, prò vt communiter res vendi ſolita fuit, ſiue præſenti, ſiue credita pecunia excedendum nõ ſit, & in eo quod exceditur, vel ob anticipatam, vel ob dilatam ſolutionem committitur vſura, & tanquam labes, & inquinatio mutui reſtituendum eſt, & ſic ſi præſenti pecunia vendita fuerit ſuinæ carnis decas, ſeù vt dicitur la decina ad rationem decem, & octo axium iuxta pretium infimum, viginti axium ad rationem pretij medij, & vigintiquinque ad rationem pretij rigoroſi, ſi vendatur, credita pecunia ad rationem triginta axium ob dilatam ſolutionem, exceditur rigoroſum pretium in quinque axes, qui veniunt reſtituendi, cum excedant iuſtum pretium rigoroſum, pro vt cõmuniter taxata,& vendita fuit decas carnis ſuinæ, in quo exceſſu conſideratur labes, & inquinatio mutui, & conſequenter vſurariæ prauitatis vitium, *Leotar. de vſur. q.* 24. *num.* 6. 7. & 8. *ex Bauſeld. in c. in Ciuitate q.* 3. *col.* 3. *Mangil. de auct. q.* 175. *nu.* 12. & 13. *Rebel. lib.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1. *Salas lib. de empt. dub.* 41. *num.* 1.

5 Limit. 1. vt conclſio procedat in rebus, quæ numero, & menſura conſiſtunt, & functionem in ſuo genere recipiunt, non autem in eis, quæ certa ſpecie, & corpore conſtant, vt ſunt prædia vrbana, vel ruſtica, gemmæ, naues, & ſimilia, quæ licet carius vendantur ob dilatam ſolutionem, non idcirco vſura committitur, *Bald. in tit. de vſur. num.* 4. *quem ſequitur Burg. in cap. ad noſtram num.* 18. *de empt.* & *vend. Bald. Nouell. de dote p.* 7. *priuil.* 3. *num.* 3. *Virgin. de Boceac. in tract. de interdict. vti poſſidet cap.* 17. *num.* 190. *Io: Bapt. Lup. de vſur. comment.* 3. §. 5. *num.* 19. *inter tractat. tom.* 7. *impreſſ. Venet.*

6 Contrarium, & verius, quod etiam vſura committatur, quoties ees carius venditur quam ſit iuſtum illius pretium ob ſolam ſolutionis dilationem, ſiue res conſiſtat in numero, pondere, & menſura, ſiue in certo corpore, & re ſtabili, quia ipſa dilatio ſolutionis cenſetur quoddam mutuũ, vt ſupra demonſtrauimus, quod conuenit vtrique rerum generi ex eiuſdem identitatis ratione, cum in vtraque ſpecie venditionis videatur venditor rei pretium mutuare, & id quod plus vendit capere in pretiũ, & lucrum dilatæ ſolutionis, quod tanquam præmium, & pretium temporis vſurarium redditur, nec enim ad inducendam vſuram inſpicienda eſt res, quæ venditur, ſed modus, & rei pretium, quod augetur ratione temporis, & ob dilatam ſolutionem, vltra quam eſſet tempore contractus, ex quo reſultat mutuum virtuale, & palliatum, & labes, & inquinatio mutui *Salyc. in auth. ad hæc num.* 3. *de vſur. Soccin. conſ.* 88. *nu.* 15. *lib.* 4. *Barbat. conſ.* 67. *num.* 14. *lib.* 4. *Laurec. de Rondulph. in tract. de vſur. p.* 2. *num.* 10. *Bero. in cap. nauiganti num.* 18. *Croi. in cap. in Ciuitate num.* 15. *Vgolin. de vſur. cap.* 39. §. 1. *num.* 4. & ita ſentire omnes Thelogos tradit alijs congeſtis *Leotar. de vſur. qu.* 24. *num.* 10. & *ſeq.*

7 Limit. 2. vt vſura non committatur in venditionibus mercium, & aliarum rerum, quoties ex ſolo tempore tardæ ſolutionis maius pretium conſtituatur ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, dummodò augumentum fiat vſque ad illam ſummam, quæ intereſt, & ſufficit ad reſarciendum damnum Venditoris ob non receptum pretium de contanti, & cum hoc liceat in mutuo reali, & aperto, ita multo magis in venditione, quæ continet virtualiter mutuum, ita docere omnes, ex Salas Rebel. Reginal. Leſſ. Molin. tradit *Leotard. de vſur. q.* 24. *n.* 13. *Scacc. de commerc.* & *camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 1. *n.* 77. *verſ. prima cauſa fol. mihi* 225.

8 Vnde ſi quis rem fructiferam vendat, & fide de pretio habita rem tradat, poteſt pro modo, & portione fructuum, quos vſque ad tempus cadentis ſolutionis percepiſſet, rei pretium augere ſine vſuræ labe, vt argumento *l. curabit C. de act. empti Bald. in tit. C. de vſur. Guttier. de contract. iuram. cap.* 2. *num.* 6. *Scaccia de commerc.* & *camb.* §. 1. *qu.* 7.

qu.7.ampliat.9.num.162. Leotard.de vſur. qu.24.
9 *num.14. & 15.* vbi quod augumentum pretij fru-
ctuum non debeat excedere quaotitatem, quam
pendente dilatione probabiliter percipi poteſt,
adeò, vt io eo, quod exceditur lucrum reddarur il-
licitum, & vſurarium, & ſi in dictum pretium
computati fuerunt huiuſmodi fructus, licitè exi-
gere nequit veoditor aliquam illorum partem, nec
penſionem ſtipulari loco fructuum *Lupus de vſur.*
comment.4.§.7.num.15. Rodriq.de annuis reddit. lib.
3. *quæſt.7. num.79.*
10 Intereſſe enim lucri ceſſantis eſt iuſta cauſa, vt
venditor poſſit carius vendere pecunia credita,
quam pecuoia præſenti, & vt dicitur *de contanti*,
non propter tempus, ſed propter damnum, quod
vendenti infertur ex dilatione ſolutionis pecuniæ,
ſeù propter vexationem ſuam redimendam, quam
11 probabiliter ſibi futuram eſſe timet, præcipuè, ſi
venditor haberet pretium præſens, cum illud io-
ueſtiret in alijs mercantijs, vnde reſultat intereſſe
12 lucri ceſſantis, prò vt etiam ſi veoditor, aut mu-
tuator expectando per maius tempus ſolutionem
patiatur aliquod verum intereſſe, poteſt, tunc ra-
tione damni emergentis licitè aliquid vltra ſor-
tem recipere, & exigere, & lucrum augere, vt
benè docet, *Scaccia de commerc. & camb.§.1.qu.7.*
par.1.num.77. verſ.prima cauſa ita ex Salycet. ſe-
quitur Dec.conſ.111.ſub num.9. & ſub num.12.caſ.
3. Couar.var.reſol.lib.2.cap.3.ſub num.6. verſ. ter-
tio eadem B.Io:à Capiſtr.tract.de vſur.2.par.2.par.
princ.ſub num.46.tom.7.fol.106.Medin.in ſuis tract.
tom.2.tit.de rebus per vſus.acquiſit.q.8.verſ.de alia
col.2.fol.369.Molin.de iuſt.to.2.de contract.diſ.325.
verſ.quo loco col.301.Garcia de contract.cap.19.n.2
13 *verſ.hora*, vbi quod ratione lucri ceſſantis, & dā-
ni emergentis liceat anticipata ſolutione emere
nomen debitoris minori pretio:
14 Limit. 3. quod iuſta cauſa pretium augendi eſt,
periculum eius admittendi in totum, vel in par-
tem, ſi de eodem fides habeatur, vel adſit iuſtus
timor futuræ litis, cum pecuoiam, ſeù mercem
creditor conſequi voluerit à debitore, vel cogatur
ſubire labores, expenſas, moleſtias, & ſumptus
prò rei recuperatiooe, cum non teneatur gratui-
tum hoc periculum in ſe ſuſcipere vndè cum ex-
poſitio huius periculi, & probabilis timoris ſit
pretio æſtimabilis omnium iudicio, poteſt iuſtam
mercedem exigere, vel pretium in recompenſa-
15 tionem augere, etiam ob remiſſionem fideiuſſo-
ris, quam exigere poterat, vt ex Nauar. *Leſſ. Me-*
din. Molin. & alijs tradit Bonacc.in tit. de contract.
diſ.3.quæſt.11.punct.4.num.18. & ex Valen. Aragon.
Salon. & Salas docet Leotard.de vſur.quæſt.24.n.19
& ex Medina, B. Io: à Capiſtrano latè comprobat
Scacc.de commerc.et camb.§.1.q.7.p.1. fol. mihi 226.
num.78.et pluribus ſeq.vbi ſub verſ.non obſtat, re-
fert contrarium tenentes, eorumque obiectioni-
nibus reſpondet, *et n.84.*
16 Amp. vt hæc cauſa ſibi locum vindicet etiam ſi
emptor tempore debito ſpontè ſoluerit, abſque
lite, abſque expenſis, nulloque venditoris incom-
modo quia nihilominus venditori debetur inte-
grum pretium, adeo vt non teneatur ex illo de-
falcare, ſeù ſubtrahere, & excomputare illud pre-
tij incrementum, quod exceſſit pretium, quo ven-
didiſſet præſenti pecunia, & ratio eſt, quia illud
incrementum potuit addi pro timore futuræ li-
tis, & expenſis, quas probabiliter facturus erat
venditor, cum ſatis ſit quod ab initio contractus
huiuſmodi timor, & periculum interuenerit, in
nihilo refragante, quod exitus fuerit bonus, &
felix, & hanc ampliationem procedere etiam de
rigore conſcientiæ ex *Medina tenet Scaccia de com-*
merc.et camb.§.1.quæſt.7.par.1.num.78.verſ.exten-
de hanc cauſam, et verſ.ſeq.fol.mihi 226.
17 Limit. 4. vt etiam ratione dubij euentus excu-
ſetur, qui pannos, vel alias merces, vinum triti-
cum, vel alias ſpecies, vendi cariori pretio, pro
vt tunc valeot, vt certo futuro die recipiat, incer-
titudo autem futuræ æſtimationis ſubſtinet cōtra-
18 ctum etiā in foro conſcientiæ, duobus tamen co-
pulatiuè concurrentibus, primò vt incertum ſit
probabiliter, an tempore ſolutioois merces plus,
vel minus valitura ſit, *cap.in Ciuitate de vſur.* ſe-
cundo, vt Dominus eas venales non habeat, ſed
ſeruaturus ſit vſque ad diem ſolutionis *cap. naui-*
ganti in fin.de vſur.vbi Abb. & ratio eſt, quia is,
qui non erat diſtracturus, ſed reſeruaturus ad tē-
pus dilatæ ſolutionis, ſicut dominium retinuiſſet,
ita illius loco conſequi poteſt incrementum ma-
ioris pretij, habita ratione periculi, & ſumptum
ad textum io *l.7.ff.de periculo, et commod.rei vend.*
l.8.§.1 ff.de condit.furt.Sotus de iuſt.et iur.lib.6.q.4
art.vlt.Soccin.iun.in conſ.83.num.15.lib.2.Roderic.
de annuis reddit.lib.1.qu.12.num.45.Salas de vſur.
lib.2.cap.16.num.2.et in tit.de emption.dub.41. n.2.
Molina diſ.355.nu.5.et 6.cum alijs congeſtis per Leo-
tard.de vſur.q.24.n.29.Scac.de commer.et camb.§.1
q.7.par.1.num.83.
19 Limit. 5. in caſu, quo venditor probabiliter ti-
met, ne emptor fiat ioterim inops, vel deterioris
conditionis, & impotens ad ſoluendum pretium,
ſeù tradendam mercem, nam tunc quia periculo
exponitur extra caſum neceſſitatis poteſt carius
vendere ad tempus, quam præſenti pecunia, ita
ex *Molina, Scaccia de commer.et camb.§.1.q.7. par.1.*
num.79.fol.mihi 227.
20 Generaliter enim in hac materia eſt animad-
uertendum, quod pecuola præſens pluris valeat,
quam abſens, quare communis, & receptiſſima
eſt conſuetudo ferè omnium mercatorum, vt ma-
iori pretio vendant merces dilata ſolutione, quam
præſenti pecunia, ſeù *de contanti*, cum ſemper in-
ſunt ratiooes intereſſe lucri ceſſantis, & periculi, &
donec venditor imburſet pecuoiam creditam, ſeù
emptor conſequatur mercem anticipatè ſolutam
poteſt euenire caſus, vt venditor nunquam im-
burſet, & emptor mercem nunquam conſequatur,
nempè ſi debitores fiant non ſoluendo, ſi mergā-
tur ære alieno, & aoteriori grauati, ſi eorum bona
fideicommiſſi reſtitutioni ſint ſubiecta, & ſimilia
ex quibus reſtitutio, & conſignatio reddatur pe-
riculoſa, & conſequenter vilior, ita vt centum au-
ri hiſce ſubiecti periculis non æſtimantur octua-
21 ginta, vel nonaginta, mora enim ſolutionis eſt
quædam diminutio pretij, ideoque vendere rem
non præſenti pecunia, ſed ſolutione pretij in tem-
pus dilata eſt vendere minori pretio, cum ipſa di-
22 latio ſit pars pretij *Corn.conſ.258.ſub num.3. lib.1.*
Tiraq.de retract.lig.gloſ.18.num.34.et 35.et 38.Bo-
ninſeg.tract.de vendit. ad tempus cap.2.nu.5. iuncto
n.1.latè Scac.de commer.et camb.§.1.q.7.p.1.n 80.

23 Quod procedit dummodò non excedatur inſtitia pretij intra eius latitudinem, nempè infimi, ſi anticipata ſolutione ematur res naſcitura, & rigoroſi, ſi vendatur habita fide de pretio, vt ſupra demonſtrauimus.

FVLGINATEN, MATRIMONII.

ARGVMENTVM.

Matrimonium ob impotentiam coeundi declarari poteſt nullum, & eſt locus ſeparationi, ſi probetur huiuſmodi impotentia per triennalem habitationem, & condormitionem per iuramentum vtriuſque, vel ſaltem alterius, alio negante, & per iuramentum ſeptimæ manus propinquorum, vel vicinorum aſſerentium ſupradictos coniuges verum iuraſſe; concurrente probatione virginitatis mulieris per inſpectionem,

De ſignis impotentiæ, & an, & quando requiratur cohabitatio triennalis, & de alijs ſpectantibus ad materiam hic perutilia ponuntur.

SVMMARIVM.

1 Impotentia coeundi tripliciter conſideratur per ſigna euidentia, veriſimilia. & dubia.

2 Vbi ſigna impotentiæ ſunt euidentia, abſque alia diligentia diſſolui poteſt matrimonium.

3 Vbi ſigna ſunt veriſimiliter euidentia facta recognitione coniugis impotentis, ad diſſoluendum matrimonium ſufficit iuramentum coniugum, & ſeptimæ manus ſine triennio experientiæ.

4 Vbi ſigna ſunt dubia requiritur triennalis cohabitatio, iuramentum coniugum, & ſeptimæ manus, & inſpectio Virginitatis mulieris.

5 Nec ſufficit confeſſio vtriuſque coniugis, & iuramentum ſeptimæ manus 6.

7 Iuramentum ſeptimæ manus requiritur ad tollendam colluſionem inter coniuges.

8 Inſpectio ocularis licet non ſit neceſſaria, ne viduis denegetur hoc remedium, tamen facienda eſt in virgine.

9 Vbi mulier patitur probari eius virginitatem per aſpectum non requiritur iuramentum ſeptimæ manus. *Contrarium n. 10.*

11 Iuramentum ſeptimæ manus quomodo, & cum quo numero conſanguineorum præſtari debeat.

12 Vbi deſunt conſanguinei, & vicini, aſſumendi ſunt teſtes bonæ famæ pro iuramento ſeptimæ manus.

13 Vbi mulier fatetur impedimentum, & vir negat potius eſt fides viro adhibenda, nec eſt audienda ſi ſero reclamauerit.

14 Limit. 1. ſi per certa ſigna ab vxore oſtendatur viri impotentiam.

15 Limit. 2. ſi vxor per aſpectum probet ſe non fuiſſe à viro cognitam.

16 Ad faciendam hanc inſpectionem quot Matronæ, vel obſtetrices requirantur 17.

18 Limit. 3. vt mulier hoc caſu poſt triennalem cohabitationem ſit audienda, & deueniendum ad diuortium probata virginitate per aſpectum, accedente iuramento ſeptimæ manus.

19 Coniux quocunque tempore tranſacto allegare poteſt alterius coniugis impotentiam.

Textus *in cap, 1. & in cap. fin. de frigid. & malef.* concordantur, ibidem.

20 Iuramentum ſeptimæ manus ex parte fatentis tantum impedimentum eſt præſtandum, ſecus ex parte negantis,

21 Mulier ab initio matrimonij ſi erat corrupta allegans viri impotentiam, ipſo negante, quæ requirantur, vt matrimonium diſſolui poſſit.

22 Matrimonium dirimitur propter impotentiam coeundi reſultan, ex maleficio, dummodò ſit perpetuum.

23 In dubio maleficium cenſetur perpetuum, & poſt triennalem cohabitationem diſſoluitur matrimonium.

24 In quibus alijs ſignis maleficium cenſeatur perpetuum:

25 Triennium experientiæ à quo tempore incipere debet ſtante impedimento ex maleficio, & vera ſententia eſt quod incipiat poſt peractam pœnitentiam etiam per terminum arbitrio Iudicis præfigendum, ſi antea præceſſit cohabitatio 26.

27 Triennium verò in caſu impotentiæ naturalis numeratur à tèmpore celebrati coniugij.

28 Impotentia viri cenſetur probata per triennalem cohabitationem.

29 Debet tamen eſſe non ſolum in domo, ſed etiam in lecto.

Et eſt probanda condormitio per triennium, ibid.

30 Impotentia coeundi ex maleficio, ex quo cognoſcatur, & num. 31,

32 Ad matrimonium diſſoluendum, ex cauſa impotentiæ coeundi, quæ requirantur. 33,

34 Matrimonium non dirimitur eo maleficio, vel alio impedimento ſuperueniente poſt contractum matrimonium.

35 Coniuges poſt contractum matrimonium ſi detegant impedimentum impotentiæ coeundi poſſunt cohabitare tamquam fratres.

36 Nec Iudex Eccleſiaſticus poteſt prohibere dictam cohabitationem.

38 Limit. vt nullatenus ſit permittenda ſi adeſt periculum

39 Coniuges poſt detectum impedimentum impotentiæ, & tranſactum tempus èxperientiæ, ſi non poſſunt cõtinenter viuere, tenentur reclamare, & ceſſante ſcandalo, etiam propria auctoritate ſeparatim viuere,

DECISIO LI.

BErta N. contraxit matrimonium cum Sempronio, cum quo ob eius impotentiam coeundi nõ potuit conſumare matrimonium, ſed bona fide ſpatio, ſeu curſu viginti annorum, & vltra ſimul in figura matrimonij cohabitauerunt, & indiuiduam vitæ conſuetudinem retinuerunt occaſione ne tamen acceſſus ad eorum patriam RR. Patruum miſſionis comperto præfatam mulierem tuta cõſcientia cohabitare non poſſe cum eius viro prudenter ab eiſdem hortata fuit, ad inſtandum corã Ordinario prò diuortio, vndè delato in iudicio negotio, dubitatum fuit, an ſit locus diſſolutioni matrimonij, & quatenus ſit locus, an permitti poſſit eiſdem cohabitatio, vt ſi eſſent frater, & ſoror, ſuper quo ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. D. Epiſcopo de meo iudicio requiſitus, pro articuli intelligentia animaduertebam, quod impedimentum impotentiæ coeundi, aut prouenit ex cauſa naturali, aut ex maleficio.

1 Impotentia naturalis coeundi conſideratur in triplici differentia, vt triplicia ſint impotentiæ ſigna, ſcilicet quædam neceſſario, & euidenter cõcludentia impotentiam, alia veriſimiliter, & alia dubiè, & præſumptiuè probantia, *Butr. in cap. laudabilem num. 14. de frigid. & malef.* ibique Prępoſitus *num. vltimo, Alex. de Neuo num. 16. & 17. Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 107. num. 2. Vermigl. conſ. crim. 453. num. 3. Rot. dec. 695. n. 1. verſ. & Domini prò intelligentia p. 1. rec.*

2 Ex quibus ſignis diuerſi reſultant effectus, nam vbi ſigna neceſſario, & euidenter impotentiam concludunt, ſiue viri, ſiue fœminæ, pro diſſoluendo matrimonio, nihil vlterius ad releuantiam requiritur, adeo vt nulla temporis mora expectata deueniri poſſit ad eiuſdem matrimonij diſſolutionem, vt tradunt *DD. plenè relati per Sanchez de*

ma-

matrim.lib.7.diſ.107.nu.3.Vermigliol.conſ.crim.453 num.3.verſ.ex prædictis.

3 Si autem ſigna non ſint omninò certa, & euidẽtia, ſed veriſimiliter euidentia impotentiæ, non requiritur cohabitatio triennalis, & triennium experientiæ, ſed ſufficit iuramentum coniugum aſſerentium ſe coire non poſſe, & ſeptimæ manus propinquorum iurantium ſe credere eos verum fateri, concurrente inſuper inſpectione coniugis impotentis facta per Medicos, & Matronas, quæ ſi iudicauerint eam omninò impotentem per ſigna veriſimiliter euidentia, & concordauerint cum Medicorum dicto, iuramenta coniugum, & ſeptimæ manus propinquorum, ſtatim eſt diſſoluendum matrimonium nulla temporis mora expectata. *Alex.de Neuo in cap.laudabilem num.17. in caſu 2.de frigid.& malefic.Vermigliol.conſ.crim.453 num.3. verſ.ex prædictis Sanchez. de matrim. lib.7. diſ.107. n.4. & diſ. 109. n.5.verſ. nam ea tanta.*

4 Vbi verò ſigna dubiè, & præſumptiuè concludunt, tunc requiritur triennalis cohabitatio, & ſupradictum iuramentum coniugum, et ſeptimæ manus propinquorum. *Sanchez.de matrim. lib.7. diſ.107.nu. Vermigliol.conſ.crim:453.num.4.Maſcard.de probat.lib.1.concl.311. num.3.ſcribentes in cap.laudabilem de frigid. & maleficiat. Amat. Dunoz:dec.399.num.4 tom.1.repetita in rec:dec.53.p.6* vbi quod vltra ſupradicta requiritur etiam inſpectio vxoris à mulieribus, mariti verò à viris, & *deciſ.392.ſub num.1. & 2.par.4. tom.2.* iuxta prius firmata per *Rot.dec:695.n.2.p.1.rec.*

5 Duplex tamen in hoc diſtinguendus eſt caſus, prior eſt, quando vterque coniux fatetur impedimentum, poſterior, quando alter fatetur, & alter negat, in primo caſu, vbi agitur de diſſoluendo matrimonio deſideratur triennium experientiæ, iuxta *cap.laudabilem de frigid.& maleficiat.* ad experiendum an frigiditas ſit vera, ac perpetua, vel potius temporalis, ſiquidem datur dictum triennium, vbi vera frigiditatis probatio haberi nequit, ac proindè non ſufficit confeſſio vtriuſque coniugis, cum ex ea non reſultet vera probatio contra matrimonium, *cap.ſuper eo,de eo qui cognouit conſanguin.*

6 Nec iuramentum propinquorum ſupplet illum defectum, eo quod illi de ſola credulitate iurant, & cum agatur de re grauiſſima debemus potius abundare in probationibus, quam deficere, & hanc ſententiam hodiè eſſe communiter receptã, & in praxi ſequendam, prò vt ex *Dino Thoma, Palud: Celaia Gabriel. D. Antonin. Ledeſ.Graf.Duard.Riccard. Petro de ſoto,* Lopez, & alijs Theologis ſequitur, & tenet *Sanchez. de matrim.lib.7.diſ. 108.num.5.* reprobata contraria opinione relata *nu:antedenti 3.& 4.* & ex iuris peritis tenent hanc ſententiam *gloſ.in cap.ſi quis acceperit in verbo tẽpore 33.qu.1. Brunellus de ſponſalibus concl. 28.nu. 16.lex regia 6.tit.8.par.4.in fin.Hugolin.de matrim. cap.19.nu.1.Maſcard.de probat.lib. . . concluſ.816. num.8.Nauar.conſ.1.per tot:de frigid:& maleficiat. in vtraque editione, Fuluius Pacianus de probat. lib.2.cap.2.nu.24. Speculat.in tit.de frigid.* §.*vnico nu:3. Petrus Gregor.ſyntagmate iur. lib.9. cap.12. nu 6.Coſtan. de ſponſal.tit.de ijs,qui contrahere nuptias poſſunt num. 66.* vbi ait poſt triennij cohabitationem ſat eſſe iuramentum vtriuſque coniugis, & ſeptimæ manus propinquorum, *Franc. Marcb. deciſ.Parlament.Delphinal.677. nu.2. Caualcan.dec. 18.nu.7.p.2.*

7 Et quoniam inter coniuges poteſt eſſe colluſio, propterea vltra triennium experientiæ, & iuramentum vtriuſque coniugis, fatentis impedimentum, requiritur ſeptima manus propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ defectu propinquorum, iuxta *textum in cap.laudabilem de frigid.& maleficiat.Maſcard. de probat.concl.819. num.8. Pacianus eodem tract. lib.2.c.2.n.24.Hugol.de matr.c.19. n.1. cum alijs per Sanchez.de matrim.lib.7:diſ.108. n.7.*

8 Vltrà quod, vt magis veritas innoteſcat, tutius eſt deueniri ad ocularem inſpectionem coniugũ, licet non videatur neceſſarium, quia in dicto *cap. laudabilem* in vltimo caſu id non exigatur, nè viduis denegetur hoc remedium, ſed ad abundantiorem cautelam præmitti debet hæc diligentia, in virgine, & non viduis, *Alex.de Neuo in cap. laudabilem num.17.in caſu. 5.* Conſtanus *de ſponſal. tit.de ijs, qui nupt.contrahere poſſ.nu.66.Sanchez.de matrim.lib.7.diſ.108. n.6.*

9 Quinimò vbi mulier patitur eius virginitatem probari per aſpectum, & per eundem aſpectum reperiatur virgo, tunc tollitur omnis difficultas, adeò vt nec opus ſit iuramentò ſeptimæ manus propinquorum, ſed verum iudicium eſſe per matronatum, & ipſorum coniugum iuramentum. *Pacianus de probat.lib.2.cap.2. nu.29.* ita etiam videtur ſubſtinere *ſotus 4.diſt.34.qu.vnica art.2.col.4. verſ.rogas autem Vermigliol. conſ. crim.453. num.9. Guttier.cap.120. num.21.Sanchez de matrim. lib.7. diſ.108. num.8.* vbi ſub *verſ. At expreſſè, & nu.9.*
10 videtur tenere contrarium, ſcilicet quod ſemper deſideratur iuramentum vtriuſque coniugis, & ſeptimæ manus, quando impotentia, non eſt euidens, non obſtante oculari inſpectione, nam ſæpè oculi, & manus obſtetricum falluntur, præcipue, quia fœminæ multis fraudibus vtuntur, quibus Virgines apparent, vnde non oritur certa, et indubitata probatio ex huiuſmodi oculari inſpectione, propterea vltra dictam inſpectionem, pro forma etiam requiratur iuramentum ſeptimæ manus, adeò vt eius omiſſio redderet ſententiam irritam, iuxta *textum in cap. fin.de frigid. & maleficiat.* & licet textus loquatur de impedimento proueniente ex maleficio, tamen hoc etiam neceſſariò dicendum eſſe de frigiditate, quia in *cap.laudabilem de frigid.& maleficiat.in fin.* pariter exigitur hoc iuramentum in impedimento naturali ſubdit idem *Sanchez.loco citato num.9.ex Hoſtien.in dicto cap.fin.de frigid.& maleficiat.in fin.ibique Abbas num.10.Card.nu.3. Prapoſ.num.3. Alex. de Neuo nu.15.*

11 Iuramentum verò ſeptimæ manus vbi vterque coniux fatetur impedimentum conſiſtit, vt cuiuſlibet coniugis ſeptem conſanguinei iurent, vel eis deficientibus ſeptem vicini cuiuslibet, et debent eſſe quatuordecim, quod ſi tot teſtes haberi nequeant, ſufficiunt pauciores arbitrio Iudicis, vt duo, *Maſcard:de probat.lib.2. concl.816.nu.11.& 12.Brunel.de ſponſal.concl.28.nu.24. Callerus in addit.ad Fuluium Pacianum lib.2.de probat. cap.2. lit. H.* cum alijs relatis per *Vermigliol. conſ.crim.453. num.8.Sanchez. de matrim.lib.7.diſ.108.num.11. &*
12 *12.& num.13.* ſubdit, quod ſi deſint conſanguinei,

nei, & vicini, debeant aſſumi alij teſtes bonę famæ, & omni exceptione maiores ex mẽte textus in *c.laudabilem de frig.& maleſ:& n.14.* vſque ad 16.tradit formam, qua hoc iuramentum tam ab vtroque coniuge, quam à conſanguineis,vel vicinis præſtandum ſit.

13 Vbi verò mulier fatetur impedimentum, & vir negat, nec illa matrimonij initio proclamauit,nõ eſt audienda,ſi proclamat aduerſus matrimonium ſed potius fides habenda eſt viro fatenti ſe conſumaſſe matrimonium, vt conſtat ex *cap.1.de frigid.& maleſ.* ibi: *illa autem ſi prior poſt annum, aut dimidium ad Epiſcopum, aut ad eius miſſum proclamauerit dicens, quod non cognouiſſes eam, tu autem contrarium affirmas tibi credendum eſt,eo quod caput es mulieris, quia ſi proclamare voluit. cur tandiu tacuit,* & ratio eſt, quia concurrunt tunc contra mulierem duæ præſumptiones, prior quod ſerò reclamauerit, poſterior aſſertio viri ſe eam cognouiſſe, vt tradunt *DD. in dicto cap.1.de frigid. & maleſ. Abb.num.5.Alex.de Neuo num.7.in fin.Brunell.de ſponſal.concl.28.limit.1.n.16.Sanch. de matr. diſ.109. num.2.lib.7.*

14 Limitatur 1. hæc concluſio, quando vxor per certa ſigna oſtenderet viri impotentiam, nam tunc non obſtante cuiuſuis temporis lapſu eſt audienda cum per aliam fortiorem præſumptionem elidatur præſumptio malitiæ reſultans ex diuturna vxoris taciturnitate, in qua innititur diſpoſitio textus in dicto *cap.1.de frigid.& maleſ.* vt declarat *ibidem Innocen. num.vlt.Abb.num.5.Hoſtien. in fin. Ancar.num.11.Prapoſ.num 8.verſ.vltimo quaro Alex. de Neuo num.7.in fin.& num.13.Brunel. de ſpoſal. concl.28.limit.1.num.16.Sanch.de matrim lib.7. diſ. 109. num. 5.* vbi quod hoc caſu ſufficit, quod ſigna ſint veriſimiliter euidentia.

15 Limit. 2. ſi vxor per aſpectum probet ſe non fuiſſe à viro cognitam, vt ſi inſpecta à Matronis reperta fuerit virgo, nam tunc potius credendum eſt vxori neganti copulam, quam viro affirmanti,debent tamen hoc caſu adhiberi matronæ peritiſſimæ, cum virginitas ſit res occultiſſima in cuius recognitione oculi matronarum facile decipi poſſunt, & ſaltem ſatis eſt, vt ſint peritæ bonæ conditionis, & fide dignæ, & expertæ in opere nuptiali, vt docent *DD.copiosè congeſti à Sanchez de matrim.lib.7.quaſt.109.num.6.7. & 8.* vbi refert aliorum ſententiam requirentem, vt hu-
16 iuſmodi inſpectio fiat per ſeptem matronas, quæ teſtentur eam eſſe virginem per textum in *cap. propoſuiſti de probat.* ibi *iuramento puella, & teſtimonijs illarum ſeptem mulierum, eſt potius fides ad-*
17 *hibenda*, ſed concludit ſufficere duas, aut tres obſtetrices cum diſpoſitio dicti textus procedat ad maiorem cautelam, non ad imponendam formã, & neceſſitatem, ideò quod non ſit recedendum à regula generali dictante in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum.

18 Limit. vt mulier ſerò proclamans non eſt tunc audienda, ſed poſt triennalem cohabitationem, cum magis conſentaneum videatur, vt ſuccurratur illi mulieri ſero proclamanti per triennij experientiam, quod triennium computandum eſt à die copulæ intentatæ, quo triennio elapſo deueniri poteſt ad matrimonij ſeparationem, ſi per aſpectum probetur mulierem eſſe virginem, accedente iuramento ſeptimæ manus propinquorum, teſtantium ipſis veriſimile eſſe eam verum deponere, vt clarè colligitur in *cap. laudabilem de frigid. & maleſic.* vbi textus in priori parte, vbi eſt ſermo, quãdo alter fatetur altero negante, ait poſt triennij experientiam diſſoluendum eſſe matrimonij, ſi fęmina probet per iuſtum iudicium viri frigiditatem, vbi *glo.in verbo iuſtum* declarat id eſt per teſtes, aut per aſpectum corporis, vt etiã declarat, *glo.in cap.1.33.quaſt.1.in verbo iudicium, & in ver. iuſtum, ita Sanchez de matrim.lib.7.diſ.109. nu.11. & 12. ex Innocen. in cap.laudabilem num. vnico de frigid.& maleſ.ibique Prapoſitus num.6. Abb.in fin. & cap.1.eod.tit. n.5.vbi Alex. de Neuo n.8. Borell. de ſponſal.concl.28.limit.1.n.16.*

19 Vndè ſequitur integrum eſſe coniugi quocunq; tempore tranſacto allegare alterius coniugis impotentiam, quia temporis tractu matrimonium irritum non firmatur, & ex ſupra firmatis reducuntur ad concordiam *cap.1.& cap.fin.de frigid.et maleſ.* vt *cap.1.* negans mulieri audientiam quando non ſtatim proclamat, intelligatur donec triennium tranſactum ſit, & *cap.fraternitatis, & cap.fin.* concedentia audiendam eſſe clamantem poſt multos annos, intelligitur modo iam triennium trãſierit, ita *Abb.in d.c.fin.nu2. Alex.de Neuo n.3.relat. per Sanch.de matrim.lib.7.diſ.109.n.14.*

20 Iuramentum verò ſeptimæ manus, vbi alter tãtum coniux fatetur impedimentum, & alter negat, non eſt pręſtandum à ſeptem propinquis,vel vicinis, vtriuſque coniugis, ſed ſufficit ſi ſolum ſeptem propinqui illius fatentis iurent, ſe credere illum dicere verum, quia cum alter negat, illius propinqui non ſecus vocandi, vt in fauorem fatentis iurent, ſed ſolum quatuordecim requiritur vtroque coniuge fatente impedimentum, ita deducitur ex *cap. laudabilem de frigid. & maleſic. Sanch.de matrim.lib.7.diſ.109.n.13.*

21 Quod ſi forte mulier initio matrimonij proclamans, erat tempore contractus corrupta, & ipſa fateatur impedimentum, negante vero viro, non erit ad eius petitionem ſtatim diſſoluendum matrimonium ex eius iuramento, & ſeptimæ manus propinquorum, cum aliquibus indicijs frigiditatis viri, niſi elapſo etiam experientiæ triennio. & ita declarando textum *in cap.1.de frigid.& maleſic.* docet *Sanch.de matrim.lib.7.diſ.109.num.18.ex Hoſtien.in ſumma tit.de frigid.& maleſ.§.qualiter, & quando num.10.& 11.Io. Andreas cap 1.de frigid.& maleſ.num.7. Io.de Friburgo in ſumma Confeſſ.lib.4 tit. 16. quaſt. 16.*

22 Si verò ex maleficio oriatur impotentia coeundi,& impedimentum ſit perpetuum vtique ex huiuſmodi impedimẽto dirimitur matrimonium, cum æquiparetur impotentiæ naturali perpetuæ, nam dęmon, permittente Deo, poſſit impedire copulam, ſemel, ſæpe, & ſemper, & reddere organa, & potentias naturales inanes, & ſuo robore & viribus deſtituere, vt latè comprobat *Sanch, de matrim.lib.7.diſ.94.num.8.* vbi innumeros allegat, ex Theologis *D.Thom.4.diſt. 34.quaſt.vnica art.3. corpore, & ibi Albert.Magn.art.10.Caiet.in ſumma in verb.matrimonium cap.1.impedim 12.D.Antonin. 3.par.tit.1.cap.12.§.3.Belarmin.lib.1.de matrim.c.18 col. 2.verſ.ex his Petrus de Ledeſm.de matrim.q.58. art.2.ſub princ.Enriquez lib.12.de matrim.c.8. n.2.*

Phi-

Philiarc.de offic.ſacerdot.tom.1.par.2. lib.2. cap. 10. & ex iuriſperitis glo.in cap.fraternitatis in verb.diutinum in poſteriori ſolutione de frigid.Speculat in tit. de frigid.§.vnica num.4. Hoſtien.in ſumma eod. tit. §.qua impotentia num.9. ſcribentes in cap. fin. de frigid.& malef.vbi Hoſtien.num:1.& 6. & in cap. fraternitatis vbi Ia: Andrea num.4.Ancar. num:16. quaſt.1. Abb.num.13.Prapoſ.num,12.Enric. nu.9. & 10.Brunellus de ſponſal.concl.28. limit.vltim. n.28. Coſtanus de ſponſal.tit.de iis, qui nuptias contrahere non poſſunt num.78.Petrus Gregor.in ſyntagmate iur.lib.34 cap.9.num.34.& lib.9. cap.12. num.6. & conſtat ex cap.fin.33.q.1.et ex cap.fin.de frigid. et maleſ.Burat.dec.763.n 9.

23 In dubio autem,vbi conſtare nequit, an ſit perpetuum an temporale maleficiũ,præſumitur perpetuum, ac diſſoluitur coniugium, quando triennio coniuges dedere operam carnali copulæ, nec perficere potuere iuxta cap.fin.de ſrigid.ita aliis allegatis docèt Sanch.de matrim.lib.7. diſ.94. n.12.

24 Pro ut pariter cenſetur perpetuum,primò ſi auferri non poſſit per opus humanum, niſi per aliud maleficium, quod grauiſſimum ſcelus reputatur, ſecundo cenſetur perpetuum, quamuis tolli poſſit per diuinum miraculum, ſecus per Eccleſię exorciſmos, tertio ſecundum aliquos Doctores, ſi huiuſmodi impedimentum ſolum ab auctore maleficii etiam modo licito auferri poteſt, cum non videatur poſſibilis remotio maleficii,dum pendet ex voluntate vnius, vt latè aliis congeſtis exemplificat Sanchez de matrim. lib. 7. diſ.94. à num. 9. vſque ad 12.

25 Triennium vero experientiæ hoc caſu impotentiæ ſcilicet coeundi ob maleficium exigitur,iuxta cap.laudabilem de frigid.vt Rot.ſemper ſeruauit Burat.dec.763.num.10.& 32.& poſt 2.vol.conſ. Farin. dec.192. & latè per Sanch.de matrim.lib.7.diſ.99.n. 7. & 8. & incipere debet poſt decretum Iudicis, ſeù à tempore impoſitæ, & peractæ pœnitentiæ quia cum propter peccata ſuperueniant ſimilia impedimenta, imponenda eſt pœnitentia, vt videatur an ex bonitate, & miſericordia Dei omnipotentis, ea peracta coniux reddatur habilis ad conſumandum matrimonium, & ſic non peracta pęnitentia nó ſuffragatur præcedens cohabitatio etiã triennalis ſecundum Anton.Butr:in cap:fin.num.10 de frigid.& malef.Ancar.ibid.num:9. & hanc ſententiam tanquã veriorem, & ęquiorem amplectitur Rot.dec.27.num.10.poſt.1.vol.conſ.crim. Farin. & dec.226.nu.1.poſt 2 vol.conſ.eiuſdem & latè alios allegat Paul.de Rub. in addit.ad deciſ. 392.nu.22 p.4 tom.2. recen.& dec.277.ſub nu.13.par.4.diuerſ. Burat. dec.763. num.13.

26 Et ſaltem hoc caſu ſequendum eſt temperamẽtum Abbatis in dicto cap.fin. num.12. ibique Prapoſ. num.4.de frigid.& maleſ. ſcilicet quod poſt pœnitentiam peractam fiat cohabitatio per aliquod tẽpus arbitrio Iudicis præfigendum, vt colligitur per verba textus in cap.fin.de frigid.& malefic. vbi Honorius III. ait, iniunxiſtis eiſdem, vt agerent pœnitentiam de commiſſis, & ſi fortè placeret Deo,vt opus matrimonii conſumarent, qui poſt plures terminos ad veſtram reuerſi praſentiam conſona voce dixerunt, quod non poterunt carnaliter commiſceri, quo circa mandamus quatenus ſi ita eſt, & conſtiterit vobis præfatum virum, & mulierem infra prædictos octo annos per continuum triennium ſimul habitaſſe, ipſis cum ſeptima propinquorum manu firmantibus iuramento ſe commiſceri carnaliter nequiuiſſe, proferatis diuortii ſententiam inter eos, & ita ibidem tradunt ſcribentes, Abb.num.vltimo, Alexan. de Neuo nu.17.Prapoſ.num.4.Sanch.de matrim.lib.7.diſ:107 num.10. Capel.Toloſ.dec.381. num.7.& dixit Rota dec:27.ſub num.10.circa med. poſt primum vol.conſ. crimin.Farinac.repetita in par.4.diuerſ.dec.277.

27 Quod tantum procedit,vbi agitur de impotentia coeundi propter maleficium, quo caſu datur remedium coniungendi pœnitentiam ſalutarem, iuxta diſpoſitionem dicti cap.fin.de frigid.& maleſ. ſecus autem in caſu frigiditatis, ſeù impotentiæ naturalis, in qua nulla imponitur pœnitentia, ſed ſeruatur forma textus in cap.laudabilem de frigid. & maleſic: requirentis tantum cohabitationem triennalem à tempore celebrati coniugii,vt declarat, ibi glo.& Hoſtien in cap.fin.num.10. præſertim in verſ.hoc pacto de frigid. & maleſ.Fumian. Centolin.in addit.ad dec.27.poſt prim.conſ.crimin. Farinac. lit. D. circa med.verſ.crederem tamen

28 Et quod impotentia viri concludenter cenſeatur probata ex triennali cohabitatione,quomodocunque coniuges cohabitauerint, etiam abſque ſpeciali Iudicis decreto præcedente,vbi agitur de impedimento naturali tradit Innoc.in cap. fin. ibique Zabarel.num.4.verſ.quarto à quo tempore Alex. de Neuo num.17. & apertè probatur in cap.fin.de frigid.& maleſ. ibi & conſtiterit vobis infra prædictos octo annos per continuum triennium cohabitaſſe.

29 Quæ habitatio triennalis ad hunc effectum, vt dicatur benè probata impotentia viri, non ſolum requiritur, vt fuerit in domo, ſed etiam in lecto. Hoſtien.in cap.fin:poſt princ. de frigid.& maleſ. Rota dec.27:num.9 poſt conſ.crim.Farinac. vbi quod ſit probanda condormitio per triennium.

His ita diſpoſitis affirmatiuè reſpondendum videtur ad primam propoſiti dubii partem, ſcilicet eſſe locum ſeparationi matrimonii,quoniam verſamur in impedimento impotentiæ coeundi
30 perpetuæ conſurgentis ex maleficio, cuius ſignum manifeſtè datur. quia dum vir ad copulam paratus, & aptus eſt, & ad vas vxoris penetrandũ appropinquat, eius ſtatim relaxantur, ac conciduntur organa,nec poteſt complere, & in ſudorem vertitur, quod ex radice naturali conſurgere nequit, vt animaduertunt Hoſtien.in ſum tit. de frigid §.qualiter,& quando n.10.iuncto n.12.Io:de Friburgo in ſum.confeſ.lib.4.tit.16.q.16.latè Sanchez de matrim.lib.7.diſ.94.n.6.

31 Tanto magis, quia ex mulieris inſpectione nulla in eadem reperitur arctitudo, aut talis virginitatis conditio, quæ obſtaculo eſſe poſſit virilium penetrationi, & conſequenter cum nulli obſtaculo naturali tribui poſſit, eſt attribuendum Dęmoni impedienti congreſſum,ita Sanch.de matrim. lib.7.diſ.94.n.6.circa med.verſ.vel ſecundo.

32 Quæ impotentia coeundi remanet probata nó ſolum per triennalem cohabitationem,& condormitionem vltra viginti annos Burat.dec.763.n.10. Rot. dec.111.n.2.& latè dec.192. n.1. & ſeq.poſt 2. vol.conſ.Farinac. verum etiam per eandem cohabitationem, & condormitionem per alios duos alios annos ab Ordinario ſtatutos,poſt impoſitam pęnitentiam, & per iuramentum vtriuſque coniugis,

gis, quod bona fide dederunt operam copulæ car-
nali, per totum dictum tempus, nec vna caro effi-
ci potuerunt, et per aliud iuramentum ſeptimæ
manus nempè propinquorum, et partim vicino-
rum ad conficiendum numerum, qui pariter iura-
uerunt credere ſupradictos coniuges verum iuraſ-
ſe, concurrente inſuper probatione Virginitatis
mulieris per inſpectionem matronarum, ſeù ob-
33 ſtetricum, quibus omnibus adhibitis, & interue-
nientibus locus eſt ſeparationi, vt concludit *Fa-
mian. Centolin. in addit. ad deciſ. 27. poſt primum vol.
conſ. Farinac. verſ. ſeptima manus*, vbi loquitur in
fortioribus terminis nempè non obſtante negatio-
ne, & contradictione viri, ex *Abb. in cap. 1. ſub n. 5
verſ. ſed poſt cohabitationem triennalem de frigid. &
maleficiat. Butr. in cap. laudabilem nu. 12. & 14. in
fin. eod. tit. & ibi Alex. de Neuo num. 17. & in cap. fi.
nu. 15. verſ. tamen in hac materia ſic poſſumus dicere
eod. tit. de frigid. & maleficiat. & dixit Rot. in Pam-
philonen. Matrimonij* coram Coccino *dec. 392. nu. 2.
cum ſeq. p. 4. tom. 2. rec.*

34 Eoque fortius, quia huiuſmodi impedimentum
probatur adfuiſſe de tempore contracti matrimo-
nij, quod à principio reddidit nullum, licet ſecus
ſit ſi hoc maleficium, vel impedimentum ſuper-
ueniat poſt contractum matrimonium, cum tunc
illud dirimere non poteſt, *cap. dilectus, & ibi glo.
& DD. de ſponſal. & can. neque 22. qu. 7. Burat. dec.
763. num. 8. in fin. verſ. vnde ſi maleficium, late San-
chez de matrim. lib. 7. diſ. 102. nu. 1. & ſeq.* vbi quod
hoc procedat ſiuè matrimonium ſit ratum, ſiue
conſumatum, *cap. hi. qui 32. qu. 7.*

35 Quantum verò attinet ad 2. dubium, quando
ſcilicet ab initio fuit bona fide contractum matri-
monium, & poſtea detecta impotentia, & ſubin-
dè matrimonij nullitas, ſi velent vir, & mulier
permanere tamquam fratres, an ſit eis permitten-
dum prima facie, affirmatiuè videtur reſponden-
dum, quia hoc expreſse conceditur in *cap. conſul-
tationi de frigid. & maleficiat.* vbi Lucius III. ait,
*Romana tamen Eccleſia conſueuit in conſimilibus iu-
dicare, vt quas tamquam vxores habere non poſſunt,
habeant vt ſorores*, & in *cap. laudabilem eod. tit.* vbi
Cæleſtinus III. reſpondit, *quod ſi ambo conſenſiant
ſimul eſſe, vir eam, & ſi non vt vxorem, ſaltem ha-
beat vt ſororem, & ex cap. 2.* quod eſt ex Epiſtola,
D. Gregor. 33. qu. 1. & in motu proprio Sixti *V. de
matrimonio Eunucorum*, & docent *Nauar. lib. 4. in
2. edit. conſ. 2. num. 1. de frigid. & maleficiat. Bartolo-
meus à Ledeſma de matrim. dub. 48. ad fin. primæ con-
cluſ. Henriquez, lib. 12. de matrim. cap. 7. nu. 7.* Bar-
*boſ. l. 1. par. 1. num. 92. ff. ſolut. matrim. Petrus de Le-
deſm. de matrim. quæſt. 58. art. 1. dub. 3. quod ſi monet.
circa ſolutionem ad 3. dub. principal.* cum alijs per
*Sanchez de matrim. lib. 7. diſ 97. num. 4. Bonac. in tit.
de impediment. matrim. qu. 3. punct. 13. ſub num. 20.
tom. 1.*

36 Nec Iudex Eccleſiaſticus poteſt his volentibus
inſtar fratris, & ſororis cohabitando permanere
hanc cohabitationem denegare, quia habent fun-
datam intenſionem in diſpoſitione iuris hanc co-
habitationem concedentis, *Sanchez de matrim. lib.
7. diſ. 97. nu. 7.*

38 Sed quia valdè periculoſa eſt huiuſmodi confe-
deratio, ideo Ordinarius cum maxima circumſpe-
ctione ſe gerere debet in hac conniuentia, cum
nullatenus permittenda ſit; quando adeſt pericu-
lum incontinentiæ, & coniuges patiantur ſtimu-
los carnis, à quibus, nec vir frigidus, aut male-
ficiatus, nec mulier arcta eximuntur, cum facili
negotio ad tactus impudicos prouocari poſſunt,
& cum nitamur in vetitum, ex ipſa impotentia
coeundi augetur libido, & voluntas eam explen-
di, eo modo quo fieri poteſt deueniendo ad tactus
amplexus, oſeula, & alios turpiores actus, vt ex-
preſsè ſanciuit Sixtus *V. in ſua bulla de matrimo-
nio Eunucorum*, ibi, *eos autem qui, iam ſic de facto
contraxerunt, ſi appareat eos non vt caſtè ſimul vi-
uant contraxiſſe, ſed actibus carnalibus, & libidino-
ſis operam dare, ſimulue in vno, eodemque lecto cum
prædictis mulieribus dormire conuincantur, omninò
ſimiliter ſeparari cures*, ac proindè Epiſcopus hoc
caſu debet eos cogere, vt ſeparentur, vt tradunt
*Hoſtien. in cap. conſultationi in fin. de frigid. Philiarc.
de offic. Sacerdot. tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 10. verſ. ſed
dubium eſt*, vbi dicit non eſſe concedendam hu-
iuſmodi coniunctionem ob incontinentiæ pericu-
lum. *Nauar. conſ. 3. nu. 14. in ſolutione ad 6. lib. 4.
in prima editione, & conſ. 2. in 2. editione*, vbi ſub-
dit quod hæc habitatio ſit aliquando periculoſa,
ac proindè, quod Iudex non debeat permittere,
vbi adeſt timor incontinentiæ, præſertim quando
ſunt iuuenes, ad venerea propenſi. *Sanchez de ma-
trim. lib. 7. diſ. 97. n. 5. 6. & 7.*

39 Detecta igitur impotentia poſt contractum ma-
trimonium, & tranſacto tempore experientiæ iux-
ta ſuperius tradita, ſi coniuges non poſſunt conti-
nenter vt fratres viuere, tenentur reclamare, ad re-
mouendam occaſionem peccandi, vt authoritate
Eccleſiæ diſſoluatur matrimonium, cum aliter
abſque ſcandalo ſeparari nequeant, ſtante præ-
ſumptione prò validitate matrimonij in foro Ec-
cleſiæ, & exteriori, & ceſſante ſcandalo poſſunt e-
tiam propria authoritate ſeparatim viuere, ita ex
*Cenedo infert Sanchez, de matrimon. lib. 7. diſ. 97.
numer. 8.*

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Pro diſſoluendo matrimonio ob impotentiam coeundi Rota primo loco ordinare ſolet inſpectio coniugis impotentis.
2 Quæ inſpectio eſt facienda à Matronis ſeù peritis in numero ſufficienti, & duæ ſufficiunt.
3 Matronæ cuius qualitatis eſſe debeant.
4 Exceptiones, quæ militant contra teſtes, obijci poſſunt contra Matronas, & peritos.
5 Obſtetrices reputantur expertæ in opere nuptiali.
6 Matronæ, & Obſtetrices cuius ætatis eſſe debeant ad referendum in cauſa diſſolutionis matrimonij.
7 Periti, Matronæ, & obſtetrices ſatis eſt vt referant cum iuramento de credulitate.
Teſtes debent deponere de veritate abſoluta ibidem.
8 Inſpectio mulieris in caſu diſſolutionis matrimonij ob impotentiam vt ritè fiat traditur cautela.
9 Eſt facienda non ſolum per viſum, ſed etiam per tactum.
10 Virginitas ex quibus ſignis dignoſcatur remiſſiuè.
11 Impedimentum impotentiæ coeundi vbi tolli poteſt per medicamenta non eſt deueniendum ad diſſolutionem matrimonij.
Et ad hunc effectum mulier etiam à Medicis eſt inſpicienda ibidem.
12 Vitium frigiditatis vbi non eſt viſibile, & dubitatur an ſit naturale, accidentale, vel ex maleficio recur-

ren-

rendum eſt remedia naturalia, & Eccleſiaſtica.

13 Maleficium non dirimit matrimonium, niſi ſit perpetuum.

14 Et non præſumitur perpetuum, niſi poſt triennalem cohabitationem.

15 Et huiuſmodi triennium in maleficio computandum eſt à die decreti Iudicis, & impoſitæ pænitentiæ.

16 Matrimonium eſt à principio nullum ob impotentiam perpetuam.

17 Quartum, ſeù lucrum dotale non debetur quando matrimonium eſt nullum ob impotentiam coeundi.

18 Cohabitatio triennalis ad effectum experiendi impotentiam coeundi à quo tempore incipere debeat referuntur Doctorum ſententiæ quoad impedimentum frigiditatis.

19 Et quid ſi impedimentum proueniat ex maleficio, & num.20.

21 Cohabitatio triennalis quando præceſſit poteſt Iudex per eius decretum aſſignare aliud tempus eius arbitrio.

22 Vbi iudicio Medicorum applicanda ſunt remedia ad reddendos coniuges aptos ad copulam, triennium experientiæ incipere debet poſt adhibita remedia.

Quæ obſeruanda ſunt in hoc iudicio circa triennalem cohabitationem electionem, & relationem peritorum, & inſpectionem Coniugum.

ADNOTATIO I.

1 VBi agitur de diſſolutione matrimonij ob impotentiam coeundi Rota ſolita fuit primo loco ordinare, vt à mulieribus inſpiciatur vxor, à Viris verò maritus, iuxta notata *in cap.fin.de frigid.& maleficiat.* vt dixit eadem *Rot. dec.392.n.1.p.4.tom 2. rec.* vbi ita etiam fuiſſe ſeruatum in *Taurinen. matrimonij coram Blanchetto, & in Romana inualiditatis matrimonij coram Penia*, & paſſim.

2 Mulieres, ſeù Matronæ, vel obſtetrices ſunt ad hunc effectum deputandæ in numero ſufficienti, & ſufficiens dicitur numerus, ſi duæ mulieres expertæ, & partibus non ſuſpectæ, vel ad ſummum tres in magna Ciuitate eligantur, & prò vt Iudex arbitrabitur, *Bald.in cap.propoſuiſti nu.4.verſ.& licet de probat.ibique Barbas.nu.7. Rot.dec.392.n.5.& 6.par.4. tom.2. rec.latè Sanchez.de matrim.lib.7 diſ.113. nu.16.*

3 Debent præfatæ matronæ eſſe artis peritæ, honeſtæ, bonæ famæ, non leues, aut viles, ne modico pretio ſubornatæ falſum deponant, & idem eſt de alijs artis peritis iuxta eorum peritiam depoſituris, conſtat ex *cap.penult.de probat.* ibi *Honeſtas Matronas, prouidas, ac prudentes deputare curetis*, & ex *cap.fraternitatis de frigid.& maleficiat.*

4 Quare omnes exceptiones, quæ excludunt dicta, & perſonas teſtium obijci poſſunt ad excludendas etiam præfatas Matronas, conſtat ex *cap. penult. de frigid.vbi gloſ.* in verbo mulieres, ibique *Aret. num.3.notab.3. Sanchez de matrimon. lib.7.diſ.113. num. 1.*

5 Debent inſuper eſſe aptæ ad referendum, quia *textus in cap. fi. de frigid. & maleficiat.* requirit, quod mulieres deputandæ ſint expertæ in opere nuptiali, & obſtetrices reputantur expertæ, vt dixit, *Rot.deciſ.392.num.8. & 9.par.4. tom.2.rec.*

6 Nec nimia iuuentus ob experientiæ defectum, nec nimia ſenectus ob defectum viſus debet matronis ineſſe, quia cum diſſolutio matrimonij ſit res grauiſſima, eſt omni circumſpectione teſtium tractanda vt inquit *Sanch.de matrim.lib.7.diſ.113.num.2. ex Io: Andrea in cap.fraternitatis, num.4.de frigid.ibique Hoſtien. nu.1, Ancar. num.3. notab.4. Alex.de Neuo in princ.nu.5. Brunel.de ſponſal. concluſ.28. limit.4. num.23. Pacianus de probat. lib.1. cap.47. num.128. Rot.dec.392. num.10.11.& 12. par.4.tom.2.rec.* vbi quod in caſu deciſionis vna obſtetricum erat ætatis 50. annorum, aliæ verò duæ ætatis 70. annorum, quę ętas licet fuerit viſa magna, nihilominus ex qualitate relationum, & ex diligentijs factis viſum fuit dictis relationibus adhibendam eſſe fidem. *Sanchez de matrim. lib.7. diſ.113.n.16.*

7 Ipſa verò mulierum peritarum relatio eſt ritè facienda, & ritè dicitur facta, ſi retulerint medio iuramento de veritate dicenda, licet ſufficeret iuramentum de credulitate, pròvt periti iurant; nempe veriſimiliter iuxta æſtimationem, quam ex artis peritia aſſecuti ſunt, ad differentiam aliorum teſtium, qui regulariter de veritate abſoluta deponere debent. *Sanchez.de matrim.lib.7.diſ.113.nu.15. Abb.in cap.propoſuiſti num.11. verſ.venio nunc ad 2.probationem Rot.dec.392.num.13.& 14.par.4. tom.2. rec.*

8 Ipſa tamen inſpectio, vt rectè facta cenſeatur, eſt vt Mulier per diem ante inſpectionem ponenda in balneo, vbi permaneat ſaltem per tres quartas partes horę iuxta cautelam *Hoſtien. in cap.cauſam matrimonij num.4. de probat. & in cap. fraternitatis ante num.1.verſ.& propter medicinas mulierum de frigid.& maleficiat.quem ſequitur Abb.in cap.fraternitatis num.4. not.3. verſ.conſuluit* Gregor. *Lopez. par.4. tit.8. lib.1.ſuper verbo Mulieres Sanchez.de matrim.lib.7. diſ.113. nu.11.*

9 Poſtea eſt deueniendum ad inſpectionem, nec ſatis eſt vt mulieres verenda oculis perſpiciant, ſed etiam ſufficienter tangant manibus, quibus adimpletis, negari non poteſt, quin iſta inſpectio non fuerit bene facta *Sanchez. de matrim.lib.7.diſ.113.num.10. Rot.dec.392. num.15.16.& 17. par.4.*
10 *tom.2. rec.* & ex quibus ſignis dignoſcatur Virginitas tradit *Sanchez loco ſupra citato.*

11 Et quoniam in hac materia eſt cum magna circumſpectione, & prudentia procedendum, eſt animaduertendum, quod quando peritia mulierum non eſſet ſufficiens ad reſoluendum an impedimentum poſſit tolli, eſt admittenda inſpectio virorum peritorum, vt conſtare poſſit, an impedimentum ſit medicabile, puta vbi agitur de impedimento arctitudinis in muliere, eſt à viris recognoſcendum, vt videatur an tolli poſſit per ſciſſionem abſque periculo vitæ, quo caſu vtendum eſt hoc remedio, non autem deueniendum ad diſſolutionem matrimonij, vt tradunt DD.relati per *Sanchez de matrim.lib.7.diſ.93. à num. 30. cum ſequen.& diſ.113. num.21. probatur ex cap.ex literis, de frigid.* ibi, *ſi vitium illud mulier à natura contraxerit, nec ope medicorum poterit adiuuari*, & in *cap. fraternitatis tit.eod.* ibi, *niſi per inciſionem, aut alio ſimili modo violentia inferatur*, ex quibus iuribus fœminam à Medicis inſpiciendam, vel ſaltem periti debent audire relationes mulierum, & ſuper illis ſuam proferre ſententiam, *Franc. Aret in conſ.142.nu.17. verſ.ne igitur facultas Rot.dec.392.n.18 19.20.& 21. par.4. tom.2. recentior. ibique Paul.* de

de Rubeis in addition. numer. 30.

12 Quando enim vitium frigiditatis, & impotentiæ non eſt viſibile, ita vt ſenſu oculorum percipi poſſit, & dubitatur, an huiuſmodi impedimentum ſit naturale, vel accidentale, vel à maleficio opera dęmonum, vel Magorum perpatratum, vt non appareat de vitio, & morbo viſibili, tunc ad remedia naturalia, diuina, & Eccleſiaſtica recurrendum eſt, & eſt obſeruanda diſpoſitio *c. laudabilem, & cap. fin. de frigid:* tanquam de ſolemnitate probatoria *can. ſi per ſortiarias 33. quæſt. 1.* vbi latè ſcribentes, *& concordant Theologi ſuper 4. ſenten. Sanct. Thom. S: Bonauent. Petrus de Palude, Sotus, Durandus, Martin del Rio tom. 3 diſquiſit. Magicar. lib. 6. cap. 2. ſect. 3.* & debet deueniri ad exorciſmos, qui quomodo ſint faciendi praxim ponit *Frater Hieron. Menghius in ſuo fuſte Dęmonum, ſeu flagello Dęmonum exorciſ. 6. & melius Theoricam ponit Syluestr. de ſtrigibus lib. 2. c. 12 Paul. de Rub. in addit. ad dec. 392. num. 26. p. 4. tom. 2. recen. Rot. dec. 166. n. 5. & 6. par. 4. diuerſ.*

13 Et maleficium nunquam dirimit matrimonium niſi ſit perpetuum, & tale, vt ex ſolo Dei omnipotentis miraculo tolli poſſit, conſtat ex text. *in c. 1 30. quæſt. 1. & ex cap. fin de frigid. & maleſ. & tradunt DD. relati per Martin del Rio diſquiſit magic. lib. 3. ſect. 8. & per Sanch. de matrim. lib. 7. diſ. 64. n. 7. et 8. Paul. de Rub. in addit. ad dec. 392. n. 31. p. 4. tom. 2. recen.*

14 Et maleficium non præſumitur perpetuum, niſi poſt triennalem cohabitationem, vt aduertit *Rot. dec. 764. num. 10. Paul. de Rub. in addit. ad dec. 392. n. 32. p. 4. tom. 2. recen.*

15 Et huiuſmodi triennium præcipuè in maleficio computandum eſt à die decreti Iudicis, & impoſitæ pęnitentiæ, adeò vt ſi per frequentationem Sacramentorum, eleemoſynarum largitionem, ieiunium, & alia opera pia, ex Dei omnipotentis, miſericordia impedimentum non remoueatur intra triennalem cohabitationem, matrimonium tunc dirimitur iuxta textum in *can. vltim. 32. qu. 1.* ibi *ſeparari valebunt*, ita docent omnes DD. *Philiarc. de offic. Sacerdot. tom. 1. par. 2. lib. 3. c. 10. Sprenger. in malleo maleficior. par: 1. quæſt. 8. ad fin. Nauar. in manual. cap. 22. num. 59. Veracrux in ſpec. coniug. par. 1. art. 60. concl. 1. Stephan. de Gaeta in ſua ſolemni repetition. can. ad limina 30. quæſt. 1. §. 4. quæſt. 234. num. 537. et 538. Alex Garrer. lib. 5. de ſponſal. c. 18. à Ledeſma de matrim. quæſt. 58. art. 2. poſt princ. Bartholum à Ledeſma dubit. 49. de matrim. concl 3. Aut. Cuce. inſtitut. moral. lib. 5. tit. 12. num. 266.* & in hac ſententia reſidet quoque *S. Thom. 4. diſt. 34. quæſt. vnica art. 3. corp. et ibi Albert. Magnus art. 10. S Antonin. in ſumma 3. par. tit. 1. cap. 12. §. 3. Cardin. Caiet. in ſumma in verbo Matrimonium impedim. 12. Cardinal Bellarmin. lib. 1. de matrim cap. 18. col. 2. verſ. ex his Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 94: n. 8. Paul. de Rub. in addit. ad deciſ. 392. num. 33. par. 4. tom. 2. recent.*

16 Et matrimonium eſt à principio nullum ob impotentiam perpetuam, non ſolum iure Eccleſiaſtico verum etiam iure naturæ, iure enim Eccleſiaſtico, patet ex *cap. quod ſedem de frigid. et malefic. et can. 1. 33. quæſt. 1.* iure vero naturæ quia ad valorem matrimonij requiritur, vt coniuges poſſint copulari, & fieri vna caro, & ad hunc effectum eſt tradenda poteſtas corporis ad vſum coniugalem, quæ ob impotentiam tradi non poteſt, & conſequenter irritum eſt matrimonium celebratum cum impotentia perpetua, latè *Sanchez lib. 7. diſ. 98. latiſſimè Bonac. in tit. de impedimen. matrim. 4. q. 3. punct. 13. n. 22. Paul. de Rub. in addit. ad dec. 392. n. 34. p. 4. tom. 2.*

17 Ex quo oritur quod quartum, vel lucrum dotale non debeatur, quando matrimonium eſt nullum ob impotentiam coeundi *Barboſ. in l. 2. ff. ſolut. matrim. par. 1. num. 158. Bald. in cap. iurauit. nu. 1. de probat. Phanuc. de lucro dot. glo. 3. num. 6. Gomez ad l. 50. Tauri n. 7. Molpheſ. ad conſuetud. Neapolit. tom. 1. par. 7. num. 7. & dixit Rota dec. 320. num. 8. & dec. 399. num. 2. & 3. coram Amat. Dunozet. tom. 1. repetit. in recen. dec. 235. & 307. par. 6. Paul. de Rub. in addit. ad dec. 392. n. 36. p. 4. tom. 2. recen.*

18 Circa verò cohabitationem triennalem vltra firmata in deciſione, & ſupra *n. 15.* eſt animaduertendum quod controuerſum eſt quando verſamur in dubio an impedimentum ſit accidentale, vel naturale, à quo tempore triennalis iſta habitatio currere incipiat, an à die primæ cohabitationis, ante decretum Iudicis, uel à die dicti decreti, & quod in impedimẽto frigiditatis triennium computetur à die copulæ intentatæ, nec oporteat id triennium aſſignari à Iudice, nec prius pęnitentiã peragi, probatur apertè ex *cap. laudabilem de frigid.* ubi expreſsè dicit à tempore celebrati coniugij, & copulæ intentatæ inchoandum eſſe triennium experientiæ frigiditatis, ibi *à tempore celebrati coniugij habitent per triennium*, quæ textua diſpoſitio ſupplenda eſt, dummodò coniuges cęperunt copulam intentare, ut uerba cum effectu intelligantur, ut tradunt *DD. in dicto cap. laudabilem de frigid. ibique glo. in verbo celebrari Innoc. in princ. verſ. celebrari, Hoſtien. in princ. eodem verbo, Alex. de Neuo num. 10. Innoc. in cap. fin. in fin. de frigid. & maleſ. ibique Card. in fin. Gregor. Lopez l. 5. verb. Dar plazo tit. 8. p. 4. Matienz l. 5. recomp. tit. 1 rub. gloſ. 1. num. 203. Enriquez de matrim. lib 12. c. 7. num. 2. Sanchez de matrim. lib. 7. dec. 110. num. 1. & 4. Menoch. de arbitr. quæſt. caſ 519. nu. 14. verſ. rectius ſentiunt cent. 9. lib. 2. Bonac. in tit. de impedim. matrim. q. 3. puncto 13. n. 21. tom. 1. fol 345.*

19 Et hoc etiam cenſendum eſſe in maleficij impedimento probatur ex *cap. de frigid. & maleficiat.* ubi decidit Pontifex dirimendum eſſe matrimonium per cohabitationem octo annorum factam à coniugibus ante præceptum Iudicis, & nondum lite mota, ibi, *ſi conſtiterit vobis præfatum virum, & vxorem cohabitaſſe intra prædictos annos per continuum*, iuncto principio textus, ibi *Mulier propoſuit, quod per multos annos fuerant ſimul, & diu cohabitauerant*, & tradunt ibidem *Innoc. in fin. Abb. antiquus in fin. & alter. Abb. num. vlt. Cardin. in fin. Roſella in verbo diuortium num. 4. & ibi ſupplementum Piſana num. 4. Henriq. lib. 12. de matrim. cap. 7. num. 2.* Gregor. *Lop. l. 5. verb. Dar plazo tit. 8. par. 4. Matienzo lib. 5. recompil tit. 1. ru. gloſ. 1. n. 203. Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 110. n. 5.*

20 Contrarium verò, quod indiſtinctè tempus cohabitationis triennalis computandum ſit à die decreti de veriori, & tutiori docent. *Hoſtien. in c. fin. de frigid. & maleſ. num. 10. & in ſumma eod. tit. §. qualiter, & quando num. 12. verſ. verum dici poteſt*

Io:

Io: Andr. in eodem cap. fin. num. 8. & 10. Ancar. nu. 9. Butr. num. 10. Henric. Boich. num. 1. & 2. Brunel. de ſponſal. concl. 23. limit. 1. num. 10. et 14. Capel. Tholoſ. dec. 381. num. 6. in fin. Paul. de Rub. in addit ad deciſ. 292. num. 22. in princ. & verſ. nam vt dixi par. 4. tom. 2. recen. Gonzal. ad reg 8. Cancel. glo. 58. num. 74. verſ eius opinio, & hæc opinio conſtanter ſecuta eſt *Rota, vt in dec. 192. n. 4. & 5. dec. 336. num. 1. poſt 2. vol. conſ. crim. Farin. dec. 277. num 13. p. 4. diuerſ. dec. 763. nu. 12. & 14. & in Toletana nullitatis matrimonij 18. Februar. 1639. coram Coccino.*

21 Limit. hanc ſecundam ſententiam, quod licet triennium cohabitationis vxoris cum viro incipere debeat à Iudicis Decreto, nihilominus quando ante decretum præceſſit triēnalis cohabitatio poſſit Iudex illud futurum triennium ad breuius tempus reducere, & eius arbitrio inſpectis circumſtātijs abbreuiare, *Anton. de Butr. in cap. laudabilem n. 14. in fin. de frigid. & malef. ibique Præpoſ. n. 8. verſ. aut de impotentia appareat Ancar. in cap. 1. num. 10. eod. tit. Rot. deciſ. 326. num. 1. poſt 2. volum. conſ. crim. Farinae.*

22 Vbi verò prius matrimonium ratione impotētiæ exiſtimatæ inſtauratur, eo quod Eccleſia inveniat ſe deceptam debet à die reſtaurationis, & nouæ copulæ numerari aliud triennium, ita pariter quando iudicio medicorum creditur fore, vt mulier arcta poſſit abſque periculo vitæ ſciſſuram pati, aut alijs medicamentis aptari viro, extunc enim quando ea applicantur debet triennium numerari ad effectum experiendi an ſit vera impotentia, quo tempore elapſo cenſetur perpetua, ſi ſuperari nequeat, *Sanch. de matrim. lib. 7. diſ. 110. n. 7 Bonac. in tit. de impedimen. matrim. quæſt. 3. punct. 13. num. 21. tom. 1.*

NVLLIVS INIVRIARVM.

ARGVMENTVM.

Delictum copulæ carnalis, & adulterium tanquam difficilis probationis probatur indicijs, & coniecturis, ſi ſint vrgentes, certæ, & violentæ, Clericus pro hoc delicto, & pro iniuria illata in læſionem alterius honoris, qua pęna multandus ſit.

Clericus ſi detineatur in cuſtodia, vt è domo exire nequeat, an ab inferentibus hanc violentiam incurratur excommunicatio canonis.

SVMMARIVM.

1 Copula carnalis eſt difficilis probationis, ſicut adulterium.
2 Probatur indicijs, & coniecturis.
3 Debent tamen eſſe certæ, vrgentes, & violentæ.
4 Declara ſi agatur criminaliter, & ad pœnam ſecus ſi agatur ciuiliter ad impediendum matrimonium, vel ad thori ſeparationem, vel ad dotis amiſſionem num. 9.
Et in criminalibus præſumptiones debent eſſe approbatæ ſi non à lege, ſaltem à iure, ibid.
5 Quando dicantur vrgentes, & releuantes ad probandam copulam carnalem. & adulterium referuntur DD. ſententiæ. 6. & n. 7.
8 Copula carnalis, & adulterium ad effectum criminaliter puniendi non probatur ex publica voce, & fama.
10 Clericus fornicator quomodo puniatur.
11 Clericus adulter quomodo puniatur, & n. 12.
13 Ex delicto fornicationis commiſſo à Clericis, quę mala oriantur.
14 Iniuria irrogata in detrimentum alterius honoris reputatur atrox, & graue delictum.
15 Pœna atrocis iniuriæ non eſt in iure definita, ſed punitur arbitrio Iudicis hoc delictum.
16 A pœna iniuriarum quis excuſatur ob veritatem conuitij obiecti.
17 Limita quando adeſt animus iniuriandi, & nulla præceſſit cauſa iuſta, & rationabilis.
18 Omne verbum iniurioſum animo iniuriandi prolatum præſumitur.
19 Facere, vel committere iniuriam omni iure eſt prohibitum.
20 Animus iniuriandi probatur, & deducitur ex facti, & perſonarum qualitate.
21 Detinens Clericum in cuſtodia publica, vel priuata, vel apponens cuſtodes, vt eum capiant ſi è domo exiret, vndè exire nequit ſine ſtrepitu, & erubeſcentia incidit in excommunicationem *canonis ſi quis ſuadente*.
22 Declaratur dicta concluſio.
23 Conſtitutio pœnalis non eſt extendenda de caſu, ad caſum.

DECISIO LII.

PAſcaſius, & Epiphanius vterque ſacerdotali caractere inſignitus diu libidinoſam, ſed clandeſtinam retinuerūt conſuetudinem cum Berta vxore I. quæ vt vociferabatur furtim coniugale thorum aliquando cum eiſdem conſpurcabat,

Egrè tamen ferens Paſcaſius alterius amaſij familiaritatem curauit, & per ſe ipſum, & per interpoſitas perſonas nocturno tempore permanere in excubijs, inſidijſque, vt in fragranti crimine deprehenderet Epiphanium ingredientem domū eiuſdem Bertæ, prout certa die circa ſecundam noctis horam deprehenſus fuit feſtinanter interim Paſcaſius accerſiuit birruarios, vt carceribus manciparent Epiphanium tāquam in fragranti crimine in adulterio repertum, quod licet iuſtis de cauſis à birruarijs denegatum fuerit, non tamen deſiſtens Paſcaſius, ſed vehementi forſan zelotipiæ calore commotus cępit à tertia vſque ad ſextam noctis horam circa domum, & ſubtus fęneſtras eiuſdem Bertæ aduerſus eandem, & Antonium proferre verba contumelioſa, conuocatis nonnullis alijs ſocijs, vt aſſiſterent, & viderent Epiphanium egredientem è dicta domo, ex qua ſine robore exire non potuit, & orto ſole pluribus ſignificauit, *che la notte haueua preſo il ſorce nella trapola*.

Vndè in ore omnium promulgata re, maximum reſultauit ſcandalum, & læſus remanſit honor viri dictæ Bertæ, eiuſque familiæ, quę ſemper pro honeſta, & conſpicua inter conciues habita fuit, hinc cum agebatur de mulctando ſupradictos presbyteros pœna condigna delicto, duę inſurgere videbantur inſpectiones.

Prima eſt an conſtet de adulterio ad effectum puniendi Paſcaſium, & Epiphanium in pœnam ordinariam huius criminis, vel ſaltem, an, & qua pœna veniant puniendi ob allatum ſcandalum propter diffamationem præfati adulterini commercij, & vlterius Paſcaſius propter iniuriam, & læſionem honoris irrogatam viro eiuſdem Bertæ eiuſque familiæ.

Secunda eſt, an incurſa fuerit excommunicatio canonis ab eodem Paſcaſio eiuſq; ſocijs ob aſſiſten-

tiam, & permanentiam factam, circa domum
præſatæ Bertæ, à qua libere, & ſine robore Epi-
phanius exire non potuit.
Et quantum attinet ad primam partem, primæ
1 difficultatis viſum fuit negatiuè reſpondendum,
quia licet delictū carnalis copulę ſit difficilis pro-
bationis, Dec.conſ.575.poſt num.2.Pariſ.conſ.54.nu.
63.lib.5.Menoch.de arbitr.quaſt.caſ.116.num.11. &
lib.5.de præſump.præſump.41.num.2. Polidor. Ripa
de nocturno tempore cap.36.num.2. Maſcard. de pro-
bat.lib.1.concl.57.num.3.& lib.2.concl.810.num.1.
Farinac.in tit.de delict.carn.q.136.c.1.n.2.
2 Ac proindè probetur indicijs, & coniecturis,
Oſtien.in cap.præterea num.3.verſ.vndè,et debet ex-
tra de text. Imola in cap.literis num.3.de præſumpt.
Dec.conſ.577.num.3.Sanch.de matrim.lib.10.diſ.12.
num.40. Menoch.lib.1.de præſump.quaſt.58. num.3.
& lib.5.quaſt 41 nu.1.& 4.Angel.de maleſ. in verbo
che hai adulterato num.41. Maſcard.de probat.lib.
1.concl.57.n.7.& ſeq.concl.312. num.19.concl.452.
num.5.& 10.& lib.2.concl.810.n. cum alijs addu-
ctis per Farinac.in tit.de delict.carn.q.136.c.1.nu.2.
Rot.dec.95.n.16.& 17.p.2.diuerſ.
3 Non tamen ex omni præſumptione dicitur pro-
bata copula carnalis, & adulterium, ſed tantum
ex ea, quæ ſit violenta,certa, & valdè vrgens,Fe-
lin.in cap.præterea num.3.ante med.verſ.& iſtis ex-
tra de teſtibus.Menoch conſ.31.num.5.lib.1. Maſcar.
de probat.lib.1.concl.57.n.6 Farinac. in prax. in tit.
de delict.carn.qu.136.cap 1.num.13.& 14.Rot.dec.
95. num.13.par.2.diuerſ.
4 Præcipuè ſi agatur criminaliter, & ad pœnam.
nam tunc præſumptiones debent eſſe, ita vrgen-
tes, vt ſi non à lege, ſaltem à iure approbatę eſ-
ſe debent, & ex quibus animus Iudicis indueatur
ad non aliter credendum, Petrus Barboſ, in repe-
tit.l.1.in princ.ff ſolut.matrim.p.1.nu.85. & ſeq. &
ſatis eſt quod huiuſmodi præſumptiones ſint à iu-
re conſideratæ, vt eſt pernoctatio, cohabitatio,
Menoch.conſ.31.num.25.Farinac. dicta q.136.c.1
num.22. vbi ſubdit quod hæc opinio non tranſeat
abſque difficultate.
5 Et tunc dicuntur vrgentes ad probandum adul-
terium, & copulam carnalem, vt ſi oriantur ex
ſolitudine, & nuditate viri, & mulieris in eodem
lecto, vel ſolus, cum ſola in loco remoto,& ab-
dito, aut ſecreto, vel ſi fuerint deprehenſi in acti-
bus, & tactis venereis, vel ſi teſtes viderint virum,
& fœminam ſe carnaliter commiſcentes, vel ſi
non viderint, ſaltem audiuerint ex tenui pariete,
vel cortina commiſſiones, & traſgiuerſationes vi-
ri, & mulieris, vel ſi fuerit repertus vir in cubi-
culo cum muliere clauſo oſtio habens caligas diſ-
ſolutas, in quibus caſibus,& ſimilibus videtur co-
pulam eſſe probatam etiam ad effectum imponē-
di pœnam criminalem, ſaltem extraordinariam,
& pecuniariam, vt latè alijs congeſtis tradit Fa-
rinac.in tit de delict.carn quaſt.136.cap.2. num.20.
iuncto num.22.& 23.& 24. & conſ.crim.80.nu.10.
& 52.tom.1.Lap.alleg.53.per tot. Marſil. conſ.116.
num 15.Hect.Acmil.in tract. de teſt.in verbo teſtis
adulterium nu.12.13.& 14. Boſſ.in tit.de part. ſup-
poſit.num.31.Maſcard.de probat.lib.1.concl.452.n.1
Barboſ in repetit.l.2.in princ.p.1. ff. ſolut. matrim.
num.76.verſ.item ex his inſurgit & nu.77. & ſeq.
85.& ſeq.Menoch.lib.5.de præſump.quaſt.41,à n.11
6 vſque ad 16. Polidor.Ripa de nocturno tempore cap.
36.num.14.& ſeq. licet contrarium ſcilicet, quod
huiuſmodi præſumptiones non ſint ſufficientes ad
probandum adulterium, & copulam carnalem
tradunt DD.relati per eundem Farinac. d.qu.136.
num.19.& per Maſcard.de probat.lib.1.concl.57.n.5
& concl.59.num.8.9.& 20.verſ.limita ſupradictam
7 concluſionem, & num.21. putantes quod ex huiuſ-
modi præſumptionibus reſultet probatio copulæ,
& adulterij attentati, non autem actus conſu-
mati.
8 Quæ præſumptiones, & indicia certa, & indu-
bitata non concurrunt in caſu noſtro, ſed tantum
reſultantia ex publica voce, & fama, & ex actibus
remotis,quæ nō ſufficiunt ad faciendam plenam
probationem, & conſequenter præcluditur via
irrogandi pęnam ordinariam huius criminis Bar-
boſ.in repetit.l.2.in princ.per.1.num.83.in fi. & 84.
ff.ſolut.matrim.Maſcar.de probat.lib.1.concl.62.n.5.
& 6.& concl.63.n.1.& 2.et lib.2.concl.810. nu.20.
Farin.q.136;cap 2.n.107.
9 In criminalibus autem, & vbi agitur ad pęnam
præſumptiones debent eſſe magis violentę, licet
leuiores ſufficiant, vt probata cenſeatur copula
carnalis, & adulterium, vbi agitur ciuiliter, vel
ad impediendum matrimonium, ne contrahatur,
vel ad Thori ſeparationem, ac etiam ad dotis a-
miſſionem, vt loquitur textus in cap.literis de præ-
ſumpt.vbi Hoſtien.poſt num.4.in verbo diuortij An-
char num.1.Anton.de Butr.num.6.in 8.notab.Io:de
Anan.num.3.Bertaz.conſ.20.nu.8.lib.1:Polidor.Ri-
pa in tract.de nocturn tempor.cap.36.num.27. Boſ.in
tit.de part.ſuppoſit.n.31. Farinac.de delict,carn. qu.
136.cap.1.n.19. et ſeq.
10 Hinc deueniendo ad ſecundam partem dubij
animaduertebam de iure canonico diuerſis pęnis
mulctari clericos, qui deprehenduntur inconti-
nentiæ vitio laborare, quandoque imponendo pę-
nam acerbam, quandoque mitem,quandoque me-
diam viam ſequendo, adeout pœna hoc caſu re-
mittatur arbitrio Iudicis, qui propterea conſide-
ratis circumſtantijs, & an fornicatio ſit notoria,
ſcandaloſa, & diù continuata, vel pęnam depoſi-
tionis, vel ſuſpenſionis, & quandoque priuatio-
nis beneficiorum imponere poteſt, Bellet diſquiſit.
Clerical.par.2 tit.de pœn.Clericor.§.2.num.7.Farin.
dicta quaſt.136.num 17. Ego ipſe in meo Plauſim.
conſtit. 46.§.Clericus quomodò puniatur prò ſimpli-
ci fornicatione num.22.
11 Quod ſi fortè Clericus adulterium quoque cō-
miſerit,& de eo confeſſus, vel cōuinctus ſit ab of-
ficio, & beneficio eſt deponendus, & in Monaſte-
rio toto vitæ tempore detrudendus, vt ſtatutum
fuit in tertia Synodo Aurelianenſi cap.7.relat:in c.ſi
quis Clericus diſ.81.& à Pelagio Papa in cap. Ro-
manus eadem diſt 81.Bellet.diſquiſit.Cleric.p.2. tit.
de pœn.clericor.§.6.n.3.Ego ipſe in dicto conſtit. 46.
§.quomodo puniatur Clericus adulter n.78.& ſeq.
12 Sed quia ſupradicti Sacerdotes huiuſmodi adul-
terio non ſunt perfectè conuincti pro ut conuin-
cuntur de ſcandalo ob diffamationem eiuſdem
adulterij, adeò vt publicè prò adulteris reputa-
ri fuerunt, propterea perpenſo huiuſmodi ſcan-
dalo adulterij diffamatione, & iniuria irrogata
à Paſcaſio, Epiphanio, Bertæ, & familiæ eius vi-
ri, quæ propter hanc cauſam honoris iacturam

fa-

fecit, ad irrogandam pænam vulgo exemplaré, ſicut publicum, & peruulgatum redditur delictũ, dicebam Paſcaſium vltra ſuſpenſionem mulctãdum eſſe in pœnam ſcutorum centum locis pijs applican. & relegandum in oppido aliquo alpeſtri arbitrio Eminentiſſimi, & Reuerendiſs. Ordinarij. Epiphanium vero in pęnam exilij à tota Diœceſi, & priuationis fructuum ſui beneficij durante exilio pariter arbitrio Eminentiſſimi D.

13 Eſt enim hoc delictum mali exempli, & ex eodem oriuntur tria illa mala relata à *Deciano tract. crim. lib. 6. cap. 21. num. 6.* ſcilicet ſcandalum, quod à laicorum cordibus receptum fuit; vituperatio officij Eccleſiaſtici, & occaſio peccandi, quæ alijs præbetur eorum malo exemplo, iuxta *textum in cap. ſi malę 2. quæſt. 5. & in cap. ſignificaſti de adult. Barboſ. in* Concil. *Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 14. n. 4.* ac proindè impunitum remanere non debet.

14 Inſuper iniuria irrogata à Franciſco in detrimentum alterius honoris reputatur atrox, & graue delictum, cum ſibi vindicet speciem, & ſimilitudinem libelli famoſi, quod omni iure damnatur, propterea grauiter puniendum, iudicantis arbitrio. ſiquidem ratione varietatis factorum, & perſonarum iniuria reputatur atrox, & plus quam
15 atrox, ita variantur etiam pœnæ, ac proindè conſitentur DD. pęnam pro atroci iniuria non eſſe in iure definitam, ſed Iudicis arbitrio congruentis pęnæ ſupplicio vindicari, vt alijs congeſtis docet *Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 263. n. 2. 3. & 4.*

16 Neque obeſſe poteſt, quod excuſetur Paſcaſius à pęna iniuriarum ob veritatem conuitij obiecti, eo quod Epiphanius verè nocturno tempore ingreſſus erat domum præfatæ Virginiæ, vt tradũt *DD. plenè relati per Farinac. in prax. crim. qu. 105 num. 247.*

17 Quia ceſſat obiectum quando adeſt animus iniuriandi, & nulla præcedit cauſa iuſta, & rationabilis, vt in præſenti, nam tunc habet locum pęna iniuriarum, etiam quod quis verum dixerit, *Felin. in cap. cum te col. fin. verſ. vltimo dum ponit de re iudic. Farinac. conſ. crim. 30. num. 8. & 125. & in prax. crim. quæſt. 105. num. 231. Boſſ. in tit. de iniur. n. 3. verſ. 2. fallit Sura. dec. 89. n. 24. Mago. dec. florent. 25. num. 9. in fin.*

18 Omne enim verbum iniurioſum animo iniuriãdi prolatum præſumitur, niſi contrarium probetur, per *textum in l. ſi non conuicij vbi gloſ. in verbo probare, & Bald. num. 1. C. de iniur. & cap. 1. de præſump. de communi Socin. conſ. 146. ſub nu. 7. verſ. circa tertiam vol. 1. Pariſ. conſ. 149. num. 19. verſ. illud enim certum eſt vol. 4. Socin. ſen. conſ. 146. poſt. nu. 7. vol. 1. Clar. in §. iniuriam verſ. quære nunc. Boſſ in tit. de iniur. num. 22. Gail. lib. 2. pract. obſer. 106. ſub n. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 902. num. 6. & 7.* vbi
19 aſſignat rationem, quia facere, vel committere iniuriam omni iure eſt prohibitum etiam naturali, ideò quod nullus excuſetur eam committendo ſiue ſit ruſticus, ſiue maſculus, ſiue fęmina, *Farinac. conſ. crim. 30. n. 127. tom. 1.*

20 Quinimo ex huiuſmodi facti, & perſonę qualitate facilè probatur Paſcaſium animo iniuriandi deueniſſe ad verba contumelioſa, & adulterinum acceſſum Epiphanij ad domum Bertæ, publicaſſe, vndè remanſit læſus honor prædictæ familię, iuxta ea, quæ notantur in *l. ſi non conuicij C. de iniur. & in l. 1. §. diuus ff. de ſicar. & l. virum ff. de donat. inter. vir. & vxor. & alijs relatis tradit Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 902. n. 8.*

21 Quantum verò attinet ad ſecundum dubium, animaduertebam, quod incurratur excommunicatio *canonis ſi quis ſuadente diabulo 17. q. 4.* etiam abſque manuum iniectione, quando ſcilicet detinetur Clericus in cuſtodia publica, vel priuata, vel in domo aliqua, vel apponantur cuſtodes, vt capiant eum, ſi è domo exiret, vndè liberè, vel ſine ſtrepitu, & erubeſcentia exire nequeat, ſecundum doctrinam *Sayr. & DD. per eum allegat de cenſur. lib. 3. cap. 26. num. 13. &* Barboſ. *de cenſur. in particular. in tit. de excommunicat. in particular. extra* Bulla *Cœnæ diſ. 2. quæſt. 3. puncto 6. §. 1. nu. 9. tom. 3.*

22 Non tamen viſa fuit hęc concluſio applicari in præſenti, quia non conſtat Paſcaſium vna cum ſocijs per eundem vocatis permanſiſſe circa domum Bertę animo Epiphanium *exeuntem* capiendi, ita vt non potuerit exire è dicta domo ſine ſtrepitu, & erubeſcentia, dum conſtat exijſſe abſque ſtrepitu, & ſi forſan cum aliqua erubeſcentia, hoc tamen non ſufficit ad incurrendam cenſuram, niſi copulatiuè concurrat animus, conatus, vel ſtrepitus capiendi iuxta prædictorum DD. ſententiã, immo *Innocentius III. in cap. nuper de ſent. excommunic.* declarat tantum excommunicatos detinẽ-
23 tes Clericum, etiam ſine læſione in cuſtodia, vel vinculis, quæ conſtitutio tanquam pęnalis non eſt extendenda de caſu, ad cãſum, nec vltra eius diſpoſitionem amplianda, vt declarat idem *Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 26. n. 13. in fin.*

SVMMARIVM.

1 Pœna libelli famoſi regulariter eſt capitalis, & vltimi ſupplicij. 2. Contrarium quod ſit arbitraria. 3.
4 Mitiori pœna punitur libellus famoſus factus contra perſonam inhoneſtam.
5 Quomodo puniatur hoc crimen ex Cõſtitutione Pij V. & ex ſtatuto Vrbis.
6 Pęna libelli famoſi debet imponi, pró vt puniendus eſſet delictum in eodem expreſſum.
7 Pro libello famoſo non eſt deueniendum ad torturam ſi contineat delictum leue.
8 Extraordinaria pęna punitur ſi non contineat delictum, ſed aliquam aliam iniuriam.
9 Pęna libelli famoſi habet locum etiam ſi quis in eo verum dixerit. Contrar. n 12.
10 Referuntur diuerſæ pęnæ impoſitæ pro libello famoſo, & num. 11.
Et deducitur an Bulla Pij V. ſit vſu recepta in puniendo libello famoſo, ibid.
13 Veritas conuicij excuſat ab actione iniuriarum, & pęna, ſi ſimus in iudicio, extraiudicium non excuſat ſi iniuria illata ſit cum libello famoſo, & ſcriptura, ſecus ſi ſine ſcriptura, & ad prouocationem. 14.
15 Pęna libelli famoſi habet locum tam in auctore, quam in mandante, & conſulente.
16 Ampl. 2. vt eadem pęna puniatur dictator libelli famoſi.
17 Pro vt etiam ſcribens libellum famoſum.
18 Limit, vt ſola traditio non ſufficiat, niſi concurrat publicatio. Contrarium. n. 19.
20 Scribens literam infamatoriam punitur pęna libelli famoſi.
Scribens literas infamatorias abſque nomine quomodo puniatur, ibidem remiſſiuè.
21 Ponens obſcęnas picturas in aliquo loco in alterius infamiam punitur pęna libelli famoſi.
22 Ita etiam in ſtercorante, vel apponente cornua in foribus alicuius.

23 Faciens libellum famoſum ſub nomine alterius punitur pœna libelli famoſi,
24 Retinens libellum famoſum,& literas infamatorias punitur eadem pœna . dummodo concurrat manifeſtatio.
25 Affigens,& publicans libellum famoſum,&ſi doceat de auctore punitur eadem pena, & n.26.
Qui facit cadere in terram libellum famoſum ad effectum, vt publicetur punitur , ac ſi publicaſſet,ibid.
27 Inueniens caſu libellum famoſum ſi non lacerauerit , ſed publicauerit punitur pœna capitali, ſecus ſi non publicauerit, 28. Declara vt n.29.
30 Componens carmina,& cantiones in detractionem famæ alterius punitur pœna libelli famoſi , prò vt etiam qui eas cantauerit. 31.
32 Pœna libelli famoſi non habet locum,niſi dolus interueniat.
33 Sed dolus in hoc crimine ſemper præſumitur.
34 Si in libello famoſo nulla ſit expreſſa perſona mitius punitur, ſed deueniri poteſt ad torturam.
35 Libellus famoſus nō punitur pœna ordinaria,niſi fuerit publicatus , vel affixus , ſed extraordinaria. 37.
38 Procuratus per alium libellum famoſum,ſi committat hoc crimen mitius punitur pœna extraordinaria.
39 Crimen libelli famoſi attentatum, & non conſumatum non punitur.
40 Nec punitur ſi non contineat verba infamatoria.
41 Amor excuſat à pœna libelli famoſi.
42 Referuntur variæ pœnæ impoſitæ contra reos criminis libelli famoſi.

Libellus famoſus qua pœna puniatur.

ADNOTATIO I.

1 POENA libelli famoſi regulariter videtur capitalis , *ad l. vnicam ff.de libell.famoſ. Plac.in epit.delictor.lib.1.cap.3.num.3.Clar.in pract. §. fin. queſt.68.verſ.libelli famoſi Anton.Gom.de delict.c.6. rub. de iniur.num.1.poſt princ. Summa Angelica in verbo libellus famoſus verſ.ſi conuinctus eſt Farin. in prax.crim.qu.42.num.11.in tit.de indic.& tort.et quaeſt. 105. in tit de var. & diuerſ.crimin.num.422.* 2 *& 423.* vbi quod hæc capitalis pœna pluries fuiſſe dictum eſſe pœnam mortis naturalis, & decapitationis,ac vltimi ſupplicij.

3 Contrarium, quod pœna libelli famoſi non ſit mortis , ſed extraordinaria iuxta facti, & perſonarum qualitatem *Clar.in pract.§. fin.quaeſt.68.n.26. verſ libelli famoſi auctor ad fin.Burſat.conſ.94.n.3. & 38 in fin.* vt etiam diſponit *Conſtitutio Marchiæ lib.4. cap.61.* vbi ponit pœnam pecuniariam, & quandoque etiam perſonalem arbitrio Iudicis, graue imminente ſcandalo propter qualitatem perſonæ offenſæ , *Farinac.in prax.in tit.de var. & diuerſ.crim.quaeſt.105. num.428.* vbi ſubdit , quod pœna libelli famoſi negari non poſſit , quin ſit ar- 4 bitraria , & quod mitior debet eſſe, in eo , qui libellum famoſum componit , aut quod ſimile facit in ignominiam alicuius perſonæ inhoneſtę ſcilicet Meretricis.

5 Ex Conſtitutione verò *Pij V. Bullar. ex ordine 155.fol.1162.par.2.* confirmantur omnes pœnæ ciuiles , & canonicæ , & grauiores imponuntur pœnę etiam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum , ſecundum facti,& qualitates perſonarum Pontificis arbitrio , & hoc idem ſtatuitur ex *Statuto Vrbis lib.2.cap.62.*& de dicta Bulla mentionē facit *Batard.ad Clar.quaeſt.68.num 63.* & de alia *Gregor.III.Guazin.de confiſcat.concl.13.Ampliat. 91, num. 1,*

6 Declara quod ſi in libello famoſo non infametur quis de iniuria , ſeù delicto, quod pœna mortis puniendum eſſet , ſed de alia iniuria , ſeu delicto leuiori, & tunc pro crimine libelli famoſi nō eſt irroganda pœna capitalis , ſed ea tantummodò, qua veniret plectendus infamatus , ſi irrogata in libello famoſo iniuria vera eſſet , & conſequēter pœna erit tantum pecuniaria, vel alia. quando delictum in libello deductum pecuniariter , vel aliter , quam pœna mortis veniret coercendum,vt communiter declarant, *ſcribentes in l.vnica ff. de libel.famoſ.Boniſac.de Vitalin.in tit.de famoſ.libell. num.1. & 5. verſ.in alijs autem, Farinac. in prax. crim. in tit.de indic.& tort.quaeſt.42. nu.11. & ſeq.* 7 *vbi in fin.* quod in iſto caſu licet ſimus in cauſa libelli famoſi,non eſt locus torturæ , quando agitur de libello famoſo continente non delictum , aut delictum leue , & non capitale , & *in tit. de var.& diuerſ.crim.quaeſt.105.num.424. ex Foller.in prax.crim. in verbo, & ſi confitebuntur in 3. par.3. p. princ.n.107. & alijs quos allegat.*

8 Hinc eſt , quod ſi libellus famoſus non contineat improperationem alicuius delicti , ſed aliam iniuriam, extraordinaria tantum pœna venit imponenda, vt ſubdit idem *Farinac.in tit. de var. & diuerſ crim.q.105. n.425.*

9 Pœna libelli famoſi habet locum etiam , quod quis in eo verum dixerit *l.1.C.de famoſ. libel. vbi glo.in verbo ſiuè, Oltrad.conſ.53.num.2. verſ.ſi per libellum Azor.in ſum.de famoſ.libel.nu.2. in fi.Boſſ. tit.de iniur.num.4 poſt princ.verſ. nec obſtat Couar. var.reſ.lib.1.c.11.n.6.circa med.verſ.2. ead. ratione Batard.in addit.ad Clar.§.fin.q.68.poſt n.62. cū alijs adductis per Farin.in prax.crim.in tit. var, diuerſ. crim.q.105.nu.241.& 244.* vbi quod ſibi durum videtur conficiens libellum ad effugiendam pœnam velle probare contenta in eo eſſe vera , & aperte diſponitur in *Bulla Pij V. Bullar.ex ordine 155. par.3.* ſcilicet, quod pœna libelli famoſi locum habeat etiam quod in eo vera fuerint expreſſa, & comprobat *Guazzin.de confiſcat. conclu.13. ampliat.91.num.2.& 4.* vbi quod teſtatur diſpoſitionem dictæ bullæ eſſe in viridi obſeruantia , & in diuerſis caſibus occurſis ita fuiſſe deciſum , pro vt etiam refert *Farinac.conſ 30. num.109.* licet ſub 10 *num.57.* dicat coram Gubernatore contra Nicolaum Tancredum de Monte Rubino fuiſſe oppoſitam diſpoſitionem dictæ Bullæ , & non fuiſſe ſeruatam , ſed ſolum Nicolaum in pœnam exilij condemnatum fuiſſe, quia dicta bulla non eſt perpetua , ſed temporalis, & ad vitam eiuſdem Pontificis reſtricta , vt patet ex eius verbis, *ibi arbitrio noſtro irremiſſibiliter infligendis,*& ibi vel dilecto filio noſtro *Cardinali Ruſticucio,* cuius auctoritas expirauit per mortem *Pij V. idem Farinac.in tit.de var.& diuerſ.crim.q.105.num.241.Famian. Centolin.in adnot.ad conſ.crim.30.eiuſdem Farinac. lit.V. verſ.decima prima eſt nimio .*

11 Et quod contrarius vſus diſpoſitioni dictę bullæ nunquam fuerit probatus , & impoſſibile ſit, vt probetur, teſtatur *Farinac.conſ.crim.30.nu.109. tom. 1.* dum in pluribus caſibus obſeruatum refert prędictū vſum, & ſignanter in Nicolao Mazza de Cortona , qui licet eſſet Sacerdos , & in ſacris conſtitutus fuit ad triremes damnatus ex eo ſolum,quia apud eum repertum fuit quoddam

me-

memoriale ſabricatum in detractionem honoris quondam R.P.D. Homuphrij Camaiani, & in Vrſatto Fattiolo de Ancona, qui fuit pariter ad triremes tranſmiſſus propter quaſdam cantilenas de eius mandato factas in vituperium cuiuſdam ſuæ amaſiæ, & in vno puero, qui Nurſiæ fuit morte traditus, ex eo quod ſimilem cantilenam contra D. Candidum Zitellum compoſuerat licet eſſet ætatis vix ſexdecim annorum, & in Nicolao Franco, qui licet ſenio confectus fuit nihilominus furcis ſuſpenſus cum cantilenis infamatorijs compoſitis contra illuſtres perſonas, ſeu cum inſcriptione dicti tituli in eius pectore appoſita.

12 Non deſunt tamen DD. tenentes pœnam libelli famoſi non habere locum, quando ſunt vera in libello expreſſa, quos plenè refert *Fariaac. in prax. crim. in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 105. num. 242. et ſeq. Famau. Centolin. in adnot. ad ranſ. crimin. 30. Farinac. lit. V. verſ. rontrarium videtur voluiſſe ſpecul.*

13 Diſtinguũt alij DD. quod veritas conuitij excuſet ab actione iniuriarum, eiuſque pœna ſi ſimus in indicio, ſecus è contra ſi expoſita conditio non probetur, ſi vero ſimus extra iudicium, & tunc aut iniuria illata eſt per libellum famoſũ, & in ſcriptis, & hoc caſu indiſtinctè, quod veritas conuitij tam de iure canonico, quam ciuili nõ excuſat, & ita in practica ſeruari, tam in foro ſæculari, quam Eccleſiaſtico teſtatur *Fariu. d. quæſt. 105. num. 147. & 148,*

14 Si verò iniuria inferatur ſine libello famoſo, & ſcriptura à prouocato cum alia iniuria, & tunc veritas conuitij excuſat propter præcedentem prouocationem, *Vrſill. ad Afflict. dec. 206. n. 13. & tradunt DD. plenè relati per Farinac. dicta quæſt. 105. num. 245. & 249.*

15 Amp. 1. principalem concluſionem, vt pœna libelli famoſi habeat etiam locum non ſolum in auctore ipſius libelli famoſi, & principali delinquente, ſed etiam in mandante, & conſulente, *l. lex Cornelia §. ſi quis librum ff. de iniur. Farin. d. q. 105. num. 441. & conſ. 30. num. 110. in fin. Guazin. de confiſcat. concl. 13. ampl. 91. n. 3.*

16 Amp. 2. vt eadem pœna puniatur dictator libelli famoſi ex *conſtitutione Pij V. ex ordine Bullarum 155. fol. 1162. & docent Anton. Gomez de delict. cap. 6. rub. de iniur. num. 1. in princ. Cepha. conſ. 341. num. 5. Bonif. de Vitalin. in rubr. de libel. famoſ. nu. 1. Petrus à Planrr. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 3. n. 4. 3. Farinac. qu. 105. num. 445. par. 3. Guazz. de confiſcat. conrl. 13. ampliat. 91. num. 3.*

17 Amp. 3. vt eadem pœna puniatur ſcribens, & exemplans libellum famoſum *l. lex Cornelia, §. ſi quis librum in verbo ſtripſerit ff. de iniur. ibique Angel. n. 1. l. item apud §. hac autem in verbo ſcribit ff. eod. Azor. in ſum. tit. de iniur. num. 4. Hoſtien. in ſum. eod. tit. de iniur. §. quot modis fiat iniur. num. 3. Burſat. conſ. 20. num. 55. vbi de communis Farinac. q. 105. num. 446. Guazzin. de confiſcat. conrl. 13. ampl. 91. num. 3.* & expreſſè cauetur in *conſtit. Pij V. ex ordine Bullar. 155. par. 2.*

18 Et licet ſecundum *Cephal. cõſ. 341. n. 2. & 3. in fi. 4. & ſeq.* ſola traditio ad ſcribendum non faciat incurrere ſcribentem, vel tradentem in pœnam libelli famoſi, niſi ſcribens, aut tradens, vel libellum compoſuerit, vel illum publicauerit, maxi-
19 mè quando docet de auctore. Sed huiuſmodi Cephali conſultatio hodiè parum prodeſſet vigore dictæ conſtitionis Pij V. vbi voluit pœnas libelli famoſi ſancitas contra ſcribentes, & exemplantes etiam literas infamatorias habere locum, etiam quod d. libelli, ſeù literæ aliũde ad manus ſcribentium, & exemplantium peruenerint, ità *Farinac. q. 105. num. 448. & 449.*

20 Ampl. 4. procedere nedum in ſcribente libellũ, ſed etiam literam, vel aliam ſcripturam infamatoriam, vt videtur de mente omnium legislatorum, & Canoniſtarum, *Turrerrem. in cap. qui in alterius in verbo ſtripturam literarum 5. q. 1. Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famoſ. num. 1. Farin. q. 105. nu. 470.* & deſcribente literas ſine nomine videnda eſt præfata *conſtitutio Pij V.*

21 Ampl. 5. vt pœna libelli famoſi etiam incurratur per eum, qui obſcœnas picturas in alterius infamiam in aliquo loco ponit, *Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 68. num. 26. verſ. libelli famoſi auctor. Farinac. dicta q. 105. num. 471. vbi alios allegat, & nu.*
22 469. exemplificat etiam in ſtercorante fores alicuius, vel eiſdem foribus cornua affigente, cum hoc caſu delinquens ad inſtar libelli famoſi veniat puniendus, *l. lex Cornelia §. fin. ff. de iniur. Bertaz. conſ. 237. num. 2.*

23 Ampl. 6. in eo, qui libellum famoſum facit non ſub nomine ſuo, ſed ſub nomine alterius, qui magis delinquere videtur, cum alium ad ſe excuſandum de huiuſmodi crimine falſo inculpare intendat *l. lex Cornelia §. ſi quis librum*, ibi *etiam ſi alterius nomine, & ibi glo. ff. de iniur. Azor. in ſumm. in tit. de iniur. §. quot modis fiat iniuria Farinac. qu. 105. num. 472.*

24 Ampl. 7. in retinente libello famoſo, & literis infamatorijs, qui etiam punitur eadem pœna, de qua in Bulla *Pij V. in ordine Bullar. 155. par. 2. fol. 1162.* etiam quod aliundè ad eorum manus peruenerit, ſed hoc caſu non videtur procedendum eſſe cum rigore eiuſdem conſtitutionis, vt ſola retentio veniat punienda eadem pœna, niſi etiam manifeſtatio concurrat, vt colligitur ex eadem *Bulla in verſ. ſed ſtatim, & docet Farinac. q. 105. nu. 459,*

25 Ampl. 8. Non ſolum in affigente libellum famoſum in loco publico *ſumma Armil. in rub. de li-*
26 *bello num. 1. Farinac. quæſt. 105. num. 457.* verum etiam in publicante ſiue doceat de auctore, à quo acceperit, ſiue non, nam ſemper eſt locus punitioni, quia ſola propalatio eſt crimen punibile facit *text. in l. 1. in illis verbis*, ſed vim eorum manifeſtauerint *C. de famoſ. libel. & ibi glo. Farin. qu. 105. num. 458. & 459* vbi quod ſi quis doloſè faciat libellum famoſum cadere in terram ad effectum, vt publicetur punitur, ac ſi illum publicaſſet, & alios allegat.

27 Ampl. 9. in eo, qui inuenit caſu libellum famoſum, illumque non lacerauerit, vel combuſſerit, ſed eius vim, & tenorem alijs manifeſtauerit, capitali pœna puniendus venit, quia tunc videtur ſe facere auctorem huiuſmodi delicti, textus *apertus in l. 1. C. de famoſ. libel. & glo. in verbo ſi quis famoſum Butric. ibidem in princ. Salyc. num. 1. & in canon ſi quis 5. quæſt. 1. & ibi glo. Farinac. quæſt. 105.*
28 *num. 460. & 462. & ſeq.* vbi limitat quod ſi hoc caſu inueniens libellum famoſum non publicauerit, licet non lacerauerit, vel combuſſerit non

ta-

tamen eſt puniendus pęna capitali libelli famoſi, & ita videtur de mente Pij V. dicta eius conſtitutione.

29 Declara hoc vltimum, quod inueniens libellum famoſum, & illum non corrumpens, tunc demum minimè punitur ſi alijs non manifeſtauerit, quando in eo loco, in quo inuenit reliquerit, ſed ſi acceperit, & penes ſe retinuerit, & cum eo inuentus fuerit, præſumitur quod ipſe fecerit, & quod non inuenerit, niſi probet, & ſi probet non videtur puniendus propter ſimplicem retentionem, dummodò non concurrat manifeſtatio, *Farinac. in prax. crim. tit. de var. & diuerſ. crim. q. 105. num. 465.*

30 Ampl. 10. in componente carmina, cantiones, & ſimilia in detractionem famę alicuius *l. lex Cornelia §. fin. & ibi glo. in verbo Epithesin. & in verbo ſine ſcripturam ff. de iniur. Farinac. qui alios congerit,*
31 *qu. 105. nu. 467. & 468.* vbi ampliat etiam in eas cantante, per textum expreſſum in *l. item apud labeonem §. hac autem,* ibi *vel conſtat aliquid, quod pudorem alicuius lædat ff. de iniur.*

32 Limit. 1. vt pęna libelli famoſi non habeat locum, niſi dolus interuenerit, *l. lex Cornelia § ſi quis librum,* ibi dolo, vel malo fecerint *ff. de iniur. Hoſtien. in ſum. tit. de iniur. § quot mod. fiat iniuria nu. 3. verſ. literit verò Farinac. in prax. crim. tit. de var. & diuerſ. crim quaſt. 105. num. 481. & 482.* vbi quod ſi quis in eo, & ſine dolo, & non cauſa infamandi fecerit, non eſt puniendus.

33 Sublim. quod dolus in hoc crimine ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur, *Burſat. conſil. 94. num. 8. in fin. 9. & 35. & per tot. ad tradita per Cephal. conſ. 341. num. 10. & ſeq. lib. 3. Farin. q. 105. num. 485.*

34 Limit. 2. quod ſi in libello famoſo nulla ſit expreſſa perſona, mitior pęna imponenda eſt, licet poſſit ſuſpicari de qua fuerit intellectum, *Azor. in ſum. in tit. de iniur. num. 4. verſ. nam & ſi nomen Bertaz. conſ. 237. num. 5. verſ. 2. quia Farinac. quaſt. 105 num. 474. & 475. & 476.* vbi ſubdit quod ſi ignoretur perſona, contra quam libellus fuerit directus deueniendum ſit ad torturam, vt perſonam indicet, eſt *textus in l. lex Cornelia in verbo ſine nomine ff. de iniur.*

35 Limit. 3. quod non videatur pęna capitis puniendus componens libellum famoſum ſi non publicauerit, *Iodoc. in pract. crim. cap. 138. num. 3. in fin. & tradunt alij DD. relati per Farinac. quaſt. 105.*
36 *num. 485. & 487.* vbi ſubdit quod pęna libelli famoſi locum non habeat, niſi libellus omnibus videndus, & legendus in aliquo loco publico ponatur, *Angel. in l. lex Cornelia §. ſi quis librum n. 2. ff. de iniur. & in l. 1. in princ. C. de famoſ. libel. cap. 1. ibi publice 5. quaſt. 1. & ibi glo. in verbo publicè.*

37 Sed contrarium dixiſſe videtur *Adden. ad Boniſ. de Vital. in tit. de libel. famoſ. lit. A. Farinac. & DD. per eum allegati q. 105. n. 468. Clar. in pract. §. fin. q. 68. num 26. verſ. libelli famoſi auctor circa fin.* vbi quod quidam Proxeneta, qui tres libros materna lingua compoſuerat, in quibus de multis etiã in magiſtratu conſtitutis obloquebatur, licet eos non publicaſſet fuit iuſſu Senatus alligatus catenæ infami, & libri publicè combuſti.

38 Limit. 4. in eo, qui fecit libellum famoſum cõtra aliquem, à quo prius fuerat prouocatus per alium libellum famoſum, nam hoc caſu non eſt pęna capitali plectendus, ſed mitior pęna eſt imponenda, & licet excuſetur à pęna ordinaria, non tamen excuſatur à pęna extraordinaria, vt docet *Farinac. q. 105 n. 488. & 489. Blot. conſ. crim. diuerſ. 131. n. 15. & 16. lib. 1. Bertaz. conſ. 237. n. 5.*

39 Limit. 5. vbi hoc delictum fuerit attentatum, & non conſumatum, & non ſecutus effectus libelli famoſi, nam tunc eius pęna non intrat *Burſat. conſ. 94. n. 30. in fin. & ſeq. lib. 1. & tradunt DD. relati per Farin. q. 105. n. 491.*

40 Limit. 6. quod pęna libelli famoſi intrat, ſi libellus contineat aliquid, quod reſpiciat alterius iniuriam, & infamiam, ſecus ſi in eo contineantur verba non infamatoria, & non pungentia, *Bertaz. conſ. 137. num. 3. Cephal. conſ. 341. n. 20. lib. 3 Farinac q. 105. num. 492.*

41 Limit. 7. vt amor excuſet à pęna libelli famoſi ſaltem ordinaria, ſecus ab extraordinaria, *Farin. qui alios allegat q. 98. n. 88.*

42 Limit. 8. ſecundum Iulium Clarum, qui teſtatur in practica nunquam vidiſſe ſeruari, vt propter libellum famoſum aliquis vltimo ſupplicio affectus fuerit, ſed quod ſemper impoſita fuerit pęna extraordinaria, puta fuſtigationis, ictuum funis, & ad ſummum pęna triremium, & allegationis catenæ infami.

Quibus addo quod pęna libelli famoſi de iure canonico eſt, vt huius criminis reus anathematizetur, fuſtibus, ac verberibus carpiatur *cap. hi, qui, & cap. 2. vltim. q. 5. Farinac conſ. crim. 30. n. 25. tom. 1.*

De iure verò Ciuili, eſt arbitraria, aliquando enim fuſtigatur, aliquando infami catenæ alligatur, & aliquando ad triremes tranſmittitur, *Suarez in addition. ad Gomez de delict. in tit. de iniur. n. 1. lit. A. Clar. in §. fin. qu. 68. verſ. libelli famoſi.* Et ſi aliquando facti, & perſonarum qualitas expoſtulat vltimo ſupplicio reus afficiendus eſt, *Planc. in epit. delictor. cap. 3. num. 2. & 3. Farinac. d. conſil. 30 num. 25. & 69.* & in fine eiuſdem conſilij refert quendam nobilem, qui in tabella ex voto in Eccleſia affixa alium infamauit, condemnatum fuiſſe ad æſtimationem iniuriæ parti, & ad ſoluendum fiſco ſcuta duomillia infra certum tempus, alias ad tranſmiſſionem ad Arcem Ciuitatis Hoſtiæ.

Libellum tamen famoſum conficere dicitur, vbi quis per ſcripturam à populo videndam alicuius famæ, & honori præiudicat *l. 1. §. quis libellum ff. de iniur. l. vnica. C. de famoſ. libel. Planc. in epit. delictor. cap. 3. n. 3. Gomez de delict. in tit. de iniur. n. 1. Farinac. conſ. 30. n. 22. tom. 1.*

PRÆNESTINA RESCISSIONIS CONTRACTVS.

ARGVMENTVM.

Donatio facta in contractu venditionis quoad remiſſionem valoris iuſti pretij data ſcientia venditoris valet, ſed ſi non ſeruentur ſolemnitates à Statuto requiſitæ corruit, & poteſt dari de nullitate, licet agi nequeat remedio *l.2.C.de reſcindeu. vend.* Donatio ex capite læſionis, an & quando reſcindi poſſit, & competat manutentio, articulus examinatur.

SVMMARIVM.

1 Donatio celebrata ſine ſolemnitatibus requiſitis à Statuto Vrbis eſt nulla non obſtante iuramento.
2 Donatio facta in contractu venditionis partis pretij rei venditæ ſine ſolemnitatibus Statuti eſt nulla 5.
3 Donatio celebrata in contractu venditionis quo ad ſemiſſionem valoris quando valeat.
4 Venditio reſcindi non poteſt ex capite læſionis ſtante donatione, & remiſſione valoris iuſti pretij.
6 Decretum Iudicis ſupplere non poteſt ſolemnitates à Statuto requiſitas.
7 Donatio facta ſine ſolemnitatibus Statutarijs non transfert poſſeſſionem in donatarium.
Manutentio competit donanti ſi donatio ſit nulla ex defectu ſolemnitatum Statuti ibidem.
8 Contractus reſcindi poteſt ex capite læſionis vltra tertiam vigore Statuti Vrbis, & vltra dimidiam de iure communi.
9 Læſio quando eſt enormiſſima, & ineuitabilis reſcinditur contractus non obſtante iuramento, & ſolemnitatibus Statutarijs adhibitis 10.
11 Dolus præſumptus quando æquiparetur vero.
12 Verba in Inſtrumento contenta de conſenſu partium appoſita cenſentur.
13 Læſio in donatione non conſideratur Lim: in muliere 14. Lim.2. procedere in donatione ſimplici, ſecus ſi ob cauſam 15.
16 Cauſa requiſita in contractu mulieris non eſt iuſta ſi non contineat commodum, aut præciſam eius neceſſitatem.
17 Decretum Iudicis non cenſetur interpoſitum ex cauſa, ſi ſit inepta.
18 Valor non probatur ex penſionibus.

DECISIO LIII.

DOrothea de Gotijs ad ſè eximendum à ſolutione annui paſſiui cenſus ſcutorum centum quinquaginta in ſorte principali, vendidit prò ſimili ſumma vnam eius Domum Auguſtino de Nitijs, qui loco pretij accollauit ſibi cẽſum, eumque intra certum tempus promiſit extinguere, & interim ſoluere fructus, & licet valor præfatæ Domus iuxta peritorum æſtimationem aſcenderet ad ſcuta 600. nihilominus illud plus donauit. Verum ſeuſiens ſe enormiſſimè læſam, inſtetic coram mè, tunc Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Eſtenſis Epiſcopi Præneſtini Vicarius Generalis prò abſolutione à iuramento,& reſciſſione contractus; & hinc diſcuſſo articulo, illum ex capite nullitatis, & iniuſtitiæ pretij reſcindendum eſſe cenſui.

Nullitas autem viſa fuit incontrouertibilis, quia duo reſultant contractus ex inſtrumento venditionis præfatæ Domus, ſcilicet alter venditionis, alter donationis pretij, & quantitatis in qua excedit vera Domus æſtimatio, ac proinde vltra ſolemnitates generaliter adhiberi ſolitas in contractibus minorum, ac mulierum iuxtà diſpoſitionem Statuti Vrbis *in cap.151. lib.1.* ſeruandæ erant aliæ ſpecialiter requiſitæ in contra-
1 ctu donationis ab eodem Statuto in *cap.149. dicto lib.1.* ſubſcribendus propterea erat contractus reſpectu donationis illicò, & incontinenti in ipſa prima ſcriptura, ſeù matrice ab ipſa donatrice manu propria coram Notario, & teſtibus in eius celebratione, vel ab alio loco ſui, ſi ſcribere neſciebat, & rurſus poſt donatricem duo alij teſtes ſè pariter ſubſcribi debebant, quibus ſolemnitatibus deficientibus, ita remanſit irritus & nullus contractus, vt nullum ius ex eodem donatario acquiſitum fuit, & iuramentum fraudolenter appoſitum cenſetur, immo ipſum inſtrumentum nullam prorſus fidem facit in iudicio, vel extra, quod ſtatutum cum contineat clauſulam irritantem, donatio habenda eſt perinde, ac ſi nunquam facta fuiſſet *Rot. deciſ.200. in prin. iuncto num.6. part.5. tom.1. recen.*

2 Nec infringit quod contractus celebratus fuerit ſub alio titulo, ſcilicet venditionis, quia cum ex eodem reſultet etiam donatio, habet locum Statutum non reſpectu ipſius venditionis, ſed reſpectu donationis in eadem contentæ, vt magiſtraliter dixit *Rot. deciſ.497. num.11. 12. & 13. part.5. tom.2. recen.*

3 Et quamuis valeat donatio celebrata in contractu venditionis quo ad remiſſionem valoris iuſti pretij rei venditæ, data ſcientia ipſius venditoris, ſeù donatoris, ad notata per *Bart. in l. ſi quis cum aliter num.7.ff.de verb. oblig. & ibi Alex. num.13. Gabr. conſ.168. quæſt.3.num.19-21.& 24. vol.1. Decian.conſ.107.num.1.vol.4.Barbat.conſ.1. num.18. vol.3. Tiraquel. de retract. lignagier. §.1. gloſ.18. num. 14. fol. mihi 135. plene Marta de Clauſ. part.1. clauſ.163. num.1. & 3.*

4 Tamen hoc tantum ſuffragatur, vt non poſſit vlterius agi remedio *l.2. C. de reſcindenda vendit.* etiam ſi adſit læſio vltra dimidiam iuſti pretij *Alex.conſ.28. num.6. & 7. verſ.tertio reſponderi poteſt vol.5. Bald. conſ.3. num.1. verſ. in contrarium videtur, & num.3. Fabian. de Monte in tract. de empt. vend. quæſt.8. in prin. in 4. quæſt. Tiraquel. de retract. lignager. §.1. gloſ.18. num.14. Marta dicta clauſ.163. num.3.*

5 Non vero impeditur, quin poſſit dari de nullitate donationis ob non ſeruatas ſolemnitates requiſitas de iure municipali in contractu donationis *Rom. conſ.12. num.5. Hippol. de Marſil. ſing. 299.* & in ſimilibus terminis dixit *Rot. in Romana Donationis de Cupis 5. Iuny 1602. num.1. & 2. coram Pamphilio impreſs. penes Saluſt. Tiber.in ſua prax. poſt cap.58. lib.1. fol. mihi 140.& deciſ.294. num.26. part.6. recen.*

6 Minuſque refragatur Decretum Iudicis, prò validitate præfati contractus interpoſitum, cum non poſſit ſupplere ſolemnitates, quæ pro forma à Statuto requiruntur prò actus validitate *Rota deciſ.178. part.4. tom.1. recen.*

7 Qua propterea vrgente nullitate,competit Dorotheæ manutentio tanquam poſſeſſio nunquam à donatrice amiſſa, & donatario acquiſita vt dixit *Rot. deciſ.200. ſub num.16. part.5. tom.1. recen.*

8 Iniuſtitia vero pretij pariter redditur parens non ſolum vltra tertiam partem, quæ ſufficit ad reſcin-

reſcindendum contractum iuxta diſpoſitionem Statuti Vrbis *in cap.154.lib.1.* verum etiam vltra medietatem, quia Domus erat valoris ſcutorum 600. & fuit vendita pro ſolis ſcutis 150. vnde reſultat læſio ne dum enormis, & enormiſſima, ſed etiam intollerabilis, adeo vt mulier, & minor
9 poſſunt venire contra contractum non obſtante iuramento, decreto Iudicis, auctoritate tutoris vel curatoris, interuentu conſanguineorum, alijſque clauſulis, & cautelis adhiberi ſolitis, vt de communi docet *Felin. in cap. præſentia num.8. verſ. & quamuis de probat. in 6. plene Gabr. libr.3. in tit. de iure dot. conclu.1. num.8. egregie Paul. de Caſtr. conſ. 174 per tot. lib.1. Menoch. conſ.412. per tot.* & hanc ſententiam ſequitur *Rot. deciſ.102. nu.1. & 2. part.2. diuerſ. & deciſ.130. num.1. part.4. tom.2. recen.*

10 Et ratio eſt, quia reſpectu enormiſſimæ læſionis præſumitur dolus, à quo nemo patrocinari debet *l. omnes §. Lucius ff quando in fraud. creditor.*
11 *l. ſi ſuſpenſione in fin. C. de dol.* qui dolus præſumptus re ipſa contingens æquiparatur vero *l. ſi quis cum aliter vbi DD. ff. de verb. oblig. Rot. deciſ.102. num.2. part.2. diuerſ.*

12 Quod autem Domus eſſet valoris ſcutorum 600. deſumitur ex relatione Peritorum, & partiũ aſſertione, & confeſſione facta in ipſo inſtrumento venditionis, quod facit probationem probatam, præcipuè inter contrahentes, de quorum mãdato, & conſenſu omnia verba ex iuris præſumptione in eo appoſita cenſentur *Gratia diſcept.116. num 24. Dunozet. iun. deciſ.944. num.15. tom.2.*

13 Quibus non aduerſatur, quod actum fuerit per viam donationis, in qua non conſideratur læſio, cum ex ſe ipſa ſit actus læſiuus, & damnum, & præiudicium donantis contineat *Crauet. conſ.114. num.12. Dec. conſ.181. num.4. Alban. conſ.77. num.22 & conſ.100. num.5. Beto conſ.49. num.24. & ſeq. Gabr. lib.3. in tit. de iure dot. conclu.1. num.20. Pic. ad Stat. Vrbis glo.7. num.17. Rot. deciſ.924. num.15. corã Burat. & deciſ.130. num.5. part.4. tom.2. recen.*

14 Quia dupliciter limitatur regula, vtraque applicabilis in præſenti, primo ſcilicet non procedere in muliere donante, in qua fraus veriſimiliter interueniſſe creditur, vt concludunt *Alban. conſ.77. num.22. Rot. deciſ.102. num.8. parte 2. diuerſ. & in Tiburtina donationis 4. Aprilis 1661. in fin. prin. coram Bourlemont.* vbi præcipuè ſi appareat donationem fuiſſe non modicæ leuitatis.

15 Secundo regula ſibi locum vindicat in donatione ſimplici, & ex mera liberalitate prouenientе; ſecus in donatione ob cauſam, vt in caſu noſtro, nempè quia Dorothea deuenit ad actũ venditionis Domus, & donationis reſidui veri valoris cauſa ſe liberandi ab obligatione Cenſus paſſiui alias impoſiti ad fauorem D. de Simmionibus, in quo donans poteſt de facili errare, & decipi, & ratio diſparitatis eſt, quia qui donat ſine cauſa, ſcit quod facit, & non ita decipitur qui vero donat propter cauſam non ita ſcit, quod facit, & de facili decipi poteſt, cum poſſit credere recompẽſationem, ſeù promiſſionem ex parte donatarij eſſe condignam, & commenſurari cum re donata, & non adeſſe tantam diſparitatem, pròut poſtea reperitur, vnde reſultat læſio. *Aretin. in l. qui ſuperſtites ſub num.4. verſ. pro primo dicto ff. de acquirend. hæred. ex Bart. quem allegat. Corn. conſ.161. num.8. verſ. dato autem lib.3. & conſ.179. num.11. lib.4. Aym. conſ.192. num.1. & 2. Seraph. de priuil. iuram.21. num.13. paulo ante fin. verſ. nec obſtat quod dicebat Rot. deciſ.282. num.3. coram Coccino deciſ.102. num.7. part.2. diuerſ. deciſ. 103. num.7. part.4. tom.2. & deciſ.497. num.14. & 15. part.5. tom.2. recen.*

Diſparitas autem, & deceptio manifeſte reſultat ex erronea Dorotheæ credulitate, dum putauit ſibi facere rem vtilem diſtrahere domum pro ſcutis 150. ad effectum extinguendi cenſum todidem ſummæ, & liberandi ſe à moleſtijs, cui actui non correſpondet, nec commenſuratur donatio reſidui pretij Domus aſcendentis ad notabilem
16 quantitatem, ac proinde cauſa allegata, & expreſſa in donatione non redditur iuſta, & ſufficiens ad ſubſtinendum contractum, cum non contineat commodum donantis, nec præciſam eiuſdem neceſſitatem, propter quam ad donandum compellatur, vt in ſimilibus terminis dixit *Rot. deciſ.257. num.9. & 10. coram Caualerio, repetita poſt. Pic. ad ſtat. Vrbis deciſ.49.*

17 Ex quibus ſequitur quod decretum Iudicis non cenſeatur interpoſitum cum cauſa, dum apparet ex eodem inſtrumento cauſam eſſe ineptam *Rot. deciſ.143 num.2. part.1. recen.*

18 Neque valet obeſſe aſſertio, quod ex locatione Domus retrahantur penſiones aſcendentes tãtum ad ſummam ſcutorum octo, & pro cenſu ſoluuntur annuatim ſcuta duodecim, quia nihilominus eſt attendendus valor in proprietate, non autem redditus, & penſiones, quæ modo augentur, modo minuuntur prò temporum varietate, & ex affectione, & indigentia conducentium *Natta conſ.332. num.4. Gratia. diſcept.660. num.4. Caſſador. deciſ.20. num.1. in fin. Gregor. XV. deciſ.101 num.4. & deciſ.553. num.4. & 7. Rot. deciſ.871. num. 2. part.4. diuerſ. & deciſ.340. num.2. part.6. recen.*

Et ita &c.

S V M M A R I V M.

1 Minoris contractus celebratus abſque ſolemnitatibus requiſitis per conſtitutionem Marchiæ non valet.
Quæ ſolemnitates requiruntur per dictam Conſtitutionem ibid.
2 Ægidiana Conſtitutio extenſa per totum Statum Eccleſiaſticum.
3 Secus verò extenſiones Cardinalis Carpen. quæ non ſe extendunt extra Prouinciam Marchiæ.
4 Mulieris obligatio ſine ſolemnitatibus Conſtitutionis Ægidianæ extra Prouinciam Marchiæ tenet cum loquatur de minoribus, & extenſio Carpenſis quo ad Mulieres non habet locum extra dictam Prouinciam.
5 In contractibus minorum ex Statuto Vrbis, quæ ſolemnitates requirantur.
6 In contractibus mulieris, & minoris ſi interuenerint ſolemnitates Statuti, omnia ritè geſta præſumuntur, & excluditur præſumptio fraudis. Secus non ſeruata forma Statuti. 7. 9.
8 Solemnitates Statuti Vrbis ſunt de forma, quibus deficientibus actus corruit.
10 Contractus minoris, vel Mulieris ſine ſolemnitatibus non conualidatur per obſeruantiam ſubſequutam.
11 Defectus ſolemnitatum probatur ex lectura Inſtrumenti.
12 Solemnitates Statuti ſi à principio appareant non interueniſſe non præſumuntur ex curſu temporis, & obſeruantia contrar. num.13. diſting. vt num.14. & 15.
16 Statutum Vrbis habet locum in omnibus contractibus Mulierum, & Minorum, & non reſtringitur ad quatuor tantum in eo expreſſos.
17 Filius minor contrahens cum Patre tenetur ſeruare ſolemni-

lemnitates Statuti. Contrar. num.18. disting. vt n.19.
20 Minor contrahens cum alio minore tenetur ſeruare ſolemnitates. Contrar. num 21. Limit. hæc 2. opinio ſi vnus remanet in lucro, & alter in damno. 22.
23 Solemnitates Statutariæ inter æque Priuilegiatos non requiruntur.
24 Mulier et Minor ſi contrahant cum Eccleſia ſolemnitates Statutariæ non requiruntur.
25 Solemnitates Statuti, vbi contractus agitur veniunt adhibendę.
26 Deputatio Curatoris loco Conſanguineorum ipſis ſtantibus non ſuffragatur, ſecus ipſis non exiſtentibus, vel impeditis, vel interuenire recuſantibus 27. 28.
29 Conſanguinei adhibendi pro ſolemnitate contractus debent iurare quod mulieri non præiudicet, & quod nullum habeant intereſſe. Intel. de intereſſe principali, ſecus de ſecundario 30.
31 Conſanguinei quomodo citandi ad intereſſendum contractui Mulieris, vel minoris, & omnes ſunt citandi. 32. & num.87.
33 Coniunctio perſonarum ad effectum interueniendi contractui minoris, vel mulieris probetur coniecturis.
34 Exiſtentia coniunctorum qui poterant interuenire contractui quomodo probetur, & num.88.
35 Coniunctorum habilitas ad interueniendum contractui quomodo probetur.
36 Minor impugnans contractum ex defectu interuentus proximiorum, quæ probare debet, & num.37. 38. 39. & 40.
41 Conſanguinei accidentaliter impediti differenda eſt ſtipulatio contractus.
42 Mulieris, & Minoris aſſertioni, quod non habeant coniunctos, qui contractui interuenire poterant non eſt ſtandum.
43 Proximiores adhibendi in contractibus minorum debent eſſe tales de tempore contractus, ſecus ſi deſierint eſſe affines morte coniugis.
44 Deputatio Curatoris loco Conſanguineorum non ſuffragatur ſi ſit minor 25. annorum.
45 Forenſis maior 20. & minor 25. non habilitatur per Statutum, vt habeatur prò maiori Contr. num.46.
47 Forenſis maior 20. annorum tenetur ſeruare ſolennitates Statuti Vrbis, ſi in eadem contrahat.
48 Maior 20. annorum exiſtens extra territorium, & diſponens de bonis in territorio ſtatuentium non debet ſeruare ſolennitates Statuti, ſecus ſi bona eſſent extra territorium.
49 Statutum quod maiór 20. annorum habeatur prò maiori habilitat etiam incolas, & diſtrictuales.
50 Diſtrictuales intelliguntur infra 40. milliaria.
51 Diſtrictum Vrbis, quæ comprehendat.
52 Caſtra intra 40. milliaria non ſoluentia ſalſocaticum non ſubiacent Statuto Vrbis.
53 Diſtrictuales etiam extra Vrbem debent ſeruare Statutum Vrbis in deciſorijs.
54 Contractus minoris, vel mulieris celebratus abſque Decreto Iudicis, & cauſa vtili, vel neceſſaria eidem inſinuata eſt nullus.
55 Cauſam fuiſſe à Iudice cognitam in contractu mulieris probatur ex aſſertione Notarij, & ſufficit ſi fuerit expreſſa.
56 Cauſa expreſſa in contractu minoris pręſumitur vera donec non probetur falſa.
57 Contractus mulieris celebratus ex falſa cauſa non firmatur Decreto Iudicis.
58 Cauſa ad validitatem contractus mulieris ſufficit quod ſit vera, & arbitrio Iudicis ſufficiens, licet non ſit vtilis.
59 Cauſa non requiritur de iure communi in contractu minorum ſi agatur de ſimplici obligatione. Lim. in venditione immobilium, ſublim. ſtante iuramento.
60 Contractus Mulieris celebratus ex pluribus cauſis vna ceſſante non inficitur.
62 Cauſæ veritatis præſumptio reſultat ex obſeruantia contractus per 40. annos.
62 Decretum Iudicis corruit ſi cauſa detegatur falſa, & in totum, ſi in parte ſit vera in parte falſa 63.
64 Cauſa ad hoc vt ſuſtineatur contractus debet eſſe ſpecifica, & non generica.
65 Ex Decreto Iudicis non iuſtificatur aſſertio cauſæ, falſitas cauſæ in contractibus Mulierum, & minorum non præſumitur.
66 Falſitas cauſæ ad retardandam executionem obligationis Cameralis debet manifeſtè probari.
67 Cauſam vt contractus ſuſtineatur ſufficit à principio fuiſſe veram.
68 Decretum Iudicis habet præſumptionem prò ſe.
69 Solemnitates Statuti requiruntur in conſtitutione procuratoris facienda per mulierem, & minorem.
70 Procurator minoris, & mulieris prò eis contrahendo tenetur ſeruare ſolemnitates, licet cum eiſdem conſtitutus fuerit.
71 Minor neque cum ſolemnitatibus poteſt donare, inter viuos, ſeu cauſa mortis Con. num.75.
72 Minor maior 20 annorum habilitatus a Statuto ad contrahendum, non habilitatur ad donandum.
73 Lim. ſi Statutum etiam habilitet ad alienandum.
74 Lim 2. ſtante iuramento, præcipuè de iure canonico.
75 Mulier donare poteſt.
76 Mulieris, & Minoris donatio ſuſtinetur adhibitis ſolemnitatibus Statuti Vrbis lib.1. cap.151. Amp. procedere etiam in donatione remuneratoria 77. Cauſa vero ad ſuſtinendum contrãctũ donationis qualis debet eſſe 78.
79 Minor, & mulier magis fraudari poſſunt in donationibus ob cauſam, quam in ſimplicibus.
80 Donatio facta ſine ſolemnitatibus Statuti Vrbis in cap.149 & 150. lib 1. non ſuſtinetur. Et quæ ſint 81. Amp. etiam ſi contractus fuerit celebratus ſub titulo venditionis ſi reſultet donatio 83.
82 Donatio non perficitur niſi poſt inſinuationem.
84 Donatio facta a parentibus filijs non exigit ſolemnitates Statuti. Contrar. num.85. Diſting. vt num.86.

ADNOTATIO I.

De ſolemnitatibus Statutarijs requiſitis ad validitatem contractus, & obligationis, Mulieris, & Minoris.

1 Licet de iure communi ſubſtineatur mulieris obligatio ſolo iuramento, ſecus autẽ eſt vbi viget ſtatutum prohibens mulieres, & minores ſe obligari poſſe non ſeruatis ſolemnitatibus per eundem requiſitis, non obſtante iuramento ac proinde vigore cõſtitutionis *Aegidianæ lib.5.c.25.* minoris contractus celebrati abſque cauſa, decreto Iudicis, & interuentu duorum conſanguineorum proximiorum, & eorum defectu duorum affinium, & inſinuatione in actis facienda non valent, nullumque robur, & firmitatem obtinent, etiam ſi dupplici iuramento firmati, & celebrati fuerint, etiam cum Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, & quibuſcumque perſonis ſpiritualibus, ſed dolo extorti præſumantur, vt in terminis dictæ conſtitutionis tradit *Gratia diſcept. 513.num.16.Rot.deciſ.375.num.1.2.& 5.part.4.dec. 294.num.12.& 13.part.6.recen.& in Romana Fructuum Cenſus 12.Decembris 1650.§.propterea addebant DD.coram Reuerendiſs. Meltio.*

2 Quę Aegidiana conſtitutio, aliæque per eundem Aegidium conditæ extenſæ fuerunt a *Paulo III.* per vniuerſum ſtatum Eccleſiæ, vt ex eius conſtit ex ordine Bullar.17. ſecundum antiquam impreſſionem, & in Vrbe, & alijs locis Status Eccleſiaſtici immediate Sanctæ Sedi ſubiectis, extendit, confirmauit, & obſeruari mandauit *Sixtus IV. conſtit.8 ſecundum eandem antiquam impreſſionem. Ridolphin. in ſua prax.part.2. c.6.num 122. & ſeq. Adden. ad Gregor. XV. deciſ.260.num.17. Duran. deciſ 84.num.28. & dixit Rot. in Ariminen. Legatorum 27. Ianuar.1625.coram Mazanedo, & in Peruſina Fideiuſſionis 26.Nouemb.1611. coram Pamphilio, & in Romana de Comitibus 15.Maij 1573.coram Orandino.*

3 Extenſiones vero, & Additiones Cardinalis Carpen. ad dictas conſtitutiones Aegidianas, nō habent locum extra Prouinciam Marchiæ, quia Cardinalis Carpen erat Legatus in dicta Prouincia, & ideo ſicut illius iuriſdictin extra dictam Prouinciam ſe non extendebat, ita nec illius Cōſtitutinnes, & licet confirmatæ fuerint à *Paulo III. vt ex eius conſtit. 39. ſecundum antiquam impreſſionem*, tamen confirmatin prædicta non extendit confirmatum vltra id, quod alias ex ſui natura nō comprehendebat *Ridolphin. in prax. part. 2. c. 6. num 124. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 260. num. 17. Rot. deciſ. 6. num. 3. part 4. recen. & in Imolen, Damnorum 22. Iunij 1611. coram Card. Sacrato, & ſignanter quod conſtitutio Marchia lib. 5. in c. 25.* loquens de minoribus non habet locum in ea parte, in qua fuit extenſa etiam quo ad Mulieres per Cardina-
4 lem Carpenſem, cum dicta extenſio non obliget extra Prouinciam Marchiæ dixit *Rot. deciſ. 91. nu. 9. poſt. Gillian. ad Stat. Peruſ. deciſ. 304. num. 6. & 9. part. 4. tom. 2. recen. Ferentil, ad Burat. deciſ. 924. num. 20.*

5 Ex Statuto vero Vrbis *lib. 1. c. 151.* ne Mulieres ex eorum ſimplicitate, & puberes etiam maſculi, qui adhuc inperfectæ ætatis exiſtūt, defraudentur, contractus cum eiſdem mulieribus, vel minoribus viginti annis ſiuè ſub patria poteſtate ſiuè ſui iuris exiſtentibus celebrati, redduntur nullius roboris, & momenti, & penitus nulli, & inualidi, niſi duobus coniunctis proximioribus adhibitis, quorum non interſit, etiam medio iuramento approbantibus non eſſe in præiudicium earundem mulierum, vel minorum, & ſi ſub patria poteſtate exiſtant vocatis alias ex linea materna, & cum præſentia eiuſdem Patris, & coniunctis non exiſtentibus, cum Curatoris legitimi auctoritate, ac ſemper cum Iudicis competentis decreto, cauſa in ſcriptis eidem expreſſa, & inſinuata, ac plenè cognita, ita vt iuramentum dolo alias præſtitum cenſeatur. *Burat. deciſ. 410. num. 1. & 2. deciſ. 924. num. 1. Rot. deciſ. 594. num. 32. & 33. part. 5. deciſ. 77. num. 20. part. 6. Adden. ad deciſ. 81. num. 18. part. 8. deciſ. 31. num. 1. part. 12. recen. & in Romana Pecuniaria 25. Iunij 1655. cor Benilaq. & in Romana Locorum Montium 1. Februarij 1664. in prin. coram Ninot.*

6 Ad validitatem igitur contractus celebrati cū muliere, vel minore ſatis eſt, quod præſcriptæ ſolemnitates à Statuto, requiſitæ interueniant, ad hoc vt omnia ritè, & rectè geſta præſumantur, vt in terminis Statuti Vrbis firmauit *Rot. deciſ. 227. num. 3. poſt. Pacif de Salutan. deciſ. 619. num. 5. part. 2. deciſ. 345. num. 9. part. 4. recen. & in Bononien. Indemnitatis 30. Iannar. 1651. §. iuſtitia autem in fin. & §. nec obſtare poteſt coram R. P. D. Albergato, & in Romana Renunciationis 23. Martij 1650. §. ex ijs itaque in fin. coram R. P. D. Cerro Decano Ciriac. controuerſ. 216. num. 8.* Adeout eiſdem ſeruatis omnis ſuſpicio fraudis, & circumuentionis excludatur *Rebuf. in l. licet inter geſta §. patronos verſ. 18. ff. de verb. ſignif. Rot. poſt. 2. vol. conſil. Farinac. deciſ. 321. num. 1. in fin. & in recent. deciſ. 11. num. 9. part. 4.* vbi ſi fuerint ſeruatæ ſolemnitates, & pecunia fuerit præſens.

7 Non autem ſeruata forma Statuti, quæ pro validitate eſt omnino ſeruanda, obligationes mulierum, & minorum ſunt nullæ, & ſubſtineri non poſſunt, vt paſſim reſpondet Rot. vt ex deciſion. relat. per *Fenſon. ad idem Stat. Vrbis dicto cap. 151. lib. 1. num. 1. 13. & ſeqq. & deciſ. 385. num. 4. part. 1. recen. & in Romana Societatis Officij coram Penia inter impreſ. penes Marcheſ. de commiſſion. part. 1. fol. 911. num. 5. & in Tiburtina Donationis 4. Aprilis 1661. ſub prin. coram Bourlemont.*

8 Etenim ſolemnitates Statuti Vrbis *in dicto cap. 151. lib. 1.* ſunt de forma ex verbis tam rubricæ negatiue, & conditionaliter conceptis *de contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris* quam nigri *contrahere debeant*, attenta Clauſula annullatiua, & Decreto irritante formam deſignant *Dec. conſ. 455. num. 7. Hond. de ſimili Stat. conſ. 5. lib. 2. Buratt. deciſ. 924. num. 1. & 2. vbi Ferentil. in addit. lit. A.* vbi teſtatur hanc interpretationem Rotam ſemper amplexam fuiſſe firmat *Picus ad Stat. Vrbis dicto cap. 151. glo. 17. num. 1. Fenſon. ad idem Stat. num. 13. Veral. deciſ. 205. in prin. part. 3. Rot. in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. deſcendi autem coram Dunozet.*

9 Et dicta forma eſt fauorabilis, cum huiuſmodi ſolemnitates ſint intraductæ ad integrandas perſonas mulierum, & minorum, & ad euitandas fraudes *Gabr. conſ. 1. in prin. & conſ. 2. num. 3. lib. 1. Put. deciſ. 55. num. 7. lib. 3. cum alijs per Burat. deciſ. 924. num. 3. Rot. deciſ. 125. num. 44. part. 4. recen.*

10 Nec ad hunc effectum ſuffragatur obſeruantia ſubſecuta contractus, ſcilicet ſi mulier, vel minor ſoluerit fructus cenſus nulliter abſque ſolemnitatibus impoſiti, cum non ſit ſufficiens ad ſaluandum contractum à vitio nullitatis, quia ſicut expreſſe ſine ſolemnitatibus Statuti non poſſunt contrahere, multo minus tacite ſcilicet per obſeruantiam abſque ſolemnitatibus contractum inualidum confirmare poſſunt, cum non dependeat ab eorum voluntate *Rot. deciſ. 385. num. 6. part. 1. recen.*

11 Defectus ſolemnitatum probatur ex lectura inſtrumenti, cum exigantur in ipſo actu *Burat. deciſ. 120. num. 5. ibique Ferentil. in adnot. lit. B.* vbi quod negatiua regulariter probetur ex inſpectione, & reuolutione actorum *Rot. deciſ. 612. num. 2. part. 1. deciſ. 455. num. 4. part. 2. recen.*

12 Ac proinde ſolemnitates requiſitæ pro forma in contractibus ſi appareat ex lectura inſtrumenti non interueniſſe à principio, ex temporis curſu, & obſeruantia ſubſecuta, non præſumuntur adhibitæ, ſi nulla alia detur probatio *Rot. deciſ. 294. num. 30. & 31. part. 6. recen.*

13 Et licet Rot. paſſim ſeruet ex curſu 30. annorum præſumi ſolemnitates extrinſecas concurrente tamen ſimul obſeruantia *Rot. deciſ. 210. num. 12. part. 4. recen. deciſ. 742. num. 4.* vbi maxime ſtante non reclamatione *deciſ. 1080. num. 7. coram Seraph. deciſ. 1042. num. 3. coram eodem & deciſ. 575. num. 12. coram Canale. deciſ. 363. num. 1. coram Puteo lib. 3.* patet ex deciſionibus relatis per *Ferentil. in adnot. ad deciſ. Burat. 45. ſub lit. B. & deciſ. 120. num 41.* tamen hæc præſumptio intrat quando deficit ſcriptura, in qua ſolemnitates inter-
14 uenire deberent, ſecus vbi adeſt ſcriptura, ex cuius oculari inſpectione appareat ſolemnitatum defectus, nam tunc dicta præſumptio penitus exclu-

cluditur *Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ.120. ſub num.41. vbi alios allegat. Caualer. deciſ.613. num.2. Pute deciſ.220. num.1. lib.3. & deciſ.183. num.2. lib.1.*

15 Contrarium tenet *Rolan. & Doctor ab eodem citati conſ.99. num.33. & 34. vol.2.* vbi quod ex diuturnitate temporis præſumuntur ſolemnitates, quamuis in inſtrumento de illis non appareant, pro concordia tamen diſtinguendum eſt, quod ſolemnitates aut debent interuenire in ipſo actu, & tunc ſi in inſtrumento contractus non appareant curſu temporis, & ſubſecuta obſeruantia non ſufficiunt ad illas præſumendas, aut poſſunt adhiberi ante, vel poſt actum, & hoc caſu benè præſumuntur interueniſſe ex lapsù 30. annorum, in quibus terminis loquitur *Rolan. & Doctores per eum allegati, pulchè Surd. conſ.28. num.110. & ſeq. relat. per Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ.120. num.41. in fin.*

16 Hoc enim Vrbis Statutum quamuis loquatur in quatuor tantum caſibus, ſcilicet in pactis de non petendo, in refutationibus, quietationibus, & donationibus, tamen quod extendatur ad omnes contractus læſiuos, & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus relatis per *Garganet. ad Statutum Vrbis glo.151. ſub prin. ſeu num. 50. lib.1. Pute deciſ.55. num.7. lib.3. Burat. deciſ.120. num.36. Gregor. XV. deciſ.164. num.4. & deciſ.333. num.1. ibiq. Add. num.9. deciſ.529. num.4. in fin. part.1. diuerſ. deciſ. 153. ſub num.13. verſ. & poteſt habere deciſ. 385. num.2. part.1. recen. deciſ.619. num.5. ante med. verſ. idque patet part.2. recen. & comprobat Scaccia de Iudic. lib.2. cap.2. num.493.* vbi quod habeat locum etiam in tranſactione pro alimentis *Caputaquen. deciſ.195. per tot. part.3. cum alijs congeſtis in voto D. Capitanij in Romana Nullitatis contractus apud Fenſon. ad Stat. Vrbis poſt. adnot. ad cap. 151. fol.338. num.1. & 2.*

17 Amp. vt dictæ ſolemnitates ſint ſeruandę etiã quando filius contrahit cum Patre attenta diſpoſitione Statuti Vrbis *in dicto cap.151.* ex quo dictum Statutum non confidit de Patre, dummodo exigit, quod ſi mulier, vel minor ſit ſub poteſtate Patris vocentur proximiores ex linea materna, vel in eorum defectu Curator, & nihilominus præſentia patris interueniat, vnde ſi Statutum non confidit de Patre, dum vltra eius præſentiam requirit propinquos ex latere materno, vel Curatorem, quando minor contrahit cum extraneis, multo magis quando cum ipſo Patre *Burat. deciſ.120. num.31. ibiq. Adden.40. Rot. deciſ. 177. num.2. part.1. recen.* vbi quod hæc ſit magis recepta, & fortè magis vera.

18 Contrarium quod ſolemnitates non ſint neceſſariæ in renunciatione facta Patri, in quo ceſſat præſumptio fraudis *Tiraq. in præfat. in l. ſi vnquã num.26. de legib. Connubial. de communi Gabriel. de Stat. conclu.1. num.1. Creſcen. deciſ.1. de donat. Sarnen. deciſ.98. & 99. Caputaquen. deciſ.205. num.8. part.3. Gregor. XV. deciſ.334. num.3.*

19 Sed hanc contrariam opinionem non eſſe tutam dixit *Rot. deciſ.120. num.30. coram Buratto,* & pro conciliatione diſtingui poteſt, vt hæc 3. opinio negans, procedat quando Statutum ſimpliciter requirat ſolemnitates, ſecus verò quando loquitur generaliter, vel vniuerſaliter, quod minor, vel mulier cum quacunque perſona contrahant teneantur ſeruare ſolemnitates ita *Gabriel. de Stat. conclu.2. num.8. Gratia diſcept. forenſ.781. num.11. Caualc. deciſ.442. num.7. relat. per Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ.120. num.40.*

20 Amp.2. vt Minor, cum alio minore contrahere non poteſt in cauſis prohibitis ſine Iudicis decreto, alijſque ſolemnitatibus *l. ſi Pupillorum in prin. ff. de reb. eorum, & l. non ſolum & l. inter omnes ibique glo. C. de præd. minor. Fenſon. ad Stat. Vrbis lib. primo cap.151. num.54. Lamberteng. de contract. quæſt.38. num.118. Alex. conſ.119. num.3. lib.6 Ruin. conſ.97. num.2. in prin. vol.5. Natta conſ.140. num.13.*

21 Contrarium quod minor ſi contrahat cum alio minore ſolemnitates ſtatutarię regulariter non requirantur *Rot. deciſ.557. & 558. num.1. part.1. diuerſ. deciſ.57. penes Picum ad Stat. Vrbis cum alijs per Beltram. in adnot. ad Gregor. XV. deciſ.164. n.12.*

22 Lim. hanc 2. opinionem non procedere quando vnus remanet in damno, alter in lucro, tunc enim ille, qui tractat de damno euitando poteſt opponere de defectu ſolemnitatum Statuti contra alios minores, & pupillos, qui agerent de lucro captando, ſeù ex eadem obligatione lucrum facerent, & locupletiores ſint effecti *Garganet. ad Stat. Vrbis lib.1. glo.151. fo.258. num.20. Couar. pract. quæſt. cap.7. num.4. verſ.2. quia Lambert. ſuper Stat. Mediolan. ad fin. num.125. Fenſon. ad Stat. Vrbis cap. 151. num. 56. latè Picus ad idem Stat. glo.7. num.83. Rot. deciſ.557. num.1. part. 1. diuerſ. deciſ.153. num.7. part.1. deciſ.164. deciſ. 218. ſub num.6. part.2: recen. Gregor. XV. deciſ. 164. num.6. ibiq. Add. num.12. Burat. deciſ. 480. num.11. ibiq. Adden. num.24.* & in puncto Cenſus impoſiti per Pupillos cum falſa cauſa ad fauorem Eccleſiæ, *Rot. deciſ.190. num.29. part.6. recen.*

23 Regulariter autem quando agitur inter æquè priuilegiatos ſtatutariæ ſolemnitates non requiruntur *Rot. deciſ.557. num.1. part.1. diuerſ. Ferentil. ad Burat. deciſ.480. num.25.* Vnde ſi minor contrahat cum muliere ſolemnitates ſtatutariæ non requiruntur, & ita *coram Senatore dictum fuit in vna Romana Societatis Officij in recen. deciſ.497. num.26. part.5. tom.2. Rota dicta deciſ.557. num.1. part.1. diuerſ. deciſ.57. num.4. apud Pic. ad Stat. Vrbis. Ferentil. loco citato num.25.*

24 Sic etiam ſi minor, vel mulier contrahant cum Eccleſia, neque tunc habent locum Statuta requirentia certas ſolemnitates *Bald. in l. Generali num.6. C. de Sacroſant. Eccleſ. & conſ.373. num.2. lib.2. Cephal. conſ.109. num.18. Paul. de Caſt. conſ. 432. col.2. verſ.3. prin. lib.1. Ferentil. ad Burat. deciſ. 480. num.26. Caputaquen. deciſ.172. num.9. deciſ.194. part.3. Rot. deciſ.461. num.11. part.1. deciſ.190. num.27. & 28. part.6. recen.* quidquid in contrarium dicat *Pic. ad Stat. Vrbis glo.7. num. 81. & late Mauent. deciſ.6. num.6. & ſeq.*

25 In ſolemnitatibus vero adhibendis attendenda eſt diſpoſitio Statuti, vel conſtitutionis illius loci vbi actus celebratur *Maſcard. de general. Stat. interpet. conclu.7. num.411. verſ. ſexto quia ſolemnitas cum alijs per Rot. in Meleuitana Nullitatis Profeſſionis 10. Decemb. 1649. § fin. in fin. cor. Roias Cocc. deciſ.116 num.4. & deciſ.113. num.3. Rot. deciſ.259. num.4. poſt. Zach. de oblig. Cameral.*

26 Pri-

26 Prima quidem ſolemnitas requiſita per Statutum Vrbis in dicto cap. 151. in contractibus mulierum, & minorum, eſt internentus Conſanguineorum, quibus non adhibitis contractùs remanet nullus, ita vt neque Statuto ſatisfactum dicitur per deputationem Curatoris, quando adſunt cõſanguinei Rot. deciſ. 122. num. 3. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 1187. num. 2. coram Seraph. & firmat Picus ad Stat. Vrbis dicto cap. 151. gloſ. 17. num. 1. Fenſon. ad idem Stat. num. 13. & latè Rota in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. defectus autem coram Dunozet. inter eius impreſ. deciſ. 676. & poſt Pic. ad Stat. Vrbis deciſ. 6. num. 4. & in recen. deciſ. 309. num. 16. & 17. ac deciſ. 370. n. 11. ac 12. part. 4. tom. 2. & in Romana Cambij 28. Martij 1657. §. 1. coram Veroſpio in Romana Locorum Montium 1. Februarij 1664. §. defectus ſolemnitatis coram Ninot. & in deciſ. 31. num. 5. part. 12. recen.

27 Deputatio autem Curatoris requiſita à Statuto Vrbis, tunc eſt facienda, quando nullus conſanguineus exiſtit, vel interuenire poteſt, ſecus ſi plures exiſtant, qui facilè interuenire poſſunt, quia tunc omnes vocari debent, Picus ad Stat. gloſ. 13. num. 2. & gloſ. 19. num. 3. 10. & 17. Rot. deciſ. 122. num. 3. poſt Staphil. de Saluian. & in dicta Romana Fideicommiſſi de Comitibus 23. Iunij 1642. §. ſecundo quia coram Dunozet.

28 Conſanguineis, verò, & proximioribus impeditis, aut intereſſe recuſantibus validè celebratur contractus cum Decreto Iudicis, & deputatione Curatoris Rom. conſ. 36. num. 1. in fin. Rota deciſ. 433. num. 4. coram Coccino.

29 Conſanguinei autem, qui debent interuenire prò ſolemnitate contractus, non ſolum debent iurare, quod mulieri non præiudicet obligatio, & cauſa, ſeù quod contractus non tendat in eius præiudicium Rot. deciſ. 723. num. 2. part. 2. recentiorum Burat. deciſ. 924. numer. 12. 13. 14. vbi quod tale iuramentum ad hoc vt præſumatur in contractibus mulierum ſaltem ſit neceſſaria eius enunciatio Greg. XV. deciſ. 333. n. 6. Verum etiam quod nullum habeant intereſſe alias contractus redditur nullus, Rot. deciſ. 168. ſub num. 2. part. 7. recen.

30 Intel. quod intereſſe ad hunc effectum debet eſſe principale, & immediatè, non autem ſecundarium, & extrinſecum, quo caſu Conſanguinei non inhabilitantur a Statuto, Rot. in Romana Dotis 6. Febr. 1611. coram Penia poſt Pic. ad Stat. Vrbis deciſ. 25. num. 1. & ſeq. & in recen. deciſ. 148. num. 3. & 4. part. 7.

31 Veniunt propterea conſanguinei citandi ad intereſſendum contractui celebrandi cum muliere, vel minore, & citatio ad hoc vt ſuffragetur debet eſſe facta legitimè cum expreſſione loci, horæ Iudicis, temporis, & qualitatis contractus, de qua conſtare debet concludenter, vel per regiſtrum factum in eodem Inſtrumento, vel ſaltem aliundè quam per aſſertionem contrahentium, quibus in hac materia non creditur, Picus ad Stat. Vrbis cap. 151. gloſ 19. num. 10. & poſt eundem Rot. dec. 3. num. 7. deciſ. 22. num. 14. & in recen. deciſ. 97. nu. 5. part. 6. & in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. primo quia coram Dunozet. inter eius impreſ. deciſ. 6 6. & in recen. deciſ. 203. num. 11. & 12. part. 4. & deciſ. 31 a num. 5. vſque ad 9. part. 12. & in Romana locorum Montium 1. Februarij 1664. §. non obſtat coram Ninot.

32 Et non ſufficit aliquos citare, ſed omnes ſunt citandi, vt ſaltem duo ex proximioribus adhiberi poſſint, quia Statutum tunc mandat deputari curatorem, quando nullus conſanguineus exiſtit, vel interuenire nequit, aut recuſet, ſecus quando plures exiſtunt, qui facile interuenire poſſunt, quia tunc omnes vocari debent. Boccac. ad conſtit. March. gloſ. 3. num. 100. Pic. ad Stat. gloſ. 13. num. 2. & gloſ. 19. num. 3. 10. & 17. Rot. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 122. num. 9. & in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. in §. 2. quia coram Dunozet.

33 Coniunctio perſonarum ad hunc effectum probatur etiam coniecturis, & indicijs Rot. deciſ. 331. num. 14. part. 6. recen. Rot. in eadem Romana Fideicommiſſi de Comitibus §. Nam quod prædicti coram Dunozet.

34 Exiſtentia vero coniunctorum in loco celebrati contractus, qui interuenire poterant, probatur per actus ab eiſdem geſtos eadem die contractus, & reſpectiuè per diem antea, & poſt contractum in eodem loco iuxtà gloſ. in Clem. dudum §. Statuimus verſ. ac deinde in verb. præſentari de ſepult. Tiraquel. de leg. Connub. gloſ. 6. num. 31. Rot. in Romana Succeſſion. de Comitibus 23. Iunij 1642. §. Quodque prædicti coram Dunozet. inter eius impreſ. deciſ. 676.

35 Et quod coniuncti poterant contractui interuenire probatur ex Teſtibus deponentibus de habilitate naturali, ſeù de eorum valetudine eadem die, quo contractus celebratus fuit, quod ſufficit abſque, eo quod probetur habilitas accidentalis, vel carentia impedimenti eadem die, Tiraquel. de leg. Connub. glo. 8. num. 6. & 7. Bertraz. de clauſ. inſtrum. Cla. 8. glo. 10. num. 1. Add. ad Gregor. XV. deciſ. 406. num. 19. verſ. aduertendum tamen Rot. dec. 713. per tot. part 2. recen. & in Romana Donationis de Carrarijs 3. Aprilis 1620. coram Sacrato, & in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. quod potuerit contractui coram Dunozet.

36 Minor autem inpugnans contractum ex defectu interuentus proximiorum, non ſolum probare debet præfatorum præſentiam tempore, & eadem die in loco celebrati contractus, verum etiã eadem hora, quod commodè interuenire poterant, Ancar. conſ. 388. num. 8. verſ. non obſtat & num. 12. verſ. conſtat autem Veral. deciſ. 118. part. 1. Gratia deciſ. Marchiæ 9. num. 7. & deciſ. 38. num. 12. Gregor. XV. deciſ. 459. num. 10. vbi Add. num. 12. Rot. deciſ. 31. num. 17. part. 12. recen. & in Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. coram Card. Sacrato, & in Romana Fideicommiſſi 2. Iunij 1614. coram Pirouano cum alijs per Beltram ad Gregor XV. deciſ. 406. num. 19. vbi aſſignatur ratio, quia militat præſumptio prò validitate contractus propter Decretum Iudicis, prò quò præſumitur quamdiu non probatur contrarium, & propterea minor

37 vti actor agens ad nullitatem contractus, tenetur plenè, & concludenter probare defectum, quem patitur contractus, ita vt non ſufficiat probatio præſumptiua.

38 Vlterius non ſolum probare tenetur, quod adeſſent alij conſanguinei, ſed etiam quod potuerint tempore contractus interuenire, nam defectus

fectus propinquorum in contractu minoris, non inualidat contractum, niſi probetur illos potuiſſe interuenire celebrationi Inſtrumenti, *Paulus de Caſtr. conſil. 24. in 2. dub. lib. 1. Rota deciſ. 24. num. 10. poſt Cinc. de Cenſib.* & ità etiam ſæpè firmaſſe *Rotam teſtatur Beltram. in Adnot. ad Gregor. XV. deciſ. 406. num. 19.*

39 Immò quod ſit etiam probanda habilitas, non ſolum naturalis, verum etiam accidentalis, *Rota deciſ. 28. num. 5. deciſ. 30. & 57. num. 1. penes Pic. ad ſtatut. Vrbis.* Et quod proximiores commodè adhiberi potuerint, ita vt non ſufficiat præſumptio habilitatis, *Rota deciſ. 57. num. 1. penes Pic. ad ſtatut. Vrbis, & in Cameracen. Donationis inter impreſſ. penes Marcheſ. de commiſſion. num. 9. & 10. par. 2. fol. 56. & in Romana Nullitatis Contractus 27. Iunij 1611. coram Pamphilio,* & latè *Rota deciſ. 713. num. 1. & plurib. ſeqq. par. 2. recent.*

40 Verum quod Doctores, qui volunt minores, & mulieres teneri probare habilitatem conſanguineorum de tempore contractus ſunt intelligendi, prout etiam Rota ſæpè intelligere inoleuit de die tantum contractus, adeo vt ſufficiat, & exuberet, ſi probetur habilitas, ſeu ſanitas de die contractus, licet non probetur in hora ipſius contractus, aliàs nimis reſtringeretur iſta materia, & reduceretur ad impoſſibilitatem, *& Ancbar. Veral. & alij Doctores* loquuntur in diuerſis terminis, ſcilicet ad euitandam falſitatem Inſtrumenti, vel Teſtium, vt magiſtraliter firmauit *Rota deciſ. 713. num 3. par. 2. recent.* & animaduertit *Beltramin. in adnot. ad Greg. XV. deciſ. 406. num. 19. verſ. aduertendum tamen eſt.*

41 Quo verò ad impedimentum accidentale, proueniens ex occupationibus, quorum reſpectu conſanguinei interuenire non poſſunt, ſi non ſit diù duraturum, expectandum eſt, quod ceſſet, & ſtipulatio, contractuſque celebratio ad ſequentes dies eſt differenda, *Caſtren. in l. cum antiquitas num. 5. Alex. num. 6. C. de teſtam. Bertaz. de clauſ. Inſtrum. clauſ. 7. gloſſ. 10. num. 1. Tiraqu. de legib. connub. gloſſ. 8 num. 6. & ſeqq. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 406. nu. 19. verſ. aduertendum tamen in fin. Rota deciſ. 713. num. 4. par. 2. recent. & in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. coram Dunozetto.*

42 Minoris, ac mulieris aſſertioni, quod proximiores non habent, qui poſſunt contractui interuenire non eſt ſtandum, nec probat hanc negatiuam, quia ſi admitteretur de facili fieret fraus ſtatuto, *Rota deciſ. 713. num. 5. par. 2. recent.*

43 Statutum autem exigens præſentiam proximiorum ad validandum minoris, ac mulieris contractum, intelligi debet de ijs, qui ſunt tales de tempore celebrati contractus, non de ijs, qui deſierunt eſſe, vt in terminis affinium, ſi tempore contractus eſſet diſſoluta affinitas morte alterius ex coniugibus dixit *Rota deciſ. 22. num. 2. 3. & 4. poſt Cinc. de Cenſib.*

44 Deputatio Curatoris loco conſanguineorum in contractibus minorum, ac mulierum ſubſtineri nequit ex defectu inhabilitatis perſonæ electæ, vt ſi ſit minor 25. annorum, quia eum non poſſit per ſe ipſum validè contrahere, minùs poteſt pro authorizando contractu alterius in Curatorem deputari *iuxt. text. in l. vltima verſ. cui enim, & verſ. diſcretis Cod. de legit. tutel. Alex. conſ. 221. nu. 6. lib. 6. Dec. conſ. 575. num. 4. verſ. ſecunda ratio, Rota in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. tertio denique coram Dunozetto.*

45 Et ſi ſit forenſis etiam ſi ſit maior 20. annorum & minor 25. non propterea habilitatur per ſtatutum Vrbis *in cap. 47. lib. 1.* vt habeatur pro maiori quia ſtatutum prædictum, tamquam in perſonas directum non habilitat forenſes contrahentes in Vrbe, cum non comprehendat perſonas, quæ non ſint ſuæ iuriſdictionis, ſed eas tantum, quæ ſunt originariæ, vel habeant domicilium, *Gabr. de ſtatut. concl. 8. num. 12.* latè *Rolan. conſ. 24. num. 12. & 13. & conſ. 91. num. 6. & 7. vol. 3. Gratian. diſcept. 555. num. 17. & diſcept. 824. num. 32. Fenzon. ad ſtat. Vrbis in dicto cap. 47. in princ. Rota deciſ. 75. num. 18. coram Buratt. deciſ. 63. num. 17. poſt Pic. ad ſtatut. deciſ. 580. num. 1. par. 1. deciſ. 103. num. 13. par. 2. diuerſ. deciſ. 709. num. 5. par. 2. recent.* & in puncto Curatoris pro authorizando contractu *in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. coram Dunozetto.*

46 Contrarium quod forenſis maior 20. annorum, licet minor 25. habilitetur per ſtatutum, vt pro maiori habeatur ad contrahendum abſque ſolemnitatibus dixit *Rota deciſ. 431. num. 3. par. 1. recentiorum.*

47 Sed quod etiam forenſis licet maior 20. annorum teneatur obſeruare ſolemnitates ſtatutarias, ſi contrahat in Vrbe, *Bart. in l. 1. num 8. ff. de tutor. & Curat. dat. & in l. 1. num. 16. C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol.* quæ doctrina eſt communiter recepta, & canonizata *præcipuè à Rota deciſ. 709. n. 5. par. 2. recent.* cum alijs per *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 47. num. 1.* & ratio eſt, quia ſtatutum *Vrbis in cap. 47. lib. 1.* eſt directum in perſonas, & ſic non comprehendit, niſi ſubditos, & ſtatuentium iuriſdictioni ſubiectos, aliud verò ſtatutum *in cap. 151.* eſt directum ad contractus, qui celebrari debeat ſecundum ſolemnitates à ſtatuto loci contractus requiſitas, & ſic intuitu contractus forenſis ligatur ſtatuto, vbi contrahit, *Seraph. deciſ. 791. num. 4.*

48 Hinc eſt, quod maiores 20. annorum facti per ſtatutum Vrbis exiſtentes extra Territorium, diſponentes de bonis in Territorio ſtatuentium ſitis non debent ſeruare ſolemnitates loci contractus, ſeu huius ſtatuti Vrbis, quia hoc caſu, neque quoad perſonam, neque quoad bona ſubijciuntur poteſtati, & iuriſdictioni ſtatuti loci contractus, *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis in cap. 47. num. 13. Seraph deciſ. 745. & 751.* Secus verò ſi bona eſſent extra Territorium loci, in quo per ſtatutum eſſet habilitatus, quia tunc ſunt ſeruandæ ſolemnitates loci contractus, ſi quæ ſint, vel ius commune, *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis dicto cap. 47. num. 13. Seraph. deciſ. 781. num. 2. deciſ. 791. num. 4.*

49 Præfatum verò ſtatutum habilitans perſonas, vt maior 20. annorum habeatur pro maiori, non ſolum comprehendit incolas, ſi probetur habitatio decennalis in Vrbe animo perpetuò permanendi, aliàs dicta habitatio decennalis abſque dicto animo non ſufficeret, *Gratian. diſcept. 555. num. 18. Rota deciſ. 150. num. 3. par. 2. diuerſ.* Verum etiam diſtrictuales, *Buratt. deciſ. 75. ſub num. 18.*

50 Diſtrictuales autem ad hunc effectum intelliguntur infra 40. milliaria ex eodem ſtatuto Vrbis *in cap. fin. in princ. lib. 1.* Diſtrictum autem Vr-

bis

51 bis Romæ comprehendit Territorium cum Ca-
ſtris, lociſque alijs intra 40. milliaria ab Vrbe
poſitis, Fenzon.ad ſtatut.Vrbis in cap.7. num.11. &
in cap.197. num.66. Quamuis Caſtra non ſoluen-
52 tia ſal locaticum, licet exiſtant intra 40. milliaria
non tamen ſunt ſubiecta ſtatuto Vrbis, Put. de-
ciſ.24.lib.3.Rota deciſ.162 num.1.par.2.recent.

53 Diſtrictuales igitur litigantes etiam extra Vrbem debeant ſeruare ſtatutũ Vrbis in deciſorijs, ſi aliter per particularia locorum ſtatuta non diſponatur Lucas Pet.in prax.for.capitol.lib.1.cap.6. num.11.verſ. & non ſolum, & verſ. hac adeo vera ſunt.

54 Aliud requiſitum per dictum ſtatutum Vrbis in cap.151. eſt vt contractus minorum, ac mulierum ſemper celebrentur cum Iudicis competentis decreto, cauſa in ſcriptis illi expreſſa, & inſinuata, ac plenè cognita, hinc eſt, quod defectus ſolemnitatum ſtatuti reſultat ſi appareat decretum Iudicis adhibitum fuiſſe nulla præexiſtente cauſa legitima, vtili, vel neceſſaria, vt in ſpecie præfati ſtatuti Vrbis in cap.151.lib.1. ſæpiſſimè firmauit Rota deciſ.32.33.34.42.& 43. penes Pic. ad dictum ſtatut.deciſ.924. num.11.& ſeq. coram Buratt. Inſtrumentum igitur celebratum à muliere defectu cauſæ redditur nullum, Buratt. deciſ. 410. ſub num 6.deciſ.485.num 3 deciſ.924.num.11.& 12. & in Romana Cenſus 17.Martij 1664. in princip. coram R.P.D.Beuilaqua, & in Romana Quarti Dotalis 18. Iunij 1666. §.non obſtat exceptio coram eodem.

55 Cauſam verò fuiſſe cognitam, & Iudici inſinuatam probatur ex atteſtatione Notarij, vt ſi dixerit ex tunc dictus D. Iudex vt ſupra ſedens &c. viſis &c. conſideratis &c. cauſaque plenè cognita, & maturè diſcuſſa &c. vt animaduertit Rota in Romana Renunciationis 23.Martij 1650.§.ex ijs itaque coram R.P.D.Cerro Decano. Etenim ad hunc effectum ſufficit, quod cauſa fuerit expreſſa, nec eſt neceſſarium eius veritatem expendere, vt ſubdit Rota in eadem Romana Renunciationis §.ex ijs itaque, verſ. ſed etiam manifeſtè, plenè autem cognita dicitur cauſa ſecundum ſtatutum, quando in Inſtrumento contractus expreſſa eſt, & à Iudice extraiudicialiter, & ſummariè examinata, Fenzon. ad ſtatut. Vrbis in dicto cap. 151. num. 50. vbi alios allegat Rota deciſ.155.num 2.par.1.diuerſ.

56 Cauſa expreſſa in contractu, in quo interuenit Iudicis decretum præſumitur vera, donec non probetur falſa, Surd.deciſ.126.num.7 & conſil.39. num 7. & ita ſæpè in terminis ſtatuti Vrbis firmaſſe Rota patet ex Deciſionibus relatis per Beltram.in adnot ad Greg.XV deciſ.406,num.20. Achill. deciſ.3.de præſumpt. Put.deciſ 314. lib.1. Rota deciſ. 193 num.2.deciſ 316.num.20.par.2. diuerſ.deciſ.74. num. 8.par.4.recent. præcipuè concurrente obligatione Camerali, Zacch.de oblig.Camer.q.17.n.150.

57 Numquam enim contractus mulieris à Iudicis decreto firmatur, quando cauſa, propter quam illud interponitur eſt falſa. Rota deciſ.181. num.1. poſt 2.volum. conſil.Farinac. Data autem falſitate cauſæ decretum Iudicis remanet ipſo iure nullum Rum.conſ.160.nu.29.in princ.lib.2. Roman.conſ.454. num.9.verſ.tertiò principaliter cum alijs per Rot. deciſ.183.num.2.poſt 2.volum conſil. Farinac.

58 Cauſa in contractu mulieris, & minoris non eſt neceſsè, quod ſit vtilis, cum in præfato ſtatuto Vrbis non diſponatur, ſed requiritur, quod ſit Iudici expreſſa, inſinuata, & plenè cognita, & ſic vt contractus fiat cum cauſæ cognitione, quæ debet eſſe vera, & alias Iudicis arbitrio ſufficiens cui multum in hoc tribuitur, Menoch. de arbitrar. Iud.lib.2.caſ.171. num.6. Seraph.deciſ.1187.num.t. Rota deciſ.783.num.5.coram Buratt.& deciſ.619 numer.5. & 6. par. 2. recent licet contrarium teneat Adden.ad Greg XV.deciſ.333.ſub num.10. docens, quod huiuſmodi cauſa debeat reſpicere commoditatem, & vtilitatem mulieris.

59 Attenta verò diſpoſitione Iuris communis, vbi agitur de ſimplici obligatione perſonali in minoris contractu nulla requiritur cauſa, ſed minores indiſtinctè ſe obligare poſſunt, l. puberes, vbi Alciat.num.5. & communiter DD. ff. de verb. oblig. l.3.Cod.de in integr.reſtit. Theſaur.quæſt.forenſ.lib.3. q.112.num.2. Surd.deciſ.287. num.10. & in puncto fideiuſſionis, Andreol. controu.38. num. 2. Rota deciſ.27.num.1.coram Buratt. & in Bononien. Indemnitatis 30.Ianuarij 1651.§.neque obſtare coram R.P.D. Albergato.

Lim. in venditione immobilium, quæ à minore fieri nequit abſque cauſa, & decreto Iudicis iuxt.text.in l.magis puto, ff.de reb.eorum, diſpoſitio tamen dicti textus non procedit, vbi interuenit iuramentum minoris, ex quo faciat minorem maiorem, & ſuppleat omnes ſolemnitates requiſitas, Put.deciſ.244.num.4.lib.3.

60 Cauſæ plures vbi concurrunt, vna ceſſante non corruit diſpoſitio, & ſufficit vnam eſſe veram, vt diſpoſitio, & Iudicis decretum ſubſtineatur, iuxt.text.in §.affinitatis inſtit.de nupt.l ſi non ſex Elia ſemiſ ff.d. hæred. inſtit. Iaſ.in auth.non licet numer.11.C de liber.præter Valaſc.conſultat.60.num.6. Surd.conſ.361.num.20. Barz deciſ.25 num.86. Rota deciſ 20.num.15.deciſ.362 nu.7.par.4.recent. Caualer deciſ 482.num.5.

61 Ex obſeruantia tamen ſubſequuta per ſpatium 40.annorum iuncta Iudicis authoritate reſultat præſumptio veritatis cauſæ in Inſtrumento expreſsæ, & tollitur omnis falſitatis, aut nullitatis ſuſpicio, l.1.in fin.ff.de reb.eorum, Caſtr.conſil.432. num.2.lib.1. Gabr.de ſent.concl.5. num.1. Seraph deciſ.1432.n.4. Rota deciſ.106.n.18.par.4.recent.

62 Corruit verò decretum Iudicis ſi cauſa detega-
tur falſa, Rota deciſ.14.nu.11. par.4.recent.deciſ 26.
num. 2. poſt Cenc de Cenſib. & quamuis cauſa in
parte eſſet vera nihilominùs in totum ruit, ſi in
parte ſit falſa, etenim cum huiuſmodi ſolemni-
tates fuerint introductæ ad euitandas fraudes
cauſa ita in totum debet eſſe vera, vt in omni ſui
63 parte fraudem, & falſitatem excludat, ac proin-
de meritò vigore partis falſitatis cauſæ adnexæ
tota inficitur diſpoſitio, l.enim vero, §.ſubuentum,
ff de fideicomm.l.3.§.puberi ff.de Carbon.edict.Capic.
deciſ.51.num.2. Rot.deciſ.190. num.11.par.6.recent.
ex Dec.conſ.351.num.7.Pariſ.conſ.85.num.41.lib.3.
Rol.conſ.7.nu.86.lib 3.Cephal.conſ.207.nu.84.

64 Cauſa ad hoc vt contractus mulierum, & minorum ſubſtineatur debet eſſe ſpecifica, & non generalis, vt ſi fuerit dictum pro ſuis indigentijs quæ tanquam nimis vaga, & generalis non videtur ſufficere, quia non eſt ſatisfactum intentioni ſtatuti, requirentis diſcuſſionem Cauſæ, vt ſi deinde tractu temporis detegatur eam fuiſſe erro-

neam,

neam, contractus poſſit impugnari, quæ facultas impugnandi adimeretur, ſi non exprimatur cauſa particularis, vt bene obſeruat *Pirus ad ſtat. Vrbis cap.151 gloſſ.22.num.4.* Tum etiam quia decretum Iudicis ſuper certo indiuiduo actu, ſpecialiter, & limitatiuè interponi debet, ad hoc vt decretum dicatur habere formam iuris, aliàs non ſubſtinetur, cum decretum generale inducat obſcuritatem ita eleganter dixerunt *Adden. ad Rom. ſingular.217. Manent.deciſ.22.num.12.& 13.* cum alijs per *Rot.deciſ.594.num.34. vſque ad 40. par.5. tom.2.recent.*

65 Et licet aſſertio cauſæ non iuſtificetur ex decreto Iudicis *Put.deciſ.344.num.7.* Tamen falſitas cauſæ non præſumitur in contractu minoris, ex quo præſumitur Iudicem, qui decretum interpoſuit diligenter ſcrutatum fuiſſe de veritate cauſæ, *l.1.in fin.prin.l.magis Puto §.nec paſſim ff. de reb. cor. Put.deciſ.245.lib.2.Greg.XV.deciſ.406.num.7. Rota deciſ.134.num.10 poſt Zacch.de obligat.Cameral.deciſ.100.num.29.poſt Laberint.credit.Salgad* hinc eſt,

66 quod falſitas cauſæ ad retardandam exequutionem obligationis Cameralis, debeat concludenter, & manifeſtè probari, vt ſubdit *Rota in dicta deciſ.406.num.8.coram Greg.XV.*

67 Et vt cauſa ſubſtineatur ſufficit, ſi à principio fuerit vera, licet poſtea defecerit, *Bal. in l.1. n.11. C.de condit.indeb.Rot.deciſ.134. nu.15.poſt Zacch.de oblig.Cameral.*

68 Generaliter verò decretum Iudicis interpoſitum cum cognitione Cauſæ habet præſumptionem pro ſe *iuxt.conſil.Imol.98.num.9. Rot.deciſ.22. & 23. vtrobique num.1.& deciſ.25.nu.8.poſt Cinc. de Cenſib.*

69 Obſeru. 1. Vt ſolemnitates requiſitæ in actu celebrando à Muliere, vel minore, pariter requiruntur in conſtitutione Procuratoris ad illum actum conficiendum, iuxta regulam quod eadem ſolemnitas, quæ exigitur in executione alicuius actus, etiam requiritur in conſtitutione Procuratoris ad exercendum illum actum, vt per *Socc.& Iaſ.in l.1. §.item acquirimus col.2.ff de acqu. poſſeſſ. Put.deciſ.157.num.1.& deciſ.350.nu 4 lib.2.* per doctrinam *Decij conſ.282.num.2.Couar.var.reſol.lib.2. cap.16. num 6. verſ.quarto eadem conſtitutio Seraph deciſ.1080.num.2.*

70 Obſer.2. vt ſtatutum circa ſolemnitates ſeruandas in contractu minoris, ſeu mulieris habeat locum etiam ſi ille contractus celebretur à Procuratore minoris, ſeu mulieris, qui tenetur adhibere ſolemnitates, perindè ac ſi contraheret ipſe minor, ſeù mulier, quamuis in conſtitutione ipſius Procuratoris eſſent ſeruatæ omnes ſolemnitates ſtatuti, vt latè comprobat *Pariſ. conſil.98. num.46. lib.1.* vbi quod hæc opinio ſit veriſſima, *& conſ.99.nu.37.& 48.relat.per Scace.de iudic.lib.2. cap.2.num.501.*

71 Obſer.3. vt minor ſtante ſtatuto, quod in contractibus minorum certa ſolemnitas adhibeatur, neque poterit cum dictis ſolemnitatibus donare, quia nulla adeſt cauſa, quod minor donet, & ſine cauſa contractus non valet, latè *Rota deciſ. 49. à num.6.vſque ad fin. penes Pic. ad ſtat.* & tradit *Bald. in l.1.C.ſi aduerſ.donat.Surd.conſ.122 num.1.ad med. lib.1.relat.per Gratian.diſcept.233. nu.17.18.& 19.* vbi quod hoc procedat in donatione inter viuos, ſecus cauſa mortis, niſi minor dolo inductus fuerit ad donandum cauſa mortis, quo caſu eius hæres actione de dolo illam reuocare poterit, vt latiùs dicam *in ſequenti adnotat.limit.15.*

72 Amp. vt prædicta procedant, quamuis ſtatutum habilitando minorem diſponeret, quod maior decem, & octo, vel viginti habeatur pro maiore 25.annis, & pro legitima perſona, nam licet tunc vigore ſtatuti minor habilitetur ad cōtrahendum, non tamen habilitatur ad donandum cum ſtatutum non debeat eſſe maioris efficaciæ, quam ſit ius commune, cuius vigore, utque decretum Iudicis, & præſentia Curatoris ſufficiunt ad faciendam validam donationem per minorē factam, *Rolan.conſ.7.nu.17.lib.3. Menoch conſ 465. num.6. verſ.nec obſtat, quod eum domina lib. 1.* cum *alijs per Gratian.diſcept.233.num.21.tom.2.*

73 Lim. ampliationem non procedere, ſi ſtatutum ſeu Princeps vlterius procedendo expreſsè habilitaret minorem ad contrahendum, obligandum, & alienandum, nam tunc valeret alienatio, *Dec. conſ.465.n.10.in prin.Gratian.diſcept.233.n.22.to.2.*

74 Lim.2. concurrente iuramento, quod cum faciat donantem maiorem, donatio licet eſſet nulla nihilominùs vigore iuramenti confirmatur præcipuè inſpecta diſpoſitione iuris canonici *iuxta Auth.Sacram. puberum C.ſi aduerſ.vend.* & ibi *Gloſſ. Curt iun. & alij, Tiraquel. de legib. connub leg.16. gloſſ.1.nu.49.* cum alijs relatis per *Gratian. diſcept. 233.nu.25.& plurib ſeqq.* latè *Gabr. in tit.de minor. concl.5.num.5.Dec.conſ.232.num.2 verſ.quæritur, & conſ.180.num.4 Gabr.conſ.127.num.8.lib.1.Soccin.de Communi conſ.279.poſt num.1.lib.2.Honded.conſ.42. num.16.& 17 lib.1. Surd conſ.46.num.12.conſ.114. num.13.& 14. conſ.122. num.13. vſque ad 26.Gregor.XV.deciſ.391. num.1. vbi Add. num.9. Rota deciſ.49.ſub num. 1. penes Pic. ad ſtatut. Vrbis, quæ eſt deciſ.257.coram Canaler.*

75 Et quod mulier donare poſſit, faciunt tradita per *Angel.& Iacob. à Sant.Georg.in l.cum hi,§.ſi prætor, ff.de tranſact.*

76 Lim. concluſionem huius tertiæ obſeruationis vigore ſtatuti Vrbis *in cap.151.lib.1.* vbi loquendo de contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris expreſsè diſponit de donatione, ac proinde mulieris, & minoris donatio ſubſtinetur, ſi adhibeantur ſolemnitates ſtatutariæ, quod procedit etiam ſi ſtatutum loquatur generaliter, & non ita expreſsè de donatione mentionem faciat, cum maior ratio ſeruandi ſolemnitates militet in donatione, quam in alijs contractibus, cum donare ſit perdere, *Aleiat.in l.labeo ſn 2.19.num.2. in fin.ff.de verb.oblig.* latè *Tiraquell. de leg. connub. gloſſ.5.num.43.cum plurib.ſeqq.& ſignanter num. 53. Boceacc.ad Conſtit.March.gloſſ.8. num.23.* latè *Picus ad ſtatut.Vrbis lib. 1. cap. 151. gloſſ. 7. à num.16.& plurib.ſeqq.*

77 Amp. procedere etiam in donatione remuneratoria, in qua cum Mulier, vel minor lædi, decipi, & defraudari poſſint, militat ratio ſtatuti de ſeruando ſolemnitates, *Iaſ. in l.cum filio famil. num.168. iuncto num.170.ff.de legat.1. Tiraq.de legib.connub.gloſſ.5. num.54. iuncto num. 56.* latè *Pic. ad ſtatut. gloſſ.7. num. 19. vſque ad 34.* vbi contrarium tenentes refert, eorumque fundamentis reſpondet.

78 Quælibet tamen cauſa non ſufficit ad ſubſtinendum contractum donationis, ſed illa, quæ ita contineat commodum donantis, vt liberalitatem excludat, *Angel. in l. ſed hoc ita, ff. de iudic.* vel ſi reſpiciat præciſam neceſſitatem, propter quam quis ad donandum compellatur, nam tunc donatio non dicitur puta, & ſimplex, ſed ob cauſam, vt dixit *Rota deciſ.49.à num.9.vſque ad fin.poſt Pic. ad ſtatut.* vbi firmatur non ſubſtineri donationem à minori facta fratri cauſa, vt facilius, & commodiùs poſſet ſubſtentare familiam, licet ſibi reſeruauerit annuos redditus ſcutor.400. vltra alia ſcuta 400. ad effectum teſtandi, quia talis cauſa non concernebat commodum donantis, vel præciſam neceſſitatem ad donandum.

79 Etenim minor, & mulier faciliùs circumueniri, & fraudari poſſunt in donationibus factis ſub aliquo quæſito colore, puta confeſſionis, & cauſæ, quam in donationibus ſimplicibus, *Rot.deciſ.497. num.14.& 15.par.5.tom.5.recent.*

80 Vlterius vltra ſolemnitates generaliter requiſitas in contractibus à Statuto Vrbis *in cap. 151. lib 1.* ſignanter in donatione exiguntur alię ſancitæ *in cap.149.& 150.eod.lib.1.* ſcilicet iuxta dictũ *cap. 149.* vt in donationibus, tàm inter viuos, quàm cauſa mortis donans in ipſa prima ſcriptura, ſeu Matrice coram Notario, & Teſtibus manu propria illicò, & in continenti in actus celebratione ſe ſubſcribat, & ſi ſcribere neſciat, aut nequeat alium loco ſui ad ſcribendum adhibeat, & inſuper duo alij Teſtes poſt donantem eodem tempore ſe pariter ſubſcribant, alias donatio aliter facta redditur, irrita, & nulla, nullumque ius donatario acquiritur, & iuramentum fraudolenter appoſitum cenſetur, inſtrumentumque aliter celebratum nullam prorſus fidem faciat in iudicio, vel extra, nec aliqua probatione extrinſeca iuuari, vel adminiculari poſſit, donatio igitur facta ſine ſolemnitatibus huius ſtatuti, prout etiã alterius *in cap.150.* continentium clauſulam irritantem redditur inefficax, perindè ac ſi numquam facta fuiſſet, vt dixit *Rota deciſ.200.num.6. par.5.tom.1.recent. ex gloſſ. communiter approbata in Clem.1. in verb.inhibentes de iure patronat Rebuff.de inſin.donat.art.1.gloſſ 6.& 7.Burſatt.conſil.396.n.19.*

81 Altera verò ſolemnitas, quæ exigitur *in c.150. lib.1.* eſt vt donatio vltra valorem ſcutorum 200. inſinuari debeat intra ſex menſes à die celebratæ donationis per acta alterius Notarij, qua ſolemnitate deficiente, ipſa donatio remanet nulla, nõ obſtante quod fuerit renunciatum huiuſmodi ſolemnitati, etiam medio iuramento, tamquam fraudolenter appoſitum cenſeatur, vt ſæpè etiam firmauit *Rota deciſ.150.art.2.de donat. num.14. coram Caſ de Graſſ deciſ.200.num 9.par.5.to.1.recent.* & tradunt DD.relati per *Gratian.diſcept.483.nu.9. & diſcept.531.num.2.& 96.* vbi quod non inſinuata nullum effectum operatur, tamquam deficiat forma ſubſtantialis.

82 Contractus autem donationis non perficitur, niſi poſt inſinuationem, qua non adhibita voluntas donandi nihil operatur, vndè reputatur nulla vſque ab initio, & imperfecta, nullumque ius tribuit donatario, *Gratian.diſcept 483. num.17. & diſcept.485. num.27.* vbi quod neque pariat obligationem naturalem.

83 Quod procedit etiam ſi contractus fuerit celebratus ſub alio titulo puta venditionis cum clauſula ſi plus valet donat &c. nam ſi ex eodem reſultet etiam donatio, habet locum ſtatutum, vt magiſtraliter dixit *Rota deciſ.200. num.12. & 13. par.5.tom.1.recent.*

84 Donatio verò facta à parentibus filijs an comprehendatur ſub ſtatuto requirente ſolẽnitates cõtrouertitur inter DD. & quod non comprehendatur tradunt Doctores relati per *Ciroc diſcep.52. num 8.Gratian.diſcept.100. & 101.tom.1. iuxta conſilium Bald.407.poſt num.4.lib.2.Aym.conſ.39.n.14. Cephal.conſ.161. num.5. Tiraquell.de leg. connubial. gloſſ.8,nu.110.Lambert.ſuper ſtatut.Mediolan.n.109. Sarn.deciſ.110.lib.1.*& in puncto donationis factæ filio a Matre dixit *Rota deciſ. 17. num. 1. par. 4. diuerſorum.*

85 Contrarium quia talis donatio exigit inſinuatione, tradunt alij DD. relati per eundem *Ciroc. loco citato num.9.per text.in l lata 27. Cod. de donat.* vbi quod ſolemnitates requiſitæ in donationibus inter conſanguineos interuenire debent etiam inter Patrem, & filium, & ibi notat *Bald. & alij, Cuman.conſ.28. num.3. circa med.verſ.in preſentiarum Dec.conſ 86.num.2.ante fin.* & in puncto ſtatuti Vrbis antiqui *Gabr.conſil.52.nu.9.& 10.lib.2.Rota deciſ.177. num.2. par.1.recent. & deciſ.252. num.1. & 2 poſt 2.volum. conſil.Farinac.* vbi in puncto ſtatuti Vrbis *in cap.149.lib.1.* quod hoc magis procedat, quia hoc ſtatutum reſpicit probationem donationis, circa cuius fraudem eadem militat ratio in donatione facta à Patre filijs, ſicut in alijs.

86 Diſtingue, quod prima ſententia locum habeat in terminis ſtatuti requirentis ſolemnitates in donationibus ad integrandam perſonam, eiuſque imbecillitati conſulendum, ne propter fragilitatem ſexus, vel minoris ætatis ad largienda bona ſua ſeducatur: poſterior verò procedit in ſtatuto ædito ad euitandas fraudes in præiudicium aliorum, qui clandeſtinis donationibus lædi poſſint, *Ciroc diſcept.52. num.11. Rota deciſ.252. num.2.& 3.poſt 2. volum. conſil. Farinacc. deciſ.68. num.1.& 2.& per tot.par.4.deciſ 498.num 61.par.5. tom.2.recent.*

87 Dixi num.31. Quomodo conſanguinei veniant citandi, cum expreſſione loci, & Iudicis, circa quod vlterius eſt animaduertendum, quod ſi in diuerſo loco, & coram diuerſo Iudice expreſſo in Citatione celebrari debeat contractus, & recedi velit à prima electione, huiuſmodi voluntatis mutatio eſt conſanguineis interueniendis notificanda, ad hoc vt ſciant ad quem locum debeant accedere *ad text.in cap. fin.de reſcript.* aliàs de facili eluderetur mens ſtatuentium, & diſpoſitio ſtatuti præſentiam proximiorum requirentis pro indemnitate mulieris ne detrimentum patiatur, *Rota deciſ. 31. à numer. 10. vſque ad 16. par.12.recent.*

88 Vlterius exiſtentia conſanguineorum probatur, ſi fuerunt proximiores citati, & poſtea non adhibiti, ex quo defectu ceſſat omnis præſumptio, quæ militat pro decreto Iudicis, *Rota deciſ.203.num.19.par.4.tom.2.& deciſ.31. num.17.18. & 19.par.12.recent.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contractibus mulieris, & minoris, & actu neceſſario, & qui ſit actus neceſſarius, num. 7.

2 Mulier, & minor in cauſa neceſſaria poſſunt compromittere abſque ſolemnitatibus ſtatuti.

3 Sublim. vt ſaltem requirantur ſolemnitates de iure communi, nempè auctoritas Tutoris, & Decretum Iudicis.

4 Sublim. in compromiſſo pro alienatione bonorum in quo requiruntur ſolemnitates ſtatuti.

5 Solemnitates ſtatuti non ſunt adhibendæ in Conſtitutione Procuratoris ad lites. Contr. num. 6.

6 Iudicium factum cum Procuratore ad lites conſtituto à minore ſine ſolemnitatibus an valeat.

7 Cauſa neceſſaria ad hoc vt minor contrahere poſſit abſque ſolemnitatibus quæ ſit.

8 Solemnitates ſtatuti non requiruntur, vbi minor contrahit cum euidenti vtilitate.

9 Statutum requirens ſolemnitates in contractu minorum procedit in contractu fœneratitio, ſecus ſi vtiliter agat. 10. ſed vtilitas debet eſſe euidentiſſima. 11.

12 Solemnitates ſtatuti non requiruntur in mutuo, ſi minor cum effectu recipiat. Intel. in mutuo gratuito, ſecus in fœneratitio præcipuè ſi minor ſit ſagax. 13.

13 Minor ſagax in mutuo gratuito non præſumitur læſus, nec eſt probanda verſio. Secus in mutuante adoleſcenti. 14.

15 Solemnitates ſtatuti non exiguntur in mutuo dato per ſanguine coniunctos minori.

16 Minor ex mutuo probans ſe non fuiſſe factum locupletiorem habet beneficium reſtitutionis in integrum.

17 Mulieris obligatio minus ſolemniter facta ſimul cum viro, licet receperit non tenet, niſi probetur verſio.

18 Solemnitates ſtatuti non requiruntur vbi minor, & mulier fiant locupletiores. Sed vtilitas debet eſſe euidentiſſima. 19. & plenè probanda. 20.

21 Limit. ſi ſtatutum annullaret contractum ſine ſolemnitatibus etiam ſi minor eſſet factus locupletior.

22 Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contracto modicæ ſummæ.

23 Modica ſumma ad hunc effectum quæ dicatur.

24 Solemnitates ſtatuti in obligatione minoris ad fauorem Fiſci non requiruntur.

25 Solemnitates ſtatuti non requiruntur in obligatione mulieris, & minoris prouenientę ex delicto.

26 Nec requiruntur in minore Mercatore.

27 Et in dubio cenſetur contractum cum eodem, tamquam cum Mercatore.

28 Nec requiruntur ſi mulier, vel minor pro alijs contrahant.

29 Nec requiruntur in filio familias minore, qui non ſibi, ſed Patri contraxit.

30 Nec requiruntur in muliere acceptante tutelam filiorum.

31 Nec requiruntur in muliere Tutorio nomine contrahente.

32 Lim. vt hoc caſu ſint adhibendi duo conſanguinei pupilli, & etiam mulieris ſi contractus ſit eidem læſiuus.

33 Nec requiruntur ſi minores, & mulieres inter ſe contrahant. Contrarium num. 99. Declar. vt n. 100. & 101.

34 Nec requiruntur in contractu Sponſalium.

35 Nec requiruntur in donatione cauſa mortis, ſecus inter viuos, vel dolo inductus fuerit ad donandum. 36.

37 Nec requiruntur in contractu iurato. Amp. vt nu. 38. & 39. Contrarium num. 40. Lim. ſi ſtatutum auferat fidem Inſtrumento.

Vel dolo extortum iuramentum præſumat. 42. Vel ſi ſtatutum ſit confirmatum à Papa in forma ſpecifica. 43.

Lim. de iure communi cuius vigore ſuſtinetur contractus. 44.

44 Solemnitates de iure communi requiſitæ in contractu minoris, ſunt auctoritas Curatoris, & Decretum Iudicis.

45 Minor per iuramentum repræſentatur maior.

46 Abſolutio à iuramento requiritur ad effectum agendi pro nullitate contractus, licet dolo extortum à ſtatuto præſumatur.

47 Periurus repellitur à limine Iudicij. Lim. ſi excipiet, vel inſtet pro manutentione. 48.

49 Solemnitates ſtatuti non requiruntur ſi mulier, vel minor ſuccedat ei, cum quo ſine ſolemnitatibus contraxerunt.

50 Nec requiruntur in actu facto per minorem ex præcepto Teſtatoris.

51 Nec requiruntur in contractu celebrato per Iudæum minorem annorum treſdecim. Etiamſi agatur coram Iudice Chriſtiano. 52. Contrar. num. 53.

Iudæus maior annorum treſdecim, & fœmina duodecim habentur pro maioribus ex lege Moyſis. 51.

54 Solemnitates ſtatuti non requiruntur in donatione facta à Matre ad fauorem filiorum.

55 Nec requiruntur vbi alia actione mulier, vel minor indemnis ſeruari poſſit.

56 Nec requiruntur vbi minor acciperet rem in emphyteuſim. Secus ſi daret. 57. Vel ſe obligaret ad annuam penſionem 58. Vel Emphyteuſis eſſet damnoſa. 59.

65 Nec requiruntur in donatione facta à muliere contemplatione certi, & determinati Matrimonij præcipuè ſi mulier ſit maior.

Amp. vt nec requiratur inſinuatio. 61. Præcipuè ſi donatio fiat in ipſis capitulis Matrimonialibus.

Limit. ſi donatio eſſet facta extra capitula Matrimonialia. Limit. ſi donatio fiat contemplatione matrimonij in genere. 64.

65 Nec requiruntur ſi mulier ſibi conſtituat dotem, vel donat ei, quam tenetur dotare. Contrar. 66. Lim. procedere in muliere maiori, ſecus in minori. 67.

68 Donatio ob cauſam non indiget ſolemnitatibus ſtatuti.

69 Minor filius familias non poteſt contrahere abſque ſolemnitatibus, ſed Pater ſupplere poteſt interuentus conſanguineorum.

70 Solemnitates ſtatuti non requiruntur in muliere recipiente à Mercatore bona ad victum, & veſtitum, & vir tenetur ſoluere pretium.

72 Pater tenetur ſoluere debitum filij contractum ad effectum ſe alendi, quo caſu ceſſat ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 152.

Limit. vt non poſſit Pater conueniri, niſi pro quantitate alimentorum, ſecus pro exceſſu 73. Limit. vt ſit probanda verſio in hanc cauſam. 74.

75 Mulieres Piſtoribus in ſubſidium tenentur ſoluere panis quantitatem traditam Viro, vel Patri pro ſubſtentatione familiæ ſi præfati eiuſque hæredes non ſint ſoluendo.

76 Vxor in ſubſidium tenetur ſoluere debitum contractum à Viro pro ſubſtentanda familia.

Intel. procedere ſi tempore contracti debiti Pater, vel Maritus non erat ſoluendo. 77. Et eſt probandum rem mutuo acceptam erogatam fuiſſe in vſum familiæ. 78.

Quod aliundè conſtare debet quam ex partium aſſertione. 79. Contrar. 80. Quomodo dicta verſio probetur. 81.

82 Minor poteſt ſe obligare ex cauſa reſultante ex facto Patris victus heres.

83 Solemnitates ſtatuti non exiguntur, ſi minor, & mulier contrahant cum Eccleſia.

Contrar. nu. 84. Sed hoc non procedit ſi contrahentes opus pietatis exerceant. 85. Vel agatur de ſalute animæ. 86.

87 Nec requiruntur in muliere obligante ſe, & ſua bona Eccleſiæ.

88 Solemnitates non exiguntur in Marito minore recipiente dotem, ſicut in muliere minori conſtituente.

89 Nec exiguntur in quietantia facta à muliere ex cauſa neceſſaria.

90 Inuecta, & illata per minorem in domo conducta ſunt obligata pro penſionibus etiam abſque ſolemnitatibus.

91 Bona vxoris inuecta in domo à viro conducta an ſint obligata pro penſionibus.

92 Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in repudiatione hæreditatis facta per mulierem, vel minorē. Contrar n. 93

Amp. procedere ſiue in refutatione iuris delati, ſiue deferendi. 94. Sublim. in aditione hæreditatis. 97. ſecus ſi aditio fiat cum benef. l. & Inuent. 98.

95 Prælatus in acquirendis poteſt præiudicare Eccleſiæ, & repudiare hæreditatem abſque ſolemnitatibus.

96 Abbas, Abbatiſſa, & Moniales poſſunt repudiare hæreditatem Monaſterio delatam.

102 Minor, Mulier, & Eccleſia quando dicatur facta locupletior

103 Contractus mulieris, & minoris ſine ſolemnitatibus celebratus pro extinguendo debito contracto cum ſolemnitatibus ſubſtinetur.

104 Priuilegiatus quando contrahit cum æquè priuilegiato, potior eſt cauſa illius, qui agit de damno euitando, & conuenitur.

105 Nam ie rectè opponit de priuilegijs ſibi competentibus, & de defectu ſolemnitatum in contractibus à ſtatuto requiſitarum.

106 Mulier maior de iure communi poteſt ſe obligare abſq; ſolemnitatibus non obſtante conſtitutione Aegidiana, quæ loquitur de minore, et additio Caroſti, quæ loquitur de mulieribus non ſe extendit extra Prouinciam Marchiæ.

107 Mulieris obligatio in bonis dotalibus ſobſtinetur, vbi ipſa non remanet penitùs indotata.
108 Mulier ſi remaneat indotata non tenet eius obligatio, nec iuramento firmatur.
109 Declara vt hoc debeat concludenter probari, quod non remaneat dimidia ſuæ dotis.

ADNOTATIO II.

Obligatio Minorum, ac Mulierum an & quando ſubſtineatur abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.

1 LImita ſupradictas concluſiones adnotatas in præcedenti adnotatione, vt ſolemnitates ſtatutariæ non requirantur, in contractibus mulierum, & minorum in actu omninò neceſſario, ita quod per eius omiſſionem non corruat, ſed in ſua validitate remaneat contractus, & obligatio per text. in l.alienationes ff. famil. erciſcund. l.qui poſuerunt ff.de manu teſtam. Tiraquel de leg connub.gloſſ.8.quaſt.23. Lambereng.de contract. gloſſ.1. num.1.& 2. per tot. Picus ad ſtatut. lib. 1.cap.151. gloſſ.7. num.257. Garganet. ad idem ſtatut. Vrbis lib 1.gloſſ.151.num.20.verſ.item, & 23. non procedit fol.260. Rot.deciſ.199 par 2.coram Verall & in Anconitana Maunæ 13. Maij 1644. §. prædicta vero coram Eminentiſs. Corrado, & in Camerinen. Dotis 10.Decembris 1638 §.1. coram Ghiſlerio, & in Romana Saluiani 23. Martij 1650. §. cum enim verſ. etiam ſi ſolemnitates, & verſ. ideoque nulla requirebantur coram Veroſpio, & in recent.deciſ.776.num.3. par.2.deciſ.14.num 6.par.4.deciſ.122.num.41.par.7. & coram Puteo deciſ.226. lib.1.& deciſ.160.lib 3 & coram Buratt.deciſ.408.num.5.& 6.& poſt Zacch.de oblig.Camer.deciſ.14.num.6.deciſ.111.num.8.

2 Hinc eſt, quod mulieres, & minores poſſunt compromittere abſque alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs in cauſa neceſſaria, Alex.conſil. vltim. per tot.lib.6. Picus ad ſtatut. Vrbis in cap. 151.gloſſ.7. num.57. Fenzon. ad idem ſtatut. in cap. 100. ſub num.56.& 58.in fin. Beniten. deciſ.21. num.11.Put. deciſ.100.num.3.& ſeq.lib. .Rota deciſ. 867. nu.5. par.3.diuerſ.

3 Sublim. vt ſaltem requirantur ſolemnitates de iure communi, quæ duæ ſunt, ſcilicet, Tutoris, ſeù Curatoris auctoritas, Speculat. in tit. de arbitr. §.reſtat, verſ.ſed quid in minore, Blanc.de compromiſſ. quaſt.3.princ. nu.41. & decretum Iudicis, Menoch. de arbitr.Iud.lib.2.cent.2. caſ.171.nu.44. Fenzon.ad ſtatut.Vrbis in cap.100.num.57.& 58.in fin.

4 Sublim.2. vt minores non poſſint compromittere in alienatione bonorum abſque ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutum Vrbis in cap.151.lib.1. Fenzon. ad idem ſtatut.in cap.100. num.37. Picus ad idem ſtatut. in cap.151. gloſſ 7. num.56. Lamberteng.de contract gloſſ.1.num.358 & ſeq.Tiraquel. de leg.Connub.gloſſ.5.num.202. Verall.deciſ.165.per tot. par.1. Put.deciſ.158. num.1. lib.1. vbi aſſignat rationem, quia licet compromittere, & tranſigere non ſint actus de ſui natura læſiui ſufficit tamen, quod poſſint tendere ad læſionem.

5 Sublim. vt forma ſtatuti de adhibendis ſolemnitatibus ſeruari non debeat à minore conſtituente Procuratorem ad lites ex quo tale mandatum, non eſt de ſe actus læſiuus, & propterea non cadit ſub ſtatuti conſideratione, vt latè comprobat, Rota deciſ. 158. per totam coram Puteo lib.1.

6 Contrarium verò quod ſcilicet conſtitutio Procuratoris facta à minore non adhibitis ſolemnitatibus ſtatuti reddatur nulla, licet fortaſſe ſubſiſtere poſſit iudicium agitatum cum eodem Procuratore, ſi non defecerit patrocinio cauſæ, deducendo omnia, quæ deduci potuiſſet, ſi ſolemniter fuiſſet conſtitutus dixit, Rota in Reatina Caſtrorum 27.Iunij 1663.§.nihilominus coram Taia.

7 Intellige principalem concluſionem, vt cauſa neceſſaria ad hunc effectum intelligatur illa, quæ continet propriam, & præciſam neceſſitatem, ad quam minor, ſeu mulier cogi, & compelli poſſint ex traditis per Tiraquel.de leg connub.gl.8. num.197.& ſeq.Gabr.conſ.20 num.50.& ſeqq. Rota deciſ.177.num.8.par.1.recent.

8 Limit.2. vt ſtatuti diſpoſitio non procedat, quando mulier, vel minor contraxerint cum euidenti vtilitate, l.1.C.qui, & aduerſus quos in integ. l.1.in fin ff.de minor.25.annis, Dec.conſ.532.num.9. in fin.Tiraqueli de leg connub. gloſſ.8. quaſt.8.par.7. declar.1.num.5. Lamberteng.de contract. minor.tit.8. num.170 Garganet.ad ſtatut.Vrbis gloſſ.151.limit.6. fol.257.Mynſinger.obſeru.34. centur.2.Rota deciſ.56. num. 11. poſt Tractſ. de Saluian. vbi num. 16. & 17. aſſignat rationem, quia ſtatutum non emanauit ad inhabilitandum mulieres, & minores, vt nequeant contrahere, niſi ex cauſa vtilitatis, ſed ad obuiandum fraudibus, ne ſcilicet mulieres earum ſimplicitate fraudentur, vt bene colligitur ex prohœmio eiuſdem ſtatuti, vbi cauſa finalis deſignatur, & comprobat Bald.in l.fin.num.2.ff.de hæred.inſtit.Rota deciſ.1142.num.3.in fin coram Seraph. deciſ.177.num.3.circa fin.par.1.recent.

9 Statutum enim requirens ſolemnitates in contractibus minorum procedit in contractu fœneratitio, vt etiam ſeruatur de iure communi, Imol. in cap. primo num.7. verſ. ſed iuxta prædicta de depoſit. Alex.in l.Ciuitas num. 11. in fin. ff.ſi cert petat.Card.Mantica de tacit.& ambig. conu. lib.8.tit 6.num.8. Gratian.diſcept.879.num.7.in fin.

10 Secus vero ſi mulier, minor, vel Eccleſia acquirunt, vel vtiliter agunt, & in effectu recipiant latè Tiraquell.de legib.connub.gloſſ.8. num. 56.76. & 85.cum alijs per Rot. deciſ.272. num.8.poſt Zacch. de oblig. Cameral. latè Grattan. diſcept.879. num.9. tom.5.

11 Sed hanc opinionem eſſe controuerſam, & procedere vbi conſtaret de euidentiſſima vtilitate, & contrariam eſſe magis communem ex atteſtatione Simoncell.de decret. in contract. minor. lib.3 tit.8. num.125. dixit Rota deciſ.1243. num.3. verſ.non obſtat coram Seraph.

12 Lim 3. vt ſtatutum non habeat locum in mutuo, quando minor cum effectu recipiat pecunias mutuatas, quia nemini licet cum alterius iactura ditari, l.nam hac natura ff. de condic. indeb. l.iure naturæ ff. de reg. iur. Tiraquell. de leg.connub. gloſſ.5.n.132.Garganet.ad ſtat. Vrbis lib.1.gloſſ.151. fol.257.limit.8.verſ.nec minus, & paſſim obſeruari in ſimilibus ſtatutis, & præcipuè in ſtatuto Vrbis lib.1.cap.151. & ſæpiùs declaratum fuiſſe teſtatur Gratian.diſcept.879. num.4. & plurib.ſeqq. vbi ſubdit multo magis hoc procedere in caſu, in quo de iure communi minor obligatur ex mutuo

gra-

gratuito, quid quid aliud ſit in fœneratitio *Card. Mantic.de tacit. & ambig.conuen. lib.8. tit.6.num.8.*

13 Præcipuè ſi minor ſit ſagax, & diligens optimique intellectus, qui propterea non præſumitur læſus ex mutuo gratuito, nec eſt probanda verſio *Socein.conſ.16.num.10.cum ſeq.lib.3.Menoch.conſ.12. num.26.lib.1.Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.8. tit.6.num.9. & 10.cum alijs per Gratia diſcept.879,*

14 *num.* 12. & 13. vbi quidquid aliud ſit in mutuante adoleſcenti quaſi perdituro pecuniam; quo caſu eſt probanda verſio ad hoc, vt mutuum repeti poſſit.

15 Eoque magis ſi mutuum eſſet datum per patruum nepoti, & ſimilibus ſanguine coniunctis, quà cauſa cum fraus ceſſare videatur, ſolemnitates Statutariæ non exiguntur, pròut filius familias recipiendo mutuum à fratre non iuuabitur Macedoniano *Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib. 8.tit 7.num.31.Gratia dicta diſcept.879.num.16.*qui alios allegant.

16 Sublim. Si minor, qui mutuam pecuniam reciperet ſine vſuris probaret sè ex illa non eſſe factum locupletiorem, nam tunc eſſet ſubueniendus beneficio reſtitutionis in integrum *Gratia d. diſcept.879. num.8.*

17 Sublim 2. In Muliere, quæ sé obligauit cum viro, tunc enim quamuis receperit, nihilominus cum de iure præſumatur pecunias potius perueniſſe ad virum, non obſtante numeratione facta vxori, vt teneat eius obligatio minus ſolemniter facta exigitur probatio, quod pecunia mutuata, vel alio modo tradita verè, & cum effectu ceſſerint in vtilitatem ipſius mulieris recipientis *Bald.in auth. ſi qua mulier num.9.* & ibi *Salic. in fin. C.ad Velleian. Gratia diſcept.756. num.34.& 35. & diſcept.879. num.11.*

18 Lim.4. Vt contractus à pupillo minore, & Muliere celebrato abſque ſolemnitatibus ſubſtineatur, vbi minor, pupillus, & Mulieres facti fuerint locupletiores, cum non debeant locupletari cum alterius iactura, quoties autem ſit melior illorum conditio ceſſat ſolemnitas à Statuto requiſita in eorum contractibus *l.ſi prædium §.emptor C.de præd.min.l.ſi pupillorum §.ſi obligauerit ff. de reb.eorum Lomberteug.de contract.lib.gloſ.24. num. 1. & 2. Tiraq. de leg.connub. gloſ.9. num.76.Gratia diſcept foreuſ.565.num.56.Ruin.conſ.161.num.2. lib. 2.Capaiaquen.deciſ.199.per tot.Rot. deciſ.867. num. 5. part.3.diuerſ.deciſ 47.num.3.part.2.deciſ.504. nu. 30.part.5.tom.2.recen.deciſ.31.num.9. coram Gregor. XV.& deciſ.11.poſt Pic. ad Statut.Vrbis.*

19 Intel. quod locupletatio, & vtilitas, ad hunc effectum debet eſſe euidentiſſima *Dec. conſ 532. Gratia. diſcept.565. num.59.Rot. deciſ.1242.num.3. coram Seraph. deciſ.504.num.17. part.5.tom.2.recen.*

20 Ac proinde eſt plenè probanda ab eo, qui vult contractum ſubſtineri ex hoc capite *Rot.deciſ.504. num.17. & 18. part.5. tom.2. recen.* ex quibus vero deducatur verſio, & comprobata remaneat huiuſmodi vtilitas fuſius videbimus in ſequenti adnotatione octaua:

21 Sublim. ſi Statutum annullet contractum celebratum ſine ſolemnitatibus, licet minor fuiſſet factus locupletior, cum regula procedat in Statutis, in quibus ſolemnitates requiruntur, ne minores, & pupilli lædantur, & non vlterius procedant innalidando etiam ſi fiant locupletiores *Rot.deciſ. 504.num.11. & 12. part.5. tom.2. recen.*

22 Lim. 5. in contractu modicæ ſummæ, in quo non requiruntur ſolemnitates Statuti, quia Mulier, & minor prò modica ſumma valide etiam ſine ſolemnitatibus obligantur *Marſil. ſing. 76. num.2. Roman. ſing.334. num.1. latiſſimè Leo deciſ. Valentin.113. per tot. Garganet. ad Stat. Vrbis gloſ. 151. circa prin. verſ. nec minus habet locum fol.255.*

23 Modica autem ſumma ad hunc effectum quæ dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, a quo inſpecta qualitate perſonarum, earumque nobilitate, & conditione, ac conſuetudine Regionis, vel Ciuitatis, ſimilibuſque circunſtantijs arbitranda venit, etenim in parua ſumma læſio conſiderari non poteſt, nec de minimis curat Prætor, cum in modicis non ſit vis facienda *Afflict. deciſ.73.num. 2. deciſ.305. num 6. Menoch. de arbitrar. caſ.145. num.4. & ſeq. per optimum text. in l. communi ff. de verb. oblig. & notatur in l.ſed ſi ſuſceperit §.libertus ff. de Iud, late Picus ad Statutum Vrbis gloſ.7.nu.263. vſque ad 273. fol. mihi 85.*

24 Lim.6. Quod ad fauorem Fiſci valet obligatio minoris, quia ipſo iure eius bona Fiſci ſunt obligata, & hypotecata per legem *Menoch.de adipiſcen. remed.3. num.75. 76 & 82. per doctrinam Iaſ. in l. item quia num.20. ff. de pact. cum alijs per Gratia diſcept.242. num.15.*

25 Lim.7. Si minor, vel mulier deliquerint quia ex delicto ſine ſolemnitatibus quaſi obligantur *l. ſi ex cauſa 9. §. nunc videndum ff. de minor. 25. annis l.auxilium 37. §. in delictis ff.eod. Garganet.ad Stat. Vrbis lib.1. gloſ.151. fol.256. num.50. verſ. item hoc Statutum.*

26 Lim.8. In minore mercatore, ſeù mercaturam exercente, nam tunc valet eius obligatio ſine ſolemnitatibus, quia tales minores præſumuntur ſagaces, induſtrioſi, vt non indigeant conſanguineorum, & Iudicis miniſterio nè decipiantur, & fraudentur *Rom. conſ.318. num.2. ad med. cum alijs per Gratia diſcept.279. num.46. & 47. & declaratum fuit per Card.Corpen. ſuper Conſtit. Ægid.lib.5. cap.25. circa fin.*

27 Et licet in dubio non conſtet cum eodem contractum fuiſſe tanquam cum mercatore, tamen hoc eſt præſumendũ, & quod etiam res verſa fuerit in mercantijs *Bald. in l. vltima ad fin. verſ. in contrarium videtur num.6. C. ad Macedon. Gratia diſcept. 279. num.47.*

28 Lim 9 In minore, vel muliere nomine alieno, ſeù procuratorio nomine contrahentibus, cum non sè, ſed mandantem cuius nomine contrahunt obligare dicantur *Tiroquel. de leg.connub. gloſ 5. quæſt.15. num.180.& per tot. & ex Bart. Bal. Imol. tradit Garganet ad Stat Vrbis lib.1. gloſ.151.fol.257. verſ. item 9. non procedit, & ex Pariſ. conſ.59. ſub num.35. lib.1. tradit Saccia de Iudic. lib.2. cap.2. num 500.*

29 Lim.10. in filiof. minore, qui non ſibi, ſed Patri contraxit *l.3. §.ſed vtrum ff. de minor. l. cum mandata 21. ff. eod. l. Emilius 38. § fin.ff. eod. l.1. C. de filiof. minore l.2. C. eod. cum alijs per Garganet. ad Stat. Vrbis gloſ.151. fol.257. verſ.item 7.non procedit.*

30 Lim.11. In muliere acceptante tutelam filiorum ſine ſolemnitatibus *Bart. & alij in l.2. ff. de legat.1.*

legat.1. Alciat. in Reg.1. præſumpt.52. num.7. Garganet. ad Stat. Vrbis lib.1. gloſ.151. fol.261. verſ. item 29. non procedit, qui in fin. ſubdit sè de veritate huius concluſionis valdè dubitare, ex quo ſtatutum comprehēdat omnes contractus, in quibus mulier lædi poteſt, prò cuius reſolutione videndum proponit *Tiraq. de legib. connub. gloſ.5. n.133. & 181. & Lamberteg. de contract. gloſ.5. num.24. & ſeq. vſque ad 27.*

31 Lim.12. Quod ſolemnitates Statuti non ſunt neceſſariæ in contractu celebrato per mulierem tutricem ſuorum filiorum legitimè deputatam ſi tutorio nomine contraxerit *Alex. in l. quæſitum num.3. ff. de in ius vocan. Pariſ. conſ.98. num.37. lib.1. Maran. in prax Iudic. part.4. diſt.16. num.37. & 38. Lamberteng. gloſ.3. num.27. vſque ad 38. Garganet. ad Stat. Vrbis gloſ.151. lib.1. fol.261. verſ. item 30. non procedit Scaccia de Iudic. lib.2. cap.2. num.502. & 504. Rot. deciſ.116. num.16. part.4. recent.*

32 Sublim. quod nihilominus ſunt adhibendi duo conſanguinei pupilli, ſeu minoris *Saccia de Iudic. lib.2. cap.2. num.504. & 505.* Vbi ſubdit quod ſi ex contractu celebrato per Mulierem tutorio nomine redundaret aliquod præiudicium ipſi mulieri, iſto reſpectu quantum ad præiudicium mulieris, contractus eſſet nullus, ac proindè requireretur conſenſus conſanguineorum mulieris ad effectum vt etiam contra ipſam reſultet obligatio in forma valida.

33 Lim.13. Vt Statutum non procedat ſi minor cum alio minore, vel mulier cum alia muliere contraxerit, vt prætet allegatas in præcedenti *allegatione 4. num.23. eſt text. in l. verum 11. §. penult. ff. de minor 25. annis l. ſi minor 34. ff. eod. cum alijs per Garganet. ad Stat Vrbis lib.1. gloſ.151. fol.258. num.10. verſ. item 10. non procedit Ladere. conſ.66. num.1. & 2. Adden. ad Gregor. XV. deciſ.164. num. 12. Rot. deciſ.557. num.1. & deciſ.558. part. prima diuerſ.*

34 Lim.14. vt contractus parentelæ, ſponſaliorum, & matrimonij, eiuſque ratificatio facta à minore valeat abſque ſolemnitatibus Statutarijs *Soc. conſ. 90. col. penul. vol.4. Ruin. conſ.61. col.4. vol.3. Bald. Nouel. tract. de dot. in 17. & 18. ſpecial. cum alijs per Caputaquen. deciſ.3. num.1. & 2. part.3.*

35 Lim.15. Statutum non procedere in donatione cauſa mortis *Soccin. in l.2. ff. de legat. primo ibique Soccin. Iun. num.60. Lamberteng. de contract. gloſ.23. num.2. & 3. Viuius opinion. 796. num. 3. & 4. relat. per Garganet. ad Stat. Vrbis lib.1. gloſ.151. fol.260. num.50. verſ. item 26. non procedit.* Etenim cum huiuſmodi donatio debeat habere ſuum effectum poſt mortem minoris, vel mulieris, nulla poteſt conſiderari fraus, dolus, aut læſio, ac proindè poteſt minor adultus donare cauſa mortis, etiam ſi habeat curatorem, cuius authoritas in tali donatione non requiritur, ſecus in donatione inter viuos *Tiraq. de legib. connubial. gloſ.5. num.66. & ſeq. & num.72. lib.16. cum alijs per Gratia diſcept.233. num.17. 18. & 19. late Pic. ad Stat. gloſ.7. num.43. vſque ad 49.*

36 Sublim.2. Si minor dolo inductus donationem cauſa mortis feciſſet, nam tunc poterit hæres illam reuocare actione de dolo, & ex crimine ſtellionatus *Gratia diſcept.233. num.20. tom.2. vbi alios allegat.*

37 Lim.16. Quod quælibet diſpoſitio, Statutum conſtitutio, prouiſio, & bannum tradens formam, & ſolemnitatem alicui contractui, obligationi, & teſtamento non habet locum in actu iurato latiſſimè *Io. Guter. in repet. Auth. Sacramenta puberum num.35. & ſeq. Abb. in cap. ſignificante num.4. de pignor. Parit conſ.53. num.62. vol.3. Bero conſ. 154. num.22. & ſeq. conſ.180. num.19. & 20. vol. 1. Alex. conſ.29. num.13. vol.7. Ancha. Regien. quæſt.14. num.14. & 15. part.2. Borgnin. deciſ.30. num.12. part.1.* de iure autem communi contractus minoris ſolo iuramento firmatur dicta *Auth. Sacramenta puberum. Gratia diſcept.513. num.2.*

38 Generale autem eſt, quod Statutum faciens mentionem de aliquo actu, non comprehendat actum iuratum *Seraph. de iuram. priuil.22. num.41. circa fin.* Quinimo Statutum diſponens contra iuramentum non valet *Bart. in l. omnes populi quæſt. 2. de iuſt. & iur. Imol. in cap. cum contingat de iur. iur. Bero conſ.63. lib.1. cum alijs per Gratia diſcept. 233. num.57.*

39 Ac proindè ſi Statutum annullet contractum minoris, vel mulieris ob non ſeruatam ſolemnitatem, non comprehendit contractum in quo mulier, vel minor interpoſuit iuramentum, quia non obſtante Statuto contractus ſubſtinetur ex diſpoſitione *Auth. Sacramenta puberum C. ſi ad verſ. vendit. vt tradit Rom. conſ.343. conſ.404. & conſ.436. Pariſ. conſ.16. num.88. vol.2. Rui. conſ. 100. num.8. vol.3. Io. Lup. rub. de donat. inter vir. & vxor. §.86. col. pen. in fin. Seraph. de iuram. priuil. 22. num.42. vbi de communi contra gloſ. in Auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian. num.19. & num.43.* vbi ampliat ſiue Statuti verba concipiantur in rem, ſiue in perſonam, & reprobat *Bart. contrarium tenentem Afflict. deciſ.307. num.19.*

40 Contrarium quod Statutum requirens certam ſolemnitatem diſponendo, quod ſine ea contractus, & Inſtrumentum non faciant fidem procedat etiam in actu iurato, nam Statuta inducentia ſolemnitatem probatoriam dicuntur continere publicam vtilitatem, ob quam non licet illi derogare pacto, aut priuatorum iuramento *Alex. conſ. 95. in fin. lib.1. Caputaquen. deciſ.190. part.3.* vbi quod procedat tam de iure ciuili, quam canonico cum alijs per *Gratia diſcept.27. num.28.* ſiquidem quando Statutum aufert vim probatoriam ſtatuendo nullam fidem facere, & eſſe nullius momenti, tunc iuramentum nihil operatur, quia per ſcripturam factam contra formam Statuti non probatur interueniſſe *Caſtren. conſ.61. in fin. lib.2. Rot. deciſ.8. num.4. part.3. diuerſ.* Et ſic principalis concluſio procedit, quando probatio iuramen-
41 ti deſumatur aliundè, quam ex Inſtrumento facto per minorem ſine ſolemnitatibus, ſine quibus cum nullam obtineat firmitatem ex eodem non probatur obligatio iurata ob Statuti reſiſtentiam poteſt enim Statutum tollere fidem inſtrumentis, cum ſit de iure poſitiuo Inſtrumentis fidem adhibere *Gratia diſcept.513. num.2. & 3. Mohed. deciſ. 16. de præſcript. Pute deciſ.116. num.2. & 3. lib.1. Rot. deciſ.93. in fin. deciſ.104. num.1. part.2. diuerſorum.*

42 Hinc eſt quod per indirectum Statutum Laicorum poteſt adimere vim iuramenti præſumendo ſcilicet iuramentum dolo, vel metu extortum non

obſer-

obſeruata ſolemnitate Statuti Laicorum, dummodo ex legitima cauſa exoriatur huiuſmodi præſumptio, ſcilicet ex qualitate negocij de ſua natura impliciti, & de quo mulier, vel minor contrahentes tanquam non habentes notitiam poſſunt lædi, ſecus autem, cauſa legitima non exiſtente ita præſumendi, vtpotè quia ſicuti non poteſt iuramentum directè annullari, ità neque tacite, vt latè declarat ità diſtinguendo *Rum. conſ. 135. num. 1. iuncto num. 14. lib. 1. cum alijs relac. per Gratia diſcept. 233. num. 58.*

43 Sublim. ſi Statutum laicorum ſit confirmatum à Papa, nam tunc cum dicatur Papale poteſt tollere vim iuramenti, cum Summus Pontifex in abolendo iuramentum habet ſupremam auctoritatem, quo caſu contractus minoris non firmatur iuramento, ſi fuerit celebratus abſq; ſolemnitatibus, cuius vires propterea annullantur reſiſtente Statuto Auctoritate Apoſtolica confirmato, ita quod ſicut contractus non probatur, ita neque probatur iuramentum in contractu contentum *Bartol. in l. omnes populi num. 45. de inſt. & iur. Cephal. conſ. 463. num. 34. Pariſ. conſ. 40. num. 12. lib. 3. Gratia diſcept. 233. num. 55. & 56. Mohed. deciſ. 16. de præſcrit. Canaler. deciſ. 257. num. 3. Pute deciſ. 116. lib. 1. Rot. deciſ. 153. num. 3. part. 1. recentiorum.*

44 Sublim. 2. De iure communi, cuius vigore per ius iurandum actus firmatur etiam non ſeruatis ſolemnitatibus, nam per iuramentum ſuppletur defectus Curatoris, & Decreti Iudicis, quæ ſunt ſolemnitates de iure communi requiſitæ *gloſ. in l. 1. & in Auth. Sacrament. puber. C. ſi aduerſ. vendi vbi Iaſ. & Salic. dicentes ita totum mundum practicare Gabr. conſ. 13. num. 2. lib. 1. Gabr. de minor. concluſ. 5. num. 10. cum alijs per Gratia diſcept. 27. num. 30.*

45 Minor enim per iuramentum repræſentatur maior, eiuſque vigore validatur contractus, alias nullus reſpectu minoris ætatis, ſiuè iuramentum ſit aſſertorium, ſiuè promiſſorium, ſiuè confirmatorium *Seraph. de iuram. priuil. 82. num. 2. & 23. in fin. verſ. præſumptio tamen relat. per Gratia diſcept. 27. num. 31.*

46 Aduertendum tamen eſt, quod ſemper eſt neceſſaria abſolutio à iuramento, etiam ſi agatur ad reſciſſionem, ſeù prò nullitate contractus vigore Statuti annullantis iuramentum tamquam dolo, & metu extortum, cum nemo debeat eſſe Iudex proprij iuramenti, & periurium contrahatur etiam ſi nulliter præſtitum fuerit, vt tradit *Gratia diſcept. 576. num. 21. ex Bald. Aym. quos allegat. & ex Rot. in Romana Nullitatis Obligationis 5. Iulij 1604. coram Atrebaten. deciſ. 33. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* vbi de ſtylo Rotæ ita ſeruari.

47 Periurus autem parte apponente repellitur à limine iudicij, nec eſt audiendus tanquam priuatus omni actione *l. ſi quis minor. C. de tranſact. cap. paruuli vbi gloſ. in verbo cauſa 22. quæſt. 5. Seraph. de iuram. priuil. vltim. num. 18. Card. Tuſch. in verbo iuramentum concluſ. 515. num. 4. Farinac. in tit. de falſis. quæſt. 160. num. 176. & 181. Gregor. XV. deciſ. 64. num. 1. vbi Add. num. 10. Canaler. deciſ. 144. num. 1. Rot. deciſ. 92. num. 2. deciſ. 95. n. 1. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 33. num. 1. deciſ. 89 n. 5. deciſ. 224. num. 1. & 3. poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 701. num. 1. part. 1. deciſ. 5. num. 1. part. 2. recent.*

48 Sed hoc limitatur, vt periurus non repellatur ab excipiendo, vel ſi petat mandatum de manutenendo cum hoc caſu non dicatur reus neceſſarius, ſed actor originarius, & voluntarius *Gregor. XV. deciſ. 64. num. 4. & 5. vbi Beltram. lit. D.* vbi alij allegantur.

49 Lim. 17. Vt Statutum non procedat ſi minor, vel mulier ſuccedant ei, cum quò ſine ſolemnitatibus Statuti contraxerunt *Tiraquel. de leg. connub. gloſ. 8. quæſt. 21. cum alijs allegatis per Garganet. ad Stat. Vrbis lib. 1. gloſ. 151. fol. 259. verſ. item 20. non procedit.*

50 Lim. 18. Vt nec procedat in alienatione, ſeù alio actu facto per minorem, vel mulierem, ex præcepto Teſtatoris, quia cum hæres teneatur obſeruare, & executioni demandare factum, & reſpectiuè præceptum defuncti, obligatur ex cauſa neceſſaria, ex quo voluntas defuncti ad vnguem eſt ſeruanda, ac proindè ſolemnitates non deſiderantur *l. 1. in prin. l. magis puto §. ſi pupillus ff. de reb. cor. l. 1. & l. penult. C. quan. Decret. opus non eſt Tiraquel. de leg. connubial. gloſ. 8. num. 148. & ſeq. & num. 194. cum alijs per Garzanet. ad Stat. Vrbis lib. 1. gloſ. 151. fol. 262. verſ. item non procedit.*

51 Lim. 19. Vt nec procedat in contractu celebrato per Iudæum maiorem annorum treſdecim cum ex lege Moſaicha, Maſculi poſt 13. fœminæ poſt 12. annum habentur prò maioribus, quæ lex inter ipſos eſt ſeruanda *Cald. conſ. 10. de Conſt. & conſ 30. de Teſtam. Natta conſ. 621. Felin. in cap. Iudæi il 3. de Iudæis Tiraquel. de primog. quæſt. 66. num. 32. cum alijs per Garganet. ad Stat. Vrbis lib. 1. gloſ. 151. fol. 262. num. 30. verſ. item 38. non videtur procedere.*

52 Et prædicta videntur procedere etiam ſi lis agitetur coram Iudice Chriſtiano, etenim ſicut inter Chriſtianos primo ſeruantur eorum Statuta, poſtea verò ius commune, ita inter Iudæos ſeruari debet eorum lex; & ea deficiente ius Romanum *Natta conſ. 621. num. 9. latè Bero. conſ. 2. vol. 1. & conſ. 28. num. 1. & ſeq. vol. 3. Rim. conſ. 399. n. 12.*

53 Contrarium. quod Iudæi viuant iure communi, Romanorum, & comprehenduntur, ſub quibuſcunque Statutis Chriſtianorum, ſiuè fauorabilia ſint, ſiue odioſa, ita vt inter Iudæos, & Chriſtianos quo ad ius reddendum nulla conſtitui debeat, differentia, niſi legatur expreſſa, ac proindè Iudæi, quando litigant coram Iudice Chriſtiano tenentur leges Romanas ſeruare, quando verò coram Arbitro Iudæo, lex Moyſis, vt probat *Text. in l. Iudæi communi C. de Iud. Bero conſ. 2. num. 4. vol. 1. conſ. 28. num. 11. & 75. vol. 3. & latiſſimè comprobat Surd. deciſ. 133. à num. 2. vſque ad fin.*

54 Lim. 20. Non procedere in donatione facta à Matre ad fauorem filiorum *Cranet. conſ. 39. num. 14. Cephal. conſ. 116. num 25. lib. 2.* ſed hæc controuertitur, & diſtinguitur per *Tiraquel. de leg. connub. gloſ. 8. quæſt. 12. n 110. Lamberteng. de contract. gloſ. 1. num. 109. relat. per Garnaget. ad Stat. Vrbis gloſ. 151. fol. 258. num. 40. verſ. item 12. non procedit.*

55 Lim 21. Statutum non procedere ſi alio modo, vel alia actione minor, vel mulier indemnes ſeruari poſſint *l. in cauſa 16. in prin. & § generaliter ff. de minor. l. ſi curatorem 3. C. de in integ. reſt. minor.*

nor. l. cum, & minores 4. C. ſi aduerſ. rem. iudic. l. 1. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſ. l. 2. C. eod. l. in minorum C. eod. relat. per Garganet. ad Statut. Vrbis lib. 1. gloſ. 151. fol. 259. verſ. item 16. procede re non videtur.

56 Lim. 22. Si minor acciperet rem in liuellum, ſeù Emphyteuſim cum onere ſoluendi canonem, nam tenetur ad illius præſtationem, cum validè obligetur etiam ſine Decreto, quia minor hoc caſu acquirit, & non alienat, & obligatio ſoluendi penſionem, ſeù canonem ineſt acquiſitioni latè *Valaſc. de Emphyteuſ. quæſt. 36. num. 3. vſque ad 7. cum alijs per Gratia diſcept. 242. num. 20.*

57 Sublim. Si minor non acciperet, ſed daret in Emphyteuſim, quod non permittitur abſque Decreto *l. ſed & pecuniã §. ſi ius de reb. eorum l. etiam C. de præd. minor. Gratia loco citato in d. diſcept. 242. n. 21.*

58 Sublim. 2. Si minor ſe obligaret principaliter ad annuam præſtationem, quo caſu requiritur decretum Iudicis præuia cauſæ cognitione, ſecus verò quando onus annuæ præſtationis ineſt in re donata, vel in Emphyteuſi acquiſita, quia tunc principaliter acquirit, & obligatio annuæ præſtationis tanquam ſecundaria, & in conſequentiam non conſideratur *l. fin. ff. de legat. 3. l. conditio pupilli de condit. & demonſt. & ita intelligendum eſſe conſ. Pariſ. 85. num. 3. lib. 9. tradit Gratia diſcept. 242. num. 22. & 23.*

59 Sublim. 3. Si Emphyteuſis eſſet damnoſa nam alias aduerſus immodicam, & rigoroſam penſionem reſtitueretur, pro vt reſtituitur aduerſus alios contractus læſiuos, vel damnoſos *Valaſch. de Emphyt. quæſt 35. in fin.* ac proindè hoc caſu poſſet agere ad pretij diminutionem, vel ad eiuſdem ſupplementum, ſecus ſi non eſſet damnoſa *Gratia diſcept. 242. num. 24. vſque ad 29.*

60 Lim. 23. In Donatione facta à muliere contemplatione certi, & determinati matrimonij, in qua non requiruntur ſolemnitates Statutariæ, nec inſinuatio iuxta veriorẽ opinionem, de qua *Dec. conſ. 414. n. 5. Surd. conſ. 214. n. 16. Purpurat. conſ. 359 n. 29. Altograd conſ. 7. ferè per tot. tom. 1. ex Salycet. communiter recept in l. fin. n. 4. C de iur. dot. Bald. nouel. de dot. ſpecial. 8. num. 18. & priuil. 4. num. 48. Gratia diſcept. 984. num. 25. Ciarlin. controuerſ foren. cap. 124. per tot. tom. 2. Staiban. iun. reſol. 22. num. 19. part 1. Fiſt. reſol. conſ. 46. a num. 69. Caputaquen. deciſ. 3. num. 2. part. 3. Pute deciſ. 60. lib. 3. Gregor. XV. deciſ. 563. num 11. Burat. deciſ. 929. num. 10. vbi Add. n. 17. Rot. deciſ 464. num. 5 part. 4 tom. 2. deciſ. 691. num. 4. part. 4. tom. 3. recen.* & hanc opinionem in muliere maiori ſemper Rot. amplexam fuiſſe, reiecta exceptione nullitatis ex defectu ſolemnitatum Statuti dixit eadem *Rot. in Romana Donationis 11. Decemb. 1665. § propterea coram Emerix.*

61 Et quod donatio facta intuitu certi, & determinati matrimonij non requirat inſinuationem *Bald. in l. vltima num. 5. C. de iur. dot. Gratia diſcept. 984. num. 18. & ſeq. Surd. deciſ. 214. num. 4. & ſeq. Caputaquen. deciſ. 3. & deciſ. 199. part. 3. Rot. dec. 377. num. 5. part. 2. & deciſ 114 num. 11. part. 7. recen.* Et tunc illa ſubſiſtit *Fontanel. de pact. nuptial. cla. 4. gloſ. 3. num. 21. Ferentil. in addit. ad Burat. deciſ. 924. n. 17. Merlin. deciſ. 877. num. 3. Rot. in Romana Donationis 11. Martij 1665. § nec facit coram Beuilaqua*, vbi quod Rota hodiè reſideat in hac opinione, licet prius contrarium tenuerit *coram Canaler. deciſ. 144 in fin. & in Romana Bonorum de Cupis 5. Iunij 1602. coram Panphilio.*

62 Præcipuè ſi donatio fiat in ipſis Capitulis matrimonialibus, inſinuatio non requiritur *Fontanel. de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 1. & 16. & gloſ. 29. num. 1. Guid. Pap. deciſ. 145, num. 5. Monter. deciſ. Aragon. 10. num. 1. 2. 7. & 14. verſ. ſequitur ſecundus caſus cum ſequen. cum alijs per Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ. 929. num. 18. in fin.*

63 Sublim. Si donatio facta eſſet extra capitula matrimonialia fauore futuri matrimonij in genere, de qua quæſtione *Monter. deciſ. Aragon. 10. nu. 10. in fin. verſ. cæterum ad propoſitum* ſecus autem ſi fiat pro certo, & determinato Matrimonio, tunc enim donationem poſſunt facere extranei nulla Statuti ſolemnitate ſeruata *Gratia diſcept. 984. nu. 25. Altograd. conſ. 7. num. 40 & plurib. ſequen. Adden. ad Burat. deciſ. 24. num. 17. Rot. deciſ. 878. num. 3. cor. Merlino deciſ. 58. num 49. & plurib. ſequen. dec. 127. num. 12. & ſeq. part. 6. & in Regien. Bonorum 23. Ianuarij 1647. § propterea coram Card. Corrado, & in Fulginaten. Dotis 23. Iunij 1659. §. aut etiam coram R.P.D. Albergato.*

64 Sublim. 2. Si donatio fiat contemplatione matrimonij in genere, nam tunc ſunt neceſſariæ ſolemnitates, & inſinuatio, ſecus prò certo, & determinato matrimonio, cum certa, & determinata perſona, & ſic donatio ſit cauſa finalis illius matrimonij, tunc enim donatio non eget, inſinuatione, alijſque ſolemnitatibus Statuti *Natta conſ. 609. num. 20. 31. 32. & 39. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ 24 num. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg. 20. num. 18. & 19. late Andreol. controuerſ. 155. num. 3. tom. 2. Gabr. conſ. 57. num. lib. 1. Cancer. var. reſol. cap. 8. num. 3. tit. de donat. Menoch. conſ. 261. num. 9 & ſeq. Guid. Pap. deciſ. 145. num. 5. Surd. deciſ. 214. num. 14. Seraph. deciſ. 181. num. 10. Adden. ad Burat. deciſ. 924. num. 17. Rot. deciſ. 393. n. 5 part. 5. recen. & in Tiburtina Donationis 4. Aprilis 1661. § non obſtare & § ſequen. coram Bourlemont.*

65 Sublim. 3. Vt ſolemnitates Statuti non requirantur, ſi mulier ſibi conſtituat dotem, vel donet, ei, quam tenetur dotare, ſecus verò ſi mulier non tenetur dotare, vt diſtinguit *Surdus conſ. 361. nu. 24 & 25. præcipuè in fin. Gratia diſcept. 474. num. 29. Duran. deciſ. 155. num. 14. Canaler. dec. 257. num. 8. Rot. in Romana Donationis de Cupis poſt Pic. ad Statut. deciſ. 22.* Et ſic regulam procedere data neceſſitate dotandi, vel ſe obligandi dixit *Rota in Romana Donationis 28. Nouembris 1664. coram R.P.D. Emerix.* ſed hæc deciſio loquitur de dotatione facta à muliere minori.

66 Contrarium de veriori tenet *Altograd. conſ. 7. per tot. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 124. num. 8. tom 1. Rot. deciſ. 113. num. 4. & 5. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 460. num. 12. part. 4. tom. 2. recen. ibique Add. num. 228. & deciſ. 241. num. 8. & 14. part. 7. recen. & in Romana Cenſus 13. Iunij 1646 coram Peutinger.*

67 Et ſic ſublimitatio ſupradicta procedit in muliere minori dotante, vel donante, non autem in Muliere maiori, quæ licet ſit extranea, & dotare non teneatur, cauſa tamen matrimonij poteſt donare abſque alia Statuti ſolemnitate, etenim in muliere maiori non conſideratur huiuſmodi neceſſitas, ſed ſiuè fuerit voluntaria, ſiuè neceſſaria obli-

obligatio, vel donatio ſubſiſtit abſque ſolemnitatibus, *Ciarlin.controuerſ.Forenſ.cap.124.num.10. & 11. Cyriac.controuerſ.128.num.43. & controuerſ. 181.num.28.Rot.deciſ.264.nu.5.part.4. diuerſ.deciſ. 460.num.13.part.4.tom.2.deciſ.241.num.10. & 11. part.7.recen.& in Romana Craſas 13. Iunij 1646.coram Peutingerio.*

68 Et generalis regula eſt quod donatio ob cauſam non indigeat ſolemnitatibus Statuti iuxta *deciſ. Putei 416.lib.3.Baratadeciſ.924. num.4.*

69 Lim.24.Quod licet filiusfam.minor non poſſit contrahere abſque ſolemnitatibus à iure requiſitis in contractibus minorum, *Caſtren. in l.ſi ſeruus 141. §.Papillus num.4. ff.de verb.oblig.* cum patria poteſtas non tollat defectum ætatis, nec inuenta fuerit ad illud ſupplendum, ac proindè Statutum requirens certas ſolemnitates in contractibus minorum habeat etiam locum in minoribus filijs familias contrahentibus *Rot.deciſ.385.num.2. par. 2. tom.1. recen.* Tamen hoc non procedit, ſi contrahat cum Patre, vel cum ipſius interuentu, nam tunc non eſt neceſſarius interuentus conſanguineorum, cum ſuppleatur à Patre iuxtà tradita per *Bald.in l.pactum.quæſt.21. num.16. C. de collat. Rota dicta deciſ.185.num.3.part.2.recen.*

70 Lim. 25. in Muliere recipiente bona à Mercatore, vel ab eius Apotecha ad victum, vel veſtitum tàm ſui ipſius, quàm filiorum, eiuſque familiæ ità efficaciter obligatur, vt etiam abſque ſolemnitatibus eius obligatio ſubſtineatur, cum nulla poſſit conſiderari læſio quæ ex ipſa mercium receptione excluditur, ſtatim enim quod recipit, vel emit quod eſt neceſſarium, dicitur facta locupletior, quo caſu ceſſat diſpoſitio Statuti Vrbis *lib.1. cap.151. Rot. in Romana Societatis Officij 13. Febraar. 1606. poſt Pic. ad Statut. Vrbis de contract. ſine certa ſolemnit. non valit. dec. 11. fol.215. cum alijs per Gratian.diſcept.750.num.1. tom.4.*

71 Ac proindè defectus ſolemnitatum opponi non poteſt ab ipſa muliere, neque ab eius viro, à quo propterea veniunt ſoluendæ merces datæ vxori pro veſtiario, quoniam ipſe ſubſtinēdo onera matrimonij cum vxorem alere teneatur, vtique per traditionem factam vxori remanet obligatus, ex quo recepit neceſſaria ad humanæ vitæ ſubſtentationem, ſine quibus corpus alimentari non poteſt *l. legatis ff. de aliment. Cibar. Legat. l. legatum ff. de aliment. legat. l.verbo victus ff.de verb. oblig. Gratia. diſcept. 750. num.8. & 10.* vbi ſubdit quod bona mariti non minus ſunt obligata prò reſtitutione dotis, quam pro alimentis *Surd. de aliment. tit.1.quæſt.42. num.16. & tit.3. queſt.2. num.4. & tit.8. priuil.49.num.1.*

72 Et ſic Pater tenetur ſoluere debita contracta per filium ad effectum ſe alendi, vnde ſi filius mutuam pecuniam prò ſe alendo acceperit, pater conueniri poteſt *Bart.in l. Libertis quoi §. 1. num. 3. verſ. ſed ſi accipit ff. de legat. Mareſcot. ver. reſol. lib.2. cap.73.num 3.Afflict. deciſ.10. num.3.Mantic. deciſ.308.num.2.& 3. Emintutiſs. Card. Ottbobon. deciſ.16.num.22.* vbi etiam ſubdit quod Statutum Vrbis in *lib.1. cap.152.* ceſſet quando obligatio filijfam.tendit in cauſam alimentorum, datum autem filio familias Patris contemplatione datum cenſetur, ſi data fuerit res, ad quam pater tenebatur *Bart.conſ.131. num.1. in fin. vol.1. Surd.conſ. 188.num.20. tom.4.*

73 Quod Limita vt pater non poſſit conueniri ad ſoluendum debitum filij, niſi prò quantitate alimentorum, quæ non præſtitit *Mantic. deciſ.308. in prin.*

74 Sublim. 2. Vt procedat ſi probetur quod pecunia mutuata, ſeu res tradita verſa fuerit in cauſam alimentorum, ſecus ſi in aliam cauſam *Eminentiſs. Card. Ottbobon. deciſ.16. num.22.*

75 Et ad fauorem Piſtorum Vrbis ex conſtitutione Vrbani VIII. incip. deuotionis edita ſub die 20. Decembris 1634. ſpecialiter prouiſum fuit, quod Mulieres, aut filij, viris, vel parentibus decoctis, aut mortuis, ſi hæreditas ſoluendo non ſit teneantur ſoluere eam panis quantitatem, vel aliarum rerum dictæ artis, quæ prò ipſis mulieribus, & filijs, & earum, ſeù eorum familia, marito, ſeù Patre viuentibus tradita, & conſumpta fuerit, factis prius per eoſdem piſtores, vel eorum hęredes, & ſucceſſores debitis diligentijs etiam extraiudicialibus contra dictorum virorum ac parentum, ſic defunctorum, ac decoctorum bona.

76 Et generaliter, quod vxor teneatur in ſubſidium, quando maritus non ſit ſoluendo, pro debito ab eodem contracto, & conuerſo prò ſubſtentanda familia *Surd. de aliment. tit.8. priuil. 48. num.6. Ceaal.quæſt.727. num.41. Gratian. diſcept. 107. num.4.*

77 Intellige, vt tunc vxor, & filij hoc caſu ſoluere teneantur, ſi conſtet tempore cōtracti debiti patrem non fuiſſe ſoluendo, cuius reſpectu cum non teneretur præſtare alimenta filijs, & vxori, ex quo non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, & ideo mutuo accipiendo pecuniam, vel contrahendo debitum pro habitatione, vel domo conducta, vel prò victu, & veſtitu, cum ſit contractum prò vtilitate vxoris, & filiorum, cuius reſpectu effecti fuerunt locupletiores tenentur ad ſolutionem de proprijs bonis, & dote, cum alias tantundem de ſuo debuiſſent conſumere prò ſe ipſis alendo, & ſubſtinendo, vnde non debet redundare in damnum creditoris, qui ex ſuo mutuo illos fecit locupletiores *Craal.quæſt.727. num. 43. Surd. de aliment. tit.8. priuil.48. num.6. ad med. verſ. ſane prima opinio* vbi quod opinio quod teneantur in ſubſidium ſi pater non ſit ſoluendo eſt dura, ſi pater fuiſſet ſoluendo tempore, quo alimenta præſtitit, & deinde ad inopiam deuenerit, quia hoc caſu filij non dicerentur facti locupletiores, ex quo ceſſante mutuo pater nihilominus aluiſſet, ſecus autem ſi eo tempore fuiſſet inops *Gratian.diſcept.107. num. 7. & ſequen.*

78 Sublim.2. Quod ad hoc vt vxor, & filij teneantur eſt probandum debitum contractum puta frumentum mutuo acceptum fuiſſe erogatum in vſum familiæ *Bald. in l.quamuis de pign. Neguſ. eodem tract.2. 2. memb. part.5. num.5. Gratia.diſcept. 107. num.18.*

79 Et de vera erogatione pecuniæ in expenſam alendi filios, & familiam aliundè conſtare debet, quā ex aſſertione ipſorum niet principaliū contrahentium ad obuiandum fraudibus, quæ fieri poſſunt ſub hoc velamine *Surd de aliment. tit.8. priuil. 48. num.7.& 8. Gratian.diſcept.107. num.19. Afflict.*

*ſlict. deciſ.*145. *num.*11. etenim quando aliquid eſt cauſa producendæ actionis contra tertium illud eſt plenè probandum, nec ſtatur confeſſioni aliorum; regulare enim eſt, quod quilibet tenetur probare ſuæ intentionis fundamentum *l. eum qui dicit ff. de probat.*

80 Contrarium verò tenet *Cepol. cautel.* 393. *alias* 246. vbi quod ad hoc vt filij teneantur, ſatis ſit in inſtrumento puta mutui exprimere illud fieri in cauſam alendi familiam, & tradit etiam *Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 66. *num.*6. *Cenal. quæſt.*727. *num.*47. Sed huiuſmodi cautela tanquam non tuta reprobatur à *Surd. de aliment. tit.*8. *priuil.*48. *num.*6. & 7. cum aliundè quam ex eadem aſſertione conſtare debeat *Gratia. diſcept.* 107. *num.*19.

81 Conuerſio tamen pecuniæ mutuo acceptæ in alimenta familiæ benè probatur, ſi fuerit mutuum factum tempore cariſtiæ, quo caſu non requiritur alia probatio, cum militet præſumptio prò conuerſione *Bart. in l. fin. C. ad Macedon. & in l. bis ſolis in fin. C. de con. dict. indeb. Cepol cautel.* 393. *in addit. lit. A. in fin. Menoch. lib* 3. *præſumpt.* 58. *num.*6. *Surd. de aliment. tit.*8. *priuil.*48. *num.*10. *Soccin. conſ.*:6. *num* 10. *vol.*3. *Cranet. conſ* 91. *num.*5.

82 Lim.26. Quod minor poteſt ſe obligare abſque ſolemnitatibus, quando obligat ſe, non ex proprio contractu, ſed vti hæres Patris, & ex cauſa reſultante ex facto Patris *l.*1. *in fin. C. quando decret. opus non eſt l. fin. C. de reb. eorum cum alijs per Rot. deciſ.*776. *num.*3. *part.*2. *recen.* vbi ſubdit quod ceſſante læſione ex proprio contractu incurrenda, minor non ligatur Statuti Vrbis diſpoſitioni ex allegatis per *Surd. deciſ.*174. *num.*8.

83 Lim.27. Si minor vel mulier contrahat cum Eccleſia, quo caſu non habent locum ſtatuta requirentia certas ſolemnitates *Bald. in l. generali num.*6. *C. de Sacroſant. Eccleſ. Cephal conſ.*109. *num.*18. *Ferentil in addit. ad Burat. deciſ.*480. *num.* 26. *Rot. deciſ* 461. *num.*11. *part,*1. *recen. Capulaquen deciſ.*172 *num* 9. *deciſ.*154 *part.*3. & pro conſtanti hanc opinionem retinendam eſſe dixit *Rot. deciſ.*190. *num.*27. & 28. *part.*6. *recen.* reiecto Pic. interius citan.

84 Contrarium quod ſolemnitates Statuti Vrbis *in cap.*151. *lib.*1. ſint ſeruandæ, quando minor, vel mulier ſubdita contrahat cum Eccleſia, vel Monaſterio tanquam cum priuato, ex quo tale Statutum obliget etiam perſonas Eccleſiaſticas propter Summi Pontificis confirmationem dixit *Rot. in Tuſculana donationis* 19. *Ianuar.* 1633. *coram Motmanno penes Tamburin. de iure Abbatiſs. deciſ.*28. *nu.*3. *iuxta generaliter tradita in deciſ.* 452. *in priu. part.*1. *diuerſ. Picus ad Statut. Vrbis glo.*7. *num.*31. *Manent. deciſ.*6. *nu.*6. & 7.

85 Quæ contraria opinio non procedit quando Contrahentes principaliter, & expreſſe opus pietatis exercent erga Eccleſiam, ad quam propter priuilegium piæ cauſæ ipſum Deum reſpiciens diſpoſitio Statuti extendi non poteſt *Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.*38. *de conſtit. & in cap. relatum de teſtam. cum alijs per Rot. dict. deciſ.*28. *num.*4. *poſt Tamburin. de iur. Abbatiſſar.*

86 Præcipuè quando agitur de actu facto ratione ſalutis animæ, quo caſu non ſunt attendendi apices iuris, nec quod Statutum fuerit à Sede Apoſtolica confirmatum, eo quod priuilegium ſalutis animæ ſpeciali indigeat expreſſione, vt comprobant *DD. relati per Gratian. diſcept.* 782. *in fin. Rot. dict. deciſ.*28. *num.*4. *circa med. poſt Tamburin. de iur. Abbatiſſar. facit Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ priuil.*164.

87 Ac proinde diſpoſitionem dicti Statuti non habere locum in muliere offerente ſe, & ſua bona Eccleſiæ & expreſſe donante, cum ex hoc actu eleemoſynæ tanquã ſaluti animæ, & corpori proficuæ Mulier lædi non poſſit *Abb. in cap. quod Clericis num.*29. *Butr. ibid. in* 7. *Col. de for. competen. Cancer. var. reſol. lib.*2. *cap.*1. *num.*114. *cum ſeq. Picus ad Stat. Vrbis glo* 7. *num.*220. *& ſeq. & firmauit Rot in dicta deciſ.*28. *num.*4. *& per tot. poſt. Tamburin. de iur. Abbatiſſ.*

88 Lim.28. In Marito, qui recipiendo dotem licet ſit minor, validè tamen obligat omnia ſua bona pro illius reſtitutione, ſecus eſt in vxore minore, eiuſque tutore, qui non poteſt conſtituere dotem in bonis immobilibus ſine decreto, neque illa obligare pro dote, & ideo neque tacite à lege inducitur hypotheca *Neguſ. de pignor.* 4. *memb. part.*2. *num.*73. & 74. *Bald. Nouel. de dot. part.*6. *Priuil* 58. *Surd. conſ.*191. *num.*22. & 23. *lib.*2. *relat. per Gratia diſcept* 367. *num.*7. & 8. vbi aſſignat rationem differentiæ, quia maritus minor recipiendo dotem patrimonium non minuit, ſed auget, eiuſque conditionem meliorem facit, quod non eſt in vxore dotem conſtituente, in qua lædi poteſt, vtpote quia agitur de diminuendo patrimonio, eoque eneruando, & conſequenter de facienda iactura, & non de lucro captando, vnde in primo caſu non requiritur decretum, & ſolennitates de iure requiſitæ, ſecus in ſecundo late *Barboſ. in l. ſi conſtante* 25. *in priu. num.*128. *vſq. ad* 130 *ff. ſolut. matrim.*

89 Lim.29. In quietantia facta à muliere ex cauſa neceſſaria, quæ ſolennitatibus Statuti non indiget cum ex vrgentia cauſæ neceſſariæ excludatur fraus, & dolus, quorum reſpectu à Statuto huiuſmodi ſolemnitates exiguntur *Rot. deciſ.*1133. *num* 2. *coram Seraph.*

90 Lim.30. In inuectis, & illatis per minorem in Domo conducta, quæ remanent tacite obligata prò penſionibus, etiam ſi non interuenerint ſolemnitates Statuti, cum requirantur in obligatione, quæ fit per ipſum minorem ex qua lædi poſſit, ſecus autem, in obligatione legali, vt in præſenti, vtpotè quia ex legis diſpoſitione inuecta, & illata obligantur, & hypothecantur prò penſionibus Domus, vnde cum interueniat decretum legis non exigitur aliud iudicis, cæteræque ſolemnitates, & conſequenter ceſſat ratio à Statuto contemplata, ex quo minor non dicatur læſus ex obligatione legali, vel neceſſaria *Gratia. diſcept.*27. *num.* 44. & *diſcept.*68. *num.*5. 6. & 7. *tom.*1. *ex Bald. in l. cæteri quæſt.*8. *num.*11. *C. locat. & alijs per eum allegatis.*

91 Et quamuis bona vxoris conducta in Domo locata, vt ibi perpetuò permaneant durante tempore locationis non videantur tacitè obligata prò penſione *ad Text. in l. ſi aduerſarius & ibi Bald. C. ad Velleian. Vrſil. ad deciſ. Afflict.*184. *num.*4. & 5. nihilominus *num.* 6. concludit quod capiuntur bona vxoris pro locatione facta à viro.

92. Lim.

92 Lim. 31. *In repudiatione hæreditatis*, quæ licet delata fuerit nihilominus repudiari poteſt abſque ſolemnitatibus Statuti, quia momentanea illa acquiſitio non habetur in conſideratione ſecundum veriorem opinionem, quam ſecuta fuit *Rot. deciſ.* 320. *num.* 2. 7. & *ſeq. part.* 6. *recen.* vbi quod hæc opinio innititur optima ratione quia ſcilicet ea, quæ ſine facto noſtro acquiruntur, non videntur in effectu acquiſita, niſi mediante conſenſu, & ratificatione alias ſubſecuta, ac proinde ſi quis nolit habere ratam, & repudiet videtur in effectu declarare acquiſitionem non fuiſſe factam per doctrinam *Dec. in l.* 1. *num.* 22. *C. de pact.* & *hanc etiam ſententiam amplexi fuerunt Sacin. conſ.* 53. *num.* 27. & 28. *vol.* 4. *Crauet. conſ.* 114. *num.* 15. *Phanuc. de lucro dot. glo.* 8. *num.* 17. & 18. *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 328. *num.* 158. *late Gratia diſcept.* 568. *num.* 52. *Maffin. in addit. ad Guazin. de confiſc. quæſt.* 45. *num.* 32. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 171. *num.* 53. *Rot. deciſ.* 30. *lib.* 2. *part.* 3. *diuerſ.*

93 Contrarium tenent *Alciat. in rub. C. de pact. num.* 14. *verſ. ego dubito cum alijs relatis per Pic. ad Stat. Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *gla.* 8. *num.* 24. vbi quod mulier, & minor non poſſunt repudiare hæreditatem paternam ſtante Statuto prohibente contrahere ſine conſenſu proximiorum.

94 Sed retenta prima opinione amp. procedere tàm in refutatione iuris, quod nec re, nec ſpe competat, quam in refutatione iuris delati vt *reprobato Gabr. conſ.* 6. *num.* 6. *cum ſeq. lib.* 2. *tradit. Maffin. in addit. ad Guazin. de confiſcat. quæſt.* 45. *num* 31. *Rot. deciſ.* 320. *num.* 13. *part.* 6. *recen.*

95 Amp. 2. Quod etiam Prælatus in acquirendis poteſt præiudicare Eccleſiæ, adeo vt etiam abſque ſolemnitate requiſita a conſtitutione Paulina relat in *Extrauag Ambitioſe de reb. Eccleſ. non alien.* renunciare poteſt hæreditatem delatam Monaſterio, ſecus autem ſi eſſet adita, & in acquiſitis ſecundum magis communem opinionem, quam in terminis hæreditatis tenet *Bart. in l. tutor in fin.*

96 *ff. de bonor. poſſeſ.* vbi quod hæreditatem delatam Monacho poteſt ſolus Abbas repudiare latè *Altrob. conſ.* 26. *num.* 83. *cum ſeq. lib.* 1. vbi datur cautela in renunciationibus monialis ingredientis monaſterium, vt apponatur conſenſus Abbatiſſæ & Monialium ad hoc vt valeant ſimiles renunciationes, tamquam ſint de iure quærendo, in quibus poſſunt Eccleſiæ præiudicare. *Parpurat. in l. vltim. num.* 195. *col.* 27. *in fin. verſ. tutius erit C. de pact. Rolan. conſ.* 15. *a num.* 13. *vſque ad* 42. *Menoch. de arbitr. caſ.* 171. *num.* 53. *in fin. Lap. alleg.* 25. *num.* 4. *circa fin.* & ibi *Quintilian. Mandoſ. in verb. Prælatus Roman.* qui loquitur de Abbatiſſa *conſ.* 184. *per tot. Gratia diſcept.* 568. *num.* 51. & *plurib. ſequen.*

97 Sublim. in aditione hæreditatis, in qua cum minor, & mulier lædi poſſint non redditur valida, ſi non fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ *Bart. in l. more num.* 1. *ff. de acquirend. hæred. Caſtren. in l. mutum num.* 8. *eod. tit. Tiraq. de leg. connub. glo.* 5. *num.* 125. *Caual. pract. quæſt. commun. contra commun. quæſt.* 135. *part.* 1. *Boetac. ad conſtit. Mareb. glo.* 8. *num.* 7. *Pic. ad Stat. Vrbis glo.* 7. *num.* 108. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen.* 45. *per tot. Rot. deciſ.* 95. *num.* 10. *coram Eminentiſs. Card. Ottbobon.*

98 In aditione verò hæreditatis cum beneficio legis, & Inuentarij facta a muliere, & minore, non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatutariæ, quia beneficium inuentarij excludit læſionem, & indemnem adeuntem præſeruat, & à vexationibus æris alieni latentis reuinuit, vt tradunt *Doctores relati per Pic. ad Stat. glo.* 7. *num.* 109.

99 Adnotaui in Limitatione 13. quod regulariter ſolemnitates Statuti non requiruntur ſi minor contrahit cum alio minore, contrarium tenet *Picus ad Statutum Vrbis glo.* 7. *num* 82. vbi comprobat, quod ſi minor contrahat cum alio minore, vel cum muliere, vel etiam mulier ſi contrahat cum altera muliere ſint ſeruandæ ſolemnitates Statuti Vrbis, quia de eiſe Statuti eſt eas cõprehendere *Alex. conſ.* 119. *num.* 34. *lib.* 6 & *conſ. vltim. num.* 4. *eod. lib. Rum. conſ.* 97. *num.* 2. *lib.* 5.

100 Si verò de facto contrahunt ſine dictis ſolẽnitatibus, & tunc aut ex contractu omnes lucrum ſentiunt, vel nemo eorum fuit læſus, & tunc contractus ſubſtinetur, quia ceſſat ratio Statuti, aut alter fuit læſus, & alter non, & tunc reſcinditur contractus ſi is, qui damnum nõ eſt paſſus habet quod recepit, ſi vero ambo læſi fuerunt, & tunc etiam reſcinditur, ſi vterque reſtituere poteſt quod accepit, ſi autem alter amiſit melior eſt conditio rei conuenti, qui amiſit *l. veram vbi Bart. in prin ff. de minor.* & *ex Lambe. t.* & *Carpan. tradit. Picus ad Statut. Vrbis glo.* 7 *num.* 83.

101 Et ſic ſi vnus ageret de damno, & alter de lucro, tunc enim ille, qui tractat de damno euitando, poteſt opponere defectum ſolemnitatum Statuti *Lamberteng ſuper Statut. Mediolanen. num.* 125. *ad fin. Gregor. XV. deciſ.* 164. *num.* 6. *ibique Adden. num.* 12. *Rot. deciſ.* 218. *ſub num.* 6. *part.* 2. *in recen.* cum alijs infra allegan.

102 Et damnum excluditur, & minor, vel mulier & Eccleſia dicuntur factæ locupletiores, ſi realiter recipiant pecunias, ſecundo ſi pecuniæ receptæ conuertantur in extinctionem æris alieni, puta Cenſus, ſocietatis officij in quã minor, mulier, vel Eccleſia obligata reperitur cum ſolemnitatibus, tertio quando, quis recipit puta in ſocietatem officij ad effectum ſoluendi fructus alterius ſocietatis, ſeu contractus ad minorem rationem cum eadem pecunia extinguen. vnde ſubſtinetur contractus in ijs caſibus factus abſque ſolemnitatibus, quarum defectu impugnari non poteſt, cum æquum non ſit, quod quis locupletetur cum alterius iactura *Rot. poſt Pic. ad Statutum Vrbis deciſ.* 11. *num.* 2. 3. & 4.

103 Limit. 32. vt ſubſtineatur contractus mulieris, abſque ſolemnitatibus celebratus prò extinguendo debito iam contracto cum ſolemnitatibus, cum non dicatur noua obligatio, ſed transfuſio antiquæ in nouam, adeo vt ſufficiant ſolemnitates adhibitæ in præcedenti contractu, ob dependentiam, & relationem vnius ad alium, *Rot. deciſ.* 11. *num* 4. 5. & 6. *poſt. Picum ad Statutum Vrbis.*

104 Sublim. inter æque priuilegiatos, vt ſi mulier, minor, & Eccleſia contrahant inter ſe, quo caſu licet non requirantur ſolemnitates, nihilominus quando agitur inter æque priuilegiatos potior eſt cauſa illius, qui agit de damno euitando, &

105 conuenitur, is enim tunc rectè opponit de defectu ſolemnitatis Statuti *Lamberteng. de contract.*

*minor. ad fin.*125. *Rot.deciſ.*164. *num.*6..*coram Gregor.XV. vbi Adden. num.*12. *& deciſ.*473. *num.* 13. *&* 14. *deciſ.*282. *num.*10. *part.*4. *diuerſ. deciſ.* 218. *num.*6. *part.*2. *& deciſ.*190. *num.*29. *&* 30. *part.*6. *recen.*

106 Limit. 33. vt mulier maior non obſtante conſtitutione Marchæ, ſeu Aegidiana poteſt ſe obligare non ſeruatis ſolemnitatibus in eadem præſcriptis, cum loquatur de minore, & conſequenter iuxta diſpoſitionem iuris communis mulier maior poteſt contrahere abſque vlla ſolemnitate, & additio, quæ loquitur de mulieribus eſt Cardinalis Carpenſis, quæ non habet locum extra prouinciam Marchiæ, vt dixit *Rot. deciſ.* 88. *num.*7. *&* 8. *part.*6. *recen.*

107 Limit. 34. vt valde conferat ad ſubſtinendam mulieris obligationem, ſi non remaneat indotata eoque magis ſi fuerit datum aſſignamentum prò eius ſecuritate, & releuatione *Rot. deciſ.*783. *num.* 2. *coram Buratt. & deciſ.*775. *num.*5. *part.*2. *in recen. in quibus allegatur Theſaur. deciſ.* 223. *num.* 14. *& Cardinal. Seraphin. deciſ.*1181. *num.*2.

108 Siquidem quando mulier remanet pænitus indotata non tenet eius obligatio, nec etiam iuramento firmatur *Abb. conſ.*8. *num.*6. *part.*2. *Theſaur. deciſ.*223. *num.*13. *Rot. deciſ.*304. *num* 5. *part.* 4. *tom.*2. *in recen.*

109 Declara vt de hoc concludenter conſtare debeat, probando quod nõ remaneat dimidia dotis ſuæ in caſu, quo concurrente iuſta cauſa ſe obligauit *Theſaur loco citato Rot. dicta deciſ.*304. *num.* 6. *part.*4. *tom.*2. *recen.*

S V M M A R I V M.

1 Statutum Vrbis vti conditum, & confirmatum à Papa dicitur Papale.

2 Ligat perſonas, & bona Clericorum.

3 Comprehendit Collegia, & Conuentus Religioſorum.

4 Clerici Minores vigore Statuti Vrbis debent in eorum contractibus ſeruare eius ſolemnitates.

5 Clerici filij familias vigore Statuti Vrbis lib. 1. *cap.*152. non poſſunt ſe obligare.

6 Statuta laicorum ſi nõ faciant expreſſam mentionem de Clericis, illos non comprehendit licet ſit confirmatum à Papa.

Et vt Eccleſiaſticos comprehendat duo requiruntur vt faciat de eis expreſſam mentionem, & ſit confirmatum à Papa in forma ſpecifica ibid. num. 8.

Statutum Vrbis licet ſit Papale non tamen ligat Eccleſiaſticos vbi de eis expreſsè non loquitur. ibid.

Statutum Vrbis *in cap.*150. *lib.*1. *de inſinuandis donat.* Non ligat Clericos. Nec aliud Stat. *lib.* 1. *cap.*124. *de renunciand. Emphiteuſ. ſucceſſor.* Nec aliud *lib.*1. *cap.*157. *de liberando fideiuſſore ab obligatione* ibid.

8 Statutum ad hoc vt in vim Apoſtolicæ confirmationis ligat Clericos, vel debet de illis expreſsè loqui vel continere verba generalia apta Clericos comprehendere.

9 Confirmatio Statuti in forma ſpecifica à Principe obtenta non operatur vltra voluntatem legiſlatoris.

10 Confirmatio non egreditur fines confirmati, & nihil de nouo tribuit.

11 Confirmatio Statuti ad hoc vt ſit in forma ſpecifica, eſt diſcutiendus à Principe tenor Statuti.

12 Confirmatio Statuti in forma ſpecifica non inducitur ex ſola clauſula ex certa ſcientia, ſi non conſtet Principem informatum fuiſſe de validitate actus.

13 Confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione dicitur ſi ſit expreſſus tenor, vel ſubſtantia rei confirmatæ, & 14.

15 Confirmatio in forma communi nullum defectum, & obſtaculum tollit.

16 Solemnitates Statuti loci contractus ſunt ſeruandæ à forenſibus.

27 Solemnitates Statuti ſunt ſeruandæ ſi laicus cum Clerico contrahat, alias contractus redditur nullus ex omiſſione formæ Statuti facta per laicum minorem vnum ex contrahentibus ſubditum 18.

19 Lim. Si ſolemnitas à Statuto requiſita eſſet difficilis executionis.

20 Lim. Si Statutum eſſet pœnale, ſecus ſi tantum reddat actum nullum.

21 Lim. Si contractus celebretur inter Laicum, & Eccleſiam, nam tunc nullæ requiruntur ſolemnitates 22. contrar. num. 23.

24 Lim. Si Statutum loquatur in perſonam.

25 Lim. Si Statutum ſit attractiuum, & præceptiuum.

26 Lim. Si Statutum de Eccleſiaſticis faciat expreſſam mentionem.

27 Sublim. Si Statutum, vel lex faciens de Clericis mentionem reſoluatur in vim conſilij.

28 Lim. Vt Clerici gaudeant Priuilegio Statuti laicalis prò ſè ſi vti velint non contra ſe 29. 30.

31 Lim. Si Statutum eſſet in forma ſpecifica à Papa confirmatum, ſecus ſi ab Epiſcopo. 32.

33 Clericus nec de licentia Epiſcopi conſentire poteſt in Iudicem Laicum.

34 Statutum Vrbis in tantum ligat Clericos vbi de ijs loquitur, in quantum de Papæ mandato conditum fuit, & poſtea confirmatum.

35 Statuta Vrbis fuerunt à Papa confirmata, vbi etiam inſtrumenti validitatem reſtringunt.

36 Statutum laicale faciens expreſſam mentionem de Clericis abſquè confirmatione Pontificis non eſt habendum in conſideratione.

37 Statutum, & Leges Principum licet honeſtum, & commune bonum reſpiciat, non lædat Priuilegia Eccleſiæ non ligat Eccleſiaſticos.

38 Ampl. Siue Statutum loquatur in rem, ſiuè in perſonam & 41.

39 Statutum prohibens alienationem in forenſes tanquam conceptum in rem comprehendit Clericos. Contr. & verius. num. 40.

42 Clerici licet non ligentur legibus, & Statutis, quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiæ, tamen tenentur obſeruare vi directiua.

Clerici non poſſunt vendere carius, & vltra pretium à Republica Statutum, alias peccant mortaliter ibidem.

43 Clerici contrauenientes dictis legibus veniunt ab Eccleſiaſtico Iudice puniendi, pœna tamen arbitraria, & non iuxta ſanctiones laicorum. 41.

44 Laicorum conſtitutiones non ſunt attendendæ in foro Epiſcopali.

45 Epiſcopi ad ſe conformandum cum Laicorum edictis prò communi bono emanatis cautela eſt, vt conſimile pro Eccleſiaſticis publicet.

46 Statutum de inſinuandis teſtamentis non comprehendit teſtamentum laici, in quo Clericus ſit hæres inſtitutus.

47 Nec Teſtamentum Clerici, in quo laicus ſit hæres inſtitutus.

48 Teſtamentum Clerici, in quo alter Clericus ſit hæres inſtitutus non ſubiacet iuriſdictioni ſtatuentium.

49 Statutum laicale quo ad ordinatoria Iudicij ligat Clericos litigantes cum Laicis in eorum foro.

50 Lim. Si dictum Statutum eſſet coarctatiuum.

51 Statutum coarctans conſanguineos ad compromittandum non ligat Clericos.

52 Emptio facta ad fauorem Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus, an, et quando ſubſiſtat. 53.

ADNOTATIO III.

Statuti ſolemnitates, an requirantur in contractibus factis à Clericis minoribus, & præcipuè inter Clericum, & Laicum.

1 QVoniam Statutum Vrbis tamquam Apoſtolica auctoritate conditum, & confirmatum dicitur Papale, vt latè comprobat *Fenſon. ad idem Statut. in Rub. incip. Statutorum Alma Vrbis num.*32. *&* 33. *&* 37. *relat. per Tam-*

Tamburin.de iur.Abbatiſſar.diſp.34. poſt quaſt.4. in addit. ad quaſit.10. diſput.8. num.9. & 11. fol.379. Hond. conſ.5.in fin. lib.2. Mareſcot. var. reſol.lib.2. cap.6.num.20.& ſeq. Gregor.XV.deciſ.267. num.7. Seraph.deciſ.153.num.1. & deciſ.794. num.26. Rota deciſ.451.num.1.deciſ.369.num:3.part.1. diuerſ.

2 Ac proindè certum eſt ligare perſonas, & bona Clericorum, vtpotè quia ſubuitur auctoritate Papæ *Tamburin. loco citato num.11. ex Fenſon.vt ſupra num.37.cum ſeq.Rota deciſ.616. num.3. coram Caualer deciſ.379.ſub num.3.deciſ.452.num.1.par.1. diuerſ.cum alijs allegat.per Gratia diſcept.913.nu.14. tom.5.*

3 Immò comprehendit quoque Collegia, & Conuentus Religioſorum, etiam ſi dicta Collegia, & Conuentus ſint perſonæ fictæ *Caualer deciſ. 616.num.4.* vbi ita alias dixiſſe *Rota in Romana Cenſus coram Litta, & in Romana Saluiani coram Pironano.*

4 Hinc eſt quod etiam à Clericis minoribus contrahentibus ſunt ſeruandæ ſolemnitates Statuti, vt eorum contractus robur, & firmitatem recipiant, ſuumque effectum ſortiantur, & quamuis Statutum Vrbis in *dicto cap.151. lib.1. de contract.ſine certa ſolemnit.non valit.* non faciat expreſſam mentionem de Clericis, nihilominus, cũ diſponat, quod contractus facti à quibuſcunque mulieribus, & minoribus viginti annis ſine Statutarijs ſolemnitatibus ſint nullius roboris, & momenti propter generalitatem verbi quibuſcunque videtur ſtatuentes comprehendere voluiſſe etiam Clericos, vt in ſimili eiuſdem Statuti *in cap.180. lib.1. dixit Rot.in deciſianibus relat. per Add. ad Burat.deciſ.880.ſub num.6.* vt latius demoſtrabimus infra *in 2. limit.* in ſpecie verò de Clericis filijs
5 familias, quod ex nullo contractu prout etiam Laici poſſint ſe, aut ſua bona quoquomodo obligare, etiam ſi liquido conſtaret, bona, & pecunias, prò quibus ſe obligauerunt, ad eos cum effectu perueniſſe, ſed contractus, & obligationes ab eiſdem, & eorum fideiuſsoribus etiam principaliter obligatis factæ ſint nullius roboris, & momenti, etiam ſi contractus prædicti quouis iuramento roborati reperiantur vti dolo, & metu extortum cenſeatur expreſsè diſponitur per idem Statutum Vrbis *lib.1.cap.152.*

6 Lim. In alijs Statutis laicalibus, qui ſi faciant expreſsam menſionem Clericorum ſunt nulla, licet eſsent Clericis fauorabilia, ita quod nec Clerici poſsunt illis vti, etiam volentes quia in effectu expreſsa illa mentio, ſapit quid iuriſdictionale, & tanquam trahens ſecum ſubiectionem in laicalem iuriſdictionem eſt immunitati Eccleſiaſticæ præiudicialis, & infenſa *Text. eſt in Eccleſia Sancta Maria de Conſtit. Carol. de Graff. de effect.Cleric.effect.2.num.43.cum ſeq.|& 488 Sperel. deciſ.for.Eccleſiaſt.10. num.32.cum ſeq. & deciſ.11. num.30.relat.per Rot.in deciſ.180. n.20. poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

7 Lim.2. Vt Clerici, & Eccleſiaſtici non Comprehendantur à Statutis, etiam ſi confirmata fuerint à Summo Pontifice, ſi in eo nulla fiat mentio de perſonis Eccleſiaſticis, & confirmatio non ſit in forma ſpecifica eiuſdem Statuti expreſsè diſponente de Eccleſiaſticis, immò ipſum Statutum Vrbis, vbi expreſsè non facit mentionem de Clericis, licet ſit Papale neque ligat Clericos iuxtà doctrinam *Bald.in cap. Eccleſia Sancta Mariæ num.9.verſ.tertio gloſ.Ruin.conſ.12. ſub num.16. lib. 3. Peregrin. conſ.63. num.6.lib 1.Surd.conſ.361.nu. 37. Gregor.XV. deciſ.267.num.1.* vbi *Baltram.num. 10. & deciſ.511.num.1.Ferentil.ad Burat.deciſ.880. num.6.& comprobat Antonel.de tempore legal. lib.1. cap.33.num.48. & lib.2. cap.32: num.10. & 11.* & ſic Statutum Vrbis *lib.1.cap.150.de infirmandis donat* non ligare Clericos, cum in eo nulla fiat mentio de perſonis Eccleſiaſticis firmauit *Rot. deciſ. 6.apud Fenſon.ad Stat Vrb.verſ.neque obſtat.& verſ. 2. fuit reſponſum*, nec minus aliud Statutum eodem *lib.1.cap.124.* in quo diſponitur quod Emphyteuſi finita bona relocentur ſucceſſoribus, latè *Ferentil.ad Burat.deciſ:880.num.6. Antonel. de tempore legal.lib 1. cap.32.num.10.* vbi quod nec etiam comprehendantur ſub alio eiuſdem Vrbis Statuto *lib.1.cap.157.* in quò diſponitur quod fideiuſſor poſſit petere vt à fideiuſſione liberetur, etiam ſi diù non ſteterit in obligatione, & Deciſiones verò in contrarium allegatæ per *Grat.a diſcept. 913.num.14.* procedunt in terminis eiuſdem Vrbis Statuti *cap.180. lib.1.* vbi prohibentur nè in vna eademque cauſa ſecundo liceat prouocare, quia cum in eodem Statuto expreſsè diſponatur quod huiuſmodi diſpoſitio ſeruetur in omnibus curijs inter Ciues, incolas, & diſtrictuales, & conſequenter propter vniuerſitatem verborum aptum comprehendere tàm laicos, quàm Clericos, & Eccleſiaſticos comprehendit etiam Clericos, qui ſub nomine Ciuium continentur, & ligat perſonas Eccleſiaſticas cum fuerit à Summo Pontifice confirmatum in forma ſpeciali, & ideo eſt ſeruandum etiam in curijs Eccleſiaſticis, in quibus terminis loquitur *Rot. deciſ.52. part.1. diuerſ. & deciſ.380.part.1.recen. Antonel.de tempor.legal.lib.2. cap.32. num.11.vbi allegat. Rot deciſ.452. part.1. diuerſ.cum alijs per Adden. ad Burat. deciſ.830. ſub num.6.* vbi & quod deciſiones *Seraph. 794. nu.25. & 26. & deciſ.1170. num.1.* vel ſint intelligendæ iuxta *deciſ.452.part.1. diuerſ.* vel ſi iuxtà contrarias deciſiones, *in Portuen. Plàni Vlmi coram Robuſterio* non eſſe attendendas, vti reuocatæ, & expreſsè reiectæ in alijs deciſionibus per eundem relatis.

8 Firma igitur remenet concluſio, quod Statuta laicalia, ad hoc, vt in vim confirmationis à Sede Apoſtolica obtentæ in forma ſpecifica ligent Clericos, & eorum bona debeat in eis fieri expreſſa mentio de clericis, eorumque bonis, vel debent continere verba vniuerſaliu, apta Clericos comprehendere, alias ex defectu voluntatis non cenſentur ſtatuentes illos comprehendere voluiſſe, vt vltra ſupra relatos tradit *Hond. conſ. 20. num.6; verſ. ſed etiam & ſub num.7. verſ. quæ concluſio ſub num.2, Rot. in Romana Dotis 11. Februar. 1647. §. addebant coram Bichio & in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. §. nihil ſuffragante coram eodem* vbi ſubdit quod licet confirmatio Statuti in forma ſpecifica amplis verbis habeat vim nouæ legis *Rot. deciſ.438.num.54. & ſeq.part. 4. tom.2. recen.* Non tamen operatur vltra voluntatem legislatoris *Bart. in l. Iulianus num.15.ff. de condit. indeb: Burat. deciſ.52. num.4:*

10 Et ratio prædictorum eſt, quia confirmatio non

egre-

egreditur fines confirmati, ſed reſtringitur ad
eius limites,& nihil de nouo tribuit, nec ea,quæ
in confirmato non includuntur extendit,ſed tan-
tum robur, & validitatem influit l. Aurelius §.
Teſtamento ff. de lib. legat. cap.1. vbi glo. in verbo
confirmat & in cap.2.de confirmat. vtil. vel inutil.
Dec.in l. more num 31. ff. de iuriſdict. omnium Iud.
Menoch. conſ.75. num.32. Bero conſ.7. num.37. lib.
3,Gonzal.ad reg.8. Cancel.glo.45.§. 1,num.76.Du-
ran. deciſ.146. num.6. Caualer.deciſ.385. num.1.
Afflict.deciſ.404.num.4. Oſaſch.deciſ. Pedemont.39.
num.13. Caſſad. deciſ.1.num.2. de confirmat.vtil.vel
inutil. Rot. deciſ.269.num.44.deciſ.55.num.11.& 12.
deciſ.604 num.1.part.4. deciſ.176. num.36. part.5
deciſ.29.num.30.part.6. deciſ.226. num.20. & 24.
part.7.recen.& in Spoletana bonorum 13. Aprilis
1646. §. cum in ea coram Eminentiſs.D. Card; Cor-
rado & in Rauennaten. Hæreditatis 5. Iunij 1648.
coram Eminentiſs.D.Card. Ottbobon. in Corduben.
dimidiæ portionis 20. Iunij 1653.§. neque valet in
fin coram Meltio confirmata 30.Iunij 1654. §. ſub-
ſiſtere neque coram eodem in Tudertina ſucceſſionis 29.
Maij 1652. coram Meltio & in Bononien. Hæredi-
tatis 28. Iunij 1652. §. minus ſuffragatur in fin. &
§.fi. in fin.coram Bich. cum alijs in Calagurritana deci-
marum S. Aſcentij, et Daualillo 17. Aprilis 1654.
§, vltra quod in fin. coram Zarate:
11 Confirmatio vero Statuti,vt ſit in forma ſpe-
cifica requirit,vt a Pontifice, vel Principe ſupre-
mo diſcutiatur tenor Statuti diligenti cauſæ co-
gnitione adhibita, vt eidem innoteſcat, an iu-
ſta,& honeſta ſint Statuta, quæ confirmantur gla.
in cap.1. verſ. de quæſt. de confirmat. vtil.vel. inutil.
Abb. conſ.102. num.3. lib.3. Alex. conſ.123. num.
18 lib.4.Merlin.deciſ.740. num.4.& 5.
12 Neque ad inducendam confirmationem in
forma ſpecifica ſufficit clauſula ex certa ſcientia, ſi
in confirmatione inſerta fuerit, dum aliunde non
conſtat ex præcedentibus,& ſubſequentibus Prin-
cipem informatũ fuiſſe de validitate, & iuſtitia
actus confirmandi. Ferret. conſ. 38. num.7. & 8.
Gabr.in tit.de Clauſ. conclu,1. num.52. Rot. deciſ.
740. num.5. coram Merlino deciſ.166. num.5. & 6.
part.5. recen.
13 Confirmatio autem ex certa ſcientia, & cum
cauſæ cognitione illa dicitur,in qua eſt inſerius
tenor rei confirmatę, vel ſaltem narretur eius
ſubſtantia, ita vt totus tenor Papæ innotuerit,
alias dici nequit, quod adhibita fuerit cauſæ co-
gnitio Ferret. conſ.38.num.5.Gabr. conſ.183. num.
14.lib.2.Mareſcot.var.reſol. lib.2.cap.47.num.1.vbi
quod expreſſio tenoris rei confirmatæ, idem ope-
ſatur quam clauſula ex certa ſcientia & num.7.
Molin.de Hiſpan.Primog. lib.2.cap.7. num.9. Garz.
de beneſ.part. 3. cap.2. num.226.& 227.& 231. Se-
raph. deciſ.981.num.2.Rot.deciſ.455. num.3. part.2.
diuerſ. deciſ.192. num.3. prope fin. part.1. tom.1.
recen.& deciſ.222.num.1.coram Mantica.
14 Vnde ſtante expreſſione ſubſtantiæ rei confir-
matæ,re diſcuſſa cum Clauſula quorum tenores,
& Clauſula ex certa ſcientia, confirmatio dicitur
in forma ſpecifica, & non communi vt compro-
bat Rot.deciſ: 191. num.3. part.1.tom.1.recen. quia
ſtantibus dictis clauſulis ceſſat omnis ſubreptio
Garz.de beneſ. part.3.cap. 2. num.234.
15 Confirmatio vero in forma communi nihil
de nouo tribuit, nullumque defectum,aut obſta-
culum tollit cap.1. vbi glo.cap.cum dilecta cap.exa-
minata de confirmat. vtil. vel inutil. Mandoſ. in reg.
22.quæſt. 10;num.2.& de Signatur. gratiæ tit. de con-
firmat.in prin. Molin. de primog. Hiſpan:lib.2.cap.7.
num.7.Gonzal. ad reg.8. Cancel.glo. 45.§.1.num.76.
Caſſad.deciſ. vnic.de confirmat. vtil. vel inutil. Rot.
deciſ.702.num.6. deciſ.780. num.5.part.1. deciſ 31.
num.6.part.2. diuerſ.
16 Vbi igitur viget Statutum, cuius diſpoſitio
Clericos non ligat, eo quod de illis nullam men-
tionem faciat, & ſi faciat in forma ſpecifica à
S. Pontifice confirmatum non exiſtat, maior dif-
ficultas eſt, an ſolemnitates per idem requiſitæ
in contractibus mulierum, & minorum veniant
nihilominus ſeruandæ inter Clericum, & Lai-
cum ſimul contrahentes, & pro affirmatiua ſua-
dere videtur, quod ſicut ſolemnitates Statuti
ſunt ſeruandæ etiam à forenſibus prò contractus
validitate, qui ligantur Statuto loci contractus
Gabr.in tit.de conſuet. conclu.2. num.4. Surd. conſ.
257.num.1.& 3.Fenſon.ad Statut.Vrbis in cap.152.
num.11.lib.1.per doctrinam Bart.in l.cunctos populos
num.13, & 14.C.de ſum.trinit.& fid.Cathol.quem
omnes Doctores ſequuntur Caputaquen. deciſ.206. &
215. part.3 Cæſar.de Graſ. deciſ.2.num.16.de donat.
Rot.deciſ.153. num. 5. part.1. deciſ. 218. num.5.&
ſeq. part.2. recen. Ita etiam ſeruandæ ſunt in con-
17 tractibus à Laicis cum Clericis, vel Eccleſia ce-
lebratis, non quia Clerici ipſi, vel Eccleſia, vel
geſta per eos ſub Statuto comprehendantur, ſed
quod à Statuto Laicis ſuis ſubditis forma præ-
ſcribatur, & extra eam, illi ad contrahendum
inhabilitentur, vt pote quia non poſſit ſubditus
ſpreta lege ſui ſuperioris cum non ſubdito con-
trahere, & de facto contrahendo nulla oritur
obligatio reſiſtente Statuto ac Laici conſenſum
inhabilitante, adeo vt non poſſit Clericus non
ſubditus ſimili informi contractu iuuari optimè
Federic.de ſen.conſ.85.Paul. de Caſtr.conſ.159.in fin
Tiraquel. de leg.connub. glo.8. num.168. Carpan. ad
ſtat.Mediolan.in prælud.num.599.& in cap.445.num.
5.part.1.Picus ad Stat.Vrbis glo.7. num.81 Carol. de
Graſſ.de effect. Cleric.effect,2.num.191. Lamberteng.
de contract.mulier.§. finis num.136. & ſeq.Seraph.de
iuram priuil.77.num.26.Theſaur quæſt. forenſ. lib.2.
quæſt.8. num.5.Corn.conſ.64.num.5.vol.3.Surd.conſ.
2. num.4.8.& 41.& deciſ.26. num.15.cum alijs latè
per Sperel. deciſ.10.num.2.& plurib. ſequen.
18 Ex omiſſione autem formæ à Statuto inductæ
per vnum ex contrahentibus ſcilicet per Laicum
actus redditur ipſo iure nullus cap.cum dilecta an-
te fin. cum gloſ. in verbo irritum & ibi Felin. ſub
num.6.de reſcript.Decius de communi conſ.532. num.
3.Oſaſch.deciſ.165. num.16. Surd. deciſ.144. num.
17. deciſ. 265.num.8.Sperel.deciſ.10 num.6.
19 Lim. quando ſolemnitas à Statuto requiſita
reddatur difficilis executionis, vel cum difficul-
tate impleri valeat, cum tunc non liget Laicos
cumClericis contrahentes benè Felin.in c.Eccleſia
S.Mariæ n.85.& ſeq.de conſt.& ibi Dec.n.175.Mart.
de iuriſdict.par.4. cap.62.n.21.Duard in Bulla Cænæ
lib.2.cap.15.q.19.n.128.Sperel.deciſ.10. nu.13.
20 Lim. 2. Si ſtatutum eſſet pænale, vt ſi inducens
nullitatem formæ id diſponeret in odium perſo-
næ efficientis actum contra legis prohibitionem,
ſecus

ſecus ſi tantum reddar actum nullum propter defectum formæ iuxta magiſtralem diſtinctionem de qua *Mantic. deciſ.300. per tot. ſecutam per Sperel deciſ.10. num.14.*

21 Lim 3. Vt dicta opinio, & pletique Doctores eam tenentes procedat, & loquantur de contractibus cum Clericis factis, ſecus aurem cum ipſa Eccleſia, non qnia Eccleſia, & Clericus in materia exemptionis iudicetur ad imparia, ſed quod inter eos diuerſa conſideretur ratio, vt quia inſinuatio, & ſolemnitas inducta à Statuto ad fraudes euitandas bene militare poteſt in contractu celebrato inter Clericum, & Laicum ſi ſolemnitas non ſeruetur, ſecus autem in contractu celebrato cum ipſa Eccleſia, vel Clerico nomine Eccleſiæ, quò caſu ceſſat fraus tamquam ab Eccleſia pœnitus aliena *Felin. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ num.82. de conſtit. plene Gabr. in tit. de donat. conclu.1.num. 28.Clar.in §. donatio quæſt.17. num.2. Carpan ad Stat. Mediolan.cap.324.num.76.Theſaur. quæſt.forenſ.lib.2.quæſt.8.num.9. cum alijs per Sperel. deciſ.10. num.15.& 16. faciunt tradita per Rot.deciſ. 458 num.6.part.2. recen.* Et in puncto quod tam

22 in donatione, quam in omni alio contractu cum Eccleſia. vel pia cauſa geſto non ſint neceſſariæ ſolemnitates Statutariæ eiſque omiſſis contractus non redditur nullus, & inualidus tenet *Iaſ. in l.ſi vnus §. pactum ne peteret num 31. ff. de pact. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num.71. verſ. ſed de conſt. Tiraq.de leg.connub.gloſ.8.num.162.Borrac.ad conſtit.Aegid. in gloſ.8.num.48.Carpan. ad Stat. Mediolan.cap.328.num.111.Hond.conſ.32.num.106.lib. 1. Alex.conſ.105.num.13.lib.4.cum alijs per Sperel. deciſ.10 num.17.*

23 Contrarium videtur tenere *Pie. ad Stat. Vrbis gloſ.7.num.223.& ſeq.*in contractu a minore cum Eccleſia geſto, qui tamen hoc non affirmat ſed dubitat.

24 Lim.4.quando Statutum loquitur in perſonam vt ſi dicat omnes contrahentes teneantur, quo caſu licet det formam actui, non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas Statuentibus non ſubiectas *Brun. in tract.de Stat.excluſ. fæmin. arti.6. princip.num 8.& arti.9. num.9. Surd.conſ.2.num.26.27. 33.42.41.47.& per tot. Hond.conſ.3.num.23.& 29 lib.1. Carol.de Graſ.de effect.Cleric.5.195.cum alijs per Sperel.deciſ.10.num.18.& 19. vbi ampliat* procedere etiam ſi mixtim de forma, & de perſona Statutum diſponeret, cum forma ſit acceſſoria perſonæ, de qua proindè principaliter diſpoſitum cenſetur.

25 Lim.5. Si ſtatutum ſit autorizatiuum, vel arctatiuum, & loquatur per verba præceptiua, & prohibitiua, cum enim in Clericos Statuentes nullam iuriſdictionem habeant non poſſunt contractus cum eis celebratos ſub autorizatiuo Statuto comprehendere, non ſolum ſi ſit Clericis fauorabile, & commodum afferat *Abb.in cap.Eccleſia Sancta Maria num.4.de conſtit.ibique ſclin.num. 95.Dec.num.27.Nauar.conſ.4 num. 5.de conſtit.lib.1.* Verum etiam ſi ſit conditum ad occurrendum fraudibus dicto *cap Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Lap. alleg.101 num.14.& ſeq.Rom. conſ.447. cum alijs per Sperel.deciſ.10.num. 20.& 28.*

26 Lim.6 Si ſtatutum de Clericis, locis pijs, & Eccleſia expreſſam faciat menſionem, quo caſu licet actus ſolemnitatem, & contractus formam reſpiciat, nullatenus tamen Clericos, eorumque contractus comprehendit, cum reddatur nullum ex defectu poteſtatis *Felin.in cap. Eccleſia Sancta Maria num.36. ibiq. Dec. num.49. de conſtit. Surd. conſ.301.num.12.& 13.lib.3.Carpan.ad Stat.Mediolan.in prælud.num.593.copioſe Carol.de Graſſ. de effect,Cleric.2.nu.488.relat. per Sperel.deciſ.10.num. 30.& 31.* vbi ſubdit quod ſiue Statutum faciat expreſſam mentionem, ſiue non, nunquam Clericos comprehendere, & ligare cum vtroque caſu, æqualiter iuriſdictionis defectus conſideretur, & *num.32.& 33.*tradit hac propterea ratione ſingulas leges *Codicis ſub tit. de Sacroſanct. Eccleſ.& Epiſcop. & Cleric.* licet ſint Eccleſiaſticis fauorabiles, eſſe nihilominus ipſo iure nullas ob iuriſdictionis defectum *Gratia.diſcept.164.num.12.idem Sperel. deciſ.12.*

27 Sublim. Si Statutum, ſiue lex faciens de Clericis expreſſam mentionem reſoluatur in vim conſilij, vel priuilegij, vt ſi diſponunt, quod credatur libris rationum Eccleſiæ, quod illius violatores bandiantur, & ſimilia *Surd.conſ.2.num. 19.& 20.& conſ.259.num. 2. Ambroſin.de immunit. Eccleſ.cap.2.num.18. & ſeq.Carol.de Graſ. de effect. Cleric.2. num.52.& 53. Suarez.in defenſ.fidei lib.4. cap.16.num.9.Gratia.diſcept. 164. num. 13. Sperel. deciſ.10.num.34.* vbi reddit rationem, quia Statutum hoc caſu, non dicitur exercere iuriſdictionem, ſed meram liberalitatem in Eccleſiam, & Eccleſiaſticos.

28 Lim.7. Quod Clerici licet non comprehendantur ſub Statuto à Laica poteſtate condito tamen ſi velint. poſſunt illo vti *Surd.conſ.2.num.19. & conſ.259. num.2.Ambroſin.de immunit.Eccleſ.cap. 12.num.18. Carol.de Graſſ.de effect.Cleric. effect.2. num.490.Duard.in Bull.Cenæ lib.2. cap.15.quæſt.17. num.26.cum alijs per Sperell.deciſ.10.num.35.*

29 Clerici igitur gaudent priuilegijs Statutorum prò ſe non contra ſe & ſic actiue, non autem paſſiue *Barr. & Doctor.in l.cunctos populos C.de ſum. trinit.& fid.Cathol. Dian.reſol.moral. part.3. tract.1. de immunit.Eccleſ.reſol.43. ante fin.* eiſque vti poſſunt, ſi velint, non tamen cogi poſſunt contra ſe recipere, ſed ſolum quatenus concernunt eorum fauorem non autem è contra *Abb.in cap.conſtitutus,num.4.de reſt.in integr.per gloſ.in cap.quicumq. in verſ.nouit.de iud. Cranct. conſ.441. num.6. lib.1. Hond.conſ. 20.num.2.lib.1. Molfeſ. in conſued. Neapol.tom.1.part.2.quæſt.7. num.41. & tom.2. conſued. 23.num.7.Vincent.de Franc.deciſ.285.num.5.*

30 Statutorum autem Laicorum beneficium non denegatur Clericis, vtpoté quia Laici poſſunt Clericis beneficia concedere, & fauoribus proſequi iuxta *text.in cap.nouit.de iudic. latiſſime Marſil. ſing.453.Lap.alleg.101.Afflict.de iur.protho.§.vltim. num.17. Ambroſin.qui alios allegat. de imunit.Eccleſ. cap.21.num. 20.*

31 Lim.8. Si ſtatutum faciens expreſſam mentionem de Clericis eſſet in forma ſpecifica à Summo Pontifice confirmatum, & approbatum, nam tunc etiam à Clericis eſſet ſeruandum, *Surd.conſil.2.num.15.& conſ.301.num.14.& 15,vol.3.Mart. de iuriſdict.par.4.caſ.52. Duard.in Bull.Cœnæ lib.2. cap.17.quæſt.17.num.25.Sperell.deciſ.10. numer.35. verſ.modo aptum.*

32 Nec

32 Nec ad hunc effectum conniuentia, & approbatio Epiſcopi ſuffragatur, ſed requiritur ſpecifica approbatio Summi Pontificis, *Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ in prima lectura numer. 3. vbi Felin. num. 3. Martha de iuriſdict. par. 4. cap. 1. num. 43. Afflict. de iur. Prothomis in princip. numer. 8. Surd. conſ. 301. num. 61. volum. 3. relat. per Sperel. deciſ. 10. num. 39.*

33 Sicut autem Clericus, nec de licentia Epiſcopi conſentire poteſt in Iudicem Laicum, *Hoſtien. in ſumm. in tit. de iudic. §. quæ ſunt neceſſaria gloſſ. in cap. ſignificaſti de for. compet. Surd. conſ. 301. num. 61. plenè Gram. deciſ. 61. num. 8. 9. & per tot.* ita nec de licentia Ordinarij poteſt ſe ſupponere laicorum ſtatutis, & municipalibus conſtitutionibus, *Sperell. deciſ. 10. num. 40. et 41. Rota in Rauennaten. Emphyteuſis 28. Maij 1631. coram Merlino inter eius impreſſ. deciſ.*

34 Statuta quidem Vrbis in tantum ligant Clericos, in ea parte, qua de eiſdem expreſſam faciunt mentionem, in quantum fuerunt de Papæ mandato condita, immò omnia ordinata à deputatis ab eodem Papa; non tàm primi quatuor libri, quàm nouæ reformationes, & licet interuenerint etiam deputati à Populo, & ſimpliciter confirmatæ à Leone X. nihilominus, concurrenti antecedenti Papæ mandato, & ordinatione, & ſubſequenti confirmatione dicuntur Papalia, quia Leo ante confirmationem deputauit duos Cardinales, ad effectum videndi, & examinandi præfatas conſtitutiones, & ſic adfuerunt etiam deputati à Papa, ita vt abſolutè laicales tantum dici nequeant, vt animaduertit *Rota deciſ. 452. num. 1. par. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 1170. num. 3. & deciſ. 794. num. 26.*

35 Quinimmò ſtatuta Vrbis fuerunt auctoritate Apoſtolica in ijs etiam caſibus, in quibus iuramenti validitatem reſtringunt ſpecialiter confirmata, vt patet ex literis *Greg. XIII. Datum Kalend. Iunij 1588. impreſſ. apud Garganett. in princip. eiuſdem ſtatuti, & notat per eumdem ad idem ſtatut. gloſſ. 135 verſ. nam & ſi ſtatuta Pariſ. conſ. 86. ſub num. 53. verſ. & eo magis lib. 3. Gabr. conſil. 142. ſub num. 19. verſ. verum ſtatutum, Rota in Romana Dotis 21. Februarij 1650. § neque potuit in fin. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.*

36 Statutum igitur faciens expreſſam mentionem Clericorum, non concurrente S. Pontificis auctoritate, cum ſapiat quid iuriſdictionale remanet nullum, vti à poteſtate ſæculari nullam prorſus habente iuriſdictionem in Clericos conditum & tamquam immunitati Eccleſiæ contrarium nō eſt habendum in aliqua conſideratione *iuxt. text. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cap. fin. de immunit. Eccleſ. Abb. conſ. 8. num. 3. Neuiz. conſ. 39. n. 9. Surd. conſ. 2. conſ. 301. num. 13. & 14. & conſil. 391. nu. 13. Sanchez in præcep. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 9. num. 4. & ſeq. Suarez de leg. 3. cap. 34. num. 1. 3. & 4. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 43. & 44. & 488. Rot. deciſ. 180 num. 20. poſt Zacch. de oblig. Cameral. ſecundum nouam impreſſionem; & in Romana ſeu Iannuen. Locorum Montium 16. Maij 1650. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono inter eius impreſſ. deciſ. & in eadem 10. Ianuarij 1651. §. fin. coram Pentinger & in Eugubina Hæreditatis 2. Iunij 1651. §. contraria nihilominus coram Bichio.*

37 Generaliter enim Statuta Laicorum, & leges Principum Sæcularium, etiam licita, & honeſta, & propter commune bonum facta, quamuis non læderent priuilegia Eccleſiæ, adhuc non ligant Clericos, quia in ſtatuente non ſufficit iuſta cauſa, ſed requiritur poteſtas, & iuriſdictio, quæ non tribuitur Laicis reſpectu cauſæ communis boni, honeſtatis. & ſimilium *Menoch. conſil. 291. num. 25. vol. 3. Surd. conſ. 2. nu. 33. & conſil. 301. n. 11. & 28. per text. in cap. Eccleſia Sancta Maria, vbi notant omnes de conſtit. cap. fin. de immunit. Eccl. in 6. Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 1. de immunit. reſol. 13. verſ. notandum eſt etiam, & par. 4. tract. 1. reſolut. 14. §. ſed hæc opinio, Rota in Eugubina Hæreditatis 2. Iunij 1651. §. contraria nihilominus coram Bichio*, quæ opinio eſt ſequenda, & contraria reijcienda, quam tenent Doctores relati per *Ambroſin. de immunit. & libert. Eccl. cap. 21. à num. 1. & ſeqq.*

38 Quæ ſibi locum vindicant non attento an ſtatutum loquatur in rem, vel in perſonam, vel an ſimpliciter prohibeat, an cum certa ſolemnitate, cum vtroque caſu reſultet præiudicium diminutionis libertatis, & immunitatis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum, quæ non dum comprehendit perſonas, ſed etiam bona, aut actu acquiſita, aut ſpe, & potentia acquirenda, Clericis autem neque directè, neque indirectè laici præiudicare valent iuxta determinationem captam per Sacrã Congreg. Immunit. vt refert *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 8. dubit. 11. num. 19. fol. 336.* ſemperque ad effectum ne ſtatutum comprehendat perſonas ſtatuentibus non ſubditas diſtinctionem locutionis in rem; vel in perſonam reiecit, *Rota ex allegatis in deciſ. 177. num. 13. & ſeqq. par. 5. rec. & in Eugubina Hæreditatis 2. Iunij 1651. ſub §. contraria nihilominus coram Bichio.*

39 Vndè ſtatutum prohibens alienationem ſtabilium in forenſes quocumque titulo inter viuos, vel in vltima voluntate tamquam conceptum in rem afficere forenſes, etiamſi Clerici ſint, tradit *Bald. conſ. 174. lib. 5. Cephal. conſ. 53. num. 39. & 42. & conſ. 54. num. 9. & ſeq. Surd. conſ. 521. num. 2. ad fin. & ſeq. Ciriac. controu. 530. num. 64. & 65. Gabr. conſ. 169. num. 57. Vulpell. de libert Eccleſ. par. 2. n. 8. & 14. Carol de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. numer. 245. & ſeq.*

40 Contraria tamen opinio vti verior ſequenda, & tenēda, quia ex defectu poteſtatis ſtatuta laicorum Clericos non afficiunt, *cap. Eccleſiæ S. Mariæ vbi notant omnes de conſtit. cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* ſtatuentes autem generaliter diſponendo de forenſibus non cenſetur comprehendere voluiſſe Clericos, quos etiam ſi voluiſſent, non potuiſſent nominatim excludere, læderetur enim Eccleſiaſtica libertas, ſi vnicuique licitũm non eſſet in Eccleſiaſticas perſonas, licet forenſes alienarẽ, ſiue per contractum, ſiue per actum vltimæ voluntatis, tàm inter viuos, quam cauſa mortis, vt de magis communi opinione teſtatur, *Surdus conſ. 2. num. 34. Honded. conſ. 3. num. 22. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 877. num. 10. & conſ. 1129. num. 1. Abb. conſ. 8. num. 7. in fin. & ſeqq. Neguſan. quæſt. 278. n. 5. Clar. in prax. § fin. quæſt. 8. ſtatut. 5. num. 2. Ciriacus controu. 205. num. 156. & ſeqq. Ciarlin. controu. forenſ. cap. 23. num. 39. & 40 Dian. reſol. moral. par. 6. tract. 3. reſolut. 3. Thomas del Bene de immunit. & iuriſdict.*

Eccle-

Eccleſiaſt.tom.1.cap.8.dub.11.ſect.1. num.10. & ſeq: vbi num.15. refert pro hac opinione quinquaginta ferè Doctores *fol.335.& ſect.6.per tot. fol.338.* & reſpondet omnibus contrarijs non attento an
41 ſtatutum loquatur in perſonam, vel in rem, vel an ſimpliciter prohibeat, an cum certa ſolemnitate, cum ſemper minuatur Eccleſiæ libertas, & immunitas Clericis conceſſa tàm quoad perſonas, quàm quoad bona acquiſita, & acquirenda, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis, aut ex contractu, aut ex Teſtamento, vt magiſtraliter firmauit *Rota in Engubina Hæreditatis 2. Iunij 1651. §.contraria nihilominus coram Bichio*, vbi ita cenſuiſſe Sac.Congreg.Immunitatis.

42 Aduertendum tamen eſt in hac Eccleſiaſticorum Immunitatis materia, quod Clerici, neque iure humano, neque diuino ſunt exempti ab illis legibus ciuilibus, quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, vnde non licet Clericis ſine incurſu peccati mortalis vendere frumentum, vinum, oleum, blanda, & ſimilia, carius, & vltrà pretium à Republica ſtatutum, immò teneatur ad reſtitutionem pro exceſſu iuſti pretij. Clerici autem quamuis non teneantur directè legibus ſæcularibus parere, obſeruare tamen debent, ratione naturali dictante propter conformitatem cum perſonis ſæcularibus eiuſdem Reipublicæ, non coarctiua, ſed vi directiua, & non vi legis, ſed rationis, *Eminentiſs.Card. Bellarmin. in reſponſion.ad epiſtolam incerti auctoris pro defenſione Venetorum contra cenſur. Pauli V. fol. 6. Filliuc. tom.2.tract.35.cap.4.num.94.Fauſt.in ſpecul.Confeſſ. diſp.6.quæſt.44.nu.3.Vigian.de immunit.Eccleſ.diſ.2. concl.5.latè Dian.reſol.moral.par.4 tract.1.reſol.52. & par.5.tract.1.reſol.6. Surd.conſ.301.nu.30.& 31. lib.3.Afflict.in prælud. conſtit. Regni quæſt.7. num.2. Ambroſin.de immunit.Eccl. cap.21.nu.27.*

43 Quinimmò contrauenientibus Clericis legibus propter commune bonum promulgatis, ad quorum obſeruantiam tenentur etiam ſi promulgatæ non eſſent, dictante ratione naturali, æquitate canonica, ac morali, qua omnes inducimur ad faciendum ea, prout publica omnium hominum vtilitas exigit, & intereſt Reipublicæ, quæ non minùs ex Laicis, ſæcularibuſque, quàm ex Clericis, ac Eccleſiaſticis conſtituitur, non à Laicis miniſtris, ſed per ſuos Iudices Eccleſiaſticos competentes veniunt puniendi pro modo culpæ, *Lap.in cap.per veſtras in 2.not. 5.ſed eſt pulchra num.13.de donat.inter vir. & vxor. Surd. conſil.301.num.34.lib.3.Dian.reſol.moral.par.5 tract.1. reſol.6.Ambroſin.de immunit.Eccl.cap.21.num.28.*

44 Verùm quia ſtatutum, & Laicorum conſtitutiones non ſunt attendendæ in foro Epiſcopali, *Seraph. deciſ.1493. num.3.* Hinc eſt, quod Iudex Eccleſiaſticus non tenetur, nec debet Clericos hoc caſu mulctare eadem pœna ab eiſdem Laicalibus ſanctionibus inflicta, ſed arbitraria pœna, pro modo culpæ, & prout Clerici tranſgreſſores ſtatutorum Laicalium pro communi, & publico bono emanatorum contrauenerint iuxta notata per *Lopez ad Diaz in pract.crim.canon. c.56. verſ.tertio minim Surd.conſ.301.num.39.lib.3.* cum alijs per *Ambroſin.de immunit. Eccl.cap.21.num.29.*

45 Animaduertere igitur debent Epiſcopi, eiuſque Vicarij Generales ad ſe conformandum cum Laicorum edictis, & vt Clerici in ijs, quæ concernunt commune bonum, & reſpiciunt rectum vniuerſalis Reipublicæ regimen pari paſſu cum Laicis ambulent, at vt ſeruetur æqualitas, quod ſeparatim conſimile edictum pro eorum ſubditis publicent, cum non teneatur, nec liceat approbare, vel confirmare ſtatutum, aut Principis bandimentum, *Spereli.deciſ.10.num.42.*

46 Obſerua 1. Vt ſtatutum de inſinuandis Teſtamentis non comprehendat Teſtamentum Laici, in quo Clericus fuit hæres inſtitutus, prout dicitur etiam de Teſtamentis forenſium in loco talis ſtatuti teſtantium, vt de communi *Alciat. in l.1.num.24.C.de ſumm.Trinit.& fid.Cathol. Gabr.in tit.de teſtam.concl.4.num. .Mantica de coniect.vlt. volunt.lib.6.tit.8. num.14. Spereli.deciſ.10.num.7.8. & 9.* vbi reddit rationem, quia inſinuatio reſpicit perſonam hæredis, à quo illa facienda eſt, vndè ſi non eſt ſubditus, nō poteſt à ſtatuto ligari *Mart.de iuriſdict.par.4. caſ 28. num. 11. & caſ.26. num. 8.& ſeq.*

47 Teſtamentum verò Clerici, in quo Laicus inſtitutus eſt, quod non ſubiaceat iuriſdictioni ſtatuentium, ac proinde ſtatuto non obſtante non eſſe inſinuandum tradit *Gabr. de donat.concluſ.1.num.29.Duard.in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 15. quæſt.19.ex Butr.* quem allegat *in cap.Eccleſia Sancta Maria de conſtit.* à qua opinione non eſt recedendum, quia aliàs ob inſinuationis defectum hæreditate hæres priuaretur, contra voluntatem defuncti, & ſic in effectu Teſtamentum Clerici ſubijceretur iuriſdictioni ſtatuentium, quidquid ſenſerint alij ea mori ratione, quia inſinuatio tamquam quid ſeparatum à Teſtamento percutiat hæredem, & non Teſtatorem.

48 Teſtamentum verò Clerici, in quo alter Clericus fuit inſtitutus nullo pacto ſubiacet iuriſdictioni ſtatuentium, *Sperell.deciſ.10.n.10. verſ.quod à fortiori.*

49 Obſerua 2. Quod ſtatutum Laicale, quo ad ordinatoria Iudicij ligat etiam Clericos cum Laicis in foro ſæculari litigantes, *cap. quod Clericos de for competen. Feliu. in cap. Eccleſia Sancta Maria num.81.de conſtit.& ibi Dec. num.9. Anchar.in cap. ea qua num.269.de reg. iur.in 6. Seraph.de priuil.iuram.77. num.26. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 2. num. 132. & ſeq.* cum alijs per *Sperell. deciſ. 10. num.22. & 24.* & ratio eſt, quia huiuſmodi ſtatutum procedendi modum concernens perſonas litigantes non tangit, ſed reſpicit cauſam, quæ illi foro ſubijcitur, quæ propterea regulanda, & dirigenda venit iuxta ſtylum Tribunalis, & ordinatoria ſtatuti.

50 Lim. Si ſtatutum eſſet coarctatiuum nam tunc nec quo ad ordinatoria contra Clericos ſeruari deberet, *Sperell.deciſ.10. num.26.* Et ſic ſtatutum coarctans Conſanguineos ad compromittendum
51 licet ſit ordinatorium tamen tamquam arctatiuum non comprehendit Clericos coram Iudice Laico contra Conſanguineum litigantem, *Mart. de iuriſdict.par.4. caſ.40. num.22. & ſeqq. Duard.ad Bullam Cœnæ lib.2.cap.15.quæſt.19.num.43.* cum alijs *per Sperell. deciſ. 10. num. 26. & 28.* vbi reprobat *Bellet.diſquiſit.Clerical.tit.de exemption.Cleric.à ſtat. Laical.§.3.num.10.* contrarium tenentem, & in practicaſſe teſtatur.

52 Obſerua 3. Quod emptio facta ad fauorem Eccleſiæ, & abſque ſolemnitatibus celebrata ſubſiſtit, nec cadit ſub prohibitione, *cap.nulli de reb.Eccleſ.alien.vel non.& extrauag.ambitioſæ tit.eod. Rot.in Neapolitana Pecuniaria 19.Iunij 1656. §. De iniuſtitia verò coram Zarate.*

53 Verùm ſi emptio ſit damnoſa, & præiudicialis Eccleſiæ, nullatenus ſubſtineri debet tàm inſpecto iure ciuili, *vt in Auth.C.de ſacroſanct.Eccleſ.§.Eccleſia*, & latiùs in corpore vndè ſumitur *§.ſunt damnoſos auth.de non.alien.* Quam inſpecto iure canonico *cap.2.verſ.ſicut autem 10. quæſt.2. vbi Turrecremat.num.5.verſ.ſicut autem Tiraquell. de priuil. piæ cauſ.priu.88.verſ.4.maximè relati in dicta Neapolitana Pecuniaria 19.Iunij 1656.§.de iniuſtitia verò, verſ.tamen cum coram Zarate.*

SVMMARIVM.

1 Solemnitates ſtatuti requiruntur in contractu celebrato ab ingreſſuro Religionem alias eſt nullus, & 2.
3 Lim. Procedere ſi agatur ad fauorem ſæcularium, ſecus fauore Religionis.
4 Solemnitates ſtatuti Laici non ſunt adhibendæ in renunciatione Nouitij poſt ingreſſum Religionis, ſed Concil.Trid.
Intel. Vt debeat conſtare de ſuſceptione habitus, aliàs præſumitur permanentia in ſæculo. 5.
6 Renunciatio Nouitij iuxta Concil.Trid. eſt facienda cum licentia Epiſcopi, & per duos menſes proximos ante profeſſionem.
Renunciatio Nouitij facta cum ſolemnitatibus Concilij non ſortitur effectum, niſi profeſſione ſecuta, ibid.
7 Renunciatio Nouitij facta poſt decimum menſem Nouitiatus eſt valida, licet prorogetur profeſſio.
9 Renunciatio facta cum requiſitis ſtatuti Vrbis eſt valida.
10 Conſanguinei pro forma adhibendi in renunciatione filiæ, vel ſororis debent eſſe ex latere matris.
11 Inſinuatio requiſita à ſtatuto Vrbis ſatis eſt, vt interueniat intra ſex menſes à die renunciationis.
12 Inſinuationis defectus ſuppletur per iuramentum. Lim.ex conſtitutione Marchiæ. 13.
14 Inſinuatio non requiritur in renunciatione facta ob cauſam, vt in augmentum decoris familiæ.
15 Inſinuatio non requiritur in donatione facta Eccleſiæ.
16 Donatio Clerici facta à Clerico non comprehenditur ſub diſpoſitione ſtatuti.
17 Renunciatio facta à muliere ante ingreſſum, ſed intuitu ingreſſus Religionis, eſt valida, etiam non ſeruata forma Conc.Trid. Contrar. nu.18.
19 Renunciatio Nouitiæ ad formam Concilij ſatis eſt, vt fiat intra curſum duorum menſium ante profeſſionem.
20 Forma Sac.Concil. requiſita in renunciationibus Nouitiæ, non procedit in vltimis voluntatibus. Contrarium nu 21.
Nouitius, ſed Religioſus poſt emiſſam profeſſionem non poteſt Teſtamentum reuocare, ſed declarare. Ibid.in fine.
22 Forma Concil. ſeruanda in renunciat. Nouitij non habet locum in nouitio Societatis Ieſu.
23 Nec habet locum in renunciatione beneficij. Contrar.n.24. Diſting.vt nu.25.
26 Reſignari non poteſt beneficium ad cuius titulum, quis promotus fuit, niſi aliunde viuere poſſit.
27 Beneficium Eccleſiaſticum intra annum probationis non vacat, ſecus poſt emiſſam profeſſionem, & Nouitius facit fructus ſuos.
28 Regularis obtenta à Pontifice exeundi Clauſtra non poteſt redire ad beneficium, quod ante profeſſionem poſſidebat.
29 Religioſi Societatis Ieſu poſſunt retinere beneficia Penſionet, & dominium bonorum temporalium poſt emiſſa tria vota ſimplicia.
30 Solemnitates Concil. in renunciat. Nouitij adhibenda procedunt in Nouitio minore 16.annorum ſecus in maiori. Contrar.nu.31.
32 Nouitio ſi à Religione exeat, ſunt reſtituenda bona, ibidem delata ſecus eleemoſynæ. 37.
33 Per Nouitij diſceſſum à Religione renunciatio, & quilibet alter contractus eius intuitu factus reſoluitur.
Amp. Licet bona eſſent donata inter viuos. 34.
Et licet exeat à Religione ob nullitatem profeſſionis. 35.
Per ratificationem verò profeſſionis nullæ cenſentur ratificati alij contractus eius occaſione facti. 36.
38 Nouitius ſi intra annum pubertatis moriatur eius bona acquiruntur Monaſterio.
39 Renuncians ad fauorem Patris, vel Fratris deficientibus deſcendentibus, vel eiſdem de bonis non diſponentibus habet regreſſum ad bona renunciata.
40 Amp. Procedere ſiue renunciauerit cauſa receptæ dotis, ſiue cauſa ingreſſus Religionis. 41.
42 Renunciatio facta fauore certarum perſonarum ipſis deficientibus reſoluitur.
Renuncians deficientibus maſculis contemplatis in renunciatione ab extraneis non excluditur. ibid.
43 Renunciatio facta à filia fauore agnationis, ea deficiente non nocet.
44 Amp. Etiam ſi renunciatio facta fuerit, vt liberiùs Deo inſeruire valeat. Amp. vt nu.45.& 46.
47 Amp. Etiamſi renunciatio ſtipulata fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus, cum intelligatur de ſucceſſoribus ſanguinis, & non de extraneis.
4[illegible] Renunciatio facta Patri, & Conſanguineis præſumitur facta ad fauorem familiæ.
49 Renunciatio ſtipulata pro fratribus, & hæredibus, mortuis fratribus durat in hæredibus.
50 Lim. Procedere ſi renunciatarius decedat teſtatus.
51 Lim. Vt procedat etiam ſi deceſſerit inteſtatus, ſuperueniente tamen perſona expreſsè, vel tacitè contemplata.
52 Renunciatio dicitur realis ob prægnantiam verborum dictantibus perſonis expreſſis, & contemplatis ſiue tacitè, ſiue expreſsè, quibus deficientibus redit ad perſonalitatem.
53 Soror, quæ ad fauorem fratris renunciauit, non excluditur ab aliis ſororibus, quæ non renunciauerunt.

ADNOTATIO IV.

Solemnitates Statuti an ſint adhibendæ in donatione, & renunciatione facta & ſimilibus ab ingreſſuro Religionem, vel à Nouitio ingreſſo.

1 IN donatione, renunciatione, & alijs ſimilibus contractibus faciendis ab eo, qui adhuc non eſt ingreſſus Religionem, ſed cogitat de ingreſſu eſt adhibenda ſolemnitas requiſita à legibus, ſeù municipalibus Laicorum ſanctionibus quia donans, & aliter contrahens tempore donationis, renunciationis, & alterius contractus eſt ſæcularis ſubiectus ſæcularibus legibus, & licet adijciatur aſſertio, quod deueniatur ad huiuſmodi actum cauſa ingreſſus Religionis, non tamen per hoc mutauit ſtatum, ſi actualiter non ingrediatur, ac proinde ſi contractus celebratus fuerit abſque ſolemnitatibus à iure, vel ſtatuto requiſitis, remanet nullus, nec per ingreſſum Religionis deinde ſubſecutum conualidatur, *Rota decis.125.num.51.et 52.par.4. tom.1.recent.* & ideò
2 donationem factam per filium Patri per dies paucos ante Religionis ingreſſum, & habitus ſuſceptionem, intuitu, & contemplatione eiuſdem Religionis adhibitis ſolemnitatibus ſtatuti Sæcularis eſſe validam comprobat *Tamburin.de iure Abbat.disp.4. quæſt.11.in princ. vbi ita firmaſſe Rot. in vna Parmen. Translationis 20. Decembris 1627.*

co-

coram Durano, et ita fuiſſe deciſum à S. Congregatione Cardinalium refert Aldan. in compend. Canon. reſol. lib. 2. tit. 8. num. 15.

3 Lim. Procedere in donatione renunciatione, & ſimilibus contractibus ad fauorem alterius Conſanguinei, & aliarum Sæcularium perſonarum, ſecus autem ad fauorem Religionis, & Eccleſiæ, nam tunc non requiruntur ſolemnitates à Laicorum ſtatutis, & municipalibus ſanctionibus requiſitis, vt plenè firmauit *Rota in Tuſculana Donationis 19. Ianuarij 1633. coram Motmanno poſt Tamburin. de iure Abbatiſs. per tot.* & latiùs diximus in præcedenti Adnotatione in Limit.

4 Si verò donatio, vel renunciatio fiat à Nouitio, vel Nouitia poſt ingreſſum Religionis, ante emiſſam profeſſionem, nullæ ſunt adhibendæ ſolemnitates ſtatuti Sæcularis, ſed ſolum Concilij Tridentini, & ratio eſt. quia Nouitius ſecundum communem, & approbatam opinionem, & ſententiam reputatur perſona Eccleſiaſtica ratione ſtatus, in quo reperitur tempore contractus, licet ſit in eius libertate, & facultate è Religione exeundi, vt expreſsè declarauit *Sac. Cong. Concil. Trid. inſtante coram S.D.N. Ciuitate Ferrarienſi contra Epiſcopi Edictum*, vt refert *Diana poſt 5. part. reſol. moral. tit. declarat. Sac. Congreg. num. 55. fol. 5.* cuius tenor talis eſt. Hoc ſupplici Libello à *SS. D.N. ad Congregationem Concilij remiſſo Congregatio cenſuit in huiuſmodi renunciationibus, quæ à mulieribus profeſſionem emiſſuris habito regulari ſuſcepto, intra probationis annum facta fuerint nequaquam oportere ſeruari formam Laicorum ſtatuto præſcriptam, nec eius omiſſionem tales renunciationes inualidare, aut nullas, & irritas reddere, vtpotè ab ijs perſonis ſcilicet Nouitijs factas, quæ ſecundum præſentem ſtatum tanquam Eccleſiaſticæ cenſentur, cui proinde legibus Laicalibus ſolemnitatem inducentibus ſubijcere non debent*, & tradit *Abbas, & Io. Andr. in Eccleſia Sancta Maria de conſtit. Anchar. conſil. 55. num. 6. Rota deciſ. 125. num. 48. & ſeq. par. 4. tom. 1. recent. Sperel. deciſ. 16. num. 47. et plenè Aldan. in Compend. Canon. reſol. lib. 4 tit. 9. q. 11. Tamburin. de iur. Abbat. diſp. 4. quæſt. 10. num. 7.*

5 Intellige procedere quando conſtat renunciantem tempore renunciationis eſſe Nouitium, ſeu Nouitiam. Secus autem ſi non conſtat, cum aliàs præſumendum ſit adhuc permanere in ſæculo, præcipuè ſi renunciatio ſit facta cum nomine proprio Sæculari, & non cum nomine Religionis *Bero. conſ. 64. num 28. lib. 2.* & dixit *Rota in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. coram Dunozett. poſt Michalor. de fratribus deciſ. 39. num. 37.*

6 Solemnitas verò *à Sac. Concil. Trid. in cap. 16. ſeſſ. 25. de Regular.* requiſita in huiuſmodi renunciationibus eſt, vt fiant cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij Generalis, & per duos menſes proximos, ante profeſſionem, ac non alias intelligantur effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, adeout ſi fiant ante dictos duos menſes reddantur nullæ, & inualidæ, etiamſi iuramento firmatæ exiſtant, vtpotè quia Sac. Concil. exigit, vt Nouitia per tempus conſiderabile ante renunciationem debitum, ac ſufficiens experimentum fecerit de Religionis diſciplina, & aſperitate, ſi autem prius deueniatur ad actum renunciationis veretur Concilium ne ipſa ſit in plena libertate in emiſſione profeſſionis propter ipſam renunciationem præambulam intempeſtiuè emiſſam; vndè renunciationem factam à Moniali per diem ante dictos duos menſes non valere declaraſſe, *Sac. Congreg. ait Aldan. in Compend. Canon. reſol. lib. 4. tit. 3. num. 8. relat. per Tamburin. de iur. Abbat. diſp. 4. quæſt. 10. num. 5. bene Menoch. conſ. 388. num. 7. Sanchez ſuper Decalog. lib. 7. cap. 5. quæſt. 3. nu. 49. et 56. verſ. ſed hanc limitationem, et eod. cap. 5. quæſt. vltim. num. 80. et 81.* & dixit *Rota in Maceraten. Pecuniaria 14. Iunij 1641. §. inualida quia coram Merlino inter eius impreſſ. deciſ.* . cum alijs per *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 99. num 1.*

7 Valida tamen reputatur, & ſubſtinetur, ſi fiat inter duos menſes anni Nouitiatus præfixi ad emittendam profeſſionem, licet poſtea profeſſio dilata fuerit, cum ſatis ſit fieri renunciationem poſt decem menſes ab ingreſſu cum tale tempus ſufficiens a Sac. Concilio reputetur ad experiendum ſtatum, & diſciplinam Religionis, ita conſuluit *Nauar. et ſæpiùs cenſuit Sac. Congregatio DD. Cardinalium Sac. Concil. vt teſtatur Leoin Theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 2. cap. 1. num. 39. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 15. num. 336. verſ. circa intellectum, Tamburin. de iur. Abbat. diſp. 4. quæſt. 10. num. 6. Sanchez ſuper Decalog. lib. 7. cap. 5. num. 82. cum alijs in dicta Maceraten. Pecuniaria coram Merlino, §. Et quamuis renunciatio*, & ita fuiſſe deciſum *in vna Nucerina 21. Auguſti 1627. refert Aldan. in compen. Canon. reſol. lib. 4. tit. 3. num. 12.*

8 In alijs, vero renunciationibus, & obligationibus, & contractibus faciendis à minore, muliere, vel filia ante ingreſſum Religionis, ſunt ſeruandæ ſolemnitates requiſitæ à Statutis municipalibus loci contractus, & in Vrbe, vt diſponitur ab eius Statuto *in cap. 113. & 151. lib. 1.* quibus deficientibus renunciatio, ſeu contractus non ſubſiſtit, & redditur nullus *Gabr. conſ. 6. num. 2. lib. 1. Paris conſ. 98. num. 77. & conſ. 99. num. 25. vol. 1. Rot. deciſ. 410. num. 1. coram Burat. deciſ. 678. num. 1. part. 7. deciſ. 98. num. 4. deciſ. 190. num. 3. part. 6. recen. & apud Pic. ad ſtat. deciſ. 59. num. 19. & in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642 coram Dunozet. poſt Michalor. de fratrib. deciſ. 39. num. 35.*

9 Prò vt mulier renuncians cum requiſitis Statuti Vrbis *in dicto cap. 151.* dicitur valide renunciare, ſcilicet ſi in contractu renunciationis interuenerint, & conſenſerint proximiores, vel ob eorum defectum fuerit deputatus ad illum actum Curator, & Iudex interpoſuerit ſuum decretum, ac inſtrumentum renunciationis fuerit inſinuatū, quibus concurrentibus dubitari non poteſt de viribus renunciationis, ſecus autem illis deficientibus *Baldaſſar. Thorin. ad dictum Statutum inſpect. 1. part. 2. deciſ. 24. num. 7. & 8. impreſ. in aduot. Fenſon. ad ſtat. Vrbis fol. 391. Eminentiſs. Card. Othobon. deciſ. 182. num. 1. 2. & 3. Rot. deciſ. 619. per tot. par. 2. deciſ. 378. num. 1. part. 4. tom. 2. recen.* & quod renunciatio facta à filia ad fauorem Patris exigat inſinuationem *Gregor. XV. deciſ. 334. num. 5.* alias redditur nulla *ex Conſtit. Marchia lib. 1. cap. 25.*

10 Vlterius conſanguinei prò forma adhibendi in renunciatione filiæ, vel ſororis debent eſſe

proximiores coniuncti ex latere Matris, ſi habeat de tempore celebrati contractus ex diſpoſitione eiuſdem Statuti Vrbis *cap.151. lib.1.* qua forma non ſeruata contractus remanet nullus *Pic. ad ſtat. Vrbis dicto cap.151. lib.1. gloſ.17. num.1. Fenſon. ſuper eod. ſtat. num.13. Veral. deciſ.205. in prin. part.3. Rot. deciſ.39. num.38. poſt Michalor. de fratib. ſecundum nouam impreſſionem.*

11 Obſerua.1. Quod inſinuatio requiſita in contractu Mulieris, ſatis eſt vt interueniat intra ſex menſes à die factæ renunciationis iuxtà *Statutum Vrbis in cap.150. lib.1. Gratia diſcept.784. num.33. & ſeq. Eminentiſs. Card. Ottbobon. deciſ.182. num.18.*

12 Quinimò inſinuationis defectus ſuppletur per iuramentum *Dec. conſ.432. num.12. Corn. conſ.221. num.2. vol.1. Ruin. conſ.107. num.2. Gabr. de donat. conſ.1. num.72. Rot. deciſ.472. num.14. deciſ.1227. num.3. coram Seraph. deciſ.36. num.1. poſt 3. tom. Galerat. de renunciat.*

13 Lim. Vt hoc non procedat vigore *Conſtitutionis Marchiæ lib.5. cap.25.* quæ vltra iuramentum requirit etiam inſinuationem *Rot. dicta deciſ.36. num.3. poſt 3. tom. Galerat. de renunciat.*

14 Sublim. vt non requiratur inſinuatio in renunciatione facta ex cauſa, vt in augumentum decoris familiæ, & agnationis, & pró conſeruatione bonorum in ea *Molin. de primogen. hiſpan. lib.2. cap.2. num.16. 17. & ſeq. Cardinal. Othobon. deciſ. 182. num.17.*

15 Sublim. In donatione facta Eccleſiæ, vel Clerico intuitu Eccleſiæ, quæ non indiget inſinuatione à lege, vel Statuto requiſita, cum ea, quæ ſunt ad euitandas fraudes introducta ceſſant, quando agitur cum Eccleſia, à qua recedit omnis doli, & fraudis ſuſpicio, tum etiam quia ſi comprehenderentur huiuſmodi donationes ſub Statuti diſpoſitione, eſſet contra, libertatem Eccleſiaſticam, quæ nec directé, nec indirectè ſubijcitur laicorum Statutis, municipalibuſque ſanctionibus, vt animaduertit *Sperel deciſ.10. n.15. & 16. ex Felin. in cap. Eccleſia Sancta Maria num.28. de conſtit. latè Gabr. in tit. de donat. concluſ.1. num.28. Clar. in §. donatio quæſt.17. num.1. Canar. in tract. de inſinuat. quæſt.8. num.9. Carpan. ad ſtat. Mediolanen. cap.324. num.76. Theſaur. quæſt forenſ.8. num.9. lib.2. Bellet. diſquiſit. Clerical tit. de exempt. Cleric. à Stat. ſæcular. §.1. num.9.*

16 Et quod donatio Clerici facta à Clerico non comprehendatur ſub diſpoſitione Statuti loci contractus tradit *Maran. diſput.8. num.51. Scaccia de commerc. in tract. de iudic. part.1. cap.11. num.28. & 30. Farinac. quæſt.8. num.21. Afflict. deciſ.2. nu.25. Vrſi. deciſ.49. num.3. Sperel. deciſ.10. num.10.*

17 Obſerua.2. Vt renunciatio facta ante ingreſſum Religionis, intuitu tamen habitu regulare induendi, & Religionem ingrediendi ſit valida, licet non fuerit ſeruata forma tradita per *S. Concil. Trid. ſeſſ.25. de Regular. cap.16.* quia Concilium loquitur de Nouitijs, qui poſt ingreſſum Religionis in eadem permanſerint per decem menſes, ac proindè non eſt extendenda ſolemnitas antedicta ad illas renunciationes, & contractus, qui celebrari contingunt antè Religionis ingreſſum, licet fiant intuitu, & occaſione proximi ingreſſus, etenim ratione Status tempore contractus renuncians vti perſona mere laica non ſubicitur Concilij, conſtitutionibus, ſed legibus, ſtatutiſque ſæcularibus. *Quarant. in Summa Bullar. verb. Monaſteria, & Conuentus verſ. dubium illum fol. mihi 330. Fraciſ. Molin. de ritu nuptiar. lib.3. quæſt.99. num.30. Caſtil. controuerſ. lib.1. de vſufructu cap.65. num.7. Garz. de beneſ. part.11. cap.9. num.15. Gallet. in Margarita Caſuum Conſcientiæ verb. Nouitius 1. Sanchez. in præcepta decalog. tom.2. lib.7. cap.5. nu.4. cum ſequent. Alayz. Rit. deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.295. ad finem par. & deciſum fuiſſe teſtatur Paſſarel. in tract. priuileg. in priuileg. minorum fol.200. num.37. Gratia deciſ. Marithia 37. par.1. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap.20. §.7. num.1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.99. num.17. part.3. Tamburin. de iure Abbatiſſar. diſt.4. quæſt.11. num.1.* vbi ita tenuiſſe *Rot. in Parmen. tranſlationis 20. Decemb.1627. coram Durano.*

18 Contrariam opinionem, quod immó etiam ante ingreſſum ſit ſeruanda forma Concilij in huiuſmodi renunciationibus, quia ingreſſus, & voluntas ingrediendi æquiparantur, & né diſpoſitio Concilij reddatur eluſoria, eo quod, curarent Parentes, & Conſanguinei à filijs extorquere huiuſmodi renunciationes, ne deindè poſt ingreſſum remaneat pœnitentiæ locus, & conſequenter coarctetur, & reſtringatur libertas liberè emittendi profeſſionem ob renunciationem intempeſtiuè factam, & dubium recuperandi bona, quatenus experta religione habitum dimittere eligatur, ac proindé dum Sac. Concilium diſpoſuerit huiuſmodi renunciationes faciendas eſſe, & duos Menſes ante profeſſionem, non videtur approbare voluiſſe renunciationes factas ante dictum tempus, ſiuè fiant poſt ingreſſum, ſiuè ante ingreſſum, ità vt non ſeruata eius forma vti nullæ, & inualidæ reddantur nullius roboris, & momenti, ita de æquiori tradit *Nauar. conſ.7. & 8. de donat. in antiq. & conſ.81. de regular. in nouiſ. Cancer. var. reſol lib.2. cap 8. num.81. Flammin. Pariſ. de reſignat. beneſ. lib.3. quæſt.13. num.9. Marius Anton. var. reſolut. lib.1. reſol. vltim. caſ.42. Fuſch. de viſit. lib.1. cap.18. num.37. Cenal. commun. contra commun. quæſt. 115. in fin. Royas in Epitom. Relig. cap.7. nu.30. Menoch. conſ.388. num.7. cum alijs relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.99. num.16.*

19 Obſeru. 3. Quod vigore ſolemnitatis *Sacr Concil. in dicta cap.16. ſeſſ.25. de regular.* nempè vt renunciatio, & obligatio fiat intra duos menſes profeſſioni proximos, non exigatur fieri punctualiter, & ſtrictè integro bimeſtre ante Religioſam profeſſionem, ſed ſatis eſſe toto, & bimeſtri fieri, intra eius curriculum, licet immediatè ante profeſſionem, ex dictione *intra*, quod vtitur Concilium dicto loco, propterea computandos eſſe prædictos duos menſes de momento ad momentum, prôut currit mens in Kalendario exiſtimauit *Sanchez. in præcepta decalog. tom.2. lib.7. cap.5. n.80. & 81. plenè Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.99 num.11. part.3. Tamburin. de iur. Abbatiſſar. diſc.4. quæſt.10. num.4. & 5. Aldan. in compend. Canon. reſol. lib.4. tit.3. num.8.*

20 Limitatur inſuper conciliarem diſpoſitionem non procedere in pluribus caſibus, & ſignanter in vltimis voluntatibus, teſtamentis, donationibus cauſa mortis, & codicillis, quia vltimæ voluntates, & teſtamentariæ diſpoſitiones conditæ, ſiuè

ante

ante ingreſſum; ſiuè in anno probationis poſſunt antè emiſſam profeſſionem quandocunque reuocari, ac proindè cum Nouitius, vel Religionem ingreſſurus remaneat in ſua libertate, nec coarctetur ad obſeruandum teſtamentum conditum, ceſſat ratio conſiderata à Sac. Concilio in renunciationibus faciendis intra duos menſes, quia teſtamentum non dicitur renunciatio, nec obligatio *Gratia diſcept. 587. num. 30. Gennen. in practi-cab. quæſt. 332. Tamburin. de iure Abbatiſſar. diſc. 4. quæſt. 10. num. 12. & quæſt. 13. num. 1. 2. 3. & 4.* vbi ſubdit quod poſt profeſſionem non poſſit amplius reuocare, ſed tantum declarare *ex deciſ. Rot. 1373. num. 7. coram Seraph.* comprobantur etiam ſupradicta per *Ric. in Collect. deciſ. 584. Nauar. conſ. 83. de regular. & comment. 2. de regular. num. 51. Gutier. canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. à num. 26. Azor. inſtit. moral. lib. 12. cap. 2. quæſt. 14. Garz. de benef. part. 11. cap. 9. num. 17. & deciſum refert. Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæſt. 99. num. 26. cum alijs copioſe relat. à Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 99. num. 12. & 13. part. 3.*

21 Contrarium tenet *Spino de teſtamen. gloſ. 12. num. 50.* & in hac opinione reſediſſe *Rot. patet ex deciſ. relata per Garz. de benef. dicta part. 11. cap. 9. num. 18. in Toletana Nullitatis Profeſſionis 12. Ianuarij 1598. coram Orano* vbi fuit dictum quod teſtamentum à moniali factum ſit nullum ſi non fuerit factum intra duos menſes ante profeſſionem, vt requirebatur iuxtà ordinationem *Tridentini ſeſſ. 25. de regular. cap. 18.*

22 Lim. 2. Dictum Concilij Decretum non habere locum in Nouitijs Societatis Ieſu, qui liberè poſſunt deuenire ad actum renunciationis ad fauorem cuiuſcunq; non expectato bimeſtri ante profeſſionem, vel ante vota biennij, vt expreſsè cauetur *in eodem Concilij Decreto verſ. per hæc, & ex Conſtitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. de quibus Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 99. num. 23. part. 3.*

23 Lim. 3. Supradictam Conciliarem diſpoſitionem neque habere locum in renunciatione Beneficij, cum ſolum loquatur de renunciatione, & obligatione bonorum, vndè non eſt extendenda ad beneficij renunciationem, *Garz. de Benef. part. 11. cap. 9. num. 12. 13. & 14.* vbi reſpondet fundamentis *Pariſij* mox citandi ſubdens declarationes Sac. Congregationis per *Pariſ.* allegatas non vidiſſe, nec inueniſſe, cui opinioni libenter aſſentitur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 99 num. 19. in fin. verſ. contrarium tamen.*

24 Affirmatiuam verò Sententiam, quod immò Conciliaris huiuſmodi diſpoſitio etiam ſibi locũ vindicet in renunciatione beneficij *Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 20. quæſt. 6.* & ita ſæpius cenſuiſſe Sac. Congregationem Concilij refert *Flaminin. Pariſ. de reſig. benef. lib. 3. quæſt. 13. à num. 4. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 6 poſt num. 1.* ea innixi ratione, quia non debet Nouitius temerè deuenire ad actum renunciationis non facto experimento Religionis, nè poſtea contingat carere beneficio, & Monacatu, ſi non admittatur ad profeſſionem, vel ipſe habitum dimittere, & non profiteri mutando voluntatem eligat.

25 Conciliari tamen poſſunt ſupradictæ opiniones inter ſe repugnantes, vt prima procedat in reſignatione beneficij, quod ſimpliciter poſſidetur, ſecunda verò in reſignatione beneficij ad cuius titulum reſignans promotus fuit ad Sacros Ordines; præcipuè ſi reſignans non habeat aliundè, ex quo viuere poſſit, quo caſu reſignatio nullo pacto admitti debet; niſi habeatur certitudo de profeſſione, quæ ſub titulo paupertatis ſubintrat, & loco beneficij, ſeù patrimonij ſubrogatur, iuxtà tradita per *Garz. de benef. part. 11. cap. 9. num. 10. & 11. & per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 99. num. 19. circa med. & in ijs terminis intelligi debet Pariſ. de reſignat. benef. loco citato. Campan. in diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 3. num. 10.*

26 Quod comprobatur ex alio *Sacri Concilii Decreto ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.* vbi expreſsè cauetur reſignari non poſſe beneficium ad cuius titulum, quis ad Sacros Ordines promotus fuit, niſi de hoc facta ſpeciali mentione, & ipſam reſignationem admittendam non eſſe niſi conſtito, quod aliundè viuere commodè poſſit, itaut aliter facta reſignatio, nulla ſit, neque diuino miniſterio adſcripti ſunt cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere cogantur, & ſic non ex conciliari diſpoſitione in dicto *cap. 16.* ſed ex ex dicto *cap. 2.* huiuſmodi reſignationes inualidantur, vt animaduertit *Fr. Ludouic. Miranda in Manual. Prælatorum Regularium quæſt. 23. artic. 5. relat per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 99. num. 20. part. 3. vbi reprobat Fr. Emanuel. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 37. artic. 2.*

27 Certi enim iuris eſt, beneficium ingreſſi Religionem intra annum probationis non vacare, & interim beneficiatum facere fructus ſuos cum poſſit ad ſæculum redire *ex Conſtit. Bonifacii VIII. in cap. Beneficium de regular. in 6.* poſt emiſſam vero profeſſionem beneficia Eccleſiaſtica vacant, quia Religioſi Regulares abſque diſpenſatione ſunt incapaces beneficiorum ſæcularium *cap. cum de beneficio de præben. in 6. Rota deciſ. 543. num. 4. part. 2. recen.*

28 Adeout regularis poſt emiſſam profeſſionem ſi ex aliqua cauſa obtineat à Summo Pontifice diſpenſationem, ſeù licentiam exeundi Clauſtra, ac degendi in habitu Clericali Sæculari ad beneficium, quod ante profeſſionem poſſidebat, & per eius emiſſionem vacauit redire non poteſt *Corrad. in prax Apoſtolic. diſpenſat. lib. 6. cap. 2. num. 21. fol. 194.*

29 Quæ licet vera ſint non procedunt, in Clericis Societatis Ieſu, qui licet emiſerint tria vota ſimplicia poſt biennium probationis poſſunt retinere beneficia Eccleſiaſtica, & penſiones, quæ per dictam votorum ſimplicium emiſſionem non vacãt, nec extinguuntur ſiquidem, qui emiſerunt dicta ſimplicia vota in dicta ſocietate, donec in ea expreſsè ſolemniter profeſſi fuerint ſemper dicuntur eſſe in probatione, ac proinde eiſdem permittitur non ſolum retentio beneficiorum, & penſionum, ſed etiam dominium bonorum ſuorum tẽporalium, vt ſecundum Statuta eiuſdem Religionis à Sancta Sede Apoſtolica confirmata ſocietas maiorem habeat libertatem eos ſi opus eſſet cum minori incómmodo, & offenſione dimittendi ſapientiſſimè prouiſum, & ex obſeruantia ſubſecuta, & inconcuſſo Societatis vſu hactenus obſeruatum fuit *Rot. in Nullius, ſeù Caputaquen. Penſionis*

ſionis coram Martino Andrea inter eius impreſ. deciſ. 78. relat. & etiam impreſſam penes Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat.lib. 6.cap.2.num.5. verſ. ibi enim fol.193. et in conſtit. eiuſdem ſocietatis part.4. cap.4. lit.E.in fin.et part.6.cap.2. lit.H.

30 Lim.4. Conciliarem diſpoſitionem in dicto *cap.16.* non procedere in maiore viginti annis renunciante, & sè obligante, quia Concilium attento *cap.15* antecedenti ad quod venit continuatiuè *cap.16.* loquitur de minoribus ſexdicim annorum inualidando prius profeſſionem emiſſam ante decimum ſextum annum completum, & deinde in *cap.16.* continuando orationem retento eodem temate renunciationem, & obligationem ante duos menſes profeſſionis factam, & conſequenter maiorem decem, & ſeptem, aut viginti annorum poſſe validè renunciare, & sè obligare, quandocunque intra annum profeſſionis, non ſeruatis ſolemnitatibus à Concilio requiſitis, ex quo ceſſet illa minor ætas ſexdicim annorum, inhabilis ad profitendum, & ſe obligandum tenet *Menoch.de arbitrar.lib.2.cent.5.caſ.436.num.8.relat. per Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg.99. num.18. part.3.*

31 Contrarium ijs tamen obſtantibus docent *Gutier.canon.quæſt lib.2.cap.1.num.34. Marqueth. de diuiſione bonorum lib. 4.cap.5.a num.34.Peguer.deciſ. 252.et alij relati per Barboſ.dicta alleg.99. dicto num. 18.verſ.ſed ijs non obſtantibus* ex ea ratione, quia *Sac.Concil.in dicto cap* 15. habilitauit maiores ſexdicim annorum ad ritè profitendum, habendo illam ætatem prò habili ad validitatem huiuſmodi actus, in ſequenti verò *cap.16.* ſuit data forma adhibenda in renunciationibus ad euitandas fraudes, quæ in dies committuntur per parentes, conſanguineos, vel alias perſonas, & quandoque per ipſos Monachos, & ſic eius diſpoſitio latius sè extendere debet, quia dictæ fraudes committi poſſunt non minus ſi Nouitius ſit ætatis annorum ſexdicim, quam viginti, & vltrà, quo circa cum forma illa renunciandi præſcriptá à Sacro Concilio ſit de ſolemnitate renunciationis ſub pœna nullitatis actus, vtique generaliter ſeruari debet, prònt generaliter Concilium loquitur, nullo habito reſpectu prò eius variatione, & inobſeruantia ad multiplicitatem annorum.

32 Obſerua.4. Quod Nouitio, ſi habitum Religioſum dimittat, & ad ſæculum reuertatur, excepto victu, & veſtitu ſunt reſtituenda omnia bona ipſo Monaſterio delata *Sac.Concil.Trid.ſeſſ.25. cap.16.* etenim reſoluta religione quo ad perſonam, cenſetur reſoluta quo ad bona, vt tradunt DD. relati per *Menoch. de arbitr. caſſ.436. num.6.* etiam ſi bona fuiſſent, pro dote data *Gratia diſcept.96.num.24.et 25.* vbi ita firmaſſe *Rot. coram Orano, et Lancellotto tom.1.*

33 Immo hoc caſu omnis donatio, renunciatio, & quilibet alius contractus factus à Nouitio occaſione ingreſſus Religionis, per eiuſdem diſceſſum reſoluitur, & bona donata, vel renunciata reuertuntur ad ipſum donantem, vel renunciantem, perindè ac ſi huiuſmodi contractus nunquam celebrati fuiſſent, *Menoch. de arbitrar. caſ.436. num.7. Tamburin.de iur.Abbatiſſar. diſc.4. quæſt.12. num.1. Larrea deciſ.Granaten.63.num.2.part.2.*

34 Amp. Licet bona eſſent donata inter viuos irreuocabiliter, nihilominus recuperare debet ob mutationem Status, quaſi donatio intelligatur durare firmo durante propoſito Religionis *Surd. conſ.445.num.36.cum alijs per Gratia diſcept.96. num. 22. tom.1.*

35 Amp. Si Religioſus exeat à Religione ob nullitatem profeſſionis emiſſæ bonorum poſſeſſionem recuperat, tanquam ceſſante cauſa finali, qua priuabatur, etenim annullata profeſſione, & reſoluta religione, omnia redeunt ad priſtinum ſtatum, & diſſoluuntur omnes contractus donationis, renunciationis, & ſimilium, in quibus ſemper cenſetur ineſſe tacita conditio quatenus profeſſio in forma valida emittatur, à qua recipiunt validitatem, robur, & firmitatem *Menoch. conſ.388. num.15.Coſta de retratractione, cap.9. caſ.3.num.29. Gratia diſcept.90. num.18. & ſeq. Nauar. conſ.1. de ſtat.Monach.in antiq Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop alleg.99.num.11. in fin. Tamburin. de iur. Abbatiſſar. diſc.4.quæſt.12.num.1.Larrea deciſ.Granaten.63. n.2. part.2.*

36 Si autem profeſſio inualidè emiſſa poſtea ratificetur, ſtatim cenſetur etiam ratificata donatio, ſiuè renunciatio, & reualidata *Sanchez. in præcept decalog.lib.7.cap.5.num.59.Tamburin. de iur. Abbatiſſar.diſc.4.quæſt.12.num.2.Ric.deciſ. Cur. Archiepiſcop.Neapol.146.part.4.*

37 Lim. Principalem Concluſionem, vt ſub dicto Conciliari Decreto non comprehendantur eleæmoſinæ, dummodo ſint modicæ conſiderationis, attentis Nouitiæ facultatibus, vnde in caſu quod Nouitia exiret a Monaſterio non, tenetur Monaſterium eleæmoſinas a Nouitia erogatas reſtituere *Sanchez.in præcepta Decal. lib.7. cap.5. num.22. Garz.de beneſ.part.11.cap.9.num.17. cum alijs per Tamburin.de iure Abbatiſſarum diſc.4.quæſt.10.num. 9. vbi in verſ. nec etiam veniunt* exemplificat vt neque comprehendantur data a Nouitia Monialibus in profeſsione emittenda.

38 Lim. Si Nouitius intra annum probationis moreretur, eius bona tanquam quæſita Monaſterio non ſunt reſtituẽda, ſed ipſi Monaſterio acquiruntur, vt ex Sententia *Bar. & Signoroli de communi tradit Dec.in Auth.ingreſſi num.4. C. de Sacroſan.Eccleſ. & in cap.in præſentia num.73. de probat. Menoch.de arbitrar.caſ.436.num.5.* Etenim ſiuè de iure Cæſareo, ſiuè Pontificio certa eſt Sententia, quod ingrediens Religionem regularem, non ſolum ſe ipſum offert, ſed etiam ſua bona propria *Auth.ingreſſi C.de Sacroſan. Eccleſ. vbi Dec.in 1. notab.ex Sententia Bart.in auth.ſi qua mulier C.eod. tit. cap.quia ingredientibus 19.quæſt.vltim. & etiam probat Text. in cap. in præſentia vbi Doctor. de probat.* Vnde bona acquiruntur Monaſterio in conſequẽtiam perſonæ, vtpotè quia ingrediens Monaſterium dupplicìter conſideratur quoad perſonam, & quo ad bona, quoad perſonam, is dicitur ingreſſus Religionem, qui profeſſionem emiſit, nec amplius ab ea poteſt recedere, quo vero ad bona is ſatis ſuperque dicitur ingreſſus Monaſterium, qui adhuc eſt intra annum probationis ad effectũ acquirendi bona in caſu obitus Nouitij ante profeſſionem], vt magiſtraliter tradit *Menoch. de arbitra.dicto caſ.436.à num.1.vſque ad 6.*

39 Obſerua.5. Vt Renunciatio facta puta ad fa uorem fratris ſemper præſumitur facta in bene

ficium

ſ. rium deſcendentium Maſculorum de familia ratione conſeruandæ agnationis, vel vt liberè frater, vel Pater de bonis renunciatis diſponere valeat, & ſi expreſsè, tacite tamen ſemper cenſetur adiecta conditio dummodo aliquis Maſculus, vel deſcendentes fratris ſuperuiuat, vel ipſe de bonis renunciatis aliquo modo diſponat, aliter ſi nullus fratri ſuperuiuat, & deſcendentes deficiant, vel ipſe de bonis renunciatis aliquo modo non diſpoſuerit, renunciatio non nocet renuncianti, & perindè ac ſi facta non fuiſſet habet regreſſum ad bona renunciata, vt in terminis renunciationis factæ ad fauorem fratris à Moniali, ſeù ab ingreſſura Monaſterium tenet *Io: Franciſcus à Ponte conſ.39.num.1. 2.& 3.* vbi plures cumulat, contrarijs reſpondet, & hanc ſententiam veram, & communem, & iudicatam teſtatur latè *Cancer.var.reſol.cap.15.de renunciat.num.17.24.& ſeq.* vbi dicit communem, æquam, & veram, *& num.41.* non eſſe ab ea recedendum in conſulendo, & iudicando *Io: Mar.Nouar.quæſt.forenſ.67.part.1.fol.101. & Magiſtraliter Rot.in Romana Renunciationis 7. Iunij 1634.coram Dunozet.poſt Tamburin.de iur.Abbatiſſar.deciſ.6.num 20.& in recen.deciſ.543.num.31.32. & 33.part.4.tom.2.*

40 Quod procedit non ſolum quando renuncians deuenerit ad hunc actum cauſa receptæ doris. *Sanchez.in præcept.Decalog.lib.7.cap.7.num.25.Cancer.loco citato num.28. à Ponte dicto conſ.39. num.3. verſ.quando ſoror dotata Rot.dicta deciſ.543.num.34. part.4.tom.2.recen.*

41 Verum etiam quando renunciauit cauſa ingreſſus Religionis, dummodo tamen non extet perſona, cui præſumatur renuncians, & recipiens potius proſpicere voluiſſe, quam Monaſterio *Rot. dicta deciſ.6.num.12.verſ. & hanc concluſionem poſt Tamburin.de iur.Abbatiſſar. & in recent. deciſ.543. num.35.part.5. tom.2.& in Marſicana ſucceſſionis 4. Februar.1665.§.in quam ſententiam coram R. P. D. Emerix.*

42 Ac proindè dum renunciatio, ſiuè attenta diſpoſitione iuris, ſiuè contextu verbiſque renunciationis fuerit facta contemplatione certarum perſonarum, videlicet Maſculorum de agnatione, ipſis non exiſtentibus, & de medio ſublatis perſonis contemplatis renunciatio reſoluitur, & euaneſcit, nec renuncianti obſtat, quo minus in eorum hæreditatibus ſuccedere valeat, itaut ab extraneis nullo modo excludatur *Conar. var. reſol. lib.3.cap.15.num.24.& ſeq.Gabr.in tit.de donat. concluſ.1.num.35.Gratia diſcept.568.num.8.Donat.Anton.de Marin.quotid.reſol.lib.2.cap.189.num.26. & ſeq.lib.2.Cyriac.controuerſ.forenſ.475. num.1.& per tot.Coſta de fact.et iur. ignor. diſc.4.conſ.2. num.12. Oſaſch.deciſ.Pedemont.98.num.11.* vbi teſtatur de communi opinione, prò qua militat regula *in l. iubemus C. ad S.C,Velleian.* vbi generalis renunciatio facta reſpectu vnius rei, vel perſonæ ad illam rem, ſeù perſonam coarctatur, & deficientibus perſonis, ad quas res prohibita alienari debet venire, ceſſat prohibitio alienationis, & comprobat *Surd.deciſ.252.num.4.Paul.de Rub. in addit. ad deciſ.543.num.47.part.5. tom.2. recen. Rot. in Bononien.de Armis coram Merlino poſt Merlin.de legit.dec.48.num.18.et in Romana renunciationis coram Dunozet.poſt Tamburin.de iur.Abbatiſſar.deciſ.6. num.25. et in recen.deciſ.543.num.39.part.4.tom.2.et in Marſicana ſucceſſionis 4. Februar.1665. §.reſponſum fuit coram R.P.D.Emerix, et magiſtraliter coram Merlino deciſ.62.num.17.et 29.* & in puncto renunciatio-
43 nis factæ ab ingreſſura Monaſterium ad fauorem Patris, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum ad effectum bona conſeruandi in agnatione, & pro familiæ decore, ſi decedat Pater ſine filijs, nullusq; amplius extet agnatus, & ſic ceſſet ratio conſeruandæ agnationis, & decoris familiæ, quod reſoluatur, & renuncianti non noceat *Bald.in l.pactum ſub num.9.verſ.quarto quæro C.de collat. Gennen. in practicabil.Eccleſ.cap.30.quæſt.201.num.1. cum alijs in Maceraten.Pecuniaria 14. Iunij 1641. §.inefficax eſt etiam coram Merlino.*

44 Amp. etiam ſi fuerit dictum, quod renunciauit bonis, vt liberius Deo inſeruire valeat, quia ſi etiam fuerit adiecta cauſa, vt bona conſeruentur in familia, cum non ſint duæ cauſæ diuerſæ, ſed vna, vel duæ connexæ, & ſecunda ſè habeat conſecutiue ad primam, videtur quod renuncians voluit priuare Monaſterium in concurſu ſuæ agnationis, non autem in concurſu extraneorum, vt in ſimili adnotauit *Sanchez.in præcept.Decalog.lib.7.cap.7.num.29.Genuen in practicabil.Eccleſ.cap.30. quæſt.201.num.3.Rot.in dicta Maceraten. Pecuniaria coram Merlino §.inefficax eſt etiam.*

45 Non autem repugnat, ſed ſimul ſtare poſſunt propoſitum ſeruiendi Deo, & paupertatis votum, vna cum deſiderio acquirendi Monaſterio deficientibus agnatis, vt ſibi abundantiùs neceſſaria ſuppetant, etenim rationi, & pietati plurimum diſſentaneum videtur, quod Religioſus per abſolutam renunciationem proprium Monaſterium, quod eſt ſibi loco filij, & in quo perpetuo degere debet in omnem caſum excludere voluerit, etiam ab illorum ſucceſſionibus, & in illis caſibus, de quibus in renunciatione nulla expreſſa mentio facta fuit latè *Molſeſ.reprobato Vincenz.de Franc.dec. 375.in tit.de renunciat.quæſt.17.num.37. et 38. Sanchez.ſuper Decalog.lib.7.cap.7.num.29.Rot.deciſ.48. num.16.poſt Merlin.de legit.*

46 Prout nec redditur veriſimile, quod ſoror verbi gratia in caſu obitus fratris ab inteſtato nullo exiſtente proximiore voluerit eius hæreditati renunciare, & verſa vice frater renunciatarius voluerit ab hæreditate excludere ſororem renunciantem propter remotiores, vt ponderauit *Rot. deciſ. 543.à num.13.vſque ad 18.part.5.tom.2.recen. quam ſecuta fuit in Marſicana Succeſſionis 4.Febr. 1665. §. Idque bene coram R.P.D.Emerix.*

47 Amp. etiam ſi renunciatio ſtipulata fuerit prò fratribus, & hæredibus, & ſucceſſoribus, quia intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis, ſi non adſit verbum *quibuſcunque*, & ſit materia differens, præcipuè ſi conſiderata fuerit conſeruatio familiæ, quo caſu non poteſt intelligi ſentire voluiſſe de extraneis *Bart.in l.ſi cognatis ff. de reb.dub. et in l.1.num.2. C.de verbor. ſignific. vbi Bald.num.4.Bero conſ.176.num.64.lib.2.cum alijs in Maceraten. Pecuniaria 14. Iunij 1641. §.fin. coram Merlino.*

48 Semper enim renunciatio facta Patri, & conſanguineis præſumitur facta ad fauorem familiæ, vt bona in ea conſeruentur *Io. Franciſc. à Ponte conſ.139.num.1.et ſeq.Cancer.var.reſol.cap.15.de re-*

nun-

nunciat.num.17.et 24.et ſeq.Rot. in Materaten. Perunitaria 14. Iunij 1641. §.maxime coram Merlino.

49 Et quamuis renunciatio ſtipulata pró fratribus,& hæredibus;mortuis fratribus adhuc videatur durare ad fauorem hæredum iuxtà opinionem *Alex.conſ.29.num.2.et ſeq. et ſub num.5. lib.3. Menoch.conſ.6.num.15.verſ.quinto accidit Ronit.conſ 43.num.10.et conſ.44.num.8.13. lib.1. Afflict. deciſ. 161 num.3.Rot.deciſ.587.num.1.et 7.part.1.recen.*

50 Tamen hæc concluſio procedit quando recipiens renunciationem decedit teſtatus, inſtituto certo hærede, qui abſque dubio renunciantem excluderet, vt firmat *Marant. in ſuis diſputat. diſt. 10.num.14.in fin. à Ponte conſ.39.num.1. 2. 3. et ſequen.*

51 Vel ſibi locum vindicat, quando decedit inteſtatus, ſuperexiſtente tamen perſona, cuius contemplatione renunciatio expreſsè, vel tacite recepta præſumi poſsit, ſecus autem quandò nulla ſupereſt perſona tacite, vel expreſsè contemplata, vt ab inteſtato ſuccedere valeat, vt videntur firmare Doctores in contrarium allegati ſcilicet *Ronit.conſ.43.num.11.et conſ.44. num.6. Pariſ. conſ. 26.num 26.in fin. Alex.conſ.29.nu.3.in fin.lib.3. Rot. dicta deciſ.587.ſub num.8.part.1.rec.et firmauit Rot. in Romana renunciationis coram Dunozet. poſt Tamburin.de iur.Abbatiſſar.deciſ.6.num.27.*

52 Amp. etiam ſi in renunciatione fuerit dictum, quod ſit efficax, perpetua, realis, & realiſsima,& omni tempore valitura,nã licet attenta prægnantia verborum renuncians debet eſse perpetuò excluſus ab hæreditate renunciatarij perindè ac ſi mortuus fuiſset, *Merlin. deciſ.62.num.11.*quia dicta verba faciunt renunciationem realem tamen dicta realitas non durat perpetuò,ſed extinguitur vna cum perſonis in renunciatione contemplatis, quibus tantum durantibus renunciatio dicitur realis, quibus deficientibus reducitur, et redit ad perſonalitatem, vel ſi deficiant in vita renunciatarij, vel renunciatarius non diſpoſuerit de ſua hæreditate, alias eſset abſurdum, & ab omni ratione alienum, & contra veriſimilem mentem vtriuſque contrahentis, ſi admitteretur quod ſoror, vel filia renuncians excludatur ab hæreditate renunciatarij propter extraneos *Io.Franc.Marc. diſcept.8.num.15. 16.et 18. lib.5. Donat. Anton. de Marin.var.reſol.lib.2.cap.182.num.7.et cap.189. per tot.*vbi contrarijs reſpondet cum alijs in *Marſicana Succeſſionis 4. Februar.1665. §.nec denique, et §. fin.coram Emerix.*

53 Amp. Vt renunciatio facta à Sorore ad fauorem fratris, ei non nocet, nec excluditur ab alijs ſororibus, qui non renunciauerunt, quin vna cum eiſdem admittatur ad eius ſucceſſionem ab inteſtato decedente,omni autem ratione alienum videtur, quod frater voluerit, vt ipſa ſoror, quæ illi renunciauit deterioris conditionis eſse,quam aliæ in eodem gradu, ſexu,& ſtatu exiſtentes; ingratitudinis enim vitio notaretur,ſi voluiſset alias ſorores, quæ illi non renunciauerunt admittere, & ſororem renunciantem, & donantem ab eius hæreditate excludere, vndè ſi expreſsis verbis non ſpecificauit, redditur inueriſimile habuiſse animum excludendi *Crauet. conſ.42. num.1. in fin. et num.2.Surd.conſ.431.num.15.ad fin.Cancer.var.reſol. lib.3.cap.15.á num.50.et ſeq.* Rot. *deciſ.340. num.5. coram Canaleret. in Romana Renunciationis coram Dunozet poſt Tamburin. de iur. Abbatiſſar. deciſ. 5. num.10.et plurib.ſequen.et in recen.deciſ.543. nu.8 & vſque ad 17.part.5.tom.2.*

S V M M A R I V M.

1 Statutum, vt ligare poſſit requiritur poteſtas, & voluntas ſtatuentium ad firmandam iuriſdictionem.

2 Statutum excluſiuum fœminarum non comprehendit moniales contr. num.4.

3 Iura ciuilia ligant Clericos, vbi ius canonicum aliter non diſponat. Declara vt ibi.

4 Contrarium quod Statutum excluſiuum fœminarum liget etiam Moniales.

Amp. hanc cont.opini. vt à tempore natiuitatis à Statuto cenſeatur iniectum vinculum,& inflicta Mulieri impotentia ſuccedendi num.6. Contrar. num.10.

Lim, et concilia has contrarias opiniones vt 2. procedat ſi ante ingreſſum Religionis hæreditas fuiſſet delata, ſecus ſi Statuti verba dirigantur in tempus delatæ ſucceſſionis 8. 10.

Statuti verba quando ſint directa ad tempus delatæ ſucceſſionis. 12.

Prima opinio propter Rotæ auctoritatem vti verior tenenda. 8.

Declarantur deciſiones pro ſecunda opinione allegatæ 14.

Lim. prima opinio ſi Monialis acquieſcat diſpoſitioni Statutariæ 15.

Lim. Si Statutum eſſet Apoſtolica auctoritate confirmatum 18. Sublim. vt ibidem.

Lim. in terminis Statuti Peruſini. 19

Declaratio Gregorij XIII. Quo ad excluſionem fœminarum etiam Monialium non eſt generalis, ſed localis pro Ciuitate Peruſina 19.

Limit. Si Statutum ſimpliciter excludat fœminas propter maſculos, & non dirigatur in tempus delatæ hæreditatis 20.

5 Statutum præferens primogenitum 2. genito habet locum licet ſecundo genitus Clericus efficiatur.

7 Statutum excluſiuum fœminarum non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam. contr. num.17.

9 Succedendi habilitas, vel inhabilitas non meritur à tempore antecedenti, ſed à tempore delatæ hæreditatis. & num.11.

13 Ius ſucceſſionis à iure primogenituræ in quo differat.

16 Statutum excluſiuum fœminarum dicitur conditum ad publicam vtilitatem.

Statutum conditum ad publicam vtilitatem comprehendit etiam Eccleſiaſticos, ſed hæc opinio reprobatur ibidem.

18 Statutum, vt liget Eccleſiaſticos requiritur confirmatio Apoſtolica in forma ſpecifica, & expreſſa, vel virtualiter mentio de Eccleſiaſticis.

20 Statutum excluſiuum fœminarum non ligat forenſes.

21 Siue loquatur in rem, ſiue in perſonam.

23 Laicis non eſt fauendum vbi agitur de læſione immunitatis Eccleſiæ.

24 Immunitati Eccleſiæ in dubio eſt fauendum.

25 Nemini facit iniuriam qui vtitur iure ſuo.

28 Statutum excluſiuum fœminarum lędit immunitatem Eccleſiæ, ſecus in capite incluſiuo maſculorum.

29 Puellæ educandæ in Monaſterijs Monialium ſubijciuntur Statuto circa ſolemnitates in contractibus adhibendas.

A D N O T A T I O V.

Statutum excluſiuum fœminarum an comprehendat Eccleſiaſticos, & Moniales.

1 STatutum excluſiuum fœminarum,licet emanauerit ad publicam vtilitatem, & honeſtum, & fauorabile reputetur, tamen cum deficiat poteſtas, & voluntas Statuentium in Eccleſiaſticos copulatiuè neceſſaria ad firmandam Statuentium iuriſdictionem *Dec. in cap. Eccleſia Sancta*

cta

Bę Mariæ num.186.& 187.de conſt. Surd.conſ.301.
num.18.Ambroſin.de immunit. Eccleſ. cap.121.num.
2 13.& ſeq.vſque ad 19. Non comprehendit Mulie-
res Eccleſiaſticas, ſeù Moniales; quæ propterea
non excluduntur ab hæreditate defuncti, attento
huiuſmodi Statuto fœminarum excluſiuo etiamſi
longè poſt illud conditum, Mulier religioſam
profeſſionem emiſerit, etenim per huiuſmodi Sta-
tutariam diſpoſitionem dici non poteſt ſublatum
ius commune quo ad ſucceſſionem, itaut hære-
ditas non deferatur amplius iure communi, ſed
municipali, quia hoc procedit quo ad perſonas
laicas, quas Statuentes voluerunt, & potuerunt
excludere, & licet iura ciuilia ligent Clericos, vbi
3 ius canonicum aliter non diſponit, hoc tamen
cum pariter procedat ab expreſſa approbatione
Papæ relata in cap.1. de iurand. calum. in cap.1. de
oper. non.nunciat. cap. vt inquiſitianis de heret. in 6.
non eſt extendendum, & porrigendum ad leges
poſtea latas, & multo minus ad Statuta Hoſtien.in
cap.fin.num.11.de ſolut. Surd. conſ.300.num.51.Al-
bert. Brun. ſuper Stat. extan. maſc.artic.6.num.47.
Vaſquez.de Succeſ.tom.1.lib.3.§.26.num.71. Rot. in
terminis Statuti Bononien excludentis fœminas
propter maſculos ſub rub.de ſucceſ.aſcenden.& col-
lateri.in Bononien.Succeſſionis de Zanis 9. Decembris
1054.§.Hìs, & alijs coram Bichio.

4 Contrarium quod huiuſmodi Statutum liget
etiam monialem, cum ſatis ſit, quod mulier an-
te ingreſſum in monaſterium fuerit ſubiecta po-
teſtati ſtatuentium, & propterea ex tunc Statu-
tum iniecerit vinculum excluſionis, quod per in-
greſſum religionis non diſſoluitur, prout in ſimi-
5 li ſi Statutum præferat primogenitum ſecundo
genito habet locum licet ſecundo genitus Cleri-
cus poſtea efficiatur Abb.in cap.quod Clericis num.
39.& 40.de for. competen. Azor.inſtit.moral.part.1.
lib.5.cap.13.quæſt.8.verſ.item ſolet, cum alijs relatis
à Carol.de Graſſ. de effect.Cleric. effect.2. num.122.
123.& 169.cum ſequen.duob.late Tamburin. de iur.
Abbatiſſar.diſ.8. quæſt.10. per tot. Maſcard.de gen.
Stat.interp.concl.1. num.235.

6 Et licet Statutum non poſſit moniales non ſu-
biectas ligare, eaſque impotentes ad ſuccedẽn-
dum efficere, non tamen hoc efficit tempore, quo
mulier effecta eſt monialis, ſed tempore ſuæ na-
tiuitatis, & ſic tempore habili, quò ſubijciebatur
Statuentium ditioni, & ante quam de ingreſſu
eſſet cogitatum, vnde eo ipſo quod Mulier naſci-
tur infligitur ſibi hęc potentia ſuccedendi ab ipſo
Statuto, ſcilicet in toto ſi non extiterit Maſcu-
lus, & in nihilo ſi extiterit, & conſequenter cum
à principio ſit maſculis ius quæſitum, non de-
bent amittere per ingreſſum religionis à fœmina
factum, vtpotè quia tranſit in religionem cum
potentia ſuccedendi limitata & conditionata iu-
xta formam Statutorum, quod eſt in obſeruantia,
& non cum illa, quam habet à iure communi,
quod non vigeat, niſi in caſu defectus Maſculo-
rum, nec propterea huiuſmodi Statutum dici po-
teſt contra libertatem Eccleſiaſticam, propter
quam non debet quis retrahi ab ingreſſu religio-
nis cum etiam ſi non ingrederetur ſit excluſa, &
ideo Monacatus, vel Clericatus ſuperueniens ex
quo non eximet a iure Statutario, quo à principio
fuit ligatus alterare non poteſt vinculum iam à
7 Statuto iniectum, alias enim daretur aditus, &
remaneret aperta via fraudibus, cum cuilibet li-
ceret eludere circa hanc diſpoſitionem Statutariã
aſſumendo Clericatum, vel ingrediendo mona-
ſterium ad tradita per Caſtren.conſ.304.num.4.verſ.
ſed in omnem euentum, & verſ. nam ſequatur lib.1.
Bellet. diſquiſit. Cleric.part.1.tit.de exempt. Cleric.
à Stat. §.5. ſub. num. 22. & 23. late Socin. conſ.81.
num.5.lib.1. Falin. in cap. Eccleſia Sancta Maria
num.79. de conſtit. Tiraq. de iur. primog. quæſt.43.
num.14.Brun.de Stat.fœmin. excluſi art. 6. num.37.
& ſeq.qui teſtatur ita in praxi teſtari Honded. conſ.
11.num.37.lib.2.vbi quod hæc ſit ſequenda in iu-
dicando Carol.de Graſſ.de effect.Cleric.effect. 2. num.
269.& duob.ſequen. vbi innumeros cumulat, &
hanc opinionem tenendam eſſe aſſerit Gaſpar. An-
ton.Theſaur.quæſt.forenſ.lib.2.quæſt.3. latiſſime quæſt.
92. Burgien.deciſ.9. num.81. 82. part.2. & latiſſime
Tamburin.de Iur.Abbatiſſar.diſ.8. quæſt.10. per tot.

8 Sed prima opinio propter Rotæ auctoritatem,
tenenda eſt, & dicta 2. opinio procedit ſi ante
ingreſſum religionis fuiſſet hæreditas delata, alias
ſi Statuti verba dirigantur in tempus delatæ ſuc-
ceſſionis nullum antea fuiſſe vinculum iniectum
dici poteſt, quia antea efformata non erat, aut
applicabilis excluſio, cum ad Succeſſionem Pa-
tris, aut fratris viuentis ſorori nullum ius compe-
teret nec re, nec ſpe probabili, vnde ceſſat ra-
tio, quod huiuſmodi vinculum ſit iniectum à Sta-
tuto tempore natiuitatis fœminæ eidem ſubiectæ
9 quia regulare eſt quod potentiam, ſeù habilita-
tem in perſona ſuccedere valentis non metimur à
tempore antecedenti, ſed dumtaxat delatæ ſuc-
ceſſionis vt magiſtraliter firmauit Rot.in Romana
Succeſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. §. nam
obiectũ vrgeret per doctrinam Bart. in l.qui Romæ §.
duo fratres num.3. & 4. ff. de verb. oblig. Rip. in l.
num.25. C. de pact. Cephal. conſ.526.num.71. &
72.Menoch.conſ.220.num.127.Peregrin. conſ.33.ſub
num.22.lib.2.

10 In terminis igitur Statuti concepti in tempus
delatæ hæreditatis ceſſat prorſus ratio vinculi
iniecti ante Monacatum, nec facultas ſucceden-
di poteſt dici ſublata ante delatam ſucceſſionem
cum illud tempus à Statuentibus non fuit hoc ca-
ſu conſideratum, ac proinde neque iniectum vin-
culum à natiuitate, ac conſequenter Monialis
tempore mortis, & delatæ ſucceſſionis tamquam
non ſubiecta poteſtati Statuentium, non exclu-
ditur, vtpotè quia non eſt attendendum tempus
quo Statutum fuit conditum & natiuitatis mu-
lieris ſed illud, in quod ſuus effectus confertur,
& ſic tempus delatæ ſucceſſionis, antea verò ma-
net in ſuſpenſo, ita vt nec maſculum includat,
nec fœminam excludat, & conſequenter dici ne-
quit iniecíſſe vinculum excluſionis etenim ſi at-
tendenda eſſet præcedens iniectio vinculi Cleri-
ci nunquam eſſent immunes à Statutis Laicali-
bus, quibus vti laici à natiuitate ſubiecti fuerunt,
vt egregie ratiocinatur Cephal.conſ.95.num.14.&
ſeq.vbi contrarijs reſpondet & bene diſtinguit Rol.
conſ.57.num.29.lib.2. Ruin.conſ.204.num.11.vol.1.
Surd.decis.20.num.8. Adden.ad eundem. Surd. num.
4.late Sperel. deciſ.11. num.20.et 21. qui de verior.
teſtatur, & hanc opinionem ad fauorem Monialis
amplexa fuit Rot.in Spoletana Bonorum 13.Aprilis
1646.

1646.*cor.* *Eminentiſs.Card.Corrado* vbi quod hęc
opinio ſit tenenda, & quod rationes contrariæ
non ſubſiſtunt §. *viſa fuit verſ.et in hac materia et
in Tudertino Succeſſionis* 29.*May* 1652. *per tot.et
præcipue* §.*neque pro releuanti coram Meltio* vbi cir-
11 citatis ſubdit, quod capacitas, vel incapacitas
ſuccedendi venit conſideranda ſecundum tempus
delatæ ſucceſſionis, & de eo tempore Statutum
dicitur perficere ſuum effectum, quare ante non
poteſt conſiderari aliqua vinculi iniectio, adeo
vt ſufficiat vt aliquis reperiatur in Statu Eccle-
ſiaſtico, ne ſub Statuti diſpoſitione vllo pacto
comprehendatur, licet illud emanauerit non ſo-
lum ante Monacatum, vel Clericatum, ſed etiam
ante illius natiuitatem, & in *Rauennaten. Hæredi-
tatis* 5. *Iuny* 1648.*coram Eminentiſs.Card.Ottbobon.
et in Bononien. Hæreditatis* 28. *Iany* 1652. *coram
Bichio et in eadem* 30. *Maii*.1653. *coram Meltio et
in Bononien Succeſſionis de Zanis* 9.*Decembris* 1654.
*verſ.adeo quod et in Montis faliſci fideicommiſſi co-
ram Coccino Decano poſt. Tamburin.de iure Abbatiſ-
ſar.deciſ.*29.*num*.4.*et in terminis Statuti Vrbis deciſ.*
58.*num*.28.*et ſeq. part*.6.*recen.* & quod ſecundum
hanc opinionem determinatum fuiſſe per valen-
tiſſimos Doctores teſtatur *Saliceт. in auth. caſſa
num*.24. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. et validiſſime bonæ
ſententiam tuetur, et contrarijs reſpondet Marta de
iuriſdict.part*.4. *cent*.1. *caſ*.4. *per tot. et caſ*.5.

12 Statuti autem verba eſſe directa ad tempus de-
latæ Succeſſionis dignoſcitur, ſi reſpiciant, vel
percutiant tale tempus, & in illud ſint collata
prout ſunt verba *ſi quis inteſtatus deceſſerit, ſi ſu-
perſtes fuerit, ſuccedat, & ſimilia*, vt animaduertit
Rot.in Tudertina Succeſſionis 29.*Maii* 1652. §. *fi.
coram Meltio, et in Bononien. Succeſſionis de Zanis*
9. *Decemb*. 1654. §. *nam obiectam coram Bichio.*

13 Prout nulla vis fieri poteſt in paritate primo-
genituræ, cum in hoc differat ius ſucceſſionis, à
iure primogenituræ, quia ius ſucceſſionis reſpi-
cit tempus delatæ hæreditatis, ita vt antea nullum
ius ſit quæſitum, ius vero primogenituræ nati-
uitatis diem, etiam in vita Patris, à quo cum
aliter diſponi nequeat ſaltem in ſpe dicitur pri-
mogenito ius quæſitum, itavt ſolum maneat in
ſuſpenſo viuente Patre, qui de medio ſublato
Statim producit ſuum effectum. *Mandel. conſ* 523.
ſub.num.19.*Tiraquel.de iur primogenituræ quæſt*.43.
num.14.& propterea dicitur tranſmiſſibile *Molin.
de primogen lib*.3. 6 *num*.36. *et* 37. *Gratia diſcept.*
456. *num*.80. *et* 81. *Cirtac. controuerſ*.23. *num*.34.
Giarb.de ſucceſ. feud. cap.118. §. 2. *gloſ*.6. *num*.27.
Rot. in Ariminen. 2. *genitura* 13. *Maii* 1653. §. *non
attento coram Bichio et puntualiter in Bononien. Suc-
ceſſionis de Zanis* 9. *Decemb*.1654. §. *nam obiectum
verſ.et in hac differt vbi alij allegantur.*

14 Nec dicatur Rotam aliquando receſiſſe in con-
traria opinione, nam *deciſionem Antonii Auguſtini
impreſſam inter deciſiones Putei deciſ*.99. *lib*.3. in
antiquis mendoſam eſſe, & in ipſo originali ma-
nu Putei conſcripto non reperiri, & propterea
in correctis non fuiſſe impreſſam dixit *Rot. in
Montis faliſci fideicommiſſi coram Coccino poſt Tam-
burin.de iur. Abbatiſſar.deciſ*.29.*num*.5.*verſ.attamen.
replicatur deciſ.Beſignon*. 2. *de conſuet*. dixit fuiſſe
tantum motam quæſtionem in Cancellaria, ſed
non fuiſſe reſolutam *Deciſio vero in Ciuitatis Ca-
ſtelli legitima* 15. *Maii* 1604. *coram Cardinali Lan-
cellotto*, non agitur de Statuto habente verba ex-
plicite directa in tempus mortis, nec diſputatur
articulus principalis, ſed ſolum firmatur quod
fœmina faciat partem ad augendam legitimam
Maſculorum, *Deciſio demum Greg.XV*. 63. non
15 tangit hanc quæſtionem, ſed ſuppoſita acquie-
ſcētia Monialis diſpoſitioni Statuti Vrbis firmat
deberi dotari, non tamen ſubdit quod Monialis
acquieſcere teneatur eodem Statuto, vnde poſt
has deciſiones à Rota mature diſcuſſo articulo,
& ponderatis Doctorum rationibus pro vtraque
ſententia in deciſionibus ſupra relatis coram
*Eminentiſſ.Dominis Cardinalibus Ottbobono, Carra-
do, Meltio, et Bichio* fuit pro Monialium, & Ec-
cleſiaſticorum perſonarum non excluſione re-
ſponſum, vt dixit eadem *Rot. in dicta Bononien.
Succeſſionis de Zanis* 9. *Decembris* 1654. *coram Bi-
chio* §. *neque contrarium aliquando.*

16 Et quamuis huiuſmodi Statutum excluſiuum
fœminarum videatur conditum ad publicam vti-
litatem, & ciuium quietem, & ad conſeruatio-
nem familiarum, & ex hac cauſa comprehendere
etiam Eccleſiaſticos ſecundum doctrinam *Cancer.
var.reſol.part*.3.*cap*.11. *num*.191. quia hæc opinio
communiter reprobatur cum ſemper vigeat de-
fectus poteſtatis Statuentium Laicorum, qui Ec-
cleſiaſticis nullum præiudicium inferre poſſunt
vt latiſſime comprobauit *Rot. in Spoletona Bono-
rum* 13. *Aprilis* 1646. §.*viſa fuit coram Eminentiſs.
Corrado, et in Tudertina Succeſſionis* 29. *May* 1652.
§. *prout etiam coram Meltio.*

17 Immo dictum Statutum eſſe contra libertatem
Eccleſiæ clare demonſtratur, dum Monialis, ſeu
Eccleſiaſticæ perſonæ facultatem, quam habent
à iure communi ſuccedendi tollit iuxta theori-
cam communiter traditam à Doctoribus in *cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.* tum quia exerce-
ret poteſtatem in eaſdem perſonas Eccleſiaſticas
contra textus apertiſſimos *in cap. ſignificaſti de for.
competen.cap decernimus de iudic.in cap.Eccleſia San-
ctæ Mariæ de conſtit. cap.fi.de vita, et honeſtate Cle-
ricor. et in cap*.1.*de immunit.Eccleſ. in* 6. *ita Rot. in
dicta Bononien. Succeſſionis de Zanis* 9. *Decemb*.
1654. §. *nec obſtat quod Statuto verſ. hoc vero Sta-
tutum et* §. *ſequen.coram Bichio.*

18 Nec Statuti confirmatio Apoſtolica ſuffraga-
tur ſi non ſit in forma ſpecifica. & Statutum
ipſum expreſſam mentionem faciat de perſonis
Eccleſiaſticis, ſecus autem ſi non faciat expreſ-
ſam mentionem de Eccleſiaſticis vel ſaltem ſub
aliquibus verbis generalibus virtualis illorũ com
prehenſio deducatur, cum tali caſu defectus po-
teſtatis ſuppleretur per Apoſtolicam Confirma-
tionem, quæ proinde nihil operatur ceſſante dicta
comprehenſione, quia tunc non ſolum concur-
rit defectus poteſtatis, ſed etiam intentionis, quę
confirmatio Apoſtolica ſupplere non valet, &
multo magis ſi in confirmatione adſit clauſula
dummodo contra libertatem Eccleſiaſticam non
tendat *Eugen.conſ*.99. *num*.38. *lib*.2. *et in puncto
Statuti Vrbis dixit Rot.deciſ*.58.*num*.28.*et ſeq. part.*
6. *recen.et in puncto Statuti Tudertini in Tudertina
Succeſſionis* 29. *Maii* 1652. §. *nihil etiam et* §.*neque
pro releuanti in fi. coram Meltio, et in puncto Statuti
Bononiæ in Bononien. hæreditatis* 28. *Iunii* 1652.
§.*fin.*

§. *fin. coram Bichio* , *&* 26. *Ianuarij* 1654. §.
eoque minus et 2.*ſeqq. coram Meltio* , *et in Bononien.*
Succeſſionis de Zanis 9. *Decembris* 1654. §. *nec ob-*
ſtat coram Bichio vbi in §. *fin.*ſubdit prædictus non
19 obſtare declarationem felic.recordat.Greg.XIII.
quod à Statuto excluſiuo deleatur Clauſula *ſine*
præiudicio locorum piorum, & perſonarum ibi
exiſtentium, quia dicta declaratio emanauit ſpe-
cialiter ſuper Statuto Peruſino, & ex quo ille
Pontifex voluit id indulgere Ciuibus Peruſiæ &
cum non ſit generalis non poteſt extendi ad fa-
uorem aliorum Ciuium, & Ciuitatum.

20 Vnde Statutum fœminarum excluſiuum ſicut
non ligat forenſes, cum ad hunc effectum requi-
ratur ſubiectio non ſolum ratione bonorum ſed
etiam perſonarum defectu poteſtatis, & intentio-
nis in ſubditos non ſuos, quia Statutum proſpe-
xit ſolum commoditatibus familiarum, & ſuo-
rum Ciuium, & non extraneorum *Mareſcot. var.*
reſol.lib. 1. *cap.*9.*num.*1.2.*et* 9. *Theſaur. iun. quæſt.*
*forenſ.lib.*2.*quæſt.*4.*num.*21. *Gratia.diſcep.*709.*num.*
13. *Merlin.de legit.lib.*3.*tit.*1.*quæſt.*18.*num.*40. *Fen-*
*ſon.ad Stat.Vrbis lib.*1.*cap.*145. *num.*26.*Gregor.XV.*
*decis.*255.*per tot. vbi Add.num.*8.*idem Add.ad.eun-*
*dem deciſ.*279.*num.*25.*Burat. deciſ.*188.*num.*4. *vbi*
*Add.num.*19.*et deciſ.*262.*num.*3.*Rot.deciſ.*24.*num.*
4. *poſt.Merlin.de legit.et deciſ.*295.*num.*9. *et* 10.
*deciſ.*073.*num.*1.*et ſeq.part.*1.*deciſ.*413.*num.*4.*part.*
4.*diuerſ.deciſ.*177.*per tot.part.*5.*recen.*

21 Siue Statutum loquatur in rem, ſiue in perſo-
nam reprobata diſtinctione *Bartol.* pro vt de com-
muni teſtatur *Tireq. de primog. quæſt.*46. *num.*2.
*Gratia diſcept.*431.*num.*17.24.*et* 27.*et diſcept.*709.
*num.*14. *Merlin. de legit. lib.*3.*tit.*1.*quæſt.*18.*num.*
90. *Mareſcot. var. reſol.lib.*1. *cap.*9. *num.*10. *Surd.*
*conſ.*343.*num.*8.9.*&* 10. *lib* 3.*Peregrin.conſ.*7.*num.*
8. *lib.*5. *Pute deciſ.*351.*Gregor. XV.deciſ.*255.*num.*
1. vbi quod Rot nunquam admiſit ſupradictam
diſtinctionem, ibique *Add.nu.*4. *idem.Add. ad eun-*
*dem deciſ.*279.*num.*25.*in fin.Burat.deciſ.*188.*num.*3.
*ibique Add.num.*17. *Rot.deciſ.*295. *num.*11. *part.*1.
*diuerſ.& deciſ.*177.*num.*13.*&* 14.*part.*5.*recen.*

22 Ita non debet comprehendere Moniales, &
Eccleſiaſticos, in quibus militat maior ratio pro
excluſione comprehenſionis, & ſubiectionis ex
iuribus ſupra deductis, in nihilo refragante præ-
iudicium quod Laicis reſultare prætenditur ob
23 monialium exemptionem, quia vltra quod hu-
iuſmodi præiudicium non eſt attendendum, nec
laicis fauendum cum læſione immunitatis Eccle-
24 ſiaſticæ, pro qua etiam in dubio, & in conflictu
opinionum eſt pronunciandum *Carol. de Graſ.de*
*effect.Cleric.*3.*num.*160. certum eſt quod nemini
25 facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo, & facultate ſi-
bi à iure conceſſa, tanto magis quia laicis facile
26 eſt id euitare reportando ab ingreſſuris Mona-
ſterium renunciationem futuris ſucceſſionibus,
vel libere de eorum bonis teſtando, cum ſtatutum
dumtaxat locum habeat ab inteſtato *Sperel.deciſ.*
10.*num.*23. *circa fin. Rot.in dicta Bononien. Succeſ-*
ſionis de Zanis 9. *Decembris* 1654.§.*fi.coram Bichio.*

27 Limitantur tamen prædicta vt contraria opinio
procedere poſſit in terminis Statuti ſimpliciter
fœminas excludentis propter maſculos, abſque
verbis directis in tempus mortis, vel delatæ hæ-
reditatis, nam tunc fortaſſe dici poteſt a natiui-
tate iniectum vinculum excluſionis, & inhabili-
tationis ad ſuccedendum, in quibus terminis lo-
quuntur plerique Doctores eiuſdem contrariæ opi-
nionis ſectatores vt *Bruſat.conſ.*93.*num.*39. *Ceph.*
*conſ.*146. *num.*26. *Mart. conſ.*118. *num.*15. *Cancer.*
*var.reſol. tom.*3. *cap.*11.*num.*197. *Bellet. diſquiſit.*
*Cleric.part.*1.*tit.de exempt. Cleric. à Stat.*§. 5. *num.*
23. *Carol. de Graſ.de effect.Cleric.effect.*2. *num.*122.
*in fin. & num.*269.& ita videtur ſentire *Surd.deciſ.*
20.*num.*8. *circa med. & Rot.in citata Bononien. Suc-*
ceſſionis de Zanis ſub. §. *adeo quod* ibi *quia ibi loqui-*
tur de Statuto excludente ſimpliciter fœminas.

28 Huiuſmodi vero Statutum licet in capite ex-
cluſiuo fœminarum lædat Eccleſiaſticam liber-
tatem, ſecus tamen in capite incluſiuo Maſculo-
rum, quia etiam perſonis Eccleſiaſticis fauere
vtile eſt Eccleſiæ vt ſubdit *Rot.d. Bononien. Succeſ-*
ſionis de Zanis §. *atque hinc in fin.*

29 Limit. 2. In contractibus celebrandis à puellis
in Monaſterijs prò educatione exiſtentibus, cum
ratione perſonæ per ſolam educationem non mu-
tent Statum de Laicali in Religioſum, licet ratio-
ne exiſtentiæ in loco exempto, videantur frui pri-
uilegio immunitatis, vt patet ex ſequenti *reſolu-*
tione Sac.Congreg.In vna Vrbeuetana in qua reſpon-
dit *Statutum vt ſupponitur à Sede Apoſtolica confirma-*
tum circa ſolemnitates adhibendas in contractibus, *&*
vltimis voluntatibus Mulierum locum habere etiam
in contractibus, *& vltimis voluntatibus puellarum*
exiſtentium in monaſterijs pro educatione die 6. *Octo-*
bris 1643.

S V M M A R I V M.

1 Minor impugnans contractum ex capite nullitatis, vel im-
plorans beneficium reſtitutionis in integrum tenetur re-
ſtituere recepta, vel pretium vna cum fructibus in eius
vtilitatem verſis 2.
Amp. vt ſaltem debet cum effectu offerre 3.
Amp. vt num.71.
4 Lim. Teneri ad reſtitutionem receptorum ſi contraxerit
cum ſolemnitatibus ſtatutarijs, ſecus abſque ſolemnita-
tibus, niſi ſit factus locupletior, & num.69.
5 Minor contrahens abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs non
obligatur nec ciuiliter, nec naturaliter, niſi fuerit factus
locupletior limit. vt num.70.
6 Amp. Vt nec in foro conſcientiæ hoc caſu remaneat obli-
gatus 7. & 8.
9 Lim. Vt ex æquitate legis naturalis ad reſtitutionem re-
ceptorum minor teneatur, ſecus verò vigore contractus
nulli 10.
11 Lim. in creditore minoris, qui non tenetur reſtituere pre-
tium rei per minorem venditæ, ſi ipſe ſit ſoluendo, ſe-
cus ſi non ſit ſoluendo 12.
13 Lim. Si minor, vel Eccleſia dolo fuerit inducta ad contra-
hendum.
14 Lim. Si minor cum effectu receperit pretium.
15 Minor dicitur factus locupletior ex traditione, & ſi res ad
eius manus deuenerit. 16. Amp. Etiam ſi poſtea perie-
rit 17. vel fuerit furto ablata 18.
19 Dicitur factus locupletior ſi in ſuum, vel familiæ vſum
conuertat, ſecus ſi ſplendidius viuere voluit.
20 Verſio in dubio non præſumitur ideò probanda.
21 Minor petendo reſtitutionem aduerſus contractum debet
probare quod non ſit factus locupletior. Contrar. no.22.
Diſting. quod ſi contractus fuerit celebratus cum ſolemni-
tatibus, & minor tenetur hoc probare, ſi non fuerint ſer-
uatæ incumbit alteri parti 24. Diſtingue 2. vt num.25.
23 Verſio eſt probanda a contrahente cum Eccleſia Intel. vt
num.24. & 25.
25 Verſio eſt probanda à contrahente cum Eccleſia, vel cum
Minore ſi contractus ſit factus ex cauſa neceſſaria, ſecus ſi
ex voluntaria contrarium attenta nullitate contractus
defectu ſolemnitatum. 26.
27 Verſio a contrahente cum Eccleſia in contractu mutui,

venditione rei ſtabilis, & depoſito tantum eſt probanda.

28 Verſio non eſt probanda à contrahente cum Eccleſia ſi agatur de alienandis mobilibus minime pretioſis, ſecus ſi de immobilibus, vel mobilibus pretioſis contrar. n.29.

30 Verſio non eſt probanda à creditore viuente Prælato cui fuit mutuata pecunia prò Eccleſia, ſecus eo defuncto.

31 Verſio ſi ex coniecturis ſit veriſimilis relinquitur arbitrio Iudicis an creditor eximatur ab huiuſmodi probatione.

32 Verſio non eſt probanda à Creditore, qui mutuauit habenti ſpeciale mandatum a Capitulo, ſecus habenti generale.

33 Emptor generaliter non debet eſſe ſollicitus de verſione.

34 Emptor rei Eccleſiæ non debet eſſe ſollicitus de verſione, ſecus ſi venditio fuerit facta pro extinguendo debito, & non ex alia cauſa.

35 Probatio verſionis ſpecialiter requiritur in mutuo.

36 Contrahens cum Eccleſia ex cauſa neceſſaria debet eſſe ſollicitus de verſione ſecus ex cauſa voluntaria. Intel. vt num.25. & 26.

37 Emptor in rebus pupilli, & minoris debet eſſe ſollicitus de verſione.

38 Amp. præcipuè ſi res pupilli vendatur ad effectum extinguendi debitum.

39 Emptor rei fideicommiſſo ſubiectæ prò extinguendo ære alieno fideicommittentis debet eſſe ſollicitus de verſione, ſecus ſi inter partes aliter fuerit conuentum num.40.

41 Quis debet eſſe ſollicitus in reinueſtimento rei dotalis.

42 Emptor non debet eſſe ſollicitus de verſione in venditione facta ab executore Teſtamentario pro ſoluendis legatis.

43 Verſionis probatio in cambio non eſt neceſſaria.

44 Inter Mercatores proceditur ex æquo, & bono.

45 Verſio probatur etiam indicijs, & coniecturis.

46 Verſio probatur ſi minor habeat pecuniam ſaluam, vel aliquid emerit, vel res neceſſarias prò victo, & veſtitu.

47 Verſio præſumitur ſi pecuniæ receptæ fuerunt tempore indigentiæ, quam recipiens reparauit.

48 Præcipuè ſi modicum tempus interceſſerit inter receptionem, & verſionem.

49 Vltarius ſi poſt receptionem ceſſauerit indigentia, & n.50.

51 Verſio probatur ſi debitum pro cuius extinctione fuerunt pecuniæ receptæ reperiatur extinctum pro confeſſionem creditoris.

52 Verſionis præſumptio reſultat ex modicitate ſummæ traditæ Eccleſiæ.

53 Verſio non probatur ſi actualiter nihil recipiatur, ſed ſolum poſſeſſio tradita fuerit per clauſulam Conſtituti.

54 Verſio probatur ſi pecuniæ fuerint receptæ tempore cariſtiæ.

55 Verſio ſatis eſt vt ſemel fuerit facta, licet poſtea non durauerit.

Contractus dicitur vtilis ſi ſaltem tempore contractus, & à principio vtiliter geſtus fuerit ibid.

56 Emens cenſum ab Eccleſia pro extinguendo alio maioris ſummæ non debet eſſe ſollicitus de verſione.

57 Veniens contra tranſactionem debet reſtituere recepta.

58 Amp. quamuis impugnetur ex capite, læſionis.

59 Siue impugnetur à minore, ſiuè ab Eccleſia.

60 Amp. vt antequam fiat reſtitutio ſit ſuperſedendum ab vlteriori proceſſu.

61 Lim. procedere parte opponente.

62 Lim. procedere ſi impugnetur ex capite læſionis, ſecus ex capite nullitatis.

63 Sublim. vt ſatis ſit ſi fiat reſtitutio ante executionem.

64 Lim. ſi in cauſam debitam competat retentio.

65 Lim. ſi fuerit receptum corpus, & poſtea euineatur.

66 Lim ſi tranſactio eſſet reſoluta colpa partis aduerſæ, item ſi dolo quis fuerit inductus ad tranſigendum, & ſi illud quod fuerit datum fuerit datum, in augmentum cultus Diuini.

67 Eccleſia volens à contractu recedere defectu ſolemnitatum tenetur reſtituere receptum

68 Verſio, & locupletatio non eſt probanda, quando pecuniæ acceptæ fuerunt ex cauſa voluntaria.

ADNOTATIO VI.

Minor impugnans contractum ex capite nullitatis an, & quando teneatur ad reſtitutionem receptorum,

An, & quando dicatur factus locupletior, & res verſa in eiús vtilitatem.

1 MInor impugnans contractum á ſe geſtum ex capite nullitatis, aut implorans beneficium reſtitutionis in integrum non eſt audiendus niſi prius reſtituat id, quod ex ee contractu accepit, & cum effectu ad eius manus peruenit *l. quod ſi minor §. reſtitutio de minor. l. prædior. l. veteri C. de præd. minor. Rol. conſ. 59. num. 7. lib. 1. Aym. conſ. 7. num. 14. Paris conſ. 96. num. 112. lib. 1 Abb. conſ. 62. in fi. lib. 1. ſelin. in cap. cum cauſſ num. 10. de re Iudic. cum alijs per Gratia diſcept. 555. num. 25. Rot. deciſ. 111. in fi. part. 2. diuerſ. deciſ. 464. poſt Cinc. de Cenſib. ſecundum nouam impreſ. & ſecundum veterem poſt addit. deciſ. 141. num. 26. late Odd. de reſt. in integ quaſt. 47. artic. 3. num. 1. & 2. cum alijs per Sperel. deciſ. 155. num. 29. tom. 2.*

2 Minor autem regulariter, ſicuti quilibet alius debitor intendens recuperare bona nulliter ex defectu ſolemnitatum alienata tenetur reſtituere pretium cum legitimis vſuris, ſeu fructibus in eius vtilitatem verſis *l. prædium C. de præd. minor. vbi Bald. & Salic. in princ. & communiter Doctores Pedem deciſ. 160. num. 16. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 4. cap. 1. num. 70.*

3 Aut ſaltem debet realiter, & cum affectu offerre vt emptor ad ſui libitum recuperare, ſeù recipere poſsit ante quam ipſam rem reſtituat *Corn. conſ. 186. in fin. lib. 2. Abb. conſ. 62. in fin. lib. 1. Rol. à Val. conſ. 59 num. 7. Simon. de Petr. conſ. 74. num. 28. Odd. de reſt. in integ. quæſt. 47. artic. 3. num. 14. Gratia diſcept 555. num. 26.*

4 Lim. quod minor teneatur ad receptorum reſtitutionem ſi cum ſolemnitatibus Statutariis cõtraxerit quó caſu ſtandum eſt eius confeſſioni factæ de pecunijs in eius vtilitatem verſis, donec per reſtitutionem in integrum non appareat de læſione, ſecus autem ſi contraxerit non ſeruatis Statutarijs ſolemnitatibus, & iuris communis, quo caſu non tenetur pretium reſtituere, niſi quatenus ſit effectus locupletior *l. ſi fundus §. fin. ff. de reb. eorum Rot. deciſ. 814. num. 1. coram Burat. vbi Ferentil. in addit. lit. A. deciſ. 1. num. 32. 33. & 34. part. 5. tom. 1. recen.* & vt latius demonſtrabitur infra *num. 24.*

5 Ratio enim publicæ vtilitatis, quæ eſt cauſa finalis Statuti efficit vt minor qui contraxit non ſeruatis Statutarijs ſolemnitatibus, nec ciuiliter nec naturaliter obligetur, niſi factus fuerit locupletior, ex quo Statutum reſiſtit contractui, & obligationi, ac proinde impedit etiam naturalem obligationem *l. cum lex vbi Bart. 26 ff. de fideiuſſor. iuxta theoricam Imolæ in cap. cũ contingat in 8. memb. col. 2. poſt med. de iure iuran. Cancer. var. reſol. part. 2. cap. 1. num. 59.* & in puncto conſtitutionis Aegidianæ *Ruin. conſ. 12. num. 4. ex cumulatis per Tiraquell. de leg. gloſ. 4. numer. 12. Lambert. de contract. gloſ. 16. quæſt. 3. numer. 5. & ſeq. Iaſ. in l. ſi non ſortem num. 3. ff. ſolut. matrim. Couar. in cap. quamuis in 2. part. §. 4. num. 6. Ludouic. Rom. conſ. 437. num. Ruin. Inn. conſ. 160. num. 10. Rot. deciſ. 18. num. 15. & 16. coram Duran. deciſ. 177. num. 12. part. 1. recen. deciſ. 162. n. 4. poſt Zacbiam de oblig. Cammeral. & deciſ. 18. num. 13. & 14. coram Vrgellen. & deciſ. 16. a nu. 16. cum pluribus ſequen. part. 5. tom. 1. recen.* vbi intrat propterea

dictum

dictum *Bart.* quos natura non obligat conſcientia non ligat, *Nauar.conſ.9.num.6.& 7.de empt.vendit. lib.3.vol.1.dicta deciſ.18.num. 13.& 18. coram Duran.& deciſ.119.num.0.part.7.recen.*

7 Adeò vt nec in foro conſcientiæ remaneat obligatus ad reſtitutionem niſi effectus locupletior vt egregiè notat *Bald.conſ.285.verſ. nec aliter vol.3.ex cumulat.per Ruin. Iun.conſ.5. num.76. Duran.deciſ.18.num.3.& plurib. ſequen. Rot. deciſ.177. num.3.circa med.part.1.recen.*

8 Etenim quando minor efficitur locupletior, actus ſaltem valet de iure gentium, quia habet voluntatem, & conſenſum partium, licet non ſit ſeruata forma à iure poſitiuo, ac proinde obligatur in foro conſcientiæ *Innocen.in cap. quapropter.de elect.Panorm.in cap.1.in fin.de reſtit. in integ. & latè comprobat Rot.dicta deciſ.18. per tot. coram Durano.*

9 Et ex æquitate tenetur ad reſtitutionē receptorum, cum non debeat locupletari cum iactura alterius *Natta conſ.161.num.5.Cephal conſ.207.nu. 37.cum ſeq. Rol conſ.7.num.28.vbi de commun.lib.3. Fenſon.ad Stat Vrbis cap.151. inſpect.3. num.13.& 27.fol.421.Odd.de reſt.in integ quæſt.47.artic.4. num. 20.verſ.ſecundo hac ratione Rot. deciſ.60. num.1. poſt Pic.ad Stat.*

10 Minores igitur, & mulieres ad reſtitutionem receptorum ex contractu nullo defectu ſolemnitatum Statuti tenentur, & conueniri poſſunt ex æquitate legis naturalis, & alia actione ex lege, non autem ex contractu, nullo ex quo nulla actio oritur *Fenſon.ad Stat.Vrbis in cap.151.num.15. fol. 419.*

11 Limitatur 2. Principalis concluſio,in caſu,quo minor pecuniam, ſeu pretium ſolui fecit ſuo creditori ab ipſo met emptore ex cauſa oneroſa, quia cum creditor ſuum receperit non videtur poſſe moleſtari ad reſtitutionem *Odd. de reſt.in integ.quæſt.47.artic.3.num.18.vſque ad fin.*

12 Sublim. Vt creditor minoris ex cauſa lucratiua recepit, & tunc emptor habet regreſſum contra ipſum prò recuperatione ſui pretij, ſi vero ex cauſa oneroſa, & tunc ſi minor eſt ſoluendo ipſemet minor tenetur refundere pretium,ſi vero non eſt ſoluendo, & in ſubſidium ſuccurritur huic emptori vtili repetitione aduerſus præfatum minoris creditorem qui licet ſuum receperit nihilominus tenetur reſtituere, & ratio eſt quia quando minor eſt ſoluendo, licet pretium illud non habeat, tamen quia erogauit in extinctionem proprij debiti, ad quod tenebatur, effectus fuit locupletior, quando verò non eſt ſoluendo, tunc non tenetur minor, ſed eius creditor, qui recepit, licet ſuum receperit, cum de alieno, & non immediate ab ipſo minore ex eius proprio patrimonio habuerit, vt notabiliter tradit *Odd. de reſtit. in integ.quæſt.47. artic.3. num.18. verſ. vt ſi quidem creditor.*

13 Lim. 3. Non procedere, quando minor, vel Eccleſia fuerit dolo inducta ad contrahendum, & vendendum *l. qui res vbi notat Bart.§.huic applicatur ff de ſolut.per cap.1.§.1.de prob.alien feud.Guid Pap.deciſ.305.num.24.Odd.de reſt.in integ. quæſt.47. artic.3.num.17.*

14 Lim. 4. Si minor cum effectu receperit pretium, & ſic factus fuerit locupletior, nam eo ipſo quod probatur minorem recepiſſe, iuſtificatur quoque ex huiuſmodi actu verſio in eius vtilitatem, & hoc caſu ſemper eſt locus reſtitutioni receptorum ob præſumptam locupletationem etiam ſi ageretur ad nullitatem contractus *gloſ. et Bart.in l.prædiorum num.1.C.de præd.minor.Rol.conſ. 7.num.28.lib.1.Socin.conſ.115.col.fin.lib.1.cum alijs per Gratia diſcept.555.num.30.et 31.* vbi præcipuè concurrentibus coniecturis verſionis in vtilitatem, & quod tunc dicatur locupletior, quando res peruenit ad manus Eccleſiæ, vel pupilli, vel in eius vtilitatem verſa eſt,ad *l pupillo*,& ibi *DD. ff.de ſolut.l.prædiorum C.de præd min Couar. var. reſol.lib.2.cap.17.num.3. Boccac. ſuper conſtit. Marcb. gloſ.8.num.52.Adden.ad Barat.deciſ.814.num.5.* vbi ita firmaſſe *Rot.coram Merlino, et deciſ. 11.num.1.et 2.poſt Pic.ad Stat.Vrbis.*

15 Semper autem minor dicitur factus locupletior quando res peruenit ad manus minoris, vel Eccleſiæ, vel mulieris,vel pupilli, & in præfatorum vtilitatem verſa fuerit *ad l. pupillo ff. de ſolut. vbi Doctor.l.prædiorum C.de præd.minor.Couar. var. reſol.lib. 2.cap.17.num.3.Boccac.ſuper conſtit.Marcb. gloſ.8.num.52.cum alijs per Ferentil. in addit. ad Burat.deciſ.814.num 5.*

16 Quinimo etiam ex traditione quis locupletior factus dicitur *gloſ.in l.fin in verbo locupletior C.de in integ.reſt min. Gratia diſcept.576.nu.15. et 16. et diſcept.879.num.9.*

17 Vlterius ſi res ad ipſum minorem peruenerit, & deinde eandem rem in aliam mutuauerit, etiam ſi poſtea perierit, vel ſi minor ex re ad ipſum peruenta pecuniam retrahat, vel ſi ex eadem re aliam rem emptam habeat, vel ſi emat rem, quam neceſſario emere debebat, etiam ſi res empta poſtea perierit *Lamberten. de contract. gloſ. 1.num.247,Farinac.in repertor. de contract. quæſt.41. ſub num.25.* vbi etiam ampliat ſi res tradita, vel
18 mutuata fuerit deinde furto ablata, quia læſio ſuperueniens ex caſu fortuito non excuſat minorem, cum ſufficiat in ipſo actu traditionis locupletiorem effectum fuiſſe, ſecus autem ſi in malam partem conuerteret, ſeu conſumaret, nam tunc ex receptione pæcuniæ non reſultat huiuſmodi locupletatio, cum copulatiuè exigatur conuerſio in bonam partem *Dunozett. Iunior. deciſ.18.num.2.3. et 4.tom.1.*

19 Sicuti neque ad hunc effectum ſufficit, quod rem in vſum proprium, vel familiæ conuertat, ſi excedere voluerit vires ſui Status, & conditionis lautius, & ſplendidius viuendo *Dec.in l. ex pænalibus num.6.in fin.ff.de reg.iur. Ancar.part.1.quæſt.15. ſub num.1. Lamberteng.de contract. gloſ.1. num.245. Farinac.in repert de contract.quæſt.41.ſub num.25.*

20 In dubio pecunia non præſumitur verſa in vtilitatem recipientis, & in dubio qui dicit rem verſam in vtilitatem minoris, vel eundem eſſe factum, vel non factum locupletiorem, ſiue reus ſiue actor ſit debet intenſionem ſuam probare *Ioſeph.Ludou.commun. opin. lib.1. concluſ.14. verſ. infertur primo Lambert.et Farinac.in locis proximè citatis.*

21 Ve-

21 Verum quod minori incumbat onus probandi quod ipſe non eſt factus locupletior, nam vt obtinere valeat puta reſtitutionem, aduerſus venditionem, debet probare ſe fuiſſe læſum ex eadem venditione, quæ læſio reſultare poteſt vel ex modicitate, aut in quantitate pretii vel ex non indigentia pecuniæ retractæ ex pretio rei venditæ, & ſimilibus, vnde ſi ipſe tenetur probare læſionem, neceſſario ſequitur quod etiam probare debeat ſe non fuiſſe factum locupletiorem, cum hæc probatio confundatur cum ipſa probatione læſionis vt tenet *Pyleus gloſator antiquus quæſt. 118. poſt diſputationem quam ibi ponit. relat. per Odd. de reſt. in integ. quæſt. 47. art. 5. num. 22.*

22 In contrarium autem quod ſemper incumbat ipſi emptori onus probandi minorem locupletatum fuiſſe in obicem probationis læſionis per minorem faciendæ ſubtiliter defendit *Pinel. Bald. Salic. Natta, et alij relati per Odd. dicta quæſt. 47. artic. 5. num. 22. verſ. ſed contra,* & in puncto contrahentis
23 cum Eccleſia, quod debeat probare pecuniam in vtilitatem ipſius Eccleſiæ verſam fuiſſe tradit *Amat. reſol. 99. num. 11.*

24 Diſtinguendum eſt pro concordia quod aut minor, Mulier, vel Eccleſia petunt ſe reſtitui aduerſus contractum validè cum ſuis ſolemnitatibus celebratum vti læſiuum, & tunc eiſdem incumbit onus probandi ſe ex tali contractu non fuiſſe effectos locupletiores, aut vero inſtant pró nullitate contractus ob non ſeruatas ſolemnitates, & hoc caſu contrahentibus cum eis ſpectat probare verſionem, illoſque locupletatos fuiſſe *l. ſi prædiorum vbi gloſ. Bart. Bald. Salic. et communiter Doctores l. ſi prædium C. de præd. minor. Dec. conſ. 60. ſub num. 2. et de commun. Socin. conſ. 115. in 3. part. vol. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 21. in fin. Odd. de reſtit. quæſt. 47. artic. 5. num. 23. latè Gratia diſcept. 720 num. 24. Rub. in addit. ad deciſ. 81. num. 110. et ſeq. part. 8. recent. Merlin. deciſ. 219 num. 10. Duran. deciſ. 18. num. 29. et 36. Burat. deciſ. 814. num. 2. Rot. deciſ. 177. num. 3. deciſ. 678. num. 7. part. 1. et deciſ. 1. à num. 31. vſque ad 35. part. 5. tom. 1. recen.*

25 Diſtingue 2. quod minor, Mulier, vel Eccleſia alienauerunt, aut cenſum impoſuerunt non ex cauſa æris alieni, vel alia neceſſaria, ſed mere voluntaria, & ſic aut ſine cauſa, aut non ſufficienti, & hoc caſu emens rem minoris alienantis non tenetur probare verſionem pretij in vtilitatem Minoris, ſecus ſi ex cauſa neceſſaria iuxta communem diſtinctionem tam in minore, quam in Eccleſia, ſiue agant ad reſciſſionem contractus ex capite læſionis ſuppoſita eius validitate, ſiue agant ad nullitatem ob non ſeruatas ſolemnitates vt indiſtintè Rotam ſemper tenuiſſe firmat *Burat. deciſ. 714. num. 1. et 2. vbi ita etiam firmaſſe Rot. coram Penia, et Bubalo poſt Cinc. de cenſ. dec. 25. et deciſ. 285. et in alia Toletana coram Nauarro.*

26 Sed poſtmodum *Rot.* ab ijs deciſionibus receſſit coram eodem *Burat. deciſ. 814.* vbi dixit onus probandi minorem effectum fuiſſe locupletiorem non incumbere minori, ſed emptori iuxta communem Doctorum concluſionem ab omnibus receptam attenta nullitate contractus defectu ſolemnitatum, & quod diſtinctio alienationis facta ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria procedat ſuppoſita validitate contractus, ſecus vero concurrente nullitate ob non adhibitas ſolẽnitates, nam tunc ſi non probetur verſio, minor non tenetur reſtituere pretium.

27 Contrahenti verò cum Eccleſia tantummodo tribus caſibus ſcilicet in mutuo, depoſito, & venditione rei ſtabilis verſionem probare tenetur, vt liberetur, & contra eum actio ſublata dicatur per ſolutionem factam Rectori Eccleſiæ, in alijs vero contrahens cum Eccleſia non debet eſſe ſollicitus de verſione in vtilitatem illius. vt de veriori, & magis communi opinione teſtatur DD. relati per *Gratia diſcept. 45. num. 1. Surd. deciſ. 156. num. 9. in fin.* & tradit *Imola et alij in cap. 1. de depoſit. cap. ſuper quibuſdam de fideicom. Amat. reſol. 99. num. 11. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 56. num. 18. 19. et 20. Maſtril. deciſ. 204. num. 10. 11. et 14. lib. 3. Seraph. deciſ. 338. num. 7. et deciſ. 366. num. 3.*

28 Lim. quando pecunia fuit mutuo data Prælato præſente, & conſentiente capitulo, & agitur de alienandis mobilibus minime pretioſis ipſius Eccleſiæ pró mutui reſtitutione, nam hoc caſu creditor, qui mutuo dedit, neceſſe non habet probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ, cum Prælatus habeat liberam adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, eiuſque fructuum, vnde liberum ei fuit mutuo ſuſcipere pecuniam, & ex eiſdem fructibus reſtituere ita docet *Abb. in cap. pen. num. 5. de fideiuſ. et hanc opinionem non habere diſſenſientem teſtatur Menoch. de arbit. caſ. 432. num. 3.* ſecus vero ſi ageretur de alienandis bonis Eccleſiæ immobilibus, vel mobilibus pretioſis vt accepta pecunia reſtituatur, nam tunc creditor tenetur probare verſionẽ *Abb. dicto cap. pen. num. 4. verſ. aut enim propter de fideiuſ.* & alij relati plene per *Menoch. loco citato à num 7. vſq. ad 13.*

29 Licet contrarium defendat *Bart. aduerſus Abb. et alios in l. Ciuitas num. 13. ff. ſi cert. petat. et alij relati per eundem Menoch. proxime citato num. 13. verſ. Contrariam itaque vbi ampliat. et declarat.*

30 Lim. 2. Quando pecunia fuit mutuo ſuſcepta à ſolo Prælato, qui tempore reſtitutionis viuit, & reſtituere valet abſque diſtractione bonorum immobilium Eccleſiæ, & hoc ſane caſu releuatur creditor ab onere probandi verſionem in Eccleſiæ vtilitatem *Abb. dicto cap. pen. num. 6. verſ. aut. mutuum fuerit receptum de fideiuſ.* ſecus autem defun-
31 cto Prælato tempore reſtitutionis, cum ſucceſſor non teneatur ad debita anteceſſoris, niſi probetur verſio in Eccleſiæ vtilitatem *Imol. in cap. 1. de ſolut. Butr. in cap. penult. num. 9. verſ. ſi autem de fideiuſ. cum alijs relatis per Menoch. dicto caſ. 432. num. 18. vbi num. 24.* ſubdit hac in re multum eſſe tribuendum arbitrio Iudicis, qui debet animaduertere an Prelatus conſueuerit hoc modo ſumere pecunias mutuo expendere prò Eccleſiæ vtilitate, an ſumma ſit ingens, vel parua an concurrat veriſimilitudo verſionis, qua concurrente grauari non debet creditor ad huiuſmodi verſionem probandam.

32 Lim. 3. Quod verſio non eſt probanda a creditore, qui certam ſummam mutuo dedit habenti ſpeciale mandatum a Capitulo pro eadem certa, & determinata ſumma, quia hoc caſu non ſingulari perſonæ recipienti, ſed ipſi Eccleſiæ mutuum

vide-

videtur conceſſum, ſecus autem ſi mutuum factum fuerit habenti mandatum generale, ſeù cui non fuit taxata ab Eccleſia ſumma pecuniarum mutuo accipienda, vel habenti liberam poteſtatem adminiſtrationis omnium bonorum Eccleſię, qui recipiendo mutuum ſi aſſerat ſe recipiſſe prò vtilitate Eccleſiæ vel prò agrorum cultura, bonorumque conſeruatione, non propterea liberat mutuantem ab onere probandi verſionem in expreſſam cauſam, cum libera illa poteſtas adminiſtrandi non ſe extendat ad actum ſuſcipiendi mutuo pecuniam vt late omnes hoc caſus comprobat *Menoch. de arbitrar. caſ. 432. num. 25. vſque ad 29. qui alios allegat. et num. 30. et 31,* alios caſus refert.

33 Generaliter vero emptor non debet eſſe ſollicitus de verſione in cauſam expreſſam, eamque minime probare tenetur, vt de veriori, & magis communi opinione teſtatur *Surd. deciſ. 156. num. 9. ante fin. per text. in l. doli in fin. ff. de nouat. l. ſi. ff. de exercit. Molin. de primog. hiſpan. lib. 4. cap. 4. num. 22. Merlin. deciſ. 459. num 18. et 19. Gregor. XV. deciſ. 511. num. 9. et 33. Rot. deciſ. 681. num. 5. part. 1. in recen. deciſ. 35. num. 9. poſt. Cinc. de cenſib.*

34 Quinimo quod emptor rei Eccleſiæ regulariter non debet eſſe ſollicitus de conuerſione pretij ſecundum magis receptam ſententiam, de qua *Dec. conſ. 36. num. 8. verſ. tertio principaliter Gregor. XV. deciſ. 511. num. 11. vbi Add. num. 33. verſ. immo nec etiam late Surd. deciſ. 156. num. 9.* vbi ſubdit, quod contrarium tenentes intelligi debent quando res Eccleſiæ venditur vt debitum ſoluatur, nam tunc emptor debet eſſe ſollicitus, & curioſus, vt extinguatur debitum, ſecus ſi venditio fiat ex alia cauſa, vt bene diſtinguit *Innocen. in cap. 1. depoſiti vbi Bart. num. 13. Imo num. 17.*

35 Vel loquuntur in mutuo, in quo cum ſpeciale ſit vt exigatur, probatio verſionis incumbit mutuanti, qui debet curare verſionem & in ijs terminis procedere doctrinam *Bart. in l. Cinias num. 8. ff. ſi cert. pet.* dixit *Rot. deciſ. 511. num. 12. coram Gregor. XV. Innocen. & communiter Doctores in cap. 1. depoſiti.*

36 Prout nec etiam contrahens cum Eccleſia minore, alijſque perſonis priuilegiatis non tenetur eſſe ſollicitus de verſione, niſi quādo alienatio fuit facta ex cauſa neceſſaria, ſcilicet pro ſoluendo ęre alieno ſecus quando ex voluntaria late *Molin. de Hiſpan. primog. cap. 4. lib. 4. à num. 20. vſq. ad 24. Gratian. diſcept. 45. num. 34. 35. & 36.* vbi quod hęc diſtinctio fuit a Rot approbata in deciſionibus per eum relatis *Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 511. num. 33. in fin. iuxta diſtinctionem, quam Rot. ſecuta fuit in deciſ. 8. num. 10. & 11. deciſ. 29. num. 1. deciſ. 287. num. 4. et ſeq. poſt. Cinc. de cenſib. ſecundum priorem impreſſionem et deciſ. 681. num. 5. part. 1. recen.* intellige tamen iuxta ſupra tradita *num. 25. et 26.*

37 Sed quod emptor, quando agitur de rebus pupilli, & minoris debeat eſſe ſollicitus de verſione diſponit *text. in l. magis puto §. nec non ff. de reb. cor. Rot. deciſ. 178. num. 17. et duobus ſequen. part. 7. recen.*

38 Præcipue ſi res pupilli vendatur ad effectum extinguendi debita, alias emptor non eſt tutus, ſed tenetur ad rem, vel ad pretium *l. magis puto §. ne tamen et §. manet actio ff. de reb. cor. Corn. conſ. 207. col. 1. vol. 3.* vbi quod venditio reddatur nulla, & inualida, ſi cauſa expreſſa non doceatur plenariè impleta *Bertaz. clau. 10. glo. 2. ſub. num. 12. verſ. ſed creditor et num. 14. Rot. deciſ. 178. num. part. 7. recen.*

39 Ita etiam emptòr rei fideicommiſſo ſubiectæ, venditæ ex cauſa neceſſaria prò diſſoluendo ære alieno fideicomittentis tenetur eſſe ſollicitus de reinueſtimento ex late deductis *in Bononien. fideicommiſſi de rubeis 4. Martij 1642. coram Panzirolo, quæ ſecuta fuit in Romana fideicommiſſi, ſeu ſaluiani 28. Aprilis 1651. §. non obſtat coram Eminentiſſ. Celſo*

40 Limit. ſi aliter inter partes fuiſſet conuentum, & Pontifex derogando fideicommiſſo huiuſmodi conuentionem approbaſſet, nam tunc ſufficit ſoluere in cauſam expreſſam, non attento quod poſtea ſubſequatur vel executioni demandetur *Rot. deciſ. 301. num. 9. part. 1. recen. et in Romana fideicommiſſi. ſeu ſaluiani 20. Aprilis 1640. cor. Em. Panzirolo, & 28. Aprilis 1651. §. non obſtat cor. Em. Celſo.*

41 Quando vero agitur de reinueſtienda re dotali & ſi agatur de ſuo intereſſe quis debet eſſe ſollicitus de reinueſtimento *Merlin. deciſ. 77. num. 12. et 13.*

42 In venditione, tamen facta ab executore teſtamentario prò ſoluendis legatis, quod emptor ſit tutus, ſi pretium eidem executori actualiter ſoluat, licet nullam curam adhibeat, & non doceat legatarijs fuiſſe ſolutum tradit *Bart. in l. alio herede num. 14. ff. de olim. legat. Surd. deciſ. 156. num. 2. et 3. Gregor. XV. deciſ. 511. num. 9.*

43 Pariter in cambio non eſt neceſſaria verſionis probatio, alias deſtruerentur commercia, & negociaciones, quibus reſpublica manutenetur, & conſeruatur, & particulares eorum indigentijs conſulunt *Amat. reſol 99. num. 12.* præcipue inter

44 Mercatores, inter quos proceditur ex æquo, & *Burat. deciſ. 546. num. 3.*

45 Verſio tandem in vtilitatem alicuius probatur etiam indicijs, & coniecturis, & præſumptionibus *Bart. in auth. hoc ius porrectum num. 17. C. de Sacroſan. Eccleſ. et in l. ciuitas num. 12. et ſeq. ff. ſi cert. petat. Bald in l. 1. num. 6. C. ſi aduerſ. vendit. Natta conſ. 543. num. 20. Menoch. conſ. 375. num. 12. et de arbitrar. caſ. 43. num. 33. et de præſumpt. lib. 3. præſum. 55. num. 4. Rot. deciſ. 546. num. 4. coram Burat. vbi Farentil. in addit. num. 9. deciſ. 611. num. 6. deciſ. 714. nu. 3. in fin. part. 3. recen. Sperel. deciſ. 154. num. 113. & ſeq. tom. 2,* vbi de veriori contra *Zabarel. in conſ. 110. in fin.* vbi arbitratus fuit in caſibus, quibus de verſione in Eccleſiæ vtilitatem conſtare debet id manifeſte probandum eſſe, & in hoc plurimum tribuendum eſſe arbitrio Iudicis ſubdit *Menoc. de arbitrar. dicto caſ. 432. num. 35.*

46 Variæ autem afferuntur coniecturæ, ex quibus reſultat verſionis probatio, probatur itaque verſio in minoris vtilitatem, ſi minor habeat pecuniam ſaluam, vel aliquod ex eadem emptum, vel ſibi emerit res neceſſarias, licet modo non extent. *glo. in l. fin. C. de vſucap. prò empto, et ibi Doctor et in l. verum §. ſciendum ff. de minor. Duran. deciſ. 18. num. 31.* Et præcipue ſi erogata fuerit pecunia in emptione prò victu, & veſtitu, & conſtet antea fuiſſe nudum, vel male indutum, vel non habuiſſe frumentum, & tamen appareat poſt emptum, vel conſignatum frumentum, vel pannos, aut veſtes vixiſſe, & veſtitum fuiſſe, & licet aliunde

habere

habere potuerit nihilominus hoc non præſumitur *Bald. in auth. hoc ius porrectum C. de Sacroſant. Eccleſ. num.23. verſ. ego dico Odd. de reſt. in integr. part.2. quæſt.51. artic.5. num.57. Surd. deciſ.55. n.7. & 8. Rot. deciſ.611. num.6. part.3. recen.*

47 Vnde verſionis præcipua coniectura eſt quando pecuniæ fuerunt habitæ tempore indigentiæ, & ille ad cuius manus pecuniæ peruenerunt ſuis neceſſitatibus conſuluit *gloſ. in auth. hoc ius porrectum, in verbo probat, & Bald. num.8. C. de Sacroſan. Eccleſ. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt. 55. num.5. & de arbitrar. caſ.432. num.37. Gratia diſcept.107. num.20. & ſeq. & diſcept.360. num.32. Adden. ad Burat. deciſ.546. num.10. Gregor. XV. deciſ.31. num.2.*

48 Quæ coniectura præcipue ſibi locum vindicat, quando inter receptionem pecuniæ, & alterius rei, & verſionem modicum tempus interceſſerit *Menoch. dicto caſ.432. num.38. & dicta præſumpt.55. num.8. Surd. deciſ.55. num.8. Gregor. XV. deciſ.31 num.3. cum alijs per Ferentil. ad deciſ. Burat. deciſ. 46. num.10. in fin.*

49 Vel quando puta emptor tempore emptionis
erat indigens, & poſtea ceſſauit indigentia. *Rot.*
50 *deciſ.611. num.7. & 8. part.3. recen.* Vel quando puta emptor frumenti non probat habuiſſe aliud granum, de quo viuere potuerit, vt animaduertit *Rota dicta deciſ. num.10.*

51 Præſumitur vlterius, & arguitur verſio ſi fuerit res vendita, prò extinguendo debito, & creditor ſaſſus fuerit ſe ſatisfactum, & conſenſerit caſſationi Inſtrumenti, ex quo debitum reſultabat, quod per ſe ſolum ſubſiſtente cauſa debiti, arguit verſionem in vtilitatem venditoris. *Alciat. in l. Ciuitas num.18. ff. ſi cert. petat. Menoch. de arbitrar. caſ 432. num.38. Mantic. de tacit. & ambig. lib.8. tit.15. numer.5. ad tradita per Surd. deciſ.55. num.7. & 8. Rot. deciſ.714. num.3. part.3. recent.* vbi quod verſio pecuniarum in vtilitatem Pupilli deducitur ſi mediantibus illis fuerit redemptus Cenſus eiuſdem Pupilli, & liberatus ab eius præſtatione.

52 Reſultat quoque verſionis præſumptio ex modicitate ſummæ mutuatæ Eccleſiæ, vt ex *Alciat. in l. Ciuitas num.6. verſ. quid ſi de modica ff. ſi cert. petat. tradit. Menoch. de arbitrar. caſ.432. num.37.*

53 Verſio tamen non probatur, nec minor dicitur factus locupletior ſi actualiter nihil recipiat, ſed ſolum poſſeſſio fuerit tradita per clauſulam Conſtituti, quæ ſi ſit adiecta in contractu nullo, nihil operatur *Fenſan. ad Stat. Vrbis in cap.151. in voto Domini Capitanij num.34. & 35. fol.341.*

54 Deſumitur quoque alia coniectura conuerſam fuiſſe pecuniam mutuo acceptam in alimenta familiæ, ſi mutuum factum fuerit tempore caritiæ, quò caſu non requiritur alia probatio, cum militet præſumptio prò conuerſione *Bart. in l. fin. C. ad Macedon. in l. his ſolis in fin. C. de condict. indeb. Cepol. cautel.193. in addit. lit A. in fin. Menoch. lib.3. præſumpt.58. num.6. Surd. de aliment. tit.8. priuil.48. num.10. Gratia diſcept.107. num.21.*

55 Exuberat namque in hac verſionis materia, quod doceatur pecuniam ſemel fuiſſe verſam in Eccleſiæ vtilitatem, quamuis perpetuò verſio non durauerit, & ex aliquo euentu deſierit talis *Abb. in cap. penult. num.8. de fideiuſſor. Menoch. de arbitrar, caſ.432. num.40. Gratia diſcept.45. num.6. 7. & 8.* vbi aſſignat rationem, quia ſufficit negocium eſſe geſtum vtiliter a principio, & non eſt attendendum, quod poſtea contingit, cum ſufficiat, quod tempore contractus res dicatur vtilis *l. ſed an. vltra §.1. de negot. geſt. l.2. C. eod.*

56 Si Eccleſia imponat, & vendat cenſum ad rationem quinque pro centenario ad effectum extinguendi cum pecunijs cenſitis alium cenſum paſſiuum ad rationem octo pro centenario, emens ab Eccleſia huiuſmodi cenſum non tenetur probare ſolutam pecuniam conuerſam fuiſſe in cauſam expreſſam, & ſic in Eccleſiæ vtilitatem, vt firmauit *Rota deciſ.287. nu.5. verſ. in propoſita facti ſpecie poſt Cinc. de Cenſib. Sperell. deciſ. 154. nu.108. par.2.* & comprobat *Gratian. diſc.45. num. 37.* vbi ſubdit ſequendo *dictam deciſ. 187. num. 6. poſt Cinc.* hoc caſu, ex quo Cenſus non ſit factus ex cauſa neceſſitatis, & ſolutio, neque ſit facta puta Canonicis vti ſingulis, ſed tamquam vniuerſis, & Collegio eſſe locum reſtitutioni pecuniæ, ſi cenſus ſit nullus, & non probata verſione agi poſſe contra Eccleſiam, & non contra Canonicos eiuſque hæredes, *gloſſ. in auth. hoc ius porrectum in verbo probet, vbi Bart. num.17. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

57 Veniens verò contra tranſactionem ſignanter ante omnia tenetur reſtituere, quod ex tranſactione recepit per celebrem *Text. in l. ſi diuerſa ff. de tranſact. & l. ſi certa C. eod. tit. Afflict. deciſ.220. nu.4. Grammat. deciſ.66. num.22. Molina de Hiſpan. primogen. lib.4. cap.9. num.43. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloſſ.18. nu.1. cum ſeq. Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloſſ.56. num.104. & 150. Puteus deciſ.140. lib.1. Caputaq. deciſ.316. par.3. Parij. conſ.96. n.112. lib.1. & conſ.26. numer.72. lib.2. Giurba deciſ.103. num.5. Gregor. XV. deciſ.354. num.7. ibique Adden. num.19. Rota in Beneuentana Manutentionis 27. Iunij 1650. §. fin. in fin. coram Peutingerio, & in Auximana Dotium 27. Maij 1652. §. Non obſtat coram Albergato in Foroſempronien. Tranſactionis 28. Aprilis 1662. §. animaduertebant denique DD. confirmata 26. Februarij 1663. in §. Ex capite denique læſionis coram Veroſpio, & par.1. diuerſ. deciſ.810. a num.1. & per totam.*

58 Amp. Procedere non ſolum ſi tranſactio im-
pugnetur ex capite læſionis enormiſſimæ, *Hond.*
conſil.34 nu.34. lib.2. Adden. ad Greg XV. deciſ.354.
num. 17. ſub princip. Verùm etiam ſi Eccleſia, vel
59 minor impugnatet tranſactionem, *l. quod ſi mi-*
nor §. reſtitutio ff. de minor. Giurba deciſ.103. num.10.
Add. ad Gregor. vt ſupra nu.17. ſub princ.

60 Amp. Vt antequam fiat reſtitutio eſt ſuperſedendum in vlteriori proceſſu, *Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ.354. num.17. verſ. & antequam fiat reſtitutio, Rota deciſ.111. nu.2. por.1. diuerſ.*

61 Sed hoc Limi.1. vt diſpoſitio *Textus in l. ſi diuerſa procedat parte opponente, Rot. deciſ.113. nu.1. deciſ.105. num.1. deciſ.810. per tot & præcipuè n.10. & 11. par.1. diuerſ. cum alijs per Adden. ad Greg. XV. dicta deciſ 354. num.17. verſ. huius autem legis.*

62 Limit. 2. Habere locum quando impugnatur tranſactio tamquam læſiua, & petatur ex hoc capite eius reſciſſio, qui ſunt propriè termini, *l. ſi diuerſa C. de tranſact.* Secus autem ſi impugnetur ex capite nullitatis, *Rolan. à Valle conſ.7. n.4. & 5.*

& 5.lib.3.Natta conſ.631.num.7.lib.3. Rimin.Iun. conſil.5.n.71.lib.1.Manſira de tacit.& ambig.lib.26. tit.9.num.39.Rota deciſ.262.nu.4. poſt Cinc.de Cenſibus, & in Romana *Caſalis Turris Vergata coram Coccino inter eius impreſſ. deciſ.301. num.8. repetita penes Marcheſ.de Commiſſian. tom.1.fol.1129.nu.4.*

63 Sublim. Vt agi poſſit ad nullitatem tranſactionis priùs quam fiat reſtitutio accepti, ſed poſtquam eſt detecta nullitas non poteſt agi ad executionem, niſi priùs facta reſtitutione *Menoch. qui copiosè alios allegat conſ.644.num.14. Adden.ad Greg.XV.deciſ 271.num.28.Rota deciſ.200.num.16. & 17.par.5.to.1.recent.*

64 Lim.3. Nec procedere quando in cauſam debitam competat retentio, *Rota deciſ.* 102. *num.3. verſ. Non obſtat deciſ.*111. *num.4. par.1. diuerſ. deciſ.922.num.8.coram Seraph.deciſ.539.num.6.in fin. par.1.& deciſ.315. num.17. par.5. recent.* & quod ſtante enormiſſima læſione competeret retentio filio, qui tranſegit cum Matre circa adminiſtrationem bonorum hæreditariorum abſque eo, quod teneatur reſtituere recepta, tanquam prouenientia ex bonis hæreditarijs paternis non obſtante tranſactione, donec legitimè redditis per Matrem adminiſtrationis rationibus appareat an, & quæ ſumma pro prætenſis creditis debeatur dixit *Rota in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 16.Iunij* 1651. *§. quia ſtante læſione coram Eminentiſs.Card.Correda*, neceſsè tamen eſt ad hunc effectum, quod titulus ſit clarus, & liquidus, & non dubius *Adden.ad Greg.XV.deciſ.254.num.17. verſ. limitatur quarto.*

65 Lim.4. Quando receptum eſſet in tranſactione corpus; quod ſi poſtea euincatur ſine culpa partis non impedit, quin agi poſſit ad reſciſſionem tranſactionis etiam illo corpore non reſtituto, *Beltram.in addit.ad Greg.XV. deciſ.354.n.17.in fin. Caualer.deciſ.311.nu.2.& 3.*

66 Lim.5. Non procedere quando tranſactio eſſet reſoluta culpa partis aduerſæ non adimplentis ex parte ſua. Tum etiam quando ille, qui impugnat tranſactionem dolo fuerit inductum ad tranſigendum. Tum demù quando illud, quod fuit datum, datum fuerit pro cultus diuini augumento, vt comprobat *Adden.ad Gregor. XV. deciſ. 354. verſ. ſecundo non procedit*, vbi quod contrarium tenet *Giurba deciſ.103.num.11. & verſ.limitatur tertio, ac verſ limitatur quinto.*

67 Eccleſia pariter volens à contractu recedere, ex quo ſolemnitates non fuerunt adhibitæ, tenetur pretium, & quidquid ex contractu recepit reſtituere, cum non debeat locupletari cum iactura alterius, *l.fin. §.emptor vbi Bald. num.* 4. & alij communiter *C.commun.de legat.Surd.conſ.183. num 46.& 47.Cinc.de Cenſib.in addit. par.1. cap.2. quæſt.2.art.2.num.5.7.& 9.& cap.2. quæſt.3. art.6. nu.4.fol.mihi 15.Adden.ad Buratt.deciſ.814. Lit.A. Dunozet.Iun.deciſ.18. num.1.* vbi ita latè firmaſſe *Rota in* Romana *Cenſus Vitalitij die 22.Maij 1626. coram Merlino, & deciſ.11.num.3.poſt Pit.ad ſtatut. Vrbis cum alijs allegatis per Sperell.deciſ.155.nu.29. tom.2.*

68 Amp. Etiam non probata verſione in vtilitatem Eccleſiæ, ſi pecuniæ fuerant acceptæ ex cauſa voluntaria, nam tunc verſio, ſeù locupletatio non eſt probanda, *Adden.ad Buratt. deciſ.814. num.6. Seraph.deciſ.366. num.2.& 3. Dunozet.Iun. deciſ.18. num.2.tom.1. Rota deciſ.29.nu.1.poſt Cinc. de Cenſib.*

69 Vbi enim contractus puta Cenſus fuerit impoſitus cum debitis ſolemnitatibus emptor non tenetur probare verſionem, ſed vbi reperitur nulliter impoſitus, ſi emptor prætendit illum ſubſtinere ex eo, quod verſus fuerit in vtilitatem minoris, hoc probare debet, *l.ſi prædium*, ibi, *Emptor autem ſi probare potuerit ad vtilitates tuas ceſſiſſe pecunias*, vbi *gloſſ.in verbo probare l.prædiorum, & ibique gloſſ.& vtrobique Salic.& DD.C.de præd. minor.Socc.conſ.115.n.13.lib.1.* Rota *deciſ.178.n.8. par.4.tom.1.recent.*

70 Et licet vt demonſtrauimus *num. 5. & ſeq.* ex contractu minoris ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs ſtatuti Vrbis, vel Conſtitutionis Aegidianæ celebrato, neque naturalem, neque ciuilem obligationem oriatur, & conſequenter nec in foro conſcientiæ minorem cenſeri obligatum, quia quos natura non obligat conſcientia non ligat, *Bald.in l.2.in fin.C.de vectigal. & commiſſ.* Hæc tamen ſententia procedit attenta præſumptione fraudis, & doli, ſed quando abeſt fraus, & dolus ceſſat rigor ſolemnitatum, ita reſpondet *Bald.conſ.63.in fin. vol.3.* Rota *deciſ.119. à num.6. cum plurib.ſeqq.par.7.recent.* vbi referuntur plures circumſtantiæ, ex quibus excluditur huiuſmodi præſumptio fraudis, & doli.

71 Hinc eſt, quod Eccleſia, vel minor teneantur ad reſtitutionem receptorum, ſiue contractus ſit validus, ſed reſcindendus, ſiue etiam ſit nullus, quia hoc poſteriori caſu poteſt emptor ex conditione ſine cauſa repetere pretium tanquam ſine cauſa datum, *l.1.in fin. & l.nihil ff.de condit. ſine cauſa, l.eleganter §.ſi quis ff. de condit.& indeb. Natta conſil.631.nu.7.in fin.* latè *Menoch.conſ.644. num.13.& 14.vol.7.& conſ.888.num.3.& 4.vol.9. Sperell.deciſ.155.num.30.par.2.*

S V M M A R I V M.

1 Nullitas contractus mioorum, & mulierum defectu ſalemnitatum eorum taotum fauorem reſpicit.

2 Nullitas contractus defectu ſolemnitatum, ab ipſis tantum minoribus, & mulieribus, & non à tertio allegari poteſt. Contrarium num.6.

4 Nullitas ob non ſeruatas ſolemnitates in contractu Eccleſiæ oon poteſt allegari, niſi ab ipſa Eccleſia, & contrarium tenentes referuntur, & num.9.

5 Nullitas alicuius fauore ioducta, ooo habet locum, niſi ipſe velit.

Contractus nullus defectu ſolemnitatum minore, volente tenet. ibid.

7 A contractu nullo defectu ſolemnitatum inuito minore ab altera parte recedi oon poteſt.

8 Eccleſia poteſt perſiſtere in contractu nullo defectu ſolemnitatum etiam inuita altera parte, & recipiens tenetur ſoluere, num.19.

10 Defectus ſolamnitatum non habetur in conſideratione, ſi actus ſit pupillo, minori, vel Eccleſiæ vtilis.

11 Minor volens poteſt compellere contrahentem ad obſeruandum contractum nullum defectu ſolemnitatum, & ad ſoluendum pretium, num.12.

13 Amp. ſiue contractus annulletur à iure communi, ſiue à iure municipali. Contrarium in num.40.

14 Defectus beneplaciti Apoſtolici non poteſt a tertio allegari.

15 Caducitas rei Eccleſiæ ab ipſa tantum Eccleſia, & non è tertio allegari poteſt.

16 Nullitas introducta fauore minoris, tam in contractibus, quàm in iudicijs.
Sententia lata ad fauorem minoris, licet nulla ipſo volente ſubſtineatur, nec à tertio allegari poteſt, ibid.
17 Lim. vt non procedat, vbi concurrat connexa iniurium.
18 Lim. 2. ſi ſententia ſit lata contra minorem, nam tunc etiam à tertio allegari poteſt.
19 Alienatio bonorum Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice eſt ipſo iure nulla, non poteſt tamen allegari à tertio.
20 Conceſſio facta ab Eccleſia ad ſecundam generationem, ſi deinde fiat in perpetuum non valet, neque ad ſecundam, & hæc nullitas an poſſit allegari à tertio.
21 Nullitas generaliter opponi poteſt à quocunq. cuius intereſt, ſi non ſit ſpecialiter fauore certæ perſonæ inducta.
22 Hæres ſicuti defunctus poteſt opponere nullitatem contractus.
23 Mulier vel minor ſi viuentes non oppoſuerunt nullitatem, neque opponi poteſt ab eius hæredibus. Declara vt ibidem.
24 Nullitas detecta ab omnibus opponi poteſt.
25 Nullitas allegari poteſt ab habente intereſſe.
26 Nullitas Teſtamenti allegari non poteſt à non habente intereſſe.
27 Nullitas, quæ per partis conſenſum ſanari non poteſt, allegari poteſt à tertio.
28 Nullitas, vt a tertio poſſit allegari debet reſpicere tàm minorem, quàm tertium.
29 Nullitas ſi ſit ipſo iure excluſiua intentionis agentis à tertio allegari poteſt.
30 Lim. ſi ab eo, ad cuius fauorem fuit introducta, nunquam declarata fuerit.
31 Nullitas actus ſi à minore non approbetur, ſi proueniat ex diſpoſitione ſtatuti, vel legis poteſt à tertio allegari.
32 Exceptio non numeratæ pecuniæ, ſeu pretij cenſus poteſt allegari à tertio poſſeſſore bonorum cenſitorum.
33 Lim. procederet ſi ſit patens, ſecus ſi reſpiceret altiorem indaginem.
34 Exceptio iuris tertij regulariter non eſt admittenda.
35 Lim. quando ius tertij eſſet ipſo iure excluſiuum iuris agentis.
36 Sublim. ſi illa, cuius fauorem illud ius reſpexit declarauerit ſe velle vti.
Caducitas itaque declarata à Domino poteſt etiam à tertio declarari. ibid.
37 Poſſeſſor ad tuendam ſuam poſſeſſionem poteſt dare de iure tertij.
37 Exceptio iuris tertij ad impediendam executionem non admittitur.
39 Exceptio iuris tertij ſi opponenti prodeſſet opponi poteſt, ſed hæc regula reprobatur.
41 Nullitas contractus minoris, vel mulieris ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatuti Vrbis eſt ipſo iure introducta.

ADNOTATIO VII.

An nullitas Contractus poſſit allegari à tertio, vel ſolum à priuilegiatis.

1 NVllitas contractus obligationis mulieris ob non emiſſas ſolemnitates publico fauori inducta, ſpeciali minorum, mulierumque commodo, & vtilitati intendit, *Baldaſſ. Torrin. de contract. ſine certa ſolemnit. non valent in fin. prim. inſpect. 1. nu. 18. & 19. impreſſ. apud Fenzon, ad ſtatut. Vrbis fol. 372.*

2 Hinc eſt, quod nullitas contractus ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatuti non poteſt à tertio allegari, ſed ſolum per ipſos minores, & mulieres proponi, *Baldaſſar. Torrin. loco citato num. 20. Surd. de alim. titul. 8. priuil. 56. ex num. 8. Gratian. diſcept. 27. nu. 39. idem Surd. deciſ. 108. nu. 3. deciſ. 179. num. 17. Oſaſch. deciſ. 94. num. 32. Seraph. deciſ. 256. num. 7. deciſ. 278. per tot. Buratt. deciſ. 937. n. 7. Mantica deciſ. 201. num. 1. Eminentiſſ. Card. Otthobon. deciſ. 100. nu. 13. Borgnin. deciſ. 16. in ordine 62. nu. 28. par. 2. Rota deciſ. 247. num. 5. par. 1. deciſ. 133. nu. 10. par. 2. diuerſ. deciſ. 385. num. 4. & 5. par. 1. deciſ. 153. num. 6 par. 3. deciſ. 318. nu. 48. par. 4. deciſ. 179. nu. 5. par. 5. deciſ. 51. num. 4. par. 6. deciſ. 88. num. 7. & 8. par. 7. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Glauarnis 23. Ianuarij, §. Non obſtat ante fin. & 5. May 1636. §. itaque firmata coram Ghislerio, in Bononien. Cenſus 5. Iulij 1666. §. Nec poſſunt coram R. P. D. Bourlemont*, & in terminis nullitatis contractus mu-
3 lieris ex defectu cauſæ, *Rota deciſ. 206. num. 7. poſt Cinc. de Cenſib.*

4 Et quod nullitas ob non ſeruatas ſolemnitates in contractu Eccleſiæ allegari non poſſit, niſi ab ipſa Eccleſia, ad cuius fauorem fuit introducta firmauit *Rota deciſ. 153. num. 6. par. 3. recent.* quam ſecuta fuit *in Bononien. Cenſus 5. Iuly 1666. §. Nec poſſunt hæredes coram R. P. D. Bourlemont, Seraph. deciſ. 278. num. 1. & deciſ. 256. num. 2.* Contrarium verò tenet *Ruin. conſil. 40. num. 6. vol. 2.* vbi tenet, quod nullitas alienationis factæ de re Eccleſiæ abſque ſolemnitate poſſit allegari à quocumque tertio, ſecus ab ipſomet contrahente, *Surd. deciſ. 108. num. 22. verſ. allegabatur etiam.*

5 Regulare quidem eſt, quod nullitas alicuius fauore inducta non habeat locum, niſi ille velit, quamuis eſſet cauſata à dolo, ac proinde cum ſit in facultate minoris approbare actum nullum, non poteſt tertius allegare dictam nullitatem, *Bart. in l. eleganter de dol. mal. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur n. 16. C. de reuoc. donat. Aym. conſ. 179. num. 5. Ruin. conſ. 48. num. 12. lib. 4. Gratian. diſcept. 27. num. 39. Surd. deciſ. 108. num. 3. & 7. Sperell. deciſ. 16. num. 26. par. 1.* vbi quod contractus minoris ſit nullus dumtaxat ipſo volente, & de nullitate dare intendente altàs tenet, *l. cum interdicto C. arbit. tutel. idem Surd. deciſ. 70. nu. 22. & ſeq. & deciſ. 108. num. 2. & 3.*

6 Contrarium quod etiam tertius poſſit allegare huiuſmodi nullitatem voluit, *Bruſatt. conſil. 82. Ruin. conſil. 160. num. 5. in fin. vol. 5. Corn. conſil. 65. num. 11. lib. 1.* Sed hæc opinio in quibus caſibus procedat in limitationibus ex infra dicendis apparebit.

7 Amp. primam opinionem, vt licet contractus à pupillo, minore ſeu adulto ſine debita ſolemnitate celebratus ſit nullus, & claudicet, tamen cum ex parte arbitrij pupilli pendeat, vel à contractu recedere propter nullitatem, vel perſiſtere ſi voluerit, alteri parti ab eodem contractu inuito pupillo, vel adulto ex capite nullitatis recedere non eſt permiſſum, *l. pupillus §. 1. ff. de auctor. Tutor. l. Iulianus §. ſi quis à pupillo ff. de action. empt. l. 4. ff. de reſcind. vendit. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. num. 80. & deciſ. 70. num. 22. & ſeq. Rota deciſ. 467. num. 5. coram Greg. XV. deciſ. 318. num. 37. & ſeq. par. 4. recent.*

8 Et in puncto contractus Eccleſiæ, ſeù alienationis eiuſdem bonorum nullæ ex defectu ſolemnitatú, quod ipſa Eccleſia inuito altero contrahente poſſit in alienatione perſiſtere tradit eleganter *Butr. in cap. cum nos in fin. de ijs, quæ fiunt à Prælat. Rota deciſ. 318. num. 39. par. 4. recent.* vtpotè quia
9 huiuſmodi alienatio ſolemnitatum vitio obnoxia ab ipſamet Eccleſia, & non ab altera parte,

ſeu

ſeu alijs ex contrahentibus impugnari valet, *Salyc.in l.iubemus nulli, §.ſanè num.2. C.de ſacroſanct. Eccleſ.Pinell.in l.1.par.3. num.3. C.de bon.matern. Surd.deciſ.69. num.33. Greg.XV, deciſ.467.num.5. ibique Add.num.16.*

10 Defectus autem ſolemnitatum non habetur in conſideratione, ſi actus pupillo, minori, aut Eccleſiæ ſit vtilis, & quando prædicti non dant de nullitate, ſed agant ad obſeruantiam contractus, *Pignatell.controu.21.num.12.Surd.deciſ.179. num.17.& 18. Hodiern. ad eundem Surd.deciſ.702. num.10.Capyc.Latro deciſ.19. num.6 7. & 8. Rota deciſ.15.num.10.poſt Laberint. creditor. Salgad.* Et ideò ſi Eccleſia velit, poteſt cogere ad obſeruantiam eum, qui nulliter contraxit, vt voluerunt *gloſſ.Hoſtien.Ioan.Andr.Butr.& alij citati per Tiraquell.de leg.connub.gloſſ.8.num 92.relat.per Surd.deciſ.108.num.3,*

11 Poteſt enim minor volens compellere contrahentem ad obſeruantiam contractus, licet regulariter non teneatur ex contractu nulliter geſto; ex quo ſolemnitas ſtatutaria eius fauore inducta, non debet alteri patrocinari, *Gratian.diſcept.27. num.41.verſ.in electione, Rota deciſ.15.num.11.poſt Laberint.creditor. Salgad.per text.expreſſum in l.cum interdicta C.arbitr.tutel.* vbi dicitur, quod minor
12 approbare poteſt venditionem factam ſine ſolemnitatibus, & cogere aduerſarium ad ſoluendum pretium, & licet contractus per dolum initus fuerit, quo caſu eſt ipſo iure nullus, & quamuis videatur loqui de compellendo Tutore ad ſupplendum pretium, tamen *gloſſ.ibi, & Doctores* intelligunt, vt etiam emptor cogi poſſit, vt comprobat egregiè *Surd.deciſ.70.num.22.& ſeq.& deciſ.108.n.2.3.& 4.& ſeq.*

13 Amp.2. vt prædicta procedant, ſiue contractus annulletur à iure communi, ſiue à iure municipali ob non ſeruatas ſolemnitates ab eodem requiſitas, & quamuis ſtatutum annullet ipſo iure actum, nihilominùs ille ſolus, ad cuius fauorem eſt introducta nullitas, & non alius de ea dare poteſt, *Surd conſil 284.num 7 conſ.523.nu.2. vol.4.conſ.525.num.3.Sperell.deciſ.16.nu. 27.par.1. Rota deciſ.133.num.12.par.2.diuerſ.* propterea obligatur contrahens, ſed non minor, vel Eccleſia niſi velit latè *Surd.deciſ.70.num.23. verſ.& ex eo textu colligunt Doctores.*

14 Amp.3. Vt neque tertius opponere poſſit, quod non ſit obtentum beneplacitum Apoſtolicum pro validitate alienationis bonorum Eccleſiæ, ſi huiuſmodi beneplacitum reſpiciat fauorem eiuſdem Eccleſiæ, *Rota deciſ.605. nu.3.coram Card Caualer.*vbi allegatur *Surd.deciſ.70.num.22. & 23.Put.deciſ.302.lib.1. Card.Mantica deciſ.201. num.1. Rota diuerſ.133.nu.11.par.2.deciſ.262.nu.7. & 9 lib.2.par.3.*

15 Amp.4. vt tertius neque poſſit opponere caducitatem emphyteutæ ob alienationem, vel ob non ſolutum canonem, ſed hoc ius ſoli domino competit, *gloſſ. & Doctores omnes in l.2. C.de iur. emphyt. Menoch.conſil.79. num.29. Soccin.conſil.78. num.4.vol.4. cum alijs per Surd deciſ.108. n.4.& 5.*

16 Amp.5. vt concluſio procedat non ſolum in contractibus, ſed etiam in iudicijs, quia ſi minor velit poteſt approbare actum nullum ad ſui fauorem geſtum, *l.non eo minus C.de procurat.* vbi ſententia lata falſo Procuratore, vel Tutore agente ſubſtinetur, ſi lata ſit ad fauorem minoris, & minor velit, ideo cum ſit in facultate minoris approbare actum nullum, nô poteſt tertius allegare nullitatem, *Surd.deciſ.108.num.7.*

17 Sed hoc non procedit, vbi concurreret connexio iurium, cuius reſpectu, certum eſt, quod nullitas intuitu minorum reddat etiam ſententiam nullam, quoad maiores, à quibus propterea huiuſmodi nullitas allegari poteſt, *Marant.de ordin.iudic.par.4.diſt.16.n.43.& ſeq.Rota deciſ.170. num.24.coram Card.Ottbobon. deciſ.44. penes Poſth. de manuten.deciſ.461. num.6.& 7.par.2. deciſ.594. num.2.par.4.recent.& in Romana, ſeu Veliterna Reſtitutionis in integrum 25.Iunij 1646.& 17.Decembris eiuſdem anni coram Bichio, & in Reatina Caſtrorum 9. Iunij 1659. ſub 5. nec ſubſiſtit confirmata 14.Aprilis 1660.5.maximè coram Priolo, & in eadem 27.Iunij 1663. 5. & quamuis coram R.P.D. Taia.*

18 Amp.6. Quod licet minor poſſit quandocunque allegare nullitatem ad inualidandum proceſſum, & ſententiam, *l.licet C.de procurat.cap.in noſtra tit. eod.* non propterea poteſt Aduerſarius eandem nullitatem allegare, niſi pendente iudicio ad impediendum proceſſum ad vlteriora; vndè ſi pendente lite peteret acta iam facta per minorem ſine Curatore declarari nulla, non eſſet audiendus, niſi ad effectum impediendi vlteriorem proceſſum, cum ſua intereſt, vt iudicium in forma valida dirigatur, *Vantius de nullit.ex defectu mandat.nu.28.* & comprobat *Surd.deciſ.108. num.9. Afflict. deciſ.366. num.6. & 7.* vbi ſecus ſi ſententia eſſet lata contra minorem, quia cum ſit ipſo iure nulla, poteſt etiam Aduerſarius, nedum tertius allegare nullitatem, *Surd. dicta deciſ.108.num.22.*

19 Amp.7. Quod licet alienatio bonorum Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice ſit ipſo iure nulla, *iuxta conſtitutionem Pauli II. relat. in extrauag. Ambitioſa de reb.Eccleſ.non alien.Vgolin.de offic. & poteſt.Epiſcop.cap. 4 §.7.nu.1. & ſeq.latè Quarant. in ſumma Bullarum in verb. Alienatio rerum Eccleſ. num.4. verſ. hodie verò.* Tamen recipiens non poteſt nullitatem allegare, etiamſi ſit facta ſine ſolemnitatibus, & tenetur canonem ſoluere *Iaſ.in l.2.nu.11.C.de iur.emphyteut Redoan de reb. Eccleſ.non alien.quaſt 36.num.16. Ruin.conſil.4.n.7. in fin.vol.5.& conſil.35.n.31.vol.1.* cum alijs relat. per *Surd.deciſ.108.n.14.*

20 Sed ſi conceſſio primo loco facta ab Eccleſia ſit (puta) ad ſecundam generationem, ſi ſecunda conceſſio fiat in perpetuum, cum non valeat etiam ad ſecundam generationem finita prima, ex quo lege prohibente facta fuit in perpetuum, talis nullitas poſſit allegari à tertio, dato quod Eccleſia nihil dicat, vt ex *Bald. Ioan. de Imol.* & alijs tradit *Afflict.deciſ.106.n.3.*

21 Amp.8. vt generaliter nullitas opponi poſſit à quocunque, cuius intereſt, niſi ſpecialiter ſit inducta ad fauorem certæ perſonæ, *Caſſad.deciſ.10. ſuper reg relat.& ſecut.per Rot.deciſ.247.n.5.par.1. diuerſ.*

22 Hæres verò ſicuti defunctus poteſt opponere nullitatem contractus, *l.hæredes C.ad Velleian. Salycet.in l.ſciens in vltim.notat.eod.tit. Gabr.conſ.125.*

num.6.vol.1.Rota deciſ.385. nu.4.& 5 in fin.par.1. recent.deciſ.647.num.69.poſt Poſth.de manut.

23 Sed ſi mulier, vel minor viuentes nunquam conquæſti fuerunt, nec eorum hæredes videantur poſſe mouere quæſtionem, & nullitatem allegare *Surd.conſil.86.num.10.& 11.Bec.conſil.9 num.8.* & conſequenter multo minus tertius, qui ab eodem cauſam non habet, *Rota in Meleuitana Tenutæ 14. Iunij 1647. coram Bichio*, ſed quod *Surd. & Bec.* loquantur in caſu euitandæ caducitatis, ſecus in terminis nullitatis, de qua poteſt hæres dicere, *iuxt.text.in l.hæredes Cod.ad Velleian.* dixit *Rota deciſ.385.n.5.par.1.in recent.*

24 Limit. in nullitate detecta, quæ per quemcunque opponi poteſt, *Gratian. diſcept.691. num.17. tom.4.& diſcept.855.num.20.tom.5. ex Rota quam allegat.deciſ.175.num.12.par.1.diuerſ.quæ eſt coram Seraphin.deciſ.156.num.16.*

25 Lim.2. in tertio habente intereſſe, cuius reſpectu poteſt nullitatem deducere ſecundum Doctores relatos *per Gratian.diſcept 691. num.15.16. & 17.diſcept.855. num.* 20. ſecus autem in non habente intereſſe, *Rota deciſ.337.n.8.par.1.recent.*

26 vbi examplificat in non habente intereſſe, quod nequeat allegare nullitatem Teſtamenti.

27 Lim.3. quando nullitas ſit talis, vt per partis conſenſum ſanari nequeat, & in caſibus in quibus, ſaltem ille, qui habet principale intereſſe, non contradicat, ſed potiùs aſſiſtat, quam tunc nullitas contractus, etiam à tertio allegari poteſt, *Seraph. deciſ. 556. num. 3. & 4.* & in puncto quando lex, vel ſtatutum reſiſtit, ita annullando contractum minoris non ſeruata forma ab eodem præſcripta, vt neque ab ipſomet minore ratificari valeat, tradit *Surd. deciſ.* 108. *num.* 10. *verſ.ad ea, & nu.11.vſque ad* 14. vbi animaduer-

28 tit, quod ſecus ſit ceſſante huiuſmodi ſtatuti diſpoſitione, quia de iure communi fauore tantum ipſius minoris contractus annullatur ad hoc igitur vt nullitas à tertio poſſit allegari, non ſolum requiritur, vt actus ſit nullus fauore minoris, ſed etiam fauore tertij, in quibus terminis loquitur *Burſatt.conſ.82.per tot.*

29 Lim.4. vt nullitas, ſeu ius tertij allegari poſſit, quando eſt ipſo iure excluſiuum intentionis agentis, *l.cum ſecuam vbi Cyn. Bald.& Aret.C.de ſeru.fugit. Menoch.conſil.1. num.320. cum alijs per Surd.deciſ.108.num.15.* Etenim hoc caſu nullitas efficitur communis, & reſpicit, omnes, quorum intereſt, ac proinde à quocunque allegari poteſt, & tradunt DD.infra allegandi.

30 Sublim. vt à tertijs poſſeſſoribus opponi non poſſit nullitas reſpiciens fauorem eius, cuius reſpectu fuit introducta, licet eſſet excluſiua iuris agentis, dum nunquam à principali declarata fuerit, *Surd.conſil.1. num.84. Rimin.Sen. conſil.99. num.8.Soccin.conſil.78.num.8.lib.4.Rota in Romana Saluiani 4.Martij 1644. §. etenim in fin. coram Veroſpio celat.& ſecut. in Romana Saluiani 18. Martij 1650. §. Tum quia vtilius fuit in fin. coram Bichio.*

31 Lim.5. quod regula procedat, vbi minor declarauerit voluntatem ſuam, quoad approbationem actus nulli à ſe geſti, ſed donec minor declaret validitatem actus, ſuamque voluntatem aperiat, actus remanet nullus, & conſequenter quilibet tertius illam nullitatem allegare poteſt. etenim acta minoris nulliter geſta, dicuntur nulla diſpoſitione legis, ſeu ſtatuti, non voluntate minoris, ac proinde ad conſtituenda in ſtatu nullitatis non exigitur minoris declaratio, niſi ad actum conualidandum, & non ad annullandum, ac proinde cum tertius habeat intentionem fundatam ſuper ſtatuto actum annullante, & non concurrat approbatio minoris in ſtatuti obice, bene nullitatem actus allegare poteſt, vt ratiocinatur, *Surd.dicta deciſ.108. num.19.& 20. iuxta tradita per Bart.in l.2.verſ.quandoque ius tertij il 2. ff.de except.rei iudic.* & ita intelligit *Rum.conſ.40. in fin.vol.5.*

32 Lim.6. vt exceptio non numeratæ pecuniæ, ſeù pretij Cenſus, tanquam intrinſeca, & reſpiciens formalem ſubſtantiam contractus poſſit opponi non ſolum ab ipſomet venditore Cenſus, verum etiam à tertio poſſeſſore bonorum cenſitorum, non obſtante confeſſione receptionis pretij à venditore emanata, *Fulgoſ.conſ.133. num.205. Cinc.de cenſib.par.2. cap.1.quæſt.1.art.8. num.29.* Et ſic quod huiuſmodi exceptio etiam poſſit opponi in iudicio Saluiani tradit *Add. ad Scapuc.de Saluian. lib.2. quæſt.16. Poſtius reſol. 112. num.16.*

33 Sed ad hunc effectum debet eſſe patens, & clara, ſecus ſi reſpiciat altiorem indaginem, *Poſth. reſol.112. num.17.Rota deciſ. 333. in fin.poſt 2.vol. conſil.Farinac.*

34 Generalis autem regula eſt, quod regulariter exceptio iuris tertij non ſit admittenda, *l.vti frui ff ſi vſusfruct.petat. Bart.in l.qui cum hærede num.1. ff.de except.rei iudic. Surd.conſil.557.num.2. Oldrad. conſil.39.num.7.Soccin.conſil.23. num.24. volum.1. Gonzal.ad regul.octauam Cancell.gloſſ.56. num.112. Cæſar de Graſs.deciſ.3.num.1.de Conſtit. Gregor.XV. deciſ.582.num.7.Adden.ad eundem deciſ.415.num.6. Theſaur deciſ.4.num.1.& ſeq.Rota deciſ.482.num.3. & deciſ.809. num.fin. par.1. deciſ.131. num.10.deciſ.282.num.1.par.2.diuerſ.*

35 Lim. quando ius tertij ſit ipſo iure excluſiuum iuris agentis, *l fin.C.de rei vendit. Bart. in l.2. poſt med.ff.de except.rei iudic. Crauett.conſil.191. num.3. Surd.conſil.415. num.16.in fin.& 17.Paul.de Caſtr. conſil.367.nu.2.lib.1.Corn.conſ.65.ſub nu.3. verſ.nec obſtat lib.1.Pariſ.conſil.70.n.14.lib.3. Surd.deciſ.108. num.15.Theſaur.deciſ.4.num.1. Adden.ad Greg.XV. deciſ.415.ſub num.6.idem Gregor.deciſ.14. num.15. Caputaquen.deciſ 254. par.3.Rota deciſ.302. num.6. verſ.quia fuit reſponſum penes Poſthium.de manuten. & in Meleuitana fideicommiſſi 20.Ianij 1650. §.licet enim in fin.coram Eminentiſſ.Ottbobono cum alijs allegatis ſupra num.24.*

36 Sublim. ſi ille, cuius fauorem illud ius principaliter concernit declarauerit ſe velle vti, aliàs non ſuffragatur opponenti huiuſmodi exceptionem iuris tertij, licet eſſet excluſiua iuris agentis, & ſic caducitas declarata per Dominum poteſt etiam à tertio allegari, *Adden.ad Gregor.XV. deciſ.415.num.6. verſ.fallit tertio*, & tradunt *Bart. & Soccin.in l.2.ff. de except. rei iudic. Scaccia de iud. par.2.cap.7. caſ.3.memb.2.num.434. Virgil.de legit. perſon.in prælad. numer.159. verſ.quod dixi Surd.deciſ.80.num.6.Rota deciſ.175. num.12.par.1.diuerſ.& in Compoſtellana Concordiæ 9. Maij 1653. §. præter-*

quam

quam tale pactum coram Zarate.

37 Lim.2. in poſſeſſore, qui ad tuendam eius poſſeſſionem, & abſolutoriam obtinendam poteſt dare de iure tertij, *Corn.in l.final. num.41. Cod.de edict. Diu Adrian tollen. Menoch.de adipiſc.remed.4. num.595 Surd.deciſ.108. numer.14. & 15. in fin.& conſ.4.5.num.16. Theſaur.deciſ.4.num.1. Adden.ad Gregor.XV.deciſ.415.ſub num 6. verſ.fallit ſecundo, Caputaq.deciſ.133 num.2.par.3. Amat.Dunozett deciſ.591 num.1.tom.1.*

38 Lim.3. in executiuis, in quibus non admittitur exceptio iuris tertij ad impediendam executionem, *Menoch.conſ.85. num.37. Rota deciſ.312. num.3. verſ. minus obſtat coram Caualerio, & in Romana Pecuniaria 1.Iuly 1630. §.tota igitur in fin coram Meltio.*

39 Lim. 4. ſi ius tertij opponenti prodeſſet, *Surd. deciſ.301. num.15. Theſaur. deciſ.4. num.7.* Sed hæc fallentia communiter reprobatur, cum ſubuertat, & deſtruat regulam, cum ſemper opponenti proſit ex quoad commodum, & vtilitatem opponi ſoleat, vnde regula nunquam procederet *Adden.ad Greg.XV.deciſ.415.num.6.circa fin.*

40 Ex allegatis ſupra *num.13.* quamuis nullitas videatur à tertio allegari non poſſe, licet ſit ipſo iure introducta, tamen de veriori, quod etiam à tertio allegari poſſit, quando actus eſt ipſo iure nullus, latè tradit *Gratian.diſcept.forenſ.cap.691. num.3.cum ſeq.& num.17.Mantica de tacitis, & ambig.connect. lib 4.tit.7.num.54.Surd.deciſ.108.nu.10. ſub verſ.ad ea vero, & num.15 Theſaur.deciſ 4.n.1. Rota deciſ.591.num.3.& deciſ.595. num.3. & 4. coram Amat. Dunozett. tom.1.& deciſ.130, à num.10. vſque ad 13. par. 16. in recent.* quæ procedunt in terminis ſtatuti Vrbis.

41 Quod autem nullitas contractus celebrati cum minore, vel muliere vigore ſtatuti Vrbis in *cap.113. & 151. lib.1.* ſit inducta ipſo iure deducitur ex tenore, & verbis, quibus vtitur ſtatutum, ſcilicet quod contractus ſit nullius roboris, & momenti, quæ ipſo iure nullitatem inducunt, *l.non dubium in fin.C.de legat.1 Clemen.1.de praben. latè Gratian.diſcept.forenſ. cap.691. num.2.* & ponderauit *Rota deciſ. 595. num. 5. coram Amat. Dunozet.*

PRÆNESTINA PERMVTATIONIS.

ARGVMENTVM.

In alienatione bonorum Eccleſiæ copulatiuè requiritur iuſta cauſa, quæ reſultet, vel ex neceſſitate, vel euidenti, & indubitata vtilitate, vel ex incommoditate, & pietate, & ſolemnitas legitima, nempè beneplacitum Apoſtolicum.

Permutatio inter Eccleſias, & locapia, an fieri poſſit Epiſcopi auctoritate præcipuè in actu Diæceſanæ viſitationis, abſque beneplacito Apoſtolico, articulus exaratur.

SVMMARIVM.

1 Permutatio inter Eccleſias fieri poteſt etiam auctoritate ordinaria abſque beneplacito Apoſtolico. Contrarium num.4. Declara vt num.6.

2 Loca pia quoad alienationem,& permutationem pari paſſu procedunt cum Eccleſijs.

3 Epiſcopis eſt interdicta rerum Eccleſiæ alienatio.

5 Alienatio bonorum Eccleſiæ vt ſuſtineatur copulatiuè requiritur iuſta cauſa ex neceſſitate, & vtilitate, & ſolemnitas nempè beneplacitum Apoſtolicum.

7 Cauſa finalis diſpoſitionis, ſeù conſtitutionis ex prohemio deſignetur.

8 In permutatione inter Eccleſias non transfertur dominium ad prophanos vſus.

9 Ceſſante cauſa prohibitionis ceſſet ipſa prohibitio.

10 Cauſa prohibitionis rerum Eccleſiæ contenta in Paulina conſtitutione, an ſit finalis, vel impulſiua.

11 Res ſubrogata in permutatione rei Eccleſiæ habet eamdem naturam, & qualitatem.

12 In permutatione inter Eccleſias inconſulto S.Pontifice non contrahitur pœna excommunicationis.

13 Pœna excommunicationis contra alienantes res Eccleſiæ non incurritur, ſi non concurrat dolus temeritas, & contemptus.

14 Conſtitutio Paulina de reb. Eccleſ. non alienan. comprehendit fraudolenter vſurpatores, & dolo, & contemptu alienare præſumentes.

15 Permutatio rei Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico ſi ſit vtilis tenet in foro animæ.

16 Permutatio rei Eccleſiæ facta ſeruata forma canonis tenet etiam ſi non fiat locupletior, ſed non faciat ſuam conditionem deteriorem.

17 Incommoditas, & pietas eſt iuſta cauſa in alienatione rerum Eccleſiæ.

18 Permutatio rei Eccleſiæ cum priuato exigit maximam vtilitatem, vt ſi detur res ſterilis, & recipiatur fertilis.

19 Epiſcopus in viſitatione Diœceſana procedit cum auctoritate Apoſtolica, quæ an ſit ordinaria, vel delegata, num.23.

20 Epiſcopus procedens cum auctoritate Apoſtolica poteſt facere ea, quæ Papa facere poteſt.

21 Verba indiſtinctà, & generaliter loquentia comprehendunt omnes caſus, & non admittunt reſtrictionem, num 26.

22 Praxis recurrendi ad Sanctam Sedem in ijs, quæ Epiſcopus facere poteſt ad cautelam tamen tamquam facultatiue non obligat, & num. 28.

24 Iuris repugnantia in alienatione rerum Eccleſiæ emanauit ad tollendas fraudes, quæ ceſſat ſi adſit Eccleſiæ vtilitas.

25 Beneplacitum Apoſtolicum impetratum ad cautelam, & quatenus opus ſit, eo non iuſtificato non eſt attendendum, niſi probetur opus eſſe.

27 Supplet omnes ſolemnitates, non tamen ſupplet defectum cauſæ. num.32.

29 Sed præſumere licet, donec contrarium probatur.

30 Alienatio rei Eccleſiæ abſque beneplacito Apoſtolico, eadem non reclamante remanet in impliato ſtatu validitatis.

31 Decretum irritans non operatur, ſi non vtatur ab eo, in cuius fauorem appoſitum fuit.

33 Et actum irritet, ſi ille velit.

DECISIO LIV.

IN Diœceſana viſitatione Cathedralis Eccleſiæ Prænestinæ comperto per Reuerendiſs. D. Viſitatorem ab Eminentiſs.& Reuerendiſs. D.D. Cardinali Cybo Epiſcopo deputatum Sacriſtiã eiuſdem Cathedralis non eſſe opportunam, & valdè DD.Canonicis incommodam, præuio tractatu, eiuſdem permutationem cum Oratorio Confratrum Venerabilis Societatis Sanctiſſimi Sacramenti decreuit, in cuius executionem dubitantibus Canonicis de permutationis ſubſiſtentia abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ad effugiendas pœnas in Paulina conſtitutione contentas, delato ad me dubio, dum eiuſdem Eminentiſſimi Vicarij Generalis munus gerebam, pro validitate permutationis reſpondendum, cenſui.

Quo-

1 Quoniam permutatio de bonis Eccleſiaſticis, non ſolum inter Eccleſias, & eorum Rectores licitè fieri poteſt, etiam auctoritate ordinaria, abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito, & conſenſu, iuxta textum expreſſum *in cap. hoc ius porrectum 5. ſibi inuicem 10. quæſt. 2. & cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. cap. ad quæſtionem de rerum permut. & reſoluit Aloyſ. Ric. in prax. rerum for. Eccleſiaſt. decis. 74. in 1. edit. & reſol. 60. in 2. edit. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt. 12. num. 28. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 55. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 1. cap. 15. num. 70. Tho. del Bene de immunit. Eccleſia cap. 17. dub. 13. num. 16. & ſeq. tom. 2. Triuiſan. deciſ. 56. par. 3.*

2 Verum etiam inter Eccleſiam, & locum pium, & ipſa loca pia inter ſe, prout ſunt Hoſpitalia, Laicorum Confraternitates, & alia, quæ vel commiſerationis, vel pietatis gratia Epiſcopi auctoritate inſtituta fuerunt, nam tamquam Eccleſiaſtica, quoad eorum bonorum alienationem, & permutationem pari paſſu procedunt cum ipſis Eccleſijs, vt comprobat *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. num. 69. tom. 2.*

3 Et licet videatur etiam Epiſcopis interdicta rerum Eccleſiæ alienatio, & conſequenter permutatio, cum ſit ſpecies alienationis, eo quia rei dominium in alium per eam transferatur, vt cauetur in dicta *Paulina conſtitutione relata in extrauag. ambitioſè de reb. Eccleſ. non alienan. & ſtatutum fuit in Concilio Agathenſi relat. in cap. caſellas 10. quæſt. 1. & habetur in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. & in cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienan.* & de iure ciuili in *§. alienationis in auth. de non alienan. & permutan. res Eccleſ. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. num. 22. & ſeq.*

4 Ac proinde fieri nequit abſque iuris ſolemnitatibus, ſcilicet abſque tractatu, Capituli, Prælati, & Summi Pontificis conſenſu, & beneplacito, vt in terminis permutationis docet *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. num. 22. & num. 66.* vbi quod de hoc ſit textus clarus *in c. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. vbi Imol. Abb. & Butr. Rebuff. in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. nu. 66. Bero, conſil. 179. nu. 3. & 4. lib. 1. Quaranta in ſumma Bullar. in verbo alienatio num. 15. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 674. num. 3. 4. & 5. tom. 4. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 2. cap. 29. per tot. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 17. dub. 13. à num. 1. cum pluribus ſeqq. Rot. deciſ. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. in nouis, & in Neapolitana Spolij coram Card. Lancellotta penes Marcheſan. de commiſſion. lib. 1. fol. 103. num. 5. et deciſ. 561. num. 7. par. 5. tom. 2. recent.*

5 Adeo vt ad conceſſionem bonorum Eccleſiæ ſubſtinẽda, copulatiuè requiratur iuſta cauſa, quæ reſultet, vel ex neceſſitate, vel ex euidenti, & indubitata vtilitate, in qua præcipuè conſiſtit validitas alienationis, & ſolemnitas legitima, nempè beneplacitum Apoſtolicum, colligitur ex *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. et extrauag. Ambitioſè eod. tit. Abb. in cap. 2. num. 10. de ijs, quæ fiunt à Prælat. Surd. conſ. 181. num. 14. Dec. conſ. 142. num. 4. Redoan de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 31. cap. 7. num. 17. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 17. nu. 2. Afflict. deciſ. 307. Vincent. de Franc. deciſ. 33. Seraph. deciſ. 508. num. 1. Rota deciſ. 160. num. 1. deciſ. 178. num. 1. et 10. par. 2. diuerſ. deciſ. 430. num. 1 et 4. par. 2. recent. deciſ. 367. num. 1. par. 5. deciſ. 252. num. 9. par. 7. recen. deciſ. 705. num. 3. et deciſ. 731. num. 5. coram Amat Dunoz. 10. 2. deciſ. 41. num. 1. coram Mantica deciſ. 288. nu. 1. coram Caualerio, cum alijs per Sperel. deciſ. 154. num. 11.*

6 Tollitur tamen obiectum, quia procedit in
permutationibus faciendis cum Sæcularibus, ne
bona Eccleſiæ prophanis vſibus applicentur, vt
expreſsè inſinuat, *Text. in dicta Extrauag. Ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien.* ibi, *prophanis vſibus applicare, aut cum maximo illarum, aut diuini cultus detrimento exquiſitis medijs vſurpare præſumunt*, quæ
7 verba cum ſint prohemialia cauſam finalem diſ-
poſitionis deſignant, *l. fin. et ibi Bart. num. 3. ff. de hæred. inſtit.* hæc tamen ratio in permutatione rerum
8 Eccleſiaſticarum inter Eccleſias, & loca pia ceſ-
ſat, cum non transferatur dominium ad propha-
9 nos vſus, & ceſſante cauſa prohibitionis ceſſat
ipſa prohibitio, adeo vt aduerſus talem prohibi-
tionem lex prohibens non procedat, cum ſolum
præſumi debeat extendi ad ea, ad quæ extenditur
finis intentus in ipſa lege prohibente, *iuxta text. in cap. cum ceſſante de appellat. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa par. 1. limit. 23. n. 1.* ita ſubdit *Barboſa de offic. et poteſt Epiſc. alleg. 95. num 57.*

10 Neque ad hoc ſubuertendum releuare videbatur ponderatio, quæ afferri poteſt, nempè, quod huiuſmodi cauſa *in extrauag. ambitioſè* apposita, non ſit cauſa finalis, ſed potiùs impulſiua ad prohibendam alienationem rerum Eccleſiæ, vtporè quia hæc prohibitio non ſit de nouo facta, ſed antiqua lata per antiquiores canones, et decreta, & renouata per dictam extrauagan & de nouo confirmata, & antiqua prohibitio non ſolum fuit ne res exirent ab Eccleſia, & applicarentur vſui prophano, ſed etiam ne perirent, & conſeruarentur, quæ finalis cauſa deſtitueretur per permutationẽ, ſi permitteretur, cum res per hunc actum conſumatur, & deterioratur, & non conſeruatur, vnde Eccleſia cenſetur *læſa*, et damnum patitur, etiam ſi fiat inter Eccleſias, & loca pia, vt ratiocinatur *Tho. del Bene de immunit. Eccl. cap. 17. dub. 13. nu. 10. et ſeq. tom. 2.*

Quia vltra quod *Thom. del Bene* reſidet in contraria ſententia, & loquatur ſine auctoritate, certum eſt, quod ſi tantum permutationis actus attendatur, penitus excludatur prætenſa rerum deterioratio, conſumatio, et conſequenter læſio, ſi
non reſultaret per notabilem inæqualitatem, dum
aliæ res proportionabiliter in earum locum ſub-
rogentur, quæ eandem ſapiunt naturam, et qua-
11 litatem, vt in puncto tradit *Mantica de Tacit. et ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. ſub num. 22. verſ. quia aliæ res tom. 2. ad textum in l. Imperator §. vltimo ff. de donat. inter virum, et vxor. l. 1. §. hoc vero ff. ſi quis caut. vbi Bart. cap. Eccleſiam il 4. vt lite pend. vbi communiter Canoniſtæ Bald. in cap. dubium il 2. nu. 2. de elect. Gabr. in tit. de regul. iur. concl. 2. in princ. Cabel. de bono regimine cap. 92. num. 67. verſ. nota eſt etiam Gratian. diſcept. 491. n. 13. Greg. XV. deciſ. 115. num. 2. et deciſ. 544. n. 38. et deciſ. 511. n. 31.*

12 Propterea quod in permutatione inter Eccleſias inconſulto Summo Pontifice non contrahatur pœna excommunicationis, et priuationis beneficiorum, et aliæ ſtatutæ in dicta *extrauag. ambitioſè*, ex eo quod res Eccleſiæ in hoc caſu non exeunt ab Eccleſia, et non applicantur vſui pro-

phani

phano, animaduertit *Tho.del Bene de immunit.Ec-
cleſ.cap.17.dub.13.n.14.to.2.*

13 Siquidem ad incurrendas pœnas in Paulina
conſtitutione contentas debent concurrere,dolus,
temeritas, & contemptus, vt colligitur ex prohe-
mio eiuſdem *Extrauag.ambitioſæ*, vt pulchrè ad-
monet *Alex.Stiaticus in repert.eiuſdem extrauag.n.2.
Margar.conſ.15.& alibi 16.num.6.ante med. verſ.pro
vt dicta conſtitutio Alex.de Neuo conſ.30.num.3.ante
fin. verſ. ex quo inſertur Ric. in prax. fori Eccleſiaſt.
par.2.reſol.121.nu.2. quos refert, & ſequitur Vermi-
gliol.conſ.crim.183.nu.8.in fin.*

14 Vndè præfata conſtitutio comprehendit frau-
dolentos vſurpatores, & dolo, contemptu, & te-
merario auſu Eccleſiarum res alienare præſumen-
tes ex celebri doctrina *Card.Zabarel. in Clement. 1.
quæſt.39. nu.mihi 22.poſt princ. verſ.contrarium con-
ſului de priuil.Nauar.in comment. de alien.rerum Ec-
cleſiæ §.1.num.16. verſ.pro parte autem tom. 2. lib.3.
& conſ.19.num.3.ſub tit.de reb.Eccleſ. alienan. lib.3.
tom.1. Quaranta in ſumma Bullar. in verbo alienatio
rerum Eccleſiæ num.50.ad fin.fol.mihi 40.Azor.inſtit.
moral.par.2 lib.9.cap.1.col.7.poſt verſ.hac in re verſ.
quæret aliquis Reginal.in prax. fori pœnit.lib.30.tract.
3.ſect.2.n.69 & ſeq. Vermigliol.conſ.crim.182.nu.2.
& conſ.183.n.8.& per tot.*

15 Immò quod in foro animæ, ſeù conſcientiæ
valeat permutatio facta ſine ſolemnitate, ſi ſit
vtilis, vel ſi Eccleſia nullum damnum ex eadem
patiatur, & interueniat eorum conſenſus, qui ſe-
cundum ius naturale, vel gentium actum perfi-
cere debent, eo quia forma iuris poſitiui præ-
termiſſa nullam læſionem afferat, docet *Mantica
de tacit.& ambig.conuent.lib.25.tit.6. num.60.tom.2.
ex Gemin.Ambat.Abb.Felin.& Pariſ.conſ.33.n.40.
lib.2. quos allegat.*

16 Quod autem ex hac permutatione nullum
damnum reſultet, & ſit vtilis tàm Canonicis,
quàm Confratribus, clarè deducitur, quia tàm
Canonici, quàm Confratres ex Sacriſtia, & Ora-
torio, non recipiunt niſi vſum, & commodita-
tem ad ſuppellectilia, & res retinendas,& eorum
functiones peragendas, quem vſum, & commo-
ditatem, æquè bene Canonici habere poſſunt in
dicto Oratorio, & Confratres in dicta Sacriſtia,
vndè tenet permutatio, cum non ſit neceſsè, vt
permutantes locupletiores fiant, ſed ſufficiat, vt
eorum conditionem non faciant deteriorem, vt
ex *Gulielm Bald.Abb. Felin. Menoch. ſubdit Mantica
de tacit.& ambig.conuent.lib 25.tit.6.num.63.tom.2.*

Concurrit inſuper conſenſus Venerabilis Ca-
pituli, ſeu Canonicorum, & Confratrum dictæ
Societatis capitulariter congregatorum præuio
tractatu, & rei animaduerſione, & legitima cau-
ſa, pietas enim,& incommoditas Canonicorum,
qui ad Sacriſtiam habent aditum per gradnum
aſcenſum, & deſcenſum cum maximo periculo
præcipuè veſtibus ſacris induti, & res ſacras de-
ferentes in procliue labendi, quæ incommoditas,
& periculum tollitur per Oratorium Confratrũ,
tamquam ſitum in planitie, & cohærens ſolo
eiuſdem Cathedralis, Confratres verò per acceſ-
ſum, & receſſum ad dictam Sacriſtiam nullam
17 recipiunt incommoditatem, & periculum; inter
iuſtas autem cauſas requiſitas pro validitate alie-
nationis, aut permutationis rei Eccleſiæ connu-
meratur etiam pietas, & incommoditas ex relat.
*à Quaranta in ſumma Bullar.in verbo alienatio rerum
Eccleſiæ num.3. dixit Rota deciſ.713. num. 5. coram
Amat.Dunozet.tom.2.*

18 Quidquid ſit ſi ageretur cum priuato,nam tunc
ad ſubſtinendam permutationem exigitur maxi-
ma vtilitas, vt ſi Eccleſia daret rem ſterilem, &
acciperet fertilem, *Aza in ſumma in auth. de alien.
& emphyt.num.5.Silueſt.Aldobrand. conſ.4. num.13.
lib.1.relat per Mantica de tacit. & ambig.conuention.
lib.25.tit.6 num.62.ſub verſ.illud vero notandum eſt.*

19 Et tollitur omnis difficultas, quia hoc permu-
tationis decretum emanauit in actu Diœceſanæ
Viſitationis Eccleſiæ Cathedralis, in qua Epiſco-
pus, vel Viſitator ſubſtitutus procedit cum au-
ctoritate Apoſtolica iuxta diſpoſitionem *S. Con-
cilij Tridenti præcipuè Seſſ. 7. de reform. cap.8.* ibi,
*auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneatur,
& oppartunis iuris remedijs prouidere, vt quæ repara-
tione indigent reparentur.* Vnde nec deficit in præ-
ſenti auctoritas Apoſtolica ad Decreti validita-
20 tem, dum virtute iuriſdictionis attributæ,ſiue
ordinaria, ſiue delegata cenſeatur iuxta DD.
21 ſententias, quas hinc inde refert *Barboſa* mòx ci-
tandus, remòuentur obſtacula,vt Epiſcopus poſ-
ſit facere ea, quæ Summus Pontifex facere poteſt
ad latè tradita per *Barboſ.de offic. & poteſtat. Epiſc.
allegat.92.per totam.*

Incommoditas enim Sacriſtię cum veniat, &
contineatur in ijs, quæ reparatione indigerent,
opportuniori remedio prouideri nõ potuit quam
per dictam permutationem ad mentem *S.Concilij
dicta ſeſſ.7.de reform. cap.* 8. in illis verbis, *vt quæ
reparatione indigeat reparentur*, quæ verba cum in-
22 diſtinctè, et generaliter loquantur comprehen-
dunt omnes caſus reparatione indigentes, vt eo-
23 rum effrænatus contextus nullam admittant re-
ſtrictionem, *l pluribus ff. de acceptilat.Honded. con-
ſil.49.num.14.lib.1. Rolan.conſ.27.num.15.16.et ſeq.
lib.4.Tur.de camb.diſ.3. q.1.n.9.quos refert,et ſequi-
tur Rota in Romana Cambiorum* 10. Martij 1662.
§.facultatem vero verſ.hic quippe coram Veroſpio.

24 Hinc eſt, quod Deciſiones, et auctoritates in
contrarium allegatæ, non aduerſantur, quia pro-
cedunt, et ſe fundant, vel in dicta praxi habendi
recurſum ad Sedem Apoſtolicam pro neceſſario
beneplacito obtinendo, etiam in caſu permuta-
tionis inter Eccleſias, et loca pia, quæ tanquam
emanata ad cauthelam, et ad tollendos ſcrupu-
los non obligat ad obſeruantiam,vel facultatiua,
ex ſuperiùs deductis.

25 Vel in omnem caſum forſan contrarium ſua-
dere poſſunt, vbi Epiſcopus procederet extra Vi-
ſitationem, quatenus dicta praxis eſſet inuiola-
biliter ſeruanda, ſecus ſi procedat in Viſitatione
cum auctoritate Apoſtolica ad formam Sac.Con-
cilij.

26 Iuris autem repugnantia in alienatione, et per-
mutatione rerum Eccleſiæ emanauit ad tollendas
fraudes, et deceptiones, dolum, et temerarium
vſum, quæ ceſſant vbi concurrit Eccleſiæ vtilitas,
neceſſitas, et pietas, vel ſi non faciat conditionẽ
ſuam deteriorem, vt per *Quarant.in verb.alienatio
rerum Eccleſiæ ſub num.34. verſ ad cuius Sperell. de-
ciſ.155.num.24 verſ.in alienatione vero tom.2.*

27 Et beneplacitum Apoſtolicum ſi impetretur

ad cauthelam, vel quatenus opus ſit, quamuis non noceat, eo etiam non iuſtificato, non eſt attendendum, niſi probetur opus eſſe, *Corn.conſ.11. num.10.Rota in Montis Regalis. Iuriſdictionis coram Penia apud Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.1313.et deciſ.367.n.16.par.5.to.1.recent.*

28 Supplet verò omnes ſolemnitates, et operatur, vt aliæ ſolemnitates non requirantur *Abb.conſ.41. num.3.lib.1.Dec.conſil.341.num.9.Pariſ.conſ.24.numer.4.lib.4.Surd.conſ.181.numer.19.lib.2. Capic.deciſ.16.num.2. qui alios refert Gemin. conſil. mihi 48. num.9.Sperell.deciſ.154.n.87.to. 2.Seraph.deciſ.182. num.6.et 8.deciſ.338.num.4.& deciſ.1307.nu.1.Rot. deciſ.28.num.2.deciſ.36.num.8.poſt Cinc.de Cenſibus deciſ.65.num.1.et 2.par.2.diuerſ.deciſ.473. numer.3. par.2.deciſ.711.num.6.par.4. tom.3.deciſ.367.nu.13. par.5.recent.*

29 Non tamen ſupplet defectum cauſæ, nempè vtilitatis, vel neceſſitatis propter clauſulam ſi in euidentem, *Gemin.conſ.48.nu.9. Redoan.de reb.Eccleſ.non alienan.quæſt.22.n.45. Dec.conſ.152.num.5. Card.*Mantica *de tacit.et ambig.conuent. lib.21. tit.7. num.7.et 8. Seraph.deciſ.508.num.2. Gregor.XV.deciſ.333. num.2.Card. Canaler.deciſ. 288. numer 6. Sperell. deciſ.154.num.88. tom.2. Rota deciſ. 28. numer.2.penes Cinc.de Cenſib. deciſ. 96. num.3. par. 2. et deciſ.367.num.15. par.5. tom. 1. recent. et ex moralibus Bonacin.in tit. de alienat. bonor. Eccl. diſt. 2. quæſt. vnica punct.4.n.7.*

30 Quam cauſam licet non ſuppleat, tamen præſumere facit donec contrarium probetur, *Dec.conſil.142.ſub num.7.verſ.et cum dicatur Beltram.in addition.ad Gregor.XV.deciſ.113.numer.11.Sperell.deciſ.154.num.89.tom.2.Rota deciſ.178. num.4. par.2. diuerſ.et deciſ.201.ſub num.1.par.1.recent.*

31 Ipſa verò alienatio ab Eccleſia facta abſque beneplacito Apoſtolico eadem non reclamante remanet in implicito ſtatu validitatis, non obſtante *Paulina*, & decreto irritanti in ea appoſito, *Gonzal.ad reg.8. Cancellar.gloſ.56. num 94. et ſeq. Mareſcot.var.reſol.lib. 1.c.14.n.8. Sperell.deciſ. 155.num.58.verſ.et in puncto tom.2.Rot.dec.29.n.4. dec.264.n.21.dec.265.n.5.poſt tract. Cinc. de cenſib. dec.374.n.6. et 7.coram Cocc.in dec.673.n.4. par.4. tom.3. dec.82.n.11.p.6.dec.119.n.25.et 26.p.7.dec. 107. num.13.par.8. rec.*

32 Nam decretum irritans operari non poteſt, quando ille, in cuius fauorem appoſitum eſt, eo non vtatur *Dec.in cap.non acceſſiſſent n.17. de conſtit. Gonzal.ad reg.8. Cancell.gla.7.num.25.Gratia. diſcept.516.num.8.Rot.in Bononien. Gabella 1.Iunij 1650.§. nam quo ad fin.coram Card.Otthob.*

33 Et ita demum actum irritat ſi ille velit, alias nihil operatur, *Imola in cap.ſtatutum de reſcriptis in 6. Gemin. Io. Andr. Franch.in c.3.de praben.in 6. Sarment.de reddit. Eccleſ.p.1.c.2.n.20.in fi.et n. ſeq. inter tract.diuerſ.tom.15.p.2.fo.374. Tiraqu.in l. ſi vnquam in ver.reuertatur n.331.verſ.illud.autem C. de reuocan. donat.et in tit.de legib.connubial.glo.6.n. 93. Sarnen.in cap.de trien.q. 29.num.11.et Caſſador. dec.2.de reſtit.ſpoliat.Veral.dec.249.p.1.Rot. deciſ. 119.num.25. et 26.par.7. recen. Sperell. deciſ. 155. num.24. tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 Alienatio rerum Eccleſiæ facta abſque beneplacito Apoſtolico non ſubſtinetur licet eſſet Eccleſiæ vtilis.
2 Et hodie etiam in caſibus à iura permiſſis inconſulto Romano Pontifice non poteſt.
3 Legatus in alienationibus rerum Eccleſiæ non poteſt interponere auctoritatem ſine facultate à Papa conceſſa.
4 Papa in alienationibus rerum Eccleſiæ ſemper habet præ oculis earum vtilitatem.
5 Et vtilitas debet eſſe certa, & indubitata, vt melior efficiatur Eccleſiæ conditio.
6 Et non eſt metienda ex ſtatu rei in tempore calamitoſo, ſed requiritur cauſa perpetua.
7 Alienatio rei Eccleſiæ facta cauſa, quod non afferat fructum ob incurſionem banditorum non tenet. Declara vt ibidem.
8 At facta cauſa belli quando teneat.
9 Subſtinetur quotieſcumque probatur illam non fuiſſe damnoſam, & quod Eccleſia non deterioretur, n.10.
11 Et ſi non ſit facta pauperior intelligitur facta locupletior.
12 Nec debet locupletari cum aliena iactura.
13 Declara ſupradicta procedere in alienatione facta ex cauſa neceſſitatis, ſecus ſi ex cauſa vtilitatis 14. vbi redditur ratio differentiæ.
15 Et vbi eſt facta ex cauſa neceſſitatis illi ſtatur qualemcunque exitum habeat ſi vtilitas ſit cepta, ex cauſa verò neceſſitatis in principio, & in fine debet eſſe vtilis.
17 Vtilitas in alienatione rei Eccleſiæ debet eſſe in proprietate, & in fructu, adeò vt ſi detur res æqualis eſt damnoſa & num. 18.
19 Vtilitas in alienatione rei Eccleſiæ ſi ex aliqua contingentia non ſequatur contractus non reuocatur.
20 Et ſatis eſt ſi interueniat de tempore contractus.
21 Ad effectum læſionis attenditur tempus contractus.
22 De euidenti Eccleſiæ vtilitate aliundè conſtare debet quam ex partium aſſertione.
23 Alienatio rerum Eccleſiæ facta ſine beneplacito Apoſtolico ſi ſit vtilis poteſt ab eodem approbari, & reprobari, ſecus autem ab alio contrahente,
24 Prohibitio ceſſat, vbi actus vtiliter geritur.
25 Contractus minoris, mulieris, & Eccleſiæ ſi ſit vtiliter geſtus ad eorum fauorem ſubſtinetur.
26 Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico eſt ipſo iure nulla.
27 Et actus nullus ratificari non poteſt.
28 Vt procedat quando lex reſiſtat infringendo etiam ratificationem, ſecus ſi non prohibeat ſimpliciter, ſed ratione certæ formæ ſeruandæ.
29 Actus nullus fauore certæ perſonæ ab eadem ratificari poteſt. Contrarium n.30. Declara, vt n.
30 Alienatio bonorum Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice facta ratificari non poteſt, & vſque ad n.42.
31 In alienationem rerum Eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur. Beneplacitum Apoſtolicum, & vtilitas, vel neceſſitas.
32 Ratificatio eſt facienda cum ſolemnitatibus requiſitis in ipſo contractu principali.
33 Decretum irritans habet implicitam inhibitionem.
34 Et continet vim priuatiuam poteſtatis.
35 Et attentatum dicitur quod contra actus tenorem geſtum eſt, & nullum ipſo iure.
36 Et ligat etiam ignorantes ſaltem quo ad pœnas nullitatis num. 37.
38 Alienantes bona Eccleſiaſtica ſine ſolemnitatibus quas pœnas incurrunt.
39 Pœnæ Paulinæ conſtitutionis incurruntur etiamſi alienatio ſit vtilis Eccleſiæ, & illam ratificet.
40 Alienatio rei Eccleſiæ licet ab eadem approbari, & ratificari poſſit tenetur tamen obtinere confirmationem à Sede Apoſtolica.
41 Et licet per tacitam approbationem contractus ſit in implicito ſtatu validitatis hoc tamen operatur, vt pars non poſſit ab eodem recedere, ſed non liberat Eccleſiam ad ad impetrandum beneplacitum.
42 Contrahens nulliter cum Eccleſia minore, & muliere citare poteſt Prælatum, vel tutorem ad declarandum an velit ſtare contractui, & ita poſt Iudicis decretum erit tutus de ſuo iure.
43 Et Iudex debet aſſignare terminum ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum, alias declarare contractum nullum.

Eccle-

44 Eccleſia, & minor ſi velint ſtare contractui ſine ſolemnitatibus celebrati tenentur hoc declarare adhibitis ſolemnitatibus à principio requiſitis.

45 Eccleſia, & minor contractum minus ſolemniter celebratũ tenentur in totum, acceptare, vel in totum reprobare, & non pro parte.

46 Contractus, vel in totum eſt acceptandus, vel in totum reprobandus.

47 Eccleſia ſi conſenſiat expeditioni beneplaciti Apoſtolici non poteſt à contractu recedere, alio contrahente reluctante.

48 Gratia ſolo verbo Papæ perficitur.

49 Rector ſi ſemel conſenſerit impetrationi beneplaciti Apoſtolici non poteſt amplius pœnitere.

50 Etiam ſi beneplacitum præſentetur poſt obitum Rectoris.

51 Eccleſia ſi declarat ſe nolle ſtare alienationi nulliter factæ fructus ſoluti medio tempore non ſunt reſtituendi.

52 Cenſus impoſitus ab Eccleſia abſque beneplacito Apoſtolico redditur nullus.

53 Sed fructus ſoluti antequam fuit oppoſita nullitas nõ ſunt reſtituendi, & in ſortem computandi.

54 Nullitas contractus ſine ſolemnitatibus celebrati non habet effectum, niſi à die declarationis, & retrotrahi non debet.

ADNOTATIO I.

Alienatio bonorum Eccleſiæ abſque beneplacito Apoſtolico ſi ſit vtilis, an ſit valida, vel potius vti nulla à partibus reprobari poſſit.

1 ALienatio rerum Eccleſiæ facta abſque beneplacito Apoſtolico non ſubſtinetur, licet eſſet Eccleſiæ vtilis, quia non ſufficit vtilitas, vel neceſſitas abſque ſolemnitate, vel ſolemnitas, abſque vtilitate, vel neceſſitate, quibus concurrentibus quamuis videatur ſatisfactum intentioni canonis prohibentis alienationem, nihilominus non ceſſat eiuſdem diſpoſitio, cum non emanauerit ad conſulendũ, & prouidẽdũ in particularibus caſibus, ſed in vniuerſali Eccleſiarũ vtilitate, ad occurrendũ fraudibus, & eas defendendas temporali, & ſpirituali gladio à fraudolẽtis vſurpatoribus benè animaduertit, *Caſtr. Palao in moral. par. 2. cap. 12. §. 6. punct. 15. num. 5. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 17. à num. 2. cum ſeq. Rodoan. de rebus Eccleſ. non alienan. qu. 51. cap. 7. num. 21. & quaſt. 35 per tot, & qu. 36. num. 19. latè Sarment. de redit. bonor. Eccleſ. cap. 2. num. 2 par. 1. Molin. de iuſt. & iur. qu. 468. concl. 68. num. 4. Surd. conſ. 301. nu. 25.* & ita etiam dixiſse *Rot. patet ex deciſionibus relatis per Sperell. deciſ. 154. num. 12. & dec. 155. num. 5. tom. 2. Gonzal. ad reg. 8 Cancel. glo. 56 num. 94. & allegatur textus in cap. ſine exceptione 12. q. 2. cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienan.*

2 Siquidem huiuſmodi alienatio etiam in caſibus à iure permiſſis hodiè inconſulto Romano Pontifice fieri non poteſt, iuxta *Paulinam conſtitutionem relat. in extrauag. ambitioſè de reb. Eccleſ. non alienan.* quæ comprehendit non ſolum bona Eccleſiarum, ſed etiam Monaſteriorum, & alio-
3 rum locorum piorum *Rodoan. de rebus Eccleſ. non alienan. qu. 35. num. 6.* vbi ſubdit quod in huiuſmodi alienationibus neque legatus poteſt auctoritatem interponere ſine ſpeciali facultate à Papa conceſſa: ad notata per *Speculat. in tit. de leg. §. conſequenter verſ. cæterum. Quaranta in ſumm. bullar. in verb. alienatio rer. Eccleſ. nu. 4. verſ. hodie vero*, vbi quod prohibentur omnes modi alienandi, & *ſub n. 6.* vbi quod hoc non ſolum vigore Paulinæ, ſed etiam iuramenti præſtandi per Prælatos *Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſc. cap. 14. §. 7. nu. 1. & ſeq. Barboſ. eod. tract. alleg. 95. num. 2. par. 3. Rot. dec. 225. n. 1. lib. 2. par. 3. diuerſ. Vincenz de Franch. dec. 35. Paulus Rubeus in adnot. ad. dec. 444. num. 47. par. 4. tom. 2. in recent.* vbi quod in hac materia adſunt præclaræ deciſiones in *Gerunden Scribania 26. Februarij, & 21. Maij 1638. coram Merlin.*

4 Papa verò ſemper habet præ oculis euidentem vtilitatem tamquam cauſam finalem. *Soccin. ſen. conſ. 15. num. 51. lib. 1. Cardin. Seraph. dec. 508. n. 10. Cardin. Mantic. dec. 101. num. 5. Rot. dec. 129. num. 8. par. 7.*

5 Et dicta vtilitas debet eſſe euidens, certa, & indubitata) adeo vt non ſufficiat putatiua, ſed neceſſe eſt Eccleſiæ cõditionem effici meliorem, ſiuè rei æſtimatio, ſiuè rei qualitas, ſiue redditũ quantitas attendatur, eſt *text. in cap. ſine exceptione 12. q. 2.* ibi, *quod non ſit dubium profuturum Eccleſiæ, & in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienan.* ibi, *præſertim cum euidens neceſſitas, vel utilitas non ſubeſſet Barbat. conſ. 40. ſub num. 1. verſ. vndè pendent lib. 1. Rebuff. in compend. alien. rer. Eccleſ. nu. 97. in fin. Rol. conſ. 15. ſub num. 16. circa med. verſ. nonne lib. 1. latè Borgnin. dec. 46. num. 130. cum plurib. ſequen. Sperell. dec. 154. num. 15. tom. 2. Rot. dec. 65. n. 17. p. 2. diuerſ. & deciſ. 624. n. 3. p. 1. rec.*

6 Inſuper eadem vtilitas metienda non eſt ex ſtatu rei in tempore calamitoſo, ſed requiritur cauſa perpetua, quæ motiuum præbeat ad alienandum in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, vt nullum ſit dubium, quin alienatio ſie magis profectura Eccleſiæ iuxta *Caſtren. conſ. 109. num. 2. verſ. non obſtat textus lib. 2. Menoch. de arbitr. in addit. caſ. 152. num. 3. & ſeq. Grat. diſcept. forenſ. cap. 45. nu. 11 & 12. tom. 1. Cardinal. Seraph. dec. 1073. n. 4. Card. Mant. dec 101. num. 4. Rota dec. 720. num. 10. p. 1. deciſ. 65. num. 5. & 21. par. 2. diuerſ. & dec. 129. n. 10 par. 7. rec.*

7 Hinc eſt, quod alienatio rei Eccleſiæ facta ſub prætextu, quod res alienata non afferat vtilitatem, quia patitur frequentes incurſiones bannitorum; & inde difficilis reddatur acceſſus pro cultiuatione, & fructuum perceptione non ſubſtinetur, nec huiuſmodi cauſa eſt ſufficiens ad alienandam rem Eccleſiæ, non enim attenditur damnum ob incurſum facinoroſorum hominum. & bannitorum inuaſionem, cum hoc impedimẽtum temporale ſit, ſi non ſemper probetur territorium illud fuiſſe à facinoroſis hominibus vexatum *Rot. dec. 720. n. 10. par. 1. diuerſ. & dec. 129. à n. 8. 9. & 10. par. 7. rec. dec. 731. n. 41. coram Amat. Dunozet. tom. 2.*

8 Pro vt nec etiam tenet alienatio rei Eccleſiæ facta tempore belli pro minori pretio, quia computari debet pretium quanti in futurum poſſit vendi, vel caueri ſi poſſet plus poſtea vendi, quoniam pretium diminutum cauſa belli, non eſt verum, & iuſtum pretium, tamquam temporale, quod ſperatur ceſſaturum, *Caſtren. conſ. 109. col. 1. ad fin. verſ. nec obſtat teſtes lib. 2. Afflict. dec. 87. num. 3 Grat. diſcept. forenſ. cap. 45. num. 11. Rota. dec. 65. n. 6. par. 2. diuerſ.*

9 Sed quod utilis videatur alienatio bonorum Eccleſiæ quotieſcumque non probatur illam fuiſ-

ſe damnoſam *glo.penult.in cap.ſine exceptione 12.q.*
2.Abb.conſ.41.ſub num.3. verſ. quinimò lib. 1. vbi
10 quod non ſit neceſſe, quod Eccleſia melioretur,
ſed ſatis ſit quod non deterioretur, per *textum in*
cap.ſi quis qualibet eam §. praecedenti 12.q.2. & cla-
rius in cap.ſi Epiſcopus 2.q.5. Calder.conſ.1.de rerū
permut.Felin.in conſ.42. ſub nu.4.verſ.tertio monet
Menoch.conſ.114.num.25.lib.2.Redoan.de reb.Eccl.
*non alienan.q 20.num.27.*vbi *num.28.*redit rationē,
11 quia ſi Eccleſia non ſit facta pauperior, tunc fa-
cta intelligitur locupletior, *l.pupillo ff.de ſol.glo.in*
12 *cap.tua de ijs,quæ fiunt à Prelat.* nec rationi con-
ſentaneum videtur, vt Eccleſia locupletetur cum
aliena iactura, nam videretur capere contra con-
ſcientiam illud, quod plus caperet, & teneretur
reſtituere, ſaltem de æquitate, vt dicit *glo.in l.iu-*
bemus C.de ſacroſ.Eccleſ.in verbo acquirant, ibi ſi
ergo Eccleſia, & aduertit Redoan.loco cit.à n.1.cum
pluribus ſequen.

13 Declara vt prędicta procedant quando aliena-
tio fiat ex cauſa neceſſitatis non autem ex cauſa
vtilitatis, vt declarat, *Rebuff. in compend. de alie-*
nat.rerum Eccleſ.pro vt etiam dixit Rot.dec.65.nu.4
p.2.diuerſ. licet hæc declaratio reprobetur à *Me-*
14 *noch.in conſ.114. num.25.lib.2.* ratio tamen diffe-
rentiæ eſſe poteſt, quia vbi alienatio fit ex cauſa
neceſſaria, obiectum, & illius fundamentum eſt
ipſa neceſſitas, quæ ſi eſt euidens, dicitur illi ſa-
tisfactum; quamuis Eccleſia nullam aliam ſen-
tiat vtilitatem, modò tamen nullū aliud damnū
patiatur; vbi verò fit alienatio ob Eccleſiæ utili-
tatem, tunc cum illius motiuum, obiectum, &
fundamentum ſit ipſa vtilitas, & tunc illa ſola
eſt animaduertenda, vt ſit certa, euidens, & in-
dubitata, *Redoan.de reb.Eccleſ.non alienan.quaſt.20*
nu.35. Borgnia.dec.46.nu.39.par.1.Sperell.dec.154
num.19.& 20.

15 Propterea ſi alinatio rei Eccleſiæ ſit facta ex
cauſa neceſſitatis, & tunc illi ſtatur qualemcun-
que exitum habeat dummodò ſit vtiliter cæpta
l.ſed an vltro §.1.ff.de negot.geſt. ſed ſi facta ſit ex
16 cauſa vtilitatis, & tunc non ſufficit eam vtili-
ter cæptam, ſed in principio, & in fine adeſſe
debet vtilitas, adeò vt Eccleſia effecta ſit locu-
pletior, *l. ſi pupilli in princ ff.de negot.geſt.ita Io:de*
Fab.& poſt eum Aret.in cap.ſine exceptione propè fin.
in gloſ.ſed non re 22.q.2.Henr.Boich.in cap.tua in fi.
verſ.circa quod de ijs, quæ fiunt à Prælat. cum alijs
allatis per Rot.dec.65.n.4.par.2.diuerſ.& per Sperel.
dec.154.num.35.tom.2.

17 Vnde infertur, quod huiuſmodi vtilitas debeat
reſultare ex valore proprietatis rei, in redditu
vel prouentu, in æquè vicina, æquè commoda,
18 æquè cauta, adeò vt vtilitas non tam reſultet
ex æſtimatione, ſiuè rei qualitate, quam ex red-
dituum quantitate; & ſic non ſufficit dare rem
æquiualentem Eccleſiæ pro re, ſed danda eſt res
maioris pretij, nam quando data ſit res æquiua-
lentis pretij, tunc dicitur conſtare de damno, &
præiudicio facto Eccleſiæ, vt per *Dec.conſ.141.n.5*
verſ.hoc etiam patet, & alijs congeſtis latius com-
probat *Redoan de reb.Eccleſ.non alienan.q.20. à nu.*
168. vſque ad num.173.

19 Quod ſi fortè ex aliqua contingentia non ſe-
quatur vtilitas, quæ proſpecta fuit, & credeba-
tur ab Epiſcopo, & Clericis, non propterea con-
tractus reuocari debet, dum legitimè, & ſolem-
niter celebratus fuerit, niſi fraus interuenerit,
quæ contractum irritare ſolet, & remouet patro-
cinium, nec eſt imputandum Epiſcopo, & Cle-
ricis, ex quo bona fide, & recta intentione cele-
brauerunt contractum, & meliorem Eccleſię cō-
ditionem proſpexerunt, *Redoan.de reb. Eccleſ.non*
alienan.q.20.n.32.qui alios allegat.cum ſeq.

20 Siquidem vtilitas ſatis eſt interueniſſe de tem-
pore contractus, quod tempus in alienatione
rerum Eccleſię eſt inſpiciendum, *Archidiac.in cap.*
ſine exceptione num.15. Belam.n.6.12.q.2.Rot.deciſ.
433.num.2.dec.508.n.12.coram Card.Seraph.dec.65
nu.4.par.2.diuerſ.dec.252.n.23.p.7. rec.Coccin. dec.
445.n.5. Amat.Dunoz. dec.713.n.8.to.2.vbi n.49.
21 ſubdit quod regulare ſit ad effectum læſionis, vt
inſpiciatur tempus contractus, quamuis agatur
de re habente tractum ſucceſſiuum, nulla habita
ratione incerti euentus tractu temporis in d[illegible]-
num terminati, *Menoch.con.156.num.35. Rot.dec.*
584.n.7.par.4. rec.

22 Aliundè tamen conſtare debet de euidenti Ec-
cleſiæ vtilitate, quam ex aſſertione contrahen-
tium, cui non ſtatur, *Iaſ.conſ.73.per tot.lib.3.Fe-*
deric.de ſenis conſ.143. Rol.conſ.25. num.19. lib.1.
Rot.dec.27. num.4.dec.28.num.1.dec.36.num.9.dec.
37.num.6. & 7. poſt Conc.de Cenſib.deciſ.160.nu.4.
par.2. diuerſ. quas ſequitur eadem Rot.in deciſ. 252.
num.11.par.7. rec.

23 Vbi tamen alienatio ab Eccleſia facta abſque
ſolēnitātibus, nempè ſine beneplacito ſit illi vti-
lis, poteſt ab eadem approbari etiam inuito emp-
tore, & contrahentibus reluctantibus, & ab eo-
dem contractu alienationis recedere, eumque
infringi, ſi illi ſtare nolit, eo quod huiuſmodi
ſolemnitas, ſeu beneplacitum illius indemnita-
tem reſpiciat, ne eiuſdem bona dilapidentur, ſed
conſeruentur, & non deteriorentur, ac proinde
cum fauore Eccleſiæ conſtitutum ſit, vt ſeruen-
tur ſolemnitates, non debet in odium retorque-
ri, habet propterea optionem ad approbandum,
vel reprobandum contractum, neque is, qui cum
eadem contraxit poteſt dicere talem contractum
defectu ſolemnitatum fuiſſe nullum, per textum
ita communiter intellectum in *cap.ſi qua de rebus*
42.12.q.2. Pinel.in l.1.par.3. num.32. verſ ſed con-
ciliatio C.de bon.matern.vbi de recepta opinione In-
noc.in cap.in princ.de ijs, quæ fiunt à Prælat.ſine con-
ſenſ.Capitul.ibique Anton.de Butr.num.5. Imol. ſub
num.2. Abb.num.6.idem Butr.in cap.ſi quis num. 9.
de reb.Eccleſ. non alienan. Ruin.conſ.11.num.6.lib.4.
Honded.conſ.18.num.72.lib.1.Anton.Gabriel lib.3.
cōmun.concluſ.tit.de rerum alienat.concl.3.n.1. & 2.
vbi alios copiosè allegat, Quaranta in ſumm. bullar.
in verb. alienatio rerum Eccleſ.ſub num.34.verſ. de-
clara, Sarment. de reddit.Eccleſ.non alienan.quaſt.20
nu.193. cum pluribus ſequent.vbi quod omnes in hoc
concordant Scaccia de iudic.lib.2. cap.2.ſub nu.382.
verſ.confirmatur ſecundo Menoch.de arbitr.iud. caſ.
172. num.39.& 40. vbi idem de minore. *Surd. de*
alim.tit.8.priuil.56. num.81.Gratian.diſcept. forenſ.
c.27.nu.41.tom.1.cap.212.num. 23. cum duobus ſeq.
& cap.303. à num.44. vſque ad fin.tom.5. Mant. de
tacit.& ambig. conuent.lib.3. tit.16. n.12.& in pun-
cto lib.25.tit.6.num.48. verſ. præterea quamuis. &
num.49.Gonzal.ad reg.8. Cancellar.glo.56.num.95.

Caſtro

Caſtro Palao in moral.par.2.cap.12.§.4. ſub num.5.
verſ.ex iis manet Guid Pap.dec.159. in prin.Sperel.de-
ciſ.155. num.11.Cæſar.de Graſſ.dec.3. num.2.& 3.
de ſent.excomm.Puteus dec.310.lib.1.Creſcen.dec.1.
de locat.Gregor.XV. dec.465.n.5. Rot dec.164.nu.2.
& dec.165.num. 2. poſt Cinc.de Cenſib.dec.261.in fi.
par.3.lib.3.diuerſ.dec.201.n.3.coram Card. Mantica
deciſ.94. num.65.par.7. in rec.& dec.605.n.3. coram
Cardin.Canalcr.

24 Generale enim in omnibus eſt, vt ceſſet prohi-
bitio, quando actus vtiliter geritur, non ob-
ſtante, quod eis interdicta ſit bonorum ſuo-
rum adminiſtratio, niſi etiam adſit omnimo-
da incapacitas, l.cum hi §. tranſactionem ff. de
tranſact.vbi notant omnes latè, Tiraq. de legib. con-
25 nubial. glo.8 num.66.& 76. vbi multis exemplifi-
cat, & in Eccleſia, & minore contrahente ſine
curatore, & decreto Prætoris,& muliere ſine inter-
uentu conſanguineorum, quod non obſtante ſta-
tuto, actus vtiliter geſtus ſuſtinetur, latè ex-
ornat Surd.de alim. tit.8.priuil.56. à n 63.vſque ad
70. ex Bald.& Lambert. de contractibus eorum in fi.
num.165.& ſeq. Gait.de credito cap 2.tit 7.quæſt. 5.
num.1983.& ſeq.& ex Redoan.Marant.Pincl.tradit
Sperell dec.155.num.12.

26 Et quamuis contractus alienationis bonorum
Eccleſiæ abſque beneplacito Apoſtolico celebra-
tus ſit ipſo iure nullus, cap.ſine exceptione 12.q.2.
cap.1. de reb.Eccl. non alien in 6. extrauag. ambitio-
ſæ eod.tit. Redoan.de reb.Eccl.non alien.q.22.à nu.4.
vſque ad fin. Gonzal.ad reg.8 Cancell.gla.56 n.94.

27 Et quando actus nullus eſt à lege prohibitus
ne fiat ratificari nequeat etiam ab illo, in cuius
fauorem prohibitio emanauit iuxta notabilẽ tex-
tum in l.à Diuo Pio 58. iuncta gl.in verbo actionem,
ff.de ritu nuptiar.quam commendat,& ſingularem
dicit Bald.in l 1.col.2. verſ ſed hic quare, & in l.non
dubium col.7.in 9.oppoſit.C.de legib. & in l.ea quæ
C.de donat. ante nuptias Abb.in cap. cum dilecti 3.n.
8. de empt.& vendit. Alex.in l.iuriſgentium §.Prætor
ait.ff de pact. Tiraq.de leg connub.in fi glo.8.num.98
& ita intelligendus eſt Flaminius Cartar.dec.Genuen.
46. num. 27. Gait. de credito cap.2. tit.7. quæſt. 5.
num. 1986. & 1999.

28 Nihilominus quando contractus eſt nullus nõ
quia prohibitus ſimpliciter ne fiat, ſed ratione
certæ formæ, vel ſolemnitatis omiſſæ reſpicien-
tis fauorem determinatæ perſonæ, vt eſt contra-
ctus alienationis rerum Eccleſiæ ſtatuti annullã-
tis contractus mulierum, & minorum,& ſimiliũ
tunc præfatorum conſenſu,& ratificatione ſuper-
ueniente actus nullus conualeſcit, & recipit ro-
bur, & firmitatem,cum vnuſquiſq; poſſit renun-
ciare ſuo priuilegio,adeo vt nõ ſufficiat actũ eſſe
ipſo iure nullum,quia etiam comprobari poteſt,
ſecus ſi lex vlterius reſiſteret infrigendo etiam
ratificationẽ,& approbationem iux.Bartoli doctri-
nam in l.1.§.ſed ſi filius De legat. 3.Roman in conſ.
54.num.3.Tiraq.de legib connubial glo.8 n:93.Surd.
dec.108.ſub num.11. Hodierna in addit. ad eundem
Surd.deciſ.70. num.1. & pluribus ſequen.Sperell.de-
ciſ. 155.n.7.tom.2.

29 Non enim repugnat, nec eſt inconueniens,
quod vbi actus eſt nullus in fauorem certæ per-
ſonæ poſſit per illam ratificari l.filio ff. de iniuſto,
rupto. ad textum pulchrum in l.Iulianus §.ſi quis col-
Tom. II.

laudente ff.de act.empt. Rebuf.in concordat.in rub.de
collat. §. ſi quis verò in glo.in verbo ipſo iure ſub
n.4. Gonzal.ad reg.8.Cancell.glo.56.n.96.

30 Contrarium verò quod contractus alienatio-
nis bonorum Eccleſiæ abſque beneplacito Apo-
ſtolico, neque in eiuſdem Eccleſiæ fauorem, &
beneficium valeat, attento iure extraordinario,
31 Extrauagantis ambitioſæ de reb.Eccl.non alien.quid
quid ſit de iure ordinario,ſeu antiquo, ſuadetur,
quia vigore dictæ Paulinæ conſtitutionis in alie-
natione bonorũ Eccleſię formaliter duo copula-
tiuè requiruntur,nempè ſolemnitas,ſcilicet Pa-
pæ beneplacitum, & cauſa, ideſt vtilitas, vel
neceſsitas, ac proinde ſicuti Eccleſia etiam con-
currente neceſsitate,vel vtilitate non poteſt alie-
nare inconſulto Romano Pontifice, ita neque
poteſt approbare alienationem vitio huius nulli-
tatis infectam,Redoan.de reb.Eccl.non alienan.q.51
cap.7. à n.20. cum ſeq

32 Præcipuè, quia in ratificatione eędem ſolem-
nitates requiruntur, prò vt in ipſa principali
alienatione, alias redditur nullius momenti,
Iaſ.in l.cum hi §. eam tranſactionem n.2.ad fin.ff.de
tranſact. Abb.in cap.cum not 3.nu.3.de iis, quæ fiunt
a Prælat.ſine conſenſ.Capit.Bald.in c.edoceri ſub n.7.
verſ.aduerte de reſcript.& in conſ. 475. lib.1. Cra-
uet. conſ. 871. n.13.vol.5. Menoch.conſ.2. num.297.
Socein.ſen.in conſ.92. n.11.lib.3.Gemin.conſ.128.
num.5 Card.Man:.de tacit et ambig.Conuen. lit.25.
tit.6 num.51.Gratia.diſcept.foren.cap.981.num.44.
to.5. Oſaſcb. dec.138.num.6. Viuc.de Franch.dec.35
ſub n.4.poſt med.Rot.dec.204 n.7.et 10.p.4. diuerſ.
dec.44.n.81.et dec.129. n.15.p.7.in rec.cum aliis per
Sperell dec.155, n.23.tom.2.

33 Quod magis confouetur ex decreto irritanti
in ipſa conſtitutione Paulina appoſito, quod ha-
bet implicitam inhibitionem,Gabr.in tit.de Clauſ.
lib.7.concl.3.nu.73. Gonzal.ad reg. 8 Cancellar. glo.
34 68.num.16. inſuper continet vim priuatiuam, &
auocatiuam poteſtatis alias competentis,cap.du-
dum 14 verſ. et idcirco de præbend in 6. Ferret. conſil.
314. n.10.lib. 2.Gonzal.loco cit. ita vt quod contra
35 eius tenorem geſtum eſt, attentatum dicatur,ac
nullum ipſo iure, etiam parte non opponente
cap.ſtatutum §, fin. de reſcript.in 6.cap.vltimo de of-
fic.deleg.eod.lib 6. Gabr.in tit.de Clauſ.concl.3.n.57.
36 & ratio eſt, quia huiuſmodi decretum ligat in-
diſtinctè etiam ignorantes, cap.ſi eo tempore 45 de
elect.in 6. cap.ſi poſt quam, cap.dudum cap beneficia
cap.quoniam de præb. in 6.et cap.1. verſ adiiciebatur
de conceſſ. præbend.Gabr.dicta concl 3.nu.2. Gonzal.
37 dicta glo. 67.nu.18. et 19. vbi quod ſaltem quoad
pœnam nullitatis, quidquid ſit quo ad alias pœ-
nas, vt etiam latè proſequitur Vonet.de commut.
vlt.volunt.cap.7.n.234. Gabriel.vt ſupra n. 8. latè
Rot.dec.231.à num.2.cum plurib ſequen p.5.tom.1.
rec. & in terminis Extrauagant. ambitioſæ aduertit
Villagut.dec.52.n 52.Sperell.dec.155. n.17. tom. 2.
vbi alios congerit,

38 Suffragatur etiam, quod abſurdum videatur
eſſe in arbitrio Prælati,ſeù Eccleſiæ Rectoris ſta-
re volentis alienatione nulliter abſque benepla-
citiro Apoſtolico celebratæ, & per non reclama-
tionem, & acquieſcentiam effugere pœnas ex-
communicationis, ſuſpenſionis ab officio, &
priuationis beneficiorum, & alios ſtaturos tam

per *Extrauagan. ambitioſè de reb. Eccl. non alienan.* quam per antiquiores Canones, vt in *cap non liceat Papæ 32. q. 2. & in cap. ſi quis presbyterorum de reb. Eccl. non alienan. & in Clement. 1. eod. tit* Et
39 quamuis Eccleſia velit alienationem approbare, adhuc tamen nulliter alienantes incidere in dictas pœnas punctualiter *Rot dec. 201. n. 6. coram Cardinal, Mantica, quem refert Sperell. decis. 155. num. 13. tom. 2.*

40 Declara conciliando ſupradictas ſententias inter ſe certantes, vt Eccleſia valeat quidem ratificare, & approbare contractum ſibi vtilem, & proficuum, adhibitis tamen ſolemnitatibus, quæ ab initio requirebantur, & ſic obtenta confirmatione à Sede Apoſtolica, & licet diſpoſitio Extrauag. ambitioſè procedat dumtaxar Eccleſia volente contractum haberi pro inualido, ſed ſi velit illi ſtare impetrare debet per legitimas perſonas Sedis Apoſtolicæ aſſenſum, & auctoritatem. *Abb. in cap. 1. n. 6. de ijs, quæ fiunt à Prælat, ſine conſenſ Capitul. Pinel. in l, 1. p. 3. num, 32. C. de bon. matern. Anton. de Pratis de iuriſdict. Epiſc. c. 5. num. 17. Montan. de tutor et Curat. cap. 33. num. 460. Cauale eod. tract. ſub nu 170. Tiraq. de legib. Connubial gl. 8. num. 92. Surd de alim. tit. 8. priail. 56. n. 81. Gait. de credito. cap. 2. tit. 7. q. 5. Redoan de reb. Eccleſ. non alien. q. 51 cap. 7. ſub num. 2. verſ. ſed limita. & intellige dictam communem opinionem, Mathesil. in ſing. 155. Villagut dec. 52 n 143. Guid. Pap dec. 159 num. 2. cum alijs pro Sperell dec 155. n. 13. to. 2.*

41 Præfata igitur tacita Eccleſiæ ratificatio, & permanentia contractus in implicito ſtatu validitatis non obſtante nullitate, ex defectu beneplaciti Apoſtolici operatur, vt altera pars non poſsit a contractu recedere, & nullitatem opponere, prò vt ſola Eccleſia opponere, & contractum reſcindere poteſt, ſed non liberat eandem Eccleſiam, nec eximit, quin impetrare debeat dictum beneplacitum. quod etiam ſi ex poſt facto interueniat, conualidat contractum, perindè, ac ſi à principio ſolemniter celebratus fuiſſet *ad textum in c. ſi qua rebus 42. 12 q. 2. c. cum vos de ijs, quæ fiant à Prælat. abſque conſenſ. Capitul.*

42 Propterea ne altera pars contrahens cum Eccleſia, vel minore, vel alia perſona priuilegiata ſemper in ſuſpenſo manere debeat, ad ſtatuendum ſubſiſtentiam, & validitatem contractus, vel eiuſdem infirmationem, & reſciſsionem datur cautela, vt citare faciat Eccleſiam, ſeù Prælatum, Rectorem, ſeù Adminiſtratorem, ſeù Tutorem minoris, vel aliam perſonam priuilegiatã, in cuius fauorem actus irritatur, ad declarandũ ad velit ſtare contractui, vel ab eo recedere, & ſic poſt declarationem, vel Iudicis decretum cõtractus non amplius claudicabit, & ita altera pars ſecura erit de iure ſuo, iuxta notabilem textum communiter à ſcribentibus exornatum *in l. Iulianus 14. § ſi, quis colluderit,* ibi *hactenus agendũ, vt aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur ff. de action. empt.* & hunc agendi modum mirabilem, & notandum dicit *Paul. de Caſtr, ibidem num. 2. Iaſ. in §. actionum num. 42. inſtit. de action. Bald. in l. dolum num. 2. C. de peric. & commod. rei vend. & ibi Salyc. num. 1. Piacl. lib 1. par. 3. num. 34. C. de bon. matern. Idem Iaſ. l. tranſactionem finita ad fin. C. de tranſact. Montan. de tutor. & curat. cap. 33. num. 458. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. q. 5. num. 1996. Miliſ. in repertor. in verbo minor ſi in contractu Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 56. num. 93 Garzia de benefic. p. 9. c. 1. nu. 7. Sard. dec. 70. n. 23. Beltramin. in addit. ad Greg. XV. dec. 467. n. 16. in fin. Sperell. dec. 155. n. 35. tom. 2.*

43 Et quamuis ſit in facultate Eccleſiæ, vel minoris ſtare contractui minus ſolemniter celebrato, etiam alio contrahente inuito, tamen quatenus contractui ſtare velit, tenetur ſolemnitatem
44 adijcere, adeò vt huiuſmodi declaratio fieri debeat cum ſolemnitatibus, vnde Eccleſiæ, vel Rectori eſt aſſignandus terminus ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum, quod ſi noluerit obtinere, vel denegatum fuerit ad inſtantiam alterius contrahentis, Iudex poterit declarare cõtractum nullum, ad hoc vt ſeruetur æqualitas, & ne ſemper Eccleſia permaneat in tuto, & altera pars ſemper in ſuſpenſo, & ita in facti contingentia obſeruatum fuiſſe refert, *Vincen. de Franc. dec. 35. num. 9. Sarment. de reddit. Eccl. cap. 2. ſub 2. & 19. prope fin. verſ. ſatis eſt, Matthesil. in ſing. 155. Milis in repertor. in verb. minor ſi in contractu Pinell. in l. 1. p. 3. ſub num. 36. verſ. videtur tamen Gait. de credit. cap. 2 tit. 7. q. 5. n. 1958 Auſer. ad decis. Tholoſ. 53. in fi. Quarantia in Summ. bull. in verbo alienatio rerum Eccleſ ſub n. 34 in fi. Sperel. dec. 155. n. 36. tom. 2.*

45 Nõ poteſt tñ Eccleſia contractũ minus ſolẽniter celebratũ, diuidere, & pro parte acceptare, & pro parte reprobare, ſed tenetur, pro vt etiã minor in totum, acceptare, vel in totũ reprobare. vt in minore tradit *Bald. conſ. 10. nu 32. lib. 2. Tiraq. de retract. conuent. ad fi. num. 48.* Et tam in minore, quam in Eccleſia *Couar. lib. 2. var reſol cap. 16. n. 5 Gregor. XV, dec. 467. num 5. vbi Adden. ſub nu. 16. Sperel. decis. 55. n. 27 t m. 2.*

46 Regulare enim eſt, vt is, cui oritur ius ex cõtractu teneatur illum in totum acceptare, cum omnibus ſuis qualitatibus, vel in totum reprobare, *l. cum quæritur ff de adminiſt tut. l. nam abſurdum ff. de bon. liber. l ſi ita ſtipulatio in fi. ff. de oper. liberi Cal & Alberic in l contra iuris § ſi cum l. ſeq. ff. de pact. Bal. in l. obſecrare §. poſt hæc. nu 6. ff. de offic. Procon Tiraq de retract. conuent. n. 2. cum multis ſequen. Sard. in conſ. 52 n. 40. cum ſeq. lib. 1. et in conſ. 576. num 31. vol. 4.*

47 Et quamuis Eccleſia poſſit impugnare, & recedere, ac dare de nullitate contractus ſine ſolemnitatibus, ſeù beneplacito Apóſtolico celebrati, ſi tamen conſentiat expeditioni confirmationis Apoſtolicæ, vel prò illa obtinenda ſupplicauit, tunc enim per ſolam ſignaturam ſupplicationis dicitur quæſitum ius parti, ita vt Eccleſia nequeat amplius reſilire, cum ſolum ver-
48 bo Papæ gratia perficiatur *cap. quoniam de renunciat. vbi Anton. de Butr n. 10. Imol. num. 8. Gomez. in reg de infirm. q. 18 Veral. dec. 88. par. 3.* Rot. *decis. 135. num. 2. par. 1. rec. cum alijs per Sperel. dec. 155. num. 28. tom. 2.*

49 Immo ſufficit Rectorem ſemel conſenſiſſe impetrationi beneplaciti Apoſtolici ad hoc vt amplius pœnitere nequeat, *Caphal. conſ. 1. n. 9. lib. 1.* & ita ſæpe dixiſſe Rot. patet ex deciſionibus relatis, & ſecutis *in dec 374. n. 5. coram Coccine, Sperell. dec. 155. num. 29. verſ. & quod ſufficiat tom. 2.*
50 vbi in *fi. ex dicta dec. Coccin. num. 6.* ampliat, etiam

ſi

ſi beneplacitum præſentetur poſt obitum Rectoris, qui conſenſit tempore ſucceſſoris. cum tunc non requiratur nouus conſenſus.

51 Sed ſi hodie Eccleſia declaret nollè ſtare contractui alienationis factæ ſine ſolemnitatibus, hoc eſt abſque beneplacito Apoſtolico, non propterea fructus percepti, vel ſoluti medio tempore ſunt reſtituendi, vel in ſortem compenſandi, & ratio eſt, quia interim, & ante declarationem contractus fuit in implicito ſtatu validitatis, *Gonzal. ad reg 8. Cancellar glo. 56. à nu. 97. cum ſequen. Sperell. dec. 155. num 67 tom. 2. Rot. dec. 29. n 4. et 5. poſt Cinc. de cenſib.* vbi cõſtituratur *deciſio coram Pena in eadem cauſa emanata* in quibus firmatum

52 fuit cenſum impoſitum per Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Celſi de Vrbe, & reſpectiuè vẽditum cum obligatione bonorum Eccleſiæ abſq; beneplacito Apoſtolico eſſe nullum ob defectum requiſitæ ſolemnitatis, in impoſitione illius, red-

53 ditus verò, & fructus ſolutos per multos annos per dictum Capitulum ante quam opponeret de nullitate cenſus minimè fore compenſandos, nec reſtituendos, vtpotè quia anteq;uam Nullitas cẽſus oppoſita fuerit, Capitulum voluit contractũ pro valido habere, & ſubſtinere onus ſolutionis fructuum, quo medio tempore cum cenſus fuerit in implicito ſtatu validitatis, illius Dominus iuſtè fructus, & redditus percepit, ac ſuos fecit, adeò vt quamuis de nullitate poſtea detur, & cõ-

54 tractus ſit declaratus inualidus, non propterea talis declaratio retrotrahi, ſed tantum à die declarationis ſuum eff ctum ſortiri poteſt, vt etiam refert *Gonzal. ad reg. 8. Cancell glo. 56. num. 97. vſque ad* 101.

S V M M A R I V M.

1 Contrahens, vel emens ab Eccleſia, vel minore non debet eſſe ſollicitus de verſione pretij.

2 Verſio non eſt probanda ſi mutuum datum ſit *Prælato* cũ conſenſu Capituli: vel Adminiſtratori Ciuitatis cum conſenſu Conſilij.

3 Alias Eccleſiæ, & Ciuitates non inuenirent, qui poſſent ſubuenire in eorum neceſſitatibus.

4 Emptor, & contrahens non debet eſſe ſollicitus, vt pecuniæ conuertantur in cauſa expreſſa.

5 Emens à muliere non tenetur inquirere verſionem pretij rei venditæ.

6 Inſtitor recipiendo pecuniam ex cauſa, in qua fuit deputatus obligat dominum licet non probetur verſio.

7 Mutuans Magiſtro nauis in eius refectione habet obligatum, qui eum propoſuit, licet nauis non ſit eadem pecunia refecta.

8 Amp. in emente ab executoribus teſtamentarijs pro ſoluendis legatis, qui tutus eſt licet non adhibuerit curam pro hac ſatisfactione.

9 Amp. in mutuante Procuratori prò conſtruendo ædificio, qui obligat Dominum licet non appareat ex ea pecunia ædificium factum fuiſſe.

10 Amp vt licentia conceſſa alienandi rem maioratui ſuppoſitam ad effectum eroganda in emptionem alterius prædij ſubrogandi non tenetur emptor curare, vt emptio ſequatur.

11 Verſio probari non debet ſi adminiſtrator Ciuitatis habens mandatum ad accipiendam mutuam pecuniam ſe accipiendo aſſeruit ſe in illam cauſam accepiſſe.

12 Nec probari debet quando adminiſtrator Ciuitatis habet ſpeciale mandatum ad accipiendam mutuam pecuniam, vel ſi ratum habuit. n. 13.

14 Nec probari debet ſi Syndicus à Conſilio Ciuitatis mandatum habeat ad accipiendam mutuam pecuniam ad certam cauſam, & ipſe aſſerat ſe in eam cauſam accepiſſe.

15 Singuli de populo quando conueniri poſſunt ex contractu inito cum Conſilio Ciuitatis

16 Contractus initus cum Conſilio Ciuitatis legis vigorem habet Ampl. vt n. 17, & 18.

Conſilium Ciuitatis repræſentat totam Ciuitatem ex diſpoſitione ſtatutorum eod. n. 19.

19 Alienatio ſi fiat ab Eccleſia, vel minore ex cauſa voluntaria emptor non debet eſſe ſollicitus de verſione pretij.

20 Declara procedere ſi contractus fuerit validè cum ſolemnitatibus celebratus, ſecus ſi nulliter, nam tunc eſt probanda verſio.

21 Contrahens cum Eccleſia, vel minore quibus caſibus debet eſſe ſollicitus de verſione pretij.

22 Emens ab Eccleſia, vel minore ex cauſa neceſſaria, vt pro ſoluendo ære alieno debet eſſe ſollicitus de verſione.

23 Verſio aliundè quàm ex partium aſſertione eſt probanda.

24 Emens ab Eccleſia, vel minore vendente ex cauſa vtilitatis non tenetur probare pretium fuiſſe verſum in illorum vtilitatem.

25 Limit. vt procedat ſi contractus validè initus fuerit, ſecus ſi nulliter. & ſine ſolemnitatibus.

26 Minor, vel Eccleſia agentes ad vindicationem rei nulliter alienatæ non tenentur pretium reſtituere, niſi probatur, quod ſint effecti locupletiores, licet contrarium Rota firmauerit, vt num. 27.

28 Eccleſia, & minor non debent locupletari cum alterius iactura.

29 Tenentur reſtituere pretium ſi contractus ſit bona fide initus, licet nulliter defectu ſolemnitatum ſi probetur verſio in eorum vtilitatem.

30 Alienatio facta ab Eccleſia, vel minore cauſa extinguendi cenſum maioris ſummæ, quam ſint fructus rei venditæ eſt ex cauſa vtilitatis. & emptor ſoluendo pretium liberatur.

31 Amp. vt hoc caſu reſtituenda ſit pecunia cum cenſus non ſit impoſitus ex cauſa neceſſitatis, nec eſt probanda verſio.

32 Sed ſi extinguatur cenſus adiectà conuentione, quod pecuniæ redigantur in emptionem ſtabilium, venditor non liberatur, niſi probet conuerſionem in illam cauſam.

33 Nec hoc pactum eſt nullum eo quod tollat libertatem redimendi cenſum.

34 Impoſitio cenſus, vt extinguatur alter ſimilis, non eſt facta ex cauſa vtilitatis.

35 Verſio eſt probanda ſi alienatio ſit facta ob cauſam determinatam.

36 Declara procedere vbi cauſa determinata ſit neceſſaria, vel appoſita pro forma.

37 Sed ſi cauſa in quem erogandum eſt pretium narretur Põtifici, ſed non apponatur in reſcripto pro forma non tenetur emptor probare verſionem.

38 Minor Eccleſia, & Ciuitas poſſunt in integrum reſtitui aduerſus creditorem, quando non tenetur probare verſionem.

39 Et hoc procedit ſiue mutuum ſit fœneratitium, ſiue gratuitum.

40 Eccleſia an, & quando reſtituatur in integrum aduerſus emptorem ſi depoſitarius pretij decoxerit.

41 Verſio in vtilitatem Eccleſiæ vel minoris probanda ſi de ea conſtare debet.

42 Verſio ex coniecturis etiam probatur.

43 Et coniectura deſumitur ſi tempore acceptæ pecuniæ Eccleſia, vel Ciuitas indigebat. contra n. 44

45 Sed hoc Iudicis arbitrio remittitur.

46 Alia coniectura deſumitur, ex diligentia, & probitate Prælati, ſeu adminiſtratoris.

47 Alia coniectura reſultat, vbi agitur de modica ſumma.

48 Alia oritur vbi confeſtim quo recepta fuit pecunia appareat ſatisfactum illi cauſæ, propter quam ſuſcepta fuit.

49 Alia coniectura deducitur quando odiaes adminiſtrationis haberet aduerſarius. eoſque edere recuſaret.

50 Dolus contra eum præſumitur, qui non facit, quod facere tenetur.

ADNOTATIO II.

Emens ab Eccleſia, vel Minore, an debeat eſſe ſollicitus de verſione.

AD fuſius dilucidandam huius articuli materiam vltra ſuperius tradita in *deciſ.* 15. *Adnot.*

not.6. conſtituenda eſt regula, quod contrahens,
1 vel emens ab Eccleſia, vel minore regulariter nõ debet eſſe ſollicitus de verſione pretij de magis communi opinione, de qua teſtatur *Dec.conſ.36. ſub num.8. verſ.3. principaliter Sperell.dec.154. nu. 97. lib.2. iuxta glo. in Auth. hoc ius porrectum in ver. aliter C. de ſacroſ.Eccleſ. in 1. ſolutio, & ibidẽ Bart. num.13. vbi allegat. Innocen. in cap.1. extra depoſiti ſequitur etiam Salyc. in eadem Auth. col. vlt. verſ. quero modum probandi. Alciat. in l. Ciuitas nu.6. et Butigl. n.12. Ripa in l. ſi ijs, qui bona n.10. ff. de pignor. Couar. var. reſol. lib.2. cap.17. n.3. Mantica de tacit.*
2 *et ambig. conuent. lib.8. tit.13. num.9.* vbi quod ſi mutuum ſit contractum à Prælato cum conſenſu Capituli, vel ſi pecunia data ſit Conſilio Ciuitatis, vel eius adminiſtratori cum eiuſdem conſenſu non ſit neceſſe probare verſionem, *Signor de homed. in conſ.212. n.2. Surd. deciſ.156. num.9. et per totam Gregor. XV. dec. n.11. Rota dec.297. n.5. par. 4. recen.*

3 Et ratio eſt, quia ſi aliter dicendum eſſet, magnum hoc eſſet incommodum, Ciuitatum, & Eccleſiarum, quia non poſſent facilè reperiri, qui in neceſsitatibus vellent eis mutuam pecuniam dando ſubuenire, vndè quod in earum fauorem inductum eſſet, ad læſionem redundaret, ita *Mant. de tacit. et ambig conuention. lib.8. tit.13. n. 9. circa fin.*

4 Amp. vt generalis regula ſit, quod emptor, & aliter cum alio contrahens no debeat eſſe ſollicitus, & curioſus, quod pecuniæ conuertantur in cauſam expreſſam *l. doli in fin. ff. de nouat. l. fin. ff. de exercit. Bart. in l. alio harede num.14. ff. de exercit. Molin. de primogen. Hiſpan. lib.4. cap.4. num.22. Cardinal Mantica de tacit & ambig. conuention. lib.8. tit.13. num.1. Surd. deciſ.156 nu.1. cum plurib. ſequen. Gregor XV. deciſ.511. num 9. vbi Beltram. in addition. num.33. Rot. deciſ.35. num.9. & deciſ.109. num.11. poſt Cinc. de cenſib. dec ſ. 81. num.5. part.1. recen.*

5 Amp. 2. in contrahente cum muliere, vnde emens fundum dotalem à Muliere, non tenetur inquirere an æs alienum, prò cuius ſolutione fit venditio fuerit ſatiſfactum, & contractum in vtilitatem mulieris, & ita firmaſſe *Rot. coram Card. Caualerio refert Oliuer. Beltramin. in addit. ad Gregor. XV. deciſ 511. ſub num.23.*

6 Amp. 3. in Inſtitore, qui accepit pecuniam mutuam ex cauſa ad quam fuit deputatus, per quam receptionem obligat dominum, licet pecuniam receptam in eum vſum non conuerterit *l.1. §. non autem ff de exercit. Surd. deciſ.156. num.1.*

7 Amp. 4. vt idem dicatur de eo, qui Magiſtro Nauis mutuauit in Nauis refectionem, nam is habet eum obligatum, qui magiſtrum nauis præpoſuit, etiam ſi non probetur nauim fuiſſe refectam ea pecunia *l. fin ff. de exercit. Surd. deciſ.156. num.2.*

8 Ampl. 5. in emente ab executoribus teſtamentarijs, habentibus licentiam vendendi prò ſoluẽdis legatis, qui tutus eſt ſi pecunia eis actualiter ſoluerit, licet nullam curam adhibuerit, vt legatarijs fuerit ſoluta, in traditionem, & legatorum ſatisfactionem *Bart. in l. alio harede num.24. ff. de alimen. & cib. legat. Surd. deciſ.156. num 2. & 3. Gregor. XV deciſ 511. ſub num 9.*

9 Ampl. 6. quod mutuans Procuratori conſtituto ad accipiendum mutuũ pro conſtruendo aliquo ædificio obligat dominum, quamuis non appareat, quod ex ea pecunia factum fuerit ædificium *Bart. in l. doli mali num.8. ff. de nouat. Surdus deciſ.156. num.4.*

10 Ampl. 8, vt licentia conceſſa alienandi rem maioratui ſuppoſitam ad effectum vt pretium impendatur in emptionem alterius prædij ſubrogandi, non tenetur emptor curare, quod ematur prædium ex ea pecunia, ſed ſat eſt vt pretium ſoluat *Molina de primogen. Hiſpan. lib.4. cap.4. num.20. Surd. deciſ.156. num.5.*

11 Ampl. 9. in caſu, quo Syndicus habeat mandatum à Conſilio Ciuitatis vt mutuam pecuniam accipiat in certam cauſam, & ipſe eo tempore quo pecuniam accipit, aſſeruit ſè in eam cauſam recepiſſe, nam tùnc Ciuitas obligatur, quamuis non probetur pecuniam in eam cauſam fuiſſe conuerſam, quia Syndicus implet mandatum, quod eſt, vt mutuam pecuniam accipiat in talem cauſam, & ipſe eſt executus, nec creditor aliud debuit inquirere *l.1. §. non autem verſ. ſed & ſi in pretijs ff. de exercit. actio quam ad hoc probandum allegat. Bart. in l. Ciuitas num.7. verſ. ſed ſi erat ei conceſſum ff. ſi cert. petat. & in Authen. hoc ius porrectum num.17. ff. de Sacroſanct. Eccleſ Saliſ. in dicta l. Ciuitas num.4. verſ. aut in certam cauſam fuit adiectum, vbi Alciat. num.2. Butig. num.12. Signor. in conſ.212. nu.3. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conuention. lib.8. tit.13. num.10.*

12 Amp. 10 vt verſio in vtilitatẽm Ciuitatis probari non debeat, quando adminiſtrator, vel Syndicus Ciuitatis habens ſpeciale mandatum accepit mutuam pecuniam, cum tunc Ciuitas obligetur ex ſuo conſenſu, & non ex facto alterius *l. habebat in prin. ff. de inſtit. actio quam ad hoc propoſitum adducit Bart. in l. Ciuitas num.7. Saliſ. num.4. verſ primo caſu Ludo Bologn. in rub. ſi cert. petat. num.61. verſ. alia eſt etiam perſona, qui de communi DD. Sententia teſtatur Cardinal Mantica de tacit. & ambig. conuention. lib.8 tit.13. num.7. & 8.* vbi ampliat quã-
13 do Syndicus Ciuitatis abſque mandato accepit nomine Ciuitatis: ſed poſtea Conſilium Generale Ciuitatis id ratum habuerit, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur *l. vltima C. ad Maced. cap. ratihabitio de reg. iur. lib.6. vt in ſpecie ſcribit Bart. in l. Ciuitas col.2. verſ. quid autem ſi Ciuitas ff. ſi certum petat.*

14 Ampl. 11. Quando Syndicus habet mandatum à Conſilio Ciuitatis vt mutuam pecuniam accipiat in certam cauſam, & ipſe eo tempore, quo pecuniam accepit aſſeruit ſe in eam cauſam recipiſſe, nam tunc Ciuitas obligatur quamuis non probetur pecuniam in eam cauſam conuerſam fuiſſe, cum Syndicus adimpleuit mandatum, quod concernit vt mutuam pecuniam accipiat in talem cauſam, & ipſe eſt executus, nec creditor aliud debuit inquirere, ad *Tortum in l.1. §. non autem verſ. ſed & ſi in pretijs ff. de exercit. action. quam in puncto allegat. Bart. in l. Ciuitas num 7. verſ. ſed ſi erat ei conceſſum, & comprobat in Authen. hoc ius porrectum num.17. de Sacroſant. Eccleſ. Saliſ. in dicta l. Ciuitas num 4 verſ. aut in certam cauſam Alc. num.2. Butig. num. 2. Azo. in Summ. de exercit. action. Signor. conſ.212. num 3. quos refert, & ſequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention, lib.8. tit 13. num.10.*

15 Hinc

15 Hinc eſt animaduertendum, quod ſi Ciuitas in parlamento, vel conſilio generali faciat Syndicum in ſpecie ad obligandum commune, populum, & ſingulos, & bona ſingulorum prò mutua pecunia, quam Conſilium accepit, ſinguli proptérea conueniri poſſunt, periudè, ac ſi de hoc conditum eſſet ſtatutum, nec hoc procedit ex ſolo contractu, quia alius eſt populus, & alij ſunt ſinguli de populo l.ſicut §.ſi quid vniuerſitati, quod cuiuſque vni, & in l.in tantum §.vniuerſitatis de rer.diui, & vnus ex alterius contractu non obligatur.
16 Sed procedit ex diſpoſitione legis, quia huiuſmodi contractus legis vigorem habet, & conſilium Ciuitatis repræſentat vigore Statutorum totam Ciuitatem vnde etiam ſinguli obligantur Bart.in l.Ciuitas num.25. ff. ſi certum petat. Cardinal. Mantica de tacit.& ambig.conuention lib.8.tit.13. nu.3 cum ſeq. & num 5. ſubdit quod idem dicendum
17 eſt quando Congregatio Generalis à Conſilio hanc habuit poteſtatem l.prohibere §. planè quod vi, aut clam.l.metum §.animaduertendum ff.quod met. cauſ.vt etiam tradit Sal c.in l.Ciuitas num.3.ff. ſi cer-
18 tum petat, & hoc caſu congruentius dici debet, quod verſionis probatio in vtilitatem Ciuitatis non ſit neceſſaria, vt admonet Ripa in l.ſi ijs, qui bona num.10. ff.de pignor.

19 Ampl.12. quod vbi res Eccleſiæ, vel minoris alienantur ex cauſa voluntaria propter aliquam vtilitatem cum ſolemnitatibus, emptor ſoluendo pretium liberatur nec tenetur probare verſionem Crot.conſ.4.num.6.lib.1.Dec.conſ 36.ſub num.3.verſ. tertio principaliter vbi de communi, & conſ.330. n.3. Molin.de primogen. Hiſpan.lib.4.cap.4.num.20. cum trib.ſequen. Gratia diſcept.forenſ.cap.45. num:34. & ſeq. Rot.deciſ.25.num.2.& deciſ.287.num.5.poſt Cinc de cenſib.deciſ.336.num 2.& 3. coram Cardinal. Seraphin. cum alijs per Sperel. deciſ.154.num.104. tom. ſecunda.

Hinc prætendente fiſco ſæculari procedere contra dictos operarios laicos ſuper incurſu pœnæ bandimentalibus edictis contra inferentes damnum [illegible] arboribus à Magiſtratu ſæculari promulgatæ; Pro [illegible] verò declinatoria contendende [illegible] Iacobello [illegible], & de eius mandato ignis [illegible], ac proinde rationem Clericatus cauſam ſpectare ad forum Eccleſiaſticum, pro declaratione, habuit recurſum ad Sacram Congregationem Immunitatis à quacum mihi tunc Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Laurentij Raggij Epiſcopi Præneſtini Vicario Generali pro facti dilucidatione [illegible] ſcriptum fuerit ad plenè inſtructos redd[illegible] Eminentiſs. & Reuerendiſs. DD. meos Patr[illegible] capta diligenti informatione, & [illegible] ta diſputatione, affirmatiuè reſpondendum vid[illegible] batur.

1 Quoniam laboratores, & miniſtros perſonarum Eccleſiaſticarum prò damnis dati [illegible] conueniri non poſſe [illegible] in tribunali Eccleſiaſtico pœnas verò ab Ordinarijs decernendas applicari debere ad fauorem [illegible] Eccleſiaſtici, iuxta [illegible] rioris *Clementis VIII.* nouiſſimè demandat *S. D. N. Papa Innocentius XI.* vt patet ex [illegible] circularibus ad Ordinarios tranſmiſſis ſub [illegible] Romæ 6. Iunij 168[illegible]. quas ego recepi pe[illegible] verba. *La Santità di noſtro Signore non Intende che li miniſtri e lauoratori di perſone Eccleſiaſtiche per le pene de' danni dati ſijno conuenuti altroue che nel Tribunale Eccleſiaſtico, e che intorno à dette pene [illegible] à ſtatuto laicale* & [illegible] in [illegible], & ita etiam [illegible] 17. Maij & 14. [illegible] *mig*[illegible].

Vergliel.conſ. crim. 239. *num.*1. in quo pro decreti
confirmatione conſuluit.
2 Vbi enim Clericus comparet vti defenſor ne-
ceſſarius, & laicus ſit tantum Colonus, eiuſque
operarius, & nullum ius in re habeat, ſed ali-
quid agit de mandato Clerici, ipſum Clericum
ratione ſui iuris totam cauſam trahere ad ſuum
Iudicem, communiter tradunt ſcribentes in
cap. quoniam frequenter §. *quod ſi ſuper de lit.non
conteſt.& ſignanter Butr. num.*19.*Abb.num.*28. *latè
Soccin. ſen. num* 127. *Ancar.in cap.ea quæ quaſt.*17.
de regul.iur.in 6. *Anton.de Burg.in repetit.cap.ſi ve-
ditori à num.*16.*vſque ad* 22. *de emption. & vendit.
Natta conſ.*324.*num.*4.*vol.*2. *Surd.conſ* 369.*ſub nu.*
34. *verſ.vniſeram lib.*3. *Riminald.iun.conſ.*422.*n.*6
*& per tot. lib.*4.*Honded. conſ.*25.*num.*16.*lib.*1.*Co-
uar. pract.quaeſt. cap.*8.*num.*2.*&* 3. *Carpan. ad ſta-
tut.Mediolanen. cap.*69.*num.*107.*et ſeq. lib.*1.*Mar-
cheta in tract.de commiſſion. tom.* 2. *tit.de commiſſ.
quando tertius ad cauſ.admit.* §. *vnico num.*18.*et* 19
*fol.*257. *Marta de iuriſdict.cap.*112. *num.*10. *Am-
broſin.de immunit.Eccleſ.cap.*20.*num.*25. *& dec.Pe-
ruſin.*8. *num.*9.*et per tot. Capyc.dec.*197. *n* 4.*Viu.
dec.*49.*n.*8. *cum alijs per Sperell.dec.*24 *n.*1.*to.*1
3 Quinimò quando Coloni, & operarij in foro
ſeculari conuenti nominant, ſeu nominare de-
bent in auctorem, & mandatarium perſonam Ec-
cleſiaſticam, tunc cum præiudicium in Clericũ
mandatarium redundet, & cauſa ſit indiuidua
etiam ſi iudicium ſubſtineretur in perſonis reo-
rum nominantium, nihilominus Clericus totam
cauſam ratione connexitatis trahit ad ſuum fo-
rum, & ratio eſt quia conſors litis potitur pri-
4 uilegio collitigantis, quo ex propria perſona
frui non poſſet, *Marian Soccin. in repetitione cap.
quoniam frequenter* §.*quod ſi ſuper ſub num.*127.*an-
te fin.verſ.ſed circa prædicta, vt lite penden.Carpan.
ad ſtatut.Mediolanen. cap.*69. *num.*108.*Sperell. dec.*
24. *num.*13. *tom.*1.
5 Tum etiam, quia operarij in nihilo tenentur
quando obediunt mandato cõductoris in re, quæ
de ſui natura non ſapit delictum, & præcipuè ſi
mandatur ruſticis, & ijs, qui quotidiè conuenta
mercede alijs ſuas operas diurnas locant ad agrũ
colendum, ſegetes colligendas, aliaque labore-
ria ruſticalia, & ſiluestra conficienda, vt in præ-
ſenti, *glo.in l.rem* §.*ſignum ff. de rei vendit. quam ſe-
cuntur omnes DD. vt teſtatur Dec.in l. velle n.*8 *ff.
de reg.iur. ibique Cagnol.num.*11. *Surd.conſ.*22 *nu.*
40. *Rolan.conſ.*58.*n.*6.*lib.*1.*Calcan.conſ.*110.*n.*12.
Clar.in §.*fi.q.*60. *verſ.ſed ſolet dubitari Menoch. de
arbitr. Iud.caſ.*354. *num.*35.*&* 36. *et de retinenda
poſſeſſ.remed.*3.*num.*514.*Ambroſ.dec.Peruſin.*8. *n.*4.
verſ.quia reſolutum Plot.de in lit.iuran. §.49. *n.*27.
*Magon.dec florent vlt.num.*7.*Sperell.dec.*24. *num.*7.
tom. 1.
9 Et dato etiam, quod de damno, de quo agi-
mus tenerentur dicti operarij, vtique teneretur
etiam Iacobellus mandator vti fideiuſſor ſuorum
operariorum, cum vigore mandati dati quaſi cõ-
traxit, & ſè tacitè obligauit ad releuandos indẽ-
nes ſi ex re demandata moleſtias habere contin-
gat, adeo vt ſi operarij cõdemnarentur, de bonis
eiuſdem Iacobelli ſatisfacere deberent. *l. quoties,
ff. de vi, et vi armat.iuncta Auth.qua in prouincia
C. vbi de crim.agi oport.* ſecundum verum intelle-
ctum, quem in terminis refert *Anton.de Butr. in
cap.quoniam frequenter* § *quod ſi ſuper num.*17.*et* 18
*vt lit. non conteſt. facit teſt. in cap.cum ad ſedem de
reſtit.ſpoliat.et cap. mulieres de ſenten.excomm. Spe-
rell.dec.*24.*n.*9. *et* 10.*tom.*1.
7 Et quamuis regulariter Dominus non tenea-
tur pro delicto famuli, per textum in *l.*1.§.*deie-
ciſſe. et* §. *quoties, et in l.*3.*ff.de vi, et vi armat. et
in cap.cum ad ſedem de reſti.e.ſpoliat.et in cap. quã-
uis de ſent excomm.in* 6 *Clar.in pract.crim.*§.*fi.q.* 86
*verſ.hinc infertur cum alijs per Farinac.in tit. de de-
lict.et pæn.q.*24.*n.*48.
8 Tamen non procedit ſi famulus delinquat in
officio, in quo deputatus fuit, nam tunc pro
eius delicto dominus tenetur probat *textus in l.*1
in princ.iuncto §.*familia vbi Bart.et DD. ff. de pu-
blican. Menoch.de arbitr.quaeſt.caſ.*345. *n.*3.*Boſſ. in
tit.de furt. n.*55.*Maſcard de proba:.lib.*2.*concl.*892
*num.*7. *cum alijs concordantibus congeſtis per Fari n
in tit.de delict.et pæn.q.* 24.*n.*50.
9 Propterea ſemper vrget, quod iudicium cum
dictis operarijs reſpiciat intereſſe Canonici, vel
10 ſaltem, quod habeat connexionem ipſius iuris,
cum iure, & intereſſe operariorum, & ſic cum
11 verſemur in indiuiduis, ne continentia cauſæ
diuidatur, nec contingat ſuper eadem re diuer-
ſas, & ſibi contrarias ferri ſententias, etiam lai-
ci operarij conueniri debent coram Eccleſiaſti-
co, *Sperell. dec.*14.*nu.* 10. *verſ. et ſic inficiari non
poteſt, et num.* 11.*et* 12. *tom.*1. *ad tradita per Fa-
rinac.quem allegat. in tit de inquiſit.q.*8.*n.*151.
Nec ad firmandam iuriſdictionem Iudicis lai-
ci contra dictos operarios obeſſe videbatur re-
ſolutio Sacræ Congregationis Cardinalium cõ-
trouerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorum in
vna *Terracinen.* 6. *Nouembr.*1627. in ea parte in
12 qua firmatum dicitur: vbi *Coloni, et Miniſtri Ec-
cleſiaſticorum, et Clericorum damnificant bona laico-
rum cum animalibus Eccleſiarum, vel Eccleſia-
ſticorum cognitionem, quoad perſonam ſpectare ad
laicum, quò verò ad animalia ad Curiam Eccleſia-
ſticam,* quam per extenſum refert *Pignatell. con-
ſult. canon.*167. *num.*1. *tom.*1. *fol.* 340. *Dian.re-
ſol moral.poſt* 5. *par. tit. declarat. Sac. Congregat.
num.*19.*fol.*2. *Barboſ.in Concil.Trid. ſeſſ.* 25.*de re-
form.cap.*20. *num.*13.
13 Quia procedit in damnis datis propria culpa,
& malitia, aut negligentia cuſtodum permittẽ-
tium animalia damnum inferre, abſque Domi-
ni mandato, vt in terminis dictæ reſolutionis,
tradit *Vermigl.conſ.crim.*339 *n.*1.*iuncto nu.*4. *verſ.
minus obſtat, et ſeq ad tradita per Felin.in cap. Eccl.
Sanctæ Mariæ num.*104. *ad fin.de conſtit.Gram.conſ.*
102.*num.*8. *et* 9. *Surd. conſ.*301. *num.*88. *lib.* 3.
*Pignatell.conſ.canon.*96.*num.*7.*tom.*1.*Ioſeph. Ludou.
deciſ.Peruſ.*19.*n.*11.*tom.*1.
14 Secus autem ſi damnum ſequatur etiam ex
facto, & mandato perſonæ Eccleſiaſticæ, nam
tunc eſt attendenda qualitas perſonæ Eccleſiaſti-
cæ mandantis, vti magis principalis, & non Co-
loni, & operarij mandatarij, vnde debet habe-
re locum, quod diſponitur in prima parte præ-
fatæ reſolutionis, quod huius cauſæ cognitio ſpe-
ctet etiam quoad laicos ad Curiam Epiſcopa-
lem priuatiuè.
15 Et ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu
cauſa

caũſa reputatur diuidua, & nullam habet con-
nexionem cum Eccleſiaſtico, cum non habeat ur
pro correo. licet animalia ad eundem ſpectent,
in ſecundo vero caſu,cum præbeat connexionis
motiuum cenſetur indiuidua, ac proinde diui-
ſio fieri nequit. *Decian.tract.crim.lib.4.cap.9.n.44 verſ.duodecimo delictum Vermigl.conſ.crim.210.n.3. alios referens.*

16 Vnde ſuccedit concluſio, quod ſi Clerici, &
laici ſimul delinquant Eccleſiaſticus debet eſſe
omnium etiam laicorum Iudex ex originali do-
ctrina *Antonij de Prato Veteri in l.1.in fi ff.qua ſen-
ten.ſine appell. reiciant Carol. de Graſſis de effect.
Cleric.effect.1.n.232. Marta de iuriſdict.p.4. cent.2.
caſ.119.num.1. Decian.tract.crim.lib.4.cap.9 n.44,
Bellet.diſquiſit Cleric.p.1.tit.de fauor.Cleric.perſon.
§.16. ſub num.1.verſ.altera opinio Diana reſol.mo-
ral.par.3.tract.1.de immunit.Eccleſ.reſol.1. verſ.ſed
affirmatiuam, et par.4. tract.1.eod.tit. reſol.7. verſ.
ſed ego Ambroſin.eod.tract.cap.20.nu.9.et 12.vbi re-
probat contrarium tenentes, cum alijs ſupra congeſtis,
dec.12. adnot.1. num.36.et 37.*

17 Euitatur etiam obiectum, quia dicta reſolutio
neque procedit, vbi damnum ſit illatum caſu, &
ex accidenti, pro quo neque Eccleſiaſtici, neque
eorum operarij tenentur ad pœnam, ſed ſolum
ad pauperiem illatam, quæ ſi reſpiciat intereſſe
clerici, debet ab Eccleſiaſtico Iudice cognoſci
tamquam digniore, iuxta *text.in l.1.in princ. ff. ſi
quadrupes pauper. feciſſe dicat. vbi gloſ. & in puncto
Vermigliol. conſ. crim. 339.num.5.Pignatel.conſult.
canon.96.num.10.verſ.quinta ſit.*

18 Et cognitio huius controuerſiæ an damnum il-
latum fuerit ſtudioſè, conſultò, & ex propoſito,
vel caſu, & ex accidenti, pertinet ad Iudicem
Eccleſiaſticum, vt ſubdit idem, *Vermigliol. dicto
conſ. 339.num.2.ex Butr. quem allegat. in cap. cete-
rum num.9. de Iudic. Canar practic. reſol. cap. 33.
num.1.verſ.primum illum, & ex traditis per Fari-
nac.in tit. de inquiſit.quæſt.8.num.23.*

19 Culpa verò, & dolus excluditur in præſenti
damno, quia incendium dicitur caſus fortuitus,
in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, vt ſtipu-
las, vel Spinas comburat vt facilius ſerere
poſſit, dummodo adhibuerit diligentiam
circa tempus, circa locum,& alias circunſtantias
nè ignis longius egrediatur, adeo vt ſi poſt da-
tum ignem orta tempeſtate, & ventorum vi vl-
terius egrediatur, & fundo vicini damnum fa-
20 ciat, tunc vtique is, qui ignem in ſuo agro ac-
cendit, non tenetur de tali incendio, tamquam
de caſu fortuito, *Marian.in cap. ſi quis domos nu-
mer.13.de ignur. & damn.dat. Saliſ. conſ. crim. di-
uerſ.31. num.2. verſ. vel etiam ſi ſubita vi lib.1. in
paruiſ.Angel.de maleſ.in verbo incendiario num. 9,
ad med.Cepol.de ſeruit.ruſtic.prædior.cap.44.Rub.de
igne num.6.Cephal. conſ.362. num.22.farinac.in tit.
de var. & diuerſ. crim. quæſt.110.num. 40. & 141.
Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſin.25.num.21.par.1,*

21 Nemo enim de incendio damnari poteſt niſi
prius conſtet illud dolo commiſſum fuiſſe, qui
non præſumitur, niſi ſaltem ex vrgentiſſimis co-
niecturis probetur, reſultantibus, ex qualitate
facti, temporis,& perſonarum, *Vermigliol..conſ.
crim.334 n.1.Farin.in tit.de var.& diuerſ. crim.qu.*

22 Ex qualitate facti in hoc caſu nulla coniectura
deduci poteſt, cum non doceatur ignem accen-
ſum fuiſſe animo lędendi præfatas arbores, ſed
propter agri culturam iuxta, ſolitum, & prout
communiter alij facere conſueuerunt. *Gabr. conſ.
159.num.18.lib.1.Vermigliol.conſ.crim.334. num.1,
verſ.in caſu autem & num.2.& 3.*

23 Neque ratione temporis, cum ignis fuit im-
miſſus ſub die 15. Septembris, & ſic longe poſt
tempus ſcilicet 18:Auguſti, quo ex municipali-
bus bandimentis, & loci conſuetudine conceditur
tur licentia comburendi ſtipulas, & ex ſtatuto
Agriculturæ *cap.*81. datur hæc facultas pro pri-
24 ma die Auguſti, licet vt enunciant *Addentes ad
dictum Statutum* poſt reformationem Kalendarij
factam à Gregorio XIII de anno 1583. fuerit re-
formatum per decretum generalis Congregatio-
nis Nobilium de Arte, & præſcriptum tempus
pro decima die Auguſti, quod impugnare cona-
tur, *Vermigliol.conſ.crim.334. nu.2.verſ. non etiam
& num 3.& 4.*

25 Minuſque ratione perſonarum, dum Canoni-
cus vti perſona Eccleſiaſtica, Sacerdos,& grauis
eiuſque operarij bonæ conditionis,& famæ num-
quam fuerunt ſoliti huiuſmodi flagitia perpetra-
re, nec docetur de mandato dato,& ab operarijs
acceptato ad comburendum arbores, ſed potius
26 ex diligentijs adhibitis remouetur animus no-
cendi, ita vt præſumptio ſtet pro excluſione de-
licti, ad textum *in l.cum Pater §.rogo ff. de legat. 2.
Rot.deciſ.33.num.10.par.6.& deciſ.325.nu.1.par.9.
tom.2.in rec.*

27 Præcipuè quando cum generali præſumptio-
ne delicti excluſiua, concurrat alia ſpecialis præ-
ſumptio pro non delicto, *Natta conſ. 160. num.7.
lib.1.& conſ.19. num.2. & conſ.119. num.18. lib.2.
Decian.conſ.100, num.48.lin.2. Maſcard.de probat.
lib.3.concluſ.1224.num. 26.& per tot.Farinac.in tit.
de reo confeſs.& conuinct.quæſt.85.num.24.& 25.*

28 Stipularum autem combuſtio eſt actus à iure,
& conſuetudine permiſſus, & quando quis iu-
re permittente agit, taciteque actum permiſſum,
non delinquit, etiam ſi ex illo actu permiſſo orta-
tur aliquid prohibitum, vt animaduertit *Aym.
conſ.8.num.18.per teſtum in l.graccus ff. de adulter.l.
qui autem §.apud Labeonem. ff. de ijs, qui in fraud.
creditor. l.1.§.non fuit ff.de dol.l.nemo damnum ff.de
reg.iur.l.ſancimus C.de adminiſtrat. tutel.Farinac. in
tit.de pœn.temperan.quæſt.89.num.59.*

29 Inſuper eſt actus fieri ſolitus, ac proinde ad
ſubuertendam culpam, & dolum, eſt attenden-
dum initium ignis accenſi ex actu ſolito, quod
impune fieri poteſt, & non læſio arborum ex ac-
cidenti ſecuta, probat textus in *l.quis ſit fugitiuus
§.apud Labeonem ff.de ædilit.edict.Bart.in l ſi pignore
§.fin.in princ.ff.de pignorat.action.Marſ. conſ.90.nu-
mer.12.& conſ.100.num.12. Maſcard. de probat.lib.
1.concluſ.532.num.12.& lib.2.concluſ.815. num.41.
Farinac.*plenè alios referens, *in tit.de pœn. tempe-
ran. quæſt. 89. num. 62. Vermigliol. conſ.crim.334.
num.3.*

SVMMARIVM.

1 Incendij cauſa eſt mixti fori, cum vtroque iure puniatur,
2 Incendiarij doloſi regulariter pœna mortis tenentur.
3 Incendium factum in Ciuitate a nobili, vel a vili, & ſi fuit magnum, vel paruum quomodo puniatur.

4 Et

4 Et quomodo ſi in Villa, vel rure, vel in Caſa.
5 Incendium extra Ciuitatem immiſſum mitius punitur, & pœna arbitraria.
6 Aſſignatur differentia inter incendium commiſſum in Ciuitate, & extra.
7 Comburentes puta aceruum frumenti iuxta ædes, vel domum vicini pœnæ mortis puniuntur.
8 Sed ſi in area, & non iuxta domum viciniorum pœna triremium ad tempus puniri poſſunt.
9 Comburentes tugurium, vel fœnile, quibus pœnis affecti fuerunt refertur.
10 Comburens paleare ſe iunctum ab alijs domibus non eſt puniendus pœna mortis.
11 Incendiarij pœnæ vbi homo non moritur, vel domus pretioſæ non cremantur pœna eſt arbitraria.
12 Incendiarij capite puniuntur ſi ſit rationabile.
13 Et eſt in arbitrio Iudicis mutare qualitatem mortis.
14 Incendiarij de iure canonico arbitrio Iudicis puniuntur ſiue ſint Laici, ſiue Clerici 15.
16 Incendiarij Eccleſiæ, Loci Sacri, & Monaſterij ſunt ipſo iure excommunicati, ſed ſi locus non ſit ſacer veniunt excommunicandi, & num. 18.
17 Et niſi à Papa abſolui poſſunt.
18 Et ſi decedant priuentur ſepultura Eccleſiaſtica.
19 Declara quod dictæ pœnæ ſunt fori pœnitentialis. In foro contentioſo pœna eſt arbitraria.
20 Clericus incendiarius quando poſſit excommunicari, & ſuſpendi.
21 Clericus amittit beneficia, vbi Laicus de iure ciuili capite punitur.
22 Incendiarius tam Clericus, quàm Laicus tenetur etiam ad refectionem damni, & intereſſe.
23 Et ad hunc effectum damno paſſo datur iuramentum in litem.
24 Et iudex eadem ſententia poteſt condemnare incendiarium ad pœnam, & ad emendationem damni.
25 Incendium commiſſum culpa, & negligentia quibus pœnis mulctetur, & num. 26.
27 Incendium commiſſum lata culpa quomodo puniatur, & num. 29.
Lata culpa quæ ſit. ibidem.
28 Et lata culpa ſiue conſiſtat in committendo, ſiue in omittendo veniunt reficiende damna, & intereſſe.
30 In incendiario lata culpa æquiparatur dolo.
31 Declara vt procedat ſi prouenerit ex malitia, ſecus ſi ex negligentia.
32 Incendium commiſſum leui culpa punitur pœna pecuniaria.
Leuis culpa quando dicatur ibidem.
33 Culpa cuius punitur generaliter pœna extraordinaria, & pecuniaria.
34 Incendium ſi oriatur ex culpa leuiſſima criminaliter puniri non debet.
Culpa leuiſſima, quæ ſit ibidem.
35 Incendiarius ex culpa leuiſſima neque ciuiliter tenetur ad damna. Contrarium num. 36. Declara vt num. 37.
38 Culpa in omittendo, minor eſt quam in committendo.
39 Culpa in omittendo, & committendo quæ dicatur.
40 Damnum ex ſequenti negligentia ſecutum cauſatum ex aliquo præcedente facto eſt reficiendum.
41 Cuſtos rei ex mercede conuenta tenetur de incendio etiam ex leuiſſima culpa.
42 Limit. ſi ſine mercede, & gratis cuſtodiam receperit, niſi diligentiſſimam promiſerit.
43 Incendium ſi fuerit ortum ex caſu fortuito nullus tenetur ad pœnam.
44 Neque competit actio ad damnum reficiendum.
45 Caſus fortuitus neque ciuiliter obligat in incendio.
46 Declara vt procedat ſi nulla culpa præcedat incendium caſu fortuito ortum.
47 Delinquens punitur pro culpa ſi culpa præcedat delictum ſi ſit ordinata ad caſum.
48 Culpa quando dicatur ordinata ad caſum.
49 Allegans caſum eueniſſe ex culpa præcedenti tenetur hoc probare.
50 Incendium in dubio præſumitur ortum potius caſu fortuito, quam culpa.
51 Incendium numeratur inter caſus fortuitos.
52 Declara vt procedat quando nulla hominis præcedit culpa alias ſecus.
53 Declara 2. vt caſus fortuitus probari debeat, alias in dubio non præſumitur ex caſu fortuito ortum.
54 Incendium quando reputetur caſus fortuitus recenſentur caſus.

ADNOTATIO I.

Incendiarij quà pœna puniantur, & quando habeat locum pœna incendij, & damni dati emendatio.

1 QVoniam incendij crimen grauiſſimum, & pernicioſiſſimum reputatur, redditur vtroque iure tam Cæſareo, quàm Pontificio punibile, vnde tamquam in cauſis mixti fori tum Laicus, tum Eccleſiaſticus Iudex contra delinquentes procedere poteſt.

2 Quando igitur incendium fuit dolo commiſſum, regulariter incendiarij tenentur pœna mortis de iure ciuili, & ſecundum qualitatem incendij, & perſonarum diuerſæ, & variæ pœnæ irro-
3 gantur, nam ſi incendium ſit factum in Ciuitate, vel Oppido, & ſit magnum nobilis decapitatur, viles verò igne comburuntur, vel furca ſuſpenduntur, vel beſtijs lacerandi traduntur, quod non eſt in vſu; Si verò ſit paruum nobilis deportatur, vilis verò capite punitur.

4 Sed ſi commiſſum ſit extra ciuitatem, vel oppidum, in Villa, vel rure, & ſit magnum nobilis deportatur, vilis, verò decapitatur, & ſi ſit paruum nobilis relegatur, aliis vero deportatur, iuxta varias legum ſanctiones, vt videre eſt *in l. qui ædes, & l. ſi §. qui data opera ff. de incend.* & ita diſtinguendo tradunt, *Bart. in l. 1. ſub num 4. & 5. ff. de offic. Præfec.* per ea quæ notantur, & leguntur *in l. 1. in princ. in l. ſi quis dolo ff. ad l. Cornel. de ſicar. & in l. capitularium §. incendiarij, & §. qui ob inimicitias ff. de pœn. & in l. qui data opera C. qui accuſare non poſ. late Menoch. lib. 2. caſ. 390. à num. 7. vſq. ad fin. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crimin. quæſt.* 110. *num.* 5. & clarius cum ſupradicta diſtinctione *Cabal. reſol. crim. caſ.* 12. *num.* 2. *&* 4.

5 Sed quod incendium extra Ciuitatem immiſſum in Caſa, vel Villa aliquando lenius punitur Iudicis arbitrio, ità intelligendo *text. in l. capitularium §. qui ob inimicitias ſubdit Menoch. dicto caſ. 390. num. 32. Cabal. dicto caſ. 22. num. 5.* vbi
6 aſſignat rationem differentiæ, & diuerſitatis pœnæ incendij commiſſi in Ciuitate, vel Oppido, & incendij in Villa commiſſi, ſcilicet, quod conſiſtit in periculo mortis hominum, & conſumptionis bonorum, quod maius eſt, ſi incendium in Ciuitate, & Oppido committatur, quam ſit, ſi in Villa, *ex Bart. Bald. & Afflict. quos allegat. Menoch. vt ſupra num. 32. Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 2. tit. de pœn. Cleric. § 43. num. 2.*

7 Hinc eſt quod comburentes ædes, vel aceruum frumenti poſitum iuxta ædes pœna mortis puniantur, *per l. qui ædes ff. de incend. ruin. & naufrag.* aſſerit *Clar. in §. fin. quæſt. 68. num. 10. verſ. item illi,*
8 ſed ſi comburatur aceruus, ſeu cumulum frumenti non triturati in area, non tamen iuxta domum vicinorum poſita, comburentes pœna triremium ad tempus, & ad damnum reficiendum condemnari poſſe, putat *Cabal. reſol. crim.* 22. *num.* 1.

9 Rurſus quod fuerint ſuſpenſi duo Fratres, qui

quaſdam ædes in quodam oppido combuſſerant
& alius conuinctus de incendio Tugurij con-
demnatus ad triremes per biennium, & quidam
alius pro incendio poſito in fenili vltimo, ſuppli-
cio affectus ex varijs ſententijs Senatus Medio-
lanenſis refert, *Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 68.
ſub num. 20.* & eo citato *Farinac. in tit. de var. &
diuerſ. crim. quæſt. 110. ſub num. 6.*

10 Inſuper de eo, qui incendium poſuit in pa-
leari exiſtenti in Maſſaria, vbi non aderat coniun-
ctio, & vicinitas domorum, quod non ſit puuien-
dus pœna mortis à ſtatuto inducta incendiarijs
domorum, quarum appellatione non venit pa-
leare, ſeù capanna, ac proindè alia arbitraria
pœna tradit *Afflict. in conſtit. Regni lib. 1. rub. 26. de
malef. clandeſt. in 2. not. num. 9. & 10. verſ. ſecundo li-
mita, & ante eum Ang. de malef. in verbo incendiario
num. 3. verſ. quid ſi ſtatutum*, in quo tamen multa
hinc inde pro, & contra deducit *Auguſt. ibi in ad-
dit. num. 7. & 8. verſ. item adde.*

11 Vndè quando ex incendio homo non moria-
tur, vel domus prætioſæ corruant, cum crimen
hoc connumeretur inter priuata delicta, pœna eſt
12 Iudici arbitraria, & licet incendiarij indiſtinctè
ſecundum iuris diſpoſitionem capite puniuntur,
hoc tamen intelligitur ſi ſit rationabile, & militet
ratio grauitatis delicti, propter quam à lege pœ-
na capitis ſtatuta fuit, qua ceſſante, ceſſare etiam
debet legis diſpoſitio, vt ex *Andr. de Iſern.* admo-
net *Cabal. reſol. crim. 22. ſub num. 7. paulo ante fin. &
num. 8. Menoch de arbitrar. quæſt caſ. 390. num. 1. &
num. 28.* vbi ampliùs ſubdit, quod ſit in arbitrio
13 Iudicis mutare qualitatem mortis, quando mor-
tis pœna infligenda eſt, *Vulpell. conſil. 150, num. 1.
Viuian. opin. 439. nu. 1. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 25.
num. 4. & ſeqq. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim.
quæſt. 110. ſub num. 6. circa finem, verſ. Menoch. de ar-
bitrar.*

14 De iure verò canonico, quando incendium
dolosè per Laicum, vel Clericum pariter com-
miſſum fuerit, licet emanauerint plures Summo-
rum Pontificum ſanctiones ad incendiariorum
punitionem, tamen hoc crimen quod pœna Iu-
dici Eccleſiaſtico arbitraria puniendum veniat,
ex *Bernard. Diaz in pract. crim. canon. tit. de incendio
cap. 98. & Marc. Ant. Cucho in inſtit. canon. lib. 4. ſub
rubr. de diuerſ. delict. verſ. qui incendium*, ac *Fabio
Monteleo in prax. arbitrar. par. 4. num. 779.* concludit
*Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 390. num. 38. Bellet. diſ-
quiſit. Cleric. par. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 43. num. 2.* vbi
15 quod pro hoc crimine contra Clericum certa
pœna à iure non eſt expreſſa, ac proinde arbitrio
Iudicis puniendus, penſata loci, doli, & damni
quantitate, & qualitate.

16 Incendiarij autem Eccleſiæ, & loci Sacri, vel
Monaſterij, & aliorum locorum Religioſorum
ſunt ipſo iure excommunicati, quod ſi locus Sa-
17 cer non ſit, veniunt excommunicandi, & niſi à
Papa abſolui poſſunt, *Textus eſt in cap. tua nos de
ſent. excommun. vbi gloſſ. in verb. publicati, ibique latè
Abbas, & Felin.* eſt etiam textus *in cap. cum deuo-
tiſſimum, & ibi gloſſ. in verbo ſi verò incendium 12.
quæſt. 2. cap. ſi quis Eccleſiam 17. qu. 4. Diaz in pract.
crim. in verbo incendiarij cap. 105. ibiq. Ignat. Lopez
in addit. Nauar. in manuali cap. 17. num. 100. Farinac.
in tit. de var. & diuerſ. crim. quæſt. 110. num. 15. Bel-
let. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 43.
num. 4.*

18 Inſuper vbi quis dolosè ignem appoſuerit, aut
apponenti conſilium, aut auxilium præbuerit,
excommunicatur, & ſi mortuus fuerit, ſepultura
carere debet, nec eſt abſoluendus, niſi reſarcito
damno, & vlterius reſipiſcenti pœnitentia anna-
lis eſt iniungenda, vndè ſequitur quod excom-
municatio non ſit ipſo iure impoſita contra in-
cendiarium, ſed per ſententiam imponenda, vt
diſponit *Textus in cap. peſſimam 23. q. 8. iuncta gloſſ.
ibidem in verbo interdicimus.*

19 Declara quod prædictæ pœnæ potiùs ſint con-
ſcientioſæ, quàm contentioſæ, & ſic in foro pœ-
nitentiali pro incendio eſt pœna excommunica-
tionis, in foro vero contentioſo eſt pœna arbi-
traria, *Menoch. de arbitr. quæſt lib. 2. caſ. 390. num. 38.
& 39. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24 rub. de ſacrileg.
circa loca num. 1. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim.
quæſt. 110. num. 15. in fin. Barber. in rubr. de incendiar.
par. 1. cap. 22. num. 4.*

20 Et in foro fori Clericus incendiarius ſi exceſſus
ſit magnus ex magno incendio dolo commiſſo
poteſt etiam declarari excommunicatus, ſi verò
non eſſet magnum deponendus à beneficio, & vbi
eſt paruum ſuſpendendus, & alias pro criminis
qualitate arbitraria pœna contra eundem irro-
ganda venit, *Barber. loco citato, quem refert, & ſe-
quitur Iodoc. in pract. crimin. cap. 103. rub. de incend.
num. 13. & ſeq. Boniſac. de Vitalin. in tit. de incendiar.
nu. 4. Rebuff. in pract. beneſic. par. 3. rub. de modo amit-
tendi beneficia cap. 1. num. 60. Franc. Marc. deciſ. 417.
in princip. par. 2. relat. per Farinacc. in tit. de var. &
diuerſ. crim. quæſt. 110. ſub num. 15. paula ante fin.*

21 Vbi enim Laicus de iure ciuili capite punitur,
Clericus de iure canonico amittit beneficia *Petr.
Rebuff. in pract. beneſic. rub. de modo amittendi benefi-
cia cap. 1. ſub num. 60.*

22 Tenetur vlterius incendiarius, ſiue Clericus,
ſiue Laicus ex diſpoſitione vtriuſque iuris ad re-
ficienda omnia damna, & intereſſe illatum, præ-
cipuè ſi dolo, incendium immiſerit *ad Textum in
l. qui ædes verſ. ſi vero ff. de incend. ruin. & naufrag. in
l. ſi fortuit. in verbo venia, & in verbo dolaff. eod.* &
de iure canonico *eſt textus in cap. ſi quis domum ex-
tra de iniur. & damn. dat. in cap. ſi egreſſus eod. tit. latè
Marian. Soccin. in dicto cap. ſi quis domum nu. 18. &
45. & num. 45. verſ. circatertium, & ſub num. 46. &
56. & ſeq.* vbi declarat actiones competentes ad
damni emendam, *Nouel. reg. 18. num. 1. Franc. Tur-
zan. quæſt. 185. num. 1. Franc. Marc. 417. num. 1. par. 3.
Ioſeph Ludou. deciſ Peruſ. 25. poſt num. 4. par. 1. Fari-
nacc. in tit. de var. & diuerſ. crimin. quæſt. 110, num. 9.
& 10. vſque ad 14. vbi num 13.* ampliat, quod pro
23 damnis, & intereſſe prædictis detur iuramentum
in litem damnum paſſo contra incendiarium, &
24 *num. 14.* quod poteſt Iudex ex eodem proceſſu
incendiarium ad pœnam fiſco applicandam con-
demnare, & ad emendationem damni ad fauo-
rem partis damnum paſſæ, *Menoch. de arbitrar.
caſ. 390. num. 24. in fin. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 25.
num. 9. par. 1.*

25 Quod ſi fuit commiſſum culpa, aut negligen-
tia incendium, & tunc puniri poteſt quandoque
exilij, quandoque fuſtigationis, quandoque dam-
nationis in metallum, & quandoque pœna Iudi-

ci arbitraria, vt putauit *Iodoc.in pract.crim.t.104.*
rub.de ſpont.Incend num.2.& ſeq. & quod puniatur
26 pœna fuſtigationis exiſtimauit *Franc. Marc. de-*
ciſ.417. num. 2. verſ.ſi verò incendium eſt Textus in
l. 3. §. 1. verſ. & quia plerumque ff.de offic. præfect.
vigil.

Quæ iura, & DD. cum procedant, & loquantur de incendio commiſſo culpa, ſeù negligentia in genere, ideò pro maiori dilucidatione diſtinguendum eſt, an incendium commiſſum fuerit culpa lata, leui, vel leuiſſima.

27 Quod ſi incendium commiſſum ſit lata culpa,
ſcilicet ex magna, aut nimia negligentia, & ignorantia circa ea, quæ omnes ſciunt, & intelligunt, vel ſcire debent, puniri poteſt etiam corporaliter ſed non ita grauiter, ac ſi dolo commiſſum fuiſſet, vt omnes concordant, adeo vt ſi incendium fuit magnum imponenda veniat, aut pœna corporalis citra mortem, aut maxima pœna pecuniaria, ſi verò fuit paruum, & tunc pecuniaria tantum pœna eſt irroganda, & quod hoc caſu pœna ſit arbitraria, docent *Soccin.in cap.ſi quis domum nu.61.in fin.verſ ſecundo caſu de iniur.& damn. dat.Corrad.in pract.rub de incendiar. num.7. fol.mihi 340.Sebaſt.Med.de caſ.fortuit.par.2.qu.7.poſt nu.25. Menoch.de arbitrar.lib.2.caſ.390.num.24. Farinacc. de var.& diuerſ.crim.quæſt.110. num.17. Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.25.n.11.*

28 Et vlterius teneatur ad damna, & intereſſe
incendiarius, ſiue culpa conſiſtat in committendo, ſiue in omittendo, *Marian. Soccin. in cap. ſi quis domum num. 16. de iniur.& damno dat. & num. 18. Andr. Gail. obſeruat. 22. num.2. lib. 2. Nouell.reg.18. num 2. Menoch de arbitrar.caſ. 390. num.24.Farinac.de var.& diuerſ.crim.qu.110.n.18. Gram.deciſ.3. num.16.& ſeq. Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.25.nu.10.* vbi quod in hoc omnes conueniunt,
Vulpel conſ. 156. per totum, vbi bene ad triremes
29 per biennium condemnatum exiſtimauit quem-
dam N. qui per iocum, & ſic lata culpa ignem poſuit in duos laruatos ſtuppa indutos tripudiantes, qui combuſti fuiſſent, niſi ſocij ignem cum niue extinxiſſent.

30 Et quamuis in incendiario lata culpa æquiparetur dolo, *Bald.in l.data opera num 4. C.de his, qui accuſar.non poſſ Angel.de malef. in verbo incendiario numer.1. & 2. Farinacc. de pœn. temperan.quæſt.87. num.44.*

31 Tamen hoc procedit, quando lata culpa proueniat, ex verſutia, & malitia, quia tunc non eſt propriè lata culpa, ſed dolus ipſe, ſecus autem ſi proueniat ex ignauia, deſidia, ſeù negligentia, quæ ſine dubio dolo non æquiparatur, *Cagnol.in l.contractus num.6.7.& 9. verſ.verum tamen videtur ff.de reg.iur. Decian. tract.crim. par.1. lib.1. cap.6.num.17.& 18.Farinac.de pœn.temperan. q.87. num.60.*

32 Sed ſi incendium commiſſum fuerit leui culpa,
nempè ſi incendiarius fecit, vel non fecit, id, quod diligens Pater familias feciſſet, vel omiſiſſet in rebus ſuis, & hoc caſu eſt imponenda pœna pecuniaria, & in ſubſidium corporalis, ſi incendiarius non poſſit ſoluere, vt alijs congeſtis comprobat *Farinacc.in tit.de var.& diuerſ.crim. q.110.*
33 *num.19.* & quod generaliter culpa leuis puniatur
pœna non ordinaria, ſed extraordinaria, & tantummodo pecuniaria, exemplificat idem *Farinac.in tit.de pœn.temperan.q.82.num.84.& 85.*

34 Si verò incendium oriatur ex culpa leuiſſima,
nempè ſi impudenter, & ſine propoſito facta, vel omiſſa fuerunt ea, quę non faceret, vel omitteret diligentiſſimus Paterfamilias, & hoc caſu omnes admittunt incendiarium non teneri ad aliquam pœnam criminaliter *per l. quamuis ff. de condit.& demonſtrat.cum alijs allegatis per Gabr.conſil.159.num.3.lib 1. Afflict.in conſtit. Regni ſuper inciſionibus poſt num.14. de malef clandeſt. rub 26. vbi de communi Ang.de malef.in verb.incendiario num 6. verſ.quarto caſu, Corrad. in pract. rub. de incendiar. num.10.Farinac.in tit.de var.& diuerſ.crim.qu.110. num.20.Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.25.num.13.par.1.*

35 Ciuiliter etiam quod non teneatur ad damna,
& intereſſe *ex l.aquilia*, tenet *gloſſ. in l.ſi modo, ff.de legat 1.& ita DD.omnes tenere auſus eſt dicere, Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.25.nu.13.par.1.Magon.deciſ. Florent 111.n.41.& 43.*

36 Contrarium quod agi poſſit ciuiliter in foro
contentioſo ex dicta *l aquilia*, voluit *Salycet. in l.data opera in fin.C.de his, qui accuſar. non poſſ. Afflict.in conſtit.Regni ſuper inciſionibus num.14.verſ.& propterea de malef.clandeſt.rub.16.Angel de malef.in verb.incendiario num.6 Follet.in pract.crim canon.in verb.aut incendium cap.25.in fin.nu.5. Andr.Gail.obſer.22.n.2 lib.2. Rol.conſ.95.nu.5.& 8.lib.2.Magon, deciſ.Florent 111.n.11 & 25.*

37 Ad concordandas autem has inter ſe diſcordes ſententias eſt diſtinguendum, vt prima procedat, quando culpa leuiſſima fuit in omittendo, ſecunda vero, quando culpa fuit in committendo ita *Marian.Socin.in cap.ſi quis domum num.2 & ſeq. de iniur.& damno dato*, vbi etiam declarat quando culpa leuiſſima conſiſtat in committendo, & quando in omittendo, *Cepol conſ.6 num 5.in fin. verſ.ſed in actione Caroc.de locat.& condut.par 4.rub, de incendiar.num.11. Hieron.Gabr.conſil. 50.num.3. lib.1.vbi de communi, & num.8. verſ.ſecundo quia, Maſcard.de probat.lib.2 concl.892. num 9. Afflict.in conſtit.Regni qui dolosè num. 3. verſ. intellige hoc eſſe verum, & num.5.& deciſ.57 num.7. in fin.& ſeq.& ibi Vrſil.in addit.in princ.& nu.1. 2.& 8. vbi de communi Franc.Marc.deciſ.521.num.8.verſ.quod verum eſt par.2.Magon.deciſ.Florent.111.nu.26 vbi de communi, & num.50.verſ.cum igitur, & num 52. cum alijs per Farinac. in tit. de var. & diuerſ. quæſt. 110, num.24.*

38 Siquidem culpa in omittendo minor eſt, quam in committendo *Paul.de Caſtr in l.1.num.9.verſ.& maior.eſt culpa ff.de legib.latè Tiraq.de pœn.temperan. caſ.44.per totum, & præcipuè num.31.& ſeq.Rolan. conſil.64. num.4.& 5. lib.3. Farinac.in tit.de delict. q.18.numer.22.& ſeq.& de pœn.temperan. quæſt.88. num.87.*

39 Et culpa in omittendo dicitur, quando eam
nullum præcedit factum illius, qui omittit, ſed ſi
40 factum aliquod præcedit quod ſit occaſio dam-
ni, licet damnum procedat ex ſequenti negligentia, tamen illa leuiſſima culpa in negligendo, & omittendo cauſata ex illo præcedente facto facit puta conductorem, vel habitatorem teneri pro damno illato, vt declarat *Salyc. in l. ſi vendita poſt num.8.ff.de peric.& commod. rei vendit.* quem allegat. *Farinac.in tit.de var.& diuerſ crim.q.110.n.26.*

41 Ex quibus ſequitur, quod teneatur de leuiſſi-
ma culpa cuſtos rei combuſtæ, cuius cuſtodiam
non gratis, ſed mercede ſuſcepit *Gozadin.conſ.63.
num.3.verſ.ſexto conductor Petr.Calephat. conſ.crim.
diuerſ.58,num.20.25.& ſeq. lib.2. ex recollectis per
Io.Bapt.Zillet.Sebaſtian.Medic. de caſu fortuito par.2.
quæſt.7.num.8.& poſt num.24.verſ.vel niſi ſuſcepiſſet
Farinac.dicta quæſt,110 n.29.Franc.Marc.deciſ.521.
num.7.in fin. verſ.niſi in locato par.2. per Textum in
l.ſi merces §.pen.ff.locat.* ibi, *ita id periculum præſtat,
ſi qua ipſius eorumque, quorum opera vteretur culpa
acciderit, culpa autem abeſt.ſi omnia facta ſunt, quæ
diligentiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet,* & ibi no-
tat *Paul.de Caſtr.* nam qui negligenter cuſtodiuit
tenetur de incendio, *l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi forna-
carius ff.ad l aquil.* ibi, *puto vtilem competere actio-
nem tàm in eum, qui ad fornacem abdormiuit,quàm in
eum, qui negligenter cuſtodiuit.*

Quinimò quod etiam teneatur de leuiſſima
culpa in incendio, qui ſine mercede rem cuſto-
diendam aſſumpſit, ſuadetur ex regula, quod ſo-
la rei cuſtodia facit in cuſtode præſumere culpam,
de qua *Maſcard.de probat. lib.1, concl.468. num.16.*

42 Sed veriùs eſt cuſtodem non teneri de leuiſſima
culpa, quando gratis, & ſine mercede cuſtodiam
recepit, ſecus ſi diligentiſſimam promiſiſſet cu-
ſtodiam ratione officij, vti peritus, ita *Alex.Rau-
den.deciſ.Piſan.6.numer.27. 28.44.& 57.par.1. latè
Magon.deciſ.Florent.111.num.54.Corn.conſil.242.in
ſubſcriptione ſub verſ.repetito diuino nomine Farinac.
in tit.de var.& diuerſ.crim.quæſt.110.num.31.& ſeq.*
faciunt ea, quæ habentur *in l.ſi vt certo §.nunc vi-
dendum ff.comm.*

43 Quando verò incendium proueniat, ſeù oriatur
ex caſu fortuito, tunc nullus tenetur ad pœnam,
contra incendiarios impoſitam à iure communi,
quam à ſtaturaria, & municipali conſtitutione,
*eſt Textus in l. ſi fortuito ff. de incend. ruin. & nau-
frag et ibi gloſſ. in verb.venia Afflict. in conſtit. ſuper
incisionibus num.11.et 12.de maleſ.clandeſt. rubr.26.
Angel.de maleſ.in verbo incendiario nu.9. verſ.et iſto
caſu Gerard.Mazzol.conſil.85.num.55.cum alijs con-
geſtis per Farinac.d.q.110.num.33.*

44 Quinimò neque competit actio ad refectionem
damni, & intereſſe, cum caſus fortuitus in incen-
45 dio, neque ciuiliter obligat, ſecundum *gloſſ. in
l.qui ædes in verbo caſu ff. de incend. ruin. et naufrag.
Petrus Calefat.conſil.crim.diuerſ.recollect. per Io.Ba-
ptiſt.Zillet.58.num.19.lib.2. Gayl.pract. obſeruat.21.
num.2.verſ.regulariter enim lib. 2. Sebaſt. Medic. de
caſ.fortuit.par.2.quæſt.7.num.25.poſt med.verſ.ſi con-
ſtat eueniſſe Polidor.Ripa in tract. de nocturn. tempore
cap.27.num.16 & ſeq.Iodoch.in pract.crim. cap.104.
rub.de ſpontan. incend. num.8. Farinac.dicta qu.110,
num.34. Alex.Rauden.deciſ.Piſan.6.n 46.par.1.*

46 Limit. ſupradictam concluſionem, vt procedat,
ſi nulla culpa præcedat incendium caſu fortuito
ortum, ſecus ſi aliqua culpa præcedat, nam tunc
is, qui culpæ reus eſt de ſecuto incendio tenetur,
vbi tamen culpa ordinata ſit ad caſum, & caſus
fortuitus immediatè à culpa proueniat, aliter ſe-
cus vt pulchrè comprobat *Andr.Gayl. lib.2. obſer.
22.num.7.Rolan.conſ.81.nu.53.lib.1.Engen.conſ.64.
num.27.28.et 64.Alex.conſ.74.nu.7.et 10. lib.6.Iul.
Clar.in §.fin.quæſt.84.ſub princ. verſ.pro culpa vera
punitur delinquens quando culpa præceſſit delictum*, &
47 ita dicere communiter DD. teſtatur ex *Anan. in
cap.de infantibus num.4 de his, qui filios occid.Caroc.
in tract.de locat.par.4.q.11.Polidor.Ripa in tractat.de
nocturn.tempore cap.27.n.13.in fin. Farinacc.in tit.de
var.et diuerſ.crim.q.110.n.35.*

48 Culpa enim tunc dicitur ordinata ad caſum,
quando niſi culpa adfuiſſet caſus ille occurrere
49 non potuiſſet, vt declarat *Gerard.Mazz.conſil.85.
num.5. et 55.et ſeqq.* ac proinde quando quis alle-
gat aliquem teneri de caſu, eo quia culpa præ-
ceſſit caſum, oportet hoc articulare, & probare,
quod ille caſus contingit ſolum propter illam
culpam, & quod caſus aliter non potuiſſet con-
tingere, niſi illa culpa interueniſſet, vt eleganter
ſcribunt *Gulielm de Cugn et Bart.in l.vt certo, § ſed
interdum ff.commodat. quos refert Alex.conſil.74. nu-
mer.7.vol.6.*

50 In dubio verò incendium præſumitur ortum
potiùs caſu fortuito, quam culpa hominis, cum
51 re vera incendiũ numeretur inter caſus fortuitos
*Textus eſt in l.ſi vt certo, § ſi vera ſenectute ff. com-
mod.in l.duobus §.damna ff.pro ſocio, et in l.ex condu-
cto §.fin.et in l.videamus §.fin.cum l.ſequenti ff locat.
et in l.in contractu in fin.ff.de regul.iur. Rol.conſil.95.
num.18.lib.2. Andr.Gayl. lib.2. obſeru.21. num.2.et
obſeru.23.n.4.Caroc.in tract de locat.et conduct par.4.
rub.de incend.num.1.Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.390.
num.2.poſt med.Farinac.in tit. de var.& diuerſ.crim.
quæſt.110 num.36. Magon.deciſ.Florent.111. nu.40.
verſ.rurſus ex alia, et num 41.et 45. verſ.incendium
enim, Vermigliol conſil.crim.381. num.1. et 2.et con-
ſil.333.num.1 Greg.XV.deciſ.528.n.1.*

52 Veriùs tamen eſt, quod quando apparet de
alicuius culpa verè, & præſumptiuè, non dicitur
caſus fortuitus, tunc enim verè incendium dici-
tur ortum caſu fortuito quando nulla hominis
præcedit culpa, aliter ſecus, vel quando illud fa-
53 ctum eſt tale, quod præuideri non potuit, & ſic
in dubio incendium non præſumitur caſu fortui-
to ortum, niſi caſus probetur, aut verè, & præ-
ſumptiuè, ita ex *Salycet.Marian.Socein. et Angelo,
inſinuat Farinac.d quæſt.110.n.37.*

54 Incendium autem reputatur caſus fortuitus, ſi
ortum habuit in loco, in quo ignis accendi non
conſueuit, vel à fulgore cœlitus emiſſo, vel ſi ſu-
bita vi ventorum accendatur, vel ſi ignis im-
miſſus fuerit à publicis hoſtibus, vel ſi ſciurilla ex
vno loco ad alium euolat, & ſimilibus, & alijs
modis, de quibus *Caroc.de locat.et conduct. par. 4.
quæſt.12.per totam,et Sebaſtian.Medic.in tract.de caſu
fortuit. relat.per Farinac.dicta q. 110.n. 38.39.et 40.*

SVMMARIVM.

1 Propter incendium quis condemnari non poteſt, niſi probetur culpa certi, & determinati hominis.

2 Incendium in dubio præſumitur cauſatum culpa inhabitantium, & num 4.

3 Sed hæc præſumptio non ſufficit ad condemnandum, niſi probetur culpa certæ, & determinatæ perſonæ.

5 Contrarium quod ſi non appareat à qua perſona determinata incendium proceſſerit, adſcribendum ſit Patrifamil. Declara, vt n.5.

6 Incendium ſi neſciatur an ortum habuerit ab habitantibus, in parte ſuperiori, vel in parte inferiori domus, nemo condemnari poteſt ob incertitudinem.

7 Incendij culpa non præſumitur in habitatore, ſi probetur, quod ſit diligens, & quòd in domo fecit eam diligentiã, quam Paterfam. & quiſque facere debet.

Dili-

8 Diligentia probatur per domeſticos, & familiares.
9 Diligentia circa cuſtodiam ignis eſt in ſpecie probanda.
10 Conductores domus combuſtæ ex ſola leuiſſimæ culpæ præſumptione non tenentur ad refectionem damni. Contrarium n.11. Limit.primam ſententiam, vt in n.12.
13 Incendium cenſetur ortum culpa inhabitantium, ſi contra voluntatem Domini in domo retinuerit fœnum.
Secus nulla præcedente conuentione de non retinendo fœnum. Sublim, ſi remiſerunt fœnum homidom, n.14.
15 Incendium cauſatum in domo ab extraneis, & aduenis de eo non tenetur receptator, ſed hoſpes, & forenſes.
16 Sed ſi non apparet cuius culpa familiarium, vel forenſium incendium ortum ſit. Exercitor hoſpitij non tenetur de tali incendio, eiuſque damno.
17 Dominus regulariter non tenetur pro incendio orto culpa ſuorum familiarium, vel laboratorum, & operariorum. 18.
19 Limit.1. ſi præceſſit aliqua Domini culpa.
20 Limit.2. ſi incendium ortum habuit ob negligentiam famuli in officio deputati, ſecus extra officium.
21 Limit 3. quando conſtat de certo incendiario, vel de eiuſdem Domini debita cuſtodia, ſecus ſi de his non doceatur Sed contraria ſententia eſt verior. n.22.
23 Incendium contingens in domo mea, ſi inferat damnum vicinis à me emendari debet.
24 Limit. et procedat quatenus quis reperiatur in culpa, ſecus ſi ex caſu fortuito ortum fuiſſet.
25 Incendij timore ſi deſtruatur domus, vel vicini ad impediendum vlteriorem progreſſum, quando quis teneatur ad damni refectionem remiſſiuè.

ADNOTATIO II.

Damnum ex incendio proueniens quando, & à quibus ſit emendandum, & pœnam præſtandam.

1 AGenti ad emendationem damni ex incendio illati incumbit onus probandi culpam, & factum certi, & determinati hominis, aliàs cum ab alio, ſeù alijs probabile reddatur, quod ignis immiſſus fuerit, reus imputatus eſt abſoluendus, *Anna conſil.71.num.1.poſt med.verſ.et pro iſta parte Gozad.62.nu.12.Gabr.conſil.159.nu.7. et 30.Afflict.deciſ.57.num.5. verſ.tertio iſta quæſtio, Angel. de maleſic. in verbo incendiario, quos refert Vermigliol.conſil.331.num.4. et 5.et conſil.333. nu.8. Farinac.in tit.de var.et diuerſ.crimin. quæſt.110. numer.72.et 93.*

2 Et quamuis incendium in dubio præſumatur cauſatum inhabitantium culpa, & conuerſantium in domo combuſta. *Caroc.de locat.et condut. par.4. rub.de incend.num.3.Sebaſtian.Medic.de caſu fortuit. par.2.queſt.7.nu.2.Maſcard.de probat.lib 1.concl.467 num.5.et lib.2.concl.892.num.1.et ſeq.Farinac in tit. de var.et diuerſ.crim.q.110.nu.41. Ioſeph Ludou.deciſ Peruſ.25.num.14.par.1.Magon.deciſ.Floren.111. num.1.2.et 19.*

3 Non tamen præſumitur ortum culpa alicuius certæ, & determinatæ perſonæ, adeo vt non ſufficiat docere incendium ortum fuiſſe culpa inhabitantium, ſed eſt probanda culpa certi, & determinati hominis, & principium ignis, aliàs ſuccumbendum eſt, quia ſi incertum ſit cuius culpa incendium ortum habuerit, ratione incertitudinis non poteſt contra aliquem ferri ſententia, *Gabr. conſil.159.num.7.8.15.et 16. Roland. conſil.95.nu.9. et 10.lib.2.Gayl.lib.2.practic.obſer.22.nu 3.Caroc.de locat.et conduct.par.4.rub.de incend.num.5.et 6.et 7. Maſcard.de probat.lib.2.concl.895.nu.17.et 18.Farinac.dicta quæſt.110.num.93.Gramm.deciſ.3.num.3. Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.25.n.17.Magon.deciſ.Florent.111.n.13.et 14*

4 Hinc eſt, quod ſi in domo combuſta plures habitant, licet omnium culpa ortum præſumatur incendium, hæc tamen præſumptio non ſufficit ad condemnandum, ſed omnes abſoluendi ſunt, *Alex.conſil 50. num 9. poſt med. verſ.non obſtat, et num.12.verſ.non obſtat vltimum lib.1.Burſat conſ.59 num.13 lib.1.Menoch.conſil.53.poſt num.22.Farinac. in tit.de var.et diuerſ.crim.quæſt.110 num.93. Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.25 num.17 in fin.et num.18. Magon.deciſ.Florent.111. num.49. verſ.maximè ſi ignoratur.*

5 Contraria tamen eſt aliorum Doctorum ſententia, quod quando non apparet à qua perſona determinata in, habitante incendium proceſſerit adſcribendum ſit Patrifamiliæ tamquam domi caput, vtpotè quia in illo actu præſumitur minorem diligentiam adhibuiſſe. prout adhibere debebat, ita *Iaſ.in l.domos num.10.verſ.ſed aduerte ff.de legat.1.ex iuribus ibidem per eum allegatis.*

6 Sed ſi fortè vnus inhabitet in parte inferiori domus, alter in parte Superiori, ſi domus comburatur, ignoraturque in qua parte domus incendium ortum habuerit, tunc nemo ex prædictis habitatoribus condemnari poteſt. ſed omnes ob incertitudinem ſunt abſoluendi. *Gabr.conſ.159. n.8. lib 1.Afflict.in conſtit. Regni ſuper incisionibus nu. 16. de maleſ. clandeſt rub.26. Menoch de arbitrar.quæſt. caſ.390. num.11. Medic.de caſ. fortun par.2 quæſt.7. num.11. Caroc. tract.de locat. & condut.par.4.rub.de incend.num.32.Vrſil. ad Afflict. deciſ 57. num 6. cum alijs per Farinac. in tit.de var.& diuerſ. crim. quæſt. 110. num.100.*

7 Omnis tamen excluditur culpa in habitatore, ſi doceatur quod ſit perſona diligens, & quod in re combuſta fecerit eam diligentiam, quam quilibet bonus Paterfamilias, & in ſimilibus maior hominum pars facere ſolet ad remouendas cauſas, & occaſiones, ex quibus incendium exoriri poteſt. *Alex.de Neuo conſ.87.ante num.1.verſ.modo, vbi Cepol.conſ.66.num.4.& 5. verſ.& ideo ſi condu. Flor.Gail.lib.2.pract.obſer.21.nu.3.in fin. verſ.& hæc maximè Maſcard. de probat. lib.1. concluſ.457. num. 20. & lib.2. concluſ.892. num.19. Medic.de caſ fortuit.par.2.quæſt.7. num.4. Caroc. de locat. & condut. par.4.rub de incend. nu.27.Cæſar Vrſil. ad Afflict.deciſ 57. num.3. & 6. in fin. Farinac. tit. de var & diuerſ. crim.quæſt.110.num.82.Gram. deciſ.2. num.13. Magon.deciſ.Florent.111. num.12.27. in fin.& ſeq.*

8 Huiuſmodi verò diligentia probatur etiam per proprios familiares, & domeſticos, immò etiam per filios, fratres, & vxorem, cum ad excludendum delictum potius fauorabiliter, quam rigorosè, & fiſcaliter procedendum ſit, *Marian. Socin. in cap.ſi quis domum num.36.de iniur. & damn.dat. Farinac.in tit.de var. & diuerſ.crim.quæſt.110. num.84.*

9 Declara, quod non ſufficiat probare in genere diligentiam, & prudentiam, ſed in ſpecie eſt probanda circa cuſtodiam ignis, etiam de tempore orti incendij, ſecundum *Alex.de Neuo conſ.87.n.7. relat.per Farinac.dicta quæſt.110.num.85.*

10 Hinc eſt quod licet incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium, tamen ex hac ſola præſumptione conductores, & habitatores Domus combuſtæ non tenentur Domino domus ad refe-

ctionem

ctionem damni, cum hoc intelligatur de leuiſſima culpa, quæ in omittendo conſiſtit, non autem de alia maiori culpa in committendo, quæ obligat ad damni refectionem. *Gabr.conſ.159. poſt num.4. lib.1. Angel. de Maleſic. in verbo incendiario num. 6. poſt med.verſ. & ideo dato Gail. lib.2.pract. obſeruat. 21.num.1.& 2.Maſcard.de probat.lib.1. concluſ.467. num.7.& 8. vbi de veriori,& crebriori, & lib.2. concluſ.892 n.12.& concluſ.993.num.1. & 2. Medic. de caſu Fortuit. par.2.quaſt.7.num.2. & 3. vbi quod ita ſit de mente omnium Doctorum Farinac.in tit.de var. & diuerſ.crim. quaſt.110. num.127. & 129. Afflict. decis.57. ibique Vrſil.in addition. num. 8. vbi de communi Ioſeph.Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num.16. & ſeq. Magon.deciſ.florent.111.num.1. & 2.Alex. Rauden. deciſ.Piſan.6.n.3. & 37. par.1.* qui omnes fere teſtantur hanc eſſe veriorem, & receptiorem ſententiam.

11 Contrarium verò quod etiam ex leuiſſima culpa teneatur conductor, & habitans in domo combuſta ad emendationem damni propter incendium illati docent. *Adden.ad Bart.in leg.1. num.5. lit.G.ff.de offic.Praefect.vigil.Marian. Socin. in leg. ſi quis damnum num.31.& ſeq.de iniur.& dam.dat.latè Grat.conſ.46. per tot. lib.3. Cepol.conſ.69. num.1.& ſeq. Nouel.reg.18. num.1. Caroc.in tract. de locat.& conduct.par.4.rub. de incend. num.64. & 67. Polidor. Ripa in tract. de nocturn. tempore cap. 27. num.11. Fran.Marcb.deciſ.421.n.1. verſ.& ideo locutor Gram. deciſ.3.per totum,* vbi in fin.teſtatur ita in magna Curia Vicariæ fuiſſe iudicatum.

12 Limit. primam opinionem, vt non procedat in illis caſibus, in quibus conductor de iure tenetur etiam de leuiſſima culpa, puta in caſu, in quo expreſsè promiſit, & ſe teneri declarauit pro incendio orto etiam ex leuiſſima colpa, ſecus autem ſi ſimpliciter promiſit vti re locata diligenter, fideliter, & arbitrio boni viri, cum ex hac obligatione non oriatur actio ad damni refectionem ex leuiſſima culpa. *Menoch.de arbitrar.caſ.390.num.9. in fin. verſ. vno autem caſu Sebaſtian. Medic. de caſ. Fortuit. par.2.quaſt.7. num.10 cum alijs congeſtis per Farinac.in tit.de var.& diuerſ.crim.quaſt.110. num. 129. & 130.*

13 Ex quo infertur quod ſi quis contra Domini voluntatem, & conuentionem retinuerit in domo fœnum, vel aliam materiam, ſi incendium oriatur, tenetur ſine dubio de dicto incendio, ſecus autem nulla præcedente contraria conuentione, aut voluntate Domini habitatori notificata, & per ipſum acceptata iuxta textum in *leg.videamus § fin. ff.locat.*qui textus loquitur ſtante pacto de non tenendo fœnum, vnde ſecus quando tale pactum non adeſt, vt declarat. *Alex. de Neuo conſ.88. n.7. Alex. Rauden. deciſ. Piſan.6. num.4. in fin. verſ. & iſtud confirmatur par.1. Farinac. in tit. de var. & di-*
14 *uerſ.crim.quaſt.110.num.60.& 61.*vbi ſubdit quod quando quis in domo, vel fœnili remiſerit fœnum humidum, & malè ſiccum, ex quo vt plurimum ſolet ignis accendi, tenetur de ſecuto incendio etiam nulla præcedente conuentione, ſecundum *Bertruz.conſ.481.num.15.& ſeq.lib.2.*

15 Quòd ſi fortè incendium cauſatum in aliqua domo, vel Hoſpitio ab aliquo, vel amico, aduena, ſeù extraneo, vel hoſpitante, vel alterius non inhabitantis dictam domum, Dominus ſeu receptator non tenetur de tali incendio, ſed tenetur hoſpes, aduena, vel viator. *Caroc.de locat.& conduct. par.4.rub.de incend.num.21.& 22. Maſcard. de probat. lib. 2.concl.892.num.10. cum alijs per Farinac. in tit.de var.& diuerſis crim.quaſt.110.num.132. & 133.Magon.deciſ.Florent.111.num.44.*

16 In dubio verò ſi non appareat an culpa hoſpitum, vel hoſpitantis ortum ſit incendium, non tenetur hoſpes, ſeu Dominus ad refectionem damni, ex poſſibilitate culpæ hoſpitantium, vel famulorum, viatorum, aut aduenarum. *Alex. conſ.50. num.5.lib.1.& conſ.74.num.5.lib.6.Menoch. de arbitrar.caſ.390.num.9.Farinac.dicta quaſt.110.nu.134. Afflict. deciſ.57.nu.5. & 6.& nouiſſimè Vermigliol. conſ.crim.331.num.4.*

17 Dominus autem ſeù Paterfamilias regulariter pro incendio orto culpa ſuorum ſeruorum, aut famulorum non tenetur, textus eſt in *leg. ſi venditor ff.de peric.& commod.rei vendit.vbi Soly. in ſummar.& num.2. ad med. verſ. ſi familiaris Cepol. conſ. 69.num.5.in prin.& in fin.Vriſ. conſ.87. num.6. & 9.& 17.lib.4.Gail.lib.2.pract.obſeruat.21. poſt nu.6. Caroc.de locat.& conduct.par.4.rub.de incend.num.29. Maſcard.de probat.lib.2.conclu.892. num.10. & 11. & concl.993.num.5.Afflict.deciſ.57.num.5.& 6.verſ. & quod de incendio, & ibi Vrſil.in addit.num.9. Magon.deciſ.florent.111.num.34.& 36. cum alijs per Fa-*
18 *rinac.dicta quaſt.110.num.111.& nu.116.*vbi idem eſſe de incendio orto negligentia laboratorum, ſeù operariorum.

19 Sed hoc limit. primò quando incendium ortum à famulo præceſſit aliqua Domini culpa ſiue lata, ſiue leuis, ſiue leuiſſima in committendo. *Farinac.in tit.de var.& diuerſ.crim. quaſt.110.nu.121.* qui alios concordantes cumulat.

20 Limit.2. quando incendium cauſatum fuit ob negligentiam eorum in officio, ſeù exercitio in quo deputati erunt, puta Coqui in Coquina, ſtabularij in ſtabulo, & ſimilium, nam tunc Dominus tenetur pro incendio orto culpa famuli, cum ex ipſa deputatione quaſi contraxit, & tacitè ſe obligauit ad refectionem damnorum per famulos factorum, ſecus verò ſi culpam ſeruus commiſerit extra officium. *Cepol.conſ.69. nu.5.verſ.ex prædictis,& verſ.propterea dico Menoch. de arbitrar. caſ. 390 ſub num.19.Gail.lib.2. pract.obſer.21. poſt nu.6. Caroc.de locat.& conduct.par.4.rub.de incend.nu.14. verſ.ampliatur 4.& num.16.& 17.Maſcard. de probat.lib.2.concl.892.num.7.& concl.993.num.5. Farinac.in tit.de var.& diuerſ.crim.quaſt.110. num.122. Ioſeph.Ludou.deciſ. Peruſ.25. num.18. par.1. Gram. deciſ.3.num.12.Magon.deciſ. florent.111. ſub nu.32. Afflict. deciſ.57. num. 7. vbi Caſar. Vrſil. in addit. num.9.& nouiſſimè Vermigliol.conſ.crim.334.nu.6.*

21 Limitat. 3. quando conſtat de certo incendiario, aut quod Pater familias, vel Dominus adhibuerit debitam cuſtodiam, & diligentiam, & non eſſe in culpa, nam tunc non tenetur de incendio pro ſua familia, ſecus autem ſi de ſupradictis clarè non doceatur, quia tunc eius culpa cauſatum præſumitur tamquam adhibuerit minorem diligentiam, eo magis ſi non appareat cuius culpa ortum fuerit, quia ad eundem principaliter ſpectat diligentia, & cuſtodia domus. *Iaſ.in leg.domos num.10.verſ.ſed aduerte ibique Imol. poſt nu.3. ante fin.ff.de legat,1.Marian. Socin. in cap.ſi quis do-*

mum

mum num. 42. & 43. & 44. de iniur. & damn. dat. Alex. de Neuo conſ. 87. num. 3. ad med. Saly. conſil. crim. diuerſ. 31. num. 3. verſ. tertio caſu, & num. 4. & ſeq. lib. 1. in parniſ. Angel. de maleſ. in verbo incendiario num. 12. & per tot. Corrad. in pract. rub. de incendiar. verſ. prætenſio autem.

22 Verius tamen eſt conductorem non teneri ad reſarciendum damnum locatori illatum ex incendio orto in domo conducta, niſi eius culpa probetur, vel certæ perſonæ, pro qua ipſe vel Pater familias teneatur, præcipuè non apparente vnde incendium habuerit originem, quibus deficientibus non poteſt ferri ſententiam contra Patremfamilias ex ſola præſumptione, quod culpa inhabitantium in genere præſumatur ortum incendium, vt de veriori, & communiori teſtantur. *Roland. conſ. 35. num. 7. iuncto 26. verſ. ſecundo non obſtat. & 27. Iaſ. conſ. 116. num. 3. lib. 1. Menoch. conſ. 53. nu. 27. verſ. non obſtat vltimum lib. 1. Gabr. conſ. 159. num. 6. & 7. lib. 1. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. quæſt. 11. num. 126. Magon. deciſ. florent. 113. nu. 32. & 33.* vbi etiam veriorem, & communiorem appellat.

23 Quando verò incendium contingens in domo mea inferat damnum vicinis, ex quo in eorum domos progreditur, debeo emendare per me non ſolum ipſum damnum in domo inhabitata ſed etiam illatum in vicinis domibus, quia culpa etiam in re propria caſum præcedens in re aliena obligare cenſuit, *leg. qui occidit §. in hac ff. ad leg. aquil. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 190. num. 13. Gabr. conſ. 159. nu. 31. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 892. num. 4. & 5. Medic. de caſ. Fortuit. par. 2. quæſt. 7. num. 13. Caroc. de locat. & conduct. par. 4. rub. de incend. num. 10. Farinac. dicto tit. de var. & diuerſ. crim. quæſt. 110. num. 135.*

24 Limit. vt procedat, quod in tantum teneatur, in quantum reperiatur in culpa, ſecus ſi incendium ex caſu fortuito ortum fuiſſet, nam tunc ad nihil tenetur. *Saly. in l. vendita nu. 6. in fin. verſ. iuxta ea ff. de peric. & commod. rei vend. plenè Bald. conſ. 442. lib. 3. Gail. lib. 2. pract. obſeru. 22. nu. 1. & 2. cum alijs per Farinac. citata quæſt. 110. n. 136.*

25 Si verò propter ignis timorem intercidatur, ſeu deſtruatur domus, vel quæ comburitur, vel contigua, ne ignis vlterius vagetur, quis teneatur deuaſtationis damnum reſarcire latè per plures concluſiones tradit. *Farinac. loco citato à num. 144. vſque ad 152.*

PRÆNESTINA EXTRACTIONIS.

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ competit actio ſpolij pro extractis ab ea, & interdictum de libero homine exhibendo contra quoſcunque detinentes, licet extractionis participes non fuerint.

Extractus verò doloſis artibus, vel blandis verbis an Eccleſiæ ſit reſtituendus, fuſiſſimè diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 Extractus ab Eccleſia malis, artibus, blandis verbis, vel ſub doloſa ſecuritate eſt Eccleſiæ reſtituendus ſi deindè carceratur.

2 Amp. ſiue ad exeundum inductus fuerit à publica, ſiue à priuata perſona. Contrarium num. 14.

3 Confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi poteſt.

4 Teſtes deponentes ſuper extractione confugientis ad Eccleſiam probant etiam non citata parte, & fiſco ſeculari.

5 Eccleſiæ pro extractis ab ea competit actio ſpolij, & interdictum de libero homine exhibendo.

6 Quod tamquam perſonale, & in rem ſcriptum datur contra quoſcunque detentores, licet extractionis non participes.

7 Extractionis ignorantia non excuſat Iudices ad denegandam reſtitutionem extracti.

8 Confugiens ad Eccleſiam ſi liberè recedat amittit priuilegium Immunitatis.

9 Si tamen recedat ex ſecuritate promiſſa non amittit priuilegium Immunitatis.

10 Extractus ab Eccleſia eſt reſtituendus etiam ſi retinens non ſit particeps fraudis.

11 Exiſtens in Eccleſia nec tacitè, nec expreſſè renunciare poteſt eius immunitati, & num. 12.

12 Immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegium eſt conceſſum loco, & non perſonæ, & num. 33. ampl. & declara vt in num. 34. & 35.

13 Recedens ab Eccleſia non ſponte, ſed doloſis artibus non cenſetur renunciaſſe priuilegio immunitatis. Contrarium num. 15.

16 Extractio violenta per Sacros Canones damnatur, non autem per artes malas, & blandis, & doloſa verba, & num. 17. & 19. Contrarium num. 25 cum ſeq.

18 Immunitas Eccleſiæ ſuffragatur reis, quatenus in ea permaneant, ſecus ſi recedant.

20 Recedens ab Eccleſia ſub promiſſione ſecuritatis, vel impunitatis ſeruanda eſt.

21 Impunitas promitti non poteſt niſi ab habente poteſtatem.

22 Recedens ab Eccleſia dolo birroariorum dicitur ſpontanea, & num. 23.

24 Fauorabilia ſunt benignè, & latè interpretanda.

25 Extractio ab Eccleſia per malas artes, & doloſas promiſſiones continetur ſub nomine extractionis violentæ.

Et plus operantur, quam doloſa extractio num. 27.

26 Eccleſia eodem modo læſa, & ſpoliata remanet per extractionem factam per violentiam, quam per doloſas artes.

28 Recedens ab Eccleſia deceptus, cum pro nolente, habeatur, non dicitur ſpontaneè receſſiſſe.

29 Dolus omnia inficit, & extinguit.

30 Recedens ab Eccleſia ab amico inductus ſine fraude, ſi capiatur non eſt Eccleſiæ reſtituendus.

31 Ita etiam ſi ex ſe ipſo ſponte recedat.

32 Exiſtens in Eccleſia non poteſt ſe ipſum tradere in fortiſ curiæ, & ſi extrahatur eſt reſtituendus.

34 Immunitatis priuilegium videtur eſſe mixtum Eccleſiæ ſcilicet, & confugienti conceſſum declara vt num. 35.

36 Exiſtens in Eccleſia non habet facultatem renunciandi priuilegio immunitatis.

37 Priuilegij renunciatio non valet in præiudicium alterius ſimul priuilegiati.

38 Extractio confugientis ad Eccleſiam prohibetur per leges Cæſareas, Sacros Canones, & Pontificias conſtitutiones, quibus priuatorum conſenſu derogari non poteſt.

39 Extractio ab Eccleſia non ſeruata forma Gregorianæ conſtitutionis eſt nulla, & inualida.

DECISIO LVI.

Cinchius Belluccius certiorem factus de acceſſu Birroariorum ad Terram Gallicani dubitans de ſui captura habuit confugium ad Eccleſiam Parochialem Sancti Andreæ eiuſdem Terræ, & dum ibidem permanebat, mediante tractatu vnius, & deinde alterius amici perquiſiti fuerunt Birroarij an aliquod præiudicium, ſeu mandatum haberent aduerſus præfatum Cinchium, à quibus habita fide, quod nullum habebant mandatum, & quod liberè poterat ab Eccleſia exire, ſub huiuſmodi verbo ab eadem Eccleſia receſſit, & ad Sutrinam vbi laborabat rediens paulò poſt ab eiſdem Birroarijs carceribus mancipatus fuit.

Hinc

Hinc prætendente doloſis artibus;blandiſque
verbis ab Eccleſia extractum fuiſſe, habuit recur-
ſum ad Sac. Congregationem Immunitatis, pro
qua inſtruenda tunc Vicarius Generalis Præne-
ſtinus capta diligenti informatione, & comperto
expoſita in precibus veritati niti, excitatum fuit
dubium an eſſet Eccleſiæ reſtituendus.

1 Et pro affirmatiua, recepta eſt iuris concluſio,
quod exiſtens in Eccleſia gaudeat eius immuni-
tate, adeo vt ſi dolo, vel malis artibus, vel blan-
dis verbis, ſub aliqua promiſſione, ſeu ſecuritate
extrahatur, Eccleſiæ reſtitui debet, illique ſacta
promiſſio, ſeu promiſſa aſſecuratio ſeruanda eſt,
nam huiuſmodi corruptiones dicuntur violentiæ
factæ Eccleſiæ, & vi æquiparantur per *textum in
cap. id conſtituimus 26. ante med. ibi actus timore ab
Eccleſia diſceſſerit 17. quæſt. 4. Bobadill. in Polit. tom.
1. lib. 2. cap. 79. num. 14. Villa Dieg. in Polit. cap. 3. nu.
222. Donat. Anton. de Marin. reſol. quotid. cap. 78.
Giurba conſ. 100. num. 123. Vermigliol. conſ. crim. 99.
num. 14. & conſ. 101. num. 7. Farinac. in Appen. de im-
munit. cap. 19. num. 301. et 304. & cap. 20. num. 307.
Maſtril. deciſ. 169. num. 12. poſt med. verſ. et maxime,
et num. 13. et 14. par. 2. Lazana in verbo immunitas
num. 19. Megalius in 3. par. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. n. 32.
Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 4. quæſt. 11. Remig.
de Gon. de immunit. Eccleſ. fal. 26. in fin. tom. 13. tract.
diuerſ. par. 1.*

2 Et inductus à publica, ſeu priuata perſona
blandis, vel doloſis verbis ad exeundum ab Ec-
cleſia, ad quam confugerat, ſi exeat, & capiatur,
reſtituendum eſſe Eccleſiæ, cenſuit *Sac. Congrega-
gatio Immunitatis in Aquapendij 24. Ianuarij 1668.
et in alia Anagnina 10. Maij 1670. quas refert Iacob.
Pignatel. conſult. canon. 37. num. 38. tom. 2.* & patet ex
alijs declarationibus relatis per *Sperel. deciſ. 150.
num. 2. et 65. tom. 2.*

3 Confugiens enim ad Eccleſiam nec directè, nec
indirectè, nec per viam expulſiuam, nec etiam per
compulſiuam, aut malis, vel fraudulentis arti-
bus extrahi poteſt. *Hoſtien. in ſumm. de immunit.
Eccleſ. num. 8. ad fin. verſ. et nota, quod ad textum in
leg. præſenti C. qui ad Eccleſ. confug. Sanct. Antonin. in
ſumma par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. verſ. porro talis Decian.
tract. crim. lib. 6. cap. 27. num. 6. Anaſtaſius Germon. de
Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 94. Vermigliol.
conſ. crim. 101. num. 7. qui allegat Farinac. in Appen.
de immunit. cap. 19. num. 295. et ſeq. et num. 301. et in
tit. de reo confeſſ. et conuinct. quæſt. 81. num. 182.* vbi in
ſpecie contra Iudicem, qui vt confugientem ab
Eccleſia extraheret ſine vi ſecuritatem dedit.

Quod autem Cinthius extractus fuerit doloſis
artibus, ſimulantibus ſcilicet Birroarijs nullum
præiudicium contra ipſum habere ſub cuius ſecu-
ritatis verbo ab Eccleſia receſſit, & paulò poſt
captus fuit, docetur ex teſtibus deſuper examina-
4 tis, qui in caſu violatæ immunitatis ſufficiunt,
etiam ſi non ſine examinati præuia citatione par-
tis, ſeu Curiæ laicalis, & ita de Stylo practicari
teſtatur *Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap.
23. num. 19. relat. et ſecut. per Iacob. Pignatel. conſult.
canon. 170. num. 1. et 3. tom. 1.*

5 Vnde Eccleſiæ competit actio ſpolij pro extra-
ctis ab ea, & interdictum de libero homine exhi-
bendo pro recuperanda perſona ab eadem extra-
cta quod interdictum vti perſonale, eſt in rem
ſcriptum, ſicut cætera interdicta, *leg. 1. §. penult. ff.
de interdict.* Et datur contra quoſcunque detinen-
tes, etiam ſi eſſent Epiſcopi, & perſonæ Eccleſia-
ſticæ, & quamuis retinentes non extraxerint, aut
6 participes extractionis fuerint. *Diana reſol. moral.
par. 6. tract. 1. reſol. 27. in prin. conſilij per eum relati,
et ſub 5. ad ſummam tamen Gennen. in prax. Neapol.
cap. 17. num. 6. verſ. quo præſuppoſito, et docet Bart.
in leg. 2. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. Peregrin. de im-
munit. Eccleſia cap. 14. num. 10. Sperel. deciſ. 150. num.
74. tom. 2.*

7 Hinc eſt, quod Iudices ſe excuſari non poſ-
ſent ex prætextu ignorantiæ extractionis, quæ
licet ſufficiat ad euitandum excommunicatio-
nis incurſum, non tamen ſufficit ad euitandam,
& ſubuertendam reſtitutionem, habita ſcientia
extractionis, præcipuè concurrente intimatione,
& ſignificatoria Curiæ Eccleſiaſticæ, vt animad-
uertit *Pignatel. conſult. canon. 170. num. 2. tom. 1.*

Nec refragare videtur, quod Cinthius ſibi im-
putari debeat, ſi fidem præſtauerit Birroariorum
verbis, qui vt plurimũ pro capiẽdis reis vaframẽ-
tis, & calidis medijs vti ſoliti ſunt, ac proinde
erat in ſua libertate exire, & nõ exire ab Eccleſia,
etſi ſponte exiuit, & incidit in fortijs curiæ, non
eſt amplius locus reſtitutioni, vtpotè quia libe-
8 rè exeundo, cenſetur ſe priuaſſe beneficio immu-
nitatis, iuxta deducta per *Mar. Ital. de immunit.
Eccleſ. cap. 6. §. 2. num. 48. & ſeq. Farinac. eod. tract.
cap. 19. num. 306. Vermigliol. conſ. crim. 99. num. 13.
Sperel. deciſ. 150. num. 3. & 4. tom. 2.*

9 Quia reſpondetur Cinthium ab Eccleſia receſ-
ſiſſe ea ſecuritate habita, & fide data, ex qua
cum reſultet coacta, & non libera voluntas, non
10 amiſit, nec ſe priuauit immunitatis priuilegio,
non obſtante quod Iudex, eiuſque miniſtri non
fuerint conſcij, ſed participes huiuſmodi fraudis
cum ſatis ſit, quod ſic per fraudem extractus,
Iudex retineat, ita reprobato, *Remig. de Gon. de
immunit. Eccleſ. Falen. 26. ſub num. 7. propè fin. verſ.
ſi verò, & Suar. tradit Sperel. deciſ. 48. num. 61. tom.
1. & deciſ. 150. num. 73. tom. 2.* vbi quod ab hac
ſententia non ſit recedendum ex *Gennen. quem
allegat. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 22. nu. 6.
& 7. Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. cap. 6. §. 2. nu. 38.
& 39. Peregrin. eod. tract. cap. 14. num. 10. Diana re-
ſol. moral. par. 1. tract. 1. de immunit. reſol. 16.*

11 Quæ certiora redduntur, quia exiſtens in
Eccleſia nec expreſsè, nec tacitè, renunciare po-
teſt eius immunitati, quia tale priuilegium con-
12 ceſſum eſt loco, & non perſonæ, & ſi confugien-
tis receſſus non ſit ſpontaneus, ſed proueniat ex
13 malis artibus, doloſis perſuaſionibus, vel blan-
dis verbis non inducit renunciationis effectum.
*Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 26. num. 12. Mar. Ital. de
Immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 84. & ſeq. Fa-
rinac. de immunit. cap. 19. num. 304. Maſtril. deciſ.
169. lib. 2.*

14 Pro negatiua verò viget alia oppoſita DD.
ſententia quòd confugiens ad Eccleſiam ſi ab ea
abſque violentia extrahatur, ſed ſolum blandi-
tijs, vel alijs ſimulatis artibus, ſi deinde extra
Eccleſiæ confines capiatur, illius immunitate
non gaudeat, *Anton. de Butr. in cap. inter. alia nu-
mer. 5. in verb. violenter. de immunit. Eccleſ. Hoſtien.
in cap. fin. num. 1. in fin. verſ. quod ſi aliqui eod. tit.*

Na-

*Nauar.in manual.Confeſ.cap.25.num.21.in fin.verſ. neque autem gaudet, & num.71.in fin. verſ. neque qui ſponte Suar.de ſtat. Relig. lib.3. cap.13. num.2. Villagut.de exten. leg.cap. fin.num.4. Decian. tract. crim.lib.6.cap.26.num.11.Roſel.in ſumma in verb. immunitas il 2.num.4.*cum alijs adductis per *Farinac.in Appen.de immunit.Eccleſ.cap.19. num.302. & ſeq. & per Thom.del Bene eod.tract.cap.16. dub 25.ſect.5.num.1.& 2.tom 2.*

15 In cuius ſententiæ comprobationem plura adducuntur, tum quia ſic ad Eccleſiam confugiens ſi conſenſiat ſe exrahi, videtur ſponte immunitati Eccleſiæ renunciare, & ideo de ſe ipſo conqueri debet, *Archidiacon.in cap.frater poſt n.2. in verbo reluctantem 17.quæſt.4.* & tradunt alij relati per *Farinac.in Append.de immunit.Eccleſ. cap. 19.num.303.*

16 Tum etiam quia ſola violentia; & extractio per vim facta ex diſpoſitione Sacrorum canonum damnatur. *Hoſtien.in cap.fin.num.2.de immunit.Eccleſ.ibiq.Io. Andrea num.2.Anton.de Butr.numer.4. Panormitan.num.10.Remig.de Gon. in tract. de immunit.Eccleſ.Fallent.1.& 2.inter tract.diuerſ. tom.13.par.1.fol.14. Silueſter in ſumm.in verb. Immunitas il 3.quæſt.6.num.6. Nauar. in Manual. cap. 25.num.21. Decian.tract.crim.lib.6.cap.26.num.11. Farinac.in Append de immunit. Eccleſ cap.19. numer.302.Suar.lib.3.cap.13.num.2.Filluccius tom.1. tract.15.cap.6 num.154.Duard.in Bulla Cœnæ lib.2. can.15. quæſt. 16. num. 34. Layman. lib.4. tract.9. cap.3.num. 13. Curtellus de Immunit. Eccleſ. lib.1. quæſt.26.Bonaccin in tit.circa primum Decalog.præcept.diſ.3.quæſt.7.punct.3.num.5.tom.2.* late *Thom. del Bene de immunit, Eccleſ.cap.16.dub.25.ſect.5.n. 1.& 2.& per tot.tom.2.*

17 Etenim textus *in cap. inter alia* ibi *non eſt violenter extrahendus 8.cauſ.17. quæſt.4.* ibi *hominem de Eccleſia rapuiſti, & cap.frater 10. cauſ. & quæſt.* ibi *vt homines in ſanctuarijs conſtitutum captata Sacerdotis abſentia reluctantem, reclamantemq; violenter abſtraherent, & in can.definiuit 33.* ibi *nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes inde vi abſtrahere*, & ſimiles procedunt in abſtractione violenta, ſecus igitur ceſſante violentia.

18 Tum demum quia Eccleſia ius propriæ immunitatis illæſum curat, reorum verò vtilitatem nisi quatenus in eadem permaneant, ſed ſi recedentibus eiſdem damnum ſequatur nihil Eccleſiæ referre debet, & quia per ſpontaneum receſſum ius coniunctionis, quo ad priuilegium immunitatis ceſſat, & non eadem, ſed ſeparata ratio de reis haberi debet, *Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.cap.16.dub.25.ſect.5.num.6.iuncto numer.9.cum ſeq tom.2.*

19 Ceſſante igitur violentia, ceſſat etiam ratio læſionis, propter quam Eccleſia eſt reintegranda de perſona extracta, non autem quando quis per blanditias ſeductus ſponte recedit. *Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap.14.num.1.& 2. Duard. in Bulla cœnæ Domini can.15. quæſt.15. num.32. Fagundez de præcept.Eccleſ.cap.4.num.4.& 58.* quos refert *Sperel.deciſ.150.num.1.tom.2.*vbi *num.2.* allegat alios contrarium tenentes.

Quibus non valet obeſſe quod Cinthio mediante amicorum tractatu promiſſa fuerit ſecuritas à Birroarijs, & ſub hoc verbo ab Eccleſia receſſerit,
20 ſecuritas enim, vel impunitas quando promittitur vtique ſeruanda eſt, vt in puncto immunitatis fatentur ferè omnes DD. pro hac ſecunda ſententia allegati, & in ſpecie, *Nauar.in Manual. cap.25.num.22.in fin. Farinac. in Append immunit. Eccleſ.cap.19.num.301.& in tit de carcer. & carcerat. quæſt. 81. num. 282.* cum alijs allegatis per *Thom. del Bene cap. 16 dub. 25. ſect. 5. num. 13. tom.2.*

21 Quia reſponderi poteſt quod obiectum bene procederet, ſi ſecuritas, vel impunitas promiſſa fuiſſet à Iudice habente poteſtatem, & promittendi facultatem, *Farinac. in tit. de reo confeſ. & conuinct.quæſt.81.num. 281. Iul.Clar.in pract.§.fin. quæſt 55.verſ.circa ſecundum poſt med.*

22 Secus autem ſi à Birroarijs, talem facultatem non habentibus, decipere ſolitis, quibus propterea quis ſe credulum præbere non debet, & fatuus dicitur, qui birroariorũ fidei ſe cõmittit, adeoue
23 diſceſſio ab Eccleſia vtique ſpontanea cenſeatur etiam ſi dolo Birroariorum ſequatur faciunt latè tradita per *Sperel.deciſ.150.à num.6.cum pluribus ſequen.& num.31.tom.2.*

Quæ licet valde vrgeãt, facile tamen proſternũtur, attenta prima ſententia magis tuta, & Ec-
24 cleſiæ fauorabilis, vtpote quia cum verſemur
in fauorabilibus, nempè in immunitate Eccleſiæ
25 & ſic in benignè, & latè interpretandis, nomine violentæ extractionis iuxta Sacros Canones
non minus continetur extractio facta per violentiam, quam per malas artes, & doloſas pro-
26 miſſiones, quoniam non minus irrogatur iniuria, & Eccleſia læſa & ſpoliata remanet per actum
violentæ extractionis, quam per malas artes, &
27 doloſas promiſſiones, quæ plus operantur, quam
violenta extractio, & compulſio, vt inſinuat, *Sperel.deciſ.150.num.29. & 40.cum ſeq.tom.2. ex Salycet in l.vnica num.30.C. de rapt. Virg. Oltrad: conſ.36.ſub num.1. verſ. & talis Din.in cap. ſcienti num.4.de reg, Iur.*

28 Nec ſponte, & voluntariè ab Eccleſia receſſiſſe dicitur, qui fuit deceptus, cum pro non volente habeatur, *Dinus in regula ſcienti num.3.& 4. de regul.iur.in 6.Salycet.in l.vnica ſub num.30. C.de rapt. Virg.Sperel. deciſ.150.num 30.& 40.cum pluribus ſequen.tom.2.*

Et conſequenter defectu conſenſus, irrita red-
29 ditur extractio, & carceratio deindè ſecuta, dolus autem omnia infringit, & extinguit, *l.& eleganter ff.de dolo, Bart.in l.ſub prætextu in prima lectura num.4.& 5.& in 2. lectura num.3.C. de tranſact.Cuman.conſ 156.num.4. Rot.deciſ.271. num.24. par.6.in recent.& in Ferrarien.tranſactionis 28.Ianuarij 1650. coram Card.Celſo.§.& propterea.*

30 Cæterum in hoc immunitatis articulo veritas eſt, quod exiſtens in Eccleſia, ſi neque lictoris, neque Iudicis, ſed alterius priuatæ perſonæ blanditijs ſeductus ab Eccleſia egrediatur, tunc ſi egreſſus extra locum ſacrum capiatur, non eſt Eccleſiæ reſtituendus, vt ſi amicus extrahens re vera credens quod in birroarios non incideret eundem ad egrediendum ab Eccleſia induxerit, cum hoc caſu ceſſet dolus, & deceptio, & reus ſibi imputare debet, ſi ſe ipſum decepit *Sperel. deciſ.150.num 66.& 68 tom.2.*vbi quod in ijs terminis recipi poſſunt DD. pleno calamo relatos per

Farinac.de immunit.Eccleſ.cap.10.num.302.

31 Prout etiam ſi confugiens ad Eccleſiam non ex aliorum perſuaſionibus, ſed ex ſe ipſo ab eadem exire velit, & poſt receſſum deueniat in fortijs curiæ gaudere non debet Eccleſiaſtica immunitate, & à ſæculari iudice puniri poteſt, quia renunciatio ſic actu facta immunitati valet, ex quo priuilègium in inuitum non conferatur, & hoc veriſſimum credit. *Farinac.in Append. de immunit Eccleſ.cap.19.num. 304. late Mar. Ital.eod. tract.cap.6.§.2.num.48.& ſeq.Vermigliol.conſ.crim. 99.num.13.Sperel. deciſ.59.num. 2.tom. 1. & deciſ. 150.num.3.& 4.tom.2.*

32 Non poteſt tamen exiſtens InEccleſia ſe ipſum tradere in fortijs curiæ, nec conſentire, & permittere ſui ipſius extractionem, nec huiuſmodi conſenſus, & voluntas excuſat extrahentes, quin ſtatim teneantur Eccleſiæ cui vis illata fuit ſic extractum reſtituere, & hæc eſt veriſſima, & indubitata concluſio, cuius ineuitabile fundamentum eſt, quia priuilegium immunitatis eſt loca-

33 le, conceſſum ſcilicet loco, & non perſonæ, cui exiſtens inEccleſia nec tacitè, nec expreſsè renunciare poteſt, & de facto renunciando ipſa renunciatio redditur nulla, & inualida, *Farinac. in Appen.de immunit.Eccleſia cap. 19. num. 304.* ex latè deductis per *Maſtril. deciſ. 169. num.9.& 10. Pechius de iure ſiſten.cap.9.num.3. in fin.verſ. ego verò Bobadil.in Polit.lib.2.cap.14.ſub num.80.verſ.à eſto tom.1.*& tradit alijs congeſtis per *Sperel. deciſ.59, num.1.tom.1.& deciſ.150.num.78.& 79.tom.2,*

34 Et quamuis immunitatis priuilegium videatur eſſe mixtum Eccleſiæ ſcilicet, & perſonæ confugienti conceſſum, ſecundum, *Decian. tract. crim, lib.6.cap.26,num.12. Mar.Ital.in tract. de immunit. Eccleſ.lib.1.§.6.num.84.latiſſimè Maſtril.deciſ.169, num.2.& ſeq.Sperel.deciſ.59.num.1.tom,1.*

35 Hoc tamen intelligendum eſt, quod directè,& principaliter Eccleſiæ vniuerſali tributum fuerit, indirectè verò in beneficium confugientis redundat ob exiſtentiam in loco priuilegiato, & exempto,iuxta magiſtralem doctrinam *PetriSoar. tom.1.de Religion.tract.2.lib.3.cap.13. num.11. Sperel.deciſ.104.num.79.in fin tom.2.*

36 Non eſt igitur in poteſtate exiſtentis in Eccleſia renunciare priuilegio immunitatis, non obſtante quod volenti non fiat iniuria, neque vis inferatur, quia hoc caſu iniuria Eccleſiæ irrogatur in præiudicium ſui priuilegij, & quando

37 priuilegium non in ipſius tantum, ſed alterius quoque contemplatione conceſſum fuit, non valet renunciatio ab alio facta, *Panormitan. in cap.conqueſtus per illum textum num.6.in vltimo notab.de ferijs, & in cap.ſi de terra num.5. de priuileg. & in conſ.61.num.2.lib.2.Ambroſin.de immunit.Eccleſ.cap.16.ſub num.13, Sperel. deciſ.104. num.82. cum plurib.ſequen.tom 2.*

38 Vlterius quia extractio per leges cæſareas Sacros Canones, & conſtitutiones Pontificias prohibitorias interdicitur, & prohibetur, quibus

39 priuatorum conſenſu derogari non poteſt, præcipuè attenta Gregoriana conſtitutione,quæ dat formam, quà non ſeruata ob decretum irritans quidquid geſtum, & attentatum fuit, nullum, & inualidum remanet, & conſenſus in contractium præſtitus infringitur, & extinguitur, *ad l.nemo poteſt de legat. 1. iuxta doctrinam Bartoli in l.fin.num.5.verſ.quarit glo. C.de venden. reb. Ciuitat.lib.11.& pulchre tradis Calder.in conſ.288. numer.2.verſ diſtingue lib.5. & in puncto Sperel. deciſ. 104.num.91.tom.2.*

Præſens cauſa remiſſa fuit à Sacra Congregatione Eminentiſs.& Reuerendiſs.Cardinal. Vicario Vrbis, in cuius Congregatione Criminali propoſita, attenta mea relatione fuit vt intrà reſolutum.

Fidem facio per præſentes ego Notarius infraſcriptus qualiter in congregatione criminali habita die prima Octobris 1681.coram Eminentiſs.& Reuerendiſs. almæ Vrbis Cardinali Vicario inter cætera fuit decretum, Cinthius Belluccius allegat immunitatem, conſtare fuiſſe captum in loco immuni, & ideo reſtituendum Eccleſiæ, & procedendum contra extractores & alias prout latius in dicta Congregatione vt ſupra habita in Quorum fidem. Datum hac die 2. Octobris 1681.

Ita eſt Vincentius Octauianus Curiæ Eminentiſs. & Reuerendiſs.D, Cardinalis Vicarij Notarius.

PRÆNESTINA DOTATIONIS ORPHANARVM.

ARGVMENTVM.

Legatum dotis quotannis præſtandum puellis virginibus orphanis, egenis, licet dari debeat carentibus patre, & matre, ipſis verò non concurrentibus, vel ſi non ſint ætate nubiles etiam admitti poſſunt orphanæ ex patre tantum.

Legatum verò relictum fœminis maritandis an poſſit dari viduis, & maritatis, diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 Verbum Orphanæ abſque vlla reſtrictiua prolatum comprehendit Orphanas ex patre, & matre, & etiam ex patre tantum.
Orphanæ dicuntur etiam, quæ non habent patrem ibidem.
2 Pupilli inter perſonas miſerabiles reputantur.
3 Legatum dotis dandum puellis virginibus Orphanis dari poteſt Orphanæ ſine patre licet habeat matrem,
Decl.,vt non procedat ſi concurrant Orphanę vtroque parente orbatæ, dummodo ſint ætate nubiles num. 23. 25. & 20.
4 In vltimis voluntatibus eſt facienda lata interpretatio, ſicut in contractibus.
5 Idem in legatis pijs.
6 Orphani etiam carentes patre tantum recipi poſſunt in Orphanotrophio.
7 Peritis in arte ſtandum eſt.
8 Orphana reputatur habens patrem inutilem.
9 Viduarum priuilegium compatit mulieri habenti virum inutilem.
10 Eccleſia dicitur viduata ſi habeat Epiſcopum inutilem.
11 Legatum relictum fœminis maritandis poteſt dari viduis ſecundo nupturis contrarium num.12. Declara vt numer. 13.
14 Poteſt etiam conferri viduis ſi non adeſſent fœminæ ætate nubiles.
15 Prout etiam ſi primum matrimonium non conſumauerint.
16 Legatum relictum fœminis maritandis non poteſt conferri maritatis.
17 Limit. ſi mulier fuit nupta ſine dote, vel cum modica inſufficienti ad ſubſtentanda onera matrimonij.
18 Vbi militat eadem ratio idem ius ſeruari debet.
19 Veriſimilis mens, & voluntas teſtatoris eſt ſequenda, interpretanda, & coadiuuanda ſecundum id, quod credibile redditur diſponere voluiſſe.

20 Veriſimilitudo habetur pro lege.

21 Diſpoſitio teſtatoris extenditur ad caſum de, quo ſi cogitauiſſet veriſimiliter diſpoſuiſſet,

22 In viſitatione Diœceſana proceditur de plano, & non omnia accuratè animaduertuntur iuxta regulas iuris.

24 Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.

26 Legatum relictum fœminis maritandis non poteſt conferri, niſi fœminis ætate nubilibus.

27 Amp. vt ſi hoc legatum ſit relictum perſonis incertis ab executoribus ſunt eligendæ perſonæ habiles.

28 Et ſi perſonis certis ætatæ inhabilibus ad matrimonium peti non poteſt ante legitimam ætatem.

29 Facta ad cautelam non præiudicant, nec diſpoſitionem alterant.

DECISIO LVII.

BErnardina Benedicti Chriſtophari vſque de anno 1585. vltimo teſtamento, quò deceſſit diſpoſuit per hæc verba. *In omnibus autem ſuis bonis instituit ſuum haredem vniuerſalem D. Nicolaum Biſciam eius maritum, & poſt mortem dicti Nicolai, voluit dicta teſtatrix, quod de omnibus ſuis ſtabilibus bonis fieri, & erigi debeat vnus mons, quem montem ſubſtituit dicto Nicolao Biſcia, & dictum montem erigere. & protegere debeat Reuerendiſſimus Epiſcopus Praeneſtinus, &c. & voluit, & ordinauit dicta Teſtatrix, quod de fructibus bonorum dicti montis maritentur annuatim, & in perpetuum tot Orphanæ pro concurrenti quantitate dictorum fructuum, &c.*

Purificata ſubſtitutione per obitum præfati Nicolai, & facta ab Ordinario Montis erectione, & miniſtrorum electione fuerunt quoranuis per extractionem Orphanis vtroque parente orbatis, traditæ dotes, ipſis verò non concurrentibus, vel propter earum intempeſtiuam ætatem fuerunt quoque admiſſæ Orphanæ ex Patre tantum pauperes, & indigentes.

Verum repugnantes moderni montis officiales admittere ad beneficium huiuſmodi ſubſidij dotalis Orphanæ ex Patre tantum, dubitatum fuit coram me, tunc Vicarius Præneſtinus prò Eminentiſſimo Cardinali Raynaldo Eſtenſi bo: mem: An legatum factum pro Orphanis maritãdis comprehendat etiam Orphanas ex patre tantum, & an ad huiuſmodi ſubſidium admitti poſſint, & affirmatiuè reſpondendum cenſui.

1 Siquidem Teſtatrix mandauit dotari Orphanas abſque vlla particula reſtrictiua, & limitatiua ad carentes vtroque parente, propterea cenſetur etiam comprehendere voluiſſe Orphanas ex Patre tantum, quæ etiam veniunt ſub nomine Orphanarum, quia carentes paterno præſidio malè ſe habeant, vt declarat *Spiegel. in Vocabolar. in verbo Orphanus Calepin. eod. verb. Gregor. Tholoſ. Syntagm. iur. par. 2. lib. 12. cap. 1. num. 5. fol. 193. Ioan. Choras in tract. inuentar. in princ. num. 7. to. 8. par. 2. fol. 165.*

2 Et inter perſonas miſerabiles, vt ſunt pupilli reputantur, vt probat textus in *l. 1. C. quando Imperat pupill. & vid.* ibi *ſi pupilli, vel vidua, alij fortuna iniuria miſerabilis clarius, Alex. in conſil. 121. num. 14. lib. 1. Rol. à Valle conſ. 76. nu. 38. 39. et 40 lib. 1. cum alijs allegatis per Menoch. de arbitr. caſ. 66. num. 3.*

3 Hinc ſequitur, quod ſatisfactum menti, & diſpoſitioni teſtatoris dicatur per nominationem puellæ orbatæ tantum Patre, dum ſimpliciter mandauit dotari puellas orphanas, & ita obtentum, & obſeruatum fuiſſe teſtatur, *Grat. diſcept. forenſ. cap. 666. n. 3. iuncto n. 16. in fi. tom. 4.*

4 Fortiſſima etiam ratione prædicta corroborantur, tum quia verſamur in vltimis voluntatibus, in quibus eſt facienda lata interpretatio, quidquid ſit in contractibus *l. qui duo, l. ſeruis legatis ff de legat. 3. l. ſi ita ſcriptum in fi. prin ff. de leg. 2. l. in teſtamentis de reg. iur. l. quidquid adſtringenda in prin. de verbor. oblig. cap. cum dilecti de donat. Mãtic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 18. n. 2. & 3. & de tacit. et ambig. conuen. lib. 2. tit. 4. n. 63. in fi.*

5 Tum quia ſumus in materia fauorabili dotis, & in legato pio, in quó pariter eſt admittenda larga, & non reſtrictiua interpretatio. *Gratian. dicta diſceptat. 666. n. 6. Rot. dec. 814. num. 8. coram Amat. Dunoz. vbi etiam dictum fuiſſe in Romana Fideicommiſſi 27. Maij 1647. in fin. coram Cardin. Otthobono.*

Tum etiam quia non adeſt præciſa lex, quæ diſponat, & inhabilitet puellam, ſi non ſit orphana ex Patre, & matre in caſu præſtationis huiuſmodi ſubſidij dotalis, & licet *Salyc. l. Orphanotrophiam 30. n. 2. C de Epiſcop. et Cleric.* velit, quod
6 in Orphanotrophio nempe in loco, in quo pueri orbati parentibus recipiuntur, recipi non poſſint niſi pueri carentes vtroque parente, verius tamen eſt, vt etiam ſufficiat, quod ſint tantũ ſine Patre, vt declarat *Spieg. in lexic. iur. in verbo Orphanotrophium*, in quo etiam verbo ita concludunt
7 omnes in *Dictionar.* quibus magis ſtandũ eſt tamquam peritis in rebus, & vocabulis *l. 31 C. fin. regundor. cap. prapoſuiſti vbi Abb. n. 4 Felin. num. 6. de probat. Gregor XV. dec. 161. num. 8. Rot. dec. 342. n. 2. par. 6. in recent.*

8 Quinimo quod ab executoribus admitti poſſint ad huiuſmodi dotale ſubſidium puellas habentes patres inutiles, quæ æquiparantur non habentibus patres, & maiori commiſeratione dignæ ſunt, tum ob Parentum inhabilitatem, & miſeriam, tum ob propriam deſtitutionem à paterno præſidio ita *Perez de Lara de anniuerſar. et Capellanys lib. 1. c. 21. num 32. et 33. iuxta notabilem gla. in l. fi. in verbo orbitates C. ad l. flau. de pla-*
9 *giar. Grat. diſcept. foren. cap. 666. n. 8. to. 4.* vbi tribus ſequentibus numeris in huius corroborationem adducit in ſimili, quod priuilegia conceſſa viduis competant etiam mulieribus habentibus viros inutiles, *Bald. in l. fin. C. ad l. flau. de plagiar. Cott. in memorabil. in verbo vidua latè Tiraquell. in l.*
10 *connubial. 6. Sperell. dec. 156. num. 21. et deciſ. 158. num. 4. tom. 2. n. 12.* Prout etiam eſt in Eccleſia ſi habet Epiſcopum inutilem, cum tunc dicitur pãſtore orbata *cap. 2. §. ſed neque illud de translat. Epiſcopor. Gail. lib. 1. pract. obſeruat. 1. n. 45. Sperell. dec. 158. num. 5. to. 2.*

11 Quibus additur, quod legatum relictum fœminis maritandis poſsit etiam conferri viduis ſecundo nupturis, quia per nuptias non ſolum primæ, ſed etiam ſecundæ deſignantur, & vlteriores comprehenduntur, vt videtur docere *gloſ. in cap. aperiant in verbo trigamos 31. q. 1.*

12 Et licet contrarium ſit veritas quod nequeat conferre viduis ſecundo nupturis, cum teſtatoris verba de ſolis primis nuptijs intelligi debeãt, vt conſtat in *l. bones ff de verbor. ſignific.* ibi *hoc ſer-*

monc dum nupta erit prima nuptiæ ſignificantur Bald.
in probem.decret.n.25. Præpoſitus in rub. de diſpenſa
num.14. Gulielm.de Benedictis in cap. Raynutius de
teſtam.in rub.qui cum alia n.17. Mant.de coniect.vlt.
volunt.lib.8.tit.5.n.21.cum alijs relatis per Sanchez
de matrim.lib.7.diſp.91.n.55.

13 In hac tamen ſententiarum contrarietate prò
concordia recurrendum eſt ad coniecturas ani-
aduerſa voluntate Teſtatoris, & ſi ea non magis
primis, quam ſecundis nuptijs adaptari poſsit, &
tunc etiam viduis legatum dari poteſt, ſecus ſi
voluntas Teſtatoris, ſuadeat de primis nuptijs
intellexiſſe, *Ripa in rub.C.de ſecund.nupt.nu.4.et 5.*
verſ.contrarium determinat Syluester. in verbo lega-
tum 2. quaſt.5. num.9.

14 Vbi tamen nullæ eſſent fœminæ ætate nubiles,
quibus poſſit hoc legatum impertiri, tunc ex ve-
riſimili mente Teſtatoris, nè opus pium differa-
tur poteſt conferri viduis, vt docent DD. addu-
ctì per *Sanch.de matrim.lib.7.diſp.91.n.59.*

15 Pro vt etiam ſi vidua nupta matrimonium nō
conſumauerit, tunc legatum capere poteſt, cum
perinde ſit, ac ſi nunquam nupſiſſet, vt bene ait,
Ripa in rub.C.de ſecun. nupt.nu.t5.verſ.ſed an di-
catur Dec.eod.tit.n.4.& alios refert.Sanchez de ma-
trim. lib.7.diſp.91. n.57.

16 Vlterius licet pariter legatum relictum puellis
maritandis conferri nequeat iam maritatis,cum
in illis verba legati minimè verificentur. *Bald.in*
l.fi.num.11.C.de ſcut.qua ſine certa quantitate Iaſ.
in l.quominus n.133.verſ.quinto pro eadem parte
ff.de flumin.Sanch.de matrim.lib.7.diſp.91.n.64.

17 Tamen ſi mulier fuerit nupta ſine dote, vel cū
modica dote, & vir ea inopia laboret, vt ſubſti-
neri onera matrimonij minimè valeat legatum
præſtari poteſt etiam maritatis, quia adhuc ſub-
eſt cauſa pia, & neceſſitas oneris matrimonij
ſubſtinendi, vt vetè fęminas dotari dicatur latè
Sanch.de matrim. lib.7.diſ.91.n.63.

Ex veriſimili autem mente teſtatoris tacitè,
hoc diſpoſuiſſe deducitur ex motiuo charitatis,
& zelo pietatis, quo motus fuit ad legandum,
& pie diſponendum, cum etiam in ijs caſibus ſi-
militer eadem ratio pietatis, & charitatis propte-
18 rea idem ius ſeruarè debet *l.illud quæſitum eſt 32,*
ibique.glo.in verbo æſtimari ff. ad l. aquil. cum ſimil.
Amat. Dunoz.dec.657. n.15.tom.1.

Et quidem ex hoc fundamento in præſenti
perpendere non omittam præfatam Teſtatricem,
mandaſſe quotannis dotare Orphanas, & quia
in paruo Canarum oppido contingere poteſt ali-
quo anno, quod non adſint,vel non concurrant,
aut non ſint nubiles Orphanæ ex vtroque paren-
te, propterea ad hoc, vt mens teſtatricis in hac
parte adimpleatur, & ne opus pium ſuo deſti-
tuatur effectu, ſi concurrent Orphanæ ex patre
tantum vtique videntur admittendæ ex veriſimi-
li mente teſtatricis, quæ ſequenda eſt, & inter-
19 pretanda, & benignè coadiuuanda ſecundum
id quod credibile redditur diſponere voluiſſe.
*l.cum res in princ.de legat.1.*ibi *vel vbi veriſimile*
eſt teſtatorem voluiſſe l.ſicut certi l.ſi cum vel in vte-
ro C. de teſtam. milit.l.Titius §.Lucius Titius de li-
ber. & poſthum. l.cum auus de condit. & demonſtr.l.
cum in teſtamento de rebus dubijs latiſſimè Card.Man-
tic. de coniectur.vltim. volunt.lib.3. tit.19. num. 1.
& ſeq.

20 Veriſimilitudo autem habetur pro lege, & qui
allegat veriſimilitudinem dicitur allegare tex-
tum legis *l.ſemper in ſtipulationibus ff. de regul iur,*
Cran.in conſ.297. n.6.Card.Mant. de coniect. vltim.
volunt.lib.3. tit. 19. ſub num. 2. verſ. vnde qui al-
legat.

21 Vnde diſpoſitio teſtatoris porrigitur ad caſū
etiam à teſtatore non cogitatum, quando eſt ve-
riſimile, quod ſi de eo cogitaſſet, idem quoque
diſpoſuiſſet probatur *in l.Titius §.Lucius, & ibi*
Bar.in ſumma de liber.& poſthum.Signo.in conſ.183
num.10.& in conſ.205. n.3.Alex.conſ.130. num.5.
volum.2. Curt.ſen.conſ.51.nu.28. Soc.ſen. conſ.37.
n.7.vol.1.Card.Mant.de coniect.vlt.volun.lib.3. tit.
19. ſub num.2. verſ.vnde diſpoſitio teſtatoris.

22 Neque prædictis reſiſtere videbatur decretum
viſitationis Apoſtolicæ emanatum de anno 1060
in particulari viſitatione huius Montis. in qua
D. Viſitator ad tollendum abuſus mādauit do-
tes conſtitui puellis orphanis non habentibus
patrem, & matrem, & quod ſint inſimul paupe-
res, quia vltra quod coram D.Viſitatore quoad
orphanas ex patre tantum non fuit diſcuſſus ar-
ticulus, cum vt plurimum in viſitationibus pro-
cedatur de plano. & capiantur reſolutiones non
habita matura conſideratione ad facti qualita-
tes,& circumſtantias, cum temporis anguſtia, &
maxima rerum ſollicitudo non permittat bene
omnia ponderari ſecundum iuris regulas, lega-
les concluſiones, & Doctorum ſententias,adhuc
tamen reſpondetur Dominum Viſitatorem tol-
lere abuſus, & prouidere voluiſſe quod ad huiuſ-
modi ſubſidium dotale non admittantur aliæ or-
phanæ ſi concurrant carentes patre, & matre,
23 quæ veritas eſt in concurſu præferri debere or-
phanis ex patre tantum, *Gratia.diſcept.for.c.666.*
num.7. & 16. in fi tom.4. nam ſub vocabulo or-
phanarum proprìè notatur venire,quæ caret pa-
tre, & matre, *Menoch.de Arbitr.caſ.66. in addit.*
num.7.Rebuff.de ſenten.præiudicialib.ſiue prouiſionu-
libus art.3.glo.vlt.num.4 tom.1.fol.295.et in l.pupil-
lus 239. col.2. ad med.verſ.ſecundo quamuis ff de
verbor.ſignificat.fol.1045. Calepin.in verbo pupill.

Non propterea cenſetur excludere penitus
voluiſſe orphanas ex patre tantum, ſed eius de-
24 cretum recipere debet interpretationem paſſiuā
à iure communi, prout recipiunt omnia ſtatuta,
& conſtitutiones *Burat.dec.461.num.1. Card. Se-*
raph.dec.706.n.4. Rot.dec.276.n.5.par.4. tom. 2. in
25 *recen.* nempè vt dotari poſſint, non concurren-
tibus orphanis ex patre, & matre, vel ſi concur-
26 rant, non ſint ætate nubiles, cum legatum reli-
ctum fœminis maritandis non poſſit conferri,ni-
ſi fœminis, quæ ſunt ætate nubiles nimirum
duodecim annis natæ, alias non adimpleretur
cauſa finalis diſpoſitionis argumento *l.nec ſemel*
§.ſi in habitatione ff. quando dies legat.cedat Sanch.
de matrim.diſ.91.n.61. & 62. lib.7. vbi aſsignat
27 rationem, vt potè quia quando legatum eſt re-
lictum perſonis incertis, ab executoribus ſunt
28 eligendæ perſonæ idoneæ, & perſonæ certæ ab
ipſo teſtatore nominentur,licet per certam,& de-
terminatam nominationem redduntur habiles
minus legatum peti non debet ante ætatem nup-
tijs aptam, cum vrgere, & inſtare debeat cauſa,
ob quam legatum relictum eſt, vt oſtendit *Man-*

tica

tica de conieċt. vltim. volunt. lib. 11. tit. 22. n. 27. verſ. ex his itaque.

Demum nihil referre animaduertebam Cardinalem Iuſtinianum tempore, quò obtinebat Præneſtinum Epiſcopatum feciſſe verbum cum Sanctiſsimo prò commutatione voluntatis dictæ teſtatricis ad effectum tradendi dotem nonnullæ puellæ orphanæ ex patre tantum, vt aſſeritur in quibuſdã literis familiaribus vſq; de anno 1615. conſcriptis, quia potuit adire Sanctiſſimum ex quo concurrebant aliæ orphanæ ex vtroque parente, vel ad maiorem cautelam, vel ad ſedandum ſubortum ſcrupulum, cum nulla neceſsitas ad ſic recurrendum impelleret, dum ex allegatis etiam orphanæ ex patre tantum ſimpliciter non excludantur ab huiuſmodi dotatione. ex præ-
29 ſumpta voluntate teſtatricis geſta, enim, ſeu obtenta ad abundantiorem cautelam, diſpoſitionẽ non alterant, nec aliam inducunt obligationem ad obſeruantiam, nec præiudicant *l. teſtamentum 17. C. de teſtam. Gyſſius dec. Bonor. dec. 150. num. 34. ſeq. Seraph. dec. 1282. num 2. Greg. XV. deciſ. 267. n. 13. Amat. Donozet. dec. 640. nu. 5. dec. 651. num. 57. dec. 699. n. 17. & dec. 830. n. 24. Rot. dec. 282. nu. 12. p. 6. dec. 173. n. 1. dec. 228. n. 2. p. 7. in rec.*

SVMMARIVM.

1 Legatum pro virginibus maritandis non debetur ingredientibus Monaſterium. Contrarium num. 2.
3 Voluntas teſtatoris ſicut ſcripta eſt obſeruari debet.
4 Legatum factum à teſtatore eius nepoti ad effectum nubendi debetur ſi ingrediatur religionem.
5 Legatum erga ſanguine coniunctos latius interpretatur.
6 Legatum relictum certæ perſonæ vt matrimonium ineat debetur ſi ingrediatur religionem.
7 Matrimoniũ ſpirituale cõtrahitur per ingreſſum religionis.
8 Nuptiarum nomine ex communi vſu loquendi veniunt tantum nuptiæ carnales.
9 Teſtator cenſetur loqui ſecundum communem vſum.
10 Loquendi communis vſus non facit coniecturam de voluntate teſtatoris ſi alia fortior repugnet.
11 Legatum dotis non conſequitur puella ingrediens Religionem, ſi ex coniecturis appareat teſtatorem intellexiſſe de nuptijs temporalibus.
12 Legatum factum puellæ ſi nubat certæ perſonę non debetur ſi ingrediatur Monaſterium.
13 Quid ſi illa perſona certa decedat antequam puella ſit in mora.
14 Et an hoc caſu debeatur ſi puella ingrediatur religionem.
15 Legatum factum alicui ſi ſeiam duxerit non debetur niſi ſecuto matrimonio temporali.
16 Legatum factum mulieri ſi non nupſerit, cum intelligatur de matrimonio carnali, debetur ſi ingrediatur religionem.
17 Legatum ſcutorum mille factum puellæ ſi temporales nuptias contrahat, centum verò ſi ingrediatur religionem, debetur Monaſterio in ſumma ſcutorum mille. Contrarium num. 18. declara vt num. 19. & num. 20.
20 Legatum relictum puellæ ad effectum nubendi, ſi eſt factum in odium religionis vt in eam non ingrediatur non valet, & conditio habetur pro non appoſita.
21 Dos minor dari ſolet ingredienti Monaſterium, quam nubenti in ſæculo.
22 Dos minor relicta puellæ ſi ingrediatur Monaſterium, & maior ſi nubat in ſæculo tenet, & ſeruanda eſt teſtatoris diſpoſitio.
23 Dos minor datur ingredienti Monaſterium, quam nubenti in ſæculo.
24 Dos datur pro oneribus matrimonij ſuſtentandis.
25 Maiora onera exigunt ad ſuſtentandas nuptias temporales, quam ſpirituales.
26 Monialis autem non eget familia, nec quærit pompam, & honores.
27 Dos monialis recipitur à Monaſterio tantum pro alimentis, vitæ ſuffragio.
27 Legatum relictum ſi non nupſerit, vel ſi Religionem non ingrediatur debetur non obſtantibus dictis conditionibus, & num. 28. amplia, vt num. 32. Contrarium num. 33.
28 Voluntas teſtatoris regulari debet ſecundum iuris diſpoſitionem.
29 Teſtator non poteſt facere vt leges iuſtæ non valeant in ſuo teſtamento ſi irrationabiliter diſponat.
30 Teſtatoris voluntas pro lege ſeruanda eſt ſi ſit ſecundum, vel præter legem, non tamen ſi à lege reprobatur.
31 Legatum relictum ſub conditione ſi non nupſerit vel ſi religionem non ingrediatur his non obſtantibus debetur licet ſit ex cauſa conſeruandæ agnationis.
32 Contrarium quod conditio ſi Monaſterium non ingrediatur non ſit à iure reprobata.
33 Et purificatur ſtatim per ingreſſum religionis, & profeſſionem ſubſecutam.
34 Et ſubſtitutio habet locum non expectata morte naturali monialis.

ADNOTATIO I.

Legatum factum Virginibus maritandis an debeatur ingredientibus Monaſterium.

1 LEgatum factum pro Virginibus maritandis, ſeu ſi teſtator mandauerit bona ſua diuidi in virgines maritandas, non poſſunt executores ea erogare in virgines ingredientes Monaſterium, cum præſumatur veriſimiliter teſtatorem intellexiſſe de nuptijs carnalibus, & non ſpiritualibus. *Natta conſ. 296. num. 4. Rol. conſ. 35 num. 16. vol. 3. Boer. deciſ. 3. num. 13. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8 tit. 5. num. 22. & lib. 11. tit 23. n. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 95. circa fin. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 93. num. 35. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 83. num. 26. Sanchez de matrim. lib. 1. diſ. 33. n. 31. & 32.*

2 Diuerſa tamen ſententia docet relictam dotem deberi ingredienti Monaſterium, quia matrimonium ſpirituale eſt fauorabilius, quam ſit Matrimonium carnale, & hanc ſententiam probabiliorem putat, & latè comprobat. *Io: Croc. in leg. filius familias §. diui num. 81. de legat. 1. & docent alij DD. relati per Sanchez. de matrimon. lib. 1. diſ. 33. num. 31. et 32. Menoch. lib. 4 præſumpt. 148. num. 8. cum plurib. ſequen.*

3 Sed reſponderi poteſt cum *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 23. num. 5. in fin.* quod voluntas teſtatoris ſicut ſcripta eſt debet obſeruari, quæ in omnibus dominatur, *leg. in conditionibus primum locum in prin. et §. 1. de condit. et demoſtrat. leg. cum quæſtio in fin. C. de leg. §. diſponat in Auth. de nuptijs*, ac proinde ſi teſtatoris voluntas ſcripta non exiſtat pro matrimonio ſpirituali non eſt extendenda ad eiuſdem comprehenſionem.

4 Limit. 1. primam ſententiam, ſi legatum eſſet factum nepoti teſtatoris, nam tunc eidem debetur licet ingrediatur religionem, nam propter
5 præſumptam affectionem teſtatoris erga ſanguine coniunctas, plenius, & latius legatum interpetrandum venit, vt ex *Natta, et Mantica, et alijs docet Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 33. num. 32. verſ. hoc tamen fatendum eſt.*

6 Limit. 2. ſi legatum relinquatur alicui perſonæ determinatæ, vt matrimonium ineat, cui debetur etiam ſi religionem ingrediatur, ex præſumpta mente teſtatoris, potius ſtudioſa, quam Religioni in-

inſenſa eiuſque voluntate idem diſponendi ſi in
ipſo diſpoſitionis actu meminiſſet ingreſſum Re-
ligionis, ita pietatis ratione dictante religionis
fauor expoſtulat per Authen. ſi rogati C. ad S. C.
Trebel. et Auth. de Sacroſant. Epiſcop. §. ſed hoc præ-
ſenti collat. 9. Couar. lib. 1. var. reſol cap. 9. num. 10.
Bald. Nouel. de dote par. 6. priuil. 77. num. 2. Guttier.
quæſt. canon. lib. 1. cap. 32. num. 20. et conſ. 26. num. 13.
Menoch. lib. 4. præſumpt. 148. num. 8. cum ſeq. et n. 14.
verſ. porro hic Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 33. n. 29.
Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg. 83. num. 27. ex
7 Concilio enim Triburienſi habetur matrimonium
dici quod celebratur inter Chriſtum, & ingre-
dientem religionem, & ſic ſpituale matrimonium
appellatur in cap. 2. in cap. vltimo de traslat. prælat.
et in cap. ex publico de conuerſ. coniugat.
8 Et licet nuptiæ ſecundum communē loquendi
vſum, & ex propria ſignificatione intelligantur de
carnalibus, & nō de ſpiritualibus, quæ tantum mo-
raliter, & metaphorice appellantur nuptiæ, adeo
9 vt teſtator ſecundum communem vſum loqui
10 cenſeatur, nihilominus præfatum communem
vſum loquendi non præbere coniecturam volun-
tatis teſtatoris excluſiuæ nuptiarum ſpiritualium
dum alia fortior præſumptio, vt eſt fauor Reli-
gionis repugnat, Menoch. lib. 4. præſumpt. 148. n. 13.
et 14. per textum in leg. ſi ſeruus plurium §. vltim. de
legat. 1.
11 Sublim. vt non procedat vbi concurrant con-
iecturæ, ex quibus colligatur teſtatorem de nu-
ptijs carnalibus intellexiſſe, nam tunc legatum
non conſequitur ſi puella religionem ingrediatur
Gullielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. qui cum
alia num. 33. de teſtam. Menoch. lib. 4. præſumpt. 148.
num. 16. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 33. num. 30.
12 Deducitur enim coniectura in caſu quod te-
ſtator legauerit puellæ ſi nubat perſonæ certæ,
nam tunc intelligi nequit de nuptijs ſpirituali-
bus, ac proinde ſi ingrediatur Religionem lega-
tum non conſequitur, Acoſta in leg cum tale §. ſi ar-
bitratu limit. 6. num. 2. ff. de condit. et demoſtrat. Couar.
in cap. 3. num. 11. verſ. ſexto ex proſſima de teſtam. Ro-
ſella in verbo legare nu. 28. Bald. Nouel. de dote par. 6.
priuil. 77. num. 3. Guttier. can. quæſt. lib. 1. cap. 32. n. 17.
Menoch. lib. 4. præſumpt. 148. num. 2. 3. 4. et 5. Sanchez.
de matrim. lib. 1. diſ. 33. num. 30. verſ. prima autem.
13 Quod ſi fortè illa perſona certa ad nuptias
contrahendas deſtinata decedat ante quam puel-
la ſit in mora non debet obtinere legatum vitam
cælibem ducens, quia deficit conditio, ſub qua
relictum fuit, ſed aliud matrimonium inire de-
bet, quia teſtator de matrimonio carnali mani-
feſtè intellexiſſe videtur, ſic Bald. Nouell. de dote
par 6. priuileg. 76. num. 4. ad fin. et priuileg. 77. num. 3.
et tradunt alij DD. relati per Sanchez. de matrim. lib.
14 1. diſ. 33. num. 30. verſ. ſi tamen illa, vbi ſubdit quod
poſſit hoc caſu puella Religionem eligere, & in-
grediens Monaſterium conſequi debere legatum,
quia cum matrimonium à teſtatore iniunctum
impleri nequeat, veriſimile redditur teſtatorem
idem diſpoſuiſſe, ſi eo euentu, puella religionem
ingrediatur, cum nulla culpa ex parte eiuſdem
puellæ conſiderari poſſit, ex qua legati commo-
do priuanda ſit.
15 Limit. 3. quando teſtator reliquit tertio ſi cer-
tam puellam duxerit nam tunc non obtinebit le-
gatum ſi illa puella religionem ingreſſa ſit, cum
hoc caſu teſtatorē videatur intellexiſſe de matri-
monio temporali, ita ex Cuman. & Socin. tradit.
Menoch. lib. 4. præſumpt. 148. num. 7. et alios concor-
dantes allegat Sanchez. de matrim lib. 1. diſ. 33. n. 30.
verſ. ſecunda coniectura.
16 Limit. 4. quando teſtator negatiue legauit, vt
lego centum Titiæ ſi non nupſerit, nam cum hæc
conditio ſeruandi vitam cælibem, vel viduitatem
valeat, intelligitur de nuptijs temporalibus, non
tamen videtur aduerſari ſi Titia religionem in-
grediatur, nec excludere nuptias ſpirituales, quia
compatiuntur cum vita cælebi, & viduitate, vnde
veriſimile redditur teſtatorem illam retrahere no-
luiſſe, ſed potius inuitaſſe, & non interdixiſſe reli-
gionis ingreſſum, dum per eum idem effectus ha-
beatur Bald. Nouel. de dote par. 6. priuileg. 72. num. 2.
verſ. quia reſpondetur Menoch. lib. 4. præſumpt. 148.
num. 6. Sanch. de matrim. lib. 1. diſ. 33. num. 30. verſic.
tertia eſt.
17 Vbi enim abſtipulatur fauor religionis non eſt
reſtrigendus, ſed large ampliandus, ita quod ſi
puellæ legata fuerint ſcuta mille ſi temporales
nuptias contrahat, centum verò ſi Religionem
ingrediatur, nihilominus debentur mille Mona-
ſterio, quia in fauorem religionis, & ne quis ab
eius ingreſſu metu amittendi legatum retraha-
tur, huiuſmodi conditio habetur pro non adie-
cta, & ab hac ſententia non eſſe in iudicando, &
conſulendo recedendum, inſinuat. Craſſ. in §. le-
gatum quæſt. 50. num. 12. verſ. ſed contrarium Couar.
lib. 1. var. reſol. cap. 19. num. 9. Gabr. lib. 4. tit. de legat.
concluſ. 2. num. 1. Cancer. lib. 1. var. reſol. cap. 24. n. 15.
Genuen. in practicabil. Eccleſ. quæſt. 149. cum alijs per
Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg. 83. num. 28. ex
Bart. in leg. 2. ff. de ijs, qui pœnæ cau.
18 Contrarium docet Bald. in Auth. niſi rogat C. ad
Treb. dicens contra Bart. cōmuniter teneri, & quod
naturalis æquitas, & communis obſeruantia mi-
litat pro hac ſententia, pro qua allegatur Paul. de
Caſtr. Petrus de Anch. fulgoſ. Dec. Iacob. de Bel. Iaſ.
Io: Cro. Alex. Gaul. Brun. in locis relatis per Gabr. lib.
3. tit. de legat. concl. 2. num. 8. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 481. num. 28. & 29. tom. 3.
19 Primam ſententiam procedere de rigore iuris,
ſecundam verò de conſuetudine concordando
has opiniones inquit Gabr. lib. 3. tit. de legat. concl.
2. num. 8. in fin.
20 Diſtingue, quod aut legatum factum eſt à te-
ſtatore in odium Religionis, & ad retrahendam
puellam ab eius ingreſſu, & tunc conditio habe-
tur pro non appoſita, aut eſt factum, quia ex con-
21 ſuetudine loci minor dos datur ingredienti Mo-
naſterium, quam nubenti in ſæculo, & tunc eſt
22 ſeruanda diſpoſitio teſtatoris, omnibuſque pen-
ſatis pro vt Iudicis arbitrio decernendum vide-
bitur ita Barboſ. de officio, & poteſt. Epiſcop. alleg. 83.
num. 28. circa med. verſ. verum attendendum ita etiam
tradit. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 63. num.
26. in fin.
23 Communis enim obſeruantia, & naturalis
æquitas ſuadet vt minus detur ingredienti Mo-
naſterium, quam nubenti in ſæculo, quia mulier
vt maritum ſibi condignum inueniat magna re-
quiritur impenſa, cum tamen pro valdè minori
recipiat Monaſterium. Iaſ. in Auth. ſi qua mulier. ſub
num. 10.

num.10.C.de Sacroſant.Eccleſ.latè Rot.deciſ.63. n.3. & 4. coram Gregor.XV,

24 Vlterius quia dos datur pro oneribus matri-
monij, *leg.pro oneribus, & leg.dotis fructus C.de iur.*
25 *dot.leg. de diuiſione vbi gloſ.et DD.ff.ſolut. matrim.*
& multa maiora onera vrgent ad ſubſtentandas
26 nuptias temporales, quam ſpirituales,quia mo-
nialis non eget familia, liberis caret, non quærit
pompam aut honores,vulgaribus indumentis vti-
tur, paupertatem profiterur,adeo vt dos à Mona-
ſterio recipiatur pro alimentis tantum, & ſuffra-
gio vbi *Bald.in Auth. res, quæ ſub num.13. C. com-
mun.de legat.Soc.conſ.222.in fin.et magiſtraliter com-
probat. Rot. deciſ.63. à num. 4. cum ſeq. et per totam
coram Gregorio XV,*

Sed ſi legatum relinquatur ſub conditione ſi
27 non nupſerit, vel ſi Religionem non ingrediatur,
debetur licet deficiant dictæ conditiones, cum
habeantur prò non appoſitis, & prò non ſcriptis,
non obſtante quod de contraria teſtatoris volun-
tate appareat, cum auferant libertatem, & ſint
contra bonos mores per *Textum in l.reprehenden-
da C.de inſtit.& ſubſtit. l.quidam ff.de condit.inſtit. l.
turpia de legat. 1.gloſ.penult.in cap.fin.de condit. ap-
poſ. Lambertin. de iurepatronat.9. principal. quæſt.1.
part.1.lib.1.num.41. fol.mihi 186,*

28 Etenim voluntas teſtatoris regulari debet ſe-
cundum iuris diſpoſitionem, vtpotè quia non po-
teſt facere, vt leges iuſtæ non valeant in ſuo te-
29 ſtamento, dummodo diſpoſitio irrationabilis
reddirur, nam teſtatoris voluntas non ſemper
30 prò lege ſeruanda eſt, niſi quando eſt ſecundum
vel præter legem, non tamen, quando à lege re-
probatur *Valerius in different vtriuſque fori in verbo
legatum diff.4 num.1.Diana reſol.moral.part.3.tract.
5.Miſcel.reſol.57.* vbi quod procedat tam in foro
exteriori, quam in foro conſcientiæ *Sanchez. de
matrim.lib.1. diſ.33.* latè *Rolan. conſ.35. num.16.
lib.3. Sard.conſ.192.num.20.lib.2.Mohedan. deciſ 3.
de teſtam.ita etiam Abb.in cap.præſentia num.42. de
probat.*

32 Amp. vt hoc obtinere debeat, etiam ſi huiuſ-
modi conditiones appoſitæ fuerint cauſa conſer-
uandæ agnationis, vel conſeruandi familiam.
*Valerius in differentijs vtriuſque fori in verbo lega-
tum diſ.4. in fin. & in verbo hæreditas diſ.12.num.3.
& in verbo teſtamentum diff.10. per tot. Diana re-
ſol. moral. part. 3. tract. 5. Miſcel. reſol.57. in fi-
ne,*

32 Contrarium quod conditio ſi Monaſterium
non ingrediatur non ſit à iure reprobata, ac pro-
inde mulier per ingreſſum Religionis, & emiſſam
profeſſionem perdit relictum ſub conditione de
non eligendo ſtatum Religioſum ita ex *Aleiat.
Dec. Aemil. Bero, & Menoch. lib.4. præſumpt.83.
num.52. tradit Gratia diſcept.481. num.28. & 42,
tom.3.*

33 Hinc eſt quod ſi teſtator ſubſtituat in euen-
tum,in quem puella inſtituta efficiatur monialis,
34 ſtatim poſt emiſſam profeſſionem conditio eue-
nit, & ſubſtitutio habet locum, non expectata
morte naturali Monialis, de qua in hac ſubſtitu-
tione apparet teſtatorem non cogitaſſe, ſed ſo-
lum de exiſtentia Monacatus, dè quo dum habe-
tur expreſſa, & ſpecialis prouiſio, ceſſat fauor
Monaſterij reſpectu expectationis mortis natura-
lis monialis, *Alex. conſ.121.num.13.lib.2. late Gra-
tia diſcept. forenſ. cap.481. à num.6. cum ſeq.iuncto
num.46.tom.3.*

S V M M A R I V M.

1 Legatum relictum ſub conditione ſi Seiam in vxorem duxerit tenet, ſi conditio honeſtè adimpleri poſſit.
2 Pœnæ metu non poteſt quis ad matrimonium inuitari, ſed ſpe lucri allici poteſt, & num.1.
3 Mulier priuatur legato ſibi facto ſub conditione ſi Titio nupſerit, ſi interpellata recuſat illi nubere.
4 Amp. licet poſtea pæniteat.
5 In conditionibus adimplendis non datur purgatio moræ etiam in contiuenti.
6 Mora non purgatur in acquirendis ad fauorem actoris.
7 Conditio ſi alicui nupſerit eſt adimplenda intra triennium poſt pubertatem.
8 Contrarium quod ſit in perpetuam quandoque nupſerit. Declara vt num.9.
10 Conditio ſi Titio nupſerit reijcitur ſi nuptiæ à iure canonico ſint prohibitæ.
11 Conditio ſi nupſerit alteri de familia intelligitur in gradu permiſſo abſque diſpenſatione Summi Pontificis.
12 Conditio nubendi cum certa perſona valet, niſi apponatur in legitima.
13 Legitima non recipit onus.
14 Teſtator liberè diſponere poteſt de ſuis bonis ſalua legitima filiorum,
15 Conditio ſi nupſerit certæ perſonæ reijcitur ſi ſit indigna.
16 Conditio ſi Titio nupſerit habetur prò impleta ſi puella de conſilio Patris alium ducat in virum.
17 Nam ſine conſenſu Paterno filia non poteſt honeſte nubere;
18 Et ideo legato non priuatur,

ADNOTATIO II.

Legatum relictum ſi duxerit certam perſonam an valeat.

1 Legatum relictum ſub conditione ſi duxerit puta Seiam in vxorem, valet, nam licet cæteris omnibus nubere prohibeatur, tamen cum honeſte poſsit eandem in vxorem ducere,talis conditio non reijcitur, non obſtante quod liberam contrahendi poteſtatem impedire videatur, valida quidem cenſetur pœna conſiſtens in lucro non comparando, immò nec eſt propriè pœna præfata conditio, ſed inuitatio ſpe lucri ad contrahendum matrimonium, quod ſi cum ſeia non contrahat, legatarius non comparabit lucrum legati habetur *in l.Titio ff.de condit. & demoſtration.l.1. C.de inſtit. & ſubſtit. vbi tenent omnes, & ita aſſerunt commune placitum Aret.in l.Titia ff.de verbor.oblig.Bart.communiter probatur in l.ſi ita ſtipulatus fuero §.ſi vbi nupſero ff.de verbor.oblig.Couar.lib.4.Decretal.part.5.cap.3. §.8. Craſſ.in §. legatum quæſt.50.num.14. Cardinal.Mantica de coniectur. vltim.volunt.lib.11.tit.18.num.12.& 3.Sanchez.de matrim. lib.1. diſ.33. num.6.* vbi quod nemo de hac concluſione dubitat, *& num.7. & 8.*

2 Nemo tamen metu pœnæ,quæ non ſit ſimplicis lucri amittendi inuitari poteſt ad contrahendum matrimonium *cap. Gemma de ſponſal. l. Titia de verbor.oblig. l.Titio centum §.1. de condit. & demoſtrat.* Sed ſpe lucri allici poteſt dicta *l. Titio centum §.1.& l.cum ita legatum verſ. videamus de condit. & demoſtrat.l.2.de inſtit.& ſubſtit.cap. de illis de ſponſal.cap.quid, quid. 1.§ quæſt.1. Mantica de coniectur.vltim.volunt.lib.11. tit.18. num.1. vbi concordantes refert.*

3 Vn-

3 Vnde mulier, cui relictum eſt aliquid ſub con-
ditione ſi Titio nupſerit priuatur legato, cum
4 primum interpellata recuſet illi nubere, quamuis
poſtea pœnitentia ducta offerat ſè paratam nup-
tias contrahere *Gratia diſcept.forenſ.cap.137.nu.2. 3. & 4. tom.1. ex Caſtren.qui dicit notandum in l.1. num.4.col.2.in verbo ſi non per cauſam C.de inſtit. et*
5 *ſubſtit*, & ratio eſt quia in conditionibus adim-
plendis non eſt licita purgatio moræ etiam in
continenti *Dec. in citata l.1. num.7. et 8.col.4. in princ. verſ. concludendum quid tenendum*. Imple-
mentum autem conditionis tendit ad acquiren-
6 dam actionem, & in fauorem actoris mora non
purgatur, vt ex *Bart.Iaſ.Rip. Bald. Mantica* com-
probat hanc opinionem *Gratia dicto cap.137.nu.3. et 4. tom.1.*

7 Hæc tamen conditio ſi nupſerit non debet ma-
nere ſemper in ſuſpenſo, ſed eſt adimplenda infra
triennium poſt pubertatem, quibus tranſactis non
debet mulier amplius admitti *Bart.in l.2. §.ad filiorum num.1. C. quando, et quib. quarta pars debeat lib.10. Bald. in l.placet in fin.de liber. et poſth.Iaſ. in dicta l.2.num.6. in verſ. non meminit Gratia diſcept. forenſ.cap.137.num.9.tom.1.*

8 Contrarium verò quod in hac conditione ſi
nupſerit, cum non ſit tempus præfinitum, debeat
intelligi in perpetuum, & extenditur ad tempus
infinitum, quandoque nupſerit, quia ſolum exu-
berat, vt impleatur, vt ſatisfactum, ſeù adimple-
ta remaneat voluntas teſtatoris, prout ita videtur
eſſe caſus in *l.conditionum, quæ in futurum in fin. de condit. et demoſtrat. facit etiam Textus in l.hæc conditio filiæ eod.tit.Socin.in l hæc conditio num.2. eod. tit. Mantica de tacit et ambig.conuen.lib.11 tit.18. n.26. verſ.ego autem*, vbi dicit quod contraria ſententia
propter auctoritatem tantorum Doctorum fortè
obtineret in foro, ſed in puncto iuris reddatur
valdè dubia.

9 Declara prò concordia, vt huiuſmodi condi-
tio poſt pubertatem, & opportunam ætatem ad
contrahendas nuptias poſſit quandocunque im-
pleri, ſecus verò ſi mulier fuerit interpellata, & à
Iudice præſtitutum tempus ad petitionem, & ad
inſtantiam eius, cui debet nubere, iuxtà tradita
per *Paul. de Caſtr. in l.2. numer.1.de inſtit. et ſubſtit.*

10 Limit.1. principalem concluſionem, vt præfata
conditio reijciatur ſi nuptiæ à iure canonico ſint
prohibitæ, & in tantum ſubſtineri poteſt, quod hæ-
res, vel legatarius contrahat cum aliquo de fa-
milia, dummodo ſit in gradu permiſſo à iure ca-
11 nonico, prò quo non ſit recurrendum ad Summũ
Pontificem prò diſpenſatione, quia verba teſta-
menti Intelligenda ſunt ſecundum ius commune,
non ſpeciale, quod per diſpenſationem obtineri
poſſit, hinc eſt, quod ſi nuptiæ à iure canonico
ſint prohibitæ, dicta conditio reijcitur, & habetur
prò non appoſita nam in copulandis nuptijs ma-
gis ius canonicum, quam ciuile ſeruari debet
cap.3.& 5. de ſecundis nuptijs ita docet *Cart. Iun. conſ.54. num.13. & 14. Cardinal. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.11. tit.18. num.6. & 7. Sanchez.de matrim.lib.1.tit.33. num.9.*

12 Limit.2. vt valeat dicta conditio contrahendi
matrimonium cum certa perſona, niſi apponatur
13 in legitima, quæ non recipit onus, & nullam pa-
titur conditionem iuxta *Textum in l.omnimodo, & in l.quoniam in prioribus C.de inof. teſtam. Conar. in 4. decretal.2. part. cap.3, §.3. num.7. Bald.conſ.256. num.4. vol.3. Gabriel. in tit.de legat.lib.6. concluſ.1. num.17.Sanchez.de matrim. lib.1. diſ.33. numer.10. Card. Mantica de coniect. vltim. volunt.lib.11. tit.18. num.12.* vbi quod ſalua legitima, quod pertinet
14 ad reſiduum patrimonij libera eſt diſpoſitio te-
ſtatoris §.1. *in Auth.de triente, & ſemis.*

15 Limit.3. vt procedat quando grauatur hæres,
vel legatarius ad ducendam perſonam dignam,
ſecus ſi indignam, nam tunc conditio reijcitur, vt
expreſsè habetur *in l.cum ita legatam ff.de condit.& demoſtrat ibique Bart.* declarat quis dicatur indi-
gnus, hoc idem probat *Textus in l.2.* vbi notat
Paul.de Caſtr.de inſtit.& ſubſtit.Cardinal. Mantica de coniectur.vltim.voluat.lib.11.tit.18.num.5 Sanchez. de matrim.lib.1.diſ.33. num.11.

16 Limit.4. vt huiuſmodi legatum relictum puel-
læ ſi Titio nupſerit non efficiatur caducum, nec
amittatur, ſi virgo illa ex paterno conſilio, &
conſenſu alteri nubat, quia illa conditio cenſe-
tur adiecta ſub alia tacita conditione ſi patri pla-
17 cuerit, & ſi honeſtè poterit virgo adimplere,
ſine autem conſenſu paterno filia non poteſt ho-
neſtè nubere, cum teneatur ſequi conſilium pa-
ternum, & honeſtum ſit ſecundum patris volun-
tatem nuptias contrahere ad *Textum in cap. hono-*
18 *ratur 32. quæſt.2.* ideoquè legati commodo pri-
uari non debet ſi patre reluctante filia conditioni
non paruerit, & alteri nupſerit *Bertand. conſ.148. vol.1. Didac.in Epitom.de matrim.cap.3.§.8. num. 2. Sanchez.de matrim.lib.1. diſ.33. num.13. Cardinal. Mantica de coniect. vltim. volunt.lib.11.tit.18.n.49.* vbi ſubdit quod hoc ſit notatu dignum, nam ex
hoc reſtringitur dipoſitio *l.Titio centum §.1. & l. cum ita legatum verſ. videamus de condit. & demoſtr.*

OSCVLVM LIBIDINOSVM QVOMODO PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Vir libidinosè oſculans mulierem honeſtam pœna ſtellionatus, ſeù arbitraria punitur, concurrente tamen vi extendi poteſt etiam ad triremes, & ad mortem ſi magnæ concurrant circumſtantiæ, Mulier verò an propter oſculum libidinoſum amittat dotem, & diuortium fieri poſſit, articulus diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 Delinquens impetu amoris mitius punitur.
2 Amor ebrietati, & furori comparatur in delictis.
3 Declara procedere in actu amoris ſubitaneo, ſecus ſi appenſate.
4 Oſculans publicè puellam impetu amoris eſt aliquatenus parcendum.
5 Oſculans libidinosè mulierem honeſtam pœna arbitraria, ſtellionatus punitur.
6 Ampl. etiam ſi interuenerit vis, vt ſi mulierem in terram proſtrauerit, vel aliter vim intulerit.
7 Contrarium quod imponenda ſit pęna mortis.
8 Declara hoc procedere ſi concurrant magnæ circumſtantiæ aggrauantes.
9 Et concurrente vi etiam pœna triremium imponi poteſt.
10 Pœna deportationis non eſt in vſu, & eius loco ſucceſſit pęna arbitraria.

11 Oſcu-

11 Oſculans publicè mulierem, vt eam in vxorem ducat pęna arbitraria puniri debet.
12 Recenſentur pœnæ hoc caſu, applicabiles.
13 Oſculans mulierem de eius conſenſu, & tractatu, vt inter ipſos ſequatur matrimonium, eo ſecuto nulla pœna eſt inferenda.
14 Clericus deoſculans mulierem pœna arbitraria punitur, & recenſentur pœnæ.
15 Oſculans puerum grauiori pęna arbitraria puniendus eſt.
16 Vbi viget Statutum imponens pęnam mortis prò oſculo violento ſeruari debet.
17 Et in Statu Eccleſiaſtico vigore conſtitutionis Marchiæ quid ſeruatur.
18 Vxor patiens amplexus, & oſcula libidinoſa punitur pęna diuortij, & amiſſionis dotis contrarium onut.19. Amp. vt num.21.
20 Pęna diuortij, & amiſſionis dotis procedit in adulterio.
21 In dubio an interuenerit adulterium cum oſculis libidinoſis mulier non priuatur dote.
22 Secus concurrentibus alijs coniecturis, ex quibus adulterium deducatur.
23 Vxor amittit dotem propter oſculum libidinoſum ſi inchoatum adulterium ob ſuperueniens impedimentum perfici non potuit.

DECISIO LVIII.

1 IGnoſcendum videtur ei, qui amoris impetu deliquit, ſaltem ad effectum, vt mitius puniatur latè *Glurb.conſ.47.num.8.& per tot. Oltrad. conſ.210.num.14. Tiraquel. de pœn. temperan.caſ.4. num.1.& 2.Clar.in pract.§.fin.quæſt.60.num.7. verſ. eſt, & amor Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2. caſ.328. num.1.& 2.Farinac.in tit.de pęn.temperan. quęſt.98. num.80. Famian.Centolin. in adnot.ad conſ.crim. eiuſdem Farinac.33.lit.L verſ.amoris verius eſt tom.1. Peguer.deciſ.crim.7. num.18.*

2 Siquidem amor ebrietati comparatur, & furoris vim habet, adeout amoris impetum, & turbationem omnibus alijs vehementiorem eſſe ſcripſerunt *Bald.in l.impuberum col.5.num.21. ante med. C. de impuber. & alijs ſubſtit plenè Tiraquel.de pœn. temperand.caſ.4.num.2 in fin.* et probat *Text.in cap.in iuuentute extra de pręſumpt. & in §. illud in Auth.quib.mod.efficiant legit.*

3 Hoc tamen procedit, quando quis amore captus aliquid committit, ex ſubito, & improuiſo ipſius amoris impetu, nam tunc videtur ex aliqua parte eidem indulgendum, quia talis ſubitus furor, & impetus præbet occaſionem excuſandi, ſicut excuſat eum, qui ſubita ira, vel dolore commotus aliquod delictum committit, ſecus autem ſi hoc impetu, & furore ceſſante ex cauſa amoris aliquid præmeditatum, & appenſatum committit, quo caſu non eſt locus excuſationi, vt comprobat *Farinac.in tit. de pœn. temperan. quæſt.98. num.91.*

4 Hinc eſt, quod aliquatenus parcendum ſit ei, qui in via publica alicui puellæ propter amorem oſculum præbet, exemplo Philiſtrati Atenientium Tyranni, cuius filia deoſculata fuit in publico à quodam adoleſcente eius amore capto, & licet, ab eius vxore hortaretur ad iniuriam perſequendam, & de eodem capitale ſupplicium ſumendũ, nihilominus reſpondiſſe fertur, ſi eos, qui nos amant interficiemus, quid his faciemus, quibus odio ſumus, vt refert *Farinac. in tit. de pœn. temperan.quæſt.98 num.64.Famian. Centolin.in adnot. ad conſ.crim.eiuſdem Farinac.33.lit.L.tom.1.Menoch.de arbitrar.caſ.287.num.2.& 3.Afflict.deciſ.276.Ludu. Peguer.deciſ.crim.7.per tot.*

5 Vir igitur libidinosè oſculans mulierem honeſtam, ſiuè virginem, ſiuè nuptam, ſiuè viduam puniendus eſt pœna arbitraria, ſeù extraordinaria ſtellionatus, Iudicis arbitrio, & ſic huius criminis reum fuiſſe multatum pœna relegationis, & pecuniaria ſecundum ſtatum, & diuitias delinquentis, refert, & hanc ſententiam comprobat *Afflict. deciſ.276.* & ab hac Sententia vti veriori, & communiori non eſſe recedendum tradit *Cabal.reſol crim. caſ.96. num.1. 5. & ſeq. per Textum in l.1. in princ.ff.de extraordinar.crim.* in illis verbis *propter voluntatem tuam, tamen pernicioſæ libidinis extra ordinem puniatur*, & ibi *gloſ.in verbo propter voluntatem Boſſ.in tit.de extraordinar.crim. num.30. verſ.eſt verum Menoch.de arbitrar.quæſt.caſ.287.n. 2. & in addit. ibidem num.2. Buiard ad Clar. quæſt.83. num.31. Decian.tract.crim.tom.2.lib.8.cap.15. Farinac. in tit.de delict.carn.quæſt.142.num.1.Peguer. deciſ.crim.7. poſt num.15. Vincen. de Franc.deciſ.333. num.4.part.2.Bellet. diſquiſit. clerical. part.2. tit. de pæn.cleric.§.4.num.5.*

6 Quod ſine difficultate procedit vbi nulla interuenerit vis, quà concurrente, vt ſi quis proſtrauerit puellam in terram faciendo vim, vt illam carnaliter cognoſceret, ſed illa reluctante non potuit, vel alijs medijs vim intulerit, quod iſto caſu imponenda non ſit pœna mortis, ſed extraordinaria pœna flagitium mulctandum tenet *Dec.in l.ſi fugitiui num.44.& ſeq. C.de ſer.fugit. ex Cuma.conſ.45. Grum. conſ.48. Clar.in pract.crim.§. fin. quæſt.83.nu.6.ſub verſ. oſculum inferens Decian. tract crim.lib.6.cap.15. num.8. Menoch. de arbitrar. quæſt.lib.2.in addit.ad caſ.287.num.30.& ſeq.Cabal. reſol.crim.caſ.96.à num.2. cum plurib.ſequen. Farinac.in tit.de delict.carn. quæſt.142. num.160. Ludouic.Peguer.deciſ.crim.7.per tot.*

7 Et quamuis *Boſſ.in tit.de extraord.crim.ſub n.30. reprobando Afflict.& Dec.* doceat, quod hoc caſu imponenda ſit pœna mortis, prout de mandato Iacobi Triultij Mediolani obſeruatum fuit, & in Vrbe tempore *Clementis VIII.* contra nobilem Romanum de familia Molariæ.

8 Tamẽ ſibi locum vindicare poteſt *Boſſij* dictum quando in oſculo dato puellæ concurrerent magnæ circumſtantiæ, & qualitates factum agrauantes, ſecundum *Clar.in pract.§.fin.quæſt.81. n.6. verſ. oſculum inferens in fin. Menoch de arbitrar. quæſt. lib.2.caſ.287. num.9. & ſeq.* vbi exemplificat, quando ex oſculo oriatur iniuria in Dominum, & Principem, & in hac ſententia videtur reſidere etiam *Cabal.reſol. crim.caſ.96. num.14. in fin. Farinac in tit.de delict.carn. quæſt.142. num.167.*

9 Benè verum eſt, quod concurrente aliqua vi, pœnà corporalis, & ad triremes imponi poſſit, & ſic mitior ſcilicet deportationis, iuxta *Textum in l.1. §.qui puero ff.de extraordinar.crim.* quæ pœna deportationis cum non ſit in vſu, & hodie eius loco ſucceſſerit pœna arbitraria, quæ poteſt eſſe, & corporalis, & non corporalis iuxta facti, & perſonarum qualitatem, arbitrium hoc caſu bene extendi poſſe ad pœnam triremium docet *Farinac.in tit.de delict.car.quæſt.142.num.163. cum plurib.ſequen.Cabal.reſol.crim. caſ.96. vbi ſub num.14.* ſubdit fuiſſe in voto, quod condemnaretur perpetuò ad triremes quendam, qui die fæſtiuo in Eccleſia, in qua erat magna multitudo perſona-

rum congregata ad audiendam miſſam puellam nubilem ibidem exiſtentem, & non conſentientem amplexus, & deoſculatus fuit, vt per hanc viam in vxorem haberet, dum parentes nuptui tradere repugnabant.

12 Vbi verò quis non libidinis cauſa mulierem deoſculatus fuerit, ſed vt eam per hanc viam in vxorem ducere valeat, & ad inducendum parentes ad conſentiendum, etiam arbitraria pœna multari debet, ac proindè *Cabal. reſol. crim. caſ. 96. ſub num. 12. cum ſeq.* in huiuſmodi facti contingentia teſtatur ſæpè fuiſſe in voto huius criminis reos, ſic per vim deoſculantes mulieres mittendos eſſe in exilium, vel relegationem, aut confinium ad tempus, & vlterius condemnandos in aliquam pœnam pecuniariam mulieri applicandam ad facilius virum inueniendum, & matrimonium contrahendum, & quandoque etiam ad triremes, quem etiam ſequitur *Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 142. num. 168.*

13 Sed ſi fortè de mulieris conſenſu, & præuio præcedente tractatu, vt per hanc viam inter ipſos deueniatur ad actum celebrationis matrimonij, & parentum, & conſanguineorum conſenſus extorqueatur, vir publicè, ac palam deoſculatus fuerit mulierem, licet non excuſetur à peccato propter ſcandalum, tamen non incurrit aliquam taxatam pœnam, ſed relinquitur ſuperioris arbitrio qui poteſt dare locum abſolutioni præſertim ſi deinde matrimonium ſolemnizatum fuerit, & ita ſeruatum fuiſſe teſtatur *Gram. conſ. 48. numer. 4. & 5. Clar. in pract. §. fin. quæſt 83. num. 6. verſ. oſculum inferens. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 15. num. 8. Cabal. reſol. crim. caſ. 96. num. 15. Farinac. d. quæſt. 142. num. 169.*

14 Clericus verò, qui talia perpetrare auſus fuerit, multo magis multandus erit, etiam pęna arbitraria, ſcilicet ſuſpenſionis, exilij, carceris, relegationis, & pecuniaria, & grauiori iuxta circumſtantias, & delicti qualitates, cum præſtatione etiam ſubſidij dotalis, ſi puellæ deoſculatæ conditio exigat *Bellet. diſquiſit. clerical. part. 2. tit. de pæn. cleric. §. 4. num. 5. in fin. verſ. multo minus* qui licet adducat *cap. 1. & tot. tit. de vita, & honeſt. Clericor.* tamen, cum in toto dicto titulo non legatur præcisè ſtatutam fuiſſe pœnam contra Clericos publicè mulieres deoſculantes, ſupradicta pęna arbitraria puniendos eſſe crederem.

15 Grauiori demum pœna mulctandus eſt, vir, qui deoſculatur puerum, vel adoleſcentem ob attentatam ſodomiam, quam qui deoſculatur mulierem, nam is puniendus eſt pęna deportationis, per *Textum in l. 1. §. qui puer ff. de extraordinar. crimin.* ſed quia deportationis pęna receſſit ab aula, ac proindè extraordinariè iudicis arbitrio huius criminis reus plectendus eſt, vt voluit *Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 287. nu. 2. & in addit. ibidem num. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 83. num. 31. Cabal. reſol. crim. caſ. 96. nu. 9. & 10. Decian. reſol. crim. lib. 8. cap. 15. num. 8 verſ. quid autem tom. 2. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 142. num. 154. Bellet. diſquiſit. clerical. part. 2. tit. de pæn. clericor. §. 4. num. 5.*

16 Vbi tamen viget Statutum, ex cuius diſpoſitione prò oſculo violento imponatur pœna mortis, ſeruandum eſt, & ita ſeruatam fuiſſe pragmaticā Regni refert *Vincen. de Franc. deciſ. 313. num. 6.* Et

17 in Statu Eccleſiaſtico vigore Conſtitutionis Marchiæ *lib. 4. cap. 72.* cauetur, quod amplectentes mulieres virgines, ſeù viduas incurrant pęnam fuſtigationis, amiſſionis bonorum, & alias pœnas, de quibus in ea, prout de eadem mentionem facit *Baiard. ad Clar. quæſt. 83. num. 33. & Farinac. d. quæſt. 142. num. 171.*

18 Vxor vlterius patiens amplexus oſcula libidinoſa, & tactus ad mammillas, cum deuenerit ad præparatoria adulterij, punienda eſt pęna adulterij ordinaria, ſcilicet diuortij, & dotis amiſſionis, iuxtà originalem doctrinam *Bald. in cap. tua num. 4. de procur. Bart. in l. vn. ff. de extraordinar. crim. Surd. de aliment. lib. 7. quæſt. 16. à num. 31. verſ. ampliatur conſtitutio vſque ad 36. Bermon. de pub. concub. rub. de adulter. num. 78. & ſeq. vbi contrarijs reſpondet Boſſ. in tit. de coit. damnat. & punib. num. 57. Clar. in §. adulterium num. 16. verſ. ſcias etiam Regien. quæſt. 75. n. 17. & 18. part. 3. Vrſil. ad Afflict. dec. 61. num. 5. in fin. Laur. Tennin. cant. 6. num. 157. & ſeq. vbi de communi reprobato Menoch. & tradunt alij DD. relati per Sanchez de matrim. lib. 10. de diuortio diſ. 5. num. 11. & per Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 142. num. 133.*

19 Verior tamen eſt alia DD. ſententia, quod per ſolos actus venereos, & libidinoſos, ac animum perueniendi ad adulterium habitos eo non
20 ſecuto imponi non poſſit pœna diuortij, & amiſſionis dotis, quæ ſolum ſibi locum vindicat in adulterio, ſcilicet ex carnis, & corporis in alium diuiſione, quæ in ſolis oſculis, & amplexibus non reperitur latè comprobat, & contrarijs reſpondet *Sanchez de matrim. lib. 10. de diuortio diſ. 4. num. 12. Cantera quæſt. crim. quæſt. tangen. punit. delict. cap. 4. num. 52. Barboſ. in l. 2. in princ. part. 1. num. 72. & 73. ff. ſolut. matrim. Burſ. conſ. 435. num. 8. & 26. & ſeq. vol. 4. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 287. numer. 8. et ſeq. vbi de veriori Couar. in 4. Decretal. part. 2. cap. 7. §. 6. num. 30. et tradunt alij Doctores relati per Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 142. num. 133. et 141.*

21 Quod etiam ſibi locū vindicat in dubio an interuenerit adulterium, quia ex ſolis oſculis libidinoſis, tactibus, & amplexibus non deſumitur coniectura adulterij cum hæc coniectura non ſit à iure recepta, niſi concurrant aliæ circumſtantiæ aggrauantes adulterium, ſcilicet locus ſecretus, opportunitas temporis, & ſimilia, vt latè probat *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. à numer. 33. cum plurib. ſequen. Sanchez de matrim. lib. 10. de diuort. diſ. 12. num. 47.*

22 Concurrentibus tamen alijs coniecturis, ex quibus vltra oſcula adulterium deducatur, tunc ſecundum omnes erit locus pęnæ amiſſionis dotis, & diuortij, vt tradunt *Doctores copioſè relati per Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 142. num. 137. et comprobat Sanchez de matrim. lib. 10. diſ. 4. num. 12. circa fin. verſ. idemque dicendum eſt.*

23 Prout etiam vxor dotem amittere debet, ſi inchoatum adulterium ex præparatorijs, & proximis actibus perfici non potuerit ob ſuperueniens impedimentum, nempe ex acceſſu familiarum, vel propinquorum, *Farinac. dicta quæſt 142. n. 142. ex Bolognet. quem allegat, in rub. C. de edendo num. 24. et 25. et Alciat. in cap. cum non ab homine num. 103. extra de iudic.*

CLE-

CLERICI, & LAICI CONCVBINARII QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Clerici concubinarij de iure communi, deponi, ſuſpendi, ac beneficijs priuari poſſunt, de iure verò Concilij Tridentini requiritur trina monitio, vt prius fructibus, & deindè ipſis beneficijs priuari queant; quid ſi non habeant beneficia; Laici quomodo puniantur pro hoc crimine, & quæ requirantur, vt quis concubinarius dicatur, doctrina explicatur,

SVMMARIVM.

1 Concubinatus de iure ciuili nouo, & canonico prohibetur, & num. 2.
3 Eſt delictum mixti fori.
4 Concubinatus vt dicatur eſt neceſſaria cohabitatio, & communia lecti, & menſæ de iure ciuili.
5 Fornicarius concubitus per vnam, aut paucas vices non faciunt quem concubinarium.
6 Concubina non dicitur quælibet amica, ſed quæ loco vxoris retinetur.
7 Clerici verò dicuntur concubinarij, ſi quocunque modo retineant mulieres ſuſpectas.
8 Clericus etiam dicitur concubinarius ſi in aliena domo retineat fœminam cauſa fornicationis. Declara vt n. 9.
10 Clericis in domo, vel extra mulieres ſuſpectas retinere prohibetur ex Sac. Concil. Trid.
11 Clericus Concubinarius deponi debet Declara vt numer. 12.
13 Et poteſt etiam ſuſpendi.
14 Et de iure canonico eſt ipſo iure ſuſpenſus ab Officio, & beneficio.
15 Eſt etiam ipſo iure excommunicatus.
16 Et ſe in diuinis immiſcendo efficitur irregularis. Declara vt in num. 17.
18 Et priuatur etiam beneficijs.
19 Limita quod ad hunc effectum requiratur trina monitio, & maxime contumacia, & num. 20.
21 Clerici concubinarij ter moniti quomodo ex Sacro Concilio Tridentino puniantur.
22 In cauſa concubinatus Clerici ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta proceditur.
23 Clerici concubinarij non habentes beneficia ex Sacro Concilio Tridentino quomodo puniantur.
24 Tres monitiones ad effectum puniendi Clericos concubinarios debent eſſe ſpeciales, & non generales.
25 Etiam ſi facta ſit in Synodo.
26 Tempus quod inter vnam, & aliam monitionem intercedere debet, relinquitur arbitrio Epiſcopi.
27 Conciliaris diſpoſitio contra Clericos concubinarios non procedit in ſimplici incontinentia.
28 Laici concubinarij de iure canonico arbitrio Iudicis puniuntur.
29 De iure Concilij Tridentini ter moniti excommunicantur.
30 Et eodem iure quomodo puniantur mulieres.
31 Per decretum Sacri Concilij Tridentini contra Laicos concubinarios aliæ pœnæ á iure ſtatutæ non tolluntur.
32 Nec alium modum procedendi contra eoſdem.
33 Trina monitio eſt neceſſaria, ſi procedatur per viam excommunicationis.
34 Concubinarius poteſt puniri pœna pecuniaria etiam ante trinam monitionem.
35 Amp. vt hæc procedant etiam ſi concubinatus ſit cum diuerſis.
36 Mulieres concubinæ quibus pœnis mulctari poſſunt.
37 Legatum relictum Concubinæ eſt inualidum, & acquiritur hæredi, præcipuè de iure canonico num. 38. ſecus de iure ciuili num. 47.
39 Donatio, ſeu legatum relictum Concubinæ à Clerico, ſeu milite non debetur etiam de iure ciuili, & licet ſit iuramento firmata.
40 Ampl. vt procedat etiam ſi legatum factum fuerit ob benemerita, niſi aliunde probentur.
41 Legatum factum adulteræ an, & quando valeat, & quid ſecundum doctrinam *Bald* quæ reprobatur vt in n. 42.
43 Legatum factum Concubinæ valet ſi per multos annos ceſſauerit commercium, & ſaltem per triennium num. 44.
45 Valet etiam ſi fiat cauſa dotis ad retrahendam concubinam a meretricio.
46 Pro vt etiam ſi fiat meretrici pauperæ, & egenæ.
47 Legatum factum Concubinæ, & focariæ de iure ciuili valet.

DECISIO LIX.

1 COncubinatus licet de iure ciuili antiquo eſſet permiſſus, tamen de iure ciuili nouiſſimo prohibetur, quia de iure canonico concubinatus eſt peccatum, ac proinde non poteſt à iure ciuili approbari, quia vbi agitur de peccato ſacræ leges non dedignantur Sacros canones imitari, *Paleot. in tract. de not. & ſpur. cap. 12. num. 21. Biard. ad Clar. §. fornicatio num. 7. Marzar. conſ. 9. verſ. aduertendum eſt ad fin. Decian. conſ. 5. num. 94. lib. 1. Hier. de Caual. in comm. opin. quæſt. 295. num. 1. & ſeq. Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 289. poſt num. 20. verſ. verum apud me Molin. de Hiſpan. primog. cap. 3. numer. 30. Card. Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. num. 3. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 109. nu. 53. verſ. circumſcripto etiam, & num. 54. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 31. numer. 3. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 138. nu. 30. & 31. Chartar. deciſ. crim. 77. num. 21. 22. & 33*

2 A iure autem canonico certum eſt, quod concubinatus flagitium improbatur, & punitur, vt probat *text. in cap. nemo, in cap. dicat aliquis, in cap. meretrices in cap ſicut non 34. quæſt. 4. in cap. qui viderit. 32. quæſt. 5.* cum alijs adductis per *Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 138. num. 29. Ghirlan. in tract de pen. omniſar. coit. q. 9. num. 5. Gratian. diſcept. 31. num. 3. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 109. ſub num. 53 Chartar. deciſ. crim. 77. num. 24.*

3 Ac proinde eſſe delictum mixti fori, ſeu mixtæ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Laicalis, cenſuerunt *Abb. in cap. cum ſit generale poſt num. 25. de foro competen. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 8. Guazin. ad defenſ. defenſ. 1. cap. 11. num. 9. Gutier. canon. quæſt. lib. 7. cap. 7. 24. n.* cũ alijs allegatis per *Chartar. dec. crim. 77. n. 25. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 13. cap. 14. poſt verſ. crimina mere ſecularia*, & deducitur ex *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de reform. cap. 8.* dum tribuit Ordinarijs Eccleſiaſticis facultatem procedendi ad punitionem etiam contra laicos concubinarios, & ibidem notat *Barbos num. 5.*

4 Vt autem concubinatus dicatur, neceſſaria eſt de iure ciuili cohabitatio continua, & communia lecti, & menſæ, *Aym. conſ. 368. nu. 1. Natta conſ. 474. num. 41. & 43. Prapoſ. in rub. de ſponſ. n. 5. Farinac. in tit de delict. carn. quæſt. 138. à num. 8. vſque ad 24.* in quibus vndecim requiſita enumerat ad conſtituendum concubinatus flagitium.
5 *Vermigliol. conſ. crim. 122. num. 2.* & ad hunc effectum non ſufficit, quod vir, & mulier inſimul carnaliter commiſceantur per paucas vices, ſed ſæpius, & ex conſuetudine, cum vnicus, aut pauci fornicarij concubitus non faciant quem concubinarium, nec concubinatus pœnam producant, *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 79. in verbo concubinarij num. 1. verſ. conſuetudinem verò Decian.*

tract.crim.lib.6.cap.21.num.1,verſ. dixi domi Ma-
ſcard.de probat lib.1.concluſ.341.num.2,

6 Hinc eſt quod pro concubina non eſt acci-
pienda, & intelligenda quælibet amica, cum
qua quis rem habere ſoleat, ſed ea tantum, quæ
vxoris loco, & maritali affectu domi retinetur,
Farinac. de delict. carn. quæſt. 138. num. 5. circa
fin.

7 Clerici verò quibus prohibitum eſt matrimo-
nium, nec cadit maritalis affectus in concubina-
tu permanere dicuntur, ſi ad libidinem domi
quocunque modo retineant mulieres ſuſpectas,
vel focarias, ſeu fornicarias, vel etiam ſub no-
mine pediſſequæ eorum matris, ſororis, amitæ,
vel alterius coniunctæ. Farinac.dicta quæſt.138 n.
6.ex Diaz.& Bermon in locis per eum relatis,

8 Et concubinarijs etiam rectè dicuntur Cleri-
ci, qui pariter in aliena domo notam fœminam
habeant, cui ſoleant carnaliter commiſceri, quia
alias clericis facile eſſet concubinas domi non
retinendo, euadere pœnas à Sacris Canonibus
contra concubinarios latas, vt animaduertit, Ver-
9 migliol.conſ.crim.122.num.2.& num.3. vbi ſubdit,
quod etiam attenta hac opinione, nihilominus
requiratur non ſolum conſuetudo, ſed etiam diſ-
famatio in Clerici, vel fœminæ vicinia, ex Ber-
nar.Diaz.in pract.crim. canon.cap.79. de concubin.
in princ.verſ.concubinarios.

10 Clerici igitur concubinas, aut alias mulieres de
quibus haberi poſſit ſuſpicio in domo, vel extra
retinere, & cum eis habere aſſiduam conſuetu-
dinem expreſsè interdicitur ex Concil. Tridentin.
ſeſſ.25 de reform.cap.14.& diſponitur in bulla Leo-
nis X.in ordine Bullar.16.par.1.fol.207.& Pium V.
per ſpecialem conſtitutionem monuiſſe locorum
ordinarios, vt ſtatuta Tridentini Concilij contra
concubinarios, tam Clericos, quàm Laicos edi-
ta deſtrictè faciant obſeruari, reddituri Deo, &
ipſi rationem, refert, Barboſ. in Concil. dicto cap.
14.num.2.ex Gutier.canon.quæſt.lib.2.cap.7.num.68,
& ſeq.Garz.de beneſ par.11. cap.10. num.187. Ge-
nuen. in prax.Epiſcopal.Neapol.cap.30.num.4. Bel-
let.diſquiſit.Clerical.par.2. de pæn. Clericor.§.3. nu-
mer.1.

11 Clericus huius concubinatus criminis reus
deponi debet, & à communione Clericorum
repelli per textum in cap.ſi quis autem in Auth. de
mona collat.1.cap. decernimus 28.diſt.ita docent Ber-
mon.de publ.concub. in verbo, & alios non publicos
concubinarias num. 2. ad fin.verſ.poſtremò dubium
non eſt, & num 3. Decian. tract. crim.lib.6. cap.21.
rub.de concub.Cleric.num.7.& 8.Menoch.de arbitrar
lib.4 caſ.418.num.2. cum alijs per Farinac in tit.de
delict.carn.quæſt.138.num.37,& 39. vbi affert tē-
12 peramentum vt non per hoc ſint ligatæ manus
Iudicis, quin valeat imponere mitiorem pœnam
iuxta facti, & perſonarum qualitatem, puta ſu-
ſpenſionem.

13 Et quod pro hoc crimine Clericus etiam ſuſ-
pendi poſſit, facit textus in cap.fin.33.diſtin. & in
cap.Clericorum extra de cohabit.Cleric.& mulier.Re-
buf.in concordat.ad Bullam Leonis X.de publ. concu-
binar.in prin.poſt verſ.prima ergo pœna Diaz.in pract
crim.canon.cap.79.ſecundum vltimam impreſſionem
in verbo concubinarij in fin. prin. verſ.quia talis eſt
ſuſpenſus, & ibi Ignat.Lopez.in addit.lit.B. Decian.
tract.crim.lib 6.cap.21.Rub de concubin.in verbo, &
alios non publicos concubinarios num.2. ad fin. verſ.
poſtremò dubium non eſt, & num.9. verſ.alia autem
pœna, Menoch de arbitrar.quæſt lib.2. caſ.289.nu.1.
verſ.ſed verius, & caſ.4.8.num.1.Farinac.in tit. de
delict.carn.quæſt.138.num.40.Barboſ.in Concil. Tri-
dent.ſeſſ.25.de reform.cap.14. num. 16. Bonacin. de
cenſur.diſp.3.quæſt.6 punct.5.num.1,tom.3.

14 Immo de iure canico Clericus concubinarius
eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio, & beneficio,
cap.nullus cap.præter.32.diſtin.Abb.in cap.at ſi Cle-
rici num.35.de iudic.Clar.in §.fornicatio num.6.Garz
de beneſ.par.7.cap.14.num.11.& 15. Bellet. diſqui-
ſit.Clerical.par.2.tit.de pœn.Clericor.§.3.num.1. vbi
in fin. ſubdit, quod etiam hodie Clerici concu-
binarij notorij ſint ipſo iure ſuſpenſi à diuinis,
prout ſunt in vetere iure, ex declaratione Sacræ
Congregationis Concilij Tridentini.

15 Vlterius eſt ipſo iure Clericus concubinarius
excommunicatus, vt in Clementin.1.de conſangun.
& affin. cuius quidem excommunicationis ab-
ſolutio Epiſcopo reſeruatur, ſecundum Berm.de
publ.concub.in verbo, & alios non publicos concubi-
narios num.3.in fin. verſ.præterea eſt excommunica-
tus, Decian.tract.crim.lib.7.cap 21. rub. de concub.
Cleric.num.8.Farinac.in tit de delict.carn.quæſt.138.
16 num. 42. & num. 59. vbi ſubdit, quod Clericus
concubinarius ſe in diuinis immiſcendo irregu-
laris efficiatur, eiuſque miſſam à nemine audiri
debeat, nec Sacramenta ab eodem recipere, niſi
Sacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ, & Eucha-
riſtiæ in mortis neceſſitate, Innoc.& alij in cap.
fraternitatis de heret.Thoſtatus in tract. contra Cle-
ricos concubinar.concluſ.4.in addit,& concluſ. 13.&
ſeq.Berman de publ concub. in verbo, & alios non
publicos concubinarios num.5.& ſeq. in verbo noto-
rium eſt Decian.tract.crim.lib.6.cap 21.rub. de con-
17 cub.Cleric.num.18.& ſeq. Qui declarant hoc pro
cedere in concubinarijs publicis, ſecus in occul-
tis,

18 Inſuper priuatur etiam beneficijs iuxta bul-
lam Leonis X.in verſ.iubemus ex ordine Bullar.16.
par.1.fol.207.& tam de iure ciuili, quam canoni-
co, dixit Rolan.in conſ.98 num.6.lib 1. Rebuf.de
publ.concubinar.in princ.verſ.ſecunda pœna eſt Ber-
mon.de publ concub.in verbo poſt quam præſentes in
princ. Decian.tract.crim.lib.6.cap,21. de concubinar.
Cleric.num.12.Garz.de beneſ.par.5.cap.5.num.304
in fin.Tambur.de iure Eccleſiæ tom.3. diſ.9. quæſt.7.
num.15,Diaz.in pract.crim. canon.cap.79. in verbo
concubinarij verſ.necnon Farinac.in tit.de delict.carn
quæſt.138.num.50.cum ſeq.

19 Hodie vero raro deueniendum eſt ad priua-
tionem beneficiorum, minuſque ad depoſitio-
nem, niſi præcedente trina monitione, & maxi-
ma contumacia, cum propter carnis fragilitatem
Prælatorum indulgentia mitigatæ ſunt pœnæ,
quæ in primitiua,& adoleſcenti Eccleſia infere-
bantur, vt aduertit Decian.tract crim.lib.6.cap.21.
num.31.Menoch.de arbitrar.caſ.418.num.11.& 12.
Io:de Silua de beneſ.par. 3. quæſt.3. num.16. ad fin.
Vermigliol.conſ.crim.122.num.4.Reginal.in prax.fo-
ri pœnitential.lib.3.tract.3.cap.11. ſect.1. num.154.
verſ.vndecimum. Barboſ.in Concil.Trident.ſeſſ.25.de
reform.cap.14.ſub num.18. Bot.in Tullen. Monaſterij
Sancti Manſueti 27.Ianuarij 1597. coram Penia,
vbi

vbi firmat non eſſe raptim, & feſtinanter ſenten-
tias priuatorias proferendas, cum propter hu-
manam fragilitatem, & multorum pronitatem
in venereas voluptates occultis illecebris, veluti
acribus tormentis, & machinis bellicis viri etiã
Sancti ſæpe torquentur, & quatiuntur, ac proin-
de trinam monitionem præcedere debere ſubdit,
Rot.deciſ.139.num.1.2.& 3.par.5.in recent.
21 Propterea ex Sacri Concilij Tridentini diſpoſitio-
ne ſeſſ.25.de reform.cap.14.Clerici huius criminis
rei ſi à ſuperioribus moniti ab ijs ſe non abſti-
nuerint tertia parte fructuum beneficiorum, &
penſionum ſuarum ipſo facto ſint priuati, & ar-
bitrio Epiſcopi locis pijs applicentur, ſi veró in
delicto cum eadem, vel alia fœmina perſeuera-
uerint, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint,
non ſolum fructus omnes beneficiorum, & pen-
ſionum amittere debent, pariter locis pijs appli-
can. ſed etiam à beneficiorum ipſorum admini-
ſtratione ſuſpendendi ſunt, quod Ordinarius
etiam vti ſedis Apoſtolicæ legatus arbitrabitur,
& ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant,
tunc beneficijs, & penſionibus Eccleſiaſticis per-
petuè priuandi, & inhabiles, & indigni ad alia
beneficia, officia, & dignitates impoſterum ob-
tinendas, reddendi ſunt, donec poſt manifeſtam
vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus ex
cauſa diſpenſandum viſum fuerit, quod ſi ſemel
dimiſerint, & iterum conſortium repetant, præ-
ter prædictas pœnas, etiam excommunicationis
22 gladio plecti debent, in cuius cauſæ cognitione
ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veri-
tate inſpecta procedi poteſt.
23 Clerici verò beneficia Eccleſiaſtica, aut pen-
ſiones non habentes pœna carceris ſuſpenſionis
ab ordine, inhabilitate ad beneficia obtiuenda,
alijſque modis iuxta Sacros Canones puniendi
ſunt.
24 Tres autem monitiones ad effectum priuandi
Clericos concubinarios beneficijs debent eſſe
ſpeciales, & non generales puta per edictum, Garz.
de benef. par. 11. cap. 10. num. 186. Decian. tract.
crim.cap.21 de cleric.concubinar.num.30. in fin.iux-
ta notata in cap. vlt. de vita, & honeſtat. Clericor.
in verſ. ſi tales, & in Clement. 1. eod. tit. in verbo
nominatim. & in cap. ſtatum de ſenten. excom. in 6.
Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap.
14. num. 7. verſ. ſpecialiter ſcilicet, & num.9. vbi
25 ſubdit monitionem generalem factam in Synodo
nòn ſuffragari, etiam ſi vim trinæ monitionis
obtineat, & deciſum refert, Marc. Anton. Ge-
nuen. in prax. Epiſcop. Neap cap. 30. Aloyſ. ric. in
prax.for.Eccleſiaſt.deciſ.359.in 1.edit.alias reſol.307.
num.3.in 2.edit.
26 Quod autem tempus inter vnam, & alteram
monitionem intercedere debeat, arbitrio Epiſco-
pi relinqui deciſum refert, Garz.de benef.par.11.
cap.10.num.186 declarat.6.& ex Armendar. Barboſ.
in Concilium Trident.ſeſſ.25. de reform.cap. 14. nu-
mer.10.
27 Limitatur tamen huiuſmodi Conciliaris di-
ſpoſitio, vt non procedat in ſimplici inconti-
nentia, abſque qualitate concubinatus, Aloiſ.Ric.
in prax. fori Eccleſiaſt.deciſ.361. in fin.in 1.edit. &
reſol.307.num.5.in 2. edit. Garz.de benef. par. 11.
cap.10.num.186.Ioan.Sanc.in ſelect. diſput.50. n 10.
in fin. Armendar.in addit.ad recomp.legum Nauarra
lib.4.tit.5.de ſtupro l.vnica num.4 relat. per Barboſ.
in Concil.Trident ſeſſ.25.de reform.cap.14.num.6.
28 Laici veró concubinarij licet de iure canonico
arbitrio Iudicis puniantur, ſecundum Clar.in §.
fornicatio num 6. verſ.de iure autem canonico, Me-
noch.de arbitrar.quæſt.caſ.289.num.17.in addit.relat.
per Farinac.in tit.de delict.carn. quæſt.138 num.76.
Decian.tract.crim.lib.6.cap.21.de concubinar.Cleric.
num.38.vbi multas pœnas refert,
29 Ex Concilij verò Tridentini decreto ſeſſ. 24. de
reform.cap.8. ſi poſt quam ab Ordinario etiam
ex officio ter moniti concubinas non eiecerint,
ſeque ab eorum conſuetudine non ſeiunxerint,
excommunicationis gladio feriendi ſunt, non
abſoluendi donec re ipſa monitioni paruerint,
& ſi per annum neglectis cenſuris in concubina-
tu permanſerint, ſeuerè per ordinarios contra
30 eoſdem procedendum eſſe decernit. prout etiam
ex officio, & nullo requirente procedendum eſſe
ſubdit contra mulieres ſiue ſolutas, ſiue conju-
gatas publicè cum concubinarijs viuentes, ſi poſt
trinam monitionem non paruerint, pro modo
culpæ puniende etiam per eiectionem extra op-
pidum, vel diœceſim; alijs tamen pœnis contra
31 adulteros concubinarios inflictis in ſuo robore
permanentibus: ex quibus ſequitur quod alias
pœnas à iure communi, vel ſtatutis ſynodalibus
contra concubinarios inflictas non tolli per hoc
32 decretum, nec alium modum procedendi con-
33 tra eoſdem, & trina monitio tunc eſt neceſſaria
quando proceditur per viam excommunicatio-
nis, ſecus autem ſi pœnis pecuniarijs, vel alijs
contra huiuſmodi delinquentes Iudex procedere
velit, Ioſeph Vela de poteſtate Epiſcoporum circa pu-
nienda & inquirenda crimina par.1.num.64. ex Na-
uar. conſ.8.num.1. de offic.ordinar. Zerol. in prax.
Epiſcopal. par. 2. in verbo Concubinarij Armed. in
addit.ad recomp.legum Nauarra lib. 5.tit.3.l. vnica
de adult.num.10.cum alijs per Barboſ.in concil.Tri-
dent.dicta ſeſſ.24 cap.8.num.3.4.& 6.vbi deciſum
34 refert concubinarium poſſe puniri pœna pecu-
niaria etiam ante trinam monitionem.
35 Quæ procedunt etiam ſi concubinatus ſit cum
diuerſis, quia intentio præcipientis non eſt tan-
tum vt caueat à tali delicto, in quo incorrigibi-
lis perſeuerat, vt ex Aloyſ.Ric.Nouar.Gabr. Perei-
ra, & alijs tradit Barboſ. in Concil. Trid.ſeſſ.24 de
reform.cap.8.num.4.verſ. quod ſi in concubinatu.
36 Et mulieres concubinæ poſſunt etiam recludi
in Monaſterio, excommunicari, & alijs pœnis
mulctari de quibus per Decian.dicto lib.6. cap.21.
de concub.Cleric.nu.38.relat.per Farinac.dicta quæſt.
138.num.77.in fin.
37 Immò Legatum, vel relictum Concubinæ, om-
niſque alia diſpoſitio tàm inter viuos, quàm per
vltimam voluntatem facta ab amaſio ad fauo-
rem Concubinæ redditur prorſus inualida, &
emolumentum pertinet ad hæredes, cum prorſus
amaſia ſit incapax relictorum latè Ciarlin.controu.
forenſ. cap.109.num. 57. præcipuè de iure canoni-
38 co, cuius vigore donationes, & legata facta
Concubinæ, ſiue à Clericis, ſiue ab adulteris,
ſiue à perſonis minori odio dignis non valent,
cap.donare cum ſeq.86.diſt. Aym.conſ.229.lib.2.Bald.
conſil.447. lib.5. Card.Tuſch. pract. concluſ.in verbo
Me-

Meretrix concluſ.211.num.8. 9. 10.& 13. Peregrin. de iure fiſci lib.2.tit.9. num.2.in fin. Gratian.diſcept. forenſ.cap.31.num.18. 19. & 20. Farinac. fragment. crim.par.2.in verbo Meretrix num.390. & hanc opinionem tamquam honeſtiorem, & iuris canonici grauitati, & ſeueritati magis congruentem approbauit *Rota deciſ. 46. num.6. coram Card.Seraph.* in qua reprobatur *Capell.Tholoſan deciſ.141.* tamquam nihil allegans, & quod huiuſmodi donatio
39 non habeat locum in Concubina militis, & Presbyteri, & aliorum Clericorum etiam de iure ciuili, & etiamſi iuramento firmata fuerit cum iuramentum non ſit vinculum iniquitatis, & turpia conualidare, & roborare non debeat plenè alijs allegatis tradit *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib.21.tit.3,n.13.* & ſubdit *Gratian.dicta diſcep.31. num.21. vbi de veriuri.*

40 Quod procedit etiam ſi Legatum factum fuiſſet ob benemerita, niſi aliundè probentur, quam per aſſertionem ipſius legantis, tamquam facta inter perſonas ſuſpectas, quæ propterea nullum facit probationis gradum; Si tamen probarentur merita valeret legatum, & tunc deberetur ſecundum qualitatem ſeruitiorum, taxatis tamen ſeruitijs minus quam fuit legatum, *Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo donatione largitus nu.22.C.de reuocan.donat. Natta conſil.559.in fin. Anchar.conſil.247. Bermon.de publ.concubinar.num.26. Gratian.diſcept. forenſ.cap.31.num.27.& 28. Mantica de tacit.& ambig.conuent.lib.21.titul.3. num.15. Afflict.deciſ.102. per totam.*

41 Idem eſt in adultera, quod tamen procedit ex doctrina *Bald.in l. 1. num. 4. C.de condit.ob turpem cauſ.* communiter ſecuta à *Doctoribus in l. fin. de action.& obligat.* quando turpitudo eſt ex latere dantis tantum; & non recipientis, & tunc valet donatio, aut eſt ex latere recipientis, vel ex vtraque parte, & tunc non valet, *ad l. mercalem C. de condit.ob turpem cauſam.*

42 Tamen quia in adulterio turpitudo eſt ex vtraque parte, & legibus prohibetur, quid quid ſit de iure ciuili, de iure canonico tamquam expreſsè damnatum, huiuſmodi diſtinctio non eſt attendenda; & in hoc ius ciuile reperitur correctum à iure canonico ad tradita *per Card.Seraph.deciſ.46. à num.3.cum ſeqq.par.1.*

43 Supradicta verò concluſio plures recipit limitationes, & præcipuè vt non procedat ſi tempore legati, vel donationis conſtaret per plures annos, ceſſaſſe conuerſationem, & concubinatum *per gloſſ.in l.milites §.mulier ff de militar.Teſtament. Caſtren.in l.donationes C. de donat. Gulielm.de Benedict.in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine in deciſ.5.num.161.verſ.& eo modo de teſtam.Bald.conſil.354.in fin. lib.3. Capic. deciſ.102. Theſaur.deciſ. 111.in fin.Card.Seraph. deciſ.46. num.6. in fin.Gratian.diſcept.forenſ. cap.31. num.29.& 30.* vbi quod
44 de huiuſmodi emendatione debeat conſtare ſaltem per triennium, cum per huiuſmodi temporis lapſum præſumatur emendatio, & auferatur omnis macula, *& num.31.* vbi quod ſecus ſit ſi conuerſatio ſaltem ſi non publicè, clam, & ſecretò duraret.

45 Nec etiam procedit in legato facto Concubinæ cauſa dotis, vt nubendo ſe à turpi vita retrahat, nam tunc tamquam fauorabile, & priuilegiatum valet, vt tradunt Doctores relati per *Gratian. diſcept.forenſ.cap.31. num.35. vbi ex Lancellot. de ſtatut.quæſt.3.num.48.vſque ad 59.* concludit valere
46 legatum in paupere, & egena, cum per illud occaſioni meretricandi occurratur.

47 De iure vero ciuili donatio, vel legatum relictum Concubinæ, Meretrici, vel focariæ valet, & res donata, vel relicta ab eadem licitè retineri poteſt, *l. affectionis ff. de donat. Card. Tuſch. pract. concluſ.iur.in verbo Meretrix concl.211. num.3. cum plurib.ſeqq.Farinac.par.2.fragm.crim. in verbo Meretrix num.393.Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib.21.tit.3.num.12. Gratian.diſcept.31. num.6.* qui alios concordantes allegant.

HORTANA NVLLITATIS CONTRACTVS.

ARGVMENTVM.

Conceſſio bonorum Eccleſiæ facta abſque cauſa, & ſolemnitatibus, & inconſulto Romano Pontifice eſt nulla, Validitas huius alienationis tota pendet in euidenti vtilitate, quæ ex quibus reſultet, & quando ex curſu temporis præſumatur vna cum ſolemnitatibus, & beneplacito Apoſtolico adfuiſſe; pro bonis nulliter alienatis quando competat manutentio, vel reintegratio, latè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia ex contractu nullo, & iniuſto non cadit à poſſeſſione. 11.
2 Eccleſiæ competit manutentio pro rebus malè alienatis, licet Rector habuerit ſe pro ſpoliato.
3 Competit etiam reintegratio, præcipuè ſi Rector per decennium poſſediſſet. 4.8.
5 Poſſeſſori anteriori aduerſus poſteriorem duplex competit remedium reſtituendæ ſi habet ſe pro ſpoliato, & retinendæ ſi ſe pro ſpoliato non habeat.
6 Rector ſi poſt adeptam poſſeſſionem reperit occupantem poteſt eum violenter expellere.
7 Poſſeſſio naturalis recuperari poteſt in vim Ciuilis.
9 Poſſeſſio non transfertur per inutilem contractum per Prælatum factum.
10 Ideò nomine Eccleſiæ poteſt petere manutentionem.
12 Eccleſia vel dignitate vacante ſi occupentur eius bona competit interdictum vnde vi.
13 Interdictum vnde vi eſt remedium recuperandæ.
14 Eccleſiæ competit manutentio ſi eius bona occupentur.
15 Ratione ciuilis poſſeſſionis competit interdictum, vti poſſideris.
16 Interdictum vti poſſideris habet naturam mixtam poſſeſſionis retinendæ reſpectu ciuilis, & recuperationis reſpectu naturalis.
17 Eccleſiæ pro bonis malè alienatis, & occupatis competit interdictum vnde vi, & in conſequentiam vti poſſideris.
18 Dominium probatur ex locatione facta vti à Domino.
19 Probatur per Teſtes de auditu.
20 Secundum extremum in Iudicio ſpolij probatur per ſubſtentationem litis.
21 Reintegratio probatis extremis non eſt deneganda.
22 Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine cauſa, & ſolemnitatibus, & inconſulto Romano Pontifice eſt ipſo iure nulla.
23 In alienatione bonorum Eccleſiæ, vel Cathedralis, vel Collegiatæ, quorum conſenſus requiratur.
24 Validitas alienationis bonorum Eccleſiæ tota conſiſtit in euidenti vtilitate.
25 Alienatio bonorum Eccleſiæ tendit in damnum ſi Eccleſia non faciat ſuam conditionem meliorem.
26 Item ſi Eccleſia maiores redditus percipiebat ante conceſſionem.
27 Bona culta, & fertilia Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam concedi prohibentur.

21 Con-

28 Contractus ex curſu 40. annorum præſumitur in forma validà celebratus, præcipuè concurrente obſeruantia.
29 Beneplacitum Apoſtolicum aliæque ſolemnitates ex curſu temporis, & Eccleſiæ vtilitas interueniſſe præſumitur.
30 Lim. quando ex inſpectione ſcripturæ apparet ſolemnitates, & beneplacitum non interueniſſe, & regula procedit quando deficit ſcriptura. 35.
Vel quando ſolemnitas interuenire poteſt ante, vel poſt contractum, ſecus ſi in ipſo actu. 36. & 37.
31 Decretum irritans inficit quemcumque titulum.
32 Eſt penetrabilius omni gladio.
33 Ligat etiam ignorantes.
34 Inficit omnia, quæ ſequuntur.
38 Præſumptio beneplaciti Apoſtolici, releuat, ſi concurrant cætera habilia.
39 Præſumptio beneplaciti Apoſtolici abrogata per conſtitutionem Vrbani VIII.
40 Quæ conſtitutio in quibus terminis procedat declaratur.
41 In ea præſeruatur centenaria, & immemorabilis præſcriptio in caſibus permiſſis, & cum debitis requiſitis.
42 Alienatio bonorum Eccleſiæ quando perperam eſt facta tunc in ea nulla conſiderari poteſt præſcriptio, quæ alienationem tueatur.
43 Præſumptio beneplaciti Apoſtolici ex curſu temporis releuat retinentem rem Eccleſiæ ab onere probandi vtilitatem, & Eccleſiæ incumbit onus probandi nullitatem, & læſionem.

DECISIO LX.

PRætendente Moderno Rectore Parochialis Eccleſiæ Diui Nicolai nulliter alienatum, ſeù in perpetuum emphyteuſim conceſſum fuiſſe familiæ de Rocchis prædium, de quo agitur, introduxit iudicium nomine Eccleſiæ ſuper manutentione, ſeu reintegratione, vnde cauſa coram me pro veritate diſcuſſa, viſa fuit Eccleſiæ con-
1 cedenda, quoniam cum Eccleſia ex contractu iniuſto, & nulliter inito non cadat à ſua poſſeſſione
2 nec in contrahentem transferatur, non ſolum competit manutentio non obſtante, quod Prælatus, ſeu Rector habuerit ſe pro ſpoliato, ex quo nemini liceat præiudicium inferre Eccleſiæ, nec etiam in poſſeſſione, quæ ſemper reſidet penes ipſam Eccleſiam, iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi quis vxori nu. 3. de acquir. poſſeſſ. Poſtb. de manut. obſer. 37. num 4. verſ. neque Eccleſia, & latius obſer 57. n. 102. & ſeqq. Gregor. XV. deciſ. 116. num. 5. & deciſ. 286. num. 2. Caputaq. deciſ. 182. num. 2. & 9, & ſeq. par. 3. Seraph deciſ. 1417. num. 3. Rota deciſ. 327. num. 2. & plurib. ſeqq. & num. 15. deciſ. 330. nu. 26. & ſeqq. deciſ. 553. num. 12. 15. 16. 33. & ſeqq. deciſ. 469. num. 12. 16. & ſeq. deciſ. 518. num. 3. & ſeq. vbi de vna Eccleſia contraria deciſ. 631. num. 1. poſt Poſtb. in tract. de manut. Thomat. deciſ. 41. num. 21. Rota deciſ. 473. n. 2. par. 2, deciſ. 291, num, 5, & pluribus ſeqq. par. 6. & deciſ. 94. num. 7. & 8. par. 7. recent.*

3 Verùm etiam reintegratio, vel ex conditione legis, vel ex *can. reintegranda*, vel officio Iudicis, licet Eccleſia ceciderit facto ſui Rectoris, *cap. conqueſtus cap. cum ad Sedem de reſtit. ſpoliat. Verall. deciſ. 170. & 181. par. 3. Greg. XV. deciſ. 116. num. 1. vbi Adden. num. 4. Rot. deciſ. 437. num. 1. & 2. deciſ. 473. num. 2. deciſ. 485. num. 2. par. 2. deciſ. 94. num. 6. par. 7. recent. & in Neapolitana Spolij coram Card. Lancellotto penes Marcheſ. de commiſſion. tom. 1. fol. 103. & in Raueanaten. ſeu Ferrarien, Decimarum 24. Ianuarij 1650. ſub princ. coram Veroſpio.*

4 Præcipuè quando occupans vt in præſenti per decennium poſſediſſet, nam huiuſmodi temporis curſu, ſi Prælatus, ſeu Rector fuerit negligens in recuperanda naturali, vtique ciuilis poſſeſſio amittitur, & pro ſpoliata dicitur ſe habere Eccleſia, *Socin. ſen. conſ. 266. num. 20. in fin. verſ. ſed illam amiſit vol. 2. Rol. conſil. 50. nu. 26. lib. 2. Aym. conſil. 135. num. 1. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 23. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Poſthius de manut. obſer. 57. num. 205. in fin. & penes eundem Rot. deciſ. 330. n. 26. & coram Amat. Dunozet. deciſ. 231. num. 40. & 41. tom. 1. quæ eſt repetita penes eundem Poſtb. deciſ. 327. ſub num. 19.*

5 Circumſcripto verò huiuſmodi temporis lapſu eſt in poteſtate illius, qui turbatur in ſua poſſeſſione, vel habere ſe pro ſpoliato, & intentare remedium reintegrandæ, vel non habere ſe pro ſpoliato, & proponere remedium manutentionis, vel vtrumque cumulare, *Tuſch. in verb. manutentio concluſ. 79. nu. 3. & 4. Ciurlin. controuerſ. forenſ. cap. 119. num. 38. & 39. Poſtb. de manut. obſer. 57. num. 40. Caputaq. deciſ. 167. par. 3. Seraph. deciſ. 277. num. 1. Rota deciſ. 99. num. 3. par. 1. deciſ. 1: 0. num. 2. par. 4. diuerſ. deciſ. 157. num. 1. & deciſ. 35. nu. 3. in fin. par. 2. recen. deciſ. 237. num. 5. penes Cinc. de Cenſib. deciſ. 11. nu. 2. deciſ. 70. num. 5. deciſ. 601. num. 6. poſt eumdem Poſtb. de manut.*

6 Pro faciliori tamen huius remedij competentiæ dilucidatione eſt animaduertendum, quod ſi Rector, vel Canonicus poſt adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ, ſiue Canonicatus reperit eiuſdem bonorum occupantem; & hoc caſu poteſt eum violenter repellere, ſicuti poteſt poſſeſſor reuerſus à Nundinis inuaſorem talem expellere, ex quo dicitur Rectorem, ſeu Canonicum ſpoliare illa poſſeſſione, quam intelligitur retinuiſſe per apprehenſam poſſeſſionem Beneficij, *iuxta Textum in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acqu. poſseſſ.*

7 Si verò ante apprehenſam poſſeſſionem Beneficiatus fundum ſui beneficij aliquis occupaſſet, non nomine ſui, ſed nomine Eccleſiæ, vel beneficij expellere poteſt occupantem, ex vi ciuilis poſſeſſionis, quæ remanſit penes Eccleſiam naturalem recuperando, vt magiſtraliter dixit *Rota deciſ. 19. num. 12. & 13. par. 2. diuerſ. & coram Amato Dunozett. deciſ. 231. nu. 33. & ſeq. tom. 1. & in eadem coram Coccino penes Poſtb. de manut. deciſ. 554. ex Ancbur. in reg. ſine poſseſſione num. 12. poſt med. verſ. ex iji infero,*

8 Indubitati enim iuris eſt, quod Prælatus nomine Eccleſiæ, vel Prælaturæ poſſit agere tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio nedum recuperandæ, ſed etiam retinendæ, *vt in cap. literæ de dilat. cup. olim 1, & 3. de reſtit. ſpoliat. Abb. in cap. cum ſemper num. 19. 20, & 21 de cauſ. poſseſs. & propriet. & in dicto cap. literæ num. 3. verſ. circa primum de dilat.*

9 Etiam ſi ipſe Prælatus fecerit inutilem, & præiudicialem contractum, & habuerit ſe pro ſpoliato, quia cum ex inutili contractu per Prælatum poſſeſſio non transferatur, *Bart. in l. 1. § ſi vir. vxori num. 3. Iaſ. num. 28. Bolognin. num. 65. ff. de acquirend. poſs. Veral. deciſ. 182. num. 9. par. 3.* nomine Prælatu-
10 ræ, vel Eccleſiæ poteſt petere manutentionem, *Veral. dicta deciſ. 182. nu. 9. par. 3. Seraph. deciſ. 1417. num. 4. Add. ad Greg. XV. deciſ. 116. num. 5.* Prælatus
11 enim, & Eccleſia pro vt pupillus habent prærogatiuam, vt nunquam perdere poſſint poſſeſſionem, & nunquam deſinunt poſſidere, vt in puncto Eccleſiæ tradit *Pariſ. conſil. 24. num. 7. vol. 1. ex*

Bart.

Rub.in addit.ad dec.444. n. 47. p. 4. tom. 2. recen. Caputaquen. deciſ. 106. per tot. p. 1. Coccin, deciſ. 201. n. 1. Gulielm. Dunoz. 2. & deciſ. 299. n. 2. & 3. Rot. deciſ. 225. n. 3. p. 3. diuerſ deciſ. 753. n. 2. p. 2. deciſ. 120. n. 24. p. 6. deciſ. 243. n. 12. p. 7. deciſ. 252. n. 9. deciſ. 180. n. 5. p. 7. recen. deciſ. 394. n. 1. coram Buratto, & Cracouien. donationis 26 Nouembris 1650. §. quæ cum non fuerint corā Bichio.

23 Detegitur quoque nullitas conceſsionis, quia celebrata à quodam Io: Quaglia vti Patre Anſelmi tunc temporis Eccleſiæ Rectoris, & in hac patria poteſtas ad nullum effectum ſuffragatur, immo ad ſubſtinendam alienationem bonorum Eccleſiæ neque ſufficit conſenſus Rectoris, qui rem immediatè alienat, ſed requiritur conſenſus Epiſcopi, prout ſi Epiſcopus alienat intercedere debet conſenſus Primatis, & in alienatione bonorum menſæ Epiſcopalis, Cathedralis, vel Collegiatæ vlterius requiritur conſenſus Capituli, & ſic in præſenti omnium aliorum Rectorum eiuſdem Eccleſiæ, qui faciunt vnum corpus, Bonac.de alienat.bonor.Eccleſ. diſ.2. quæſt. vnica punct.4. n.1.et 4.

24 Iniuſtitia verò contractus eiuſque læſio deducitur, quia tendit in damnum, & non in euidētem Eccleſiæ vtilitatem, à qua tota validitas alienationis bonorum Eccleſiæ pendet, cum beneplacitum Apoſtolicum, & ceteræ ſolemnitates præſcribantur tamquam media ad conſequendū vtilitatis finem, & euitendas damnoſas Eccleſiæ circumuentiones, Corrad.in prax. Apoſtolic diſpenſ. lib.9.cap.1. n.20, verſ.ſecunda cauſa Mantic. deciſ. 101.nu.5. Seraph.dec.508.in prin.et num.11. Rot dec. 65.num.17.et dec.178. nu.10.par.2.diuerſ.dec.624. num.3.par.1.dec.730.num.3.par.2.dec.94. nu.74. et duob.ſeq.p.7.rec.et dec.11.n.8.penes Poſt. demanut.

25 Tendit quidem in damnum, quia Eccleſia per
hanc locationem non fecit ſuam conditionem
meliorem, ſed potius deteriorem, dum pro mo-
26 dico canone iuliorum nouem in perpetuum lo-
cata fuerunt bona culta, & fertilia, ex quibus
longè maiores redditus, & fructus percipiebāntur
ante locationis, ſeu conceſsionis celebrationem,
Gennen.in prax. Archiep. Neapol.cap.98.nu.6.
in fi.Corrad.in prax.diſpenſ.Apoſtolic.lib.9.c.4.n.48.
verſ.verum nihilominus, et dixit Rot.in Romana de-
morum.18. Februarij 1650.§.tum tertio quia coram
Bichio, et in Romana deuolutionis domus 21. Iulij
1652.in §.fi.coram.eodem.

27 Quinimò bona culta, & fertilia Eccleſiæ in locationem, & emphyteuſim perpetuam concedi omninò prohibentur, Camil.Borel.in ſum. omnium dec.tit.33.n.128. Barboſ.de offic. et poteſt.Epiſcop.alleg.95.num.26.par.3.cum alijs per me ipſum congeſtis in meo Plauſim. conſtit.29.n.8.

28 Neque valet obeſſe, quod ex curſu 40. anno-
rum omnia in forma valida confecta præſuman-
tur, aut legitimè præſcripta cenſeantur, vbi præ-
cipuè cum temporis curſu concurrat obſeruan-
tia contractus, quo caſu reſultat etiam præſump-
29 tio, quod interuenerit beneplacitum Apoſto-
licum, ac aliæ ſolemnitates, nec non vtilitas cō-
tractus ad fauorem Eccleſiæ, iuxta glo.in cap.per-
uenit. de empt.et vendit. vbi Io:.de Imol.num.11.et
12. et notatur in c.ea naſcitur de ijs, quæ fiunt à Præ-
lat.ſine conceſſ. Felin.in cap.illud num.6 de teſt. Alex.
conſ 7. num.8.lib.4.Gabr.conſ.88.nu.18.et ſeq.vol.1.
Anchar.conſ.136.num.2. Quaranta in ſumm, bullar.
in verb.alienatio ſub n.46.verſ.et huius articuli Bar-
boſ.de offic.et poteſt.Epiſc.alleg.95.num.72. Gonzal.
ad reg.8.Cancell.glo.12.n.76. Mareſcot.var. reſolut.
lib 2.cap.13 n.9.Garz de beneſ.p.12.cap.2. nu.179.
Grattian.dec.867.num.50.diſcept.893.n.37. Seraph.
dec.1125. num.... & dec.1174.num.5. Coccin.dec.
301. num.3.Burat.dec.45.num.6.Gregor.XV.dec.52
num.1.dec.54.. vbi Add.num.4.idem ad deciſ.354.
num.18.Merlin.dec.702.num.17.Card Ottbob. deciſ.
240.num.12. Mant.dec.101.num.2.Penia deciſ.155.
num 3.Rot.dec.170. num.8.poſt Pacif.de Salutan. &
in Mediolanen.reſciſſionis permutationis coram Pam-
phil ſen. apud Marches de commiſſion.par.1.fol.113.
num.3.dec.176. num.45.par.5.tom.1.dec.94. num.9.
dec.5 num.6.dec.121.num.10.dec.212.num.10.deciſ.
254 num.26.par.7.dec.256.num 1.& 2.par.8.recent
cum alijs congeſtis per Theodoſ Rub.in ſuis ſingular.in
tract.alienat.bonor.Eccleſ.à n.110.& per Paul. Rub.
in addit.ad dec.12.num 1.par.3.in recen. eadem Rota
in Mediolan.Parochialis 11.Februar.1664 §. maxi-
mè quia coram Albergato, & dec.164. num.9. coram
Gulielm. Dunoz.et dec.79.num.9.dec.99.n.8.dec.112
n.5. coram. Amat. Dunozet.

30 Quia ceſſat obiectum, quando vt in præſenti ex inſpectione inſtrumenti conceſſionis apparet ſolemnitatem, beneplacitum Apoſtolicum non interueniſſe, quo caſu neque lapſus temporis, neque ſubſecuta obſeruantia ſuffragatur ad effectū vt præſumatur validitas, & vtilitas bonorum Eccleſiæ alienationationis. Pariſ.conſ 17. num.119. lib.1.Caſtren.conſ.81.nu.3.lib.2. Crauet. conſil.174. num.44.& in tract.de antiq.tempor.par.3.§.vidimus in genere n.23. verſ.præterea, & par.4.§.abſolutis n. 6.Menoch.lib.3.præſumpt.132.n.79.Maſcard. lib.3. concl.1140 n 25.& concl.1316.n.33. Peregrin. de iure fiſci lib.6.tit.8.num.25.Gratia.diſcept.268. n.4. Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſc.alleg.95.num.73.p.3 Seraph.dec.1235. n.4.et ita ſæpè firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus congeſtis per Paul.de Rub.in adnot.ad dec.12.n.23.et ſeq.p.3.rec.

31 Eoque fortius quia tam in cap. 2. §.contractus
verſ.et quidquid de reb. Eccl.non alienan. adeſt de-
cretum irritans, quod radicitus inficit quemcum-
que titulum, & poſſeſſionem naturalem, & ci-
uilem, ac etiam detentionem, Gabr.de clauſ. con-
cluſ.3.num.50.& in puncto obſeruat.Poſt.de manuten.
obſeru.37 n.4.circa fin.& obſer.46.n 7.& dixit, Rot.
poſt eundem dec.215.num.15.& 16.& 17. Creſcen.
dec.4 num.4 de priuil.Rot.dec.189.n.4 par.2.diuerſ.
32 vbi quod tollat omnes iuris effectus.
33 Eſt autem decretum irritās penetrabilius om-
ni gladio ancipiti, & quando agitur de nullita-
te actus ligat etiam ignorantes Mantica.deciſ.76.
num.4.& 5.& operatur nullitatem vſque ab ini-
34 tio Rot.dec.666. num.2.par.4.diuerſ.& afficit om-
nia, quæ ſequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris
fomentum habeant, dicta dec.666. nu.2.par.4. di-
uerſ.Poſt.de manuten.obſer.46.n.8.9.& 10.

35 Obiectum autem ſibi forſan locum vendicare poſſet, quando deficeret ſcriptura, ſecus autem quando adeſt, & ex eadem oſtendatur defectus ſolemnitatis, Surd.conſ.28.num.110.& ſeq.Ferentill.ad Burat.dec.120.ſub.num.41.Cauale. deciſ.613. num.2. Pute.dec.183.n.2.lib.1.& dec.220.n.1.lib.3.

36 Præcipuè quando ſolemnitates, & beneplacitum Apoſtolicum ad hoc, vt teneat obligatio,

ſeù diſtractio interuenire debet, de tẽpore obligationis, vel in actu diſtractionis, vt exigitur in alienatione bonorum Eccleſiæ *ex allegatis per Salgad in laberint.creditor.par.3.cap.4.à n.5.vſque ad 7.& per Surd.dec.278. num.5. Rot.dec.97. n.13. poſt Merlin.de pignor.& in Neapolitana pecuniaria 19. Iunij 1656. §. iniuſtitia in fi. corã Zarate*, quid

37 quid ſit quãdo ſolẽnitas interuenire poteſt, ante vel poſt iuxta diſtinctionem traditam *per Ferentill.in addit.ad Burati.dec.120.ſub num.41.verſ.vbi quod ex diuturnitate.*

38 Quinimò tunc attenditur præſumptio beneplaciti, quando, ſeù quoties cætera habilia ſupponuntur, ſcilicet ſi de iuſtitia tituli appareret, ſi cauſa alienandi præceſſerit, & in euidentem Eccleſiæ vtilitatem contractum fuerit, *Ferret.conſ. 248.n.24. Quaranta in ſumma bullar.in verbo alienatio rerum Eccl.§. huius articuli circa fin.verſ.3.limitatur* quæ omnia penitus deficiunt in præſenti.

39 Accedente præterea conſtitutione felicis recordationis Vrbani VIII. *ſuper præſeruatione iurium Sedis Apoſtolicæ, emanata ſub die 5.Iun.1641.* qua omnia quomodocunque Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis præiudicialia per quoſcunque ſufficienti, & legitima facultate Apoſtolica non monitos facta, geſta cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis etiam longiſſimo tẽporis curſu executioni demandatis, & obſeruatis declarantur ipſo iure nulla, & inualida, nulliuſque roboris, & momenti, nullumque præiudicium intuliſſe Eccleſijs, minuſque inde aliquam approbationem, bonam fidem, poſſeſſionem, vel quaſi, aut præſcriptionem ex eis vnquam poſſe reſultare, vel induci in Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum præiudicium, præcipuè quando eſt perpetuum quo caſu omnino pariter fuit abrogata præſumptio beneplaciti Apoſtolici, non obſtante præfato temporis curſu, ac obſeruantia quantumlibet diuturna, longiſſima, etiam immemorabili, niſi de approbatione, vel confirmatione Apoſtolica doceatur per literas Apoſtolicas, ſiue ſub plũbo, ſiue in forma breuis ſub annulo Piſcatoris, pro vt Sancta Sedes expediri, & in Apoſtolicis regiſtris adnotare conſueuit, & ita ſæpè inhærendo huius conſtitutionis tenori firmauit, *Rota in Tiburtina affictus 19.Iunij 1648. §. neque prodeſſe coram Card. Corrado in Cracouien. diſmembrationis decimarum 5.Iunij 1650. coram Veroſpio. in Pampilonen. Vicaria 26. Maij 1653.§.nihil refragan.et in Brunduſina Archipresbyteratus 10. Februar.1659. §. minuſque coram Meltio.*

40 Ex cuius conſtitutionis tenore intentio Summi Pontificis fuit prouidere ſolum præiudicijs Eccleſiarum contra Clericos, vel Eccleſiæ Romanæ contra particulares, quidquid ſit vbi agitur de contractu inito inter Eccleſiam, & Eccleſiam ex iuſtà, & rationabili cauſa ſaltem ab initio inter ſolos Miniſtros Eccleſiaſticos, vt dixit *Rot. deciſ 713. n. 10. coram Amato Dunoz.tom.2.*

41 Et quamuis in fine eiuſdẽ *conſtitutionis §.non interdicimus antẽ* præſeruetur cẽtenaria, & immemorabilis præſcriptio, hoc tamen procedit concurrentibus de iure requiſitis, & in caſibus, in quibus per ſacros Canones, ſeu Concilia vniuerſalia, vel conſtitutiones Apoſtolicas illis nõ derogetur, vt ex eiuſdem conſtitutionis tenore notat *Paul. Rub. in adnot.ad dec.12.n.33.par.3.rec.*

42 Ex quibus ſequitur, quod hoc caſu nulla præſcriptio conſiderari poteſt, quæ huiuſmodi alienationem inconſulto Romano Pontifice factam aliiſque iuris ſolemnitatibus non ſeruatis tueatur, vt in puncto Paulinæ conſtitutionis, tradit *Paul.Rub.in adnot.ad deciſ.12.num.25. par.3. recent. Villagut.de reb.Eccleſ.non ritè alien.recuperan.lib.2. par.2.cap 5.num.11. Rodoan.de reb.Eccleſ.non alienan.Rub.de auctorit.Prælat.in alienat. interpon.§. iſte quidem num.11.fo.mihi 224.Bart.Brixien.quæſt.144*

Curſus autem temporis, cum obſeruantia ſubſequuta ſuffragetur tantum detinenti rem Eccleſiæ ad eundem releuandum ab onere probandi vtilitatem Contractus, adeò ut ipſi Eccleſiæ contrarium dicenti incumbat iuſtificare plenè, & concludenter damnum, & nullitatem alienationis, ſecus autem ad effectum impediendi manutentionem, ſeù reintegrationem, ſi ab Eccleſia de nullitate, & iniuſtitia contractus doceatur, vt ſcripſit *Bald.in cap.1 ſub num.7. de his, qui feu.dar. poſſ.Menoch.conſ.114.num.7. & 14. Pariſ.conſ.n.5. lib.4.Rot.dec.78. num.3. Par.2.dec.221.num.1.et 2 par.4.diuerſ.dec.201.num.5.par.1.deciſ.684. num.2. par.2.recen.dec.30.n.4.poſt Cinc. de cenſib.& magiſtraliter dec.94.num 10.par.7.rec.*

S V M M A R I V M.

1 Eccleſiæ pro rebus nulliter alienatis competit reintegratio, & etiam manutentio, & interdictum, vnde vi n.5. & 11.

2 Ex actu nullo geſto à Rectore non remanet priuata poſſeſſione. nu.4.

3 Poſſeſſio non reſidet penes Rectorem, ſed penes Eccleſiam.

6 Remedium reintegrationis competit Eccleſiæ etiã ſi adhibitæ fuiſſent ſolemnitates ſi conſtet de damno, prout etiã ſi non eſſent adhibitæ licet conſtaret de vtilitate.

7 Solemnitates, & vtilitas copulatiuè requiruntur ad validitatem contractus cum Eccleſia inito.

8 Eccleſia ſi cadit à poſſeſſione facto ſuo, & ex contractu proprio non initiat remedium *Can. reintegran.* Lim. vt num. 10.

9 Succeſſor in beneficio poteſt intentare ſpolium, ſi alienatio anteceſſoris fuit nulla.

11 Eccleſiæ, & minoribus interdicta eſt bonorum alienatio abſque legitima cauſa.

12 Quilibet nomine Eccleſiæ poteſt repetere bona malè alienata etiam abſque mandato.

13 Quilibet etiam Extraneus contradicere, & ſe opponere poteſt iniuſtæ, & nullæ alienationi rerum Eccleſiæ.

14 Nullitas contractus ad effectum impediendi mandatum de manutenendo debet eſſe clara, & euidens.

15 Eccleſiæ non competit remedium Canonis reintegrandæ ſtante beneplacito Apoſtolico, & ſententia Iudicum commiſſariorum, ſed via ordinaria rei vendicatione agendum eſt.

16 Limit. ſi in continenti appareat de non vtilitate, & damno.

ADNOTATIO I.

Reintegratio Eccleſiæ pro bonis malè alienatis an, & quando competat, & à quo peti poſſit.

1 Eccleſiæ prò rebus nulliter alienatis competit non modo reintegratio, ſed etiam manutentio, & interdictum vndè vi, vt tradit vltra alios allegatos in deciſione *Abb.in c.cum ſemper num.21.de cauſ.poſſeſ.& propriet Rot.deciſ.291. à num.5.vſque ad 9.par.6.rec.& in Cracouien.dona-*

tio-

tionis 26. Nouembr. 1650. §. bis conſequens eſt coram Bichio.

2 Eſt enim ſpeciale in Eccleſia, quod ex actu nullo geſto à Rectore non remaneat priuata poſſeſsione ad effectum, vt eidem debeatur manutẽtio pro rebus malè alienatis, *Bart. in l. ſi vir vxori ff. de acquir. poſſeſſ. vbi Iaſ. num. 28. Bolan. num. 65.*
3 *Caputaquen. dec. 182. num. 8. par. 3.* Ea ratione, quia poſſeſsio non dicitur exiſtere penes Parochum, ſed apud Eccleſiam ex communi, & veriori, vt teſtatur *Alex. conſ. 81. nu. 17. lib. 3. Pariſ. conſ. 24. n. 5. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 170. num. 4. par. 3. Rot. dec. 1.*
4 *num. 1. de reſt. ſpoliat. in nou. dec. 291. à num. 5. vſque ad 9. par. 6. recen.* Prælatus namque, & Eccleſia pro vt pupillus, & minor nunquam deſinit poſſidere, & nunquam moritur, & conſequenter nunquam poteſt perdere poſſeſsionem *Bart. in l. 1. §. ſi vir vxori num. 3. ff. de acquir poſſ. Pariſ. conſ. 24. num. 7. vol. 1. Rot. deciſ. 231. num. 5. & coram Amat. Dono zet. tom. 1. dec. 554. à num. 12. vſque ad nu. 16. ſeq. vbi contrarijs reſpondet poſt Peſtb. de manutentione, & deciſ. 94. num. 5. p. 7. recent.*

5 Quando verò contractus ſit damnoſus, & nullus, ex quo deficiat vtilitas Eccleſiæ, cum ipſa dicatur ſine iuſta cauſa. & nulliter à poſſeſsione facti cecidiſſe, ſemper intrat æquiſsimum remedium *canonis reintegranda 3. q. 1.* vt conſuluerunt *Bertrand. conſ. 448. num. 4. lib. 4. Surd. conſil. 28. num 91. & 92. & conſ. 49. num 17. plenè Peregin. in cap. conſultationibus num. 16. & 17. de offic. deleg. Caputaquen. dec. 181. & 182. num. 8 par. 3. Rot. dec. 473. num. 2 p. 2. & deciſ. 94. num. 76. & 77. par. 7. rec.* vbi num 8. ſubdit, quod quamuis *Bart. in l. ſi alienam num. ff. ſol. ut. matrim.* fateatur dari hoc caſu rei vendicationem tamen non inde inferendum ſit denegari aliud remedium Eccleſię legitime competens pro vt eſt ſpolium.

6 Amp. vt Eccleſia poſſit agere remedio canonis, ſeu [illegible]tegrationis etiam ſi in contractu adhibitæ fuiſſent ſolemnitates, dummodo conſtet de damno Eccleſiæ, pro vt etiam ſi non eſſent adhibitæ ſolemnitates, licet de vtilitate conſtaret, cum vtroque caſu contractus claudicare dicatur, ex
7 quo ſolemnitates, ſeu beneplacitum Apoſtolicum, ac Eccleſiæ vtilitas copulariuè requirantur ad eius ſubſiſtẽtiam, vt ſeruauit, *Rot. in cauſa Aquilana bonorum coram Remboldo poſt Poſt. de manuten. deciſ. 11. & in alia Meſſanen. ſeu nullius feudi coram Merlino in recen. deciſ. 94. num. 78. cum duobus ſequen. par. 7.*

8 Lim. quando Eccleſia cecidit à poſſeſſione facto ſuo ex contractu proprio, quo caſu non intrat remedium *Canonis reintegranda 3. quæſt. 1.* pro recuperanda poſſeſſione, etenim ſibi debet imputare damnum ex propria culpa proueniens, *vt ſcripſit Ripa in cap. ſæpe num. 27. de reſtit. ſpoliat Socc. in leg. rem quæ nobis num. 8 ff. de acquirend. poſſeſſ. Alex. conſ. 90. num. 5. lib. 1. Surd. conſ. 94. num. 2. Rot. deciſ. 170. num. 2. & deciſ. 172. num. 6. par. 3. coram Caputaquen. deciſ. 473. num. 2. par. 2. deciſ. 94. num. 1. & a par. 7. recen. deciſ. 215. num. 27. poſt Poſt. de manuten.*

9 Sublim. ſi agatur nomine Eccleſiæ per Epiſcopum ſucceſſorem, qui poteſt intentare ſpolium, ſi alienatio anteceſſoris fuit nulla, *Abb. in cap. accedens il 1. num. 19. vt lit. non conteſt. Ripa in dicto cap. ſæpe num. 14. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 473. num. 2. par. 2. recen.*

10 Sublim. 2. vt procedat quoties factum ſit iniuſtum, validuſque contractus, ſecus ſi ex cauſa iniuſta, & actu nullo poſſeſſio amittatur, nam tunc adhuc datur reintegratio, vt deſumitur *ex textu in dicto can. reintegranda 3. quæſt. 1.* ibi, *per quaſcumque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe,* & docent *Abb. in cap. ad ſedem num. 28. de reſt. ſpoliat. Butr. in cap. ſæpe num. 12. eod. tit. Alex. conſ. 200. num. 1. lib. 2. bene Huded. conſ. 23. num. 40. & 52. lib. 2. Gail. obſer. 75. num. 19. lib. 2. Surd. conſ. 28. num. 58.* vbi admonet perpendendum eſſe iuſtitiam deiectionis è poſſeſſione actoris, non autem iuſtitiam, aut vitium poſſeſſionis rei, vt etiam obſeruat, *Peregrin. in cap. conſultationibus num. 13. verſ. & aduertatur de offic. deleg. Rot. deciſ. 94. num. 3. & 4. par. 7. recen.*

11 Eccleſiæ autem, & minoribus interdicta eſt bonorum alienatio, niſi præceſſerit cauſa legitima, nec animo poſſunt ſuam dimittere poſſeſſionem, vnde ex contractu iniuſto, & nulliter inito Eccleſia, & minor non cadunt à ſua poſſeſſione, & illam non transferunt in contrahentem, licet ſecus in alijs, propterea nomine Eccleſiæ ne dum peti poteſt reintegratio ad rem alienatam, ſed etiam ratione poſſeſſionis ſemper permanentis pænes Eccleſiam, cui ex facto Rectoris præiudicari non poteſt, competit interdictum retinendæ poſſeſſionis tam Prælato ſucceſſori, quam etiam ipſi alienanti agenti tamen nomine Eccleſiæ, vt magiſtraliter dixit *Rot. deciſ. 94. num. 5. 6. 7. & 8. par. 7. recen.*

12 Quilibet etiam nomine Eccleſiæ poteſt repetere bona malè alienata abſque, mandato eiuſdem Eccleſiæ, etenim pro rebus malè alienatis nec requiritur conſenſus, nec mandatum, & omnes poſſunt agere, etiam non præcedente aliqua negligẽtia Prælati, vel Capituli, omnibus enim intereſt defendere Eccleſiam, & eſt populare continens publicam vtilitatem, *ad text. in cap. ſi quis Presbyterorum Abb. in cap. cum olim. col. 3. prope fin. verſ. & idem de teſt. Villagut. de reb. Eccleſ. non ritè alien. recuperand. lib. 1. par. 1. cap. 6. per tot. & ſignanter num. 16. pulchre Rot. deciſ. 431. num. 6. & 7. coram Pateo lib. 2.*

13 Et non ſolum quælibet Eccleſiaſtica perſona poteſt alienationi rerum Eccleſiaſticarum ſe opponere, & vna cum fructibus alienata repetere, per textum apertum *in cap. ſi quis Presbyterorum §. fin. de reb. Eccleſ. alien. vel non,* & præcipue Clerici de cuius intereſſe agitur, verum etiam illis negligentibus etiam extranei contradicere poſſunt alienationi. *Villagut. de reb. Eccleſ. male alien. recup. lib. 1. par. 1. cap. 4. num. 3. qui alios allegat.*

14 Nullitas autem ad effectum retardandi mandatum de manutenendo debet eſſe clara, & euidens, vt non egeat probatione vt in terminis affictus rei Eccleſiaſticæ vltra terminum abſque beneplacito Apoſtolico, *dixit Rot. in Romana, ſeu Terracinen affictus coram Pirovano pænes Poſt. de manuten. deciſ. 215. num. 15. & ſeq.* & in terminis donationis abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, & inſinuatione, *deciſ. 63. & deciſ. 254. pænes eundem Poſt.* & in terminis nullitatis penſionis, *deciſ. 542. nu. 7. & ſeq.* & in terminis obligationis Cameralis,

Zacch.de obligat.Cameral.quæſt.3.num.2.& ſeq. Poſtius obſeruat 62.num.12.

15 Lim.2. principalem concluſionem vt Eccleſiæ non competat remedium *canonis reintegranda 3. quæſt.1.* ſtante productione beneplaciti Apoſtolici, & ſententia Iudicum Commiſſariorum, & ſic vbi interuenerunt ſolemnitates, ſed via ordinaria, nempe rei vendicatione agendum eſt *Bart.in leg.ſi alienum num.3.& ibi Caſtr. num.3.ff. ſolut. matrim. Natta conſ.288.num.3.Rot. decıſ.94. num.70. par.7. recen.*

16 Sublim. quando euidenter,& incontinenti appareat de non vtilitate, ſed de damno, quo caſu non obſtante beneplacito Apoſtolico, & illius executione, cum Eccleſiæ contractus remaneat nullus, competit etiam remedium canonis reintegranda, *vt dixit Rot.deciſ.94.num.71.72.& ſeq. par.7.recen.*

SVMMARIVM.

1 In alienatione bonorum Eccleſiæ copulatiue requiruntur ſolemnitates, & vtilitas.
2 De vtilitate Eccleſiæ conſtare debet per plenas, & legitimas probationes.
3 Nec ſtatur aſſertioni partium, & executorum ſi iudicialiter procedere debent.
4 Vtilitas debet eſſe euidens, & certa de tempore contractus, & non poſt facta meliorementa 7.
5 Contractus eſt Eccleſiæ damnoſus ſi plus ei non datur, quam ſit ſolita percipere 8.
6 Vtilitas rei Eccleſiæ debet reſpicere proprietatem,& redditus,& non pretium eptionis.
9 Vtilitas in alienatione rei Eccleſiæ an interuenire debeat tempore confecti inſtrumenti an tempore aſſenſus Apoſtolici, & interpoſitionis decreti Commiſſariorum 10. & 12.
11 Vtilitas vt euidens dicatur debet excedere tertiam partem.
13 Conceſſio rerum aquoſarum dicitur vtilis Eccleſiæ, ſi redactæ ſunt ad culturam cum aliqua reſponſione.
Dicitur etiam vtilis ſi conductor fecerit notabilem expenſam, quam Eccleſia facere non poterat ibidem.
14 Dicitur quoque vtilis ſi Eccleſia fecerit ſuam conditionem meliorem.
15 Contractus abſque vtilitate Eccleſiæ celebratus eſt ipſo iure nullus non obſtante beneplacito.
16 Non eſt validus ſi Eccleſia ab alijs potuiſſet habere maiorem vtilitatem.
17 Permutatio bonorum Eccleſiæ vt valide fiat quæ requirantur.
18 Vtilitas Eccleſiæ requiritur etiam ſi bona ſint ſolita alienari. Nec ſufficit vtilitatem adfuiſſe de tempore primi contractus 20.
19 Lim. procedere vbi ceſſauit cauſa primæ conceſſionis.
21 Bona ſcienter Eccleſiæ nulliter alienata ſunt reſtituenda vna cum fructibus à die alienationis.
22 Lim ſi in alienatione adhibitæ fuerint ſolemnitates, beneplacitum, & decretum executorum interuenerit, nam tunc a die motæ litis.
23 Sublim ſi a principio contrahens fuit in mala fide.
24 Eccleſia agens ad nullitatem contractus an pro receptis teneatur ad reſtitutionem fructuum 25.
26 Eccleſia non debet locupletari cum iactura alterius.

ADNOTATIO II.

Quæ vtilitas requiratur ad ſubſtinendam alienationem bonorum Eccleſiæ.

1 IN Eccleſiaſticarum rerum locationibus, conceſſionibus,& alienationibus copulatiue concurrere debent vtilitas Eccleſiæ, & ſolemnitates, *iuxta Extrauag.ambitioſe de reb. Eccleſ. non alien.cap.ſine exceptione 12.quæſt.2. vbi gloſ. & Doctores cap. 1. & 2. de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. Clem.1. eod.tit. gloſ in cap.1.in verbo redire, & ibi Abb.nu.17.de reſtit.in integr.Couar.var.lib.2 cap.17. num.2.Rot.deciſ.178.nu.1.par.2.diuerſ.& deciſ.431. num.1.penes Poſt.de manutenen.deciſ.94.num.73. deciſ.36.num.5.par.7.recen.*

2 De euidenti vero Eccleſiæ vtilitate conſtare debet per plenas, & legitimas probationes, præuia cauſæ cognitione, & diſcuſſione iudiciaria, *latè Rot.deciſ.36.& 37 poſt Conc. de cenſib. et deciſ 94.num.45.deciſ.36.num.13. par.7. recen. deciſ.582 num. .par.1.diuerſ.*

3 Nec ſtatur aſſertioni partium, nec executorum dum iudicialiter procedere tenebantur, *Iaſ. conſ. 73.per tot.lib.3.Federic.de ſen.conſ.143. Rot.dec.27. num.4.deciſ.28.num.1.deciſ 36.num.9 deciſ.37. n.6. & 7.poſt Cinc.de cenſib.deciſ 160.num.4.par.2.deciſ 752.num.3 par.1.deciſ.209.num 3.deciſ.597. num.2. par.4.diuerſ. deciſ.94. num 44. par.7.recen. late Genuen.in prax Archiepiſ.Neapol cap 89.num.2.*

4 Et dicta vtilitas debet eſſe euidens, & certa de tempore contractus, ita vt non ſufficiat Eccleſiam remanere ſine damno, ſed opus eſt ipſam fieri locupletiorem, & lucrum conſequi à conceſſione propterea dubia vtilitas adhuc effectum ad nihilum ſuffragetur, *iuxta cap. ſine exceptione 12. quæſt.2.Genuen. in prax.Archiepiſcop.Neapol.cap.89 num.1.Guglielm Dunozet.deciſ.52.num 4.Corrad. in prax.diſpenſ.Apoſtolic.lib.9.cap.1.n.20. verſ. hac tamen cauſa fol.397. Rot. deciſ. 433.num.2.& deciſ. 508.num.12.coram Seraph.deciſ.65.nu.4. deciſ 160. num.2.par.2.diuerſ.deciſ.544 num 5.par.1.deciſ.730. num.3. par.2. deciſ.94. num.52.par.7. recen.deciſ.4. num.7.de reb.Eccleſ.non alien deciſ.81. num.8. penes Poſt.de manuten.*& docet *Abb.in cap. ad aures nu.4. de reb. Eccleſ.non alien Hond.conſ.37.n.9.lib.2.*

5 Hinc eſt quod contractus non dicitur vtilis Eccleſiæ,ſed damnoſus quotieſcumque non plus illi datur, quam ſit ſolita percipere, *Dec.conſ.142. num.5.Redoan.de reb. Eccleſ. non alien. rub. de cauſ. cognit. num.171. Rot. deciſ.94. num.55. par.7 recen. deciſ 65.num.16.& 17.par.2.diuerſ.in Romana deuolutionis domus 21. Iuny 1652. in §. fin.coram Bichio,* vbi quod conceſſio rei Eccleſiæ non dicatur facta cum euidenti vtilitate, ſi fuerit conceſſa domus annui redditus ſcutorum centum pro exiguo canone ſcutorum octo, & in terminis de conceſſione domus annuorum ſcutorum ſeptuaginta ſeptem pro annuo canone ſcutorum duodecim dixit *Rot.in Romana domorum 18. February 1650. §. tum tertio quia coram eodem.*

6 Infertur ex prædictis quod euidens vtilitas reſpicere debeat valorem rei, tam circa proprietatem, quam circa redditus, ita vt ad hunc effectum non ſufficiat dare æquiualentem, cum ſit danda res maioris pretij, vt dicatur facta cum vtilitate, alias ſi detur cum æquiualenti pretio conſtaret de damno, & præiudicio facto Eccleſiæ. *Dec conſ.142. num.3. verſ. hoc etiam patet Redoan.de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 20. tit. de cauſ. vtil.num 172.& 173.relat per Corrad. in prax. Apoſtolic.diſpenſat.lib.9.cap.10.num.11.fol.451.*

7 Ad cognoſcendam verò læſionem vel vtilitatem Eccleſiæ, inſpiciendum eſt tempus contractus ipſius alienationis, nec eſt habenda ratio

va-

valoris prouenientis ex impenſa, & facto conductoris, & poſt facta melioramenta, & poſt quam res reddacta ſit ad magnam fertilitatem diligentia expenſis, & labore agruculroris, vt tradunt *DD. in leg. 2. C. de reſcind. vend. Calder. conſ. 5. verſ. non obſtat. tit. de re. permut. Ruin. conſ. 35. num. 35. in fin. lib. 1. Iaſ. conſ. 59. num. 20. lib. 1. Cagnol. in leg. 2. num. 213. & ſeq. C. de reſcind. ved. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaeſt. 78. cap. 9. num. 13. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 9. cap. 4. num. 39. circa med. fol. mihi 41. Rot. deciſ. 553. num. 4. coram Penia.*

8 Ad probandam igitur non euidentem vtilitatem exuberat probare quod ex locatione facta tempore alienationis plus percipiebatur, *Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 89. num. 6. in fin. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 9. cap. 4. num. 48. verſ. verum nihilominus fol. mihi 413. Rot. deciſ. 94. num. 52. cum ſeq. par. 7. recen.*

9 Vbi vero agitur de contractu Emphyteutico, Eccleſiae vtilitas eſt inſpicienda non tempore conclusionis contractus, ſed tempore confectae ſcripturae alienationis, cum perfectio huius contractus dependeat ab actu reductionis ad inſtrumentum, & ideò ſufficit verificare quod eo tempore adfuerit euidens vtilitas, *Bald. in l. ſi quis cū ſ. ſuo in 3. notab. ff. de vulgar. & pupil. Gennen. in prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 89. num. 3. verſ. fuit tamen dictum.*

10 Contrarium quod ſit attendenda vtilitas tempore aſſenſus Apoſtolici, & interpoſitionis Decreti Iudicis delegati, & non tempore contractus praecedentis, tamquam nulliter celebrati abſque aſſenſu Apoſtolico, à quo cum robur, & validitatem accipere debeat, per fictionem retrotrahi non poteſt iuxta *Text. in l. ſi iis, qui prò tempore ff. de vſucapionibus*, & tunc tantum tempus contractus eſt attendendum, ſi fuerit confirmatus contractus in Breui Apoſtolico ex certa ſcientia expreſſo tenore ipſius contractus, cum tunc haec confirmatio praeſtet magnum robur, & efficaciā ... ſed ſi in Breui nulla ſit facta mentio contractus antea celebrati, ſed tantum fuerit expreſſum Summo Pontifici, quod partes intendunt contrahere, & requirunt aſſenſum, & tunc eſt attendenda vtilitas tempore interpoſitionis Decreti Commiſſarij, vt comprobat *Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 89. num. 3. verſ. ſed aduerte.*

11 Vtilitas autem vt euidens dicatur debet excedere tertiam partem, ac propterea de ſtylo Curiae, & praxi Datariae Apoſtolicae non admittitur ... atio ſi in euidentem, niſi illius officiales ... endant annuum redditum, quem Eccleſia habebit excedere regulariter tertiam partem, licet aliquando minorem ſecundum caſuum diuerſitatem proue Domino Datario videbitur *Corrad. in prax. Diſpenſ. Apoſtolic. lib. 9. cap. 4. num. 52. fol. mihi 414.*

12 Vltrò quod ſubſtineatur alienatio bonorū Eccleſiae licet exiccatio, & exboſcatio terrarum eſſet facta antè Summi Pontificis beneplacitum, & antequam Iudex Apoſtolicus deuenerit ad explorandam vtilitatem Eccleſiae, quia vtilitas, ſatis eſt quod interuenerit ab initio tempore contractus, nec eſt attendenda poſt facta melioramenta, & poſtquam per ſollicitudinem, & induſtriam colonorum melior fuit effecta *gloſ. in cap. ad aures in verbo tunc de reb. Eccleſ. non alienan. Dec. conſ. 309. num. 3. verſ. & ſufficit tale onus*, quos refert, & ſequitur *Rot. deciſ. 553. num. 3. 4. & 5. vſque ad fin. vbi num. 6.* ſubdit, quod alias redderetur iniquum, vt Eccleſia locupletetur, cum iactura mercatorum cum quibus contraxit.

13 Bonorum igitur Eccleſiaſticorum locatio dicitur facta in euidentem Eccleſiae vtilitatem, ſi conductor prò bonificatione praediorum fecerit aliquam impenſam notabilem, quam Eccleſia facere non poterat, prò eorum melioratione, vnde vtilitas in alienatione puta rerum aquoſarum bene apparet, ſi ad culturam ſint redactae cum aliqua reſponſione, *iuxta doctrinam Bero conſ. 88. num. 26. lib. 1.*

14 Generalis enim regula eſt, vt Eccleſiae vtilitas in alienatione eius bonorum requiſita eo ipſo oſtendatur, quod conditionem ſuam fecit meliorem, *cap. ad aures, cap. vt ſuper cap. poſſeſſiones de reb. Eccleſ. non alienan.* Cun. *Iun. conſ. 130. num. 3. verſ. ſecunda cauſa eſt Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. Rub. 19. num. 54. 62. 91. & 95. & rub. 25. num. 27. verſ. in alienatione Pauia deciſ. 553. numer. primo.*

15 Vbi autem ceſſat huiuſmodi vtilitas contractus eſt ipſo iure nullus non obſtante beneplacito, & illus executione, *Rota deciſ. 508. in fin. coram Seraph. deciſ. 94. num. 73. part. 7. recen.*

16 Immò contractus de rebus Eccleſiae non eſt validus ſaltem in effectu ſi potuiſſet Eccleſia habere ab alijs maiorem vtilitatem, debet enim Praelatus contrahere cum illo, cum quo maiorem vtilitatem habere poteſt, quae ſunt formalia verba *Abbatis in cap. ad aures in vltim. notab. de reb. Eccleſ. non alien. & ſentit Imol. ibidem ſub num. 1. verſ. item nota quos refert, & ſequitur Rot. deciſ. 4. num. 7. & 8. coram Caſare de Graſſ. in tit. de reb. Eccleſ. non alien.*

17 Amp. in permutatione rei Eccleſiae, quae eſt limitate magna cum circumſpectione facienda, nempe quod res permutanda cum re Eccleſiae ſit ab omni, & quocunque onere, fideicommiſſo, deuolutione, caducitate, & hypotheca libera, nec deterioris conditionis, nec longius diſtet, adeout non ſufficiat, quod valor probetur in proprietate, & annuo redditu, & prouentu, ſed etiam oportet, quod res ſit ęque commoda, vicina, aequeque cauta *Corrad. in prax. Diſpenſat. Apoſtolic. lib. 9. cap. 10. num. 9. 11. fol. mihi 451.*

18 Amp. vt euidens Eccleſiae vtilitas requiratur etiam ſi bona ſint ſolita concedi in Emphyteuſim, nam licet hoc caſu non exigantur ſolemnitates *cap. 2. de feud.* tamen defectu euidentis vtilitatis ſubſtineri non poteſt, vt in puncto conceſſionis bonorum Eccleſiae notabilis valoris ad plures generationes abſque vllo canonis augumento, ſed pro eodem redditu, *dixit Rot. deciſ. 4. num. 12. de reb. Eccleſ. non alien. coram Caſare de Graſſ. deciſ. 288. num. 5. coram Caualer. deciſ. 582. per tot. part. 1. diuerſ. deciſ. 36. num. 12. & plurib. ſequen. part. 7. recen. & colligitur in cap. 2.* ibi ſi videris expedire *Abb. in cap. vt ſuper. num. 11. verſ. Ego credo de reb. Eccleſ. non alienan. Hond. conſ. 51. num. 89. lib. 1. & conſ. 31. num. 16. & ſeq. lib. 2. ad tradita per Hyppol. Rim. conſ. 32. nu. 11. & 15. vol. 1. Gratia diſcept. 379. n. 22. Borgnin. deciſ. 30. n. 79. p. 2.*

19 In-

19 Intellige procedere vbi ceſſauit cauſa primæ conceſſionis, nam tunc res Eccleſiæ dari non poteſt pro eodem canone, etiam ſi ſit ſolita locari, *Abb. in cap. vt ſuper ſub num.11. verſ. Ego crederem de reb. Eccleſ. non alien.* & hanc *Abb.* deciſionem ſingulariſſimam vocat *Curt. Iun. & alij relati per Rot. deciſ.4. num.12. de reb. Eccleſ. non alienan. coram Cæſare de Graſſ.*

20 Nec adhunc tantum ſufficit, quod vtilitas adfuerit tempore primi contractus, ſed etiam concurrere debet de tempore reconductionis, vt admonent verba Paulinæ conſtitutionis ſi benè ponderentur; ibi *& tunc in Eccleſiarum euidenti vtilitate*, cum ex illis colligatur non dari ſimpliciter facultatem alienandi res alienari ſolitas, ſed cum illa qualitate præſentis vtilitatis Eccleſiæ de tempore relocationis ſeù reconductionis, adeout talis qualitas eſt probanda per conductorem non autem læſio per Eccleſiam, *vt magiſtraliter dixit Rot. deciſ 413. num.1. & 2. coram Seraph. & in Romana Dorsorum 18. Februarij 1650. §. tum tertio quia coram Bichio,* & vltra DD. ſupra relatos *tradunt Molin. de iuſt. & iur. diſp.463. num.17. Caſtropal. oper. moral. tom. 2. tit. de reueren. debit. Eccleſ. diſp. vnica punct.15. §.4. ſub num 4. verſ. ſecunda conditio.*

21 Amp. vt bona fructifera Eccleſiæ nulliter alienata abſque euidenti Eccleſiæ vtilitate alijſque ſolemnitatibus non ſeruatis ſint reſtituenda vna cum fructibus à die alienationis, iuxta *Textum in l. iubemus §. 1. C de Sacroſanct. Eccleſ. Bero in cap. ſi quis Presbyterorum num.14. de reb. Eccleſ. non alien. Felin. in cap. cum cauſa num.27. de re iudic. Honded. conſ. 17. num.13. & 14. vol.2. Villagut. de reb. Eccleſ. male alien. recuperan. lib. 2. part. .. cap.5. num 167.* & præcipue *verſ. idem docuit. Redoan. de reb Eccleſ. non alien. quæſt.77. cap.5. num.2. Menoch. de recuperan. remed.15. num 034. Curt. Sen. conſ.71. num.13. col.7. Surd. conſ.115. num.31. & ſeq. & deciſ.45. num.10. Borgnin. deciſ.73. alias 29. tit. de contract. part.1. num.58. 67. 69. & per tot. Ric. deciſ.18. per tot. in prax. Archiepiſcop. tit. de reb. Eccleſ. non alien. Rot. deciſ.14. part.1. diuerſ. & deciſ.375. num.1. part.5. tom.1. recen.*

22 Lim. quando alienatio rerum Eccleſiæ facta fuerit cum debitis ſolemnitatibus, vt ſi concurrat Sententia Executorum literarum ſi in euidenté, quo caſu fructus non ſunt reſtituendi, niſi à tempore motæ litis, quia tempore anteriori poſſeſſor fuit in bona fide, quæ excuſat á fructuum reſtitutione, *Felin. in cap. cum cauſa num.27. verſ. procederet de re iudic. Bero in cap. ſi quis Presbyterorum num.45. Curt. Sen. conſ.71. num.13. Ric. deciſ.18. num.3. in prax. Archiepiſcop. tit. de reb. Eccleſ. non alien. Rota deciſ.375. num.2. & 3. part.5. tom. primo recen.*

23 Sublim. non procedere quando in Inſtrumento conceſſionis, & alienationis bonorum Eccleſiæ inſertus fuerit tenor literarum ſi in euidentem, & Conſtitutionis Paulinę celatæ in *Extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* in quibus præſcribitur certa forma in alienationibus rerum Eccleſiæ præcisè obſeruanda, ſi ad vnguem ſecuta non fuerit, nempe ſi deficiat vtilitas, & tantum concurrat ſolemnitas, cum vtrumque vt diximus capulatiue requiratur, vnde cum per ſupradictam inſertionem contrahens cum Eccleſia plenam habuerit ſcientiam præfatæ formæ non poteſt ſè à mala fide excuſare prætextu erroris facti, vel iuris ambigui, alias ſi admitteretur huiuſmodi excuſatio, nunquam pęne daretur caſus, in quo fructus ob malam fidem ab initio deberentur, vt dixit *Rota deciſ.715. nu.3.4. & 5. part.5. tom.1. recen iuxta Text. in l. quemadmodum C. de Agrig. & Cenſ lib.11. cap. qui contra de reg. iur. in 6. Abb. in cap. de quarta num.12.* & ibi *Felin. num.16. vſque ad num.35. de præſcript. Curt. Iun. conſ.185. num.5. lib.2. Negus Iun. conſ.394. num.6. cum ſeq. Surd. conſ.115. num.32.*

24 Eccleſia verò data nullitate contractus ob non ſeruatam formam Paulinæ Conſtitutionis, vel literarum Apoſtolicarum *ſi in euidentem* pro receptis non tenetur ad reſtitutionem fructuum, niſi pro parte aduerſa probetur eos fuiſſe verſos in vtilitatem, & commodum Eccleſiæ, *gloſ. in l. prædiorum C. de præd. min.* quam ſequuntur *Bart. Bald. Salicet. Iaſ. in l. nam, & poſtea §. ſi minor. ff. de iur iuran. num.11. Riminald. Iun. conſ.5. num.76. lib.1. Natta conſ.631. num.7. Menoch. lib.6. præ-*
25 *ſumpt.27. in fin.* qua probatione concurrente huiuſmodi fructus ſunt ab Eccleſia reſtituendi iuxtà doctrinam *Bart. in l. cum ijs §. in tranſactione C. de tranſact. Canaler. deciſ.46. num.81.* Siqui-
26 dem Eccleſia, quæ eſt iuſtitiæ cultrix non debet locupletari cum iactura alterius iuxta *Textum in cap. ſuam vbi DD. de pæn.* ita firmauit *Rot. deciſ. 375. à num 6. part.5. tom.1. recen.* vbi *num.8.* ſubdit, quod illa verſio ſufficiat probari per veriſimilem præſumptionem.

S V M M A R I V M.

1 Bona Eccleſiæ hodie inconſulto Romano Pontifice alienari nequeunt, quid de iure communi 2. Ampliam etiam in caſu licito 3.
4 Bona Eccleſiæ immobilia, vel mobilia pretioſa vltra triennium locari nequeunt.
5 Nec valet pactum, vt finito triennio cenſeatur renouata locatio. Contrar. num.6.
7 Locatio bonorum Eccleſiæ vltra triennium, nec iuramento firmatur.
8 Intel ſupradicta, vt annus non ſit computandus ex ſolo temporis curſu, ſed ex decurſu cum perceptione fructuum, & quid de ſtylo Vrbis 9.
10 Lim. in locatione fructuum, qui poſſunt locari vltra triennium. Contrar. 11.
12 Locatio rerum Eccleſiæ facta vltra triennium tenet pro tempore permiſſo Contrar. 14.
15 Vineolæ, & bona Eccleſię parui valoris alienari poſſunt ſolo Epiſcopi conſenſu.
Amp. vt num.16.
17 Quę requiſita ad hunc effectum requirantur.
18 Tertiò, vt dicantur modici valoris iudicis arbitrio relinquitur, Arbitrium quomodo hoc caſo regulari debeat. 20.
Capit. terrulas de quo valore intelligi debeat 21. 22. 23. 24. Refertur declaratio Sacrę Congregationis 25.
19 Arbitrio Iudicis relinquuntur ea, quę ſub certa lege à iure definita non ſunt.
24 Solidus de Stylo Romanę Curię eſt ſextum vnum anni.
26 Solemnitates non requiruntur in rebus, quæ Eccleſię ſunt magis damnoſæ, quam vtiles.
27 Nec in bonis incertis, & incognitis, ac difficilis recuperationis.
28 Lim. vt de huiuſmodi incertitudine aliter, quam ex partium aſſertione conſtare debeat.
29 Sublim. 2. Si ius competens Eccleſię ſit certum ſaltem in ſpe.

30 Su-

30 Sublim. 3. in feudis ob potentiam occupatorium difficilis recuperationis.
31 Bona Eccleſiæ relicta pro indiuiſo cum Laico non admittentia diuiſionem alienari poſſunt abſque ſolemnitatibus.
32 Bona relicta Monaſterio incapaci retinendi, alienari poſſunt abſque ſolemnitatibus, & refertur in hac materia decretum S. Congregationis fabricæ 39.
33 Limit. in bonis relictis Monaſterio Capaci etiam cum facultate alienandi ſine ſolemnitatibus, qua non obſtante poſt acceptationē ſine ſolemnitatibus alienari nequeunt.
34 Religioſus poſt emiſſam profeſſionem in Monaſterio incapaci bona amittit, & venientibus ab inteſtato deferuntur.
35 Etiam ſi poſtea fuerit tranſitum ad Religionem capacem.
36 Lim. re integra ſi bona ab alijs non fuerint poſſeſſa, vel ſi ex gratia Papæ Religioſus fuerit reintegratus ad bona.
37 Lim. in Fratribus Minorum de obſeruantia ad tertium Ordinem Sancti Franciſci traſferantur.
38 Lim. etiam in Congregationa Societatis Ieſu.
39 Refertur Decretum S. Congregationis fabricæ ſuper legatis relictis PP. Minoribus de obſeruantia Sancti Franciſci.
40 Bona Clericorum Theatinorum alienari poſſunt abſque ſolemnitatibus.
41 Bona quæ corrumpuntur, & ſeruando ſeruari non poſſunt alienari poſſunt ſine ſolemnitatibus.
Amp. & Intel. vt num. 42.
43 Sublim. in rebus mobilius Eccleſiæ pretioſis.
44 Nomine mobilium pretioſorum, quæ veniant.
45 Pecunia deſtinata ad emptionem Cenſuum, vel ſtabilium non poſſunt alienari ſina ſolemnitatibus.
46 Lim. in pecunia, quæ conſiſtat in fructu, vel in eleemoſynis.
47 Arbores ſolo cohęrenter Eccleſiæ alienari non poſſunt abſque ſolemnitatibus, vel incidi vt vineam plantetur pro habendo maiori fructo. Contrar. 48.
49 Beneficiatus incidendo arbores ſolo Eccleſiæ cohęrentes incurrit excommunicationem.
50 Lim. non procedere in ſylua cędua, & arboribus ad lignandum tantum vtilibus.
51 Lim. ſi ex Arborum inciſione fundus fieret fructuoſior.
52 Lim. ſi incidantur arbores vetultæ, & nouæ plantentur, ſeu renouentur.
53 Lim. ſi incidantur arbores pro reparatione Eccleſiæ.
54 Beneficiatus vti debet arboribus, & fundo vt nihil agriculturæ noceat.
55 Et pretium arborum tenetur conuertere in vtilitatem Eccleſiæ, pro vt etiam marmorum, & lapidum.
56 Emptio facta ad fauorem Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus ſubſiſtit.
57 Lim. ſi emptio eſſet damnoſa.
58 Res Eccleſiæ alienari poteſt inconſulto Romano Pontifice in caſibus à iure permiſſis ſcilicet.
59 Vt ſi ergeat debitum Eccleſiæ.
60 Pro redemptione captiuorum.
61 Pro alimonia pauperum.
62 Pro vt etiam ſi res ſit Eccleſiæ incommoda.
63 Si res ſit Eccleſiæ inutilis.
64 Si plus expendatur pro reparationa, quam deducatur.
65 Pro recuperanda re meliori.
66 Contractus vtilis Eccleſie abſque ſolemnitatibus tenet.
67 Solemnitates exiguntur tanquam medium ad conſequendam vtilitatem Eccleſiæ.
68 Bona alijs obligata antequam peruenirent ad Eccleſiam diſtrahi poſſunt abſque ſolemnitatibus. Contrar. 69.
69 Intel. vt procedat ſi alienatio fieri debeat ad inſtantiam creditorum, ſecus ſi Prælatus eſſet vendere ex ſe.
70 Bona Eccleſiæ generaliter obligari, & hypothecari poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico, ſecus ſpecialiter.
71 Non poſſunt ſubhaſtari, & deliberari abſque benaplacito Apoſtolico.
72 Creditor vigore hypothecæ generalis agere in Saluiano contra Eccleſiam.
73 Diſtractio iudicialis bonorum Eccleſiæ non exigit nouum aſſenſum Apoſtolicum ſi Iudex ad eam deueniat vigore obligationis contractæ cum ſolemnitatibus.
74 Bona Eccleſiæ diſtrahi poſſunt, abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ pro ſoluendis debitis ſui auctoris.
75 Prælatus abſque vtilitate, & neceſſitate bona Eccleſiæ ſpecialiter non poteſt obligara.
76 Nec tradere in pignus.
77 Specialis Hypotheca eſt maioris præiudicij, quam ſit generalis.
78 Solemnitates non exiguntur in tranſactione rei Eccleſiæ cuius poſſeſſio penès eandem non exiſtit, ſecus ſi exiſtit.
79 Nec exiguntur in rebus alienari ſolitis.
80 Res Eccleſiæ ſemel conceſſa in Emphyteuſim cum beneplacito Apoſtolico ſi ad eandem reuertatur poteſt iterum abſque eodem concedere.
81 Res Eccleſiæ ſemel effecta alienabilis cum ſolemnitate, efficitur perpetuò alienabilis abſque ſolemnitate.
82 Res Eccleſiæ, quod ſit alienari ſolita quomodo iuſtificari debeat.
83 Alienandi ſolitum ſi alteretur requiritur noua ſolemnitas. Amp vt num. 84. & 85.
86 Lim. procedere ſi alteratio ſit quo ad ſubſtantialia, ſecùs quo ad accidentalia.
87 Vtilitas Eccleſiæ requiritur de tempore vltimæ conceſſionis, nec ſufficit ad fuiſſe in antiquis.
88 Res ſi ad Eccleſiam reuertatur ceſſante prima cauſa conceſſionis abſque noua cauſa alienari nequit.
89 Pro vt etiam ſi poſt reuerſionem Eccleſiæ incorporata fuerunt.
90 Bona non cenſentur incorporata, ſi Eccleſia ſaltem per annum non retinuerit.
91 Incorporatio ex fundi poſſeſſione præſumitur, ſecus ſi poſſideatur animo de nouo concedendi 93.
92 Et dicitur facta ex declaratione Prælati.
94 In dubio quando cenſetur facta incorporatio 95. & 96.
97 Incorporatio ſine poſſeſſione non ſubſiſtit.
98 Conſenſus Epiſcopi requiritur in conceſſione rei etiam ſi ſit ſolita alienari.
99 Solemnitates non exiguntur in contractu geſto inter Pontificem, & Eccleſiam.
100 Pro vt etiam ſi contractus celebratur cum ipſo Epiſcopo, & à ſtatuto eius conſenſus exigatur.
101 Prælatus, & Rector in acquirendis Eccleſiæ præiudicare poſſunt.
102 Abſque ſolemnitatibus poſſunt repudiare legatum, ſeu hæreditatem delatam.
103 Amp. procedere etiam non obſtante Paulina conſtitutiona. Contrar. 104.
105 Lim. quando legatum communiter ſeruiret Epiſcopo, & Capitulo, nam tunc alter in alterius præiudicium renunciare nequit.
106 Lim. 2. et Eccleſia ſi ob dictam renonciationem ſit læſa vti poteſt beneficio reſtitutionis in integrum.
107 Sublim. ſi res fuerit alteri Eccleſiæ acquiſita.

ADNOTATIO III.

Bona Eccleſiæ an, & quando inconſulto Summo Pontifice alienari poſſint.

1 HOdie inconſulto Romano Pontifice bonorum Eccleſiæ alienatio non tenet, licet realiter in Eccleſiæ vtilitatem tenderet, vt expreſsè diſponitur *in conſtitutione Pauli II. relat.* in Extrauag. Ambitioſæ *de reb. Eccleſ. non alien.*
2 licet de iure communi in caſu licito ſeruatis iuris ſolemnitatibus teneret, ſi non obſtaret præfata conſtitutio, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 95. *num. 2. par. 3. Quarant. in ſum. bullar. in verb. Alienatio rerum Eccleſiæ num. 4. Vincen. de Franc. deciſ. 35. num. 1. 3. & 8. Rot. deciſ. 225. num. 3. lib. 2.*
3 *par. 3. diuerſ.* Et vigore præfatæ Paulinæ conſtitutionis, quàm etiam iuramenti per Prælatos præſtandi, prohibetur omnis modus alienandi, etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolemnitatibus, inconſulto Romano Pontifice, vt ſubdit idem *Quaranta loco citato num 4. verſ. hodie verò, & nu. 6. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 14. §. 7. num. 1. & 2. Redoan. de reb. Eccleſ non alien. rub. de ijs, qui conſenſiunt, & de conſenſu &c. §. ſenſus dicta extrauag, num. 2. fol. mihi 188.*

4 Hinc eſt, quod res Eccleſiæ immobiles, vel etiā mobiles pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, nequeunt locari ad longum tempus, vltra triennium, alias ipſa locatio redditur nulla, & inualida,

da, non ſolum pro tempore, quo excedit triennium, verum etiam pro ipſo triennio ob contractus indiuiduitatem, qui in totum inficitur defectu ſolemnitatum requiſitarum, quæ à principio non interuenerunt, vt diſponitur in Extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. Ruin. iun. conſ. 234. num. 73. & ſeq. vol. 3. Fran. Bec. conſ. 92. nu. 2. & 3. Sà in verb. conductio num. 13. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 5. tit. 5. num. 19. Maſcard. de probat. concluſ. 603. num. 28. Caroc. de locat. & conduct. par. 3. §. de reb. Eccleſ. locan. concluſ. 5. 6. & 9. Cauar. var. reſol. lib. 2. cap. 16. num. 4. Gauant. in Encheridion, ſeu manual. Epiſcop. in verb. alienat. rer. Eccleſ. num. 5. Quaranta in ſumma Bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. nu. 18. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 14. §. 7. nu. 5. verſ. quarto excipitur. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. qu. 6. nu. 11. & 12. fol. mihi 347. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. nu. 3. Bonaccin. in tit. de alienat. Bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica, punct. 2. num. 24. vbi quod hoc à Rota pro indubitato tenetur. Ric. deciſ. 117. & deciſ. 121. & dixit Rot. deciſ. 215. num. 14. penès Poſt. de manuten.

5 Amp. vt Clericus nequeat locare bona beneficij ad triennium ea adiecta conditione, vt finito triennio, cenſeatur renouata locatio ad aliud triennium, etiam ſi hoc fiat duobus ſeparatis ſcripturis, cum in fraudem legis fieri dicatur, vt ex Molin. Azor. & Scortia tradit Bonaccin. in tit. de alienat. Bonor. Eccleſ. diſ. 2. qu. vnic. punct. 2. nu. 8.
6 verſ. addo cum Molina, ſed ipſe verſ. ſed aliorum opinio contrarium tenet, quia promiſſio de relocanda non eſt alienatio, ſed obligatio perſonalis de alienando, ſeu locando ex DD. quos allegat.

7 Amp. vt locatio vltra triennium, nec iuramento firmetur, quia in Extrauag. ambitioſæ prohibetur alienatio ſub mortale, & iuramentum non debet obligare ad mortale, nec eſſe vinculum iniquitatis, Bonacin. loco citato num. 26. Ric. deciſ. 122.

8 Lim. ampliationem, quod annus in huiuſmodi locatione non eſt computandus ex ſolo temporis curſu, ſed ex decurſu cum perceptione fructuum, ac proindè huiuſmodi triennium eſt computandum ex tribus fructuum recollectionibus, adeò vt ſi ex rebus Eccleſiæ fructus percipiantur ſingulis alternis annis poſſe locare ad ſex annos, quia ſic cenſentur ſolummodo locatæ ad tres, cum duo anni reſpondeant vni anno, ita pariter locari poſſunt ad nouem annos, ſi quolibet triennio vnica tantum fructuũ recollectio percipiatur, cum tunc triennium pro vno anno habeatur, & computetur iuxta annum agricularem, & non ſolarem, regula autem procedit in rebus Eccleſiæ, quæ quotannis coluntur, & fructificant, ex gloſ. fin. in l. item quæritur, §. qui impleto propè fin. verſ. item, quod ſi in ruſticis, & ibi Bart. ſub num. 10. verſ. ex hac ratione ff. locat. Genuen. in prax. Cur. Archiepiſcop. Neapol. cap. 60. num. 10. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 22. Couar. part. 2. var. reſolut. cap. 16. num. 6. Sà in verbo conductio num. 14. Quaranta in ſumma bullar in verbo alienatio rerum Eccleſiæ nu. 18. Barboſ de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 4. & 5. Bonaccin. de alienat bonorum Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 2. num. 24. verſ. aduertendum tamen eſt. Ric. deciſ. 115. Rot. deciſ. 115. num. 14. circa finem penès Poſt. de manuten. & latè in Tiburtina affictus 19. Iunij 1648. §. minus obſtat. & §. ſequen. coram Corrado.

9 Vndè in Vrbe inoleuit conſuetudo faciendi locationes Caſalium in eius diſtrictu exiſtentium vltra triennium, cum non niſi de triennio in triennium reddant fructus. Rot. in Romana reſciſſionis contractus 28. Nouembris 1580. corã Clemente VIII. & in Nepeſina affictus 14. Martij 1601. §. & tollit difficultatem coram Iuſta. facu. Rot. deciſ. 727. nu. 3. verſ. præterea quod part. 4. diuerſ.

10 Lim. in locatione fructuum, quæ ſi celebretur vltra triennium non redditur inualida, & illicita. Vaſquez. de reddit. cap. 1. §. 2. num. 34. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 6. §. vltim. num. 4. Zerola. in prax. in verbo alienatio §. 3. col. 10. Molin. diſput. 368. Scortia Theor. 115.

11 Contrarium quia Bulla Paulina Ambitioſæ generaliter prohibet locationem omnium rerum, & bonorum Eccleſiæ vltra triennium, ſub qua prohibitione veniunt etiam fructus, & excipit tantum fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, cuius ſpeciei non ſunt fructus futuri, & ſic ſolum permittitur locatio, & venditio fructuum ad modicum tempus, ex Clement. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. Armilla in verbo locatio num. 5. Rodriq. par. 1. quæſt. regul. cap. 18. nu. 5. Sà in verb. conductio nu. 13. Garz. de benef. part. 2. cap. 1. num. 33. Bonaccin. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 2. n. 25. verſ. ſed oppoſitum Ric. deciſ. 114. num. 3. Boer. deciſ. 224. num. 2.

12 Lim. 3. vt locatio facta pro pluribus annis teneat pro tempore permiſſo, vt tenet Bald. in auth. ſi quas ruinas C. de Sacroſanct. Eccleſ. Paul. de Caſtr. in auth. qui rem. C. eod. tit. num. 7. vbi Dec. num. 23. Quarant. in ſumma Bullar. in verbo alienatio rerum Eccleſ. 18. verſ. hunc articulum Clar. in §. Emphyteuſis quæſt. 6. & in § feudum quæſt. 13. & in §. donatio quæſt. 17. num. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 28. verſ. contrarium Rebell. de oblig. iuſti. p. 2. lib. 14. quæſt. 6. Tuſch. in verbo locatio concluſ. 406. in princip. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 14. num. 5. verſ. quarto excipitur circa med. ibi verum, quod vltra tempus.

13 Contrarium quod ſcilicet neque quo ad triennium ſubſtineatur huiuſmodi locatio docet vltra Doctores relatos ſupra verſ. Hinc eſt. Bart. in Auth. qui rem num. 7. & ibi Iaſ. nu. 21. C. de Sacroſanctis Eccleſ. Couar lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 5. Valaſc. de iure emphyteut. quæſt. 29. num. 25. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 5. in prin. Caldas Pereria de reſolut. emphyteut. Camil. Borel. in ſumma omnium deciſ. tit. 16. num. 5. Azor. inſtit. moral. par. 7. lib. 7. cap. 10. quæſt. 4. & lib. 9. cap. 2. quæſt. 4. benè Lap. alleg. 80. num. 2. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt. 6. de locat. rer. Eccleſ. §. item ex præmiſſis in fin. n. 27. verſ. ſic ſanè in locatione fo. 349. Gratia diſcept. forenſ. 162. num. 22. Afflict. deciſ. 107. num. 4. & hanc ſententiam canonizauit Rot. deciſ. 30. num. 3. part. 1. recent. quam DD. poſtea ſecuti fuerunt in alijs caſibus, vt fuit dictum in Romana, ſeù Terracin. affictus coram Pirouano penès Poſt. de manuten. deciſ. 215. num. 14. & ratio eſt quia formam à lege præſcripta eſſe videtur ne rerum Eccleſiæ locationes fiant vltra triennium, indiuiſibilem verò, ſeu indiuiduam eſſe formã exploratum eſt; Dec. conſ. 532. num. 5. Et quod hæc ſententia probetur

betur primo ex *Extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ.*
non alien. ſecundo ex *Clementina 1. tit. eod.* tertio
ex texto *in Auth. de non alienandis §. Emphyteuſim*
tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95.*
num. 5. & 6.
15 Lim. principalem concluſionem, vt non ob-
ſtante, *Extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.*
ſine aſſenſu Papæ poſſint alienari abſque ſolem-
nitatibus cum ſolo conſenſu Epiſcopi Terrulæ,
Vineolæ, & Domunculæ Eccleſiæ minus vtiles,
& longè poſitæ, ſiue paruæ iuxta *diſpoſitionem tex-*
tus in cap. terrulas 12. quæſt. 2. ſiquidem in gene-
rali diſpoſitione non veniunt modica *Gennen. in*
prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 60. num. 3. & diſpo-
ſitioni dicti *cap. terrulas*, non fuiſſe derogatum
per *Extrauag. Pauli II*, per Sacram Congregatio-
nem deciſum refert *Barboſ. de offic & poteſt. Epiſc.*
alleg. 95. num. 50. in fin. Vgolin. tract. eod. cap. 14. §. 7.
num. 4. Bero. conſ 81. 85. 89. & 91. Bonaccin. de alie-
nat. bonor Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 4. num. 3.
Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 9. cap. 42. 43.
& ſeq. fol. mihi 412. Capic deciſ. 105. Rot. deciſ. 401.
num. 3. coram Seraph. & in Veliterna Rectoratus 28.
Ianuar. 1664. §. Pontifex enim coram Ninot. vbi
quod Pontifex non abhorreat à diſtractione re-
rum Eccleſiæ parui valoris. *Gauant. in manual.*
Epiſcop. in verbo alienatio rer. Eccleſ. nu. 22. Nicol.
in ſuis floſcul. verb. eodem nu. 1. verſ. vnde bona Ec-
cleſiæ, vbi quod nec per Concilium Trid. nec per
Pa[illegible]am, aut aliam conſtitutionem derogatum
[illegible] dicto *cap. terrulas*, ex reſolutione Sac. Con-
g[illegible]iouis, quam allegat.
16 V[illegible]es infertiles, & infructiferæ ruinæ ædi-
fic[i]orum, & loca diruta Eccleſiæ, ſeu Monaſterij,
ex [illegible]ibus nulli percipiuntur redditus abſque ſo-
lemnitate, & aſſenſu Apoſtolico alienari poſſunt,
præcipuè ſi ab eadẽ Eccleſia reædificari nequeũt,
[illegible]ncedi etiam poſſunt in Emphyteuſim pro
[illegible]nuo canone, ſcilicet dimittendo Emphyteutæ
[illegible]tam partem valoris. *Redoan. de alienat. bonor.*
E[c]cleſ. quæſt. 12. num. 13. & 21. Bordon. in conſ. Re-
gular tom. 1. reſol. 27. num. 72. vbi quod etiam veu-
d[i] poſſunt abſque aſſenſu Apoſtolico. *Boſſ. moral.*
var. tit. de alienat bonor. Eccleſ. tit. 18. tom 6. §. 17.
num. 373. fol. mihi 223. latè Guid. Pap. deciſ. 156.
per totam.
17 Tria autem ad hunc effectum copulatiuè requi-
runtur, vt alienatio ſubſtineatur, primo vt res ſit
exigua ſecundo quod non ſit vtilis Eccleſiæ, ter-
tio quod concurrat neceſſitas, vt colligitur ex eo-
dem *cap. Terrulas. 12. quæſt. 2.* cuius verba hæc
ſunt. *Terrulas, aut vineolas exiguas, & Eccleſiæ*
minus vtiles, aut longè poſitas, paruas, Epiſcopus ſine
conſi[l]io fratrum ſi neceſſitas fuerit diſtrahendi habeat
poteſtatem, vt magiſtraliter dixit Rot. deciſ. 52. nu 21.
& 22. coram Gugliem. Dunozet. & docent *Marc.*
Ant var. reſol. lib. 1. reſol. 25. num. 13. Quaranta in
ſumm. Bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. nu. 41.
Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic lib. 9. cap. 4. n. 43.
fol. 412. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95.
num. 50. Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. alie-
natio num. 23.
18 Quæ autem dicantur terrulæ, & res Eccleſiæ
modici valoris iudicis arbitrio relinquitur, pro
19 vt generaliter relinquuntur ea, quæ ſub certa lege
a iure definita non repetiuntur, *iuxta text. in l. 1.*
de iur. dub. ita ex *Quarant. Genuen. Redoan. Ric.*
tradit Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. allegat. 95.
num. 51. Bonaccin. de alienat. rerum Eccleſ diſ 2.
quæſt. vnica punct. 4. n. 3. verſ. ad cognoſcendum, vbi
20 quod ad hunc effectum ſit attendenda qualitas
loci, & temporum, & regulariter, terrulæ, quæ
vix áſcendunt ad valorem decem aureorum, cen-
ſetur res modica *Genuen. in prax. Archiepiſc. Nea-*
pol. cap. 60. num. 3. Leo in ſuo Theſaur. for. Eccleſ.
part. 4. cap. 1. num 73. putat rem modicam dici ad
21 hunc effectum, quæ non excedit valorem viginti-
quinque ducatorum auri de Camera, quæ conſti-
tuunt ſummam quadraginta circiter ſcutorum
monetæ Romanæ, & quadraginta quatuor Regni
Neapolitani, *Zerola in ſua prax. Epiſcop verb alie-*
natio, verſ. ad ſextum part. 1 ex Staphil. de liter. gra-
tia fol. 352. num. 1. & 2. quem allegat, putat *cap. ter-*
22 *rulas* extendi ad valorem centum ducatorum, aut
ad annuum cenſum ducatorum quinque, *gloſ. verò*
in eodem cap. Terrulas. licet dubitatiuè loquatur
23 admonet *in verbo exiguas*, quod exiguæ terrulæ
cenſeantur, quæ non valent vltra viginti ſolidos,
& hanc gloſſam receptam eſſe per totum Orbem,
& ita tenere Abreuiatores Maioris Præſidentiæ
Cancellariæ Apoſtolicæ, & propterea attenden-
dam eſſe proprietatem præfatorum viginti ſoli-
dorum teſtatur *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ.*
lib. 9. cap. 4. ſub num. 44. fol. 412.
24 Eſt autem vnus ſolidus in iure, ac iuxta com-
munem vſum loquendi in Romana Curia ſcu-
tum vnum auri, in auro ſtamparum, qui ſucceſſit
loco ipſius ſolidi, qui alio modo nummus aureus
eſt dictus, conſtituens hodie iulios quindecim
monetæ Romanæ, vndè viginti ſolidi conſtituunt
ſummam ſcutorum triginta eiuſdem monetæ
Romanæ, & Regni Neapolitani triginta tres du-
catorum currentium, ad rationem decem carole-
norum pro quolibet ducato, vt declarat idem
Corrad. loco proximè citato num. 45.
25 Verum ad tollendam omnem dubietatem, &
nè ab Ordinarijs diſpoſitionem dicti *cap. Terrulas*
illiuſque *gloſ.* aliter ad eorum libitum interpreta-
ri contingat, fuit deciſum *à Sacra Congregatione*
Epiſcoporum vſque de anno 1602. ſub die 22 Martij
præfatum *cap. Terrulas* intelligi debere de valore
viginti quinque ſcutorum auri, quæ ſecundum
modernum curſum in Romana Curia conſtituunt
ſcuta triginta ſeptem circiter monetæ Romanæ,
& Regni Neapolis ducatos quadraginta circiter,
vt teſtatur, *Corrad. in prax. Diſpenſ. Apoſtolic lib. 9.*
cap. 4. num. 45. verſ aduertendum eſt. fol. 4[1]2. & ita
declaraſſe *Paulum V.* & cenſuiſſe *eandem S. Con-*
gregationem in vna Meſſanen. 29. Nouembris 1613.
vt in regiſtro fol. 102. refert Nicollius in ſuis floſcu-
lis in verb. alienatio. num. 1. verſ. Dicitur autem, &
verſ. vel viginti quinque Gauant. in Manual. Epiſco-
por. in verb. alienatio rerum Eccleſ. num. 24.
26 Lim. 2. quod non requirantur ſolemnitates in
rebus, quæ ſunt Eccleſiæ magis oneroſæ, quam
vtiles, neq; in rebus, quæ magis expedit diſtrahi,
quam ſeruari *Boſſ. moral. var. in tit de alienat. bonor.*
Eccleſ. tit. 18. tom. 6. §. 7. num. 374. fol mihi 223. vbi
quod Domus Eccleſiæ in Ciuitate, vel Caſtro,
quæ afferunt maiorem ſumptum, quam fructus
alienari poſſunt abſque ſolemnitatibus, *cap. ſine*
exceptione, cap. non licet Papæ 12. qu. 2. Menoch. de

arbitrar. in addit. ad caſ.172. nu.34. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.9.num. 2. vbi quod in Paulina conſtitutione non comprehendantur huiuſmodi domus, eo quod iura antiqua non intelligantur correpta per nouam conſtitutionem, *Guid.Pap.dec.156. Barboſ. de offic.& poteſt. Epiſcop. alleg.95.num.23.verſ.vel ſi ſumus.*

27 Lim. 3. in bonis incertis, & incognitis, aut difficilis recuperationis, quæ inconſulto Romano Pontifice poſſunt per Epiſcopum alienari, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.6.nu.32.& ſeq. per textum in cap.2. de feud. vbi Abb. cæterique Canoniſtæ, Iaſ. conſ.11. num.16. lib. 3. Caſtr. conſ.200. vol.2. Rot.decif.631.num.3. part.2. recent.*

28 Sublim. quod de huiuſmodi incertitudine, & quod bona ſint penitus incognita debet conſtare aliter, quam ex partium aſſertione, quæ non poſſunt Eccleſiæ præiudicare *Rot. decif.631. numer.4. part.2. recent.*

29 Sublim. 2. non procedere ſi ius competens Eccleſiæ ſit certum in ſpe, licet de præſenti quo ad effectum, & exercitium non adſit, & competat, quia etiam ſpes vendi, & in contractum deduci poteſt iuxta textum in *l.nec emptio ff de cōtrahend. emption. l. in diem § non autem ff de aqua plu. arcen. l.ſpem.C.de donat. & ibi gloſ. cum aliis cumulatis per Tiraquel. de leg. Connub. gloſ.2. num.38. & 39. ita Rot. dicta decif.63 . ſub num.4. part.2. recent.*

30 Sublim. . vt diſpoſitio præfati textus *in cap.2. de feud.* & DD allegati procedat, & loquantur de bonis, quæ ſolita fuerunt ab antiquo alienari, ſeu in Emphyteuſim, aut feudum dari ab Eccleſia, & propter laicorum potentiam effecta remanſerint difficilis recuperationis, ſecus autem de bonis non infeudari ſolitis, nam tunc etiam ſi ſint difficilis recuperationis ob potentiam occupantium requiritur beneplacitum Apoſtolicum, vt optimè interpretatur *Abb. in d. cap. 2. de feud. Rot. decif.631. num. .part 2. recent.*

31 Lim. 4 vt bona in communi, & indiuiſa Eccleſiæ, vel Monaſterio relicta à Laico non admittentia diuiſionem, ſi laicus eius partem velit vendere, poteſt etiam Eccleſia alienare abſque ſolemnitatibus iuris, & beneplacito Apoſtolico, cum hæc alienatio non ſit voluntaria, ſed neceſſaria, in qua non exiguntur ſolemnitates, *Boſſ. moral. var. tit. de alienat. bonor. Eccleſ. tit.18. tom.6. §.7. num. 376. fol.231.*

32 Lim. 5. in bonis immobilibus relictis, vel donatis Monaſterio incapaci retinendi etiam in communi, vt ſunt Fratres Sancti Franciſci, Minores, & Capuccini, de quibus *Trid. ſeſſ. 25. cap.3. de regular.*, quæ poſſunt alienari abque iuris ſolemnitatibus, & pretium conuerti in Eccleſiæ neceſſitatem, & quotidianos Monaſterij vſus, etenim cum incapacitatis obſtáculum prohibeat initium acquiſitionis bona non dicuntur incorporata Eccleſiæ, & in bonis non incorporatis non acquiritur aſſenſus Apoſtolicus, ex mente Teſtatoris, vt diſpoſitio habeat locum, & Eccleſia, ſeu Monaſterium vtatur relicto eo meliori modo, quo poteſt, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. qu.51. cap.3. num.24. Quaranta in ſumm. Bullar. in verbo alienatio num.32. & 41. verſ. 6. limitatio Piaſec. in prax. Epiſcop. part.2. cap.5. nu.33. in fin. verſ. relicta, Caſtr. Palaus tom.3. tract.11. diſ. vnico punct.15. §.1. nu.12. Aloy. Ric. in prax. part.1. reſol.64. Boſſ. moral. var. tit. de alienat. bonor. Eccleſ. tit.18. tom.6. §.7. num.379, Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg.95. nu.59.*

33 Sublim. in bonis relictis Eccleſiæ, ſeu Monaſterio capaci, etiam cum facultate alienandi ſine ſolemnitatibus, nam poſt quam fuerint acceptata nequeunt alienari abſque ſolemnitatibus, cum tanquam affecta Eccleſiaſtica remaneant ſubiecta Eccleſiaſticis conſtitutionibus, non obſtante conditione à Teſtatore appoſita, quæ tanquam turpis eſt reijcienda, perindè ac ſi adiecta non fuiſſet, cum non poſſit facere, vt in diſpoſitione ſua leges locum non habeant. *Quaranta in verbo alienatio. rer. Eccleſ. num.31. Boſſ. moral. var. in tit. de alienat. bonor. Eccleſ. tit.18. tom.6 §.7. num.378.*

34 Religioſus verò per ingreſſum Religionis tàm in communi, quàm in particulari incapacis retentionis bonorum iuxta *Clem. exiui § cupientes de verb. ſignif. Trid. ſeſſ 25. cap.2. & 1. de reform.* bona amittit, & venientibus ab inteſtato deferuntur, perindè ac ſi naturaliter mortuus eſſet, vt tradunt *DD. in cap. in præſentia, vbi præcipuè Felin. nu.50. verſ.7. quaro. Rot. decif.576. num.1. coram Merlino.*

35 Adeò vt poſt emiſſam profeſſionem nulla facta de bonis delatis diſpoſitione ita acquirantur venientibus ab inteſtato, vt etiam ſi poſtea ex indulto faciat tranſitum ad Religionem capacem, non tamen iſte Religioſus, nec Religio ex eius perſona habet ius ad recuperánda dicta bona, *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.3. de regular. nu.5. vbi ita deciſum refert Sel. in ſelet. canon. cap.22. num. Rot. decif.576. num.2. coram Merlino.*

36 Præcipuè ſi non ſit res integra, vt ſi poſſeſſio bonorum fuerit per Conſanguineos apprehenſa, cum diſpenſatio Apoſtolica quo ad tranſitum ad aliam Religionem non retrahatur retrò in præiudicium iuris à tertio acquiſiti, eoque fortius ſi non conſtet de voluntate Papæ, quod voluerit ipſum reintegrare ad bona hæredibus, ſeu ab alijs, qui emerunt acquiſita *Merlin. dicta decif.576. nu.3. & 4.* Secus verò re integra, vt ſi hæreditas delata Religioſo dum degebat in Religione incapaci non fuerit adita, ſeu bona ab alijs non ſint poſſeſſa, vt conſuluit *Federic. de Sen. conſ. 26. per tot.*

37 Sed hoc non procedit in Regulari, qui ex indulto à Religione Fratrum Minorum de Obſeruantia ad tertium Ordinem S. Franciſci transferatur, nam hoc caſu recuperat ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento, vel ab inteſtato poſt translationem delatis. *Aldan. in compend. canon. reſol. lib.3. tit.8 num.12. vbi teſtatur ita reſolutum in Neritonen. 12. Ianuarij 1622. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.3. de regul. num.11.*

38 Secundo non procedit in Congregatione Societatis Ieſu, quæ eſt capax acquiſitionis ſtabilium ad effectum illa vendendi, & ex eorum pretio proprijs neceſſitatibus prouidendi; *Mandos de priuil. ad inſtar §.11. nu.12. Gabr. conſ.38. in princ. & nu.6. & 12.* ſecus ad effectum habendi, & perpetuò retinendi, & ita intelligendam eſſe quamdam renunciationem factam ab eadem Societate Ieſu, ſeu ceſſionem ſuper quocumque iure proueniente ex conſtitutione Concilij, de qua *Sanchez in præceptis Decalog. tom.2. lib.6. cap.18. num.11. refert Barboſ. in Concil. ſeſſ.25. cap.3. de regul. nu.8. 9. & 10.*

9 Verò prætendente Venerabili Fabrica] S. Petri ad eam ſpectare annua legata relicta ad fauorem ſupradictorum Fratrum retentionis incapacium, propterea ad tollendam omnem dubietatem emanauit infraſcriptum Decretum, videlicet.

DECRETVM

Sac. Congregationis Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Super Legatis relictis PP. Minoribus de Obſeruantia S. Franciſci.

CVM ſæpius fuerit habitus recurſus ad Sacram Congregationem Ven. Fabricæ S. Petri ſuper annuis Legatis factis, ſeù facien. ad fauorem Fratrum S. Franciſci Minorum de Obſeruantia, cum onere Miſſarum, ſeù Officiorum ſine gratis, ſiuè alio modo.

Prætendente Ven. Fabrica S. Petri ad illam ſpectare propter dictorum Fratrum incapacitatem huiuſmodi Legatorum.

Dictis autem Fratribus allegantibus poſſe annua legata huiuſmodi recipere tuta conſcientia, quatenus hæres ex ſua libera voluntate voluerit illa dare in eleemoſinam, & committere Fratribus dd. Miſſas, & Officia iuxta ſententiam S. Bonauenturæ, & Decreta S. Congregationis à Sanctiſſimo D. Noſtro Fratrum Minorum de Obſeruantia S. Franciſci Ciſmontanæ familiæ Conſultationibus præpoſitæ ſub die 4. Iunij 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmiſſorum prouiſione facta prius relatione Sanctiſſimo D. N. Vrbano Papæ Octauo, ac de illius expreſſo ordine, & mandato, decreuit in futurum ſuper huiuſmodi Legatis obſeruari, vt infrà.

Quod huiuſmodi Legata per Debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compoſitionem cum Miniſtris Fabricæ faciendam, vel alio quouis modo, ſed illorum Capitale, ſiuè ſors principalis, vel Proprietas abſque aliqua diminutione conſeruetur ſemper, & perpetuò ad effectum, vt in vſus Romano Pontifici pro tempore exiſtenti benè viſos poſſint applicari; Ita tamen, vt quamdiù applicationem ſpecialem auctoritate Apoſtolica fieri non contigerit, hæredes, vel Debitores poſſint liberè ſi velint dictis Fratribus dare dicta annua ligata per eoſdem Fratres recipienda in eleemoſinam, non autem per eos exigenda. Et quod quæuis extinctio, reductio, ſeù diminutio capitalis, ſeù proprietatis aliter abſq; ſpeciali Romani Pontificis permiſſione facta, eo ipſo nulla ſit, nec Debitoribus, aut alijs quibuſcunque ſuffragetur.

Quodque Commiſſarij, alijque Miniſtri Ven. Fabricæ ſuper huiuſmodi capitale, ſeù proprietate ſupradicta, ſe de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, ſeù Debitores aliquo modo moleſtent, niſi ad effectum reinueſtiendi in caſu reinueſtimenti, ſeù prouidendi, vt conſeruetur, vt ſuprà, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate Apoſtolica fact. vel facien.

Et quod nolentibus dd. hæredibus, vel Debitoribus dare ſupradictis Fratribus dd. eleemoſinas, ſeù annuas præſtationes, ſiuè Legata, vt ſupra, ſoluere, vel illas, ſeù illa non ſoluentibus, tunc, & eo caſu lapſis duobus annis a die obitus Teſtatorum, ſi fuerit maturatum Legatum, vel à die maturatæ illius ſolutionis eadem Fabrica, & illius Commiſſarij, & Miniſtri id totum, quod ſolutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit, vt ſupra elapſum bienniun, vel vltra, poſſit, & valeat annuas præſtationes huiuſmodi exigere, exigique facere ad ſui beneficium, iuxta ſuas facultates, & Priuilegia; ſaluo ſemper capitali, ſeù proprietate, vt ſupra ad effectum, quod hæredes, vel debitores (dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem aliter non fuerit diſpoſitum, nec prædicta Legata in alios vſus eius auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) poſſint, ſi velint, etiam quandocunque futuris temporibus, & ſic deinceps in perpetuum dare dictis Fratribus dicta annua Legata in eleemoſinam, vt ſupra, nec Fabrica eoſdem hæredes, vel Debitores moleſtare poſſit, & valeat toties, & quoties caſus contigerit, niſi pro præterito, & tunc in illis terminis tantùm, poſt quorum maturationem fuerit elapſum biennium, vel vltra, vt ſupra; ſalua ſemper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, ſeù quorumcumque bonorum, & redditiuum, ac Iurium eiſdem Beneficijs, ſeù alijs vſibus pijs auctoritate Apoſtolica facta, vel in poſterum quandocunque, & quomodocunque facienda, & executione literarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum, ſeù expediendarum; itaut præfata decreta ad illas nequaquam ſe extendant, ſed illæ ſemper firmæ, & illeſæ remaneant, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri debeant, ita quod neque Fabrica, neque hæredes, vel Debitores præfatæ, vllo modo illas impedire, retractare, vel controuertere valeant, & ſaluis ſemper Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac facultatibus competen. dictæ Sacræ Congregationi Ven. Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus ſupradictis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ne audeant, ſeù præſumant, nec quilibet eorum audeat, ſeu præſumat per ſe, nec per alios Syndicos, Miniſtros, ſeu Procuratores tàm ſeculares, quàm Regulares dictas annuas præſtationes, ſeù Legata, nec iudicialiter tàm coram quocunque Iudice Eccleſiaſtico, quàm ſeculari Ordinario, vel Delegato, nec aliàs niſi iuxtà formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci Ciſmontanæ familiæ à Sanctiſſimo D. N. deputatæ ab hæredibus, ſeù quibuſuis alijs eorum Debitoribus petere, minuſuè dd. hæredibus, ſeù Debitoribus facere aliquas receptas pro dd. annuis præſtationibus, niſi pro rata, & pecunia, ſeù eleemoſinis ſupradictis cum effectu, ac verè, & realiter eiſdem Fratribus data, vel ſoluta, ſeù datis, vel ſolutis, nec ſub alia Data, niſi ſub ea, qua verè fuerit iiſdem Patribus, aut alijs pro eis facta realis ſatisfactio, & inſuper ne Prouiſos Apoſtolicos pro tempore de Beneficijs, quibus Legata ſupradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Miniſtros ſuper erectione dd. Legatorum directè, vel indirectè impedire, vel moleſtare quouis quæſito colore, vel prætextu audeant,

vel præſumant. In quorum fidem &c. Dat. Romæ ex Collegio eiuſdem Sacræ Congregationis, die 14. Februarij 1633.

Dominicus Card. Gimnaſius,

Locus ✠ Sigilli.

C. de Ghettis Oecon. gratis.

40 Lim. 6. quod bona Clericorum Theatinorum Regularium alienari poſſunt ſine ſolemnitatibus ita vt non comprehendantur ſub prohibitione de rebus regularium non alienandis, & ita declaraſſe S. Congregationem referunt, *Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 3. tit. 8. num. 16. & Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. in verb. alienatio num. 10. & in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular. num. 16. Diana reſol. moral. par. 5. tract. miſcel. 13. reſol. 6. verſ ſed ex ijs,* vbi ponit de verbo ad verbum reſolutionem Sacræ Congregationis, & comprobat, quod licet per dictam reſolutionem concedatur licentia inconſulta Sacra Congregatione alienandi bona immobilia, non tamen per hoc cenſeatur prohibita alienatio rerum mobilium, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, *Nouar. in ſumma bullar. tit. de alienat rerum Regular. prohib. num. 19. Boſſ. moral. var. de alienat. bonor. Eccleſ. tit. 18. tom. 6. §. 7. num. 379. verſ. aduertit etiam.*

41 Lim. 7. in rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſunt res, quæ non durant vltra triennium, & vſu conſumuntur, & non fructificant, iſtarum enim rerum alienatio permittitur, etiam inconſulto Romano Pontifice, iuxta *Extrauag. Ambitiosè de reb. Eccleſ. non alienan. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 37. late Quarant. in ſumma. Bullar. in verb. Alienatio rer. Eccleſ. num. 38. Rebuf. in compend. alienat. rer. Eccleſ. num. 25. Molina de contract. diſp. 465. num. 3. Gauant. in Enchiridion., ſeu manual. Epiſcopal. in verb. Alienat. rer. Eccleſiaſt. num. 13. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt. 6. num. 29.* vbi quod veſtes attritæ, ani-
42 malia ſuperuacua poſſint vendi abſque decreto, dummodo pretium in Eccleſiæ vtilitatem conuertatur.

43 Sublim. in rebus mobilibus Eccleſiæ pretioſis, cum æquiparentur mobilibus, & pari paſſu ambulent in hac materia, *l. qua tutores, l. ſancimus C. de Sacroſanct. Eccleſ.* vnde ſine cauſa, & ſolemnitate alienari non poſſunt, *Quaranta in ſum-*
44 *mar. Bullar. in verb. Alienatio rerum Eccleſ. num. 24. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 39.* vbi ſubdit quod nomine bonorum mobilium pretioſorum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, intelliguntur vaſa aurea, argentea, veſtes pretioſæ, quæ longe ab interitu diſtent, & commodè ſeruari poſſunt, gemmæ, & ſimilia.

45 Prout etiam comprehenditur pecunia deſtinata ad emptionem, ſtabilium, cenſuum, vel mobilium pretioſorum, vel ad fructuoſam conſeruationem, aut permanere debeat in Eccleſiæ proprietate, & non in fructu, quæ abſque aſſenſu Apoſtolico alienari non poteſt, etiam ſi eſſet
46 conuertenda in Eccleſiæ vtilitatem, ſecus autem de ſimplici pecunia, quæ conſiſtat, vel in fructu vel ex eleemoſynis, & ſimilibus prouentibus, quæ abſque alio Papæ aſſenſu pro ipſius Eccleſiæ indigentijs alienari poteſt, vt latè alijs congeſtis comprobant, *Gennen. in prax Archiepiſcop. Neapol. cap. 60. num. 11. 12. & 13. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. à num. 40. vſque ad 46. Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. alienatio rerum Eccl. n. 13.*

47 Sub huiuſmodi tamen alienandi prohibitione comprehenduntur arbores ſolo cohærentes, *Quaranta in ſum. bullar. in verbo alienatio num. 33. Gauant. in Manual. Epiſcop. eod. verb. num. 18.* Vnde Silua, vel Oliuetum antiquum Eccleſiæ, quod modicos fructus reddit, eo quod, alijque arbores ſint ferè inutiles incidi, vel extirpari non poteſt, vt vineam plantetur, ſine incurſu cenſurarum *Bullæ Paulinæ de reb. Eccleſ. non alienan.* ſi non ſeruentur ſolemnitates requiſitæ per eandem conſtitutionem, etiam ſi fundus fructuoſior redderetur, quia ad alienationem bonorum Eccleſiaſticorum non ſufficit iuſta cauſa, qualis eſt euidens Eccleſiæ vtilitas, ſed debita ſolemnitas etiam deſideratur, *vt ex P. Soprano, & Filluc. tradit Bonacin. in tit. de alienat bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 2. num. 8. verſ. ex quo infertur iuncto verſ. ego verò exiſtimo.*

48 Contrarium tenet, *Rodriq. quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 27. art. 4. Nauar. de reb. Eccleſ. non alienan. conſ. 6. & 7. Panormit. in cap. cum nullo tit. eod.*

49 Beneficiatus autem regulariter non poteſt incidere arbores, ſolo Eccleſiæ cohærentes etiam ſi fructiferæ non ſint, & incidendo incidit in pœnas, & ligatur excommunicatione, *extrauagant. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* ſi non fuerint adhibitæ requiſitæ ſolemnitates, quia cedunt ſolo, & inter bona pretioſa, quæ ſeruando, ſeruari poſſunt enumerantur, tum etiam quia Beneficiatus æquiparatur vſufructuārio, *gloſ. in cap. præſenti de offic. Ordinar. in 6.* & vſufructuarius non poteſt incidere, *l. æquiſſimum §. fructuarius ff. de vſufruct.* ita docet *Quaranta in Summ. Bullar. in verb. alienatio rer. Eccleſ. num. 33. Nauar. conſ. 7. de reb. Eccleſ. non alienan. Bonaccin. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 2. num. 7.* vbi ſubdit probabilem etiam eſſe talem inciſorem non ligari excommunicationem in vim *dictæ Extrauagantis,* quia inciſio arborum non eſt propriè alienatio, ſed potius affici, excommunicatione *Concilij Tridentini* contra vſurpantes bona Eccleſiarum, & locorum piorum.

50 Sed hoc lim. non procedere in ſilua cædua, nemore arundineto, & alijs arboribus cæduis vtilibus tantum ad lignandum, quæ per inciſionem ſunt in fructu, & renaſcuntur, & tamquam fructus beneficij pertinent ad beneficiatum, vndè abſque ſolemnitatibus alienari poſſunt, cum per huiuſmodi inciſionem non deterioretur fundus, iuxta diſpoſitionem textus in *l. diuortio §. ſi fundum cum §. ſeq. vbi Bart. & Iaſ. ff. ſolut. matrim. l. qui fundum, §. cum fundum ff. de contrahen. empt. l. ſilua cædua ff de verb. ſignif.* ita *Quaranta in Summ. Bullar. in verb. alienatio rer. Eccleſ. num. 33. Bonacin. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 2. num. 8. verſ. ſecundus caſus.*

51 Lim. 2. ſi ex inciſione arborum fundus fieret fructuoſior, quam eſſet antea, vt ſi incidantur arbores, quæ opacitatem aſſerunt, vel quæ ſummam vmbram afficiunt, vel ſi ob nimiam denſitatem no-

nocerent fundo, arboribus, & fructui ab eis fa-
ciendo, & impedirent eorum augumentum, Na-
uar.conſ.6. de reb.Eccleſ.non alienan. Quaranta loco
citato num.33.verſ.limita etiam Redoan. de reb.Ec-
cleſ. non alien.tit.de caduc.ob res alienat.num. 25. in
fin.fol.mihi 511. Bonaccin. de alienat. bonor. Eccleſ.
diſ.2.quæſt.vnica punct.2.num.8.verſ.primus eſt, &
ratio eſt quia tunc vtiliter agitur negotium Ec-
cleſiæ.

52 Lim.3. ſi exciderentur arbores fructiferæ vetu-
ſtæ, & corruptæ, vel non fructiferæ, & in earum
locum aliæ vtiles ſubſtituentur, & ſubrogentur,
Quaranta in ſumm. Bullar.in verb.alienatio rer. Ec-
cleſ.propè fin.per textum quem allegat.in l. agri ff. de
vſufruct.argum. §.in pecudum inſtit. de rerum diuiſ.
Bart.& Iaſ.in l.diuortio §.ſi fundum ff.ſolut.matrim.
Tiraq.de retract.conuent.§.3.gloſ.1. n23.vſq;ad 30

53 Lim.4.ſi Beneficiatus incideret arbores ad re-
parationem ſuæ Eccleſiæ,præcipuè ſi non habeat
fructus exuberantes, quibus Eccleſia reparari
queat, & neceſſitas vrgeat, cum hoc caſu non
cenſeatur alienatio, ſed potius localis mutatio,
quæ non ſubiacet pœnis Paulinæ conſtitutionis,
Bonaccin. de alienat. bonor. Eccleſ.diſ.2.quæſt. vnica
punct.2.num.7.verſ.tertius caſus eſt.

54 Beneficiatus autem vti debet arboribus,& fun-
do, vt nihil agriculturæ, & arboribus noceat, &
proprietas agri non deterioretur,ac boni viri ar-
bitrio frui, & rectè colere quaſi bonus Pater fa-
milias, Quaranta in Summ Bullar.in verb. aliena-
tio rer. Eccleſ.num.33.in fin.

55 Vndè pretium arborum, quas Beneficiatus
non poteſt incidere, prò vt etiam marmorum,
& lapidum, quia non ſunt in fructu tenetur con-
uertere in vtilitatem Eccleſiæ, & non in vſum
proprium, Quaranta loco nu. 33. in addit. lit.G. ad
tradita per Rebuf.in compend.alienat. rerum. Eccleſ.
num.73. vbi declarat quando res in Eccleſiæ vti-
litatem conuerti dicatur.

56 Lim.8. principalem concluſionem in emptio-
ne facta ad fauorem Eccleſiæ, quæ etiam ſi cele-
brata fuerit abſque ſolemnitatibus ſubſiſtit, nec
cadit ſub prohibitione,cap cum.nulli de reb.Eccleſ.
alien.vel non, & extrauag.ambitioſæ eod. tit. vt di-
xit Rot. in Neapolitana pecuniaria 19.Iunij 1656.
§. de iniuſtitia vero coram Zarate.

57 Sublim. ſi emptio eſſet damnoſa, & Eccleſiæ
præiudicialis,cum tunc nullatenus ſubſtineri de-
bet, tàm inſpecto iure ciuili iuxta diſpoſitionem
text.in auth.C.de Sacroſanct. Eccleſ.§. Eccleſia, &
latius in corpore vnde ſumitur in §.ſunt damnos, Auth.
de non alien. Quam inſpecto iure canonico, cap.2.
verſ.ſicut autem 16.quæſt.2.vbi Turrecremat. nu.5.
verſ.ſicut autem Tiraquel.de priuil.pia cauſ. priuil.
88.verſ.4.maxime, quos refert, & ſequitur Rot. in
dicta Neapolitana pecuniaria §. de iniuſtitia verò
verſ.tamen.cum coram Zarate.

58 Lim. 9. vt res Eccleſiæ inconſulto Romano
Pontifice alienari poſſunt iuxta Paulinam con-
59 ſtitutionem in caſibus à iure permiſſis, vt ſi pri-
mò concurrat cauſa neceſſitatis Eccleſiæ, quan-
do ſcilicet vrgeat debitum ab ipſa Eccleſia con-
tractum, Auth. Sancimus C. de Sacroſant. Eccleſ.
ſecundus caſus eſt cauſa pietatis gloſ. in cap.1 n.
12.quæſt.2.Franciſcus Leo in Theſaur.fol.Eccleſiaſt.
60 par.1.cap.15.num.9. veluti prò redemptione ca-
ptiuorum, §. Sacra inſtit.de rer. diuiſ. vel pro ali-
61 monia pauperum,ne fame,& frigore pereant, l.
ſancimus C. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. aurum habet
62 Eccleſia 12.quæſt.2. Tertius caſus eſt incommodi-
tas, quando ſcilicet res eſt Eccleſiæ incommoda,
63 iuxta textum in cap. terrulas 12. quæſt. 2. Quartus
caſus eſt, quando res eſſet Eccleſiæ inutilis, nam
tunc Prælatus illam alienare poteſt, cap. ſine ex-
ceptione 12.quæſt.2.dicto cap.terrulas Clem.1.de reb.
Eccleſ.non alienan.l. iubemus C.de Sacroſanct.Eccleſ.
de quibus, Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg. 95.
64 num. 22.& 23. vbi in fin.ſubdit,quod eſt permiſ-
ſa alienatio vbi plus expenditur pro reparatione
quam deducatur, l.ſed an vltro §.1.ff.de negot.geſt.
65 quia res Eccleſiæ ex cauſa melioris vtilitatis
alienari poſſunt, ſi quippè Eccleſia ipſa recupe-
ret alteram rem meliorem cap. vt ſuper 8. de reb.
Eccleſ.non alienan.Viuian.tom.1. comm.oppin. tit.1.
66 num. 36.verſ.nono fol.150.Vnde ſi contractus ſint
vtiles Eccleſiæ etiam ſi fiant ſine ſolemnitate
67 ſunt validi, cum huiuſmodi ſolemnitates exi-
gantur tamquam medium ordinatum, ad conſe-
quendam vtilitatem, ad text.in cap.ſine exceptione
12.quæſt.2. Nauar.conſ. 197. num.2. & 3. Rebuf. in
compend.alienat,num.34.Fr.Emanuel.quæſt.Regular
tom.1.quæſt,27.art.9.Maſcard.de probat. concluſ.75.
num.7.tom.1. Nauar. in comment. de alienat. rerum
Eccleſ.ſub num.17. Redoan.de reb. Eccleſ. non alie-
nan.rub.de iis qui conſenſiunt §.ſenſui dicta extrauag.
num. 5.vſque ad 18.fol.189.late Gabr.in tit.de rerum
alienatione concluſ.1.per totam Barboſ.de offic.& po-
teſt.Epiſcop.alleg.95. num.23.in fin. comprobantur
prædicta vltra Barboſ.& Quaranta in Summ, Bul-
lar.in verb. alienatio rerum Eccleſ. num.3. & ſeqq.
per Vgolin.de poteſt Epiſcop.cap.14.§.7.num.5.verſ.
tertio.

68 Lim.10.in caſu quo bona, quæ peruenerunt ad
Eccleſiam, erant antea obligata creditori illius,
in cuius dominio antea reperiebantur, ſiquidem
cum fecerint huiuſmodi tranſitum, cum ſuo
onere, vindicari, & diſtrahi poſſunt abſque ſo-
lemnitatibus, & aſſenſu Apoſtolico, Eccleſia au-
tem cum ſit cultrix pietatis, & æquitatis non
debet retinere cum alterius iactura iuxta tradita
per Lap.alleg. 25. num.4. verſ. in contrarium quia
tranſiuit cum illa conditione.

69 Contrarium tenet, Redoan.de reb. Eccleſ. non
alienan.quæſt.51.cap.8 num.18. veritas tamen eſt,
quod aut alienatio fieri còntingit ad inſtantiam
creditorum, aut Prælatus vult vendere ex ſe, pri-
mo caſu deueniri poteſt ad huiuſmodi alienatio-
nis actum primo adhibita per Iudicem Eccleſia-
ſticum cauſæ cognitione, 2. quod exiſtat cauſa
vrgens alienandi 3. quod debitum ex bonis mo-
bilibus ſolui nequeat, idque liqueat Iudici per
diſcuſſionē bonorum 4.quod vendatur res minus
damnoſa, 5. quod pro paruo debito non venda-
tur res magna, 6. quod Iudicis Eccleſiaſtici in-
teruenìat auctoritas, & præuio eiuſdem decreto
ſubſequatur ſubhaſtatio.In ſecundo verò caſu,
quando Prælatus, vel Rector Eccleſiæ vellet ven-
dere ex ſe, & tunc non poteſt abſque aſſenſu
Apoſtolico, & ita practicari vidiſſe, & expediri
Breue Apoſtolicum commiſſum Ordinario loci,
Teſtatur Quaranta in Summ.Bullar.in verb. aliena-
tio rer.Eccleſ.num.37.Rot.dec.97.num.13. poſt Mer-
lin.de pignor.

70 Lim.11.vt bona Eccleſiæ generaliter obligari,

&

& hypotecari poſſunt abſque beneplacito Apoſtolico, non obſtante prohibitione *Extrauag. ambitioſa de reb. Eccleſ. non alien.* hypoteca autem generalis non eſt comprehenſa ſub prohibitione alienandi bona eccleſiaſtica, *vt tradunt DD. in cap. nulli de reb. Eccleſ. alien. vel non*, qui licet loquantur in terminis eiuſdem *cap. nulli* in quo cum ſolùm prohibita fuit hypoteca ſpecialis, non inde ſequitur quod ſit prohibita generalis, cum per ſe ipſam nihil ſapiat alienationis, ex quo per eam non trasferatur ius aliquod in re, *§. item ſeruiana inſtit. de action. l. ſi rem. §. proprie ff. de pignorat. action.* vnde cum hypotheca generalis ſit diuerſæ naturæ ab alienatione, quia ad eam directè, & principaliter non ordinetur, ſed vt magis creditori ſuccurratur, & cautior reddatur, adeo vt cum non niſi in conſequentiam poſſit per eam ſequi alienatio, donec, & quouſque non deducatur in eſſe huiuſmodi effectus, non amittit ſuam primæuam naturam, quod poſſit de ea cenſeri, quod de alienatione, qua prohibita, non poteſt dici prohibitum omne id, per quod ad illam deueniri poteſt, non quidem directè, & principaliter, ſed ſecundario, & in conſequentiam. nam ea, quæ in conſequentiam, & ſecundario veniunt non qualificant actum, *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat. Rol. conſ. 15. num. 20. & conſ. 48. n. 18. & 19. vol. 4. Gaucer. var. reſol. lib. 1. cap. 24. num. 11.* Et hanc ſententiam etiam in terminis, *extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* tuentur *Plures DD. relati per Barboſ in cap. nulli de reb. Eccleſ. alien, vel non num. 5. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 2. cap. 6. per tot. Caſt. Palaus oper. moral. tract. 22. diſ. vnica punct. 15. §. 2. num. 2. tom 2. Molin. de iuſt, & iur. tract. 2. diſ. 466. in princ. Bonacin. diſ. 3. de contract. feud. quæſt 8. punct. 4. num. 31. in fin. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 85. num. 7.* & magiſtraliter firmauit, *Rot. deciſ. 96. à num. 1. vſque ad 5. poſt Merl. de pignor.* vbi in fin. dicti n. 5. atteſtatur ita in terminis Sac. Concil. Trident. à Sac. Congregatione fuiſſe declaratum, quam poſtea ſecuta fuit, *Rot. in Neapolitana pecuniaria 19. Iuny 1656. ſub §. de iniuſtitia coram Zarate.*

71 Sublim. quod bona Eccleſiæ licet poſſint obligari, & hypothecari, ad eorum tamen deliberationem, & ſubhaſtationem deueniri non poteſt abſque beneplacito Apoſtolico, cum tunc deueniatur ad caſum, à quo ſine dicto beneplacito non poteſt incipi, & ceſſat ratio, quod obligatio, ſeu generalis hypoteca in ſua primæua origine nihil ſapiat alienationis, quia producendo in eſſe actum prohibitum, debet & ipſa reputari prohibita, alias daretur caſus alienationis bonorum Eccleſiæ abſque licentia Sedis Apoſtolicæ contra diſpoſitionem præfatæ *extrauagantis*, & aperiretur via pluribus fraudibus, *Ciarlin. controuerſ. forenſ. 105. num. 16. & controuerſ. 183. nu. 15. lib. 2.* Rot. *deciſ. 97. num. 6. 7. & 8. poſt Merlin. de pignor. & in Neapolitana pecuniaria 19. Iunij 1656. §. de iniuſtitia vero verſ. cum in dicta venditione Merlin de pignor. lib. 2. quæſt. 85. num. 14.*

72 Valet tamen creditor vigore huiuſmodi generalis hypothecæ agere vtili Salniano ad bona hypothecata ad effectum ſatisfacien. ex fructibus, & in hoc erit præferendus creditoribus Chirographarijs; *Rot dec. 97. n. 8. verſ. neque viſum fuit obſtare poſt Merlin. de pignor.*

73 Quinimo in diſtractione iudiciali bonorum Eccleſiæ licet non requiratur nouus aſſenſus, hoc tamen non procedit, niſi quando Iudex veniat ad eam vigore obligationis contractæ cum ſolemnitatibus, ex eo quod tantum valet Iudex deuenire ad alienationem, in quantum ſolemnitas interpoſita in natiuitate obligationis cenſetur interpoſita ſuper eadem alienatione, cum ad dictum tempus ſuum effectum porrigat, vt luculenter in puncto Eccleſiæ explicat, *Bald. in l. ſi pupillorum §. ſi pupillus ff de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt, & faciunt tradita per Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 5. num. 3. verſ. nec obſtat Capiclatro deciſ. 56. num 5. & 6. quos refert. & ſequitur Rot deciſ. 97. num. 13. & 14. poſt Merlin. de pignor.* vbi in *verſ. nec. contrarium* ſubdit quod DD. qui in hac materia allegari poſſunt vel loquantur cum ſuppoſito, quod debitum, cuius vigore deuenitur ad iudicialem diſtractionem fuerit, ritè, & ſolemniter contractum, vel loquuntur generaliter ita vt etiam ipſi ſint intelligendi cum eodem ſuppoſito, *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 85. ſub num. 14.*

74 Siquidem nullo vnquam iure reperitur poſſe deueniri ad diſtractionem iudicialem occaſione obligationis initæ abſque beneplacito ſedis Apoſtolicæ, niſi in caſu ſoluendi debita contracta ab aliquo auctore Eccleſiæ, qui eidem reliquerat plura ſua bona, vt vltra allegatas *in Limit. 10.* faciunt tradita per *Bordon. reſol. Regul. 27. nu. 63. & in ijs terminiſ. dixit. Rot. in Romana locorum montium 18. May 1645. coram Meltio*, & ratio eſt, quia tali caſu æs alienum fuit ab initio ritè, & rectè contractum, ex quo auctor Eccleſiæ non tenebatur vllas adimplere ſolemnitates, vnde dicitur prouenire ex neceſſaria cauſa auctoris, & non ex propria voluntate Eccleſię, vt benè animaduertit, *Fontanel. deciſ. 278. num. 6. & 7. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 26. num. 4. & 5. quos ſequitur Rot. dec ſ. 97. num. 14. verſ. & quidem, cum pluribus ſequen.*

75 Sublim. 2, vt Prælatus bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate, & vtilitate, vel neceſſitate non poſſit ſpecialiter hypotecare, *textus eſt expreſſus in cap. nulli 5. de reb. Eccleſ. non alien. & in Extrauag. ambitioſa eod. tit.* & ibi omnes DD. & ſingulariter *gloſ. Abb. num. 3. idem Abb. in cap. 1. num. 3. de præca gloſ. in §. nos igitur in verb. creditoribus in Authen. de non alien. Bero in cap. nulli num. 8. in tertio notatu de reb. Eccleſ. non alien. Neguſ. de pignor. par. 2. prin. n. 3. in fin. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 2. cap. 6. num. 11. & 12. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 16. num. 7. verſ. cuius. deciſionem latè Merlin. de pignor. 2. quæſt. 85. à num. 1. vſque ad 6.* vbi ampliat vt multo ma-
76 gis procedat in pignore, cum mediante pignore deueniatur ad traditionem.

77 Nomine autem alienationis ſaltem lato ſumpto vocabulo continetur ſpecialis hypotheca, vt probatur *in cap. nulli vbi Bero num. 10. in fin. de reb. Eccleſ. non alienan.* vnde redditur grauioris præiudicij ad differentiam generalis, quæ redditur leuioris præiudicij, cum per hanc acquiratur ius ad rem, per illam ius in re, vt animaduertit, *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 85. num. 8. & num. 18.* vbi ſubdit, quod hypotheca generalis intantum ſit valida, in quantum per eam non ſequatur traditio, ſecus autem ſi ſequatur.

78 Li-

78 Limit. 12. quod non requirantur ſolemnitates in tranſactione, quæ fieri contingat ſuper aliqua re Eccleſiæ, cuius poſſeſsio non ſit penes Eccleſiam, *Rebuff. in compend alienat. num. 21. Quaranta in ſumma bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. n. 43 limit. 12.* ſecus autem ſi per tranſactionem Eccleſia relaxet rem penes eam exiſtentem, quo caſu cũ ſit vera alienatio requirũtur ſolemnitates; *Quaranta vbi ſupra num 20. Seſſe deciſ. Aragon. 121. nu. 12. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. n. 3.*

79 Lim. 13. in rebus Eccleſiæ alienari ſolitis, in quibus non requiritur ſolemnitas, nec beneplacitum Apoſtolicum, *cap. 2. & ibi DD. de feud. Honded. conſ. 31. num. 1. lib. 2. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 51. cap. 6. num. 1. & ſeq. Mohed. dec. 8. de locat. Cæſar de Graſſ. dec. 3. num. 4. de reb. Eccl. non alien. Seraph. dec. 1490. num. 2. Rot. dec. 282. nu. 18. par. 6 recen. & dec. 705. num. 4. & dec. 731. n. 51 coram Amat. Dunoz.* & vltra ſupradictos hoc idẽ docet *glo. in dicto cap. 2. in verbo inueſtire ibique Abb. num. 3. de feud. Dec. in Auth. qui rem n. 22. verſ. prima eſt C. de ſacroſanct. Eccleſ. Calder. conſ. vltim. circa med. verſ. ſed nego conſuetudinem tit. de conſuetud. Ruin. conſ. 41. num. 39. lib. 1. Bero conſ 86. nu. 1. lib. 1. Iul. Clar. 4. ſenten. §. Emphyteuſ q. 6. poſt prin. verſ ſi verò reſ. Eccleſ. Molin. de contractib. diſ. 468. num. 17. Couar. var. reſol. lib. 2 cap. 37. num. 4 Quaranta in ſumm. bullar. in verb. alienatio rer. Eccl. n. 39 verſ. bona igitur Gabr. conſ. 71. n. 2. & 7. lib. 9.*

80 Vnde res Eccleſiæ ſolitæ cõcedi in emphyteuſim cum beneplacito Apoſtolico ſemel impetrato, ſi ad Eccleſiam reuertatur, poteſt iterum Emphyteuticari abſq; ſolemnitate requiſita in alienatione rerum Eccleſiarum, per text. *in Extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* ibi ab antiquo concedi ſolitis. *Menoch. de arbitr. caſ. 81. à num. 5. & conſ. 66. num. 31. & conſ. 79. num. 1. cũ ſeq. & conſ. 90. num. 22. Quaranta in ſumma bullar. verb. alienatio rerum Eccleſ. num. 39. & 40. Aloy. Ric. in prax. rerum for. Eccleſ. deciſ. 125. in p. edit. & reſol. 110. in 2. edit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num. 194. Ceual. commun. contra commun. tom. 4. quæſt. 897. num. 899. Gram. deciſ. 24. deciſ. 36. num. 6. dec. 344. num. 4. Camil. Borel. in ſumm. omn. deciſ. tit. 33. à num. 129. Cald. Pereira de renouat. emphyteuſ. quæſt. 16. num. 71 Rot. Bonon. dec. 13. num. 7. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 95. n. 29. et ſeq. Rot. deciſ. 160. nu. 3. par. 2. diuerſ.*

81 Res autem Eccleſiæ ſemel effecta alienabilis cũ ſolemnitate efficitur perpetuò alienabilis abſque ſolemnitate, *Dec. conſ. 88. vol. 1. Ricc. in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ. 26. in vtraq. edit. Cæſar. de Graſſ. deciſ. de reb. Eccleſ. non alien. Seraph. deciſ. 1490. cum aliis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 32.*

82 Sublim. quod de huiuſmdi ſolito aliundè conſtare debet, quam ex partium aſſertione, quoniã ad iſtum effectum opus eſt docere, vel de vna locatione ſolemni, ac valida, vel ea deficiente de duabus non ſolemnibus ſpatio tamen 40. annorum effectum ſortitis ſeparatis, & diſtinctis, per diſtincta, & ſeparata inſtrumenta diuerſis tẽporibus celebrata, ita vt non ſufficiat, quod in ſecũda fiat explicita mẽtio de prima, niſi de ea etiam aliunde conſtet *Bart. in l. ſi forte ff. de caſtren. pecul. Dec. in auth. cui rem n. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. & conſ. 142 ſub num. 4 verſ ſolum ſupereſt reſpondere Ruin. conſ. 41. num. 39. verſ. dicitur autem indulta conſuetud. lib. 1. Pariſ. conſ. 62. nu. 7. lib. 1. Alex. conſil. 189. num. 19. lib. 4. & conſ. 9. num. 6. lib. 3. & conſ. 17 num. 6. lib. 4. Molin. de contract. diſ. 408. num. 20.* & hanc opinionem ſemper *Rot. ſecuta fuit, et ſignanter dec. 434. num. 5. deciſ. 1451. num. 3 et deciſ. 1490. num. 5. coram Seraph. deciſ. 160. num. 3. et 4 par. 2 diuerſ. dec. 367. num. 18. et 19 par. 5. dec. 36. n. 9. par. 7. recen. et dec. 705. num. 5. coram Amat. Dunozet. et ita etiam prius dixiſſe Rot. in vna Auerſana Tenimenti coram Cantuccio refert Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg. 95. num. 32. verſ. et dummodo ſolitum.*

83 Sublim. 2. procedere dummodo ſolitum non alteretur, & ſecunda conceſſio, ſeù inueſtitura non contineat noua pacta, & conditiones, alias ex conceſſionis alteratione, & nouæ qualitatis adiectione, cum iudicetur noua, ac diſtincta cõceſsio, nouam exigit ſolemnitatem, *Dec. in Auth. qui rem num. 22. et ibi Cagnol. num. 52. C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 9. num. 2. lib. 3. Decian. conſ. 73. n. 43 lib. 3. Redoan. de reb. Eccleſ non alen. quæſt. 51. nu. 19. et 20. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 6. et 28. et in §. fundum quæſt. 13. Genuen in prax. Archiepiſcopo Neap. cap. 60. num. 6. verſ. ſextus Barboſ: de offic. et poteſt. Epiſc. alleg. 95, num. 32. verſ. dummodo ſolitum Molin. de iuſt. et iur. cap. 468. num. 19. Felix à Caſtropal. moral. par. 2. tract. 12. punct. 17. §. 4. num. 4. Quaranta in ſumma bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſiæ n. 40. verſ. concluſionem hanc Vrſill. ad Afflict. deciſ. 305. n. 8. verſ. primo quod iſtu, et num 9. verſ. item ex ſecundo Ripa reſponſ. 2. num. 17. et 18. Cacher. deciſ. Pedemont. 23. num. 22. Seraph dec. 1490. num. 7. Rot. deciſ. 160. num. 9. par. 2. diuerſ. deciſ. 176. num. 42. et ſeq. p. 5*
84 *recent.* & in puncto ſecundæ locationis factę pro minore quantitate canonis dixit eadem *Rot. dec.*
85 *705. num. 6. coram Amat. Dunozet.* & in puncto primæ conceſsionis, reſtrictæ ad maſculos, & fœminas deſcendentes per lineam maſculinam, & ſecundæ factæ pro maſculis, & fœminis deſcendentibus tam per lineam maſculinam, quam fœmininam *dec. 36. n. 9. 10. et 11 p. 7. rec.*

86 Intellige hanc ſublim. procedere vbi alteratio ex nouis pactis adiunctis eſſet quo ad ſubſtantialia ipſius contractus, ſecus autem ſi alteratio eſſet quoad aliquas qualitates accidentales, non variantes ſubſtantialia contractus, quæ non ſunt habendæ in conſideratione, vt de communi teſtatur *Alex. conſ. 9. num. 2. lib. 3. Quaranta in ſumm. bullar. in verb. alienatio rer. Eccleſ. nu. 40. circa med. Dec. in auth. qui rem num. 22. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Calder. conſ. 11. Mugon. dec. Lucen. 14. n. 30. et 39.*

87 Sublim. 2. procedere ſi de tempore vltimæ, & nouæ conceſsionis adſit euidens Eccleſiæ vtilitas, adeo vt ſufficiat adfuiſſe in antiqua alias contractus non ſuſtinetur etiam ſi bona ſint locari ſolita, *Abbas in cap. vt ſemper num. 11. verſ. ego credo de rebus Eccleſ. non alienan. Rebuf. de alienat. rerum Eccleſ. num. 34. Honded. conſ. 51. num. 89. lib. 1. et conſ. 31. num. 16. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 89. num. 3. Bonucc. in tit. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnica punct. 3. n. 2. Aloy. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 5. in vtraque edit. Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. allegat. 95. num. 34. Grati. diſcept. 379. num. 12. Cæſar de Graſſ. deciſ. 4. num. 1. et 12. de reb. Eccleſ. non alien. Canal. dec. 288. num. 5. Rot.*

deciſ.

decis. 82. p. 1. diuerſ. et dec. 36. n. 12 p 7. rec. et dec. 43 num. 2. coram Seraph.

88 Sublim, 3. non procedere vbi ceſſauit prima cauſa conceſsionis, vt ſi ſi fuiſſet conceſſum prædium ſterile ad culturam r ducendum, quod ſi poſtea ad Eccleſiam reuerratur, & ceſſauerit huiuſmodi prima cauſa cõceſsionis ſine noua cauſa alienari non poteſt, *Abbas in cap. vt ſuper eo num. 11. de rebus Eccleſ. non alienan. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 60. nu. 6. cum alijs per Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. allegat. 95. num. 33.*

89 Sublim. 4. non procedere in bonis, quæ & ſi ſemel, vel pluries fuerint conceſſa, ſunt tandem aliqua de cauſa ad ipſam Eccleſiam reuerſa, eiuſque patrimonio incorporata, ac de illius menſa effecta, ſicque prima ſua natura amiſſa nouam aſſumpſecint, perindè, ac ſi nunquam alienata nec ſolita locari fuiſſent, ſecus ſi non ſint incorporata, nam tunc durante prima cauſa poſſunt abſque ſolemnitatibus concedi, vt animaduertit, *Redoan. de rebus Eccleſ non alien. tit. quæ, et quomodo res dicantur de menſa num. 4. fol. mihi 363. et num. 43. verſ decimo limita Zabarel. in cap. 2. qu. 12. de feud. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſ. 433. et lib. 6. præſumpt. 87. Maſcard. de probat concl. 203. Quarãta in ſumma bullar in verbo alienatio rerum Eccleſ. num. 42. verſ. concluſionem hanc Creſcen. deciſ. 1. tit. de rebus Eccleſ. non alien.*

90 Bona autem non cenſentur incorporata, ſi Eccleſia ſaltem per annum non retinuerit, nec ea pro ſe fuerit vſa, *Bero. conſ. 119 n. 25. vol. 1.*

91 Et tamẽ eo ipſo quod Eccleſia reperitur in poſſeſsione fundi, vel rei reuerſæ præſumitur facta menſæ incorporatio, vt ex *Bald. tradit Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. tit quæ, et quomodo res dicatur de menſa num. 2. fol. 362.*

92 Et expreſsè dicitur facta ſi Prælatus declarauerit velle rem eſſe de mẽſa, vel quia ab officialibus fuerit in libris rerum menſæ deſcripta, aut adnotata *Redoan. loco cit. n. 4. fol. 363.*

93 Quando verò non appareat de aliqua incorporatione, tunc ſi conſtat Prælatum retinuiſſe penes ſe non animo incorporandi menſæ, ſed de nouo concedendi, quando inuenerit bonum Vaſſallum, aut propter aliam cauſam temporalem, & tunc res non cenſetur incorporata, etiamſi longo tempore eadem res à Prælato retenta fuerit, *Redoan. loco cit. num. 4. fol. 363.*

94 In dubio tamen quando Prælatus tenuit rem aliquo tempore, nec expreſsè incorporauerit, nec appareat animum habuiſſe incorporandi, & tunc ſi tenuit per tempus longiſsimum puta 30. annorum, eſt præſumenda incorporatio, & quod Prælatus noluerit amplius in feudum concedere, *argum. cap. ſi quis per 30. ſi de feud. fuer. contrau. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. tit. quæ, & quomod. reſ. dicatur de menſa num. 4. circa med. fol. 363.*

95 Sed ſi Prælatus res reuerſa non tenuerit per ſupradictum temporis ſpatium, ſed per minus, & tunc ſi Prælatus retinuerit, prout alias res Eccleſiæ, puta ſi perceperit fructus, ſi locauerit cum alijs rebus, vel poſuit rationem cum ſuis factoribus, vel illam pertractauerit in omnibus, & per omnia, vt alias res de menſa, adeo vt non appareat differentia inter illa, & alias res eiuſdem Eccleſiæ, & tunc videtur curſu decem annorum incorporata, *vt ex Bart. Bald. Rom. in locis per eum relatis docet Redoan. de reb. Eccl. non alienan. tit. quæ, & quomod. res dicatur de menſa num. 4. verſ. ſed ſi res fol. 363.*

96 Illis verò coniecturis ceſſantibus erit arbitrio Iudicis præſumere incorporationem ex qualitate perſonæ, rei, & quantitate temporis, vt ſubdit idem *Rodoan. loco citato n. 4. verſ. iſtis autem.*

97 Intellige ſupradicta procedere quando rei deuolutæ poſſeſsio peruenit ad Eccleſiam, ſecus ſi alius occupauerit illius poſſeſsionem, *Anchararan. conſ. 155, Redoan. vt ſupra n. 5. fol. 363.*

98 Sublim. 5, quod licet res ſolita alienari distrahi poſsit abſque ſolẽnitatibus, nihilominus exigitur aſſenſus Epiſcopi, vndè præſentandus eſt Epiſcopo ſupplex libellus, quo petitur præſtari ab ipſo aſſenſum, qui informatione, & facta diligenti inquiſitione, qua formata, & comperto tendere in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, interponere debet decretum, & præſtare aſſenſum. *Aloy. Ric. in prax. for. Eccleſiaſ. dec. 94. in prima edit. & reſol. 80. in 2. edit. Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg 95. num. 35.*

99 Limit. 14. principalem concluſionem in contractu alienationis bonorum Eccleſiæ geſto cum ipſomet Papa, in quo nullæ exiguntur ſolemnitates. cum præſentia Papæ ſupplcat omnem defectum ſolemnitatum, *Bald. in l. ſancimus C. de donat. & in l. reſcripta C. de precib. Imper. offer. Imol. in cap. 1. num. 7. de lit. conteſt. Alex. conſ. 157. num. 7. lib. 2. Natta conſ. 28. num. 4. lib. 1.* ſiquidem conſtitutio Paulina nihil aliud exigit, quam beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, quod eo ipſo interuenire probatur, ſi contractus cum Papa celabratus
100 exiſtat, vt de alienatione facta ipſi Epiſcopo, quo inconſulto ex diſpoſitione ſtatuti fieri non poterat, tradunt *DD. relati per Rot. dec. 1027. à n. 1. cum pluribus ſeq. coram Card. Seraph.*

101 Lim. 15. in repudiatione legati, vel hæreditatis, aut rei Eccleſiæ non incorporatæ, ſed tantum delatæ, quæ à Prælato beneficiato, ſeu Rectore abſque aſſenſu Apoſtolico repudiari po-
102 teſt, nam in acquirendis, & iure quærendo, & non quæſito Eccleſiæ præiudicare valent, *Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. dec. 96. in 1. edit. & reſ. 89. 2. in edit. Iaſ. & Ripa in l. legatum ff. de legat. 1. Rebuf. in compend. alienat. ſub num. 30. Syluest. in verb. alienatio num. 18. Barboſ. de offic, & poteſt. Epiſc al-
103 leg. 95. num. 12.* quod procedit etiam non obſtante Paulina Conſtitutione, *Quaranta in ſumma bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. n. 23 & 43. Bonacin. in tit. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſt. vnic. punct. 2. num. 33. verſ. ſed mihi* vbi reddit rationem, quia dicta repudiatio non eſt alienatio, peccare tamen ſubdit Prælatũ, ita repudiandi contra iuſtitiam *Rot. deciſ. 30. num. 2. & ſeq. par. 3. lib. 2. deciſ. 233. num. 6. & deciſ. 284. num. 9. eadem part. 3. lib. 3. diuerſ.*

104 Contrarium in puncto iuris defendere conatur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. nu. 54* eo quia legatum, ſeu hæreditas delata Eccleſiæ tranſeat in eandem ipſo iure, & poſſeſsio etiam abſque traditione transferatur, ac proinde haberi debet pro re incorporata, & conſequenter ſubiecta Paulinæ Conſtitutioni, *Molina de contract.*

tract. 2.

tract.2.diſ.468.num.11. Quaranta in ſumm. bullar. in verbo alienatio rerum Eccleſ.n.23.

104 Sublim. quando legatum communiter ſeruiret Epiſcopo, & Capitulo, quia tunc Epiſcopus illi renunciare non poteſt in præiudicium Capituli, *Quaranta in ſumma bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. num.43. in fi. Rebuf. in compend. alienat. num.30. verſ. & iſta opinio Barboſ. dicta allegat. 95. num.52. verſ. niſi legatum.*

106 Sublim. 2. quod ſi Eccleſia ob huiuſmodi repudiationem læſa fuerit, vti poterit beneficio re-
107 ſtitutionis in integrum, niſi res fuerit alteri Eccleſiæ acquiſita, cum melior ſit conditio poſſidentis, *vt ex Vaſquez, Quaranta, Molina, Riccio, Soprano, Tabiena docet Bonac. in tit. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ.2. quæſt. vnica punct.2.n.33. verſ. ſecundo verum eſt.*

CLERICVS, ET LAICVS PRO CRIMINE INCESTVS, QVANDO, ET QVA POENA PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Inceſtus crimen cum committatur inter perſonas, quibus matrimonium inter ſe contrahere prohibetur, pœna deportationis, ſeu arbitraria punitur, pœna verò mortis inter aſcendentes, & deſcendentes, ſed ſi cum adulterio, & ſtupro, & Clerici qua pœna pro huiuſmodi crimine mulctentur, materia diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 Inceſtus committitur quando quis cognoſcit mulierem ſibi agnationis, cognationis, vel affinitatis vinculo coniunctam.

2 Et committitur inter perſonas, cum quibus nuptiæ ſunt prohibitæ.

3 Matrimonium prohibetur cum cognatis cognatione legali, vel ſpirituali, vel propter conſanguinitatem, vel affinitatem ex copula licita vſque ad quartum gradum ex illicita vſque ad ſecundum, & num.7.

4 Quæ reſtrictio procedit tam in linea collateralium, ſeu tranſuerſalium, ſed etiam in recta aſcendentium, & deſcendentium.

5 Ad contrahendum matrimonium iure naturæ ſolum primus gradus interdicitur, iure Eccleſiaſtico non excedit quartum gradum.

7 Pœna inceſtus eſt mortis naturalis.

8 Præcipue ex ſtatuto Vrbis in inceſtu commiſſum vſque ad ſecundum gradum.

9 Contrarium quod de iure communi ſit deportationis, & mitior, vel potius arbitraria num.10. & num.12. vbi de veriori, & num.31.

11 Referuntur diuerſæ pœnæ irrogatæ in crimine inceſtus, & num.13.

14 De iure canonico Laicus pro inceſtus crimine eſt excommunicatus.

15 Inceſtus commiſſus cum aſcendentibus, & deſcendentibus pœna mortis punitur.

16 Inceſtus committitur ab eo, qui ſororem carnaliter cognoſcit, ſeu cum ea matrimonium contrahit, & iſto caſu pœna mortis imponi poteſt.

17 Sed alijs DD. dura videtur hæc ſententia.

18 Declara, quod ſi in huiuſmodi inceſtu concurrat ſororis defloratio, vel ſciens ſub ſpecie matrimonij ſororem cognoſcat, pœna mortis eſt imponenda, in alijs caſibus omnis pœna imponi poteſt excepta morte.

19 Inceſtus commiſſus inter coniunctos cognatione legali arbitraria pœna punitur.

20 Et commiſſus inter cognatione ſpirituali coniunctas pœna extraordinaria punitur.

21 Cognoſcens matrem, & filiam, vel ſcienter duas ſorores germanas ex Conſtitutione Pij V. pœna vltimi ſupplicij plectuntur.

22 Clericus pro crimine inceſtus eſt deponendus, & carceri mancipandus.

23 Et beneficijs priuatur, & deponitur ſi cum inceſtu ſit admixtum adulterium, & num.22.

Vbi reprehenduntur Ordinarij pœna pecuniaria punientes inceſtum.

25 Clericus fornicationem committens cum filia ſpirituali pœna depoſitionis afficiendus.

26 Filiæ ſpiritualis nomine, quæ veniat.

27 Clericus, ſeu Parochus cognoſcens ſuam Parochianam, non eſt deponendus.

28 Inceſtus commiſſus cum adulterio, & ſtupro pœna mortis mulctatur.

29 Contrarium quod pœna ſit deportationis, & arbitraria.

30 Limita in inceſtu commiſſo inter aſcendentes, & deſcendentes.

31 Quid vigore ſtatuti Vrbis.

32 Inceſtus excepto coitu fornicario non datur ſine adulterio, aut ſtupro.

33 Stuprator, qui cognouerat duas ſorores conſobrinas, qua pœna mulctatus fuerit refertur.

DECISIO LXI.

INceſtus graue flagitium, & quidem adulterio grauius in figura ſimplicis fornicationis per-
1 patratur, quando quis carnaliter cognoſcit mulierem ſibi agnationis, aut cognationis, vel affinitatis vinculo coniunctam, cum qua matrimonium contrahere non poterat, vt probat textus *in l. ſi quis viduam ff. de quæſt. & in l. ſi adulterium cum inceſtu in princ. ff. de adulter.* qui loquitur de cognoſcente priuignam, nurum, vel nouercam, *& in l. fin. ff. de ritu nuptiar.* qui loquitur generali-
2 ter de omnibus ſanguine coniunctis, vel affinibus tam ex linea aſcendentium, quàm deſcendentium, quàm tranſuerſalium, cum quibus nuptiæ ſunt prohibitæ, & habetur *in cap. lex illa, §. inceſtus eſt 36. quæſt.1.* & tradunt DD. relati per *Cabal. reſol. crim. caſ.220. num.1. & 2. & per Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt.149. num.4. & 5. Diaz in pract. crim. canon. in verbo inceſtus cap.84. in princ. Corrad. in pract. crim. tit. de inceſtuoſ. & nefar. nu.10. verſ. inceſtuoſus Bonacin. in tit. de ijs, quæ pertinent ad vſum matrimonij quæſt.4. punct.16. num.1. tom.1. fol. mihi 380. Bellet. diſquiſit. Clerical. par.2. tit. de pœn. Cleric. §.7. num.1.*

3 Prohibitæ autem ſunt nuptiæ, ſeù matrimonium contrahi non poteſt, cum cognatis cognatione legali, vel ſpirituali, vel cognatione conſanguinitatis, vel affinitatis, & ſic cum conſanguineis, vel affinibus ex copula licita vſque ad quartum gradum, & vſque ad ſecundum gradum affinitatis prouenientis ex illicita copula, pro vt *ſub Innocentio III. in Concilio Lateranenſi*, reſtricti fuerunt gradus conſanguinitatis copulæ licitæ, *cap. non debet de conſanguin.* quæ reſtrictio ſibi lo-
4 cum vindicat non ſolum in linea collateralium, ſeù tranſuerſalium, ſed etiam in recta aſcenden-
5 tium, & deſcendentium, quia iure naturæ ſolus primus gradus interdicitur, & iure Eccleſiaſtico prohibitio non excedit quartum gradum, ita *Sanchez de matrim. lib.3. diſ.51. num. 1. & diſ.53. num.1. & per tot. Bonacin. in tit. de impedim. matrim. quæſt.2. punct.5. §.1. num.10. tom.1. fol. mihi 321.* Quidquid ſit de iure ciuili, & antiquorum Sacrorum Canonum, quos refert *Sanchez dicta diſ.53.*

ſub n.1.Bonacin.loco citato,Cabal.reſol.crim.caſ.200. num.3.cum plurib.ſeqq.

6 Et ex *Concilio Tridentino ſeſſ.24. de reform.cap.4.* grauiſſimis de cauſis reſtricti fuerunt gradus affinitatis ex illicita fornicatione contractæ vſque ad ſecundum gradum, adeo vt extra hos gradus inceſtus non committatur.

7 Pœna autem inceſtus iuxta vnam Doctorum ſententiam eſt mortis naturalis tàm in maſculo, quàm in fœmina, & eſt eadem pœna, quam adulteri, ſi abſque velamine matrimonij perpatratum fuerit, *Corn. conſil.19. num.1. lib.4. Girlan.de pœn. omnifar.coit.quaſt. 2.num.9.verſ.ſecundo vero caſu,& quaſt. 3. num.5. vbi de communi Boſſ. in tit. de coitu damnat.& punibil.nu.6.verſ.& punitur Clar. in §.inceſtus ſub num.2.verſ.ſed quæro,* vbi quod quidam, qui filiam annorum ſexdecim violauerat fuit furcis ſuſpenſus, *Foller.in pract.crim.canon cap.4.n.92. Bermon de publ.concub.rub.de inceſtu num.14.verſ.ſi vero quærntur ſintag.commun.opin.to.3.loco 8.cap.10. verſic.ſecundo ſub verſ.inceſtus punitur, & verſ.inceſtus pœna, Menoch.de arbitrar.quaſt. lib.2.caſ.502. num.37.& ſeq.Cabal.reſol.crim.caſ.200.à num.6.vſque ad* 10. & tradunt alij DD. relati per *Farinac. in tit.de delictis carn. quaſt.149. num.9. Theſaur.deciſ.100. num.4. verſ.ego autem Boer. deciſ. 318. numer.1.2.& 3.*

8 Et in Vrbe vigore *ſtatuti lib. 1. cap. 50.* inceſtus etiam ſine adulterio commiſſum vſque ad ſecundum gradum incluſiuè tàm in mare,quàm in fœmina pœna mortis punitur.

9 Iuxta aliam contrarium tenentium Doctorum ſententiam, pœna inceſtus de iure communi,non eſt mortis, ſed deportationis, & ſic mitior probat *Textus in l. ſi quis viduam ff. de quaſt.* & de veriori,& ęquiori ſententia teſtantur *Baiard.ad Clar. in §.inceſtus num.11. Bermon.de pub concub.rub.de inceſtu num.16. Vinc.de Franc. deciſ.378. par.2. Theſaur.deciſ.Pedemont.100.num.2. verſ.tertius latè Cabal.reſol.crim caſ.100.à num.20.cum plurib ſeqq.Farinac.in tit.de delict.carn.quaſt.149.num.11.*

10 Verum quia hodie pœna deportationis non eſt in vſu, alia eius loco imponenda erit pœna arbitrio Iudicis,& ideò pœnam hanc arbitrariam eſſe ſcripſerunt, *Bald.conſil.429. in fin. lib.5. Alex.conſil.229.num.13.verſ ex quibus lib.6. Anton. Gom. in l.Tauri 80.num.15.per totum,* vbi arguendo prò, & contra, ita concludit; *Cabal.reſolut. crim.caſ.200. num.23.*

11 Vnde in crimine inceſtus, quandoque fuiſſe impoſitam pœnam fuſtigationis, quandoque pœnam pecuniariam ſtatuti, quandoque pœnam mortis, & quandoque pœnam triremium, & etiã fuſtigationis, & exilij, & detruſionis in Monaſterium ſi eſſet in vſu colligitur ex cumulatis per *Clar.in §.inceſtus num.3,verſ ſed quæro,quæ ſit pœna & ibi Baiard.num.11.in fin.& per Cabal.reſol.crim. caſ.200.nu.33.& ſeq.Menoch.de arbitrar.quaſt.lib.2. caſ.502.num.38.& ſeq. Farinac.in tit.de delict.carn. quaſt.149.num.12.13.&* 14. vbi ſententiam,quod pro inceſtu non ſit imponenda pœna mortis tam-
12 quam veriorem, & magis communem in iudicando omninò amplectendam eſſe credit, niſi fuerit inceſtus commiſſus cum aſcendentibus, & deſcendentibus, *Vinc.de Franc.deciſ.378.* vbi teſtatur
13 eum, qui duas conſobrinas ſorores violauerat ex ſententia Sacri Conſilij fuiſſe ſolummodò deportatum, reuocata prima ſententia, quæ illum ad mortem damnabat.

14 De iure verò canonico Laicus inceſtum committens ſine velamine matrimonij, & multo magis ſi cum matrimonio eſt excommunicatus, *cap.Clerici de exceſſib.Prælator. Clemen.1.de Conſanguin.& affin.cap.de ijs, qui inceſtum 35.quaſt.3.cap.ſi quis cum matre, & cap.ſi quis cum duabus in fin. 33. quaſt.2.Clar.in §.inceſtus num.7. verſ.preterea Menoch.de arbitrar.quæſt caſ.502.nu.100.& 104.Ghirland.de pœn.omnifar.coit.quaſt.2. num.4. verſ.Laicus vero, & quæſt.3.num.4.in princ. & ante fin. Diaz in pract.crim.canon.cap.84. lit.B. in verbo deponatur in verſ.Laicus Bermo.de publ.concub.rub. de inceſtu numer.16.in fin.& num.17.in fin. Farinac.in tit. de delict.carn.q.149.num.36.*

15 Sed ſi inceſtus committatur cum aſcendentibus, & deſcendentibus, quod pœna mortis puniatur, & de hoc non eſſe dubitandum docet, *Farinac.in tit.de delict.carn.quæſt.149.num.61.iuncto num.64.Clar.in § inceſtus num.3.ſub verſ.ſed quæro, quæ ſit pœna,& ibique Baiard.num.4.verſ.nec diſſentit Petrus Cabal.reſol.crim.caſ 200. nu.6.& 24.Boer. deciſ.318.Boſſ.in tit.de coit.damnat.& punib.num.6. Menoch.de arbitrar.quæſt caſ.502.* vbi quod Bononiæ mortis pœna quidam damnatus fuit,qui propriam filiam ſtuprauerat.

16 Pro vt etiam inceſtus committitur ab eo, qui ſororem carnaliter cognoſcit, ſeu cum ea matrimonium contrahit, & isto caſu imponi poſſe pœnam mortis, tradit *Cuman in conſil. 154. col.2. in fin.verſ.& ſi diceretur Iodoc.in pract.crimin. cap.94. rub.de inceſtu num.4. Boer. deciſ. 318. num.3. ad fin. verſ.eandem quoque pœnam.*

17 Sed in collateralibus etiam ſi ſit frater, & ſoror, quod ſupradicta ſententia dura videatur, cum prohibitio matrimonij inter eos non ſit de iure gentium, & ob id aliquando apud multas gentes, & magnas perſonas licita fuit talis coniunctio dixit *Theſaur.deciſ. Pedemon. 100. num. 5.* vbi teſtatur iſto caſu fratrem, & ſororem fuiſſe fuſtigatos, & deinde fratrem ad perpetuas triremes tranſmiſſum, & mulierem publicatis bonis, quatenus agnati non extarent exilio multatam, quem etiam refert *Cabal.reſol.crim.caſ.200. nu.33. & Farinac.de delict.carn.quæſt.149.nu.81.Menoch.de arbitrar.quaſt.caſ.502.num.39.in fin.*

18 Declara quod ſi cum inceſtu concurreret defloratio ipſius ſororis, vel etiam quando quis ſcienter ſub facie matrimonij carnaliter ſororem cognoſceret propter mali exempli, & ſcandaloſum facinus,pœna mortis plectendos eſſe,ſed præfatis qualitatibus non concurrentibus omnem grauiſſimam pœnam excepta morte exiſtimauit *Farinac.dicta q.149.num.82.*

19 Inceſtus verò commiſſus inter cognatos cognatione legali contracta per adoptionem, vel arrogationem, cum propriè non dicatur inceſtus mitiori, quàm inceſtus pœna, & ſic arbitraria puniri debet, *Bellon.conſil.84.num.6.& 7.Petr.Cabal. reſol.crim.caſ.200.num.60. vbi de communi Farinac. dicta q.149.à n 44.vſque ad 47.*

20 Ex cognatione vero ſpirituali exorta mediantibus Sacramentis Baptiſmatis, & Chriſmatis pariter inceſtus reſultat, ſi carnalis cognitio intercе-

tereedar inter hoc ſpitituali vinculo coniunctos, & licet hæc ſpiritualis cognatio ſit ſufficiens ad impediendum matrimonium, non tamen ſufficit ad puniendum pœna ordinaria inceſtus, ſed eandum pœna extraordinaria, & quidem miriori arbitrio Iudicis, quia vt plurimum vulgaribus hoc impedimentum eſt parum notum, *Clar. in pract. crim. §. inceſtus num. 6. verſ. item quæro latè Cabal. reſol. crim. caſ. 200. num. 68. & 69. Farinac. in tit. de delictis carn. q. 149 n. 48. 49. & 50.*

21 Demum eſt animaduertendum in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Conſtitutionis *Sixti V. ex ordin. 54. Bullar. par. 2.* vltimi ſupplicij pœna plectuntur illi, qui matrem, & filiam, ſiue duas ſorores germanas ſcienter carnaliter cognouerint, etiam ſi hæ, vel harum altera meretrices fuerint, ſiue ſciens, vel fratrem ſuum cum muliere aliquam rem habuiſſe, ipſe etiam eandem mulierem carnaliter cognoſcere non erubuerit, quam Conſtitutionem refert *Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 149. n. 114. & Bellet. diſquiſit. clerical. par. 2. tit. de pœnis Cleric, §. 7. ſub num. 4.*

22 Clericus verò inceſtus criminis reus deponendus eſt, & carceri mancipandus, *cap. tuæ diſcretionis vbi Abb. num. 3. & in cap. at ſi Clerici, & ibi Imol. Felin. & Dec. de indic. Diaz in pract. crim. canon. cap. 86. vbi etiam Lopez Decian tract. crim. lib. 6. cap 23. num. 13. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 502. num. 102. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. titul. de pœn. Clericor. §. 7. num. 5.*

23 Sed pro inceſtu præſertim admixto cum adulterio de iure canonico beneficijs priuatur, & deponitur, *cap. ſi quis Presbyter cap. ſi quis Sacerdos, cap. ſi quis Clericus 81. diſt.* qui canones loquuntur in ſimplici adulterio, & conſequenter multo magis in adulterio cum inceſtu, *Couar. in Epit. de ſponſal. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 3. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 84. in verbo inceſtus num. 2. & ibi Lopez in addit. Lit. B. in verb. deponatur Girlan. de pœn. omniſar. coit. quæſt. 2. num 2. in fin. & num. 3. & quæſt. 5. n. 2. Clar. in §. inceſtus num. 3. ſub verſ. ſed quæro, quæ ſit pœna ſintagm. commun. opin. to. 3. loco 8. cap. 3. verſ. 2. vbi de communi Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 149. num. 34. & 35. Bermo. de publ. concub. rub. de inceſtu num. 8. in fin. verſ. ſi vero quæratur, & num. 10.* vbi
24 reprehendit Epiſcopos, & eorum Vicarios, qui
Clericos pro inceſtu pecuniaIiter puniunt.

25 Quod ſi Clericus fornicationem commiſerit cum filia ſpirituali pariter depoſitionis pœna mulctari debet, *Anton. de Butr. in cap. at ſi Clerici num. 1. in fin. extra de indic. ibique Abbas num. 35. verſ. idem ſi cum filia ſpirituali Felin. num. 14. in fin. verſ. 2. limita Dec. num. 232. Bermon. de publ. concub. in gloſſ. & alios non publicos concubinarios num. 9. in fin. & in rub. de inceſt. num. 3. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 23. nu. 8. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 502. n. 29. Foller. in pract. crim. canon. cap. 33. num. 30. Farinac. in tit. de delict. car. quæſt. 137. num. 27. & quæſt. 149. n. 53. Rodriq. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 27. art. 1. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pœn Clericor. §. 8. num. 1.* vbi aſſignat rationem, quia huiuſmodi luxuriæ actus ſpecialem habet deformitatem, cum committitur cum ea perſona, cui ratione iſtius ſpiritualis coniunctionis ſingularis reuerentia debetur *Sanchez de matrim. lib 7. diſ. 55. nu. 3. & 4. Henriq. in ſumma lib. 11. de matrim. cap. 11. num. 1.*

26 Filiæ autem ſpiritualis nomine venit, quam Clericus baptizauit, vel de Sacro Fonte ſuſcepit, ſeu in Sacramento Chriſmatis tenuit, imò etiam dicitur filia ſpiritualis, quæ Sacerdoti ſua peccata confitetur, prout etiam Parochiana dicitur filia ſpiritualis, vt alijs congeſtis oſtendit *Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pœn. Clericor. §. 8. num. 2.*

27 Non tamen Clericus deponendus eſt, eo quod carnaliter cognouerit filiam ſuam ſpiritualem Parochianam, cum leuius delinquere videatur Presbyter, qui cum Parochiana delinquit, quam cum ea, quàm leuauit de Sacro fonte, aut in Chriſmate tenuit, cum qua ob ſpiritualem cognationem contractam committitur inceſtus, ſecus autem cum Parochiana tantum, cum qua non committitur inceſtus, niſi metaphoricus, & lato modo ſumptus, *Bermon. de pub. concub. rub. de inceſtu num. 14. in fin. verſ. ego autem puto ad tradita per Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 23. num. 9. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 137. num. 30 & quæſt. 149. num. 56.*

28 Inſuper inceſtus commiſſus cum adulterio, vel ſtupro licet ſecundum vnam ſententiam pœna mortis puniendus videatur, *gloſſ. in l. ſi adulterium cum inceſtu in verbo ſi adulterium ff. ad l. Iul. de adulter. Corn. conſil. 19. nu. 2 lib. 4. Clar. in §. inceſtus nu. 3. verſ. ſed quæro, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 502. num. 40. Cabal. reſol. crim. caſ. 200. poſt numer. 5. & num. 99. in fin. & num. 100. verſ. ſexto permitto.*

29 Tamen quod pœna in hoc caſu non ſit mortis,
ſed deportationis, & ſic mitior arbitrio Iudicis,
probat Textus *in l. ſi quis viduam ff. de quæſt. Clar. in*
§. inceſtus, verſ. ſed quæro, quæ ſit pœna, vbi refert
plures caſus, in quibus in facti contingentia non
fuit impoſita pœna mortis, *& ibi Baiard. num. 11.*
Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 202. num. 36. &
30 iuxta hanc ſententiam quando non verſamur in
inceſtu commiſſo inter deſcendentes, & aſcendentes, aut in primo, vel ſecundo Conſanguinitatis,
vel affinitatis gradu iudicari debere inſinuat,
Farinac. in titul. de delict. carn. quæſt. 149. numer. 18.
& num. 19. vbi niſi eſſemus in Vrbe, in qua vi-
31 gore *ſtatuti lib. 2. cap. 50.* inceſtus cum adulterio,
cum attinente vſque ad quartum gradum pœna
mortis punitur.

32 Et ratio prædictorum eſt, quia ſi eſſet imponenda pœna mortis, ſequeretur quod pro inceſtu
ſemper huiuſmodi pœna imponi deberet, quia
nunquam datur inceſtus excepto coitu fornicario ſiue adulterio, aut ſtupro, vt animaduertit
Petrus Cabal. reſol. crim. caſ. 200. num. 11. & 12. ita
Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 149. num 20. & 21.
33 vbi firmat regulam, quod inceſtus pœna deportationis, ſeù potiùs arbitraria puniatur, & ideò
Vinc. de Franch. deciſ. 378. par. 2. teſtatur quendam
34 nefarium hominem, qui commiſerat ſtuprum
cum inceſtu in duas ſorores germanas virgines,
quæ erant ipſi conſobrinæ fuiſſe deportatum, &
mulieres in Monaſterium detruſas.

CLERICVS, ET LAICVS RAPTORES QVOMODO, ET QVANDO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

De iure ciuili raptor honeſtę mulieris pœna mortis mulctatur, & bona eiuſdem, & auxilium præſtantium raptæ applicantur, de iure canonico Clericus deponitur, & Laicus excommunicatur, & vigore Sac. Concil. Trident. durante raptu annullatur matrimonium, & aliæ pœnæ irrogantur.

SVMMARIVM.

1 Raptores mortis pœna afficiuntur, & perdunt omnia bona raptæ applicanda, & auxiliatores eadem pœna plectuntur, & num. 12.
Raptus quid ſit eodem num. 1.
2 De iure canonico raptor ſi ſit Clericus deponitur, ſi ſit Laicus excommunicatur.
3 De iure Concilij Tridentini inter raptorem, & raptam nullum poteſt conſiſtere matrimonium, niſi in loco libero puella poſita conſentiat.
4 Et etiam raptor, & fautores ipſo iure excommunicantur, eius tamen abſolutio non eſt reſeruata Summo Pontifici num. 8
5 Et declarantur perpetuò infames, & dignitatum incapaces.
6 Et Clerici de proprio gradu decidunt.
7 Et raptor etiam tenetur raptam arbitrio Iudicis decenter dotare.
9 Declara vt huiuſmodi pœnæ Sac. Concilij excepta excommunicatione non irrogantur ante ſententiam iudicis.
10 Ampl. vt à dictis pœnis raptor non excuſetur etiam ſi rapuerit cauſa contrahendi cum rapta matrimonium.
11 Quod procedit etiam vigore Concilij Tridentini.
12 Pœnæ raptus incurrunt etiam receptatores raptorum, & raptarum.
14 Raptus pœna vt imponi poſſit, quæ requirantur.
15 Raptus non inducitur ex momentanea abductione de loco ad locum.
16 Raptus pœna habet locum licet rapta conſenſerit.
17 Limit. ſi præceſſerit tractatus de matrimonio ineundo.
18 Sed ad hunc effectum, quæ conditiones requirantur, referuntur.
19 Et ſecuto matrimonio etiam non præcedente tractatu raptor extra ordinem puniendus eſt.
20 Raptus pœna vt imponi poſſit an ſit neceſſaria copula carnalis referuntur hinc inde opiniones num. 25.
22 Declara quod ſi raptor potuerit, & ſe à copula abſtinuerit extra ordinem puniendus eſt, ſecus ſi ad copulam peruenire non potuit.
23 Declara 2. vt procedat ſi mulier liberè conſenſerit, non ſeducta blanditijs, & perſuaſionibus, & tunc extra ordinem puniendus eſt, ſecus concurrentibus blanditijs, & perſuaſionibus.
24 Conſenſus mulieris in raptus ex quibus deducatur remiſſiue.
25 Rapiens meretricem extra ordinem puniendus eſt, & extendi poteſt vſque ad triremes num. 26.
27 Limit. procedere in meretrice, quæ deſijt meretricari, alias ſecus.
28 Limit. 3. ſi mulier habuerit iuſtam cauſam contradicendi propter affinitatem, vel conſanguinitatem.
29 Raptor maſculorum libidinis cauſa punitur pœna raptus.

DECISIO LXII.

1 RAptus crimen ſcilicet violenta, vel malis artibus mulieris adſportatio, ſiue abductio inuitæ de loco ad locum animo eam carnaliter cognoſcendi, tamquam atrociſſimum, & peſſimum omni iure damnatur, adeo vt de iure ciuili honeſtæ, & ingenuæ mulieris raptores pœna mortis plectuntur, & bona raptoris, & opem eidem ferentium, applicentur, & ſtatim eorum dominium in raptam traſfertur per textum in *leg. 1. in prin. in verbo capitis ſupplicio*, & ibi, *merito mortis damnatur ſupplicio, & in §. ſin autem* ibi, *duriſſimis pœnis, & in §. pœnas autem C. de raptu virginum ibique gloſ. Bald. Albertg. Saly. & Marſil.* & diſponit etiam textus in *leg. raptores in prin.* ibi, *capitalis ſupplicio in § ſin autem, & in § pœnas C. de Epiſcop. & Cleric. vbi communiter ſcribentes Clar. in pract. in §. raptus num. 2. verſ. ſed quæro quæ ſit pœna Cyril. in ſumma crim. rub. de publ. iudic. §. 4. num. 18. Ghirland. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 10. num. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt lib. 2. caſ. 291. num. 1. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 6. num. 3. & num. 7. & 11.* vbi ita apud eum Patauij fuiſſe ſeruatum *Sanch. de matrim. lib. 7. diſ. 12. num. 2. tom. 2. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pœnis Clericor. §. 5. num. 1. cum alijs congeſtis per Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 145. num. 7. cum ſeq. iuncto num. 10. & 11.* ita etiam diſponit *ſtatutum Vrbis lib. 2. cap. 51. & conſtitutio Marchiæ lib. 4. cap. 69. ibique Adden. lit. A.*

2 De iure vero canonico raptor ſi ſit Clericus deponitur, ſi ſit Laicus excommunicatur cum ſuis fautoribus per textum in *cap. raptor. in cap. ſtatuimus 27 quæſt. 2. in cap. eos, in cap. raptores in cap. de puellis in cap. nullus 36. quæſt. 2. Hoſtien. de pœn. raptorib. num. 1. verſ. item debet Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 12. num. 13. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 145. num. 19. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 5. num. 3. & 4. Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 12. ſub num. 2.*

3 Iure vero nouiſsimo *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* decernitur inter raptorem, & raptam quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit nullum poſſe conſiſtere matrimonium, quod ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta illum in virum habere con-
4 ſenſerit, eam raptor in vxorem habere poſsit, & nihilominus ipſe, omneſque alij conſilium, auxi-
5 lium, & fauorem præbentes ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuó infames, omniumque
6 dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint de proprio gradu decidant, & inſuper teneatur ra-
7 ptor decenter arbitrio Iudicis raptam dotare, ſiue duxerit, ſiue eam in vxorem non duxerit.

8 Et licet vigore huius conciliaris diſpoſitionis excómunicatio incurratur ipſo facto, eius tamen abſolutio non eſt reſeruata Summo Pontifici, vt ex *Bonacin. Gaſpr. Hurtad. Reginal. & alijs tradit. Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 6. num. 12. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 145. num. 21. in fin. Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 13. ſub num. 1. verſ. immo eſſe excommunicatum.*

9 Pœnam vero infamiæ, incapacitatis ad dignitates, ac obligationem dotandi raptam, & priuationem gradus Clericalis, ſi raptor, aut fautor ſit Clericus non incurri ante ſententiam Iudicis, docet *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. num. 13. ex Nauar. Molin. Ægid. de Coninck. Hurtat. & alios quos allegat. Farinac. dicta quæſt. 145. num. 21. in fin.*

10 A quibus pœnis raptor non excuſatur, etiam ſi deuenerit ad hunc actum animo cum muliere rapta contrahendi matrimonium; per textum in *leg. ſi quis non dicam rapere ibique gloſ. & communiter ſcribentes C. de Epiſcop. & Cleric.* qui textus licet loquatur in rapiente Sanctiſsimas Virgines,

com-

communiter tamen à Doctoribus intelligitur
procedere in rapiente Virgines ſæculares, appro-
batur in *cap.ſi quis non dicam rapere 33. quaſt.3. in
cap.eos,in cap.raptores 36.quaſt.2.*& quod in ijs ter-
minis propriè procedat diſpoſitio *Concilij Tri-
dentini Farinac.in tit.de delict.carn.quaſt.145. n.22.
& 24.Sanchez de matrim.lib.7.tit.13. num.4.*

11 Et etiam Tridentinum Concilium diſponere
de omni raptu,ſine cauſa incundi matrimonium
ſiue cauſa ſolius libidinis explendæ, adeo vt vi-
deatur innouare voluiſſe pænas per antiquos ca-
nones raptoribus impoſitas,ſuadetur, quia gene-
raliter loquatur, etiam contra Clericos, qui ob
ordines ſacros matrimonium contrahere non
poſſunt. *Emanuel Sa. in ſumm. in verbo matrimo-
nium in prin. num.9.* vbi teſtatur ita declaraſſe *Sa-
cram Congregationem Cardinalium. Vela de pæn.de-
lictor.cap.29.§.ſed ego indiſtincte,* & hac ſententiam
probabilem dicit idem *Sanchez.loco citato num.3.
in fin.*

12 Pæna autem mortis, & aliæ raptoribus ſtatutæ
procedunt non ſolum contra ipſos raptores, ſed
etiam contra eos aſſociantes, conſocios opem,&
auxilium præſtantes ſcienter tamen, & doloſè,
non ſolum ex diſpoſitione *Sacri Concilij Tridenti-
ni,* ſed etiam de iure communi, *textus eſt in leg.1.
§.pænas autem C.de rapt.virg.Imperator in §.fin au-
tem inſtit.de pub.indic.*ibi,*& raptores,& ij,qui Boni-
fac.de Vital.rub. de raptor. num.3. Ghirland. de pæn.
omnifar.coit.qu.10.per tot.Decian. tract.crim. lib.8.
cap. . num.2. in fin.& cap.10. per tot.* vbi late de
materia, *Iacob.de Nouel.reg.178. in 2.ampliat. Lu-
douic.Peguer.deciſ.crim.43.num.12.Sanchez. de ma-
trim.lib.7.diſ.13.num.1.cum pluribus ſequen. vbi de
13 materia Farinac.in tit.de delict.carn. q.145. nu.34.
& 35. & num.36.* vbi ampliat etiam in recepta-
toribus raptorum, & raptarum.

14 Ad hoc autem vt pæna raptus ſibi locum vin-
dicare poſsit,exigitur primò violentia, ſecundo
vt raptus ſit cauſa libidinis, tertiò traductio de
loco ad locum, quartò vt mulier, rapta ſit hone-
ſtæ vitæ ita *Sanchez.de matrim.lib.7.diſ.12. num.3.
verſ.hoc præmiſſo ſit prima concluſio.*

15 Et ad hoc vt puella cenſeatur traducta de lo-
co ad locum ad effectum inducendi raptum, non
ſufficit vt quis puellam rapiat animo carnaliter
cognoſcendi,eamque per paucos paſſus ad alium
locum abducat ad effectum eam in continenti
carnaliter cognoſcendi, ſed exigitur quod ipſa
abductio principaliter agatur animo eam abdu-
cendi de vno loco ad alium, alias non cenſetur
raptus ſed ſtuprum, ſeu copula vi extorta cum
non inducatur ex aliqua momentanea abductio-
ne de loco ad locum,ſed ex ea, quæ fit animo re-
tinendi, & occultandi, vnde non ſatis erit, ſi
puella de vna Camera ad aliam extrahatur, vel ſi
rapiatur à via publica, & ſeorſum obducatur,pro
vt etiam ſi puellam in agro repertam per aliquos
paſſus quis abducat,vt carnaliter cognoſcat,quia
huiuſmodi actus tendunt ad captandum aptio-
rem locum ad explendam libidinem;*Clar.in pract.
in §.raptus in prin. verſ. & hæc conductio Neuiz. in
ſilua nuptial.par.4.num.46.in 3.limitat.Maſcard. de
probat. lib.3. concl.1253. num. 20. & ſent. Decian.
tract.crim. lib.8. cap.7. num.31. & 32. Bermon. de
pub.concub.rub.de ſtup. num.19. verſ. tamen proprie
loquendo. Vela de pænis delictorum cap.29. paulò poſt
prin.Boſſ. in tit.de rapt.mulier.num.3. & 4.Adden.ad
conſtit.Marchia lib.4. cap.69. lit.A. in verbo mulie-
rem ſtam.Centol. in addit. ad conſ.crim. Farinac.33.
lit A.tom.1.idem Farinac.in tit.de delict.carn.q 145.
nu.70.& 74.cum alijs per Sanchez de matrim. lib.7.
diſ.12. num.20. & 21.& diſ.13.num.7. vbi loquitur
in terminis Concil.Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.6. Pe-
guer.deciſ.crim.42.num.6.& 7.verſ.& dico.*

16 Habet tamen locum raptus pæna etiam ſi in-
teruenerit mulieris conſenſus,à quo pæna non ex-
cluditur,præcipuè ſi puella rapta non ſit ſui iuris,
ſed in poteſtate parentum, vel mariti, vel tutoris,
vel fratrum exiſtat, & raptui conſenſerit blandi-
tijs,vel doloſis artibus, & perſuaſionibus ſeducta,
*Clar.in §.raptus num.3. verſ. adde quod Burſat. conſ.
445.num.1.vbi de communi Decian.tract.crim. lib.8.
cap.6.num.2.Corrad.in rub.de raptor.num.2. in fin.&
num.6. Neuiz. in ſilua nupt. par.4. num.46. in prin.
Boſſ.in tit.de rapt.mulier.num.26.Maſcard.de probat.
lib.3.concl.1253 num 29.& ſeq.Bermon. de pub. con-
cub.rub.de ſtupro num.29.Farinac.conſ.crim.33.nu.3.
& in tit.de delict. carn. quaſt.145. à num.206. iuncto
num.118.vſque ad 121. cum alijs relat per Sanchez.
de matrim.lib.7.diſ.12.num.7.12.& 14.tom.2.*

17 Limitatur tamen hæc concluſio vt non proce-
dat ſi præceſſerit tractatus inter raptam,& rapto-
rem de matrimonio, ineundo,nam tunc ſi puella
volens etiam inuitis,& reclamantibus parentibus
à ſponſo extrahatur, cum extractio non cenſea-
tur doloſa, propterea extrahens non incurrit pæ-
nas contra raptores à iure ciuili inflictas, cum in
hoc corrigatur à iure canonico, quod in hoc ſer-
uandum eſt. *cap.penult.de raptor,* ibi, *cum ibi raptus
dicatur admitti, vbi nil ante de nupt.agitur iſte raptor
dici non debet, cum habuerit mulieris aſſenſum, &
prius eam deſponſauerit,quam cognouerit, licet paren-
tes reclamarent,* ita docet ex *Corn.Boſ.Bar. Decian.
& alijs Sanchez.de matrim.lib.7.diſ.12.num.15.* vbi
18 circa med. ſubdit ſecundum Doctores per eum
allegatos quod ad hunc effectum deſiderentur
tres conditiones, primò vt puella abductioni cõ-
ſenſiat, ſecundò vt proceſſerint ſponſalia, tertiò
vt matrimonium ſubſecutum ſit, ſed bene cum
Boſſio, & Decian. ſolas duas primas conditiones
neceſſarias eſſe affirmat *Farinac. dicta quaſt. 145.
num. 136.*

19 Quinimo etiam ſi nullus incundi matrimoniũ
tractatus præceſſerit, tamen eo ſubſecuto, valde
rationi,& æquitati conſentaneum videtur, ne or-
dinarijs raptus pænis raptor plectatur, ſed mi-
tioribus arbitrio Iudicis, & ita praxi receptum,
ſubdit idem *Sanchez.de matrim.lib.7.diſ.12.nu.16.
tom.2.ex Paul.de Caſtr.in leg.penult.C.de Epiſcop.&
Cleric Boſ.in tit.de rapt.mulier.nu.17. Decian. tract.
crim. lib.8. cap.13. num.48.late Peguer. quaſt. crim.
cap.42.*

20 Et quamuis controuertatur inter Doctores an
deſideretur ad raptus pænas irrogandas copula
carnalis, & pro affirmatiua adducatur textus in
leg. vnica C. de rapt. virg. ibi, *cum virginitas, vel
caſtitas corrupta reſtitui non poſſit,* & doceant *Anan.
in cap.pen.in fin.de raptor.Dec.conſ.234.num.8. vol.
2.Riminal.conſ.571.num.19. vol.5. Cepol. conſ.57.
vol.2.Boer.deciſ.316.num.4.* Et contrarium teneat
21 *Bald.in leg. ſi quis non dicam rapere in fin. C. de*

Epi-

Epiſcop. & Cleric. Boſſ. in prax. tit. de rapt. mulier. num. 8.

22 Placet tamen communis DD. diſtinctio, vt ſi raptor ſtuprare potuerit, & à copula pænitentia ductus ſe abſtinuerit, præcipuè ſi puellam illibatam, & integram ad honeſtum locum perduxerit, non ſit ordinarijs raptus pænis puniendus, ſed extraordinarijs, ſecus ſi copula ſubſecuta non fuerit, quia ad eam peruenire non potuit, & per ipſum non ſteterit latè *Hippolyt in leg. vnica num.* 253. *C. de rapt. virg Menoch de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 360. *num.* 32. *Maſcard. de probat. lib. concl.* 1259. *num.* 37. *Gabr. conſ.* 172. *num.* 2. & 6. *vol.* 1. *Iul. Clar. in §. raptus num.* 4. *Decian. tract. crim lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 38. *Bermont Cloner de pub. concubirar. vbi de ſtupro num.* 32. *in fin. & ſeq Peguer. deciſ. crim.* 43. *n.* 1. *cum alijs congeſtis per Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſ.* 12. *num.* 17. *& ſeq. verſ. dubitandis tamen circa med.*

23 Limitatur 2. præpoſita concluſio vt non procedat, quando ſine præuijs blanditijs, perſuaſionibus, aut doloſa deceptione mulier ad ſui ipſius raptum conſenſerit, præcipuè ſi raptoris amore capta eundem ad raptum ſollicitauerit, & licet raptus etiam in volentem committatur, hoc tamen procedit, vbi à principio non fuit libera voluntas, ſed extorta blanditijs, promiſſionibus, & alijs ſimilibus deceptionibus, quæ cum afferant aliquem coactionem, non faciunt voluntam omninò liberam pro vt redditur præfatis doloſis artibus ceſſantibus, & hoc caſu eſſe tantum locum pænæ extraordinariæ arbitrio iudicis tradit *Menoch de arbitrar. caſ.* 291. *in addit. num.* 13. 14. 15. & 16. *Burſat. conſ.* 445. *num.* 2. *lib.* 4. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1253. *num.* 26. 27. & 30. *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 19. vbi quod ab hac concluſione in conſulendo, & iudicando non ſit recedendum *Baiard. ad Clar. in § raptus num.* 17. & *ſeq. Peguer. deciſ. crim.* 43. *num.* 8. *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſ.* 12. *ſub num* 6. *vbi bene declarat. & num.* 9. *Farinac conſ. crim.* 33. *num.* 55. & 56. *tom.* 1. & *in tit. de delict. carn. quæſt.* 145. *num.* 131. Conſenſus au-
24 tem mulieris ex quibus deducatur, & excludatur per ſex regulas tradit ibidem *Farinac. à num.* 141. *vſque ad* 151.

25 Meretricis verò raptor non incidit in pænam, *leg vnica C. de rapt. virg.* cum ad raptus pænas ordinarias incurrendas exigatur honeſtas in muliere rapta, ſed tantum pæna extraordinaria arbitrio Iudicis puniendus erit, cum verius, & receptius ſit, etiam meretricem non poſſe cogi ad faciendam copiam ſui corporis, vt probatur per *text. in leg. verum eſt ff. de furtis*, ibi, *verum eſt ſi meretricem alienam ancillam rapuerit quis non furtum*, & docent *Neutz. in ſilua nuptial. par.* 4. *nu.* 46. *ſub* 4. *limit. verſ. ſed Matthæſilanus Petrus à Plaz. in Epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 9. *Burſat. conſ.* 386. *num.* 10. *ſub verſ. propterea qualitas*, vbi quod iſto
26 caſu quandoque imponatur pæna triremium, & *num.* 12. & *omnibus ſeq.* & *conſ.* 445. *nu.* 6. *vbi de vera, & communi, & in prax. ſeruata ſententia Bermon. de pub. concub. rub. de ſtupr. n.* 23. *verſ adnotate inſuper Baiard. ad Clar. in § raptus num.* 24. *Giaccar. in addit. ad eundem Clar. ibidem lit. E. Decian. lib.* 8. *tract. crim. cap.* 7. *num.* 9. & 13. *vbi de veriori, & reprobat. contrarium tenentes Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 292. *num.* 1. 2. & *ſeq.* vbi de veriori, & reprobat *Decium. Boer. & Alciatum* contrarium tenentes benè *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſ.* 12. *num.* 23. *Farinac. conſ. crim.* 33. *num* 61 *ad fin. & de delict. carn. quæſt.* 145. *num.* 153. *iuncto num.* 188. *Petrus Cabal. reſol. crim. caſ.* 125. *num.* 6. & *caſ.* 179. *per totum*, vbi teſtatur de magis recepta, & vera, opinione, & ita practicari vidiſſe.

27 Hoc tamen limitatur primò in meretrice, quæ pænitentia ducta deſijt meretricari, & vitam honeſtam per multum tempus duxerit, & neminem ad ſui corporis cognitionem admiſerit, adeo vt ſola pænitentia non ſufficiat, ac proinde exorta fuerit fama, eam deſijſſe meretricari, quod ſi raptor ſciret, vel ſcire deberet, & nihilominus deuenie ad actum raptus, tunc non eſt à pæna excuſandus, vt bene declarat *Decian. tract. crim. cap.* 7. *n.* 15. *Baiard. ad Clar. §. raptus ſub num.* 24. *Ghirlan. de pæn. omniſar coit. quæſt* 10. *num.* 26. *Bermon de pub. concub. rub. de ſtup. num.* 22. *verſ. alia fuit diſtinctio, & verſ. alia fuit opinio, & num.* 23. & *ſeq. Maſcard. de probat. lib.* 2. *concluſ.* 1253. *num.* 14. *Ioſeph. Ludouic. concluſ.* 64. *ad fin. verſ fallit quando Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſ.* 12. *num.* 23. *Farinac. in tit. de delict. carn. q.* 145. *num.* 179. *cum tribus ſequen. Peguer. deciſ. crim.* 43. *num.* 15. *in fin.*

28 Limitatur ſecundò ſi mulier meretrix iuſtam habuit cauſam contradicendi, & raptorem repellendi, ſcilicet ob affinitatem, vel conſanguinitatem inter ipſam, & raptorem, ita ex *Alber Cyn. Paul. Gregor. Lop. Peguera, Azebet Salicet. docet Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſ.* 12. *num.* 23. *verſ. ſecundum temperandum*

29 Pæna etiam raptus ſibi locum vindicat etiam in raptoribus maſculorum libidinis cauſa, cum maius, & turpius crimen ſit ſodomia, quam adulterium, & ſtuprum, *Hoſtien. in ſumm. de pæn. raptor. num* 2. *verſ. raptores vero puerorum Bonif. de Vitalin. rub de raptor. nu.* 4. *Nouel. reg.* 178. *in* 3. *ampliat. Add. ad Clar. in § raptus lit B. & F. Baiard. ibidem nu.* 32. *cum alijs per Farinac. dicta quæſt.* 145. *num.* 45. & 46. vbi quod concordat ſtatutum *Vrbis lib.* 2. *cap.* 52. & *num.* 47. contrarium tenentes refert.

DVCENTES DVAS VXORES EODEM TEMPORE, QVA POENA PVNIANTVR.

ARGVMEMTVM.

Virorum, & vxorum pluralitas, tam iure canonico, & ciuili, quam diuino Euangelico, & naturali damnatur, vnde coniugatus ducens aliam vxorem, vel alium virum, cum abutatur Sacramento matrimonij, redditur ſuſpectus de fide; pænæ vero, quibus huius criminis rei multari poſſunt, hic recenſentur.

SVMMARIVM.

1 Vxorum, & virorum pluralitas omni iure damnatur nempe diuino canonico, & ciuili, & nom. 2. & 4.
3 Matrimonium vel Sacramentum denotat matrimonium Christi cum Eccleſia.
5 Qui ſimul plures ducit vxores incidit in hæreſim.
6 E contra eum fidei inquiſitores procedere poſſunt.
7 Puniuntur vt hæretici ſi ex fidei peruerſitate ducantur plures vxores, ſecus ſi ex concupiſcentia.

8 Du-

8 Ducentes plures vxores qua pœna puniantur referuntur DD.ſententiæ.
9 Verior autem ſententia eſt, quod pœna ducentis duas vxores ſit arbitraria.
10 Referuntur variæ pœnæ ignominioſæ, quibus multari ſolent ducentes duas vxores, ſi ſint plebei, à quibus excipiuntur nobiles, alijs grauioribus puniendi, & nu. 11.
12 Inſuper tam viri, quam mulieres huius criminis rei ſunt perpetuò infames, & num. 13.
14 Qui ſub mentito nomine, & cognomine adhuc viuente prima vxore aliam ducat quomodo puniatur vigore conſtitutionis Vrbani VIII.
15 De iure canonico ducentes duas vxores prima viuente quomodo puniantur.
16 Qui eodem tempore plures quam duas habeat vxores an imponenda ſit pœna mortis referuntur DD. ſententiæ, & num. 17.
18 Pœnæ ducentis eodem tempore duas vxores procedunt etiã ſi cum vna, non ſit ſecuta copula carnalis.
19 Et idem de maritata ſecundo nubente.
20 Procedit etiam ſi ſecundum matrimonium eſſet nullum.
21 Inſuper procedunt in habente eodem tempore duos ſponſos, vel duas ſponſas aut vnam vxorem, & vnam ſponſam &c.
22 Vir ignobilis ſimulando ſe nobilem ducens duas vxores nobiles arbitraria pœna punitur.
23 Ignoranter ducens vxorem maritatam, & è conuerſo nulla pœna puniendus eſt declara vt num. 24.
25 Dos, & data à muliere viro habenti aliam vxorem ignoranter repetere poteſt, ſecus ſi ſcienter, & quando fiſcus auferre poſſit.
26 Crimen poligamiæ eſt mixti fori declara, vt num. 28. Contrarium num. 29.
27 Cauſa matrimonialis priuatiue ſpectat ad Eccleſiaſticum Iudicem.
28 Cauſa poligamiæ quando ceſſat omnis ſuſpicio hæreſis eſt mixti fori, & afferuntur exempla. Contrarium nu. 29.
29 Vbi interuenit abuſus alicuius Sacramenti abutens redditur ſuſpectus de hæreſi.
30 Matrimonium præcipuè perſonarum diuerſæ diœceſis hodie ſolemnizare non poſſunt à Parochis, niſi antea Ordinario probato ſtatu libero ad formam inſtructionis Sanctiſſimæ Inquiſitionis.
31 Ducentes duas vxores eodem tempore ab Inquiſitoribus quomodo puniantur.

DECISIO LXIII.

1 Virorum, & vxorum pluralitas non ſolum iure canonico, & ciuili, ſed etiam Diuino Euangelico, & naturali damnatur, quod definiuit *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de matrim. can. 3.* ſequentibus verbis. *Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum anathema ſit*, & hoc eſſe diuinum præceptum datum tam in veteri, quam nouo teſtamento diſerte comprobat *Menoch.* etiam Sanctorum Patrum auctoritatibus licet in veteri teſtamento aliquando à Deo fuerit diſpenſatum. *De arbitr. quaeſt. caſ. 420. à num. 2. vſque ad 96. vbi in contrarium facientibus reſpondet*, & pluribus *demonſtrat. Arnald. Albertin. de agnoſcen. aſſertion. cathol. & hæretic. quæſt. 13. num. 14. & plurib. ſequen. Sanchez. de matrim. lib. 7. diſp. 80. num. 1. & ſeq. Couar. in Epit. de ſponſal. par. 2. cap. 7. §. 3. num. 1. & 2. Cabal. reſol. crim. caſ. 98. à num. 1. cum ſeq. Farinac. in tit. delict. carn. quaeſt. 40. num. 1. & 2.*

Et hanc Catholicam veritatem definiuit etiam *Innocen. III. in cap. gaudemus de diuort.* adeo vt
2 durãte vinculo prioris matrimonij poſterius irritum remaneat, decidunt *Syricius Papa in Epiſtola prima, & Innocentius I. Epiſtola 9. & Alexander III. in cap. licet de ſponſa duorum Innocen. III. cap. fin. eod. tit.* & ratio eſt, quia matrimonium, quatenus
3 eſt legis Euangelicæ Sacramentum, denotat matrimonium Chriſti, cum Eccleſia, quæ eſt vnica, ob vnam fidem, & vnum baptiſma, ac proinde cum vnica fœmina dum viuit ineundum eſt; vt animaduertit *Sanch. de matrim. lib. 7. diſ. 80. num. 1. in fin.*

4 Eſt etiam de iure ciuili hoc poligamiæ crimen interdictum, & punibile, eſt textus in *leg. eum, qui duas in prin. C. ad l. Iul. de adulter.* ibi, *quo ciues noſtri matrimonia contrahere plura prohibentur, & ibi Cyn. in 1. notab. Odofred. num. 1. & Salyc. n. 3. in fin. verſ. circa primam partem item eſt textus in leg. 2. C. de inceſt. nupt.* in illis verbis *neminẽ, qui ſub ditione ſit Romana nominis binas vxores habere poſſe vulgo patet*, & paulò infra, *quam rem competens Iudex inultam eſſe non patietur*, & ibi *gloſ. in figuratione caſus Odofred. in prin. & num. 1. Bald. ante num. 1. verſ. prohibetur ergo Salyc. in ſummario Bermon. de publ. concub. in verbo monemus omnes Laicos num. 2. Arnald. Albertin. de agnoſcen. aſſertion. cathol. & hæretic. quaeſt. 23. num. 34.*

5 Hinc eſt, quod qui ſimul plures duxerit vxores videatur incidere in apertam hæreſim Lutheri, & Anabatiſtarum impiè defendentiũ pluralitatẽ vxo-
6 rum, propterea contra eum fidei Inquiſitores procedere poſſunt, & inquirere quid ſentiat de Sacramento matrimonij, nulla facta differentia ſi clandeſtinè, vel publicè vxores duxerit, vt benè explicat *Arnald. Albertin. de agnoſcen. aſſertion. cathol. & hæretic. quaeſt. 23. per totam, & præſertim num. 49. & ſeq. 55. & 66 & num. 69.* vbi quod ſi tales ex errore, vel fidei peruerſitate hoc feciſſe conuincantur
7 ex propria eorum confeſſione, vel ex facti euidentia, & tunc vt hæretici puniuntur, ſecus ſi ex concupiſcentia, vel credentes id ſibi licuiſſe ex aliqua ſpeciali cauſa. *Couar. in Epit. de ſponſalib. par. 2. cap. 7. §. 3. num. 6. verſ. ſuſpectas etiam Menoch. de arbitrar. quaeſt. lib. 2. caſ. 420. num. 214. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 80. lib. B. verſ. nec illud Farinac. in tit. de delict. carn. quaeſt. 140. num. 24.*

8 Qua vero pœna huius criminis rei puniri poſſint, vna fuit opinio quod ſit capitis, & mortis naturalis, altera quod imponi valeat pęna adulterij, altera quod multari debeant pœna ſtupri, nempè publicationis dimidiæ partis bonorum in honeſtis perſonis, in alijs vilioribus correctionis corporis cum relegatione, habent tamen huiuſmodi opiniones contradictores nempè Doctores alij contrarium tenentes, qui hinc inde copiosè referuntur per *Menoch. de arbitrar. quaeſt. caſ. 420. num. 103. & ſeq. & num. 105. & ſeq. & num. 161. Cabal. reſol. crim. caſ. 98. num. 1. & ſeq. & num. 7 & 8. & per Farinac. in tit. de delict. carn. quaeſt. 140. à nu. 3. vſque ad 9.*

9 Verior tamen, & in praxi magis ſeruata opinio eſt, quod pœna ducentis duas vxores, ſit arbitraria iuxta facti, & perſonarum qualitatem, vt probare videtur textus in *l. miles §. mulier. in fin. ff. ad l. Iul. de adulter. Menoch. de arbitrar. quaeſt. lib. 2. caſ. 420. num. 79. Cabal. reſol. crim caſ. 98 nu. 8. & ſeq. Farinac. in tit. de delict. car. q. 140. n. 9. & 12.*

10 Vndè ſic ducentes duas vxores aliquando fuſtigati fuerint, & vt plurimum ceſſantibus particularibus locorum ſtatutis huiuſmodi delinquentes condemnantur ad triremes ad tempus maius, vel minus ſecundum perſonarum, & facti qualitatem,

tatem, & ad dotandam ſecundam mulierem, vbi
ſit virgo, & pauper, & ſtupratores habeant bona
ad hoc ſufficientia ſi ſint plebei, ſi verò nobiles
alia iuſta pœna veniunt mulctandi, pro vt ab
inquiſitoribus fidei obſeruatum fuiſſe teſtatur,
Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in prax. crim. canon.
cap. 83. lit. B. verſ. ab Inquiſitoribus autem Cabal. re-
ſol. crim. caſ. 98. num. 11. & num. 12. & quod etiam
antequam trãſmittantur ad triremes ignominio-
ſa mitra coronentur, & in die feſtiuo ante foras
Eccleſiæ ponuntur *Bermon. de pub. concub. in verbo*
monemus omnes laicos num. 5. Menoch. de arbitrar.
quæſt. caſ. 420. num. 113. immo quod ſuper aſino
mitratus vir ſedẽs per Ciuitatem fuſtigatur cum
pluribus colis, ſeù connocchijs cum fuſo fila-
ducente iuxta numerũ vxorum, quas duxit, mu-
lier verò, quæ plures viros accepit totidem bireta
ſuper capite deferre debeat, & ita practicare vi-
diſſe teſtatur *Cabal. reſol. crim. caſ. 98. num. 12. et 13*
Farinac. de delictis carn. quæſt. 140. num. 10. & 11.
qui ab hac ignominioſa pœna excipiunt no-
11 biles, nè tota familia, & agnatio vituperetur,
ſed alia graui pœna puniendi ſunt, ſcilicet pecu-
niaria, relegationis, confinij, exilij, vel carce-
ris ad tempus, ita *Farinac. loco cit. num. 10. & Ca-*
bal. num. 14. 15. & 16.

12 Et vltra prædictas pœnas, qui binas, aut plu-
res contrahunt nuptias infamia notantur perpe-
tua, quod eſt commune tam viris plures vxores,
habentibus, quam mulieribus plures ducentibus
maritos, *l. miles §. mulier in fin. l. eum qui duas C.*
ad l. Iul. de adulter. l. 1. in fin. & l. quid ergo §. 1. & §.
2. ff. de ijs, qui notantur infam. l. 2. C. de inceſt. nupt. &
ex Gril. Couar. Clar. & Menoch. tradit Petrus Cabal.
reſol. crim. caſ. 98. num. 29. Farinac. in tit. de delictis
carnis num. 15. vbi quod infamis ſit ipſo iure, &
13 *num 18.* vbi extendit etiam ad mulieres ducen-
tes duos viros.

14 Ille verò, qui ſub mentito nomine, ſeù cogno-
mine adhuc prima vxore viuente ad ſecundas
nuptias tranſire audeat, vltra pœnas, quibus or-
dinariè puniri ſolent, damnandus eſt ad triremes
in perpetuum, quod ſi forſan inhabilis repertus
fuerit publicè fuſtigatus damnandus eſt ad car-
ceres in perpetuum, ſi vero pro qualitate, & enor-
mitate delicti grauiores pœnas meruerit, etiam
Curiæ ſęculari arbitrio Eminentiſs. Cardinalium
contra hæreticã prauitatem generalium Inquiſi-
torum tradendum eſſe ſanciuit Vrbanus VIII, *ſua*
Conſtitutione contra eos, qui mentito nomine, vel co-
gnomine prima vxore viuente ad ſecundas nuptias
tranſeunt ſub die 20. Iunij 1637. ex ordine in appen.
bullar. Cherubin. 37. poſt tom. 4. fol. 60.

15 Immo de iure canonico mulieri nubenti cum
alio viro non mortuo primo in eius ignominiam
inciduntur capilli, & veſtis pars anterior, & po-
ſterior abſcinditur ſecundum *glo. in cap. de Bene-*
dicto in verbo, & caluatos 32. quæſt. 1. Arnald. Al-
bertin. de agnoſcen. aſſert. cathol. & hæretic. quæſt 32,
num. 8. vbi quod Eccleſiaſticus Iudex contrahen-
tem binas nuptias punit virum abſciſſis pannis
ante, & retrò, mulierem verò inciſis crinibus ad
maiorem infamiam *Couar. in epit. de ſponſal. par. 2.*
cap. 7. §. 3. num. 6. verſ. punitur etiam Clar. in pract.
§. fornicatio num. 26. verſ. dicitur etiam poſt princ.
Berm. de pub. concub. in verbo monemus omnes laicos
num. 5. Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 430. nu. 113. &
num. 117. cum alijs per Farinac. in tit. de delict. carn.
quæſt. 140. num. 19. & 20. vbi quod hæc pęna eſt
de iure canonico, ſed de iure ciuili erit ar-
bitraria.

16 Sed ſi forſan quis eodem tempore plures quam
duas habeat vxores hoc enim caſu mortis pœ-
na mulctari poſſe, & ita in magna Curia Vicar.
deciſũ fuiſſe teſtatur *Gram. vot. 17. Hier. Giacchar.*
ad Clar. in §. fornicatio num 26. in fin. in verb. vlti-
timo ſupplicio ibique Baiard. in addit. num. 35. in fin.
adden. ad Roman. ſing. 527. Menoch. de arbitr. quæſt.
lib. 2. caſ. 400. num. 98. verſ. Iudex vero, & num. 99.
& ſeq. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. &
aſſaſſin. §. circa igitur quartum de ſtupro n. 15.

17 Sed quod etiam iſto caſu non ſit imponenda-
pœna mortis, ſed grauior, niſi maximæ concur-
rerent circumſtantiæ, vel tantum talis eſſet nume-
rus vxorum, vt inducerent animum Iudicis ad
imponendam pœnam mortis, ita tenet *Caball.*
reſol. crim. caſ. 98. nu. 22. & 23. Farin. in tit. de delict.
carn. quæſt. 140. num. 22. & 23. qui ex Boſſ. in tit.
de coit. damn. & punib. num. 78. refert de quodam,
qui eodem tempore quatuor habebat vxores, &
ad mortem damnatus, dum ad patibulum duce-
batur, incidens in Regem Carolum ex eiuſdem
acuta reſponſione gratiam obtinuiſſe, *Clar. in §.*
fornicatio nu. 26. verſ. dicitur etiam ante fin. vbi re-
cenſet Bartholomeum Comenſem, qui quatuor
duxerat eodem tempore vxores iuſſa Senatus Me-
diolani fuiſſe publicè fuſtigatum, & ad triremes
per triennium tranſmiſſum, vnde etiam hoc caſu
pœnã eſſe Iudici arbitrariã videtur tenere *Me-*
noch. de arbitrar. q. caſ. 420. n. 96. & ſeq. verſ. de pœn.

18 Pęnæ igitur ducentis eodẽ tempore duas vxo-
res ſibi locum vindicant etiam ſi cum vna vxore
non fuerit ſecuta copula carnalis *Carrer. in pract.*
crim. 3. tract. de homicid. & aſſaſsin. §. circa igitur
quartum de ſtupro num. 16. Anton. Gomez in l. Tauri
80. num. 27. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 140.
num. 30. & num. 31. vbi quod hoc caſu veritas ſit
quod mitius puniatur vir, qui ſecundam duxit
vxorem viuente prima, ſi cum eadem, vel cum-
19 ſecunda ſe carnaliter non commiſcuit, & idem
dicendum ſit de maritata ſecundo nubente, ſi cum
primo, aut ſecundo viro ad actum carnalis co-
pulæ non deuenerit.

30 Ita etiam ſi ſecundum matrimonium eſſet nul-
lum ratione conſanguinitatis, vel ex alio impe-
dimento, non excuſata pœna ducentium duas
vxores, cum delictum reſultet ex ipſa celebratio-
ne ſecundi matrimonij durante primo; adeo vt
hoc caſu etiam ex actu nullo incurratur pœna, vt
in l. qui duas C. ad l. Iul. de adulter. in l. qui contra, &
in Authen. inceſtas C. de inceſt. nupt. & in cap. nuper
extra de bigam. & tradunt Doctores relat. per Farina.
dicta quæſt. 140. num. 25.

31 Vlterius, quæ dicta fuerunt de habente eodem
tempore duas vxores, aut duos maritos proce-
dunt etiam in habente duas ſponſas, aut duos
ſponſos, aut vnam vxorem, & vna ſponſam-,
vel vnum maritum, & vnum ſponſum, ſecundum
glo. in l. eum qui in verbo vxores C. ad l. Iul. de adult.
& in l. quid ergo §. 1. & 2. ff. de ijs, qui notantur in-
famia Farinac. de delict. carn. quæſt. 140. num. 27. Ca-
bal. reſol. crim. caſ. 98. nu. 32. qui alios allegant.

22 Quod

22 Quod ſi vir ignobilis præcipuè ſimulando ſe nobilem, & ſic decipiendo duas nobiles duxerit vxores puniendus eſt pœna arbitraria, quæ etiam extendi poteſt vſque ad morrem ſecundum *Adden.ad Salyc.in l.eum. qui duas C.ad l.Iul.de adult. vbi dicit ſic conſuluiſſe Anton.de Butr.Bermon.de publ.concub.in verbo monemus omnes laicos num.3.ad fin.* ſed quod iſto caſu, nec etiam imponi poſſit pœna capitis ex *Angel.de maleſic. in verbo ch'hai adulterato la mia donna num.65.in fin. verſ.licet Dominus Antonius, & ex Cabal.reſol.crim.caſ.98.nu.4. ſubdit. Farinac.in tit.de delict.carn.q.140.n.29.*

Nulla tamen pœna puniendus eſt vir, qui ignoranter duxit vxorem maritatam, vel mulier, quæ ignoranter cótraxit matrimonium cum viro habente aliam vxorem; quia hoc caſu ob ignorantiam excluditur dolus, & vbi non adeſt dolus, nec adeſt pœna, textus in *l.eum, qui duas §.verum in fi. C.ad l.Iul.de adulter.in illis verbis, quod vxorem te eſſe credebas, ibique glo.1.in figuratione caſus C[illegible] .notat Bald.in 4.verſ.item nota, quod ignoran[illegible] Alber.num. 2.& 3.* vbi declarat dummodo ignorantia ſit in facto probabili, & dummodo non erretur in iure putando duci poſſe duas vxores, & è contra, quia tunc talis excuſatio non prodeſſet, niſi minoribus, ſed quod [illegible]ibus, nec ruſticis talis iuris ignorantia [illegible] ad eos excuſandos à pœna, voluit, *A[illegible] Albert.de agnoſcen. aſſertio. Cathol.& hære[illegible] nu 6.iuncto 70.& n.71.relat.per Farinac. [illegible] de delict.carn qu.142.n.34.& 35.*

[illegible] verò, quæ marito ſuo habenti aliam [illegible] dotem dedit, aut quid aliud propter cô[illegible] matrimonium, detecta prima vxore [illegible] repetere poteſt, ſed quid ſibi occaſione [illegible] promiſſum fuit petere interdicitur, & [illegible] tradita iuſtè retinere permittitur dum[illegible] ignorabat maritum habere aliam vxorem [illegible] ſciebat, quo caſu habita ab eodem viro ab ea aufert tanquam ab indigna, ſed ſi [illegible] ignoranter, & bona fide nuptias contra[illegible] a ambobus datur repetitio, vt alijs con[illegible] probat *Farinac.in tit. de delict. carn qu. 14[illegible] num. 16. vſque ad 40. Paul. Ghirlan.de pœn. [illegible] ar.coit.quæſt.41.in fin.verſ.ſed quid ſi aliter.*

6 [illegible] enim poligamiæ crimen, cum tam de iu[illegible] quam canonico improbetur, & punia[illegible] tur mixti fori, vt inter Iudicem Eccleſia[illegible] & ſæcularem ſit locus præuentioni, *Abb. in [illegible] um haberet num.3.de eo, qui duxit in matrim. [illegible] per adulter. Adden.ad Diaz.in pract.crim. [illegible] on.[illegible] p.80 in apoſtila in verbo deponi debere ſub [illegible] B. verſ.receptum tamen eſt, Decian. in tract. crim. [illegible] m 1.lib.4 cap.26.rub.mixti fori, quæ ſint ſub nu.7. in 7.concl.Vinc.de Franc.dec.36.per totam par.1.eum [illegible] s adductis per Cabal.reſol.crim.98. num.30.* & ra[illegible], quia licet cauſa matrimonialis tamquam [illegible] ſpiritualis priuatiuè ſpectet ad forum Ec[illegible] aſticum, tamen hoc procedit, vbi agitur de [illegible] rate matrimonij, ſecus autem vbi ſolum tractatur de puniendo viro, aut muliere vxoratis, temerè attentantibus ducere aliam vxorem, vel alium virum cum huiuſmodi articulus non videatur ſpiritualis, ſed prophanus, etiam à Iudice laico cognoſcibilis.

28 Hoc tamen ſaltem procedere poteſt, quando omnis ceſſat ſuſpicio hæreſis, nam tunc hoc crimen redditur mixti fori punibile tam ab Eccleſiaſtico, quàm à ſæculari Iudice, ſecundum *Simanch.Cathol.inſtit.tit.40.rub.de matrim.n.1.& 3.* vbi duo pro hac concluſione affert exempla, vnû quando quis ducit aliam vxorem, credens primam eſſe mortuam ob longam abſentiam, aliud quando matrimonium ex probabili cauſa eſſet nullum.

29 Contrarium tamen, & verius, quod huiuſmodi cauſa ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, ſeu potius ad Inquiſitores, nam vbicumque interuenit abuſus alicuius Sacramenti, talis abutens redditur ſuſpectus de hæreſi, nempè quod malè ſentiat de illo Sacramento, quo abutitur, ac proindè cognitio, cauſæ ducentis ſecundam vxorem adhuc prima ſuperſtite eſt coram Inquiſitoribus diſcutienda ob præſumptam ſuſpicionem hæreſis orientem, ex abuſu Sacramenti Matrimonij, neque longum interuallum, quò vnus coniugum abſit ab alio, eſt ſufficiens cauſa ad conuolãdum ad ſecundum matrimonium, niſi certo nuntio obitus accepto, vt ſanciuit Clemens III. *in cap.in præſentia extra de ſponſalibus* prò vt neque prætenſa nullitas primi matrimonij, niſi à Iudice Eccleſiaſtico declarata fuerit, excuſare poteſt contrahentem de facto ſecunda vota, ob hæreſis ſuſpicionem, vt benè comprobat *Farinac. in titul.de hæreſi q.178.à num.68.vſque ad 72.*

30 Verum hodie emanauit decretum à Sac. Congregatione Eminentiſs. Cardinal. ſuper hæretica prauitate generalium Inquiſitorum de non deueniendo ad actũ celebrationis matrimonij præcipuè inter exteros, & vagos, vel diuerſæ Diœceſis, niſi probato ſtatu libero coram eorum Ordinarijs, & examinatis teſtibus iuxta formulam traditam ab eadem Sac. Congregatione, & exhibita fide præfati ſtatus liberi in foro Eccleſiaſtico illius loci, in quo matrimonium celebrandum eſt, præuia recognitione facta ab Ordinario, adeo vt Parochi nequeant deuenire ad ſolemnizãdum matrimonium, niſi de eiuſdem Ordinarij licentia.

31 Multantur etiam huius criminis rei ab Inquiſitoribus etiam pœna fuſtigationis, triremium, mitræ, alijſque, vt ſupra traditum fuit, & inſuper plebeis imponitur, vt publicè de leui abiurent, honeſtiores verò alijs iuſtis pœnis coercentur prò perſonarum, & criminum qualitate, ita *Farinac.in tit.de hæreſi, quæſt.178. num. 73. ex Symanch.Cathol.inſtit. tit.40.rub.de matrim.num. 6.& in Enchiridio tit.12.rub.de nefar.nupt.n.6.*

SACRILEGIVM AN, ET QVOMODO PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Sacrilegij pœna hodie de iure canonico eſt arbitraria de iure verò ciuili eſt capitalis, perpetrari poteſt vel ob violationem loci Sacri, vel per offenſionem perſonæ Eccleſiaſticæ, vel per copulam habitam cum moniali, vel per ſubreptionem rerum, quæ pro ſacris cæremonijs deſeruiunt, caſus, & pœnæ referuntur.

SVMMARIVM.

1 Sacrilegium eſt rei ſacræ violatio.
2 Diuiditur in tres ſpecies, quæ referuntur.
3 Quibus modis committatur.
4 Sacrilegij pœna hodie eſt arbitraria de iure canonico.
5 De iure ciuili punitur pœna capitali.
6 Clericus committens ſacrilegium eſt deponendus.
7 Et alijs pœnis arbitrio Iudicis.
8 Secundum ſacrilegij qualitatem pœna eſt augenda, & minuenda.
9 Sacrilegium committit, qui cognoſcit monialem, & pœna mortis punitur.
10 Cognoſcens monialem, quot crimina committat.
11 Monialis, quæ ſe carnaliter cognoſci paſſa, eſt qua pœna puniatur.
12 Laicus cognoſcens monialem de iure canonico excommunicatur.
13 Clericus verò deponitur, beneficijs priuatur, & in Monaſterium detruditur.
14 Qui tantum Monialem deoſculauit extraordinaria pœna multandus eſt.
15 Rapiens monialem punitur pœna mortis, eiuſque bona applicantur Monaſterio licet rapta conſenſerit.
16 Auferens res ſacras de loco ſacro pœna mortis punitur.
17 Contrarium quod in hoc caſu de veriori pœna eſt arbitraria.
18 Referuntur variæ pœnæ ſacrilegis irrogatæ.
19 Sacrilegium diuerſos habet gradus, qui referuntur ad magis, & mitius condemnandum.
20 Sacrilegium quod committitur contra Sacramentum Euchariſtiæ pœna mortis punitur.
21 Mitiori pœna ſi committatur contra alias res ſacras.
22 Sacrilegium committitur ſi inuaduntur, vaſtentur, ſiue aliter occupentur res Eccleſiæ.
23 Adſtringentes, vel ſpoliantes Eccleſias videntur ipſo facto excommunicati.
24 Et hæc excommunicatio eſt reſeruata S. Pontifici.
25 Quis effringere, & violare dicatur Eccleſiam.
26 Et ad incurrendam hanc excommunicationem copulatiuè requiritur effractio, & ſpoliatio.
27 Qui alicuius priuati crumenam in Eccleſia ſurripit non incurrit excommunicationem.
28 Committitur ſacrilegium ſpoliando Clericum re, vel poſſeſſione Eccleſiæ.
29 Sacrilegium committitur ſi Eccleſia polluatur per ſanguinis, vel ſeminis effuſionem, etiam occultam, & numer. 31
30 Ampl. etiam per concubitum coniugalem extra caſum neceſſitatis Eccleſiam pollui, & reconciliatione indigere.
31 Coniuges ſi intra locum ſacrum diu obſeſſi permanſerint habendo copulam non polluitur Eccleſia.
32 Eccleſia vt polluatur ſanguinis effuſio, vel homicidium debet eſſe iniurioſum, ſecus ſi ex cauſa contingente, & ſi interfector non ſit mentis compos, vel ſit furioſus, vel ebrius.
35 Eccleſia vt polluatur ſanguinis effuſio debet eſſe notabilis.
36 Vlterius debet eſſe publica.
37 Percutiens laicum in Eccleſia excommunicari poteſt, vel alia potior pœna pecuniaria, & ſimili multari.
38 Sacrilegium committit percutiens Clericum, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam.
39 Iniuria illata Clerico cenſetur facta etiam Eccleſiæ vniuerſali.
40 Percuſſor Clerici puniri poteſt per Iudicem Eccleſiaſticum.
41 Clerici percuſſor eſt excommunicatus, & non poteſt abſolui niſi à Papa.
42 Et alia pœna extraordinaria multandus eſt.
43 Et ſi percuſſio ſit facta in Eccleſia an, & quando intret pœna mortis, & num. 44.
45 Clerici percuſſor abſolui non poteſt, niſi ſatisfacta parte, vel Religione ſi Monachus percuſſus fuerit.
46 Quod ſi per impotentiam non poſſit ſatisfacere, ſufficit promiſſio iuratoria.

DECISIO LXIV.

1 SAcrilegium, quod eſt rei ſacræ violatio, *S. Thom. 2. 2. quæſt. 99. art. 1. gloſ. in cap. ſacrilegium 17. quæſt. 4. Vermiglioł. conſ. crim. 102. num. 4. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 90. Layman. in Theol.*
2 *moral. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 1.* pro diuerſitate rerum ſacrarum, ſeu Deo dicatarum in tres ſpecies diuiditur, prout violatur ſanctitas, ſeù debita reuerentia, quæ attribuitur, nempè perſonis Diuino cultui dicatis, Locis ſacris, & quibuſdam alijs rebus, vt ſunt vaſa, veſtes, & ſimilia, quæ pro cultus Diuini adminiſtratione, & ſacris ceremonijs explendis; ex Eccleſiaſtico ritu vſu recepta ſunt, in quibus inuenitur diuerſa ratio Sanctitatis, in perſonis ſicut in ſubiecto, in locis, vti in continentibus perſonas ſacras: & in alijs rebus, quia per ipſas homo ſanctificatur, vel quia ordinatur ad ea, per quæ homo ſanctificatur: ita *Diuus Thom. dicta quæſt. 99. art. 3.*

3 Committit propterea Sacrilegium, quoties quis Sacrum violat, vel auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, & puniri debet duplici pœna pecuniaria in triginta libras argenteas, & excommunicationis, vt diſponitur in *cap. quis quis inuentus 17. quæſt. 4.*

4 Hodie vero ſacrilegij pœna eſt arbitraria attenta diſpoſitione iuris Canonici, ac proinde vltra excommunicationem pro cauſarum diuerſitate, diuerſæ pœnæ imponi poſſunt, vt infamiæ carceris, pecuniariæ, & ſimilium, ita communiter tradunt ſcribentes *in cap. qualiter, & quando de accuſat. latè Menoch. de arbitr. caſ. 389. num. 4. & 12. Marta de iuriſdict. par. 2. cap. 11. circa fin. Decia. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 30. num. 24. & ſequ. Bocr. deciſ. 254. num. 7. in fin. Sperell. deciſ. 105. num. 30. part. 2.*

5 De iure vero cõmuni ſacrilegium punitur pœna capitali, *l. ſi quis in hoc vbi Bald. & Salyc. C. de Epiſcop. & Cleric. Io: Ligon. de cauſ. Eccleſiaſt. §. 5. num 3. & 4. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 9. nu. 93. Belles diſquiſit. Clerical. in tit. de pœn. cleric. §. 45. ſub num. 2. Sperel deciſ. 45. num. 52.* qui referunt antiquos adeo hoc crimen abhorruiſſe vt etiã pueros ſacrilegos comburi iuſſerint. *& deciſ. 105. num. 29. par. 2*

6 Clericus verò Sacrilegium committens deponendus eſt, *Hoſtien. in ſum. de accuſat. §. quis ſit effectus num. 14. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 90. num.*
7 *2. Belles. diſquiſit. crim. par. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 45. num. 2.* & alijs pœnis arbitrio iudicis puniri poteſt, attentis qualitatibus, & circumſtantijs crimen aggrauantibus.

8 Et quoniam cum multipliciter committi poteſt ſacrilegium, non poteſt certa pœna præſcribi, ſed iuxta ſacrilegij qualitatem, aggrauanda, vel minuenda eſt pœna *Belles. diſquiſit. clerical. par. 2. tit. de pœn. cleric. §. 45. num. 3. Chartar deciſ. crimin. 66. num. 82.* vbi quod in crimine ſacrilegij conſideranda ſit, qualitas, & conditio rei, & temporis, & alia huiuſmodi, vt ſeuerius, vel clementius pœna ſtatuatur, admonet textus in *l. Sacrilegij pœnam & in l. lege Iulia §. mandatis ff. ad l. Iul. peculat.*

9 In perſonam igitur committitur ſacrilegium, quandoquis carnaliter cognoſcit monialem, & pœnam mortis plectitur facit textus *in l. hoc genus in prin. C. de Epiſcop. & Cleric.* vbi generaliter dicit capitali ſententia vindicandam eſſe iniuriam

riam illatam Sacerdotibus miniſtris Eccleſiæ Catholicæ, vel ipſi cultui, aut loco ob ſacrilegij crimen commiſſum, ſub qua verborum generalitate comprehendit carnalem cognitionem cum moniali, & melius probat textus *in §. penult. in Auth. de Sacroſanct. Epiſcop.* vbi ſtatuitur capitale periculum ſuſtinere debere eum, qui aut Diaconiſſam, aut monaſteria, aut quemlibet aliam venerabilem habitum habentem corruperit, & canonizatur huiuſmodi textus *in cap. ſi quis rapuerit 27. quæſt. 1. Clar. in §. fornicatio num. 14. il 1. verſ. cum moniali, & ibi Baiard. in addit. num. 17. Ignatius Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. cap. 81. in verbo monialibus in 2. addit. verſ. in foro verò ſæculari Ghirland. de pœn. omnifar. coit. quæſt 1. num. 81. verſ. de iure autem ciuili Berm. de pub. concub. rub. de ſacrileg. in princ. & num. 4. verſ. & ideò violatores, & numer. 6. verſ. ſed ſecundum legem ciuilem Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 20. numer. 6. verſ. de iure autem ciuili Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 3.. nu. 24. verſ. iure ciuili Cabal. reſol crim. caſ. 200. num. 7. cum alijs concordantibus relatis per Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 146. num. 3.*

Carnaliter enim cognoſcens monialem non ſolum committit ſacrilegium, ſed etiam inceſtum & adulterium, & ſecundum aliquos etiam ſtuprum, ac proindè ex quantate deteſtabilis criminis pœna capitalis periculi venit irroganda, huius enim criminis reos filios perditionis Apoſtolus appellat, & expreſsè deciſum fuit in *Concilio Aurelianenſi relato in cap. ſciendum 27. quæſt. 1. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 20. num. 2 & 3. vbi latè de huius criminis deteſtatione Bermon. de pub. concub. in præfatione num 23. & in rub. de ſacrileg. nu. 3. Auch. Regten. quæſt. 10. num. 4 Giuchur. in addit. ad Clar. § fornicatio verſ cum Moniali lit. B. in princ. Baiard ibidem num. 16. Menoch de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 389. num. 22. & 23. & caſ. 418. num. 0. & ſeq. Petrus Cabal reſol. crim. caſ. 200. num. 71. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt 146. n. 5. cum duobus ſequen.*

Monialis vero quæ ſe carnaliter cognoſci paſſa eſt detruditur in aliud Monaſterium arctius cuſtodienda, vt orationibus, & ieiunijs pœnitentiam agat, & mitius punitur, quam maſculus cum non videatur eſſe in tanta culpa ſicut Maſculus, qui eam recluſam, & Deo dicatam ſollicitauit, vt comprobat *Farinac. dictu quæſt. 146. num. 12. & 13.*

De iure verò canonico huius criminis reus ſi ſit Laicus excommunicatur, textus eſt, *in cap. ſi qua Monacharum in fin. 27. quæſt. 1. Ignatius Lopez in addition. ad Diaz. in cap. 81. in verbo monialibus in 2. addit. verſ. Laicus verò Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ 389. num. 24. verſ. Laicus verò Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 20. num 6. poſt princ. verſ. Laici verò Bermon. de pub. concub. rub. de Sacrileg. num 6. Foller. in pract. crim. canon. cap. 17. num. 5.*

13 Clericus autem non ſolum beneficiis priuatur, ſed etiam deponitur, & in Monaſterium detruditur, iuxta textum, *ſi qua Monacharum 27. quæſt. 1. Corrad. in rub. de Sacrilegio num. 5. Marquar. de iudæis par. 1. cap. 3. num. 5. Baiard. ad Clar. in §. Fornicatio num. 18. Diaz. in pract. crim canon. in verbo Monialibus cap. 81. num 2. ibique Ignat. Lopez in addit. in verbo deponatur Bermon. de pub. concubin. rub. de ſacrileg. num. 1. & 3. ad fin. & num. 6. Ghirland. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 1. num. 18. Menoch de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 360. num. 57. & caſ. 389. nu. 24. decian. tract. crim. lib. 6. cap. 20. num. 6. poſt princ. verſ. de iure autem canonico, & lib. 8. cap. 11. num. 3. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 146. num. 26. & 27.*

Tom. II.

14 Qui tamen ſolum monialem deoſculauerit, & aliud non attentauerit, non pœna mortis, ſed extraordinaria arbitrio Iudicis mulctandus eſt, *Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 20. num. 16. Farinac. dicta quæſt. 146 num. 33.*

15 Rapiens verò Monialem pœna mortis tenetur, ſiquidem ob raptum fœminarum Deo dicatarum irreuerentia omnipotenti Deo irrogatur, cum corrupta caſtitas reſtitui non poſſit, & vltra pœnam mortis, raptoris bona Monaſterio applicantur, etiam ſi Monialis raptu conſenſerit, cum exiſtat ſub poteſtate Abbatiſſæ, & propriam non habeat voluntatem, vt latè firmat, *Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 145. § Monialis, à num. 1. vſque ad fin. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1252. nu 7. Decian tract. crim. lib. 8. cap. 8. num. 7. Boſs. in tit. de rapt. mulier. n. 2. Ghirland de pœn omnifar. coit. quæſt. 19. num. 1. Hoſtien. in ſum. de pœn. raptor. in princ. verſ. committitur autem raptus.*

16 Quando verò res ſacra de loco ſacro aufertur pœna mortis iudicitur, vt vltimo iuxta leges ciuiles afficiatur ſupplicio *l. ſi quis hoc genus C. de Epiſcop. & cleric. l. aut facta § locus ff. de pœn.*

17 Verior tamen opinio eſt pœnam etiam in hoc caſu eſſe arbitrariam, habita ratione rei, perſonæ, temporis, ſexus, & ætatis, & ita iudicem poſſe ſeueriorem, vel mitiorem pœnam irrogare, ſecundum *Boer. deciſ. 254. num. 4. Menoch. de arbitrar. Iud. caſ. 389 num. 4. Foller. in pract. crim. canon. in verbo, vt ſi eſt ſacrilegium num. 53. & in fragment. poſt prax. crim. de ſacrileg. num. 47. Diaz in pract. crim. canon. cap. 81. ſecundum veterem impreſſionem Anton. Gomez in Epit. delictor. cap. 3. num. 11. verſ. ſecundus caſus eſt Clar. in pract. crim. §. ſacrilegium ver-*
18 *ſic. ſed quæro*, vbi Senatum Mediolanenſem diuerſimodè iudicaſſe refert, raró tamen pœnam vltimi ſupplicij infligendo, ſed quandoque pœnam extraordinariam irrogando, nempè triremium, vel fuſtigationis, vt in duobus, qui candelabrum ex ſede ſacra ſubripuerunt, & in altero qui calicem in Eccleſia ſubtraxerat ad triremes per quinquennium condemnatus fuit; ſicuti etiã habita ratione qualitatis rei ſacræ, & facti, pœna grauior mortis aliquando impoſita fuit à Senatu Burdecalenſi, qui ad mortem condemnauit quendã ſacrilegũ qui vas, ſeu cuſtodiam, in qua Sanctiſſima Euchariſtia aſſeruabatur abſtulerat, & ad illam rumpendam, & frangendam eam ſubtus eius pedem ſotulari ligno calceatũ Chriſto benedicto in ea exiſtente, vt refert *Boer. deciſ. 254. num. 15.* ita pariter morti traditus fuit quidam alius, qui nocturno tempore fracto oſtio Eccleſiæ, calicem accepit, & furto ſubtraxit, & vendidit ſumendo prius Sanctiſſimam Euchariſtiam in eodem aſſeruatam, vt narrat, *Foller. in pract. crim. canon. in verb. vt ſi eſt ſacrilegium poſt n. 53. quẽ refert Clar. in §. Sacrilegiũ ſub verſ. ſed quæro*

19 Sacrilegium enim, quod committitur circa res ſacras diuerſos habet gradus ſecundum diuerſitatem rerum ſacrarum, inter quas ſummum gradum obtinent ſacramenta, & inter ea Eucha-

riſtia, ſecundo loco ſunt vaſa cõſecrata ad ſuſceptionem Sacramentorum, & Imagines, & reliquiæ ſanctorum, in quibus Sancti honorantur, & dehonorantur, tertio loco, quæ pertinent ad ornatum Eccleſiæ, & Miniſtrorum ſecundum *D. Thomam* relatum per *Sylueſtr. in ſom. in verbo ſacrilegium col. 1. in fin.*

20 Hinc eſt, quod ſacrilegium, quod committitur contra Sacramentum ſit grauiſſimum merito pœna mortis vlciſcendum eſt, regulariter tamen
21 imponi non debet, niſi alia cauſa grauitatis concurreret, & generaliter leuiori pœna plectendus eſt, qui rem tenuem ſacram de loco ſacro publico ſubtraxerit, grauiori vero ſi maioris valoris, & ita intelligi debere textum *in l. ſacrilegii pœnam ff. ad l. Iul. pecul. & in l. haud facta §. locus ff. de pœn. & l. ſacrilegij capite in princ. ff. ad l. Iul. peculat. inſinuat Menoc. de arbitrar. quæſt. caſ. 389. num. 5. 6. & ſeq. Putgner. deciſ. crim. 24. num. 15. & ſeq. relat. per Chartar. deciſ. crim. 66. à num. 85. vſque ad 90.*

22 Sacrilegium etiam committitur quando quis facultates Eccleſiæ inuadit, vaſtando, rapiendo, ſiue aliter occupando, vel alienando, vel alienationi conſentiendo, *cap. nulli cap. prædia 12. qu. 2. cap. ſunt, qui opes cap. ſacrilegium. cap. omnes, cap. ſicut, & cap. attendendum 17. quæſt. 4. cap. ſuper eo de raptor. cap. conqueſtus, & ibi gloſ. final. de foro competen. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de foro Cleric. real §. 4. num. 18. & 19.*

23 Et huiuſmodi adfringentes, vel ſpoliantes Eccleſias videntur ipſo facto excommunicati, *cap. conqueſti de ſenten. excommunication. cap. omnes Eccleſiæ 17. quæſt. 4. Bonac. qui alios refert. in tract. de excommun. in particular. extra Bullam Cœnæ diſ. 2. quæſt. 3. punct. 12. num. 1. & 2. tom. 3. & nu. 12. & 13.*
24 ſubdit hanc excommunicationem eſſe reſeruatam Summo Pontifici poſt quam delinquens denunciatus fuit excommunicatus, ex *Caietan. Nauar. Saye. Riginald. contra Panormitan. quos allegat.*

25 Nomine autem effractionis intelligitur omnis violenta actio, quæ fit rumpendo parietem, ſeù valuas, ſeù feneſtram, ligneam, vitream, ſeù papyraceam, ſiuè tectum, ſiuè cardines, quibus valuæ ſubſtinentur, vt declarat *Bonaccin. in tract. de excommunicat. in particular. extra Bullam Cœnæ diſ. 2. quæſt. 3. punct. 12. num. 3. tom. 3.*

26 Ad incurrendam verò huiuſmodi excommunicationem copulatiuè requiritur effractio, & ſpoliatio, ſeù furtum, adeo vt qui effrangit Eccleſiam, ſed non furatur, vel ſpoliat, ſed non effrangit, non ſubijciatur huic excommunicationi, pro
27 vt nec ſubijcitur, qui alterius priuati crumenam in Eccleſia ſurripit. Secundum *Bonacin. loco citato num. 9.*

28 Committitur etiam ſacrilegium ſpoliando Clericum re, ſeù poſſeſſione Eccleſiæ, quo caſu ſpolians conueniri poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico. *cap. conqueſtus de foro competen. cap. dilecto de ſenten. & excomm. in 6. cap. 2. de priuil. in 6. cap. cum ſit. vbi Abb. num. 10. Felin. in prin. & communiter DD. de foro competen. Antonin. lib. 1. var. reſol. 76. num. 1. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 12. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 205. & ſeq. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauore Cleric. real. §. 4. num. 18. verſ. nec non ſpoliando, & num. 19.* vbi ampliat ad inuadentes res, & bona Clericorum *Abb. in cap. cæterum num. 17. de iudic.*

29 Pro vt etiam ſacrilegium perpatratur ſi Eccleſia polluatur per ſanguinis, aut ſeminis effuſſionem, etiam ſi fornicatio in Eccleſia occultè commiſſa fuerit, *Suarez. de vit. & ſtat. relig. lib. 3. cap. 7. num. 11. Bellet. diſquiſit. Clerical. quæſt. 1. tit. de fauore Cleric. real. §. 4. nu. 16. Sanchez. de matrim. lib. 9. diſ. 15. num. 4. & num. 7.* vbi ampliat, quod
30 etiam per concubitum coniugalem extra caſum neceſſitatis in Eccleſia habitum ipſa polluatur, & reconciliatione indigeat, quia *textus in cap. fin. de conſecrat. Eccleſ. & Concilium Nicenum relatum in cap. Eccleſijs ſemel conſecratis diſ. 68. & in cap. Eccleſijs ſemel Deo conſecratis de conſecrat. diſt. 1.*
31 generaliter dicunt Eccleſiam pollui ſanguinis, aut ſeminis effuſione, & vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio ff. de publiciana*, & hanc ſententiam tenet *gloſ. in cap. vnico in verba ſeminis de conſecrat. in 6. ibique Franc. num. 7. Lælius de Zanchis de priuil. Eccleſ. priuil. 5. num. 1. & tradunt alij DD.* copioſè congeſti per *Sanchez. dicta num. 7. vt ſupra citat.*

32 In caſu verò neceſſitatis, vt ſi diù Coniuges intra locum Sacrum ita obſeſſi permanſerint, vt ad alia loca non Sacra tutum acceſſum habere non potuerint ad habendam maritalem copulam, quam ob humanam fragilitatem cohiberi difficile redditur, non videtur hoc caſu Eccleſiam obligare velle ad continentiam, ac proindè Eccleſia non polluitur, & in hac ſententia reſidet *Sanchez. de matrim. lib. 9 diſ. 15. num. 12.* relatis in tribus numeris antecedentibus 9. 10. & 11. alijs DD. ſententijs, & copioſè concordantes adducit.

33 Ad hoc autem, vt Eccleſia polluta remaneat, ſanguinis effuſio, vel homicidium in eadem patratum debet eſſe iniurioſum, ſecus autem ſi ex cauſa contingente, ſeù caſu fortuito, vel ſi quis interficeretur à non mentis compote, quia tunc non affertur iniuria *Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 29. §. 1. verſ. locum non habet, Bonacin. oper. moral. tit. de ijs, quæ pertinent ad vſum Matrimonij qu. 4. punct. vltim. nu. 20. verſ. dixi per iniurioſam. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 28. num. 3. 4. 5. & 6.*
34 vbi ita etiam in homicidio in Eccleſia commiſſo à furioſo, vel ab ebrio, ſi verè, & non fictè erat ebrius.

35 Vlterius requiritur ad hunc effectum ſanguinis abundantia, notabilis, & conſiderabilis, adeò vt non ſufficiant duo, vel tres guttæ, etiam ſi iniurioſè intus Eccleſiam eciderint, *gloſ. in cap. cum illorum 12. de ſentent. excommunicat. in verbo effuſionem ſanguinis Bonaccin. de ijs, quæ pertinent ad vſum matrimonij quæſt. 4. punct. vltim. num. 20. verſ. dixi per effuſionem, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 28. num. 34.*

36 Nec non ſanguinis, vel ſeminis effuſio debet eſſe publica, & quæ publicè innoteſcat, alias ſi ſit occulta non habet malitiam læthalem ſacrilegij, atque ita loci circumſtantiam etiam in foro pœnitentiali non eſſe neceſſariò confitendam, ex *Vaſquez*, & alijs tradit *Sanchez de Matrim. lib. 9. diſ. 15. num. 10. & 11. tom. 3. Sair. de cenſur. lib. 5. cap. 16. num. 10. cum alijs, quos citat Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 28. num. 37.*

37 Et licet percutiens laicum in Eccleſia incurrere

re

re videatur excommunicationem, vt habetur in *cap. cum pro cauſa de ſentent. excommun. Sperel. deciſ. 92. num. 17. tom. 1.* Tamen quia regulariter non niſi in ſubſidium ad excommunicationis pœnam eſt procedendum, ſi percuſſio ſit abque ſanguinis effuſione, percuſſor non eſt excommunicandus, niſi Epiſcopus hoc magis expedire cognouerit, ſed pœna pecuniaria à Iudice Eccleſiaſtico multari poteſt habetur in *cap. quiſquis, & in cap. ſi quis in atrio 17. quaſt. 4. Turrecremat. in cap ſacrilegium verſ. 7. quaro 17. quaſt. 4. Farinac. in Appen. de immunit. Eccleſ. cap. 5. num. 1. & 2. Sperel. deciſ. 4. num. 12.*

38 Sacrilegium pariter committitur ab eo, qui violentas manus, iniecerit, ſiuè vulnerando, ſeù percutiendo Clericum, Monacum, ſiuè aliam perſonam Eccleſiaſticam, *cap. quis quis, & cap. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quaſt. 4. l. ſi quis in hoc genus C de Epiſcop. & Cleric. Bellec. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de fauore Cleric. real §. 4. nu. 12. 13. & 14.*

39 ... quod iniuria facta Clerico non ſolum cenſe... ata perſonæ, ſed etiam Eccleſiæ vniuerſali.
40 *Abb. in cap. 2. num. 1. de pœn.* vndè puniri poteſt ... Iudicem Eccleſiaſticum, *cap. olim de iniur. cap. ... deſideres, & cap. Parochianos, vbi Abb. num. 5. ... ſentent. excommunicat. l. ſi quis in hoc genus, vbi Caſtr. numer. 4. & DD. C. de Epiſcop. & Cleric. Felin. in cap. cum ſit num. 18. de foro competen. Co...r. var. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 8. Iul Clar. in fin. quaſt. 36. num. 42. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 6. num. 1. & 22. Guid. Pap. deciſ. 562. num. 2. & 3. Theſaur. deciſ. 224. num. 2. & 3.*

41 Et quamuis Clerici percuſſor anathematis vinc... ſubiaceat, vt niſi a Summo Pontifice abſolui poſſit excepto mortis articulo, vt ſtatuit *Innocentius Papa II. in Concilio Lateranenſi relat. in cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quaſt. 4. Bonacin. de cenſur. in particular. diſ. 2. quaſt. 3. punct. 6. ſect. 5. num. 1.*
42 *tom. 3. fol. mihi 229.* Regulariter tamen vltra excommunicationem eſt alia extraordinaria pœna ...tendus. *Menoch. de arbitrar. caſ. 389. num. 15.*
43 *& ſeq. Farinac. conſ. 30. num. 26. in fin. tom. 1.* vbi ſub...it, quod ſi percuſſio ſit facta in Eccleſia pœna mortis ratione loci, in quo quis deliquit afficiendus eſt.

44 Ad hoc tamen, vt intret huiuſmodi pœna mor...s quatuor requiruntur. I. quod percuſſus ſit C...ic...s, II. quod fiat in Eccleſia, III. quod di...na c...r...tur, IV. quod diuinum officium ...etur; quibus copulatiuè non concurren...us pœna non erit mortis, ſed extraordinaria puta exilij *Menoch. de arbitrar. quaſt. caſ. 389. nu. 15. 16. & 17. Farinac. de var. & diuerſ. crimin. qu. 105. ſub num. 206.*

45 Abſolui verò non poteſt Clerici percuſſor niſi ſatisfacta parte, & ſi percuſſus ſit Monachus niſi ſatisfacto ſuperiori eius Monaſterij circa refectionem expenſarum, & damna paſſa cauſa percuſſionis, pecunia etiam compenſando parte inſtante ipſam iniuriam facta illius æſtimatione, *ad text. in cap. Parochianos, cap. ea non ſcitur cap. quamuis de ſentent. excommunicat. Genuen. in prax. Archiepiſcop Neapol. cap. 23. num. 6. Mar. Paul. Leon. in prax. ad literas Maior. Pœniten. fol. 382. & 383.*
46 *verſ. poſtquam, & verſ. vel per eum, col. 1.* vbi quod ſi ob impotentiam, vel ob paupertatem, vel loci diſtantiam, & ſimilia non potuerit ſatisfacere, ſatis eſt, vt iuramento promittat hanc partis ſatisfactionem, vt primum potuerit, vel deuenerit ad pinguiorem fortunam.

CLERICVS IN SACRIS ORDINIBVS CONSTITVTVS DVCENS VXOREM, QVA POENA PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Clericus in Sacris conſtitutus ducens Vxorem, deponitur ab officio, & beneficio, & penſionibus, & tanquam de hæreſi ſuſpectus ſubijcitur iudicio Inquiſitorum, efficitur irregularis, & eſt excommunicatus; Clerici in minoribus amittunt beneficia Vxoratus ad hoc vt Religionem validè ingredi poſſit, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 Clerici in Sacris conſtituti matrimonium contrahere non poſſunt.
2 Græci poſſunt vti matrimonio antea inito.
3 Per Ordinem Sacrum dirimitur matrimonium poſtea initum.
4 Clericus in Sacris ducens vxorem deponitur ab officio, & amittit beneficia, & penſiones num. 5.
6 Et etiam committit ſacrilegium, & tanquam de hæreſi ſuſpectus ſubijcitur Inquiſitoribus Delatu ibidem, vt n. 7.
8 Amp. vt idem dicendum eſt de regularibus.
9 Amp. vt etiam efficiatur irregularis.
10 Amp. vt etiam ſit ipſo iure excommunicatus.
11 Clericus in Sacris ſi Virginem in figura matrimonij violauerit, quibus pœnis afficiatur.
12 Qui poſt contractum matrimonium ordines ſuſceperit recipit characterem, ſed remanet irregularis, licet non conſumauerit.
13 Vxoratus ad hoc vt licitè ad Ordines promoueatur, vel Religionem ingrediatur, quæ requirantur.
14 Coniugibus poſt contractum matrimonium datur bimeſtre ad deliberandum, an velint eligere Religionem.
15 Quo durante non tenentur ad redditionem debiti.
16 Secuta coniugis profeſſione matrimonium ratū diſſoluitur.
17 Amp. etiam ſi profiteatur poſt lapſum bimeſtre.
18 Clericis in minoribus non prohibetur matrimonium.
19 Sed nubendo ipſo facto amittunt beneficia, & penſiones. Contrarium num. 21.
20 Amp. etiam ſi matrimonium non fuerit conſumatum, vel eſſet nullum ob aliquod impedimentum.
22 Limit. ſi tantum tracta tum fuerit matrimonium, vel inita ſolum ſponſalia per verba de futuro.

DECISIO LXV.

1 CLERICI in Sacris conſtituti Matrimonium contrahere non poſſunt, nullaque apud Sacros Canones dubitandi ratio præbetur, vt deducitur in *cap. Presbyteris 27. diſ. & per tot. Diaz. in pract. crim canon cap. 80. in verb. matrimonium de facto contrahentes Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 22. rub. de Cleric. matrim. contrahen. num. 1. & 2. Farinac. in tit. de delict. carn. quaſt. 138. part. 3. num. 89. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. de pœn. Clericor. §. 10. num. 4 latè Bermon. de pub. concub. in præfat. num. 19. vbi allegat textum in cap. Miniſtri Altaris 81. diſt.*,
2 & ab hac regula excipit Eccleſiam Orientalem, quæ matrimonio antea contracto ſecundum eorum ritum liberè vti poteſt, ſecus autem poſt ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, nam tunc ordinati non poſſunt amplius vxores ducere, latè *Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 28. à num. 3. cum alijs ſequen.*

ſequen. Azor. inſtit. moral. lib. 13. cap. 12. quaeſt. 3. & quaeſt. 5. & cap. 14. quaeſt. 7.

3 Et veritas Catholica eſt per Ordinem Sacrum dirimi matrimonium poſtea initum, vt definitum eſt in *cap. 1. & 2. qui Cleric. vel vouentes cap vnico de voto in 6. & cap. vt lex. 27. quaeſt. 1. ita etiam definierunt Nicolaus Pontifex, & Alexand. II. in eorum conſtitutionibus relatis in cap. nullus miſſam, & in cap. propter hoc, diſ. 32. & Ioannes XXII. in Extrauag.* antique de voto, & nouiſſimè *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de matrim, can. 9. cum alijs per Sanchez eod. tit. lib. 7. diſ. 28. num. 2.*

4 Hinc eſt, quod Clericus in Sacris conſtitutus ſi vxorem ducere præſumpſerit, deponitur ab officio, & beneficio, adeò vt Eccleſiaſticum beneficium, & penſiones ipſo facto amittat, eſt textus in *cap. decernimus 28. diſ. facit textus in cap. de his, ead. diſt.* & loquitur de Diaconibus, & Subdiaconibus, de Presbyteris verò diſponit textus in *cap. Presbyter ead diſt. Abb. in cap. at ſi Clerici nu. 35. verſ. idem ſi cum ſoluta ibique Butr. num. 13. ad fin. Bermon. de pub. concub. in verbo, & alios non publicos concubinarios num. 2. in fin. & num. 3. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 80. in verbo matrimonium de facto contrahen. num. 2. per totum, & ibi Lopez. in addit. lit. B. Farinac. in tit. de delict. carn. quaeſt. 138. num. 98. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn Cle-*
5 *ric. §. 10. ſub num. 4. verſ. verum etiam,* vbi quod ſi non amittit ipſo iure beneficium, & penſionem illis tamen eſt priuandus.

6 Et non ſolum committit ſacrilegium, ſed etiam de hæreſi ſuſpectus eſt, ita vt contra eum procedi poſſit per Inquiſitores Sancti Officij, tanquam malè ſentientem de Sacramentis, & de fide. *Bald. poſt Iacob. Butrig. in l. 3. num. 6. C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol Diaz. in pract. crim. canon. cap. 80. in verbo matrimonium de facto contrahentes nu. 3. verſ. redditur propterea ſuſpectus, & ibi Lopez. in addit. lit. D. Bermon. de pub. concub. in gloſ. & alios non pub. concubinarios num. 4. Abb. conſ. 68. Nauar. part. 2. conſ. lib. 5. de hæreſi conſ. 2. num. 7. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 4. num. 12. Pegna in director. Inquiſit part. 2. com. 74. verſ. atque hoc etiam. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 22. rub. de Cleric. contrahen. matrim. num. 11.*
7 vbi declarat procedere quando ſic Clericus contraxit matrimonium putans id ſibi licere, alias ſecus, *Farinac. in tit. de delict. carn. quaeſt. 138. nu. 94. & 95. Bellet. diſq. Clerical. part. 2. tit. de pœnis Cleric.*
8 *§. 10. num. 5. vbi in fin.* quod idem dicendum ſit de regularibus, qui relicta Religione, quam profeſſi ſunt matrimonium contrahere non verentur, & in hoc propoſito militat decretum *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. can. 9.*

9 Quinimò Clericus in Sacris conſtitutus ſi vxorem ducat, efficitur irregularis, vt propterea neque in ſuſceptis ordinibus adminiſtrare poteſt, nec ad alios maiores ordines ſuſcipiendos admitti, *cap. 1. & 2. qui Cleric. vel vouent. Bermon de pub concub. in verbo. & alios non publicos concubinarios nu. 3. verſ. item efficitur irregularis Decia tract. crim. lib. 6. cap. 22. de Cleric. matrim. contrahen. nu 9. verſ. item Clericus Farinac. dicta quaeſt. 138. num. 96.*
10 *& num. 97.* ſubdit, quod ſit etiam ipſo iure excommunicatus, *Clement. 1. de conſanguin. & affin.* & abſolutio Epiſcopo eſt reſeruata, vt ibi per *gloſ. in verbo obtinere, Bermon. loco citato num. 3. in fin. verſ. praeterea eſt excommunicatus:*

11 Quod ſi Clericus in Sacris conſtitutus virginem violauerit ſub figura matrimonij vltra pœnas prædictas, multari etiam debet pœna ſtupri, & in arctiorem carcerem, vel Monaſterium detrudi, & ſi puella ſeducta ſit talis nobilitatis, & honoris, vt indè in populo ſcandalum ortum fuerit, ad reſarciendum eiuſdem honorem eſt publica pœnitentia afficiendus, niſi ſuæ nobilitatis qualitas hoc impediret. *Bermon. de pub. concub. in verb. & alios non publicos concubinarios num. 4. Decian. tract. crim. lib. 6. de Cleric. matrim contrahen. cap. 22. num. 12. & 14. cum alijs relat. per Farinac. in tit. de delict. carn. quaeſt. 138. num. 99.*

12 Qui autem poſt matrimonium contractum Ordines Sacros ſuſceperit, licet recipiat ordinis characterem remanet tamen irregularis, quamuis matrimonium non conſumauerit, vt expreſſè definiuit *Io. XXII. in ſua extrauag. antiqua de voto. Trot. de perfect. Cleric. cap. 10. in princ. Couar 4. decretal. 2. part. cap 6. §. 3 num. 2. Maiol. lib. 1. de irregular cap. 4. num. 10. Azor. inſtit. moral. lib. 13. cap. 14. quaeſt. 3. Petrus Ledeſm de matrim. quaeſt. 53. art. 4. poſt pri a 8. circa iſtam ſtatutam. Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 49. num... Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pœn Cleric §. 10. num. 7.*

13 Ad hoc autem, vt vir licitè ad ordines promoueatur, vel Religionem ingrediatur vltra vxoris beneplacitum, quod concurrere debet, iuxta textum *in cap. coniugatus de conuerſ coniug.* ibi *nullus coniugatorum eſt ad Sacros Ordines promouendus niſi ab vxore continentiam profitente fuerit abſolutus* exigitur etiam votum continentiæ ipſius vxoris ſi ſit ſenex non ſuſpecta de incontinentia ad hoc vt in ſæculo remanere poſſit, ſecus autem ſi ſit iuuenis, nam tunc exigitur ingreſſus ipſius in Religionem, & hanc ſententiam vti probabiliorem tenet *Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 29. num. 6. & ita diſtinguunt textus in cap. vxoratus, cap. cum ſis, cap ad Apoſtolicam de conuerſ. coniugat. & patet ex Concilio Agathenſi cap. 16. & 17.* ibi *Sane ſi coniugati iuuenes conſenſerint ardinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda eſt, vt ſequeſtrato manſionis cubiculo Religione promiſſa, poſtea quam pariter conuerſi fuerint ordinentur relat. in cap. Epiſcopus 77. diſt.* & tenent DD copioſè relati per *Sanchez. loco citato, Bellet. diſ. Clerical. part. 2. de pœn. Clerical. §. 10. num. 8.*

14 Quæ procedunt ſi matrimonium conſumatum fuerit, ſecus autem ſi fuerit tantum ratum, & non conſumatum, quo caſu coniugibus à die poſt contractum matrimonium datur bimeſtre ad deliberandum, an velint eligere perfectiorem ſtatum,
15 ſcilicet tranſire ad Religionem, & ſic intra dictum tempus non tenentur ad redditionem debiti, vt cauetur ex *capitulo ex publico de conuerſ. coniug. Iordan. elucubr. diuerſ. lib. 10. tit. 12. num. 67. latè Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 24. per totam, & ſignanter num. 4. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 6. num. 1.*

16 Et tunc ſecuta ſolemni Religionis profeſſione alterius coniugis matrimonium tantum ratum diſſoluitur, vt definiuit *Sacrum Concil. Triden. ſeſſ. 24. can. 6.* ſiquidem ſicut matrimonium carnale, quod fit ex copula coniugali dirimitur per mortem naturalem, ita etiam matrimonium ſpi-

ritualē, quod ex ſolo conſenſu oritur, dirimitur per obitum ſpiritualem, qui ex profeſſione reſultat, & in ijs terminis intelligendi ſunt Sancti Patres damnantes diſſolui coniugium per ingreſſum Religionis, cum intelligendi ſint de matrimonio conſumato, non autem de rato, vt probatur ex *cap. ex publico de conuerſ. coniugat. & not. Marchant. in Candelab. myſt. tract. 8. lect. 14. de inſolubilitat. matrim. propoſ. 2. fol. 778. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 6. ſub num. 1.*

7 Quinimò quod etiam elapſo bimeſtre ſi alter coniux Religionem ingrediatur, & profeſſionem emittat, valida ſit profeſſio, & matrimonium antecedens diſſoluatur, docent *Bonaccin. in tit. de matrim. quaſt. 3. punct. 4. num. 4. fol. 318. tom. 1. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 6. num. 3.* & ratio eſt quia hic effectus ex priuilegio diuino conceſſus eſt profeſſioni, ſecus autem ſi matrimonium conſummatum fuerit ante profeſſionem, quod non diſſoluitur per ſequentem profeſſionem, vt habetur *in can. ſi quis coniugatus 27. quaſt. 2. Bonaccin. loco citato num. 7.*

8 Clericis verò in minoribus conſtitutis licet non eſt prohibitum matrimonium contrahere, *cap. ſi quis eorum, cap. erubeſcat 32. diſ. cap. 1. 2. & 3. de Cleric. coniugat. vbi communiter ſcribentes Rot. decis. 31. num. 14. part. 1. diuerſ.*

9 Nihilominus matrimonium per verba de præſenti contrahendo amittunt ipſo iure, & abſque alia declaratione beneficia, & penſiones Eccleſiaſticas, nam retinere beneficia, & vxorem ſunt incompatibilia, *cap. eos, qui 32. diſt. cap. ſi quis ſacerdotum 81. diſt. cap. 1. de Cleric. coniugat. vbi* ... *verba relinquenda. Abb. num. 4. Hoſtien. nu. 2.* ... *ex cap. 2. & eod. tit. Pariſ. de reſignat. benefic.* ... *quaſt. 1. cum ſeq. Garz. de benefic. part. 11. cap. 8. nu.* ... *& ſeq. Farinac. in tit. de delictis carnis qu. 138. num. 1*... *cum ſeq. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pan. Cleric. §. 10. nu. 2.* qui copioſè alios allegant, & ampliant, vt procedat non ſolum ſi matrimonium non fuiſſet conſumatum, verum etiam ſi matrimonium eſſet nulliter contractum puta cum conſanguinea, vel cum alio impedimento ... mo, vt comprobant *Farinac. loco citato num. 1*... *9. & Bellet. num. 3.* licet *Sanchez. de matrimon.* ... am teneat, ſcilicet, quod deſideretur ſententia ... & quod non ipſo facto amittatur ... m, *lib. 7. diſ. 43. num. 3. & diſ. 44.*

10 Limit. tamen, vt prædicta non procedant in ... tractatu de contrahendo matrimonium, ... in contractu ſponſalium, in quibus caſibus Clericus non amittit beneficia, & penſiones; *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. num. 43. Garz. de benefic. part. 11. cap. 8. num. 19. cum alijs adductis per Bellet. diſ. Clerical. part. 2. tit. de pan. Cleric. §. 10. num. 6.*

SODOMIÆ CRIMEN QVOMODO PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Sodomiæ flagitij pœna eſt mortis tam de iure diuino, quàm ciuili, & canonico. & concremationis; Clerici degradantur, Curiæ ſæculari traduntur, & beneficijs priuantur, Sodomiæ pœna quando ſibi locum vindicet, doctrinæ excutiuntur.

SVMMARIVM.

1 Sodomiæ crimen deteſtatur.
2 Pœna Sodomiæ eſt mortis naturalis.
3 Et in ſtatu Eccleſiaſtico etiam per conſtitutionem Marchiæ.
4 De iure verò canonico laicus excommunicatur.
5 Et vigore conſtitutionum Pij V. etiam pœna mortis multari videtur.
6 Vlterius poſt mortem ſodomita comburitur.
7 In crimine ſodomiæ, an iutret bonorum confiſcatio referuntur DD. ſententiæ.
8 Sodomita eſt infamis.
9 Item priuatur facultate teſtandi.
10 Clericus ſodomita deponitur, beneficijs priuatur, & in Monaſterium detruditur de iure canonico.
11 Hodie verò degradatur, & Curiæ ſæculari traditur ſuſpendendus, & nu. 12 vbi de Clerico coeunte cum brutis.
13 Amp. etiam ſi Clericus vnica vice hoc crimen commiſerit.
14 Limit. vt Bulla Pij V. procedat quando copula, ſeu pollutio habita fuerit in ano, ſecus ſi extra.
15 Extraordinaria pœna arbitrio Iudicis punitur, qui extra vas pollutionem commiſit cum maſculo.
16 Sodomia committitur etiam ſi rem habeatur cum fœmina præpoſtera venere, & intrat pœna ſodomiæ.
17 Quod procedit etiam in Clerico.
18 Vir præpoſtera venere cognoſcens vxorem ſuam punitur pœna mortis.
19 Mulieres carnaliter ſe cognoſcentes committunt ſodomiam, & quando pœna mortis multari debeant declaratur.
20 Committens crimen beſtialitatis pœna mortis, & combuſtionis vna cum animali bruto punitur.
21 Quod etiam procedit in Clericis.
22 In crimine ſodomiæ actu non completo verius eſt, quod extraordinaria pœna irroganda ſit, & num. 23. & 24. referuntur pœnæ impoſitæ.
25 Minores in crimine ſodomiæ pœna mitiori puniuntur.
26 Sed ex conſtitutione Marchiæ ſi ſint maiores decem, & octo annorum puniuntur pœna mortis.
27 Qui per vim ſodomiam paſſus eſt nulla pœna multatur.
28 Clericus pro crimine ſodomiæ, an ſit ipſo iure ſuſpenſus, & miniſtrando efficiatur irregularis.

DECISIO LXVI.

1 INter omnia alia crimina, & delicta carnis peſſimum, nefandum, & horrendum ſodomiæ crimen deteſtatur, vt meritò ad eius atrocitatem vlciſcendam inſurgant leges, armentur iura gladio vltore, & exquiſitis pœnis ſubdantur, qui illud audent perpatrare, *l. cum vim C. de adulter.*

2 Sodomiæ flagitij pœna eſt mortis naturalis tàm de iure diuino, quàm de iure ciuili, & canonico; lege enim Diuina, habetur ex *Gen. 19. Leuit. 20. & Exod. 22.* lege pariter ciuili eſt textus in *l. cum vir*, ibi *armari iura gladio vltore, vbi notant communiter ſcribentes C. ad l. Iul. de adulter. item eſt textus in Auth. vt non luxurietur contra naturam §. propterea, & ibi gloſ. in verbo legibus, & in verbo ſupplicy, & Ang. in ſummario dicit etiam textus in §. item lex Iulia inſtit. de pub. Iudic.* vbi gladio puniuntur ij, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent, ibique *gloſ. in figuratione caſus, & in verb. cum maſculis, eſt etiam textus in l. 1. §. qui puero ff de extraordinar. crim.* ibi *peracto flagitio punitur capite*, qui quidem textus eſt canonizatus in *cap. ſollicitatores eodem §. qui puero 32. quaſt. 3. Ghirlan. de pan. omnifar. cait. quaſt. 8. num. 4. Bermon. de pub. concub. rub. de peccat. ſodomit. num. 9. & 23. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 86. lit. A. in verbo deteſtanda verſ. fuit*

ſemper

ſemper Clar. in pract. §. ſodomia num. 4. verſ. ſed quæro, quæ ſit pœna Petr. Gregor. Sintag. iur. lib 38. cap 10. rub. de præpoſtera libidine num. 1. Andre. Gayl. de pace publ. lib. 1. cap. 14. num. 26. Petrus Cabal. reſol. crim. caſ. 16. nu. 14. Boſſ. de ſtup deteſt. ab. in maſcul. in prin. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 286. num. 1. & in addit. num. 16. & ſeq. Boer. deciſ. 416. ad fin. num. 14. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 148. nu. 4. & 5. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 11. nu. 7.
3 *cum plur. ſequent.* Et in ſtatu Eccleſiaſtico cautum etiam habemus per *conſtitutionem Marchiæ lib. 4. cap 69. & ibi Cabal. in addit. lit. B. num. 1.*

4 De iure canonico licet laicus huius criminis reus excommunicetur, & à cœtu fidelium penitus arceatur per *text. in cap. Clerici, & ibi communiter notant omnes canoniſtæ extra de exceſſib. Prælator. Decian. lib. 3. cap. 83. num. 2. verſ. ſi verò ſit laicus Gregor. in Sintag. iur. lib. 39. cap. 11. rub. de præpoſtera libidine num. 3. Ignat. Lopez in addit ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 86. lit. R in verbo detruditur in fin. addit verſ. Laicus verò Bermon. de publ. concub. rub. de peccat. ſodom. num. 27. verſ. ſi verò ſodomita ſit laicus Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1313. n. 1. in fi. Menoch. de arbitrar. quæſt lib. 2. caſ. 286. nu. 9. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 148. num. 23.*

5 Tamen vigore conſtitutionis *Beati Pij V. ex ordine Bullar. 5. in verſ. ſi quis crimen* nefandum, & ex alia eiuſdem *Pontificis in ordine Bullar. 70.* etiam laici videntur pœna mortis puniri *Farinac. in tit. de delict. carn quæſt. 148. num. 28. & latius Bellet diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 11. à nu. 7. cum pluribus ſequent.* & de hac etiam Bulla mentionem facit *Ignat Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon cap 86. lit C. in verbo Curiæ tradatur.*

6 Vlterius ſodomitæ non ſolum imponitur pœna mortis, ſed etiam poſt mortem igne concrematur. *Plot. de in lit iuran. §. 6. ſub num. 42. Corrad. in pract rub de ſodom. poſt num. 5. Clar. in pract. §. ſodomia ſub num 1. verſ. vidi quandoque, & num. 5. verſ. ſed quæro, quæ ſit pœna, & ibi Baiard. in addit. num. 1. Bermon. de pub. concub. rub. de peccat. ſodomit. numer. 29. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 286. nu. 23. & 24 in addit. Ignat. Lopez in addit ad Diaz. in prax crim. canon. cap. 86. lit. A. in verbo deteſtanda verſ. hæc quidem mortis pœna, Arnal. Albertin. de Agnoſcen. aſſer. Cathol. & hæretic. quæſt. 23. num. 23. verſ. vndè meritò Cabal. reſol. crim. caſ. 16. num. 34. in fin. & num. ſequent. Farinac. dicta quæſt. 148. nu. 7. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 11. num. 5.* qui omnes teſtantur in praxi ſeruari, & ita eſſe de generali conſuetudine.

7 Et quamuis ſecundum aliquos DD. in hoc crimine etiam bona ipſo iure confiſcantur, contrariam tamen ſententiam eſſe veriorem, & apud nos ſeruatum, & neminem ſodomitam morti condemnatum fuiſſe cum confiſcatione bonorum, teſtatur *Farinac. in tit. de delict. carn qu. 148. nu. 15. relatis num. 12. & 14. contrarium tenentes*, & hanc ſententiam latiſſimè comprobat *Thob. Non. conſ. 104. Plot conſ. crim diuerſ. 132. lib. 1. per tot. Baiard. ad Clar. in § ſodomia num. 18. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 286. num. 26. in addit.*

8 Et non ſolum ſodomita eſt infamis, & infamiam incurrit ipſo iure, etiam antequam ſit accuſatus, & damnatus, ad textum in *l. cum vir. ibi exquiſitis pœnis ſubdantur C. ad l. Iul. de adulter. & ibi gloſ. in verbo infames Plot. de in lit. iurand. §. 6. num 44. Plot. conſ. crim. diuerſ. 132. num. 5. lib. 1. Petrus Gregor. in Sintagm iur. lib. 36. cap. 10. rub. de præpoſtera libidine nu. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 286 num. 1. & ibidem in addit. num. 27.*

9 Verum etiam priuatur facultate teſtandi, & remanet inteſtabilis, & propterea teſtamentum poſt eius mortem annullatur, licet non ipſo iure, ſed ſecuta ſententia. *Firman. in repertorio in verbo ſodomita verſ. quarto. Boſſ. de ſtupro deteſtab. in maſculum nu. 2. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crim canon. cap. 86 lit A in verbo deteſtanda verſ. punitur etiam Plot conſ. crim. diuerſ. 132. num 5. & ſequent. lib. 1. vbi refert, & reprobat contrarium tenentes Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt. 148. nu. 10. & 17.*

10 Clericus verò pariter de iure canonico pro hoc peſſimo crimine beneficijs priuatur, deponitur, & in Monaſterium detruditur, textus eſt in *cap. Clerici, & ibi notant omnes canoniſtæ extra de exceſſibus Prælat. Bermon de publ concub. rub de peccat. ſodomit. num. 26. in fin. verſ. in foro autem contentioſo Corrad. in pract. rub. de ſodomit. num. 5. verſ. at Clerici deponuntur, Ghirland. in tract. de pœn. omniſar. con. quæſt. 2. num. 2. in fin. & quæſt. 6. num. 6. & quæſt 8. num. 3. Diaz. in pract. crim canon cap. 88. num. 1. & ibi Ignat, Lopez. lit. R in verbo detrudatur, Plot. inter conſ. crim diuerſ, 133. num. 4. lib. 1. Petrus Gregor. in Sintag. iur. lib 36 cap. 10. rub. de præpoſtera libidine num. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2 caſ. 286. nu 9. verſ. iure Pontificio. & ibi in Addit. num. 13. & ſeq. Decian. tract. crim lib. 6. cap. 23. num 15. & conſ. num. 2. lib 3. Farinac in tit. de delict. carn. quæſt. 148 num. 25. Bellet. diſquiſit. Clerical part. 2. tit. de pœn. Clericor. §. 11. num. 6. Leo X. ſua conſtit. 7. quæ incipit ſupernæ §. 35.*

11 Hodie verò ſeuerius, & fortius Clerici huius criminis rei ſiuè ſæculares, ſiuè regulares, & cuiuſcunque gradus, & dignitatis à Iudice Eccleſiaſtico omni officio, beneficio, & dignitate priuantur, & degradati poteſtati ſæculari traduntur, capitali ſupplicio puniendi, ſicut Laici, vigore *Bullæ Pij V. ex ordine Bullar 5 quæ incipit cum primum §. 11. verſ. ſi quis crimen nefandum, & ex alia eiuſdem Pontificis ex ordine 72. incip. Horrendum Bullar Cherubin. part. 2 §. tertio itaque fol. mihi 202.* de quibus *Farinac. dicta quæſt. 148. num. 28. vbi in fin.* ſubdit (allegando caſum), huiuſmodi conſtitutiones ſeruari etiam extra ſtatum Eccleſiaſticum, *Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 11. nu. 7* & circumſcriptis præfatis conſtitutionibus, quod etiam ita quotidie ſeruetur, tradit *Bermon. de pub concub. rub. de peccat. ſodomit. nu. 29. & ex fratre Ioanne refert hic tit. commun. opin. 727. num. 1. in fin. & num. 2 & ex Petro Crinit.* docet *Menoch. de arbitrar. quæſt caſ. 286. num. 3. & in addit. num. 15. Decian. tract. crim lib. 6. cap. 23. nu. 16.*
12 vbi loquitur de Clerico coeunte cum brutis, & hunc Clericum degradandum, & poteſtati ſæculari tradendum, & quod ſi caſus contingeret ita ipſe conſuleret, & iudicaret.

13 Et huiuſmodi Clerici traditio Curiæ ſæculari, quod facienda ſit etiam ſi vnica vice hoc crimen commiſerit, non obſtante, quod in *Bulla Pij V.* videatur requiri frequentia actuum propter verbum exercere, vt latè comprobat *Bellet. diſquiſit.*

Cleri-

cle[illegible].par.2.[illegible]t.de pœn.cleric.§.11.n.10.& num.9. alios contrarium tenentes refert, & dicit Farin. [illegible] t.de delict.carn.q.148.n.30.

Limitatur tamen Bul[illegible]a Pij V. vt procedat quā[illegible]o C[illegible]ri[illegible]us habuit copulam ſodomiticam in [illegible], [illegible] ſi ſodomiticum actum explendo li[illegible]m al[illegible]o modo contra naturam per extraor[illegible] p[illegible]tionem commiſerit ex Ignat.Lop. [illegible]d Diaz. in pract.crim.canon.cap. 86. lit.C. [illegible] curiæ traderetur in fin. Stephan. Quaranta [illegible]ullar.in verbo ſodomia in addit. in 2. limit. [illegible]bal reſol.crim.caſ.16.num.11. vbi quod Iu[illegible]a[illegible]io punitur, qui extra vas pollutionē [illegible]inariam commiſit, ex Menoch.quem al[illegible]e arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.286. num.18. quod [illegible]te ipſum dixit Afflict.lib.3.conſt.Regn.rub [illegible]dulter.& lenocin.in conſtit. legum aſpirante [illegible].& ſeq.verſ.ſed quid ſi fiat, vbi loquens de [illegible]inaria pollutione facta cum puero extra [illegible] cocludit illos tanquam extraordinariè de[illegible] extraordinariè puniendos, & ita de[illegible]m[illegible]e teſtatur, Farinac. dicta q.148.

[illegible]n[illegible]æ ſibi locum vindicat non ſolum [illegible] maſculum carnaliter cognoſcit, [illegible]ando cum fœmina rem habeat præ[illegible], l.cum vir nubit in fœmina C. ad l. [illegible]ter. vbi adnotauit Iacob.Butriga Corrad. [illegible]b.[illegible]e ſodomit.n.3. Boſſ.de ſtupro deteſtab. in [illegible]m. [illegible].Vnu.opin.726.num.25. vbi de verio[illegible]ni latè Clar.in prax.in §.ſodomia nu.2. [illegible]doque, vbi ita iudicaſſe Senatum [illegible]em & fuiſſe combuſtos nonnullos [illegible]minas, qui inſimul ſic contra natu[illegible]mmiſcuerūt, & ita etiam tempore Pau[illegible] ſeruari vidiſſe teſtatur Farinac.in tit. [illegible]rn. quæſt.348.num.35.circa fin.Menoch. [illegible]ſt.lib.2.caſ.286. num.5. & in addit.nu. [illegible]ommuni Decian conſ.83.num.1.in fi.verſ. [illegible]um lib.3.Cabal. reſol.crim.caſ.16. nu.15. [illegible]c[illegible]mmuni Peguer.deciſ.72.num.1. Qua[illegible]nima b[illegible]llar.in verbo ſodomia in addit.in 1. [illegible] bu[illegible]lam Pij V. ampliat procedere etiā [illegible] c[illegible]oſcente fœminam præpoſtera [illegible]

[illegible]is p[illegible]ena mortis habet locum [illegible]pol[illegible]a venere cognouit vxorem [illegible]niu[illegible]am, quæ irrogatur Sacramē[illegible], tum quia [illegible]ſt contra ipſius matri[illegible]ꝓbolem ſ[illegible]icet procreandi, ex qui[illegible]us grauius redditur delictum cum [illegible]m alia fœmina, ad textum in [illegible] 32.quæſt.7. Plot.de in lit.iurau.§.6. ſub [illegible] [M]enoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.286. nu. [illegible] addit. vbi comprobat pluribus rationibus Fa[illegible]d[illegible] dicta quæſt.148. num.37. Peguer.dec.crim. 72. [illegible] in fin.

[illegible]tiam ſodomia reputatur ſi fœmina agat [illegible]a[illegible]iam fœminam patientem, vt teſtatur D[illegible] 2. 2. quæſt.154. art.11. & tunc etiam in[illegible] pœna ſodomiæ, & mortis quando tamen [illegible]to aliquo medio ligneo, aut ferreo, aut [illegible]iacunque al[illegible] materia confecto agant, ſecus autem q[illegible]ando fœmina ſe corrumpit cum alia muliere ſ[illegible]la fricatione, quo caſu intrat ſolum pœna extraordinaria, Anton. Gomez in l.Tau-

ri 80. num.24. Couar.in Epit. 4. Decretal.p.2. c.8. §.5.num.7. verſ.quid ſi fœmina Clar. in §. fornicatio verſ.inter mulieres Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ. 86. num.48. & ſeq. in addit. Farinac in tit. de delict.carn. quæſt.148.num.40.iuncto n.41. qui referunt ita ſeruari vidiſſe Sanchez de matrim. lib.10. diſ.4. num.5. Ludouic.Peguer.deciſ.crim.72. num.4. & 5.vbi ita pariter apud eum ſeruatum dicit.

20 Et multo magis ordinaria ſodomiæ pœna multari debet maſculus, & etiam fœmina, qui nefandum beſtialitatis crimen committere non perhorreſcunt, vnde maſculum, vel fœminam, qui carnalem commixtionem habuerunt cum animali bruto ſuſpenſos, & inſimul cum animali combuſtos, prout apud nos quandoque ſeruatum fuiſſe teſtatur Farinac.in tit.de delict.carn. qu. 148. num.46. ad textum in cap.mulier.15. quæſt. 1. ibi mulier,quæ acceſſerit Bermon.de publ.concub.rub. de peccat.ſodomit. num.28.in fin. Cyrill.in ſum.crim. par.2. rub.de publ.iudic. §.4.num.17. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2.caſ.286 num.43. & ſeq. Clar. in pract. §. fornicatio nu.22. verſ.cum animali bruto & in §.fin.qu. 99. nu.8.verſ.quæres etiam, vbi quod ita pluries fuit ſeruatum Stephan.Quaranta in ſum.
21 bullar.in verbo ſodomia in addit.in princ. in 2. ampliatione. vbi ſubdit Bullam Pij V. multo magis habere locum in Clerico ſe turpiter cōmiſcente cum brutis.

22 Et quamuis ob huiuſmodi ſodomiæ deteſtationem, etiam flagitio non conſumato dummodo deuentum fuerit ad actum proximum, ſcilicet ad oſcula, & amplexus, & tactus membrorum inhoneſtorum ſecundum aliquos DD. videatur imponendam eſſe ordinariam ſodomiæ pœnam, verius tamen eſt, quod effectu non ſecuto, & crimine non completo, non pœna mortis, ſed alia mitior, & extraordinaria imponenda ſit, prò vt apud Doctores omnes receptum eſt, quod quando quis emittit ſemen extra anum non pœna ordinaria, ſed mitiori extra ordinem puniendus veniat, probat textus in l.1.§. fin.ff.de extraordin. crim. ibi perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in inſulam deportatur, & eſt canonizatus iſte textus in cap.ſollicitatores §. qui puero 33.quæſt.1. Clar. in §. ſodomia num.8. verſ.quæro non quid Menoch. de arbitr.quæſt lib.2.caſ.286. num.7.& nu.18.et ibidem in addit.n.37. vbi reprobat,& Gram.contrarium tenentē Anton.Gomez in l.Tauri 80.num.34. Ceual. in commun.opin. quæſt.140. num.17. quidquid ſecus voluiſſe videtur num.3.Farinac dicta quæſt.148.nu.61.
23 & 64. Petrus Cabal. reſol crim. caſ. 16. vbi ad triremes condemnatum fuiſſe quendam medicum, qui pluries ſe corrupit cum puero, ſed extra vas turpes alios actus exercendo Ludouic.Peguer dec.
24 crim.72.vbi num.5. refert fuiſſe fuſtigatum quendam N. qui pluries actus venereos ſicut ſupradictus Medicus cum multis pueris commiſerat, & deciſ.75.refert ad triremes condemnatum fuiſſe Alexandrum N. qui non in ano, ſed extra vas, & per crura ſe polluit.

25 Limitatur tamen, & temperatur rigor pœnæ contra ſodomitas impoſitæ in minoribus propter ætatem, ex cuius immaturitate, & non perfecti indicii ratione, facile ab huiuſmodi venereos actus peragendos trahuntur, & ſic in Ciuitate Aueniouę fuiſſe ſeruatum teſtatur Adden. ad

Angel.de maleſ. in §. item lex Iulia lit. A. inſtit. de pub. iudic. Baiard. ad Clar in §. ſodomia num. 13. Menoch.de arbitrar. quæſt, caſ.286 num.19.in addit.
26 *num.39. Farinac. dicta quæſt. 148. num. 76. & 77.* vbi quod ex *Conſtitutione Marchiæ* pro hoc crimine imponatur pœna mortis ſi reus fuerit maior decem, & octo annorum, vt diſponit in *cap 66. lib.4.* & in Vrbe ſeruari vidiſſe.

27 Limitatur 2. in eo, qui per vim ſodomiam paſſus eſt, nam & is nulla pœna punitur, tum de iure ciuili per textum apertum in *l.fœdiſſimam vbi glo.& communiter DD. omnes C ad l. Iul.de adulter. & per alium in l.1. §. remouet, verſ. ſi quis tamen vi ff de poſtulando, & ibi glo.in verbo notari.* Tum de iure Canonico in *cap. infames 3. quæſt. 7. Petrus Gregor. in ſintag.iur.lib 36. cap.10. rub. de præpoſt. libid.num.1. Bermon. de publ concub. rubric. de peccat. ſodomitic. num.:5. Farinac. dicta quæſt.148. num.79.& ſeq. latè Borgnin.deciſ.13. n.10.p.5.*

Diſceptatur etiam inter DD. an Clericus huius nefarij criminis reus ſit ipſo facto ſuſpenſus, adeò vt diuina miniſtrando efficiatur irregularis, & pro affirmatiua reſpondet *Speculat. Io: Andr. Aretin.Conar. Lopez ad Diaz.* pro negatiua inſurgunt *Nauar. Lambert. Sayr. Suar. Roder.* quos refert *Bellet. diſquiſit. clerical. par.2. tit. de pœn. clericor. §. 11. num.12.* vbi quod prima ſententia procedat ſi crimen ſit publicum ſecunda ſi ſit occultum.

SODOMIÆ CRIMEN QVOMODO PROBETVR.

ARGVMENTVM.

Sodomia inter occulta crimina connumeratur, probatur indicijs, & coniecturis, ſecus ſi concurrat poſterioris partis fractura, nam tunc per peritorum inſpectionem eſt recognoſcendum.

SVMMARIVM.

1 Sodomiæ crimen probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt plura imperfecta coniungantur, & n. 17.
2 In hoc crimine corpus delicti probatur coniecturis.
3 Declara procedere ſi fuerit commiſſum ſine fractura, ſecus ſi cum fractura ani.
4 Nam tunc probatur per peritos, & obſtetrices.
5 Et eorum relatio debet eſſe iuramento firmata.
6 Sodomiæ crimen non probatur per nudam confeſſionem, & quæ ſequuntur.
7 Corpus delicti non probatur per rei confeſſionem.
8 Nec eius vigore deueniri poteſt ad condemnandum.
9 In delictis, in quibus non remanent veſtigia ad condemnandum ſufficit confeſſio aliquibus indicijs veſtita.
10 Et in crimine ſodumiæ loco querelæ ſufficit aliqua alia informatio.
11 Sodomia probatur per teſtes ſingulares.
12 Et in hoc delicto ſocius criminis etiam probat.
13 Præcipuè ſi puer ſollicitatus aſſentire noluerit.
14 Qui probat ſine tortura.
15 Sodomitici dictum facit indicium ad torturam, dummodo eorum dictum tortura confirmauerint, n.16.
18 Sodomiæ probatio, ſeù coniectura deſumitur ex teſtibus deponentibus audiuiſſe ·ergiuerſationes.
19 Si puer vim paſſus auditus fuerit clamans.
20 Pro vt etiam ex oſculo, & amplexu pueri maioris decem annorum.
21 Et ex dormitatione viri cum puero.
22 Si eius camiſia reperta fuerit ſanguinolenta.
23 Fama etiam hoc crimen coadiuuat.
24 Sodomiæ crimen eſt mixti fori.
25 In crimine ſodomiæ procedi poteſt per inquiſitionem.
26 Iudex regulariter in delictis non poteſt procedere ex officio.
27 Limita in atrociſſimis.
28 Limita 2. quod hodie de conſuetudine procedatur.
29 Limita 3. de iure Canonico cuius vigore indiſtinctè procedi poteſt in omnibus delictis per inquiſitionem.
30 Contrarium, quod tam de iure ciuili, quam diuino, & Canonico nemo ſine accuſatore damnari poteſt.

DECISIO LXVII.

1 IN crimine ſodomiæ, in quo cum inter occulta crimina connumeretur, ne dum præſumptiones, & coniecturæ habentur pro concludenti probatione, *Clar.in pract.§.fin quæſt. 20. verſ. ſcimus tamen prope fin. Farinac.in tit.de delict.carn.qu.148. num.66.* Verum etiam plura imperfecta coniunguntur ad inducendam plenam probationem, *Butr.in cap.venieas il primo col.fin.extra de teſtibus Grat. conſ.104. num.13. & ſeq.lib.1 Gabr.in tit.de probat.concl.1 num.34. cum alijs allegatis per Farinac.conſ.crim.25.n.56.tom.1.*

2 Adeo vt in hoc crimine ad probandum illius delicti corpus, licet ſufficiant coniecturæ. *Plot. conſ.crim. diuerſ. 132. num.22. vol.1.cum alijs per Farinac.conſ.crim. 25. num.08. ante fin. vol.1.* hoc
3 tamen procedit ſi non ſit commiſſum cum fractura, quo caſu faciendum eſt, vt vulgo dicitur viſum, & repertum, ſcilicet qualitas fracturæ inſpicienda eſt per Chirurgos, & peritos, à quibus ſi aſſeratur nullam adeſſe fracturam, tũc præſumitur, quod ſicut puer falſum dixerit in hac qualitate, ita etiam dixerit in facto principali præcipuè ſi appareat inculpatum habere paruum membrum, ita vt non ſit veriſimile quod podicem fregerit *Tho.Triuiſ.dec.crim.13. num.4.et ſeq. vſque ad num. 26.Scaccia de Iudic.cauſ.ciuil.et crim. cap 8 .num.3. verſ.item ſi in ano cum alijs per Farinac.in tit.de inquiſit.q.2.n.24.verſ.& ad id.*

4 Quando tamen concurrit ani fractura ſodomiæ corpus probatur per peritos, & obſtetrices, & ſic per viſionem peritorum deponentium de fractura ani ſecuta propter emiſſionem membri, & ſeminis *Foller. in pract.in verbo capiat informat. num. 0.Clar.in §.fin. quæſt.4. verſ. quando verò in fin. Maſcard. de probat.lib.3. concl.1313. nu.3. Farinac in tit de inquiſit. quæſt. 2.num.24. & in tit.de delict.carn. quæſt.148. num.74. & conſ.crimin.156.*
5 *ſub num. 30. lib 2.* vbi ſubdit relationem Chirurgorum, & peritorum eſſe debere iuramento firmatam, alias attendendam non eſſe *Borgnin. Canalcan. deciſ.13 num.7 par. 5.*

6 Non tamen probatur ſodomia per ſolam confeſſionem, niſi conſtet delictum commiſſum per euidentiam facti, vel per teſtes, vel coniecturas, & indicia partis etiam præuia præcedente querela, nam licet verſemur in delictis, cuius non ſolent remanere veſtigia, tamen cum non ſolo animo committatur, ſicut hæreſis, factum exigit, & ideò nuda confeſſio non ſufficit ad condemnandum, vt *Bart.Caſtren.Gandin Bal.ſequitur Boſſ. in tit de delict.num.15.& ſeq.verſ.& hoc per rei inſpectionem Farinac.conſ.crimin.25 num.22.in fin.lib. 1.& in prax.crim. in tit.de inquiſit. q.2.n.24.*

7 Generalis enim regula eſt, quod corpus delicti non probatur, nec ſuppletur per confeſſionẽ rei, cui propterea nullum affert nocumentum, nec

eius

8 eius vigore aliter non conſtito de corpore deli-
cti, poteſt reus damnari, cum ipſa confeſſio, &
condemnatio inde ſecuta ſit nulla, vt tradunt cō-
muniter *DD. in l. 1. §. fin. ff. de quæſt. & in l. inde §.
ſi cum l. ſeq. ff. ad l. aquil. Bald. in l. vnica C. de con-
feſſ. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo
mortuo itaque teſtatore il primo num. 162. & ſequ. de
teſtam. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. verſ. poteſt
etiam, & verſ. quomodo autem Bertaz. conſ. 380. n. 2.
lib. 2. Boſſ. in tit. de banni nullitat. num. 7. verſ. item
quando Foller in pract. crim in 4. par. 1. par. num. 15.
& 25. Gigas de crimine læſæ Maieſt. lib. 2. tit. quomo-
do, & per quos crimen læſæ Maieſt. probet. Farinac.
conſ. crim. 86. num. 55. & dicto conſ. 23. num. 2. & rur-
ſus in tit. de inquiſit. quæſt. 2. num. 7. par. 1. tom. 1. Boer.
deciſ. 164. num. 8. Gram. deciſ. 2. num. 38.* & in deli-
9 ctis, In quibus non remanent veſtigia ad condem-
nandum ſufficere confeſſionem aliquibus indicijs
veſtitam dicit *Boſſ. in tit. de delictis num. 19.* & in
10 crimine. ſodomiæ, quod loco quærelæ ſufficiat
aliqua alia informatio *ex Clar. in §. fin. quæſt. 55.
verſ. quomodo autem tradit etiam Farinac. conſ. crim.
25. num. 68. tom. 1.*
11 Sodomia igitur, ſicut etiam fornicatio, adul-
terium, & mala vita in genere probatur per te-
ſtes ſingulares, qui coniunguntur, & faciunt plenā
probationem, latè *Hippol. Riminald. conſ. 7. lib. 1.
vbi reſpondet contrarijs, & ita iudicatum, & de com-
muni teſtatur Loffred. conſ. 8. num. 7. & 8. vbi ita iu-
dicatum Rol. conſ. 82. num. 42. & ſeq. lib. 2. Burſat.
conſ. 2. num. 16. & conſ. 88. num. 12.* Roman conſil.
*280. & ibi Mandoſ. Gabr. conſ. 71. num. 18. & alter,
Gabr. commun. concluſ. lib 1. in tit. de confeſſ. concl. 1.
num. 46. & ſeq. vbi ſubdit procedere tam de iure ci-
uili, quam canonico Afflict. deciſ. 375. num. 5. Ioſeph.
Ludou. deciſ. Peruſ. in 9. num. 4. par. 1. Borgnin. de-
ciſ. 13. num. 1. par. 5.*
12 Immò in hoc delicto ſocius criminis etiā pro-
bat, cum huiuſmodi delictum non ſoleat perpe-
trari, niſi cum perſonis inhabilibus; & minori-
bus, vt experientia docet, & ideò admitti de-
bent in teſtes, *Plot. in l. ſi quando num. 143. C. vnde
vi Natta conſ. 205. in fin. vol. 1. Alex. conſ. 13. n. 21.
vol. 7. Burſa. conſ. 69. num. 13. & 16. volum. 1. Alba,
13 conſ. 25. num. 1.* præcipuè ſi propriè non ſint ſo-
cij criminis, ſed ſocij in crimine, ſcilicet ſi non
participauerint de delicto, cum aſſentire nolue-
14 rint, adeò vt cum non fuerint effecti infames
probant etiam ſine tortura adnotata *in cap. 1. de
teſtibus, & ibi glo. Bald. conſ. 429. lib. 3. Boſſ. in tit. de
indic. num. 154. Franciſc. Marcb. dec. 468. n. 8. & ſeq.
par. 1. Borgnin. dec. 13. n. 9. p. 5.*
15 Ac proindè ſodomitici dictum facere indiciū
ad torturam contra ſodomitātem, tenet *Boſſ. in
prax. in tit. de indit. & conſiderat. ante tortur. nu. 60.
ſed Farinac. in tit. de indic. & tortur. quæſt. 43. num. 89
16 et ſeq. & nu. 101.* contrarium docet, ſcilicet quod
ſodomitici dictum nunquam faciat indicium ad
torturam, niſi ſuum dictum etiam in tortura cō-
firmauerit, vndè pueri, & mulieres de hoc de-
ponentes, torqueri debent ad validandam eorum
depoſitionem, *Belleth. diſquiſit. clerical. par. 2. tit.
de pœn. cleric. §. 11. ſub num. 15. verſ. an vero dictum
ſodomitici.*
17 Et quia vt diximus ſodomiæ crimen probatur
præſumptionibus, & coniecturis *Calcan. conſ. 100.
Monticell. reg. crim. 11. num. 16. Maſcard. de probat.
lib. 3. concl. 1313. num. 3. Decian conſ. 83. num. 3. lib. 3
vbi num. 11. & per tot.* diſcurrit ſuper aliquibus
indicijs coniecturis ſodomiæ:
18 Deſumitur propterea coniectura, & ſodomiæ
probatio ex depoſitionibus teſtium, qui dicunt
ſe audiuiſſe tergiuerſationes, & quaſſationes, ex
allegatis per *Calcan. in conſ. 110. in diſcurſu Farin.
in tit. de delictis carnis quæſt. 148. num. 67. & nu. 68.*
19 vbi quod etiam non modica oriatur præſump-
tio. ex eo quod per vim paſſus auditus fuerit cla-
mans, & vociferans ex allegatis in pract. *Monte-
leon. par. 4. fol. 204. num. 512.*
20 Reſultat pariter indicium ex oſculo, & am-
plexu pueri maioris decem annorum, ſecus au-
tem ſi ſit minor decem annorum, quia tunc non
præſumitur quis illum deoſculari ex cauſa libi-
dinis, ſed ex licito amore, & beneuolentia *Fa-
rinac. dicto quæſt. 148. num. 71.* Prout etiam ex dor-
21 mitione viri cum puero, quando nulla redditur
veriſimilis cauſa huius dormitionis, & ſaltem
ex hoc oritur validum iudicium ad torturam *Fa-
rinac. loco citato num. 69. & ex allegatis per eundem in
quæſt. 136 num. 170 & ſeq.*
22 Inſuper non modicum infertur indicium, quod
puer fuerit ſtupratus, ſi eius camiſia reperiatur
ſanguinolenta, *Monteleon. in pract. p. 4 fol. 204 nu.
513. Farinac. dicta q. 148. n. 70.*
23 Fama etiam in propoſito valdè coadiuuat in
probatione huius criminis, vt ſubdit idem *Fa-
rinac. loco citato num. 73. ex allegatis per Calcan. in
conſil. 10. in diſcurſu Decian. conſ. 83. n. 4. & 29. lib. 3
vbi declarat.*
24 Sodomiæ vitium eſt mixti fori *cap. clerici vbi
Abb. num. 2. de exceſ. Prælat. idem Abbas in cap. quod
ſuper num. 14. de vot. vbi etiam Imol. Felin in c. cum
ſit num. 18. verſ. alius caſus in crimine ſodomiæ de
for. competen. Clar. in §. fin. quæſt. 37. verſ item
quæro vbi de communi Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ.
586. num. 24. Calder. conſ. 3. de foro competen. Lopez
ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 89 verſ. laicus vero
Bellet. diſquiſit. cleric. par. 1 tit. de fauor Cleric. reul.
§. 5. num. 128. Franc. Marc. dec. 587.*
25 Vt tam deteſtabile crimen impunitum non re-
maneat, & facilius delinquentium notitia habe-
ri poſſit, datur iudicibus alias de iure compete-
tibus facultas procedendi non ſolum per accuſa-
tionem, & inquiſitionem, verum etiam ad ſim-
plicem, & ſecretam denunciationem, tam ratione
delicti, quam perſonarum excitata Conſtitutio-
ne Pij V. *in §. vt præmiſſum* & inhærendo dictæ
conſtitutioni animaduertit. *Bellet. diſquiſit. cleric.
par. 2. tit. de pœnis Cleric. §. 11. n. 15.*
26 Nam licet regulariter Iudex ex officio in deli-
ctis procedere non poſſit, quia inquiſitio non
eſt remedium ordinarium, ſed extraordinarium,
*l. reſcripto §. ſi quis accuſationem vbi glo. ff. de mu-
ner. & honor. l. fin. & ibi Alber. ff. de in ius vocan.
Clar. in §. fin. quæſt. 3. num 3. verſ. debes autem ſcire. et
quæſt. 5. verſ. quæro in quibus cum alijs congeſtis per
Farinac. in tit. de inquiſit. q. 1. n. 7.*
27 Limitatur tamen, vt non procedat in delictis
exceptis, & atrociſſimis, in quibus etiam ex of-
ficio, & per inquiſitionem procedi poteſt, ſicut
in alijs caſibus enumeratis per *gloſ. & Bart. in l. 2.
§. ſi publica ff. de adult.* & tradūt alij *DD. cōgeſt. per
Farin. d. q. 1. n. 9.*

28 Limitatur 2. vt quid quid ſit de iure, hodie ex generali conſuetudine in omnibus delictis ſiue publicis, ſiue priuatis procedi poteſt ex officio, & per inquiſitionem, vti remedium ordinarium. *Anton. Gomez. var. reſol. tom. 3. tit. de delict. cap. 1. nu. 49. in fin. & num. 10. Corrad. in pract. in tit. de inquiſit. num. 2. Clar. in pract. quaeſt. 3. verſ ſed certè Boſſ. in tit. de inquiſit. num. 8. cum alijs per Farinac. dicta quaeſt. 1. num. 10.*

29 Quinimo de iure canonico ſuper omnibus delictis indiſtinctè procedi poteſt per inquiſitionem, tamquam per remedium ordinarium *Bald. in cap. 1. de offic. ordinarij Barb. conſ. 43. col. 4. vol. 1. Marant. in ſpecul. in 6. par. tit de inquiſit. ſub num. 9. Fachin. controu. iur. lib. 1. cap. 34. et tradunt alij adnct. per Farinac. dicta quaeſt. 1. num. 8. vbi in verſ. ſed vide Clar.* allegat contrarium tenentes tam de
30 iure Cæſareo, quam Diuino, & Pontificio neminem ſine accuſatore damnari poſſe.

CLERICI, ET LAICI PRÆBENTES POCVLVM ABORTIONIS, ET STERILITATIS QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Præbens poculum abortionis ſi nullus ſit conceptus fœtus, vel non formatus, vel animatus non tenetur pœna mortis, ſecus autem fœtu formato, & animato, aut recipientis morte ſecuta, præbens verò poculum ſterilitatis, ſi eum ſortilegijs ſit confectum tamquam homicida punitur; Clerici quomodo pro huiuſmodi delicto puniantur, traditur.

SVMMARIVM.

1 Præbens poculum ſterilitatis, & abortionis æquè homicida reputatus.
2 Declara quod præbens, aut ſumens poculum abortionis non punitur pœna mortis fœtu non formato, nec animato, ſecus autem formato, & animato. Contrarium n. 4. Declara vt num. 5. & 6.
3 Mulier accipiens medelas ad euitandam prægnantiam non punitur pœna ordinaria homicidij, ſed mitiori.
7 Abortum procurantes ex Conſtitutione Sixti V. puniuntur pœna mortis etiam in procurante abortus fœtus inanimati, ſed fuit redacta ad terminos iuris communis per Gregorium XIV.
8 Vnde mitiori pœna, & non mortis multandus eſt in abortu fœtus inanimati.
9 Anima tanquam forma conſtituat fœtum in eſſe hominis.
10 Præbens poculum abortionis ſi ſequatur mors recipientis punitur pœna mortis morte vero non ſecuta quomodo puniatur, & num. 11.
Licet ad alium finem poculum traditum fuerit, num. 12.
11 Pœna metalli, & relegationis cum non ſit in vſu, eius loco ſucceſſit pœna triremium, vel exilij.
13 In dubio fœtus non præſumitur animatus. Et contrarium tenentes loquuntur quoad incurſum irregularitatis, n. 16
14 In dubio ſemper eſt facienda interpretatio pro delicti excluſione.
15 Et in dubio eſt capienda præſumptio minoris delicti ad fauorem rei, quam grauioris ad fauorem Fiſci.
17 Fœtus ſi maſculus ſit animatur poſt 40. dies, & fœmina poſt 80.
18 Non animatur niſi ſit formatus.
19 Formatio fœtus quibus diebus abſoluatur.
20 Præbens poculum ſterilitatis tam præbens, quam recipiens tamquam homicida tenetur.
21 Ampl. procedere ſi ex quacumque cauſa poculum ſterilitatis præbeatur.
22 Limit. vt procedat ſi poculum fuiſſet confectum cum alio ſortilegio, ſecus ſi ſine.
23 Præbens poculum ſterilitatis, & abortus de iure canonico excommunicatur.
24 Et reputatur homicida tàm quoad pœnam legalem, quam quoad pœnam ſpiritualem.
25 Clericus præbens poculum ſterilitatis, & abortus excommunicatur.
26 Eius tamen abſolutio non eſt amplius reſeruata.
27 Et etiam beneficijs priuatur, ſi præbeat poculum amatoriũ.
28 Clericus præbens poculum abortus fœtus animati deponitur, & in Monaſterium detruditur, & vigore Bullæ Sixti V. Curiæ ſæculari traditur.
29 Sed quia dicta Bulla à Gregorio XIV. fuit reuocata videtur ad triremes tranſmitti poſſe.
30 Sed ſi fœtus non erat viuificatus, vel animatus Sacerdos non priuatur adminiſtratione Sacramentorum.
31 Conſtitutio Sixti V. contra procurantes abortum fuit à Gregorio XIV. redacta ad terminos iuris communis, quoad fœtum inanimatũ, ſed quo ad abortum fœtus animati nihil fuit diſpoſitum. Declara vt num. 32.

DECISIO LXVIII.

1 HOmicida æquè reputatur nedum qui præbet, ſeu aſſumit poculum ſterilitatis, ſed etiam qui præbet poculum abortionis, ad effectum ſcilicet, vt vir non poſſit generare, & mulier non poſſit concipere, vel ne conceptus fœtus naſcatur, vnde in hoc vtrumque poculum æquiparatur, ſecundum diſpoſitionem *Concilij Guarmacien. relat. in cap. ſi aliquis de homicid. volunt. vel caſual.* cuius verba ſunt hæc, *ſi aliquis cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, aut concipere, vel naſci ſoboles, vt homicida teneatur*, vt ibidem adnotant *Io. And in v. concipere Hoſtien. num 3. in fin. Ant. de Butr. num. 2. in 1. notab. Abb. num. 1. ad textum in l. necare ff. de liber. agnoſcen. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 18. nu. 7. & 17. Farinac. in tit. de pœna abortum facien. qu. 122. num. 91. & num. 131. Ghirland de ſortileg. quaeſt. 13. num. 9. verſ. imò hæc pœna Pedemon. deciſ. 60. num. 1. in fin. & num. 2.*

2 Veritas tamen eſt, attento caſu traditionis poculi abortionis, quod quando nullus eſt conceptus fœtus, vel ſi conceptus ſit, non tamen formatus, & animatus poculum abortionis præbens, vel ſumens non reputatur verus homicida; ſed improprius, & interpretatiuus, ac proinde non tenetur pœna mortis, ſeù pœna homicidij, ordinaria, ſed ſolum ſi fœtus fuerit animatus, & formatus capitali ſupplicio plectendus eſt, morte enim alicuius non ſecuta, non intrat pœna ordinaria mortis, ſic in ſpecie declarant *gloſſ. in cap. ſi aliquis de homicid. in verb. homicida, & in eodem verbo Io. Andr. nu. 1. in fin. & num. 2. Hoſtien. num. 4. & 5. Ghirlan. de ſortileg. quaeſt. 12. num. 21. & quaeſt. 1`. n. 9. ad med. Petrus à Plaz in Epit. delictor. lib. 1. cap. 26. num. 8. verſ. nec oberit, & verſ. qui vero abortioni, & verſ qui verò fœtus fol. 445. Baiard. ad Clar. qu. 68. num. 7.* vbi propterea quod mulier accipiens me-
3 delas ne efficiatur prægnans non punitur pœna ordinaria homicidij, ſed mitiori, *Farinac. in tit. de pœna poculum dant quaeſt. 122. numer. 13. iuncto num. 98. & 137. Theſaur. deciſ. Pedemont. 12. num. 1. verſ & cum generalis, & etiam num. 5. in fin. & deciſ. 60. poſt num. 2 verſ. & hanc opinionem Clar. in §. fin. quaeſt. 68. verſ. abortum procurans Bonifac. de Vitalin. in rub. de homicid. num. 4. verſ. item & ille, qui*

mu-

mulierem, & verſ.ſeq. Iodoc. in pract. crim. cap.74. rub.de homicid.per venen. nu.9.& 12. Bellet.diſquiſit.clerical.par.2.tit.de pœn.cleric.§.20. num.12. vbi allegat text.in l.ff ad l. Cornel. de parricid. l.1. ff. ad l.Cornel.de ſicar.l.penult.C.eod.

4 Non deſunt tamen DD. qui contrarium docent, quod ſcilicet nec pœna mortis naturalis infligi poſſit etiam ſecuto abortu fœtus animati, & formati, vtpotè quia fœtus licet ſit animatus, eſt tamen in ſpe, & minus eſt eſſe in ſpe, quam in eſſe productus, tum quia partus, dum non eſt in lucem editus redditur ignotus, & naturaliter poteſt in lucem edi, & non edi, vnde fœtus in ventre matris permanet in ſtatu incertæ vitæ, quæ conferunt ad minuendam, & pœnam ordinariam temperandam, cum ante natiuitatem homo non ſit, vt verè homicidium perpatratum cenſeatur, ac proindè excluditur pœna homicidij comprobat *Fulgoſ. in l. ſi mulierem num.1.ff.ad l.Cornel.de ſicar. per textum in l. inter veteres Cod.de fideicomm. per quem textum docent etiam Bald.& Alex.in l.quod dicitur num.3. ff.de liber.& poſthum.Dec.conſil.535.nu.2.* vbi quod contraria prima opinio non videatur de iure probari, *Boſſ.in tit.de homicid.num.5. Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.357.num. 2.iuncto num.7. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet *Baiard.ad Clar.quæſt 68. num.1.Andr. Fachin.controuerſ.iur. lib.1. cap.100.* vbi hanc opinionem admittit de iure ciuili, ſecus de iure canonico, *Farinac.in tit.de pœna abortum facien. quæſt.122. num.135. planè Theſaur.dec ſ.Pedemont.12. à num.4. & plurib.ſeqq.* vbi hanc ſententiam veriorem, & humaniorem dicit, contrariamque quamuis communem duram, rigoroſam, & in iudicando minimè ſequendam, cum nulla lege canonica, aut ciuili caueatur, quod occidens fœtum non ſic formatum, licet animatum puniatur pœna mortis, ſed *num. 9.* ſolum inſinuat, quod hoc caſu grauior pœna irroganda veniat.

5 Declaratur tamen hæc contraria opinio ab eodem *Theſauro dicta deciſ.12. num.5.ante fin. & num.7.in prin.* vt non procedat quando quis procurauit abortum puerperij poſt octauum menſem, nam tunc pœna mortis multari debet, qui abortum procurauit, quia tunc fœtus non ſolum erat animatus, ſed etiam formatus, & maturus & propè in lucem editurus, ſecus ſi in ipſo octauo menſe, vel antea, vel in Occidente fœtum ſimpliciter animatum, ex quibus conſtituit differentiam inter fœtum formatum, & animatum, ex ſententia Hyppocratis, quem allegat.

6 Quibus aduerſantur *Ghirland.de ſortileg. qu.13. poſt num.2.& Vin. deciſ.82. num.6. & 7.* docentes animam non intrare in fœtu, niſi poſtquam eſt formatus, cum nequeat animare, niſi corpuſculum ſit organizatum, & ex imbrione ſit ad ſuam perfectionem redactum, vndè ſubuertitur *Theſauri* diſtinctio.

7 Et licet ex Conſtitutione *Sixti V. ex ordine 13. Bullar.par.2.* contra abortum procurantes imponatur pœna mortis, etiam in procurante abortu fœtus inanimati, fuit tamen eadem Bulla redacta ad terminos iuris à *Gregor.XIV.ſub prid.Kal.*
8 *Iul.1591.* vndè ſi fœtus non erat animatus, aut formatus, ſed inanimatus tempore commiſſi abortus, non eſt irroganda pœna mortis, ſed alia mitior *per textum in cap. aliquando §. de his in fin. 34.quæſt.2.* vbi ex verbis *Diui Auguſtini* habetur *non eſt homicida qui abortum procurat ante quam animam corpori ſit infuſa*, cum anima tamquam
9 forma conſtituat fœtum in eſſe hominis, vt docent Philoſophi, & ita tenere omnes ſcribentes teſtantur *Decian.in tract.crim. lib.9.cap.8.num.13.* & hoc idem plenè probatur *in cap. quod vero, & in cap.Moyſes 32.quæſt.2. Iodoc.in pract.crim. c.74. rub.de homicid.per venen. num.10.& 13. Gomez de delict.cap.3.rub.de homicid.ſub num.32. vbi de communi Clar.in pract.§.fin.quæſt.68. verſ.abortum procurans, vbi de communi Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2.caſ.356.num.48.* Petrus *à Plaz. in Epit. delictor.cap.9.num.6.& cap.20. num 5. verſ.at ſi abortus ſit infantis, & ibidem verſ.quo in loco fol. 318. Ghirland.in tract.de ſortileg. quæſt.13.nu.1. verſ.ſecundo vero caſu, & num.6.in fin.verſ.ſi vero Mulier cum alijs per Farinac. in tit.de pœna abortum facien. quæſt.122.num.137. Pedemont.deciſ.60.nu.2. verſ.ſi autem erat informis.*

10 Pœna tamen mortis huiuſmodi poculum præbenti imponi poteſt, quando mors illud recipientis ſecuta fuerit, morte verò non ſecuta, ſi perſona ſit humilioris conditionis de iure communi in metallum damnatur, & honeſtioris ſtatus in Inſulam relegatur in perpetuum, eiuſque bona pro medietate confiſcantur, iuxta textum ad literam *in l.ſi quis aliquid, §.qui abortionis, & ibi gloſſ.ff.de pœn.Ghirland.de ſortileg. quæſt. 12.numer.18.verſ.poſtrimo,& quæſt.13.num.7. verſ.quandoque vero Corrad.in pract.rub.de veneno num.6.Boniſac.de Vitalin.in tit.de homicid.nu.4.poſt med.verſ. item & qui dat bibere Boſſ.in tit. de homicid.ſub n.5. & 6.Carrer.in pract. in titul. de homicid. & aſſaſſin. §.ſexto quæro nu.37. Farinac.qui alios allegat in tit. de pœna poculum dantis quæſt.122.num.94.Pedemon. deciſ.60. nu.1. verſ.quinimmò dicit Paulus Theſaur. deciſ.Pedemont.12.num.3.in ſecundo caſu*, vbi ani-
11 maduertit, quod cum hodie pœna metalli, & relegationis ab vſu receſſerit, propterea humiliores ad perpetuas triremes, honeſtiores in perpetuum exilium mittendi ſunt, fœminæ vero poſt fuſtigationem in perpetuum ſeruitium alicuius hoſpitalis damnandæ veniant, quibus concordant *Bandimenta ſtatus Eccleſiaſtici edita de anno 1645. num. 52. ſedente Innocentio X.* licet ad
12 alium finem huiuſmodi pocula propinata, ſeu tradita fuerint, cum ſemper præbens conſtituatur in dolo, & ſic de iure punibilis.

13 In dubio autem fœtus non præſumitur animatus ſecundum *Antonium Gomez de delict.cap.3.rub. de homicid. num.32.in fin. verſ.quod primo extende*,
14 & ratio eſt, quia in dubio ſemper eſt facienda interpretatio ad excluſionem delicti, & ſi aliud
15 non conſtat, eſt ſemper capienda præſumptio minoris delicti, & cauſæ ad fauorem rei, quam grauioris ad fauorem Fiſci, *Bald.in l.fin. col. fin. num.17.verſ.ſed in nihil apparet C. de edil.act.Gabr. lib.7.in tit.de criminal.concl. 2.num.5.& 6.Alciat de præſumpt.reg.1.præſumpt.6.nu.1.& ſeq. Roman.conſil.455.num.5.& 6.Rol.conſ.11.num.38.vol.3. Farinac.conſ.crim.37.num. 10.in fin.vol.1.*

16 Et DD. contrarium docentes, quod in dubio fœtus præſumatur animatus, loquuntur quoad

in-

inçurſum irregularitatis, non quo ad pœnam
criminalem, & ita intelligendum eſſe *Annam in
cap.ſicut de homicid. & ibidem Card. & alios ſcri-
bentes tradit Baiard.ad Clar.quaſt.68.nu.9.verſ.item
adde quod in dubio, Farinac.in tit. de pœna abortum
facien.q.122.n.138.in fin,*

17 Fœtus vero ſi maſculus ſit animari anima ra-
tionali poſt 40. dies, & fœmina poſt 80. ſecun-
dum *Ariſtotelem lib.5.animalium cap.3.& 9, & ex
Nauar,Henriq.Nald.Emanuel Sà, Quaranta Gam-
barnia, Zecchio, & alijs tradit Bonacin, oper, moral,
in tit.de reſtit.in particular.diſp.2.quaſt.vltim.ſect.1.
punct,7,num.4.tom.2.fol.mihi 552, gloſſ., in l.Diuus
ff.de extraordinar.crimin. ex Iodoc, Ghirlan. Plaza,
Decian.Anton.Gomez Vin. docet Farinac. in titul.de
pœna abortum facien.quaſt.122.nu.141. iuncta num.
ſeq.Bellet. diſquiſit.Cleric. par.2, tit. de pœn, Cleric,
§.20.num.13,*

18 Verior tamen eſt, quod fœtus non anime-
tur, niſi ſit formatus, & formatio Teſte *Hippo-*
19 *crate lib.de natura fœtus*, in maribus abſoluitur
aliquando die 30. aliquando 35. aliquando 40,
aliquando 45.formatio vero fœminæ abſoluitur
aliquando 35. aliquando 40. aliquando 45. vel
50. quoniam ex Matris caliditate, vel frigidita-
te proueniat, vt in omnibus non eodem tempore,
ſed citiùs, vel tardiùs perueniat ad ſuæ forma-
tionis perfectionem, vt ex *Azorio, Syluest.Armil,
Filliuc.* hanc ſententiam probabiliorem dicit *Bo-
naccin.in tit.de reſtitutione in particular.diſ.2, q.vlt,
ſect.1.punct.7.num.4.verſ.ſecundum alios tom.2.fol.
mihi* 552. & huic ſententiæ videntur adhærere
alij DD. relati per *Farinac.in tit.de pœna abortum
facien.q.122.num,139.& 143,*

20 Præbens vero poculum ſterilitatis ad effectum
vt vir non poſſit generare, vel mulier concipere
tàm præbens,quam recipiens tamquam homici-
da tenetur, vt ad literam ſtatuit *Concilium Guar-
macien. relatum in cap. ſi quis de homicid. voluntar.
vel caſual,ibique adnotant Io.Andr.num.1. Hoſtien,
num.1.verſ.talis enim homicida, Anton, de Butr. in
princ.& in 1.notab. Abb.num.1. & communiter ſcri-
bentes Ghirland.de ſortileg.quaſt.13.num.9, verſ.imò
hac pœna Iodoc.in pract.crim.cap.73.rub.de homicid.
per ſortileg.num.2. Boniſac.de Vitalin. in rub. de ho-
micid.num.4.poſt med.verſ.item, qui facit Farinac.in
tit.de pœna poculum dan. quaſt.122.nu,105.& 107,*
21 vbi quod hoc procedat ex quacumque cauſa
huiuſmodi poculum præbeatur, ſiue ad euitan-
dam ſobolem, ſiue ad exercendam libidinem,
ſiue ad fugiendam,aut euitandam prægnantiam,
ſiue ad ſuccedendum ob non exiſtentiam filio-
rum, & ſimilibus.

22 Limitatur tamen hæc regula, quod licet præ-
bens poculum ſterilitatis reputetur homicida,
impropriè tamen, & non verus homicida cenſe-
tur, vnde mitiori pœna, & non mortis multari
debet, ſecus autem ſi iſtud poculum fuiſſet con-
fectum cum aliquo ſortilegio, nam tunc reputa-
tur verus homicida, & homicidij pœna tenetur,
vt ex *Ioan.Andr.Hoſtien.Abb.Marian.Sacin.Iodoc.
animaduertit Farinac.dicta quaſt.122.num.109.cum
duobus ſeqq.*

23 De iure verò canonico vlterius præbentes po-
cula ſterilitatis, & abortus excommunicantur
iuxta textum *in cap ſi aliquis de homicid,* vbi dici-
24 tur hunc talem reputari homicidam tàm quo ad
pœnam legalem, quam quoad pœnam ſpiritua-
lem, nempè excommunicationis, vt declarat
Ghirland.in tract.de ſortileg. quaſt.12. num.21. vbi
25 quod hoc procedat tàm in Clerico, quam in
Laico, *quaſt.13.num.7,& num.9.verſ.aut loquitur*,
vbi quod procedat, ſiue puerperium eſſet anima-
tum, ſiue non, ita etiam diſponitur *per Conſti-
tutionem Sixti V. contra abortum procurantes editam
Bullar.23.par.2.* hujus tamen excommunicationis
abſolutio ex decreto *Gregorij XIV.* non eſt am-
26 plius reſeruata, *vt ex ſua bulla ex ordine 9.incip.
Sedes Apoſtolica*, ſed abſolui poteſt à quolibet
confeſſario, *Bonacin. in tit. de reſtitutione in particu-
lari, diſp.2.quaſt.vlt.ſect.1,punct.7. num.6. verſ.ſe-
cunda conſtitutam eſſe, tom.2. fol.mihi 552, Farinac.
in tit.de pœna abortum facien. quaſt. 122. num.163.
& 164. late Iacob de Graffis deciſ. 63. lib.4. per tot,
Bellet.diſquiſit.Clerical. par.2.de pœn. Cleric. §, 23.
num.10,verſ.Quis enim,*

27 Quinimmò Clericus præbens poculum amato-
rium de iure canonico beneficijs priuatur,ſecun-
dum *Ghirland.de ſortileg.quaſt.12. num.1. in fin. per
textum in cap.ſi quis Epiſcopus 26.quaſt.5.& ex Abb.
in cap.2.de ſortileg.* præcipuè *attenta Bulla Sixti V.
23 ex ordine Bullar. par.2.* quæ poſtea redacta fuit
ad viam iuris *à Greg.XIV.Farinac.dicta quaſt.122.
num.118.* de qua materia latè *Iacob. de Graffis de-
ciſ.63.lib.2.per tot.*

28 Vlterius Clericus præbens poculum abortio-
nis ſi animati fœtus abortus ſequatur,deponitur,
& in Monaſterium detruditur tamquam homici-
da,ſecundum *Montel.in pract.arbitrar.par.4.n.666.
in fin. fol.139.* & ſecundum *Bullam Sixti V.* ſupra
citatam Clericus pro abortu degradatur, & cu-
riæ Sæculari traditur.

29 Sed quia dicta Bulla *à Greg.XIV.* redacta fuit
ad viam iuris, propterea videtur imponi poſſe
pœnam triremium. etiam in perpetuum, pro vt
hodie Clerici pro voluntario homicidio ad trire-
mes tranſmittuntur teſte *Farinac.qu.119.num.59.*
& alibi latiùs dixi,

30 Secus autem ſi fœtus non erat viuificatus, vel
animatus, nam tunc Sacerdos, qui abortui cau-
ſam dedit, non priuatur adminiſtratione Sacra-
mentorum, iuxta textum *in cap.ſicut ex literarum
in fin.de homicid.* vbi notat *gloſſ, & communiter ca-
noniſtæ, & etiam per textum in cap. aliquando §. de
his in fin. 32, quaſt. 2.* vbi referuntur verba Diui
Auguſtini, *non eſt homicida, qui abortum procurat
antequam anima corpori ſit infuſa,*& latiùs hoc idem
probatur *in cap.quod vera, & in cap, Moyſes eadem
cauſa, & quaſt.Farinac.in tit. de pœna abortum fa-
cien.quaſt.122.num.137.poſt princip. verſ.& de iure
canonico.*

31 Verum quia Gregorius XIV. dicta ſua Bulla
reuocatoria Sixtinæ, & reductione ad terminos
Iuris communi, Sacrorum Canonum, & Con-
cilij Tridentini diſpoſitionem diſponere tantum
videatur, quoad pœnas procurantium abortum
fœtus inanimati, aut exhibentium mulieribus,
vel ſumentium venena ſterilitatis, aut quocun-
que modo auxilium, & conſilium eis dantium
nihil tamen videtur diſponere, ſed relinquere in
ſuo robore Bullam Sixti V. vbi perpatratus fuerit
abortus fœtus animati,adeo vt huius criminis rei
incur-

incurrant pœnas ab eodem Sixto impoſitas priuationis, [illegible] itatis, degradationis, & traditio[illegible] Curiæ Sæculari, ita *Bellet.diſquiſit.Clerical. par* [illegible]*t.de pœn.Cleric.§.20.ſub num.11.* vide *Quarant.in ſumma Bullar.in verbo Abortus num.2.& 3. Nald. in ſumma in verbo Abortus*, prima tamen o[illegible]io relata ſupra *in §.ſed quia Bulla*, tamquam m[illegible]ior, & benig[illegible]ior, minimè aſpernanda videtur prudentis [illegible]dicantis arbitrio animaduertendo, & cogitando.

DE E[illegible]DEM MATERIA PRÆBENTIVM, ET AS[illegible]VMENTIVM POCVLVM AMATORIVM, CONCEPTIONIS, SANITATIS, ET SOMNIFERVM &c.

ARGVMENTVM.

[illegible] ex Summarijs.

SVMMARIVM.

[illegible] quæ pecunia accepta abortum fecit ind[illegible]ctè pœ[illegible] mortis punitur [illegible] muliere minori num.2.
[illegible] quæ ſ[illegible]is viſceribus vim infert vt partum projiciat [illegible]pœna mortis, ſe[illegible] exilij multatur.
4 [illegible] iuxta diſtinctionem ſi fœtus erat animatus, vel [illegible] & num 5.
[illegible] A[illegible] ab a[illegible]io percuſſa abortum fecit, Et fœtus erat ani[illegible]itur pœna mortis, ſi inanimatus pecuniaria [illegible] num.
[illegible] quod ſi pe[illegible]cutiens habuerit animum committen[illegible] [illegible]ur pœna mortis, aliter ſecus, & quid [illegible]o, & num, 9.
[illegible] ſi percutiens ſciebat mulierem eſſe prægnantem [illegible] ignorabat.
[illegible] E[illegible]mptio ſcientiæ, & ignorantiæ mulieris prægnan[illegible] inquitur arbitrio Iudicis.
[illegible] A[illegible] ſi faciat mulier ſine dolo, puta faciendo aliquam [illegible] dome[illegible]ticis operibus non tenetur de homicidio & [illegible] contra eandem nec criminaliter procedatur, nu[illegible]
[illegible] A[illegible] cauſam dans ludendo nu[illegible]la pœna punitur.
[illegible] ve[illegible] hoc caſu incurrit irregularitatem
[illegible] ce[illegible]ens fœtum iam natum, etiam ad curandam [illegible]udinem tenetur pœna mortis, & num. 17.
[illegible] a[illegible]tuor modis, vt à num.18 vſque ad 22.
[illegible] cauſa excuſat à dolo, & ceſſante dolo pœna [illegible]nuitur.
[illegible] [illegible]um [illegible] oculum præbens ſecuta morte, mortis pœna [illegible]
[illegible] [illegible] cum ſortilegio confectum quomodo [illegible]
[illegible] [illegible]n præb[illegible] licet mors ſequatur, no[illegible] pœna [illegible] punitur
[illegible] [illegible] mulieri prægnanti in periculo [illegible] conſ[illegible]ſu medici, non eſt puniendus, [illegible]ſu. Et quid [illegible]te Bandimen[illegible]
[illegible] mulieri præbens morte ſecuta re[illegible] punitu[illegible], ſecus morte non ſecuta.
[illegible] [illegible]ctum alicui præbens quomodo punia[illegible]

DECISIO LXIX.

1 MVlier ſi imp[illegible] pr[illegible] pecuniam ab alijs [illegible] ſe dantibus [illegible], ſcilicet à ſub[illegible] [illegible], allegit partum, [illegible] ve[illegible] ijdem ſubſtituti ab hæ[illegible] [illegible] excuſſi, hoc enim caſu nulla ad[illegible] [illegible]on an fœtus fuerit animatus, nec [illegible], pœna mortis puniri debet, a[illegible] tam in[illegible] dante pecuniam, quam in [illegible] [illegible]uatur

crimen aſſaſſinij, ſecundum *Iodoch.in pract. crim. cap.83.rub.de aſſaſſin.num.10.per textum in l. Cicero ff.de pœn.Ghirland.de ſortileg quæſt.13 poſt num.2. & 6 verſ.ſi veri poculum prædictum Boſſ. in tit.de homicid.num.6.in fin.Decian.tract.crim.lib.9. cap.8 ſub num.13.Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.357. num.5.& num.13.& 14.Gomes de delict.cap.3.numer.10.verſ.quartus caſus Baiard,ad Clar.quæſt.68. num.4 vbi de communi Farinac.in tit.de pœna abortum facien.quæſt.122.num.154.Theſaur. deciſ. Pede-*
2 *mont.12.num.13.in fin.verſ.non obſtat prædictis, vbi in fin.* ſubdit quod ſi mulier ſit minor mitiori pœna digna ſit,

3 Quod ſi mulier non acceptis medelis, ſed ſuis viſceribus vim facit, vt partum proijciat, etiam ſi dolo, & data opera ſibi vim inferat, non tamen mortis pœnam ſed exilij irrogare poſſe colligitur ex *texta in l. mulierem ff.ad l.Cornel.de ſicar* ibi *ſi mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe quo abijceret. conſtiterit, eam in exilium Præſes Prouinciæ exiget, & ibi gloſ.in figuratione caſus, & in verbo conſtiterit, & habetur in l. Cicero in fin.ff.de pœn.* ibi *ſed & ſi qua viſceribus ſuis poſt diuortium, quia prægnans fuiſſet vim intulerit, ne iam inimico marito filium procrearet, vt temporali exilio coerceatur ab optimis Imperatoribus noſtris ſcriptum eſt,* facit quoque textus in *l.diuus ff.de extraord. crimin. Boſs. in tit.de homicid.num.5.Dec.conſ.535. num.1. verſ. & in hoc iura Pet.à Plaz.in epit.delictor. lib.1. cap.19. num.3.verſ.quod ſi odio Pedem.deciſ.60. num.5. Decian.tract.crim.lib.9.cap.8.num.13. Theſaur. deciſ. Pedemon.12.num.6.in princ. & in verſ.ideoque, & non ſemper, & num.13.Farinac.in tit.de pœna abortum facientis quæſt.122.num. 144. & pluribus ſeqq.*
4 vbi quod hoc caſu facienda ſit diſtinctio ſi fœtus erat inanimis, vel animatus, nam tunc mulier tenetur, & punienda eſſet de parricidio, iuxta tradita in præcedenti deciſione, & voluit *gloſ.in l.Diuus in verbo exilium ff. de extraordinar. crim.Ghirland.in tract.de ſortileg.quæſt.13.num.2.& 6.in princ.Decian.tract.crim.lib.9.cap.8.num.14.&*
5 15.contrarium tamen docet *Theſaur.dicta dec.12 num.13.*

6 Sed ſi mulier ab alio percuſſa, & ex eius percuſſionious fuerit ſecutus abortus, tunc iuxta communem diſtinctionem ſi fœtus erat animatus pœna mortis multatur, & ſi non erat animatus pœna pecuniaria plectitur, *eſt textus in cap. Moyſes 32.quæſt.2 deſumptum ex Diuo Auguſtino in lib. quæſt.veter. & noui teſtam. cap. 33.* vbi habetur *ſi quis percuſſerint mulierem in vtero habeatem, & abortiuerit, ſi formatum fuerit det animam pro anima, ſi autem informatum multetur pecunia gloſ. in cap. ſicut ex literarum in verbo viuificatus extra de homicid. & ibi Hoſtien. num.1. in fin. Io: Andr. num. 6. Carrer.in pract. in 3.tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſexto quæro num 42.in fin.Clar.§.fin.quæſt. 63. verſ. abortum procurans num. 2.vbi de comment Montel.in ſua pract.par.4.num. 657.Farinac.in tit.de pœna abortum facien.quæſt.122.num.149* contrarium tamen
7 defendere conatur *Theſaur. deciſ.12.num.2. verſ. ideoque* ſed quod loquatur contra communem dicit *Farinac.loco citato num.150.*

8 Magiſtralis tamen eſt in hoc caſu diſtinctio, quod aut quis percuſſerit mulierem animo committendi abortum, & tunc intrat pœna mortis,

aut

aut percuſſit ex alia cauſa , & non animo com-
mittendi abortum , & tunc ceſſat pœna mortis ,
aut verſamur in dubio, & hoc caſu recurrendum
eſt ad coniecturas nempè ad qualitatem facti ,
percuſſionis, cauſæ, perſonarum , & aliarum ad
delicti deluciaationem concurrentium , ita *Al-*
9 *bert.in 3.par.ſtatut.quæſt.58.num.6. & num.1. & 2.*
loquitur de percuſſione facta cum, pede in quà
non videtur animus occidendi fœtum , *Petrus à.*
Plaz.in epit. delictor. lib.1.cap.26.num.8 verſ. quod
verò adnotauimus fol.444. Carrer.in pract.c·im.in 3.
tract.de homicid.& aſſaſſin.§.ſexto quæro numer. 42.
in fin.Farinac. in tit.de pœna abortum facien. quæſt.
122.num.151. facit Theſaur.deciſ. 12. num 2. verſ
hinc infertur, & cum eodem Menoch.de arbitrar. qu.
caſ.358.ante num.1.in addit.
10 Declaratur ſecundo, quod aut percutiens ſcie-
bat mulierem eſſe prægnantem , & tunc pœna
mortis plectendus eſt , aut ignorabat , & tunc
cum non ſit in dolo , mitiori pœna puniendus
eſt, præcipuè ſi ex aſpectu mulier non apparebat
grauida, nec habebat corpus tumidum , *Salyc. in*
l ſi quis necandi num.3.in princ.C. de ſicar. Anan. in
cap. ſi aliquis num. 2 verſ.item iſtum excuſat iuſta
ignorantia , & num. 6. verſ. tertio caſu Baiard. ad
Clar.in § fin.quæſt.68.num.2.Alter.in tract. de homi-
cid.ad l.vt vim ff de iuſt.& iur par.2. rub. de homi-
cid.voluntar.num.37. & ſeq.Farinac.in tit. de pœn.
abortum facien quæſt.122.num.153.Menoch. de arbi-
trar.quæſt.lib.2 caſ.357. num.16. vbi etiam quod
11 an quis præſumatur ſciens , vel ignorans præ-
gnantiæ mulieris iudicis arbitrio remittatur,
præcipuè quia corporis tumeſcentia aliquando
ex aliqua alia cauſa, quam prægnantiæ proueni-
re poteſt.
12 Vlterius ſi mulier faciendo aliquam vim pro
domeſticis ſeruitijs ſuam ſcilicet operam con-
ferendo, vel in texendo, vel in aliquo pondere
geſtando, & ſimilibus ſine eius dolo abortum
faciat, etiam fœti animati non incurrit pœnam
homicidij doloſi, ſed culpoſi, ſecundum *Montel.*
13 *in pract.arbitrar.par.4.num.677 fol. 241.* contra
tamen iſtas mulieres nunquam hoc caſu crimi-
minaliter procedere vidiſſe atteſtatur *Farinac. in tit.*
de pœna abortum facien. quæſt 122. num. 157 in fin.
14 *& num. 160.* examplificat etiam in eo , qui lu-
15 dendo abortui cauſam dedit, & num,162.ſubdit
Clericum hoc caſu incurrere irregularitatem iux-
ta textum in *cap.ſicut ex literarum de homicid.ibi-*
que Hoſtien.in verbo ludens, & alij ſcribentes .
16 At ſi mater infantem iam natum occidat, pœ-
na mortis tamquam parricida multatur, per *l.1.*
*ff. & C de parricid.Clar.in §.parricidium in fin.*adeo
17 vt non excuſanda ſit , quamuis dicat infantici-
dium commiſiſſe pro curanda infamia, & turpi-
tudine, & cauſa ſuum honorem tuendi , *Farinac.*
in tit.de pœna abortum facientis quæſt.122.num. 156.
Theſaur.dec.13.num.1.& per totam .
18 Quatuor autem modis ab eodem Theſauro
hæc concluſio limitatur. qui etiam a Farinacio
in eo proximè citato referuntur, primo quidem
ſi mulier peperit intra quatuor , vel ſex menſes
& infantem ad celandum pudorem , & incon-
uenientiæ notam ſuffocauit, nam tunc mitiori
pœna, quam mortis naturalis punienda venit,
& ratio eſt quia infans in illa ætate naturaliter
non erat vitalis, ita *Theſaur.deciſ.13.num.2.*
19 Limitatur 2. in muliere, quæ ventris dolori-
bus agitata ad latrinam acceſſit cauſa corporis
exonerandi, & neſciens ſe eſſe prægnantem in
eadem infantem peperiſſe aſſerat , quæ confeſſio
licet nõ videatur veriſimilis, tamen ſi torta ſub-
ſtineat, & in eadem confeſſione permaneat non
videtur pœna ordinaria homicidij multanda,
& in facti contingentia quandam mulierem fuiſ-
ſe fuſtigatam , & bannitam , & à pœna mortis
abſolutam refert, *Theſaur.dicta deciſ.13.num.3. &*
4. quia non faſſa fuit dolum, & quamuis non eſ-
ſet veriſimile eo modo peperiſſe , tamen quia eo
caſu non conſtabat partum victurum , eo quod
non erat nouem menſium , & propterea abſolu-
tam fuiſſe, *Oſach.deciſ. 60.* vide *Farinac. in tit. de*
pœn.temperan.quæſt.92.num.136.
20 Limit. 3.quando mulier eſt minor , & ſuaſio-
nibus impiæ matris abortum fecit ad ſuam tur-
pitudinem occultandam, nam matris iuſſus , &
minor ætas excuſationem præſtat ad incurren-
dum pœnam ordinariam, ſed extra ordinem pœ-
na arbitraria puniendam eſſe dicit *Menoch.de ar-*
bitrar quæſt.caſ.357.num.20.Dec.conſ.535.Ozaſ. de-
ciſ.60 in fin.Theſaur.deciſ.13.num.5.
21 Limit , 4. in muliere, quæ peperit, ſed interro-
gata dicat ſe infantem peperiſſe mortuum , vel
ſtatim poſt natiuitatem deceſſiſſe; nam licet hæc
qualificata confeſſio acceptari nequeat, neque
valeat ad ordinariam pœnam omnino euitan-
dam ,niſi aliæ concurrant coniecturę , ex quibus
confeſſio ſciendi poſſit,tamen mitius eſt punien-
da *Theſaur.deciſ.13.num 6.*vbi quod Dux Sabau-
dię hoc caſu in publicis audientijs habito voto
ſenatus, iudicauit fuſtigandam , & banniendam
eſſe .
22 Ex quibus motus *Theſaur. dicta deciſ. 13. nu-*
mer.7. verſ. monitos verò velim admonet Iudices
in huiuſmodi caſibus vt non tam facilè mulieres
vltimo damnet ſupplicio, ſi clarè, & apertè de
exceſſu vltra illarum confeſſionem non conſtet,
cum in dubio infantes potius mortuos natos eſ-
ſe præſumendum ſit, eo quia huiuſmodi mulier-
culæ nè videantur grauidæ multa in ventris præ-
iudicium agere ſolent, vt abortum faciant vnde
23 filij mortui ſæpius naſcuntur , quælibet enim
cauſa a dolo excuſat. & ceſſante dolo pœna om-
nino minuenda eſt latè *Tiraquel. in tract. de pœn.*
temperan caſ.14 num.1.Decian.tract.crim par. lib.
1.cap 4.num.9.in fin.cum alijs per Farinac.in tit.de
pœn temperan. quæſt.77.num.1.& 2.
24 Præbens poculum amatorium non animo il-
lam necandi , ſed ad illius amorem alliciendi
quamuis dolo non faciat, tamen quia mali exem-
pli res eſt,humilior in metallum,honeſtior in in-
ſulam amiſſa parte bonorum relegantur , quod
ſi ex eo mulier aut homo perierint, ſummo ſup-
plicio afficitur,vt ſunt verba in *text.l.ſi quis aliquid*
§.qui abortionis ff.de pœn. ex quo textu apertè de-
prehenditur poculum amatorium pari paſſu am-
bulare cum poculo abortionis , & ſic quod iſte
ſit vnus caſus,in quo homicidium punitur pœna
mortis etiam dolo non interueniente, inquit *Fa-*
rinac.in tit. de pœna abortum facien. quæſt. 122. nu-
mer.112.& 114 in fin.& facium tradita per eundem
in tit de pœn temperan.quæſt.87.num.48.Boſſ. in tit.
de

de homicid. num. 5. 6. & 7. Anton Gomez. de delict. cap. 3. rub. de homicid. num. 33. Clar. in pract. in §. homicidium num. 10. ſub verſ. pluribus autem modis Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 23. num. 2. & 8. Baiard. ad Clar. in §. homicidium quæſt. 68. num. 9. verſ. item Theſaur. deciſ. 12. num. 10. Corrad. rub. de malefic. num. 6. Ghirland. de ſortileg. quæſt. 12. per totam, qui licet defendere conetur, quod etiam morte ſecuta non interet pœna mortis tamen *ſub num. 9. & ſeq.* reſidet in hac ſententia, licet contrarium teneant, *Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 358. Fabr. Montel. in ſua pract. arbitrar par. 4. num. 712. fol. 247. Petrus à Plaz. in epit. delictor. lib. 1. cap. 20. num. 6.*

25 Sed ſi in poculi amatorij confectione interuenerit ſortilegium ad hoc vt condigna pœna puniri valeat inſpecienda eſt ſpecies ſacrilegij, *Farinac. in tit. de pœna abortum facien. quæſt. 122. num. 115. iuxta tradita per eundem in tit. de delict. & pœn. quæſt. 20. num. 73. & ſeq.* ſed *Ghirland. de ſortileg. quæſt. 12 num. 13. vſque ad num. 18.* diſcuſſa materia, concludit quod ſiuè ſequatur mors ſumentis poculum amatorium, ſiue non, ſemper illud præbens punitur pœna mortis, quando eſt confectum cum ſortilegio, & cum arte malefica per textum in *leg. eorum, in prin. in leg. nemo, & in l. multi C. de malef. & math.* quæ intelligenda ſunt iuxta tradita per *Farinac. in tit. de hæreſi quæſt. 181. §. 3. à n. 81. vſque ad fin.*

26 Sanitatis autem poculum, ſeu venenum ſanitatis præparatum, correptum, ſeu accomodatum cum alijs medelis præbens infirmo ad recuperandam ſanitatem, & ad bonum finem, licet malus exitus ſequatur, & recipientis obitus, ceſſante culpa, & dolo, non pæna vltimi ſupplicij, ſed miniori plectendus eſt, aut etiam nulla pæna, ſecundum *Ghrinald. de Sortileg. quæſt. 12. num. 7. & 11. in fin. Montel. in pract. par. 4. num. 713. fol. 247. Farinac. in tit. de pæna abortum facien. quæſt. 122. à num. 121. vſque ad 128. Theſaur. deciſ. Pedemont. 22. num. 11.*

27 vbi loquitur de præbente poculo alicui mulieri prægnanti, quæ in periculo vitæ ob fœtum in vtero exiſtentem poſita reperiebatur, quod impunè dari poſſit, dum tamen hac in re Medicorum conſenſus accedat, cum hac in re tum mulieris, tum infantis periculum expectabatur, ac proinde de duobus malis minus eligendum, quod ſi abſq; Medicorum conſilio id actum fuerit abſque dolo miſerationis cauſa non pæna capitis neque ordinaria legis corneliæ, ſed alia mitiori puta exilij ad tempus, & alijs iudicis arbitrio puniendum

8 ... concludit, ſed in Vrbe vigore generalium ... inuentorum pæna mortis multatur, qui poculum aliquod alteri abſque Medici licentia dederit, ſi inde mors fuerit ſecuta etiam ſi ad ... finem datum fuerit.

29 Conceptionis verò poculum mulieri præbens ſi inde mors ſecuta fuerit pæna relegationis puniatur etiam ſi animo occidendi illud non præbuerit, morte verò non ſecuta nulla pæna punitur, quia res non eſt omnino illicita, ſicuti eſt poculum abortionis *Ghirlan. in tract. de ſortileg. quæſt. 12. per totam Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 23. num. 2. Baiard. ad Clar. quæſt. 68. num. 9. cum alijs congeſtis per Farinac. dicta quæſt. 122. à num. 101. vſque ad 104.*

30 Prout etiam præbens poculum ſomniferum nulla pæna multari debet, ſecundum *Menoch. de arbitr. caſ. 358. num. 6.* dummodo bono animo, & ſine dolo, puta pro ſanitate, ſecus autem ad malum finem, nam tunc morte recipientis ſecuta eadem pæna puniri debere inſinuat *Farinac. dicta quæſt. 122. à num. 129. & ſeq.*

MALE PROMOTVS, ET EXERCENS ORDINES QVOS NON HABET QVA POENA PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Qui abſque canonica diſpenſatione, aut legitima licentia, ſiue extra tempora, ſiue ante legimam ætatem vel abſque literis dimiſſorijs promoueatur ad ordines ſacros remanet ſuſpenſus, & exercendo incurrit irregularitatem; Exercens verò ordines, quos non habet, quas pænas incurrat, & Ordinatus per vim an teneatur ad continentiam, & ad recitandum officium ponuntur Doctorum ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 Ordo Sacerdotalis eminenter continet omnes alios ordines.
2 Qui abſque canonica diſpenſatione, aut legitima licentia, ſiue extra tempora, ſiue ante legitimam ætatem, vel abſque literis dimiſſorialibus ad ſacros ordines ſe promoueri fecerint ſunt ipſo iure ſuſpenſi, & in illis miniſtrantes incurrunt irregularitatem.
3 Et quomodo puniantur vigore conſtitutionis Sixti V.
4 Ordinatius conferens ordines vitio, & defectu inhabili quas pænas incurrat.
5 Sed dicta conſtitutio Sixti V. reducta fuit ad terminos Sacrorum canonum, & Pij II. conſtitutionis, & Concilij Tridentini à Clemente VIII.
6 Promotus ante legitimam ætatem de iure communi remanet ſuſpenſus vſque ad legitimam ætatem perpetuò tamen ex conſtitutione Pij II.
7 Ordinatus ſeu malè promotus an incurrat irregularitatem eo ipſo, quo ordinatur, & num. 8.
9 Irregularis non fit promotus ad Presbyterium ante ætatem ſi exerceat actus ſolum in Sacerdotio conſtitutis competentes, modo non celebret.
10 Ordines bona fide parentum ante ætatem ſuſcipiens non incurrit ſuſpenſionem.
11 Neque irregularitatem incurrit, ſi bona fide celebrauerit.
12 Recipiens ordines ante legitimam ætatem dolosè incurrit ſuſpenſionem ſecus ſi ignoranter num. 13.
14 Et concurrente ignorantia ſi peruenerit ad legitimam ætatem non indiget diſpenſatione.
15 Et ſi delictum ordinum malè ſuſceptorum ſit occultum diſpenſari poterit ab ordinario.
16 Ordinatus tantum ad ordines maiores ante ætatem incurrit ſuſpenſionem latam in Bulla Pij II. ſecus quo ad ordines minores.
17 Sed recipientes ordines ſine literis ſui ordinarij ſuſpenſionem incurrunt.
18 Ordinatus abſque dimiſſoria ſolemniter miniſtrans in ordine ſuſcepto fit irregularis, ſecus ſi non ſolemniter.
19 Miniſteria, & munia Eccleſiaſtica exerceri non poſſunt niſi per conſtitutos in ordinibus.
20 Irregularis efficitur Clericus exercendo ordines, quos non habet.
21 Solemniter actum ordinis quando quis exerceat dicatur.
22 Irregularitas incurſa ab exercente ordines, quos non habet ſolus Pontifex diſpenſat.
23 Et ſi ſit occultum ab Epiſcopo diſpenſatur.
24 Non promotus ad ordinem Presbyteratus, ſi Miſſam celebret, vel confeſſiones audiat qua pæna puniatur.
25 Nec ad hanc pænam euitandam ſuffragatur minor ætas poſt completum vigeſimum annum.

26 Ordinem vi præciſa recipiens ad nihil obligatur, & non recipit ordinem.

27 Sed recipiens ordinem per metum grauem recipit ordinem, & tenetur continentiam ſeruare, Contrarium quod non teneatur ad ſeruandam caſtitatem, neque ad recitandum officium, ſi ſpontè non ratificauerit num. 28.

29 Votum per metum extortum non obligat.

30 Ordo ſacer per metum extortum non affert impedimentum ad contrahendum matrimonium.

DECISIO LXX.

1 QVoniam ordo eſt Sacramentum, quo ſpecialis poteſtas traditur ad conficiendum corpus Chriſti, ſas eſt, vt dignè, & ritè conferatur, & recipiatur, quod ſibi locum vindicat non tam in ſuſceptione ordinis Sacerdotalis, ſed etiam aliorum ordinum inferiorum, qui eminenter in ipſo ordine Sacerdotali continentur, illique ſubſeruiunt, vt ex *Valentia, Henriq. Reginald. Fillinc. tradit. Bonaccina in tit. de Sacrament. ordinis diſ. 3. punct. 2. nu. 7. tom. 1. fol. mihi* 258.

2 Qui igitur abſque canonica diſpenſatione, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſorijs literis ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe promoueri fecerint, à ſuorum ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſunt, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint eo ipſo irregularitatem incurrunt, propter quam etiam redduntur incapaces ad obtinenda beneficia, vt ſtatuit *Pius II. ſua conſtitutione in ordine 7. Bullarij Cherubin. tom. 1. fol. 292. de qua Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de diſciplina Clerical. §. 5. nu. 63. Suar. de cenſur. tom. 5. diſ. 31. ſect. 1. à num. 33. Auila eod. tract. par. 3. diſ. 5. dub. 7. per tot. Barboſ. in Conc. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 12. num. 5. Lezana in ſumm. quæſt. Regul. cap. 14. num. 2. Rot. deciſ. 481. num. 2. 5. & 8. par. 2. in recen.*

3 Quinimo vigore conſtitutionis *Sixti V. contra Clericos male, & ſimoniace promotos ex ordine* 41. *Bullar. Cherubin. §. 3. tom. 2. fol.* 494. ordines male ſuſcipiens, ſeu Clericus male promotus ab executione miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios Superiores perpetuò ſuſpenſus remanet, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerit, efficitur irregularis, & beneficijs ipſo facto priuatur, & inhabilis, & incapax ad alia in futurum obtinenda in perpetuum remanet, & Regularis actiua, & paſſiua voce ipſo facto priuatur, & diſpoſitio beneficiorum ſic vacantium Sedi Apoſtolicæ reſeruantur.

4 Ordinarius vero conferens ordines vitio, vel defectu inhabili, vel irregulari, vel extra tempora à iure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſorijs, aut per ſaltum, vel furtiue, vel ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem legitimam, aut non ſeruatis temporum interſtitijs, ſiue id ſcienter fecerit, ſiue ignoranter, niſi debita adhibita diligentia iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtit, alijſque pœnis arbitrio Summi Pontificis Subiacet, ex eadem Sixti V. conſtitutione §. 2.

5 Huiuſmodi tamen conſtitutio Sixti V. redacta fuit ad terminos ſacrorum canonum, & conſtitutionis ſupra citatæ Pij II. & Concilij Tridentini præterquam quo ad ſimoniacè promotos à *Clemente VII. vt in ſua conſtitutione ex ordine Bull. Cherubin. 40. tom. 3. fol. 40. de qua Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 5. n. 64.*

6 Promotus enim ante legitimam ætatem licet ſuſpenſus remaneat, eius tamen ſuſpenſio de iure communi durat vſque ad legitimam ætatem, vt habetur in *conſtitutione Honorij III. relat. in cap. vel non eſt compos de tempor. ordinat.* tamen hodie vigore præfatæ *Pij II. conſtitutionis* perpetuò remanet ſuſpenſus, ſeu donec abſolutionis beneficium conſequatur, adeo vt neque poſſit niſi completa ætate diſpenſari; ita *Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 5. num. 64. in fin. & num. 65. Rebuſ. in prax. beneſic. tit. de Cleric. ad ſacros ordines male promotos gloſ. 4. n. 3. Tolet. in ſum. lib. 1. cap. 56. num. 2. Rot. deciſ. 481. num. 5. par. 2. in recen.*

7 Non tamen incurrit irregularitatem ordinatus, & male promotus concelebrando, & conſecrando cum Epiſcopo, ſed quando ipſe ſolus deinde celebret, vel Diaconus cantet Euangelium, vel Subdiaconus Epiſtolam ſolemniter, ſecundum *Lopez ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 29. Nauar. conſ. 8. de Cleric. excom. Laurent. de Franch. in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag 82. in reſponſ. 22. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de diſciplina Clerical. §. 5. num. 67. Hieron. Roder. in compend. quæſt. Regular. reſol. 106. num. 12. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 12. num. 5. in fin. & num. 7. Diana reſol. moral. par. 5. tract. 10. reſol. 37.*

8 Verum quod irregularitas contrahatur eo ipſo, quo quis Presbyter ordinatur ex *Couar. Hieron. à Sorbo Salzed.* probabiliter tradit *Bonacin. in tit. de Sacrament. ordinis diſ. 8. quæſt. vnica punct. 5. n. 13. tom. 1. fol. 265. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 12. num. 7. verſ. contra Couar.*

9 Pro vt qui bona fide ſuorum parentum Sacros ordines ante legitimam ætatem ſuſceperit non incurrit pœnam ſuſpenſionis. *Quaranta in ſumm. bullar. in verbo ordo verſ. quibus ſic ſpecialiter Bonacin. de Sacrament. ordinis diſ. 8. q. vnica, punct. 5. num. 13. verſ. verum Iacob. de Graff. in aureis deciſ. lib. 4. cap. 27. num. 22. Lauret. de Franch. in controuerſ. inter Epiſcop. & regular. pag. 82. in reſponſ. ad 23. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de diſciplina clerical. §. 5. num. 60. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 16. num. 20. & in Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 12. num. 9. vbi in fin.* ampliat, quod neque incurrit irregularitatem, qui ante legitimam ætatem ad

10 Sacros ordines promotus celebrauerit bona fide, & abſque dolo putans id ſibi licere. *Nauar. in cap. accepta oppoſit. 3. num. 35. de reſtit. ſpoliat. Sayr. Theſ. caſ. conſcien. lib. 6. cap. 12. num. 8. ante fin. Bellet. loco citato num. 69. Couar. in Clement. ſi furioſus par. 1. §. 2. num. 4.*

11 Siquidem ſuſpenſionem comminatam in *Bulla Pij II.* contra recipientes Sacros ordines ante legitimam ætatem incurri, vbi doloſè, & cum lethali culpa ad huiuſmodi receptionem deuentum fuerit, ex *Bonaccina docet Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 12. num. 8.* adeo vt

12 qui ignoranter promouetur ad tales ordines ante legitimam ætatem non incurrit dictam ſuſpenſionem, & conſequenter nec irregularem fieri tenet *Nauar. in manual. cap. 27. num. 156.*

& in

& in cap.accepta oppoſit.8.num.34. de reſtit. ſpoliat. & conſ.9.num. 3.de tempor ordinan Henriq.in ſumma lib.13.cap.38.§.in fin. Diana reſol.moral.par.5. tract. 10.reſol.32.Bellet.diſquiſit.clerical.par.1.tit. de diſciplina Clerical.§.5. num.70. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop.alleg.16.num.17.& in Concil. Trident. ſeſſ. 23.de reform.cap.12.num.8.verſ.vt ideo Sanchez, de matrim.lib.7.diſ.30. num.14. vbi ſubdit, quod ita
13 promotus poſt quam adeptus fuerit ætatem iure ad ordines præſcriptam ſi bona fide initiatus fuerit expers ab omni culpa, poſſit abſque alia diſpenſatione vti ordine vtpotè quia ceſſauit impedimentum,& ratione ignorantiæ,& bonæ fidei excuſetur è ſuſpenſione lata in *extrauagan. Pij II.* ſecus ſi ſit in culpa.

14 Vlterius ſi ita ordinatus ante legitimam ætatem temerariè, & de facto ordines exerceat, poterit nihilominus ab irregularitate incurſa ab Epiſcopo diſpenſari ſi delictum fuerit occultum, iuxta facultatem à *Sacro Concilio Tridentino Epiſcopis datam, ſeſſ.24.de reform.cap.6. Nauar. in manual.cap.29.num.241.Maiol.de irregularit.lib.1.cap. 30.num.9.relat.per Bellet.diſquiſit.clerical.par 1. tit. de diſciplina Clerical.§.5.num.71.*

15 Suſpenſionis tamen cenſuram fulminatam in conſtitutione Pij II. incurrere eos tantum, qui ante ætatem promouentur ad ordines maiores, non autem eos, qui ſunt initiati ad primam Clericalem tonſuram,& ordines minores docent *Rebuf.in prax.benef.tit de Cleric. ad Sacros ordines malè promot gloſ.3.Nauar.in manual.cap.25 num.70.verſ. dixi ordine ſacro Sayr.in Theſaur.caſ.conſcien. lib.6. cap.12.num.6.Bellet.diſquiſit.Clerical par.1.tit.de diſciplina clerical.§.5.num 72. & num.73.* vbi quod ſecus ſit in ordinatis ad minores ordines abſque
16 literis dimiſſorijs ſui ordinarij, qui ipſo iure remanent ſuſpenſi,ab executione ordinum ſic ſuſceptorum quandiu proprio ordinario videbitur expedire, iuxta decretum *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.14.de reform.cap 2.& ſeſſ.23. de reform.cap.8.*

17 Hic ſequitur quod ſi talis ita promotus exercuerit actum ordini minori ſuſcepto deputatum, proprium,& peculiarem irregularitatem incurrit quando ſolemniter exercuerit,ſecus autem ſi non ſolemniter, ſed pro vt etiam laici interdum ex conſuetudine exercere ſolent officia ordinum minorum,præcipuè vbi miniſterijs quatuor ordinum minorum exercendis clerici non reperiuntur,licet alioqui id fieri prohibeatur à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 23.de reform.cap.17. & ex Nauar.docet Bellet.diſquiſit.Clerical. par.1.tit.de diſciplina Clerical.§.5.num.74.& 75.*

18 Miniſteria autem, & munia eccleſiaſtica exerceri non poſſunt niſi per conſtitutos in ordinibus, & iuxta facultatem, quam vnicuique ordini tribuitur,vt ſtatuit *Sacrum Concil. Trident. ſeſſ.23. de reform. cap.17.* Vnde irregularis efficitur clericus exercendo ordinem, quem non habet, dummodo ſcienter,ſeriò,& ex officio miniſtret, ſecus autem ſi ordinem,quem non habet exerceret ſine
19 ſolemnitate, vel ex ignorantia etiam craſſa latè *Bonacin.in tit.de irregularitat.diſ.7. quæſt.3. punct.6. n.1.tom.1.fol.mihi 557.Sayr.de cenſur.lib.7. cap.10. num.1.Soar.tom.5.diſ.11.ſection.3.num.22.Reginald. in prax.fori pœniten.lib.30.num.191. verſ.6. Barboſ. de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.21.nu.3. et in Concil Trident.ſeſſ.23.de reform.cap.17 num.2.* quod deducitur etiam ex textu *in cap.1.& 2.de cleric. non ordinat.miniſtrante.*

20 Solemniter vero quis actum aliquem ordinis exercere cenſetur, quando actus talis eſt, vt ab alio non poſſit exercere, quam ab eo, qui talem ordinem habet, vnde clericus non dum initiatus ordine ſacro,canendo Epiſtolam cum manipulo, aut Euangelium cum ſtola,dicitur canere ſolemniter,& ex officio,dum ſibi arrogat iura ſolo ordini conuenientia, & conſequenter fit irregularis, quia exercet ordinem ex officio, quem non habet,non tamen dicitur ſolemniter exerceri, quando quis exercet non ex officio,vt ſi laicus inſeruiat miſſæ deferendo vrceolos ad Altare, aliaque porrigendo Sacerdoti non dicitur ordinem Accolytatus exercere, vtpotè quia hoc munus ex cõſuetudine poſſit non ſolum à clericis præſtari, ſed etiam à laicis ita *Vgolin.de offic.& poteſt.Epiſc. lib.1.cap.14.§.1.num.10.& de irregularitat.cap.37. num.10. Sayr.de cenſur.lib.7. cap.10. num.1. Leo in Theſaur.for Eccleſiaſt par.1.cap.6.nu.13. Marc. Antonin. lib.1.var.reſol.16. num.7. verſ. ſecundus Bonacin.in tit.de irregularitat.diſ 7.quæſt.3.punct.6.n.9. tom.1.fol mihi 557.Barboſ.in Concil.Trid.ſeſſ.23.de reform.cap.17.num.2.*

21 Ab hac irregularitate, quam quis contraxit exercendo ordines, quos non habet, à ſolo Summo Pontifice diſpenſatur, ſed ſi delictum ſit oc-
22 cultum etiam ab Epiſcopo huiuſmodi diſpenſatio obtineri poteſt, ad formam decreti *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.23. de reform. cap. 6. Bonacin. in tit.de irregularitat.diſ.7.quæſt.3.punct.6.n.10. tom.1. fol.mihi 558.*

23 Quicunque verò non promotus ad ſacrum Presbyteratus ordinem nefariè Miſſas celebrare, & Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare præſumpſerit,vt debito ſupplicio puniatur à Iudicibus Sanctæ Inquiſitionis, vel locorum ordinarijs tamquam Eccleſiæ miſericordia indignus à foro Eccleſiaſtico abijciatur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit ritè degradatus, ſtatim curiæ ſæculari tradendus eſt, per laicos Iudices debitis pœnis plectendus,vt potè quia non ſolum actus idolatriæ ſaltem extrinſecè, ſeu per externa, & viſibilia Religionis, & pietatis ſigna exercere attentauit,verum etiam,quia cauſam dedit, vt Chriſti fideles decepti idolatriæ crimen ignoranter patrauerint, dum panem, & vinum tamquam verum Chriſti Domini noſtri corpus, & ſanguinem, & audiendo confeſſiones Sacramenti Pænitentiæ dignitatem contempſit,vt habetur in *conſtitutione Gregorij XIII. Bullar. Cherubin. in ordine 21. tom.2. fol.292. et ex alijs conſtitutionibus Pij IV. et Sixti V. innouatis per Clementem VIII. ſuo conſtit.81.eodem Bullar.tom.3.fol.93.*

24 Neque ad hanc pœnam effugiendam, vel temperandam ſuffragatur minor ætas viginti quinque annorum,adeo vt ſiue Clericus ſæcularis,aut Regularis cuiuſuis ordinis, Congregationis, & Societatis, ſiue mere laicus ſi vigeſimum ſuæ ætatis annum compleuerit, tradendus eſt curiæ ſæculari debitis pœnis plectendus, dum atrociſſimo hoc ſcelere Catholicam veritatem, quæ ſolos Presbyteros dictorum Sacramentorum miniſtros eſſe docuit temerariè facto impugnare auſus fuit

vt ſtatuit *Vrbanus VIII. ſua Conſtitutione ex ordine 79.Bullar.Cherubin.tom.4.fol.9* 2.decreto irritanti, & clauſula ſublata, qua tollitur facultas aliter iudicandi munita.

25 Qui autem vi præciſa ordinem aſſumpſerit, ad eiuſdem ordinis munia, ſubeunda, & ad nil prorſus obligatur, quia cum ad validè recipiendum ſit neceſſaria voluntas, & voluntas vi præciſa coacta habeatur pro non voluntate, non valet ordo, non character recipitur, ita *Sanchez. de matrimon.lib.7.diſ.29.num.1.* vbi allegat conſtare ex *cap. maiores de baptiſmo*.

26 Sed ſi quis ad ordines promotus fuerit per metum grauem cadentem in conſtantem virum recipit ordinem cui annexa eſt caſtitas ex Eccleſiæ conſtitutione, & propterea teneri ad ſeruandam caſtitatem ſecundum Doctores relati per
27 *Sanchez.de matrim.lib.7.diſ.29. num.4.* Ex probabiliori tamen ſententia, quod non teneatur, nec ad ſeruandam caſtitatem, ne ad recitandas horas canonicas, modo ſponté non ratificauerit ordinationem verbis, aut facto ſemel, vel plurics liberé vtendo ordine ſuſcepto, eoque exercendo, aut miniſtrando, ſiquidem ordo Sacer non obligat ex natura rei ad caſtitatem, & ad recitandum diuinum officium, ſed ratione voti, & præcepti ex Eccleſiæ conſtitutione adiuncti, vt probat idem *Sanchez. de matrim. lib.7.*
28 *diſ.27.num.*10. votum autem tam expreſſum, quam tacitum per metum viri conſtantis extortum irritum remanet, ac proinde non obligat, vt habetur in *cap.perlatum, & cap cum dilectus de ijs, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt*, *Bonaccin. in tit. de impediment.matrimon.quæſt.3.punct.9.nu.12.tom.1. fol.mihi 335.& tradunt DD.latè relati per Sanchez.*
29 *de matrim.lib.7.diſ.29.n.5.iuncto num.9.tom.2.* vbi *num.5.* ſubdit, ita per metum ordinatum poſſe etiam licité matrimonium contrahere, cum ex ſupra deductis ceſſet hoc caſu obſtaculum voto continentiæ, & alios concordantes allegat.

CLERICVS NEGOCIATOR QVANDO, ET QVA POENA PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Clericis Beneficiatis, vel in Sacris Conſtitutis, & Regularibus prohibitum eſt negociare, & mercaturam facere ſub peccato mortali, ſuſpenſione, & excommunicatione, & alijs pœnis, etiam maioribus, ſi tertio moniti non deſiſtant, & ſubiciuntur ſpolio Eccleſiaſtico, an amittant forum, & teneantur ad ſolutionem gabellæ, & quæ negociationes eiſdem permittantur prolixè explanatur.

SVMMARIVM.

1 Clericis in ſacris conſtitutis, vel Beneficiatis, & Monachis prohibetur negociari, & mercaturam facere, & facientes peccant mortaliter. num.3.4.
2 Quando propriè negociari dicatur.
5 Clerici, & Monachi negociatores ſunt à diuinis ſuſpendendi, excommunicandi, & alijs maioribus pœnis plectendi ſi tertio moniti non deſiſtant, etiam ſpoliatione Eccleſiæ, & beneficij num. 6.
7 Nec non amittunt fori priuilegium.
8 Et ſi in negociatione delinquant puniri poſſunt à Iudice Laica contra eum, num.9.
10 Declara vt procedat quo ad amiſſionem priuilegij circa ſolutionem onerum, ſecus quoad priuationem fori, vt conueniri poſſit coram Iudice Sæculari.
11 Clerici tenentur ſoluere gabellam pro rebus ex negociatione quæſitis.
12 Etiam ex fructibus ex alieno agro conducto recollectis.
13 Declara vt procedat ſi fuerint ter moniti.
14 Clerici acquiſita ex tali negociatione tenentur pauperibus, vel in alios vſus erogare.
15 Sed hoc videtur potius de conſilio, quam de neceſſitate.
16 Acquiſita ex illicita negociatione hodie tamquam ſpolia pertinent ad Cameram Apoſtolicam.
17 Bona acquiſita per Monachum ex illicita negociatione non amplius acquiruntur Monaſterio, ſed Cameræ Apoſtolicæ.
18 A ſpolio eximitur qui facit compoſitionem cum Camera.
19 Spolij pœna incurrit Clericus ſi exerceat artificia inhoneſta.
20 Pœna illicitæ negociationis non intrant per vnicam mercaturam.
21 Limit. vigore Bullæ Pij IV. declara, vt n.22.
23 In dubio non præſumitur acquiſita ex illicita negociatione, & onus probandi ſpectat ad Cameram Apoſtolicam.
24 Præſumptio ſtat pro Camera quod ſpolia ad eam pertineant.
25 Clericis illicita tantum negociatio prohibetur, non tamen licita.
26 Clericus ſi ſit tam pauper vt aliter ſe ſubſtentare nequeat poteſt exercere aliquam iuſtam negociationem.
27 Clerici cultores ſuorum agrorum, & conductores aliorum Eccleſiaſticorum non dicuntur negociari.
28 Eccleſiaſtici poſſunt eorum animalia locare, & eorum bona cultiuare.
29 Clericis permiſſum eſt exercere agricultutam.
30 Sed hoc caſu amittunt fori priuilegium, Declara vt num.31.
32 Imponentes pedagia bonis Eccleſiaſticorum incidunt in excommunicationem.
33 Clericus non dicitur negociator ſi bona beneficiorum, & Patrimonialium excolere faciat.
34 Item poteſt emere animalia vt depaſcat in proprijs prædijs, & n.37.
35 Inſuper emere pullos equorum, & vendere ex ſuo artificio equos effectos.
36 Etiam retinere poteſt animalia donata, & vendere.
38 Non poteſt dare animalia ad incrementum.
39 Clerici beneficiati poſſunt centum oues, aut ſaltem 50. concedere pro certa caſei reſponſione pro eius, & familiæ vſu.
40 Etiam poteſt vendere fructus ſuorum beneficiorum abſque timore ſpolij.
41 Et ſic poteſt vendere vinum proprium etiam ad minutum.
42 Poteſt etiam vendere vinum, & alia empta pro vſu ſuæ domus ſi poſtea non indigeat.
43 Poteſt etiam emere victualia vt abundet tempore famis, & alijs vendere cauſa charitatis.
44 Clericis in ſacris, vel beneficiatis prohibetur mercatura ſecus in minoribus non beneficiatis.
45 Sed vigore Bullæ Pij IV. comprehenduntur etiam Clerici in minoribus, licet non beneficiati.

DECISIO LXXI.

ALind ſe offert diſcutiendum dubium pro complemento materię duarum præcedentium deciſionum, ſcilicet Clericus negociator, & exercens ſordidas artes, quando & qua pœna puniatur, & quo ad primam dubij partem, tra-
1 ditur generalis, & recepta concluſio, quod Clericis, lucri cauſa eſt interdictum, & prohibitum negociari, & mercaturam facere, vt expreſsè diſponitur in conſtitutione *Alexandri III. relat. in cap. ſecundum inſtituta ne Cleric. vel Monac. cap. clerici, & cap.fin.de vita, & honeſt.cleric. cap.negociatorem, & cap.fornicari* 88.*diſt.cap.clerici* 14.*quæſt.4.*

in

in quibus iuribus tradunt omnes canoniſtæ, Federic. de Senis in conſ. 207. num. 3. verſ. negociatio, Alex. de Neuo conſil. 60. num. 30. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 16. num. 1. Diaz. in pract. crim. canon. in verbo negociatores cap. 55. nu. 2. ibique Ignat. Lopez. in addition. lit. A. Montemaran. in prax. Epiſcopal. cap. 77. num. 1. Redoan. de ſpolio qu. 2. in princ. & num. 1. & 2. & latius num. 31. & 32. & num. 40. in fin. 41. 48. & num. 66. in quibus huius prohibitionis notabiles affert rationes, Farinac. in par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 147. Gratian. diſcept. forens. cap 826. nu. 6. Carol. de Graff. de effect. clericat. 6. nu. 1. Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapolit. cap. 62. num. 1.

2 Clericus enim tunc propriè negociari dicitur, quando rem emit in ſua integra forma, eamque non mutatam lucri faciendi cauſa reuenditurus, vel quando ex rebus emptis per mercenarios ſuis impenſis conductos conficiat aliquid vendendum, vt lucrum faciat, nempè ſi lanam emat, vt venales pannos efficiat, vel ſi vuas, vel muſtum emat, & vinum conficiat, vt ex eius venditione lucrum faciat, Bellet. diſquiſit. clerical. par. 2. de pæn. Clericor. §. 51. num. 1. & tradunt DD. plenè relat. per Farinac. par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 150. & ſeq. Redoan. de ſpolio qu. 2. n. 37. vſque ad 58. Ignat. Lopez. in addition. ad Diaz. in prax. crim. canon. cap. 55. lit. A. Monte Maran. in ſua prax. Epiſcopal cap. 77. n. 2 Roderic. quæſt. Regular. to. 3. quæſt. 74. art. 8. concluſ. 1. & 2. Molin. de iuſt. & iur. tom 2. tract. 2. diſ 342. num. 1. & 6. Azor. inſtit. Moral. par. 2. lib. 8. cap. 2. qu. 5. Graf decis. aur. part. 2. lib. 3. num. 9. Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapolit. cap. 77.

3 Clericus igitur in Sacris Conſtitutus, vel Beneficiatus, & Monachus, & alij Eccleſiaſtici huiuſmodi negociationem exercens vltra quod in foro poli committit peccatum mortale, cum transgreſſio præcepti diuini, naturalis, vel humani mortale peccatum ſit, Redoan. in tract. de ſpolio quæſt. 2. num. 53. & 55. 58. verſ. ſi autem, & nu. 66. & ſeq. vſque ad num. 72. Ignat. Lopez. in addition. ad Diaz. in pract crim canon. cap. 55. in verbo Negociatores lit. A. verſ. & ex pæna, Farinac. part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 158. & ex Molin. tradit etiam Bellet. diſquiſit. Clerical par. 2. tit. de pæn. clericor. § 51. num. 2. verſ. cum autem prædi-
4 cta pænę, vbi in fin. ſubdit etiam quod probabilis opinio ſit firmans Clericos beneficiatos non conſtitutos in ſacris etiam peccare mortaliter, ſi illicitam negociationem exerceant.

5 In foro contentioſo ſi Clericus ſit Beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus, vel Monachus, & Eccleſiaſticus eſt à diuinis ſuſpendendus, & excommunicandus, & ſi tertio monitus non deſiſtat, alijs pænis etiam maioribus arbitrio Ordinarij imponendis plectendus eſt, ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. §. cum igitur, vbi innouantur aliæ pænæ à Summis Pontificibus, & Sacris Concilijs ſtatutæ cap. ſed nec, cap. ſecundum, ne cleric. vel Monach. cap. ex literis de vita, & honeſt. cleric. cap. conſequens 88. diſtin. cap. penult. 91. diſt. Clement. 1. §. aduerſus de vita, & honeſt. Cleric. Abb. in dict. cap. ex literis n. 7. & 9. Alex. de Neuo conſ. 00. nu. 1. Diaz. in pract crim. canon. cap. 58. nu. 1. vbi Lopez. verſ. ex pæna ſuſpenſionis cap. 72. num. 5. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pæn. cleric §. 51. num. 2.

6 Inſuper ſi poſt dictam monitionem perſeuerauerit in illicitis mercaturis, & negociationibus eſt ſpoliandus Beneficio, & Eccleſia, quam poſſidet, vt ex Innocentio in cap. fin. de vita, & honeſtat. clericor. tradit Farinac. par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 156. & ex Redoan. quem allegat. de ſpol. q 2. n 73. verſ. & dicit Innocentius.

7 Vlterius Clericus negociator amittit fori priuilegium ſecundum Doctores relati per Farinac. in tit. de inquiſitione q. 8. num. 93. & par. 1. fragment. crim num. 152. per textum in cap. canonum 14. qu. 4. Diaz. in pract. crim. canon in verbo negociatores cap. 55. nu. 1 ex Concilio Carthaginenſe 6. cap. 17. Alex. de Neuo conſ. 22. num. 3. in fin. Redoan. in tractat. de ſpolio q 2. n. 37. in fin. & n. 48. ante fin. & n. 73. verſ. & hæc dicit Innocentius.

8 Quinimmo quod ſi Clericus in negociatione ſibi prohibita deliquerit, nempè vtendo falſis menſuris in menſurando, & vendendo puta vino, vel frumento, poſſit à Iudice ſeculari puniri, aſſeruerunt ſpeculat, Gregor. Io Gallus, Aufer. Caſſan. Rebuf in locis relatis per Ignat Lopez. in addition ad Diaz. in pract. crim. canon cap. 55. in verbo negociatores verſ. notabis etiam, Farinac. in par. 1 fragment. crim. in verbo Clericus n. 153.

9 Sed quod iſta opinio omni iure, & ratione deſtituta ſit, cũ nullibi ſanè locus aliquis ſacrorum canonum reperiatur, quo cautum ſit Clericos in hoc delinquentes priuilegium fori amittere, comprobat Ignatius Lopez loco proximè citato in verſ ſi tamen Clericus, vt reprobat Caſſaneum, &. propterea hoc caſu Clericum puniendum eſſe à Iudice Eccleſiaſtico docet Bellet. diſquiſit. Clerical par. 2. tit. de pæn. Cleric §. 51. num 7.

10 Veritas tamen eſt quod ſi Clericus ter admonitus ab Ordinario non abſtinuerit ab illicita negociatione, priuetur priuilegio Clericali, ſcilicet quo ad exemptionem ab oneribus, & tributis, prout ſoluere ſolent cæteri mercatores, & ſic quo ad bona, ſecus autem quo ad priuationem fori, & perſonam vt ſubijciantur, & conueniri poſſint coram Iudice Sæculari, ita Bellet. diſquiſit. clerical. par. 1. tit. de pænis clericor. §. 51. n. 3. & 4. & expreſsè ſanciuit Honorius III. ſua Conſtitutione relat. in cap. fin. de vita, & honeſtat. cleric.

11 Et licet Clerici teneantur ſoluere gabellam pro rebus ex negociatione quæſitis vt colligitur ex textu in cap. quamquam de cenſibus in 6. vbi Bonifatius VIII. inhęrendo Conſtitutioni Alexandr. Papæ IV. declarat Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, nec ad exibendum, vel ſoluendum talia de rebus ſuis proprijs, quas non cauſa negociandi deferunt, vel deferri faciunt, ac proindè, ſi deferantur cauſa negociationis non debent gaudere huiuſmodi immunitate, Duen reg. 100. verſ. fallit. 11. foller. ad Marant. de ordin. Iudic. par. 4. num. 86. pag. 184. Guttier de gabel. qu. 93. Girod. eod tract. par. 7. num. 8. cum alijs relatis per Barboſ. de offic. & poteſtat. Epi-
12 ſcop. alleg. 14. num. 8. & 12. vbi quod gabellam ſoluere debeant ſi fructus eorum ſemine, ac induſtria recollectos ex alieno agro conducto vendant, eo quod negociari dicantur.

13 Hoc tamen procedit vbi Clericus, vel Eccle-
ſia-

ſiaſtici fuerint ter moniti, alias non amittũt pri-
uilegium non ſoluendi gabellam, vt ex *Decian.*
Graſ. Boſ. Capyc. Redoan. Imol. & alijs, *inſinuat*
Diana reſol. moral. par. 4. tract. 5. reſol. 28.

14 Accedit etiam, quod Clericus negociator ac-
quiſita ex tali negociatione reſtituere tenetur, &
pauperibus, vel in alios pios vſus erogare ob
peccatum mortale commiſſum obligans in foro
animæ ad reſtitutionem ſecundum *Cardinalem*
Zenzer. & Imol. in Clementina 1. *de vita, & honeſt.*
clericor. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 55. in verbo
negociatores num. 2. Summ. Angelic. in verbo Cleri-
cus 7. circa fin. Farinac. par. 1. fragment. crim. n. 159.
15 *& num. 160.* vbi quod ſecundum alios DD. ibi-
dem allegatos ſubdit quod hoc ſit potius de cõ-
ſilio, quam de neceſſitate, ac proindè poſſe Cle-
ricum ſi velit acquiſita ex illicita negociatione
hæredibus relinquere, plenè *Redoan. de ſpolio*
quæſt. 2. num. 74. vſque ad num. 81.

16 Hodie verò ſubuertitur huiuſmodi difficul-
tas, quia acquiſita per Clericos, & Eccleſiaſti-
cos etiam Regulares acquiſita ex illicita nego-
ciatione, vel aliter turpiter, iniuſtè, & malè
contra Sacros Canones cuiuſcunque qualitatis,
& quantitatis exiſtentia, ac in quibuſcunque re-
bus, Regnis, & Dominijs exiſtentia tamquam
ſpolia pertinent, & ipſo facto deuoluuntur ad
Cameram Apoſtolicam, & idcirco viui ipſi pri-
uari poſſunt, & mortui ſpoliari, vt decreuit
Pius IV. ſua Conſtitutione ex ordine Bullar. Cheru-
bin. 23. tom. 2. fol. 29. & alia Pij V. lata de anno
1567. *Kalendas Septembris in ordine 34. de quibus*
Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 17. nu. 2.
verſ. poſtremo acquiſita, Barboſ. in Sum. Apoſtolic.
deciſ. collect. 159. nu. 1. Farinac. par. 1. fragment. crim.
nu. 161. Azor. inſtit moral. par. 2. lib. 8. cap. 2. in princ.
Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pæn. Cleric.
§. 51. num. 5. Redoan. de ſpolio. quæſt. 2. num. 81. vſ-
que ad 107. & num. 112. vbi quando dicantur bo-
na acquiſita contra ſacros canones, de quo etiã
Nauar. de ſpol. & Soar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2.
cap. 2. num. 22.

17 Et iuxta præfatarum Bullarum diſpoſitionem
derogatum fuit quo ad Regulares antiquo iuri
concedenti Monaſterijs acquiſita per eorum Mo-
nachos, vnde hortantur Monaſteria vt ſe cum
Camera componant ad effugiendum ſpolium ab
Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 17. nu. 2.
verſ. quod, Nauar. in coment. de ſpol. Cleric. §. 7. n. 5.

18 Cum à ſpolio eximatur qui facit compoſitio-
nem cum Camera Apoſtolica, *Bonacc. de contra-*
ctibus in tit. de ſpolio diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 5. n. 5.
verſ. quod dictum eſt tom. 2. fol. 831.

19 Spolij enim pæna ſemper intrat ſi Clericus
exercet artificia inhoneſta, nempè lanionis, vel
artificis officium, & ſic non poteſt eſſe publicus
faber. pelles aptare, & huiuſmodi vilia, immun-
da, ſordidaque exercere, latè *Vgolin. de offic. &*
poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 18. cum pluribus ſequen. vbi
de materia *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol.*
cap. 62. num. 2. circa med. Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt.
qu. 2. num. 42.

20 Limit. 1. ſupradictas concluſiones quod non
intrat ſpolium, nec Clericus dicitur Mercator,
aut negociator, nec pœnas prædictas incurrit ex
vnica tantum mercatura, ſeù negociatione, cum
ad hunc effectum plures actus requirantur, vpo-
tè quia verbum exercere actuum pluralitatem
exigat, ad textum in *l. 1. §. licet, & ibi gloſ. in ver-*
bo omne ff. de tribut. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. 6.
n. 19. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap 62.
num. 8. Redoan. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 2. num. 66. Ignat.
Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. in ver-
bo negociatores, cap. 55. lit. A. verſ. & huius capitis
Montemaran. in pract. Epiſcopal. cap. 77. num. 8. Fa-
rinac. in part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus
num. 173. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13.
§. 17. num. 1, verſ. hac autem regula, Barboſ. eod.
tract. alleg. 13. num. 11. verſ. nec etiam qui ſemel.

21 Sublim. vt quidquid ſit attento iure ciuili, &
canonico vigore *Conſtitutionis Pij IV.* ſupra alle-
gatæ veniunt etiam acquiſita ex vnica negocia-
tione, & mercatura in Clerico illicita, & prohi-
bita, cum generaliter loquatur de illicitè acqui-
ſitis, *Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt. 2. num. 66. ad*
fin. quem allegat. Farinac. dicta par. 1. fragment. crim.
22 *in verbo Clericus num. 174. ad fin.* & licet deberet
dicta conſtitutio recipere paſſiuam interpreta-
tionem à iure communi, praxis tamen ita ob-
ſeruat, mitius tamen in hac facti contingentia
per Theſaurarium proceditur, & me ſcribente
præuia compoſitione ſcutorum quinque fuit ab
eodem Theſaurario abſolutus quidam Presby-
ter Abbadiæ Sublacenſis ab illicita negociatio-
ne, de qua moleſtabatur.

23 Limit. 2. quod in dubio non præſumuntur ac-
quiſita ex illicita negociatione, cum dolus non
præſumatur, niſi probetur, *l. merito ff. pro ſocio*,
ac proindè prætextu negociationis illicitæ non
debet Fiſcus Eccleſiaſticus, ſeù Apoſtolicus ſibi
adiudicare ea, quæ puta à beneficiato, ſeù alijs
Eccleſiaſticis acquiſita, vel relicta fuerunt, niſi
doceatur de huiuſmodi negociatione, & ſic ad
Cameram Apoſtolicam probare pertinet eſſe ac-
quiſita ex illicita negociatione, *Vgolin. de offic.*
& poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 17. num. 5. & ex Roderic.
Azor. Sopran. tradit. Bonacin. de contractibus in tit. de
ſpol. Eccleſiaſt. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 4. num. 5.
verſ. quarto Fiſcum tom. 2.

24 Semper tamen præſumptio ſtat pro Camera
quod ſpolia ad eam pertineant, quoties bona re-
licta fuerunt ab eo, quem conſtat fuiſſe in ſtatu
ſubiecto ſpolijs, adeout onus probandi exem-
ptionis ſpolium excludentis incumbit hæredi-
bus Clerici defuncti tamquam quid facti, quod
non præſumitur, niſi probetur, iuxta textum
in l. ſciendum ff. de verbor. oblig. & tradunt Docto-
res congeſti *per Bonacin. de contract. tit. de ſpolio*
diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 4. num. 4. & 5. per tot.
tom. 2.

25 Lim. 3. quod Clericis tantum iniuſta, & illi-
cita negociatio prohibetur, non tamen iuſta, &
licita propter diuerſas neceſſitates, & commo-
dam ſubſtentationem, nam hac de cauſa etiam
Apoſtolos negociatos fuiſſe legitur, vt compro-
bat *Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt. 2. num. 17.*
Bellet. diſquiſit. clerical. part. 2. tit. de pæn. cleric.
§. 51. num. 6. in prin.

26 Lim. 4. illatiuè ex præcedenti limitatione, vt
ſi Clericus ſit tam pauper, vt aliter commodè ſe
ſubſtineri non poſſit, quam conducendo alienum
agrum, non vt lucri faciat, ſed vt de fructibus

rerum

rerum conductarum viuat, ſuamque familiam alat, & de neceſſarijs prouideat, ſiquidem huiuſmodi conductio non computatur inter negociationes Eccleſiaſticas illicitas, cum ex inopiæ circumſtantia, & quod aliter nequeat ſubſtineri, ita qualificatur, vt pro iuſta, pia, & licita negociatione reputetur, vt habetur in Concilio Maguntino relat. in cap. 1. ne Cleric. vel Monac. ibi. Nec tamen iuſtum negocium eſt contradicendum propter neceſſitates diuerſas, quia legimus Sanctos Apoſtolos negociatos fuiſſe. Gennen. in Prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 77. & adnot. ibidem, verſ. item Clericus, Montemaran. in ſua prax. Archiepiſcopal. cap. 77. num. 12 Redoan. de ſpolio Eccleſiaſt. quaſt. 2. num. 9. & ſeq. & num. 41. 44. & 65. Graff. deciſ. aur. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 25. & ſeq. Farinac. part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 162. & num. 169. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de pan. Cleric. §. 51. num. 6.

27 Limit. 5. in Clericis cultoribus ſuorum agrorum, ſeù conductoribus agrorum Eccleſiaſticorum, præcipuè cum ſuis animalibus, & ita firmaſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum refert Diana in ſuis reſol. moral. poſt part. 5. tit. declarat. Sac. Congreg. num. 44. Redoan. in tract. de ſpolio Eccleſiaſt. quaſt. 2. num. 14. & 42. verſ. veruntamen, & num. 45. & 58. verſ. nec Prælatus vſque ad 59. Ignat. Lopez ad Diaz in pract. crim. canon. in addit. in verbo negociatores lit. A. verſ. ex quibus Montemaran. in prax. Epiſcopal. cap. 77. num. 2. in fin. & nu. 7. & 13. Farinac. part. 1. fragment. crim. n. 172. vbi ex Hoſtien. & Abb. ſubdit. poſſe Clericos, &
28 Monachos locare animalia, oues, & boues, quos habent ex decimis, vel ex ſucceſſione, vel aliter ſibi datos, prout pariter eiſdem non prohiberi proprias vineas putare, fodere, aut domus ſuas reficere, & ſic etiam oleum, vinum, granum, & alia recollecta in ſuis fundis vendere.

29 Clericis enim permiſſum eſt exercere agriculturam Cæſar de Graff. de effectu cleric. 6. num. 29. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 13. num. 11. circa med. & colligitur ex Concilio 4. Cartaginenſe relat. in cap. Clericus 91. diſtinct. ibi. Clericus victum, & veſtitum ſibi artificio, vel agricultura abſque officij ſui dumtaxat detrimento paret, ibique gloſſ. in ſignatione caſus.

30 Sed quod hoc caſu Clerici de iure amittant fori priuilegium in ijs, quæ dictam artem concernunt, ac proindè quod conueniri poſſunt coram conſulibus illius artis ad inſtar laicorum mercatorum, voluit Strac. de mercatur. part. 3. num. 8. & 9. & in tit. quemad. in caus. Mercat. in 2. partic. vlt. part. nu. 17. Bertarchin. in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 1. num. 26. & ſeq. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 17. num. 2. verſ. quinto conueniri
31 poſſunt. Vero quia huiuſmodi negociatio de iure canonico Clericis permittitur, non videtur qua ratione hoc caſu fori priuilegium amittere debeant, vndè præfatorum DD. opinio forſan ſibi locum vindicare poterit in illicita negociatione, poſt tertiam monitionem iuxta ſuperius
32 tradita, ſiquidem in Clement. præſenti de cenſib. & exact. excommunicationis, & interdicti ſententia mulctantur imponentes, vel exigentes pedagia, vel guidagia ab Eccleſiaſticis pro eorum rebus proprijs, quas non negociandi cauſa deferunt, aut deferri faciunt.

33 Hinc eſt, quod Clericus moleſtari nequeat prætextu illicitæ negociationis ſi bona beneficiorum, aut patrimonialia excoli faciant, animaliaque ad hunc effectum neceſſaria emant, & retineant, & vendant, Sacra Congregat. Epiſcop. & Regular. in vna Buren. 15. Nouembris 1616. relat. per Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect. 159. num 11. & ex Hoſtien. & Abb. tradit Farinac. par. 1. fragment. crim. num. 172. verſ. item quod habentes paſcua multa.

34 Poteſt inſuper Clericus emere animalia, vt illa paſcat in proprijs prædijs, & cum pinguia facta fuerint, vel cum partus ederint, illa, & eorum fœtus vendere abſque nota illegitimæ negociationis, Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 342. num. 14. Carol. de Graff. de effect. cleric. 6. num. 18. Gennen. in prax. Archiepiſcop Neapol. cap. 62. nu. 13. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 13. num. 11. Bellet. diſquiſit. clerical. tit. de exempt. cleric. & eorum bona à muner. pub. §. 4. num. 6. verſ. item abſque nota,

35 Limit. 6. quod poſſit etiam Clericus emere pullos equorum, & ſimilium, & poſtea equos ſuo labore, & induſtria factos vendere etiam carius, quia in emptione rei melioratæ vendendæ non cadit negociatio, ſed artificium Redoan. de ſpolio Eccleſiaſt. quaſt. 2. num. 15. Gennen. in prax. Archiepiſcopal. cap. 62. num. 5. & ſub nu. 17. Bellet. loco proximè citato ſub num. 6. verſ. item mulam, vbi in fin. ſubdit, quod non poſſit emere iumenta ſolum cauſa locandi, cum ſit genus negociationis clericis interdictæ.

36 Limit. 7. quod Clericus retinere poteſt animalia donata, eaque, & eorum fœtus vendere, nec huiuſmodi de cauſa vexari poteſt de illicita negociatione, prout ita cenſuiſſe Sacram Congreg. Epiſcop. ſub die 5. Septembris 1631. refert Bellet. diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de exempt. Cler. & eorum bona à muner. pub. §. 4. num. 6. in fin.

37 Quinimò ſi Clericus habeat paſcua multa emere poteſt animalia ad illa depaſcenda, ad effectum erogandi pro ſuorum, & pauperum ſub-
38 ſtentatione, ſecus autem ſi præfata animalia ad incrementum traderet, vel aliud ageret in fraudem negociationis, Gennen. in prax. Epiſcopal. Neapol. cap. 62. num. 13. & 14. Redoan. de ſpol. Ecclecleſiaſt. quaſt. 11. num. 14.

39 Vltra quod etiam Clerici beneficiati poſſunt oues numero centum, vel ſaltem quinquaginta concedere cum reſponſione certæ caſei quantitatis, pro eius eiuſque familiæ vſu, ſecus ſi tradantur, aut emantur ad alium effectum, & ad lucrum, & non ad comparanda neceſſaria ad victum, & ita declaraſſe Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. refert Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect. 159. num. 7.

40 Limit. 7. quod Clericus poteſt vendere fructus ſuorum beneficiorum, cum non dicatur hac de cauſa negociari, vndè non intrat ſpolium Ioſeph Ludouic. tom. 3. de commun. opin. tit. de gabell. concluſ. vnica verſ. infertur decimo Gutier. de gabel. quaſt. 93. num. 24. & ſequent. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 13. num. 10. & 11. circa med. Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 62. num. 7. vbi ſubdit poſſe clericum

reti.

41 retinere tabernam, & vendere vinum, quod colligit, vel in ſuis poſſeſſionibus patrimonialibus, vel ſui beneficij, vel Eccleſiæ etiam in domibus Eccleſiæ, & ad minutum, dummodò non vendat per ſe ipſum, ſed per alium, & ita declaraſſe *Sac. Congreg. Epiſcop. 5. Maij 1593. refert Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo Clericus in addit. n. 16.*

42 Immò quod Clericus poſſit vendere frumentum, & vinum, & ſimilia empta pro vſu ſuæ domus, ſi poſtea non indigeat, *Farinac. par. 1. frag-*
43 *ment. crim. num. 175. & num. ſeq.* ſubdit poſſe etiam emere victualia, vt abundet tempore famis, & alijs quoque vendere ex cauſa charitatis, & non lucri, & alios allegat,

44 Limit. 8. quod Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vel beneficiatis prohibeatur exercitium negotiacionis ſecus in minoribus non beneficiatis, dummodo licitam negociationem exerceant *Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 62. num. 9. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 17. num. 1. in fin. Farinac. loco citato n. 177. Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt. 2. à num. 59. vſque*
45 *ad* 100. vbi tamen quod vigore Bullæ Pij IV. ſupra allegatæ comprehendantur in ea, etiam clerici ſæculares in minoribus conſtituti, & non beneficiati, *Montemaran. in pract. Epiſcopal. cap. 77. num. 9.*

CLERICI, & LAICI VSVRARII QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Agitur de pœnis, quibus tam de iure canonico, quam ciuili vſurarij multantur.

SVMMARIVM.

1 Vſuras exercere, & exigi poſſe aſſerere hæreticum eſt.
2 Vſurarij iudicis arbitrio extra ordinem puniri poſſunt.
3 Et arbitrium etiam ad pœnas corporales extendi poteſt.
4 Quibus pœnis de iure canonico multentur refert vſque ad num. 11.
5 Et de iure ciuili quibus pœnis vſurarij plectentur referuntur vſque ad num. 26.
14 Leges ciuiles permittentes fœnus à iure canonico ſunt abrogatæ.
19 Vſurarij tenentur edere libros rationum, & cenſuris cogi poſſunt, & num. 20.
21 Teſtamentum vſurarij eſt nullum, niſi vſuræ fuerint reſtitutæ, vel cautum de reſtituendo, vt nec inter liberos valeat num. 23.
Declara, vt num. 24. & 25.
26 Imperfecta delicta mitius puniuntur.
27 Vſurarius non poteſt criminaliter puniri niſi vltra ſtipulationem etiam vſuras exegerit.
28 Contrarium quod puniri debeat extra ordinem arbitrio Iudicis.
29 Pro re minima ex fœnore exacta non competit actio criminalis.
30 Pro paruo furto non competit actio criminalis, ſed ciuilis.
31 Dolus excluditur à modicitate rei.
32 Delictum vt commiſſum dicatur requiritur dolus.
33 Vſurarius ad incurrendum pœnas requiritur vſuras exegiſſe.
34 Clericus manifeſtus vſurarius ab officio, & beneficio ſuſpenditur.
35 Et efficitur infamis, etiam poſt reſtitutionem num. 36. ſecus ſi ſit occultus num. 37.
38 Sed ſi non ſit manifeſtus eſt deponendus, & num. 39. ſecus ſi monitus ſe abſtinuerit num. 40.
41 Clericus mediator vſurarum eſt deponendus, ſed quod ſit pœna arbitraria puniendus num. 43.
42 Mediator criminis dicitur ipſum crimen committere.
44 Mediator vſurarum an teneatur ad reſtitutionem.
45 Vſuræ crimen præſcriptione tollitur declara vt in n. 46.
47 An morte finiatur,
48 An ſit mixti fori.
50 Vſurarius manifeſtus quis dicatur.

DECISIO LXXII.

TVrpe, & inhoneſtum vſurarum lucrum tamquam illicitum ita ab omnibus damnatur, vt
1 hæreticum ſit pertinaciter affirmare vſuras licitè exerceri, & exigi poſſe, vt definitum fuit *à Clemente V. in Concilio Vienn. relat. in Clement. 1. §. ſi quis de vſur.* & habetur etiam *in Concilio Niceno cap. 17. Aquiſgranenſ. ſub Ludouico cap. 4 Trosleian. cap. 15. cum alijs relatis per Anton. de Auguſtin. in Epit. iur. Pontific. veter. lib. 14. tit. 6. idem decreuit Alexander III. in Concilio Turonen. & Lateranen. Innocentius II. in Synodo Romana Gregorius X. in generali Concilio Lugdunenſi, cum alijs congeſtis per Salam in lib. de vſur. cap. 3.* & ita Patres Orthodoxos vnanimes vſuras detractaſſe, latè comprobat *Leotardus de vſur. quæſt. 2. per totam.*

2 Vndè cum ius canonicum declarauerit eſſe contra ius diuinum, & naturale fœnus exercere, & leges inſtitutæ ſint vt homines cogantur benè, & honeſtè viuere, vſurarij iudicis arbitrio extra ordinem puniri poſſunt, vbi non adſit prohibitio particularis certam, & determinatam pœnam imponens, *vt ex Lup. dicit Petrus Cabal. reſol. crim. caſ. 188. num. 5. Clar. in §. vſura num. 10. verſ. ſed quæro. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 26. ſub num. 3. verſ. & licet Bald. ad fin. Peguer. deciſ. crim. 30. ſub num. 18. ad fin. verſ. ſolet etiam crimen hoc, & deciſ. 31. ſub num. 21. verſ. octauo denique Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 398. num. 41. Baiard. ad Clar. in §. vſura num. 27. Bero. conſ. 206. n. 12. lib. 3. Hieronym. de Laurent. deciſ. 48. num. 4. cum alijs relatis per Leotard. de vſur. quæſt. 100. num. 51.*

3 Quod arbitrium aduerſus vſurariæ prauitatis reos extendi poteſt etiam ad pœnas corporales, & eodem modo ad torturam pro habenda veritate deuenire licet, vbi legitima ad hunc effectum extent indicia, *Caballin. in tract. de vſur. num. 156. verſ. hic occurrit quæſtio Clar. in §. vſura num. 5. verſ. & ex hoc infertur in fin. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 26. ſub num. 3. verſ. & poterit etiam Lupus in tract. de vſur. in 4. Comentar. in cap. quamquam de vſur. in præfatione num. 20. verſ. ex quo infertur poſt prin. Peguer. deciſ. crim. cap. 30. ſub num. 18. verſ. ex ſupradictis conſtat poſt princ. & in fin. verſ. ſolet etiam, & cap. 31. ſub num. 21. poſt verſ. 8. denique Petrus Cabal. reſol. crim. caſ. 188. n. 6. Cacher. deciſ. 137. ſub num. 11. in quarto fundamento circa med. verſ. hic accedit.*

4 Et ex iure Pontificio manifeſti vſurarij non poſſunt ordinibus ſacris inſigniri, neque ad officia, & beneficia Eccleſiaſtica promoueri, vt colligitur *in cap. infames 6. quæſt. 1. Petrus Gregor. de vſur. lib. 3. cap. 1. num. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 43. num. 3. & 4. Viuian. de iurepatronat. lib. 6. cap. 5. num. 110. & de communi teſtatur Leotard. de vſur. q. 100. num. 29.*

5 Vlterius poſt canonicam monitionem ſi pare-
re

re contempſerint, & adhuc perſeuerauerint in
exercendo vſuras, excommunicari poſſunt, & à
fidelium conſortio arceri, vt cautum eſt *in cap.*
prætereà, & cap.13. de vſur. Petrus Gregor de vſur.
lib.3. cap.3. num.1. vbi quod etiam Clerici incur-
6 runt. Vndè nec ad pœnitentię Sacramentum ad-
mittuntur, *cap.vltim § vltim de vſur in 6. Petrus*
Gregor.in tract.de vſur lib.3.cap 4.num.2.& à com-
7 munione altaris, ſcilicet Sacræ Euchariſtię per-
ceptione arceutur, *vt in Concilio Lateranenſi ſan-*
citum fuit cap.25. & cap.3. de vſur. Quinimo eo-
8 rum oblationes in Eccleſia à ſacerdotibus recipi
non debent, *cap.3.de vſur. vbi notant Abb.num.5.*
9 *Bero num.2.* Etſi vſurarij manifeſti in hoc ſcelere
deceſſerint, eccleſiaſtica careant ſepultura, *cap.*
quia in omnibus, ibi, *nec Chriſtianam ſi in hoc de-*
licto deceſſerint accipiant ſepulturam, & in cap.quam-
10 *quam de vſur. in 6. & in Clement. 1. de ſepultur.*
ſecus autem ſi alienum reſtituatur, vel cautio de
reſtituendo præſtita fuerit, vt ſancitum fuit *in*
Concilio generali Lugdunenſi ſub Gregorio X. relat.in
dicto cap quamquam de vſur.in 6. quæ omnia alijs
congeſtis latè comprobantur *à Leotard. in tract.*
de vſur quæſt. 100. à num 31. vſque ad 36. vbi
11 etiam ſubdit quod officiales, qui ſtatuta vſuras
permittentia dictant,& iuxta ea iudicent excom-
municati ſunt, vt ſancitum fuit *in Concilio Vien.*
ſub Clemente V. relat. in Clement 1.de vſur.in 6.

12 Ex iure vero Cæſareo diuerſis etiam pœnis
vſurarij coercentur, & ſignanter notantur inſa-
mia ex celebri conſtitutione *Diocletiani, & Ma-*
ximini in l.20. C. ex quib.cauſ.infam. irrogat. ibi *in*
13 *probum fænus exercentes*, quæ pœna etiam iure
Pontificio recepta eſt, vt conſtat *in cap. inter di-*
lectos de exceſſibus Prælator. cap.2. in fin. 3. quæſt. 7.
& ex Innocentio II. in Synodo Romana cap. 13. &
14 quoniam leges ciuiles permittentes fœnus peni-
tus à iure canonico abrogatæ fuerunt, etiam
notantur infamia, exercentes fænus inter limites
legum ciuilium permiſſum *Lupus de vſur. in 4.*
Commentar. in præfat. num.2. iuncto num.6. Vanti
de nullitat. cap.9 num 51.Vgolin de vſur cap.26 n.1.
Petrus Gregor.eod.tract.lib.3.cap 2.in princ.Menoch.
de arbitrar quæſt. caſ.293.num 30. Clar in § vſura
nu.15.Roderic.de annuis reddit.lib.3.quæſt 4.nu 116.
cum alijs allegatis per Leotard. in tract. de vſur.
quæſt.100.num.40.& ſeq.Peguer.deciſ.crim.31.n.1.
verſ. licet dubitari.

15 Rurſus priuantur dignitatibus, & incapaces
redduntur ad illas obtinendas, *l.2.& l.6.C. de di-*
gnitat. Iaſon.in l. barbarius num.18. de offic. Præfet.
Petrus Gregor. de vſur. lib.3.cap.2. num.3. Peguer.
deciſ.crim.31.num.2.Scaccia de ſenten. & re iudicat.
cap.1.gloſ.4.quæſt.2.num.22.Vgolin.de vſur.cap.26.
16 *num.4.* Et prorſus inhabiles ſunt ad ferendum
teſtimonium,vt tradunt DD.relati *per Farinac.de*
teſtibus quæſt.56.num.352.& 353. ſed in hoc quod
aliquid daret arbitrio Iudicis ſubdit *Leotard. de*
vſur. quæſt. 100 num.42.ante fin.

17 Quinimo vſurarius repetens vſuras, quas al-
teri præſtitit, neque illi, neque hæredibus eius
repetitio conceditur,donec ipſe, vel eius hæredes
extortas reddiderint, vt cautum eſt in *cap.14.&*
17.de vſur. cum omnis æquitas ſuadeat,vt quod
18 iuris in alium ſibi conſtitui poſtulat hoc ius ſibi
in primis dicat, & ſeruet, *Petrus Gregor. de vſur,*
*lib.2 cap.12. num.4.Vgolin.eod.tract.cap.23.§.1.*pro
19 ve etiã vbi de vſuris agitur, vſurarij libros ratio-
num edere tenentur, & ſcripturas omnes ad hoc
commercium pertinentes *Alex.in l.1.num.5. Iaſ.*
num.9 Purpurat.num 19. C. de eden. Andreas Gail.
lib.1.pract.obſer.106. num.12 Vgolin.de vſur.c.23.
§.2.Petrus Gregor.cap.11. num.14. Leotard.de vſur.
20 *quæſt.100. num.43. iuncto num.44.* vbi addit vſu-
rarios manifeſtos ad huiuſmodi editionem a Iu-
dicibus Eccleſiaſticis cenſuris cogi poſſe.

21 Subicijuntur etiam vſurarij pœnę, vt eorum
teſtamenta irrita ſint ipſo iure, niſi vſuras reſti-
tuerint, vel de illis reſtituendis prò patrimonij
viribus idoneè cauerint, vt ſancitum fuit in ge-
nerali Concilio Lateranenſi ſub Gregorio X. *re-*
lat.in cap.quanquam in fin.§. teſtamenta quoque de
22 *vſur.in 6.* vbi etiam interdicitur omnibus mani-
feſtorum vſurariorum teſtamentis intereſſe,quod
etiam ad donationem cauſa mortis, & alias vl-
timas voluntates porrigendam eſſe, cum textus
non loquatur taxatiue, ſed demonſtratiuè, alias
de facili eluderetur voluit *Bald.conſ.294. lib.2.per*
tot.Clar.in §.donatio quæſt.7 Vaſquez de ſucceſſ.lib.1.
*§.1.num.179.*vbi quod nec etiam fauore piæ cau-
ſæ teſtari poſſet *Lelius Zecch.de vſur.cap.15.n.2.*
Petrus Gregor.de vſur.lib.3. cap.14 num 1. Craſſ.in
§. donatio quæſt.5. vbi de communi Marta de ſucceſſ.
legal par.3.quæſt 14 art. 6.num. 20. & 21. Gratian.
diſcept.forenſ.cap.70.num.17.Peguer.deciſ. crim.31.
num.6.Leotard. de vſur.quæſt 100 num 47.& n.48.
23 vbi quod hoc adeo verum ſit, vt Pater manife-
ſtus vſurarius nec inter liberos diſponere poſſit,
niſi præſtita cautione iuxta diſpoſitionem dicti
cap. quamquam.

24 Hoc tamen declaratur, quod ad hoc vt habeat
locum diſpoſitio dicti *cap. quamquam de vſur.in 6.*
non ſufficit, quod palam fœnori pecuniam fue-
rit data, ſed exigitur etiã quod vſura fuerit exa-
cta, vel fructus ex pignore recepti, quia ſatisfa-
ctio, vel cautio præſtanda ſupponit iniuſtam ac-
ceptationem, *Bald in l.rogaſti §.ſi tibi num.9. ff. ſi*
cert.petat.Franc.Ancharan.Geminian.in cap. quam-
quam de vſur.in 6 Baiard.ad Clar.in §.vſura nu.32.
in fin. verſ.quia tunc requiritur cum alijs allegatis,
25 *per Leotard. de vſur quæſt.100, num.50.* vbi addit
quod licet vſuræ fuerint exactæ, & fructus pi-
gnoris percepti, tamen ſi etiam ſors principa-
lis ſoluta non fuerit, non teneatur vſurarius ad
ſatisfaciendum, & cauendum, dum vſuræ exactę
computantur in ſortem,& ſic ceſſat prauitas vſu-
raria, adeo vt pœnæ non habeant locum,niſi de-
lictum cõſummatum fuerit in ſua ſpecie, vel ſal-
tem mitius fœnerator puniendus eſt, vtpotè quia
26 imperfecta delicta mitius puniuntur ad textum
in *l.in fin. ff.de extraordinar.crimin, & animaduer-*
tit Leotard. de vſur. dicta quæſt.100.num.85.in fi.
cum ſeq. ex Gomez var.reſol. lib.3.cap.3.n.30.

27 Verò qui tantum vſuras ſtipulatus eſt, non ta-
men ad earum exactionem deuenit non videtur
criminali iudicio vexari, neque extra ordinem
puniri poſſe, vndè ad hanc pœnam incurrendam
copulatiuè probandum eſt vſurarium frequenter
ſub vſuris pecuniam mutuam dediſſe, & vſuras
exegiſſe, & ita iudicatum refert *Hieronym. de*
Laurent. deciſ.48.in fin. Bero conſ.207. num. 22. &
conſ.208. num.6. lib.3. vbi quia in exactione do-

lus tantum committatur *Card. Tuſch. pract. concl. lit. V. cõcl. 354. num. 9. Cyr. contr. 169. n. 26. Lupus de vſur. in præfat. num. 28. Maſcard. lib. … concl. 1415 num. 5. Caualcan, deciſ. 13. n. 78. lib. 2.*

28 Contrarium, quod licet vſuras non exegerit,
puniri tamen debeat extra ordinem arbitrio Iu-
dicis, vt inſinuare videtur textus in *cap. quoniam
14. quæſt. 4.* ibi *omnis, qui tale aliquid donatus fuerit
ad quæſtum deijciatur à Clero*, & de veriori tradunt,
*Beiard. ad Clarum in §. vſura num. 32. Io: de Anan.
ſingul. 46. Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 360. num. 87.
Scacc. de commerc. & camb. qu. 7. amp. 20. n. 30. Gait.
de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1534. Felician. de cenſibus
lib. 1. cap. 7. num. 4. par. 2. Leotard. de vſur. q. 100. nu.
63. & tamen verius P. Duard. de camb. §. 1. quæſt. 46
num. 26. & 27. & quæſt. ſeq. num. 10. Hieron. à Lau-
rent. deciſ. 48. num. 5.*

29 Si tamen res minima ex fœnore extorta fuerit
non competit actio criminalis, ſed tantum ciui-
30 liter agendum, ſicuti pro furto minimo puta
vnius cui licet competat actio furti, hoc tamen
intelligitur ſi ciuiliter agatur, non tamen crimi-
naliter ad inſtantiam fiſci, ac proindè multo ma-
gis in vſura toleranda eſt paruitas materiæ, vt be-
nè explicat *Leotardus de vſur. quæſt. 100 num. 67.
iuncto num. ſequen. Marſil. ſing. 378. in fin Boniſac.
31 in tract. de furt. §. animo lucri faciendi num. 102.*
& ratio eſt quia modicitas rei dolum excludit *l.
32 9. in fin. de dolo*, & ad hoc vt delictum commiſ-
ſum dicatur, requiritur dolus, vt comprobat *De-
cian. tract. crim. lib. 1. cap. 4. n. 9.*

33 Obſeruandum tamen eſt, quod ad incurren-
das pœnas ſcilicet nullitatis teſtamenti, priuatio-
nis eccleſiaſticæ ſepulturæ, infamiæ, & aliarum
ob non factam vſurarum reſtitutionem, vel ob
non præſtitam cautioné de illis reſtituendis iux-
ta formã *cap. quanquam de vſur. in 6.* conſtare de-
bet vſurarius vſuras exegiſſe, vt ſupra diximus, &
explicat *Bero conſ. 207. num. 35. Leotard. de vſuris,
quæſt 100. num. 65. circa fin*

34 Clericus verò manifeſtus vſurarius ſi beneficiũ
conſecutus, ab officio, & beneficio ſuſpenditur,
vt apertè diſponit textus in *cap. præterea de vſur.
Diaz. in pract. crim. canon. cap. 91. num. 2. Cadinal. de
Lugo diſ. 25. num. 242. Leotard. de vſur. quæſt. 100.
num. 30.* qui alios allegat & fit inhabilis ad alia
beneficia obtinenda *cap. Petrus 47. diſtin. cap. ſe-
ditioſos 46. diſtin. glo. in cap. præterea de vſur. Ber-
trach. in tractat. de Epiſcop. lib. 1. par. 1. q. 33. Lam-
bertin. de iure patronat. lib. 2. par. 1. princ. artic. 21.
quæſt. 9. Conar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. nu 3. verſic.
qua ratione Farinac. par. 1. fragment. crim. in verbo
Clericus num 120. Peguer. deciſ. 31. num. 2. Bonac.
in tit. de contractibus diſ. 3. quæſt. 3. puncto vltimo,
verſ. de pœnis Clerici tom. 2. fol. 640.*

35 Cum inſuper efficiatur infamis ipſo iure *c. in-
ter dilectos, & ibi Abb in 3. notab. de exceſ. prælat,
per textum, & glo in l. improbum fœnus C. ex qui-
bus cauſ. infamia irrogat Diaz. in pract. crim. canon.
cap. 88. in verbo vſurarij ante num. 1. verſ. prima ſe
offert, ibique Lopez in addition. num 1. vbi de com-
muni Conar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. in princ. verſ cle-
ricus vſurarius Farinac. par. 1. fragment. crim. n. 119.
Peguer. deciſ crimin. 31. n. 3.*

36 Quod procedit etiam poſt reſtitutionem vſu-
rarum, & peractam pœnitentiam, ſecundum
*Bald. in l. improbum fœnus C. ex quibus cauſ. infam.
irrogatur quem ſequitur Diaz in pract. crimin. canon
cap. 88. num. 1. verſ. idem ſcripſerat. Bald.* ſed con-
trarium voluit idem *Bald. in l. Caſſius ad fin. ff. de
Senator.* qui tamen loquitur de æquitate canoni-
ca, quem ſequuntur DD. relati per *Ignat. Lopez in
addition ad Diaz. dicto cap. 88. lit. B. quos refert Fa-
rinac. in par 1. fragment. crimin. num. 121. & n. 122.*
37 declarat hoc procedere ſi Clericus ſit vſurarius
publicus, ſecus ſi ſit occultus ex *Peguer. dec. crim.
31. num. 3 verſ. ſum tamen opinionis.*

38 Sed ſi Clericus non ſit vſurarius manifeſtus, &
pluries vſuras exercere conſueuerit, vt in hoc cri-
mine incorrigibilis exiſtat eſt ſolum deponendus
vt ſtatutum fuit in *Concilio Elibertino can. 20. re-
lat. in cap ſi quis 7. diſtin & in Concilio Turonen. ſub
Alexandro III. relat. in cap. 1. de vſur. & habetur
in cap canonum cap. quoniam cap. ſi quis obligatum
14. quæſt. 4. Hoſtien. in ſum. de vſur. §. fin. verſ. alia
à Iudice Diaz in pract. crimin. canon. in verbo vſu-
rarij cap. 85. verſ. ſed vſque fin.* vbi tradit formam
39 procedendi contra Clericum vſurarium, vt pri-
mo loco ſuſpenſione mulctetur, & adhuc in per-
tinacia perſiſtente ad degradationem, ideſt ad de-
poſitionem deueniatur, vt etiam voluit *Conar.
var. reſol lib. 3. cap. 3. num. 3. verſ. immo, & Clericus
& verſ. quod ita Farinac. par. 1. fragment. crimin.
num. 117. Leotard. de vſur quæſt. 100 nu. 30. verſ.
tertia pœna eſt.*

40 Si tamen Clericus ſemel tantum vſuras exer-
cuerit, vel monitus ſe abſtinuerit non eſt depo-
nendus, ſed tantum ſuſpendendus ab officio, &
beneficio arbitrio Iudicis, iuxta textum in *cap.
præterea de vſur. Hoſtien. ſumm. de vſur. § fin. verſic.
alia à Iudice Conar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 3.
verſ. quibus obicitur Foller. in pract. crim. canon. c. 33.
num. 29. verſ. quæ omnia.*

41 At ſi Clericus fuerit tantum mediator, ſeù pro-
xeneta illicitorum, ſeù vſurariorum contractuũ
42 eſt à proprio gradu deponendus, vtpotè, quia
mediator criminis dicitur ipſum delictum com-
mittere, vt ſtatuta pœna etiam ad mediatorem
extendatur ſecundum *Roman. ſingular. 730. vbi al-
legat textum in cap. ſi quis Epiſcopus in fin. 1. quæſt. 9.
cum alijs relatis per Ignat. Lopez in addit. ad Diaz.
in prax. crim. canon. cap. 56. rub. proxeneta illicito-
rum contractuum.*

43 Sed quod non ſit deponendus proxeneta, ſed
arbitraria pœna puniendus habita ratione ad
prauitatem initi contractus lucri participationé,
& ſcandalum ſecutum, vt docet *Diaz citato c. 56.
num. 1.* vbi reſpondet textum in *cap. ſi quis Epi-
ſcopum* loqui de mediatore, & proxeneta Simo-
niæ, non autem fœneratitij contractus, ita etiam
*Nicolaus Pignola in addition. ad Roman. ſingul. 730.
Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 411. per totum, vbi n. 5*
44 ſubdit mediatorem etiam teneri ad reſtitu-
tionem vſurarum quo ad illas, quæ ad illum
peruenerunt, ſed quo ad illas, quæ peruenerunt
ad principalem regulariter, quod non teneatur,
niſi in ſubſidium, & de veriori teſtatur *Farin. p. 1.
fragment. crim. num. 126.*

45 Crimen vſuræ licet præſcriptione tollatur, &
extinguatur, vti cætera delicta ſpatio viginti an-
norum, vti præſcribitur furtum, à quo hoc cri-
men dependet, *l. 3. ff. de requiren. reis l. querela C.*

ad

46 *ad l. Cornel. de falſ.* hoc tamen procedit quo ad pœnam, de qua agitur, non autem de alijs, quæ iure Pontificio conſtitutæ ſunt, quibus vſurarius ſubijcitur, donec ablata reſtituat, prò quibus quãdocunque conueniri poſſunt, ab ijs, qui iacturam & læſionem paſſi fuerunt, *Petrus Gregor. de vſur. lib. 3. cap. 12. num. 11. Guazin ad defenſam c. 2. n. 92. Leotard. de vſur. quæſt.* 100. *num.* 69. vbi quod etiam
47 hoc crimen morte finiatur, quo ad pœnam inſtante fiſco irrogãdam, ſecus autem quo ad alias pœnas, quæ etiam poſt mortem de iure canonico irrogantur, & competunt etiam contra hæredes vſurarij.

48 An verò hoc crimen vſuræ ſit mixti fori, tradidi in *deciſ. 43. adnot. 3. à num. 1. cum pluribus ſequen.* quibus addo, quod, quod dicant DD. veritas eſt, quod in dubio ad Eccleſiam pertinet de iure an, & quãdo vſura committatur, & continuus celebratus ſit vſurarius præſertim ſi vſura habeat adiunctam hæreſim, ſed ſi agatur de puniendo delicto vſuræ incontrouertibiliter cõmiſſo, vel de compellendo ad reſtitutionem vſurarum acceptæ, tunc cognitio eſt mixti fori, vt vter-
49 que Iudex procedere queat, cum vſura non ſolum ſit prohibita de iure Diuino, & Eccleſiaſtico, verum etiam naturali, & ciuili, *Card. Tuſcus lit. V. concl. 8. §. vſura concl. 357. num. 19. Clar. in §. fi. q. 37. Solon. 2. 2. quæſt. 68. art. 3. quæſt. vlt. relat. per Bonac. tom. 1. de contractibus diſ 3. quæſt. 3. punct. vlt. verſic. ſi quis ſcire cupiat tom. 2. fol. mihi* 640.

50 Vſurarius manifeſtus dicitur, qui palam tradidit vſuras ſiue in mutuo formali, ſiue virtuali etiam vnica vice, vt nulla tergiuerſatione negari poſſit, vel ſi confeſſus fuerit hoc crimen in iudicio, vel probatum fuerit per duos teſtes idoneos, vel per ſententiam Iudicis declaratum fuerit, *Bonac. loco citato num. 2. verſ. quis dicatur, latè Leotard. de vſur. quæſt.* 100. *à num. 1. cum pluribus ſequen.*

CLERICVS, ET LAICVS PRO HOMICIDIO, QVOMODO PVNIANTVR DE IVRE CANONICO.

ARGVMENTVM.

Clericus propter ſimplex homicidium non degradatur, ſed deponitur de iure Canonico, & beneficijs priuatur, ſed hodie apud nos tranſmittitur ad triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum, pro homicidio, & alijs delictis qualificatis, quando degradari debeat verbaliter, aut actualiter & Curiæ ſæculari tradi ſingularia examinantur.

SVMMARIVM.

1 Clericus propter ſimplex homicidium non degradatur, ſed deponitur.
2 Amp. ſiue per ſe ipſum commiſerit, ſiue mandauerit, aut conſuluerit.
3 Et vltra depoſitionem detruditur in Monaſterium.
4 Et ſi in monaſterio non ſit pœnitens, vel de fuga ſuſpectus poteſt carcerari.
Sed hodie apud nos Clericus pro voluntario homicidio condemnatur ad triremes n. 6.
5 Pœna mortis vbi de iure ciuili imponitur ibi iura canonica imponunt pœnam perpetui carceris.
7 Clericus homicida priuatur beneficijs, & fit inhabilis ad ea obtinenda.
8 Non tamen ipſo iure, ſed per ſententiam priuandus eſt.
9 Donec autem per ſententiam beneficijs priuetur an faciat fructus ſuos referuntur DD ſententiæ, & n. 10.
11 Poteſt tamen renunciare beneficium poſt commiſſum homicidium, & ante priuationem. Declara, vt n. 12.
13 Quod procedit non ſolum in homicidio ſimplici, ſed etiam qualificato. 14.
15 Beneficia in quibus caſibus vacant ipſo iure remiſſiue.
16 Beneficia non vacant ipſo iure, niſi in caſibus in iure expreſſis.
17 Clericus pro homicidio qualificato, & etiam Religioſus eſt actualiter degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus etiam non expectata incorrigibilitate. Contrarium, num. 22. & 23.
Quæ ſint homicidia qualificata recenſentur, ibidem.
Et referuntur caſus, & n. 18.
19 Epiſcopus deuenire non poteſt ad actualem degradationem niſi in caſibus in iure expreſſis.
20 Caſus referuntur, in quibus Clericus degradari, & Curiæ ſæculari tradi poteſt.
21 Clericus propter conſpirationem in Principem ſæcularem non traditur curiæ ſæculari.
24 Iudicis arbitrio remittitur, an Clericus pro homicidio, & delicto qualificato tradi debeat curiæ ſæculari Pontifice conſulto.
25 Ad hanc traditionem facilius deueniri poteſt contra Clericum primæ tonſuræ.
26 In dubio pro non traditione Iudex arbitrari debet,
27 Clericus quando dicatur incorrigibilis.
28 Clericus aſſaſſinus tradi poteſt curiæ ſæculari non expectata incorrigibilitate. Declara, vt n. 31
29 Aſſaſſini tamquam diffidati à Populo Chriſtiano ab omnibus interfici poſſunt.
30 Siue miniſterio infidelium, ſiue Chriſtianorum delictum commiſſum fuerit.
31 Declara, vt nunquam Clericus ſubijciatur poteſtati laicali pro aſſaſſinio, niſi poſt ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, & num. 34.
32 Alias Iudex laicus incidit in excommunicationem.
Et reprobantur Doctores atteſtantes de contraria conſuetudine, num. 35.
33 Qualitas quæ iuriſdictionẽ defert ante omnia probari debet
36 Iudex laicus non poteſt clericum ad ſuum Tribunal trahere, niſi poſt depoſitionem, excommunicationem, & anathematizationem.
37 Clericus per actualem degradationem amittit priuilegium fori.
38 Secus per verbalem degradationem.
39 Crimina, quæ merentur verbalem degradationẽ referuntur.
40 Clericus ſi aliquem veneno occidat quomodo puniatur.
41 Et eſt puniendus, vt homicida etiam effectu non ſecuto.
42 Et ſubijcitur pœnis ſtatutis per Sixtum V. & Gregor. XIV. contra præbentes venenum abortionis, &c.
43 Sed ſi in Calice Sanctiſſimæ Euchariſtiæ venenum immiſcendo aliquem occiderit eſt degradandus, & curiæ ſæculari tradendus.
44 Suſcipiens mandatum recepta mercede ad vulnerandum non dicitur aſſaſſinus.
45 Et non pœna ordinaria aſſaſſinij, ſed alia puniri debet ſcilicet ad triremes.
Ampl. etiam in Clerico, ibidem.
46 Percutiens aliquem baculo tenetur pœna iniuriarum, & extra ordinem eſt puniendus.
47 Declara, vt pœna augenda ſit ex qualitate perſonæ offenſæ, & loci.
48 Laicus de iure Canonico pro homicidio eſt excommunicandus.
49 Textus in cap. omnis diſtin. 3. declaratur.
50 Laicus de iure Canonico traditur curiæ ſæculari in caſibus, quibus Clericus tradi poteſt.
51 Laicus de iure Canonico pro homicidio ſecundum aliquos DD. poteſt pœna vltimi ſupplicij multari.

DECISIO LXXIII.

HOmicidium inter horribilia, & grauiora
connumeratur crimina, ex eius tamen
qualitate, & facti circumſtantijs modo grauiori,
modo mitiori pœna multatur, & attenta diſpo-
1 ſitione iuris canonici Clericus propter ſimplex
homicidium non degradatur, ſed deponitur, ſiuè
2 proprijs manibus commiſerit, ſiuè mandauerit,
conſuluerit, vel perſuaſerit, vel præſentiam cum
conſenſu præſtauerit per textum apertum in *cap.*
cum non ab homine §. conſultationi tuæ de iudicijs,
cap. inquiſitionis in princ. de accuſat. cap. tuæ de pæn.
cap. ſicut dignum §. Clericos de homicid. cap. ſicut
digni il 1. §. Clericos, & ibi gloſ. in verbo conſilium
tit. eod. cap. ſi quis homicidium diſ. 50. cap. ſi Epiſco-
pus ead diſtinct. Diaz. in pract. crim canon. rub. homi-
cidium, cap. 44 alias 88. num. 1. Foller in pract. crim.
canon. in verbo & ſi cõfeſſi, aut conuicti ſint cap. 33.
num. 36. Clar in § homicidium num. 10. verſ. de iure
autem canonico Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt. 8.
num. 7. & in tit. de homicid. quæſt. 119 num 46. &
ſeq. Bellet diſquiſit Clerical part. 2. de pæn Clericor.
§ 23. num. 2. Vermigliol conſ. crim. 64. nu 5. Chartar.
deciſ crim. 76 num . 8.
3 Et vltra depoſitionem detruditur in Monaſte-
rium ad agendam pænitentiam, ita per textum
in *cap tuæ de pæn & in cap. Epiſcopus diſt. 50. docet*
Diaz in pract. crim. canon. cap. 44 alias 88. num. 1.
verſ & poſt depoſitionem Arnal. Albertin. de agnoſ.
aſſer. Cathol & hæret. quæſt. 35. num. 19 in princ.
Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2 tit de pæn Clericor.
§. 23. num. 1. Farinac. in tit. de homicid. quæſt. 119.
4 *num 45. & num. 51.* declarat, quod quando Cleri-
cus in Monaſterio detruſus non eſſet pænitens,
vel quando eſſet de fuga ſuſpectus, vel quando
homicidium eſſet qualificatum poſſit carceribus
mancipari, ſecus in ſimplici homicidio, cum
tunc eſt tantum in Monaſterium detrudendus,
quæ detruſio, vel poteſt eſſe ad tempus, vel per-
5 petua ſecundum qualitatem homicidij, cum re-
gulariter, vbi iura ciuilia imponunt pænam mor-
tis, ibi iura canonica imponunt pænam perpetui
carceris, vt ibidem ſubdit idem *Farinac. num.* 50.
cum plurib. ſeq vſque ad 54.
6 Sed quidquid ſit de iure, hodie apud nos
pro voluntario homicidio Clerici condemnan-
tur, & tranſmittuntur ad triremes, aut ad tem-
pus, aut in perpetuum attenta qualitate homi-
cidij, vt teſtatur *Farinac. dicta quæſt. 119. num. 55.*
Chartar. deciſ. crim 66 nu. 38. vbi ex Guazzin. ad de-
fenſ. lib. 1. tom. 2. defenſ. 39. cap. 1. num. 5. refert plu-
res caſus, in quibus ita ſeruatum fuit ab Audito-
re Cameræ, *Vermigliol. conſ crim 68. nu. 8* vbi quod
hæc ſit pæna ordinaria.
7 Inſuper Clericus homicida non ſolum priuan-
dus eſt beneficijs, ſi quæ poſſideat, ſed etiam red-
ditur inhabilis ad alia beneficia acquirenda,
præcipuè ob contractam irregularitatem, prop-
ter quam redditur inhabilis, ita quod nec etiam
poſt peractam pænitentiam habiliterur, nec mi-
niſtrare poteſt ſine Apoſtolica diſpenſatione, vt
ſtatuit *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. de*
reform. cap 7. Innocent. in cap. cum in noſtris de con-
ceſſ. præbend. & ibi Abb. num. 22. & tradunt DD.
relati per *Farinac. in titul. de homicid. quæſt. 119.*
num. 56. iuncto num. 58. & num. 62. Bellet. diſquiſit.
Clerical. part. 2. tit. de pæn. Clericor. § 23. num. 1.
8 Non tamen ipſo iure beneficio priuatus rema-
net, ſed per ſententiam venit priuandus, quamuis
qualitates homicidium aggrauantes faciant, vt
homicida acrius puniatur, & etiam ſi agatur de
alio delicto qualificato *Felin. in cap. 2. num. 3. de*
reſcript. & in cap. inquiſitionis nu. 3. & 4. de accuſat.
Corſet. ſingul. 17. § Clericus homicida verſ. ſententia
Canar. in Clement. ſi furioſus part. 2. §. 3. num. 6. de
homicid. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 18. in
princ. & part. 3 lib. 2. cap. 16. quæſt. 1. Hier. Gabriel.
conſ. 187. num. 12. lib. 2. vbi ita in *Rot. obtinuiſſe*
Farinac. in tit. de homicid. quæſt. 119. numer. 65.
Quod procedit etiam ſi homicidium fuiſſet vo-
luntarium *Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pæn.*
Clericor. § 23. num. 3. in fin ex Tolet. in ſumm. lib. 1.
cap. 85. num. 6. vbi reprobat gloſ. & Archidiac. Ca-
pel Tholoſ deciſ. 208. num. 1. Garz. de benef. part. 11.
cap. 10. num 39. tom 2.
9 Donec autem Clericus per ſententiam bene-
ficio priuetur, an faciat fructus ſuos, *Farinac. in*
dicta quæſt. 119. numer 69 pro affirmatiua allegat
Card Zabarel Felin Fidagum. Couar. Petrus à Plaz.
Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 6
alias 88 in 1 addit verſ. ex quibus omnibus, & Boer.
deciſ. 98. num. 4. Pariſ. de reſignat. benef lib. 3 qu. 10.
num 7. Garz. de benef part. 11. cap. 10. num. 48. & 50.
10 Pro negatiua vero, quod non faciat fructus ſuos,
& propterea quod teneatur reſtituere omnes fru-
ctus a die commiſſi delicti perceptos, licet fue-
rint conſumpti, & ex ijs non fuerit factus locu-
pletior, non obſtante quod ante priuationem
habeat ius in re, allegat *Paul. de Caſtr. Alexandr.*
Salic Inſ. Bald. Ang. Dec. Rip. Petrus à Plaz. Diaz
Iul. Clar. Marſil Henric. Boyc. Anton. Burgos Bermon.
in tract. de public. concub. in verbo priuri num. 9. &
ſeq. inter tract. crim. tom. 11. part. 1. fol. mihi 169. &
concludit negari non poſſe hanc opinionem eſſe
magis, communiter à Doctoribus receptam pro
vt teſtatur *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 73. num. 9.*
verſ fin. contradicit tamen alijs Doctoribus aſſe-
rentibus, quod Clericus hoc caſu teneatur etiam
reſtituere fructus non perceptos, & qui percipi
potuerunt, cum hoc æquitatem ſapere non vi-
deatur.
11 Quinimò non prohibetur ante priuationem,
& poſt commiſſum homicidium beneficium re-
nunciare, ſeù reſignare cum vt proximè dictum
fuit non ipſo iure priuatus exiſtat, & ante ſenten-
tiam habeat ius in re, quod etiam retinet inqui-
12 ſitione, ſeù accuſatione pendente, ad hoc tamen
vt valeat reſignatio facta ad fauorem certæ per-
ſonæ, in ea eſt facienda mentio accuſationis, &
inquiſitionis, alias ſecus, vt benè firmat *Flamin.*
Pariſ in tract. de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 16. nu. 8.
iuncto num. 24 & ſeq. Rebuf. in pract. tit. de modo
amittendi beneficia num. 52. in fin. Pariſ. conſ. 69.
num. 18. & conſ 136. num. 38. lib. 4 Ioan. Silueſtr.
in tract. de benefic. part 3 quæſt 11. num. 152. Andr.
Gabar. de auctor. Legati à latere lib. 10. num. 337.
vbi quod ita ſeruat *Rota Lancellot. in tract de atten-*
tat. part. 2. cap. 5. num. 7. iuncto num. 28. & ſequent.
Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 272. num. 37.
tam alij congeſti per Farinac. in tit. de homicid.
quæſt.

quæſt. 119 *num.*74.*&* 76. *cum plurib. ſequentibus*, iu quibus de materia.

13 Quæ procedunt non ſolum in ſimplici homicidio, propter quod beneficium non vacat ipſo iure, ſed per ſententiam declaratoriam. *Planc. de delict. cap.* 11. *num.* 2. *Guttierez canon. quæſt. cap.* 5. *num.* 6. *lib.* 2. *Io. Vela de pæn. delict. cap.* 15. *pag.* 74. *Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. cap.* 35. *num.* 38. *Zerol. in prax. Epiſcopal. part.* 1. *in verbo priuatio* §. 2. *& part.* 2. *in verbo Clericus* §. 6. *& verbo homicid.* §. 11. *Clar. in* §. *homicidium num.* 21. *cum alijs allegatis per Garz. de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 40.

14 Sed etiam in homicidio qualificato. *Io. Ign. in l. neceſſarios* §. *non alias ff. ad Sdania.* dicens quod omnes Canoniſtæ, & legiſtæ ita tenent *Hier. Gabr. conſ.* 196 *lib.* 1. *& conſ.* 187. *lib.* 2. *P. Greg. de benef. cap.* 26. *à num.* 7. *Tolet. in ſum. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 7. *&* 8. *Suar. de cenſur. tom.* 5. *diſ.* 44. *ſect.* 4. *Azor. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *quæſt.* 1. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 15. *num.* 79. *verſ. mihi autem magis*
15 *placet*; vbi declarat hanc regulam, vt in homicidio qualificato, ſeù deliberato non inducatur vacatio ipſo iure, niſi quatenus expreſſum reperiatur in iure, & in dicta *gloſ.* enumerat quinquaginta duos caſus, in quibus beneficia vacant ipſo iure, latè *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 32. *Garz. de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 5. *Achil. deciſ.* 366. *de pæn. Rot. deciſ.* 769. *nu.* 2. *part.* 1. *diuerſ.* qui omnes tradunt generalem regulam, quod nullum crimen etiam priuatione dignum inducat priuationem beneficij ipſo iure, niſi vbi iure cautum, ſed priuatio fieri debet per ſententiam.

Pro homicidio verò atrociſſimo, & qualificato puta Sacerdotis, proditorio per aſſaſſinium, & per inſidias, Rectoris alicuius Eccleſiæ, Cardinalis, Epiſcopi, parentis, aut fratris, combuſtionis Eccleſiæ, & ſimilium, Clericus, vel Religioſus ſunt actualiter degradandi, & Curiæ ſæculari tradendi non expectata illorum incorrigibilitate latè Epiſcopus *Sealen. in tract. de cenſur. & irregularit. tit. de depoſit. & degradat. cap.* 14. *per totum*, vbi concludit, quod ad hoc accedere debeat Pontificis auctoritas, & non aliter pro vt etiam tenet *Farinac. conſ. crim.* 14. *num.* 1. *&* 11. *lib.* 2. *& in prax. crim. in tit. de inquiſit. quæſt.* 8. *nu.* 81. *Sebaſt. Guazzin. in tract. ad defenſ. lib.* 1. *tom.* 2 *defenſ.* 39. *cap.* 1. *nu.* 6. *Craſ. de effect. Clericat. effect.* 46. *per tot. Bellet. diſquiſit. Clerical. part.* 1. *tit. de fauor. Cler. perſonal.* § 10. *ſub nu.* 6. *verſ quiatas in homicidijs qualificatis. & part.* 2. *tit. de pæn. Cleric.* §. 23. *num.* 5. *Clar. in pract. crim.* §. *fin. quæſt.* 36. *verſ. pariter etiam Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 90. *alias* 95. vbi degradatos fuiſſe nonnullos Religioſos, & Curiæ ſæculari traditos ob homicidium commiſſum in perſonam Prouincialis, & alterius Clerici ob trucidatum Rectorem vnius Oppidi animo deprędandi. *Scaccia in tract. de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *poſt num.* 61. *&* 66. latiſſimè *Chartar deciſ crim.* 66. vbi copioſum Doctorum catalogum hanc opinionem firmantium, & plures caſus refert *num.* 1. & ſignanter ita ſeruatum fuiſſe contra Religioſos aliquos cognomine *humiliati*, qui Mediolani aduerſus Diuum Carolum Archiepiſcopum exonerauerunt manuale tormentum, & ita etiam ſeruatum fuiſſe in Turrone Bononiæ.

18 *Vincen. de Franc. deciſ.* 571. *per totam*, vbi teſtatur *num.* 1. *& poſt num.* 15. quod quidam Clericus in Sacris conſtitutus cum alijs ſocijs ingreſſus domum honeſtæ mulieris, & incluſis matre, & filiabus in quadam camera inferiori, & extorta à Matre claue vnius capſæ indè ſurripuit ducatos ſeptingentos, vndè à Iudice Eccleſiaſtico actualiter degradatus, & Curiæ ſæculari traditus, à qua fuit vltimo ſupplicio damnatus.

19 *Rot. deciſ.* 241. *num.* 7. *& ſeq. poſt* 2. *vol. conſ. crim. Farinac.* vbi dixit Epiſcopum non poſſe deuenire ad actualem degradationem Clerici, nec eum
20 tradere Curiæ ſæculari, niſi in caſibus à iure communi expreſſis, videlicet in criminibus hæreſis, falſificationis literarum Apoſtolicarum, Inſidiarum contra Epiſcopum, Aſſaſſinij, & pro incorrigibilitate, & ex iure nouo pro crimine nefando, celebratione Miſſarum ab ijs, qui non ſunt Presbyteri, & pro crimine miniſtrare præſumentium pœnitentiæ Sacramentum ſi non ſint cara-
21 ctere Sacerdotali inſigniti, & ſubdit *nu.* 8. quod propter conſpirationem in Principem ſæcularem non traditur Clericus Curiæ ſæculari, vt tradit etiam *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 101. *num.* 12. *part.* 3. *Bonaccin. oper moral. de cenſur. in genere, tit. de degradatione diſ.* 4. *punct. vnico num.* 2. *verſ. aduertendum eſt*, latè *Bellet diſquiſit. Clerical. part.* 1. *tit. de fauor Cleric perſonal.* §. 10. *num* 6.

22 Pro negatiua vero ſententia, quod Clericus, vel Religioſus non ſint degradandi, & Curiæ ſæculari tradendi pro crimine homicidij qualificati, alioquì grauiſſimo delicto ceſſante illius incorrigibilitate præter quam in caſibus à iure expreſſis, adeò vt copulatinè requiratur delicti grauitas, & incorrigibilitas, facit textus in *cap. cum non ab homine de iudic. cap. de liguribus* 23. *quæſt.* 5. *in cap. tuæ de pænis, & deducitur in Clement.* 1. *de pæn. in princ. & latiſſimè defendit Ruin. conſ.* 685. *num.* 30. *& pluribus ſequent. lib.* 6. qui loquitur de Clerico proditorium homicidium committente *Beret. conſ.* 76. *num.* 12. vbi loquitur in crimine læſæ Maieſtatis, *Boſſ. in pract. crim. in tit. de foro competen. num.* 136. *&* 141. *Plaac. in Epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 43. vbi loquitur de Clerico Patricidij reo *Andreas Gail. tract. de pace publica cap.* 1. *num.* 27. *Rol. à Valle conſ.* 4. *num.* 31. *lib.* 1. *Fachin. controuerſ. iur. lib.* 9. *cap.* 29. *per tot. Marta de Iuriſdictione part.* 4. *cent.* 2. *caſ* 130. *numer.* 4. *& ſequent. cum alijs copioſè congeſtis per Chartar deciſ. crim.* 66. *à num.* 48. 58. *& num.* 65. vbi in fine deciſionis ita iudicatum fuiſſe in Curia Epiſcopali Mediolanenſi teſtatur, ſcilicet Gaſperum Varanum Religioſum Congregationis Ioannis Dei ad triremes in perpetuum condemnatum fuiſſe præuia expoliatione habitus Religioſi, excommunicatumque, & irregularem declaratum, eo quod reuerſus ad Cænobium malè locutus fuiſſet de Patre Prouinciali, & iuſſus à Priore in carcerem introire, diabolica ſuaſione concitatus enaginatis cultris in vagina reconditis Priorem multis vulneribus affecit, ex quibus ex hac vita migrauit, *Farinac. qui alios etiam plenè congerit. in tit. de inquiſit. quæſt.* 8. *num* 81.

23 In hac opinionum contrarietate primam opinionem ſæpius ſeruatam fuiſſe, ſecundam verò magis iuri conſonam dicit *Farinac. dicta quæſt.* 8. *num.*

num. 81. *verſ.ego in hac opinionum contrarietate*, id
24 circò id totum Iudicis prudentis arbitrio remittendum eſſe ſubdit. qui Iudex attenta delicti qualitate, loci, temporis, & perſonarum conditione adeò perniciolum reipublicæ, & populo ſcandaloſum crimen iudicauerit, Clericum tradere poterit Curiæ ſæculari, ſemper tamen Pontifice conſulto, alias ſecùs ſi tale imminens ſcandalum ceſſet, prout etiam tradit *Iul. Clar.* §. *fin. qu.* 36. *verſ.pariter etiam circa fin. Foller. in pract.crim.canon verb & ſi confeſſi ſint condemnentur nu.*23. *verſ. ego tamen pag.*273. *Conar. var reſol. lib.*2. *cap.*20. *nu* 7. *verſ.quibus ipſe libenter accedo. Planc. in epit. delictor.cap.*21 *nu.*13. *verſ. nec me latet.*

25 Facilius tamen Iudex ad hanc Curiæ ſæcularis traditionem deuenire poteſt contra Clericum primæ tonſuræ, quam contra Sacris initiatum, vt admonet *Diaz in pract.crim.canon.cap* 90. *propè fin. Planc. in Epit. delict.cap.*21.*num.*43. *Foller. loco ſupra citato num.*45. *propè fin.* in dubio tamen
26 pro non traditione Curiæ ſæculari Iudicis arbitrium inclinare debet, vt ex *Iulio Claro*, *reprobato Faebiu controuerſ. iur. lib.* 9. *cap.* 19. *inſinuat Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt.* 8. *num.* 81. *verſ. idemque Iudex.*

27 Clericus verò dicitur incorrigibilis, quando fuit excommunicatus, & anathematizatus, & vtriuſque tàm depoſitionis, quam excõmunicationis fuit contemptor, & eſt degradatus actualiter, *cap. cum non ab homine de iudic. ibique Hoſtien. num* 10. *Feliu.num.*9. *Alciat.num.*8. *& alij ſcribentes B ſſ. in tit de foro competen. num* 112. *Clar. in* § *fin. qu.* 36 *num* 30. *Marta de iuriſdict.part.*2.*cap.*36. *Duar. in comentar bulla Cœna Domini l b.*2.*can.*15. *quæſt.*11.*num.*26 *cum ſeq Barboſ. de offic.& poteſt. Epiſcop. allegat.*110. *nu.*15 *&* 6 *Bellet. diſquiſit. Clerical. part.* 1. *tit. de fauor. Cleric. perſonal.* §. 6. *num.* 2.

28 Et quamuis Clericus imputatus de aſſaſſinio videatur tradi poſſe Curiæ ſæculari etiam non expectata incorrigibilitate ſecundum *Planc. in Epit delictor.cap.* 18 *nu.*23 *Iul Clar. in* §. *fin. qu.*36. *num.*27. *Farinac. in tit. de inquiſit.quæſt.*8.*num.*84. *per textum in cap. vnico de homicid. in* 6.

29 Siquidem aſſaſſini tanquam diffidati à toto populo Chriſtiano Doctores communiter ſcripſerunt eos à quocunque interfici poſſe, vt adnotarunt *DD. in cap* 1. *de homicid lib* 6. *Gram. vot.*8. *num.* 3. *& vot.*9. *num.*4. *Iul. Clar. in* §. *aſſaſſinium, verſ ſed quæro, & in* §. *fin. quæſt.*36.*num.*21. *Gabr. lib. in tit. de maleficijs conclus.*1 *num.* 24. vbi in puncto *de Clerico Diaz in pract.crim.canon.cap.*91. *num.*6. *Brunor. à Sole in ſuis quæſt.legal. quæſt.*34. *num.*25. *Boſſ. de foro competen.num.*14. *Rol.conſ.*24. *num* 0 *&* 11.*vol. Corrad. in tit. de inquiſit.nu.*3. *&* 18. *Cened. in collect iur.can.*1 .*collect.*3.*num.*11. *Carol de Graſſ de effect. Cleric. effect.* 1. *num.*668. *Farinac. in tit. de inquiſit.quæſt.*8. *numer.*82. *&* 83.
30 vbi quod hoc procedat ſiuè Clericus miniſterio infidelium, ſiuè fidelium Chriſtianorum hoc delictum perpatrauerit *Capyc. deciſ.*155. *numer.* 85. *Chartar.deciſ crim.*66.*num* 53.*poſt med.verſ.qua ratione cum aſſaſſini Diana reſol moral. part.*7.*reſol* 11. *verſ hæc tamen regula in tract.*1. *de immunit. Eccleſ.*

31 Nunquam tamen Clericus aſſaſſinus ſubijcitur ſæculari poteſtati, niſi poſt ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, qua pronuncietur Clericum aſſaſſinum eſſe, & iudicem ſæcularem aliter facientem cer-
32 tum eſt incurrere excommunicationem bullæ Cœnæ *Diana reſol.moral part.*1.*tract.*2.*reſol.*51. §. *igitur, qui alios allegat.Bellet.diſquiſit.Clerical.par.*2. *de pœn. Cleric.* §. 23. *num.* 6. *& ita declaraſſe Clement. VIII. in ſua conſtitutione* 37. ſubdit, & ſic ſupradicta non procedunt niſi prius conſtet Clericum eſſe aſſaſſinum, alias ſequeretur abſurdum, quod Clericus ex ſola imputatione, & accuſatione de aſſaſſinio amitteret priuilegium Clericatus, & iuriſdictioni Iudicis ſæcularis remaneret
33 ſuppoſitus, qualitas enim, quæ iuriſdictionem defert ante omnia diſcuti, & probari debet *l.* 2. §. *ſed ſi dubitatur ff. de iudic. l. prætor* §. *docere ff.*
34 *de vi bonor. raptor.* Vndè non poteſt Clericus vti aſſaſſinus à Iudice laico puniri, niſi poſt quam vti aſſaſſinus fuerit ab Eccleſiaſtico Iudice bannitus, diffidatus, & condemnatus, vt pulchrè conſuluit *Cardinal. Alban.conſ* 3. *Io Maria Monticel. reg.crim.* 8.*num.*18. *&* 19 *latè Rimin. iun conſ.*68. *num.*9. *Planc. in Epit. delictor.cap.*19.*num.*7. *Brun. conſ.crim diuerſ.* 5. *num.*79. *Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt.*8 *num* 85. *& ſequent. vbi circa fin. reprobato Iulio Claro in quæſt.* 36. *ſub verſ. ſed quæro*,
35 & aliorum aſtantium de contraria conſuetudine, ſubdit non eſſe ab hac ſententia conſulendo, & iudicando recedendum, & contrariam obſeruantiam vti non iuridicam, & de directo contrariam libertati Eccleſiaſticæ, & contra iura canonica, & ciuilia non eſſe ſequendam, ex *Scaccia de iudic. lib* 1. *cap.*11. *num.*70. faciunt tradita per *Bonaccin.oper.moral.circa* 8. *Decalog.præceptum diſ.*10.*quæſt.*2.*punct.*1.§.4.*num.*8. *verſ. ſed mihi di-*
36 *cendum*, vbi quod Iudex laicus non poteſt Clericum ad ſuum Tribunal. trahere, niſi poſt quam per Iudicem Eccleſiaſticum fuerit depoſitus excommunicatus, & anathematizatus, & ita procedere textum in *cap. cum non ab homine de Iudic. & num.* 9. *Ambroſin. de Immunit. Eccleſ. cap.* 17 *num.*10. *Duard. in Bulla Cœnæ lib.*2.*can.*15.*qu.*11 *num* 63.

37 Immò ad amiſſionem priuilegij fori requiritur degradatio actualis, per quam Clericus ipſo facto priuatur omni priuilegio Eccleſiaſtico, *cap.*2 *de pœn. in* 6. *& ex Abb. Rol. & Clar. tradit Bellet.diſquiſit.Clerical. part.*1. *tit. de fauor. Cleric. perſonal.* §.6. *num.*4.

38 Per verbalem verò degradationem Clericus
29 non amittit priuilegium fori; & crimina, quæ merentur verbalem degradationem ſunt Adulterium perſeuerantia in concubinatu poſt monitionem, ſimonia notoria, ſtuprum, inceſtus, furtum, periurium, homicidium ſimplex, etiam ſi patratum fuerit ſolo conſilio, delictum, quo incuria, ſeù Parochi culpa Parochianus decederet ſine baptiſmo, & alia crimina maxima, & atrocia, quæ inferunt irregularitatem ita ex *Emman. Sà, Bonac. Petr. Greg. Bertachin. Henriq. & Moneta tradit Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.*110. *num.* 10. vbi latè agit de materia degradationis.

40 Quod ſi Clericus veneno aliquem occiderit, pluſquam homicida puniri debet, ac proinde poſt degradationem, ſeù depoſitionem grauiori detruſione, & longiori carcerarione puniendus eſt ſecundum *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 95.

Non-

Montel. in pract.arbitrar. part.4. num.638. fol.343.
Farinac. in tit. de pæn. homicid. venen. commiſs. qu.
122.num.7. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de
41 *pæn. Cleric.* §.23. *num.* 10. vbi quod ſit puniendus,
vt homicida etiam effectu non ſecuto, vt
generaliter etiam tradit *Farinac. loco citato nu.14.*
42 *& ſequent.* effectu tamen ſecuto ſubdit, quod
ſubijciatur pænis ſtatutis per *Sixtum V. in ſua conſtitutione*
87. & redacta ad terminos iuris communis,
& Sacri Concilij Tridentini per *Gregor.*
XIV. in ſua Bulla 9. de quibus latius mentionem
feci in diſcuſſione articuli præbentium poculum
ſterilitatis, & abortum procurantium.
43 Sed ſi Clericus in calice Sanctiſſimæ Euchariſtiæ
venenum immiſcendo alium veneno occiderit,
pro vt Robertum vtriuſque Siciliæ Regem
de anno 1313. occiſum fuiſſe refert *Ignat. Lopez.*
in addit. ad Diaz. in pract.crim.canon.cap.95. lit.D.
eſt tradendus Curiæ ſæculari ex Pontificis declaratione,
ita *Diaz. loco citato inquit Farinac. dicta*
*quæſt.122.num.8. Bellet.loco citato ſub num. 10. circa
med. verſ. ſi quando forſan*,
44 Et quoniam ſuſcipiens mandatum recepta
mercede pecuniæ non ad occidendum, ſed tantum
ad vulnerandum non incidat in pænis criminis
aſſaſſinij, & inter aſſaſſinos non ſit adſcribendus.
Brunor. à Sole in ſuis quæſt.legal. quæſt.34.
nu.47. Maſcard. de probat. lib.1. concluſ.138.n.10.
& ſeq. Decian.tract.crim.tom.2.lib.9.cap.30.nu.41.
Baiard. ad Clar. in §. aſſaſſinium num. 2. Ambroſin.
de immunit. Eccleſ. cap.7.num.11. Farinac. in prax.
in tit. de homicid. qu.123. nu.139. & conſ.crim.99.
*nu. 52. Petrus Cabal. in tract. de omni genere homicid.
nu.499. Guazin. ad defenſ.lib.1.tom.1.defenſ.1.*
*cap.38. poſt num.42. verſ.ſecus erit. Maſtril. de indult.
cap.29. num.12. & deciſ.193. num.26. Craſſ.*
de effect. Clerical.effect.1.num.691. Gratian. diſcept.
forenſ. cap.598. num.10. & cap. 619. num.1. & 2.
& alijs congeſtis hanc ſententiam de veriori defendit
Chartar.deciſ.crim.82. à num.7.vſque ad 27.
45 Propterea Clericus ſuſcipiens mandatum ad
vulnerandum pretio conuento non eſt pænis aduerſus
aſſaſſinos conſtitutis afficiendus, ſed alia
pæna multandus, prout in Curia Archiepiſcopali
Mediolanenſi ad triremes per triennium
damnatum fuiſſe quendam Clericum huius criminis
reum teſtatur *Chartar. deciſ.crim.82.nu.24.*
& num. 39. ex Theſaur. deciſ. 224. num. 1. & ſeq.
46 refert quemdam laicum ex ſententia Senatus cōdemnatum
fuiſſe ad triremes per quinquennium,
quia baculo percuſſerat Guardianū Sancti Franciſci
in Clauſtro Monaſterij, nam licet percutiens
aliquem baculo teneatur pæna iniuriarum, & ex-
47 tra ordinem exilio puniendus ſit, tamen pæna
augenda venit ex qualitate perſonæ offenſæ, &
loci, vt ſubdit idem *Theſaur. & Chartar.num.38.*
48 Laicus etiam de iure canonico pro homicidio
49 perpatrato, nec morti, nec Curiæ ſæculari tradi
poteſt, & quamuis textus in *cap. omnis diſt. 3.*
dixerit laicum homicidam capite plectendum,
hæc tamen pæna capitis eſt intelligenda, non de
morte naturali corporis, ſed de excommunicatione,
quæ animæ mortem infert, ita *Arnald.*
Albertin.tract.de agnoſ. aſſert.Cathol.& hæret.quæſt.
25. num. 30. Petrus à Plaz. in Epit. delictor. lib. 1.
cap. 11. num. 17. Clar. in §. homicidium num. 16.
verſ.de iure autem canonico Farinac. dicta quæſt.119.
num.57.
50 In caſibus tamen, in quibus Clericus pro perpatrato
crimine tradi poteſt Curiæ ſæculari, non
videtur in dubium retorquendum, quin etiam
aduerſus laicos ſeruari non debeat, & in ijs terminis
ſubſtinetur opinio *Iac.Boul.in repet. l. capitolium
§. famoſos num. 26. ff. de pæn. & Plot. de in
lit. iuran. §. 41. num.* 1. aſſerentium, quod etiam
de iure canonico contra laicos homicidas ſit pæna
vltimi supplicij.

CLERICVS, ET LAICVS GRASSATORES, PLAGIARII, ABIGEI PRO FVRTO QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Clericus pro furto non manifeſto leui pœna punitur, pro manifeſto deponitur, & in Monaſterium detruditur, beneficijs priuatur, & efficitur infamis, & pro grande furto etiam ad triremes condemnari poteſt, Laici verò fures, Graſſatores, Plagearij, & Abigei quomodo puniantur, demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 Clericus pro furto non manifeſto leui pæna punitur.
2 Sed ſi furtum ſit manifeſtum deponitur, & in Monaſterium detruditur.
3 Amp. vt ſi incorrigibiles ſint etiam curiæ ſæculari tradi poſſunt.
4 Regulariter tamen degradatio in hoc caſu intelligendu eſt de verbali. & non de actuali.
5 Ampl. vt etiam beneficijs priuari poteſt.
6 Declara quod ad incurrendam hanc pænam exigatur quod furtum habeat qualitatem ſacrilegij.
7 Ampl. vt etiam Clericus pro furto efficiatur infamis.
8 Pro vt etiam laicus.
9 Pæna infamiæ in quibus caſibus non habeat locum, & numer. 10. & 11.
12 Clericus committens grande furtum poteſt condemnari ad triremes. Contrarium num.14. ſecus ſi ſit incorrigibile num.15.
13 Pæna triremium ſucceſſit in locum immurationis, & arctæ carcerationis.
16 Clericus ſi non ſit fur manifeſtus poſt factam reſtitutionem, & peractam pœnitentiam promoueri poteſt ad alios ordines, ſecus ſi ſit manifeſtus abſque diſpenſatione Apoſtolica num.18.
17 Epiſcopus poteſt diſpenſare in delictis occultis.
19 Religioſus furtum committens expelli poteſt à Religione Declara vt n.21.
20 Verius tamen eſt quod arbitrio Iudicis puniri debeat.
21 Sed ſi Religioſus eſſet famoſus latro, Graſſator, & incorrigibilis à religione eſt expellendus.
22 Clericus, & Religioſus incorrigibilis quando dicantur.
23 Religioſus hodie è Religione eijci non poteſt vti incorrigibilis niſi ſeruata forma decreti Vrbani VIII.
24 Laicus pro furto ſimplici ceſſantibus ſtatutis, & bandimentis non poteſt de iure puniri pœna mortis.
25 Laicus pro primo furto pœna fuſtigationis mulctatur.
26 Sed hodie apud nos pro primo furto non ſemper fures fuſtigantur, ſed vel tribus ictibus funis, vel exilij, vel vtraque pœna arbitrio Iudicis multantur.
27 Furtum etiam ſi commiſſum fuerit in Eccleſia ſi ſit vnicum non punitur pæna mortis.
28 Pœnam mortis à ſtatuto impoſitam pro primo furto poteſt Iudex minuere.
29 Fur pro ſecundo furto quomodo puniatur.
30 Pro magno furto an incurrat pæna mortis controuertitur inter Doctores, & ſecundum alios quod imponenda ſit pæna triremium.
31 Fur pro tribus, vel pluribus furtis non modicæ quantitatis imponitur pœna mortis.

32 Secus ſi ſint modicæ quantitatis, quo caſu quomodo puniantur, & num 33.
34 Furta vbi ſunt leuia non habentia circumſtantias aggrauantes mitiori pœna plectenda ſunt, & reſeruntur pœnæ.
35 Iudex habet arbitrium à lege ſtatutas pœnas augendi, & minuendi ex cauſa.
36 Pro furtis minimis licet reiteratis non intrat pœna mortis.
37 Graſſatores viarum pœna mortis puniuntur.
38 Limita quod graſſator pro vnico Latrocinio, & vnica graſſatione non debet mori, ſed aut relegantur, aut ad triremes transmittuntur, ſecus ſi interuenerint vulnera, aut homicidium.
39 Abigeatus crimen de iure diuino quomodo puniatur.
40 De iure canonico arbitrio iudicis punitur.
41 De iure ciuili abigei condemnantur in metallum, aut perpetuum exilium, vel ad triremes poſt fuſtigationem, & vbi frequentius committitur etiam pœna mortis imponi poteſt num. 43.
42 Pœna triremium ſucceſſit loco damnationis in opus publicum.
44 Abigeatus pœna vt locum habeat quæ requirantur.
45 Pro abigeatu perſonæ honeſtiores quomodo puniantur.
46 Plageatij ſurripientes alienos homines ſeruos, & filios quomodo de iure ciuili puniantur.
47 Clerici, & Laici plageatij de iure canonico quomodo puniantur.

DECISIO LXXIV.

1 CLericus pro furto non manifeſto, de quo
publicè diffamatus non ſit, aliqua leui
pœna per modum pœnitentiæ affici debet, *cap.*
2 *fin. de furt.* ſi verò furtum ſit manifeſtum, & de
eo fuerit confeſſus, aut conuinctus deponitur, &
in Monaſterium ad agendam pœnitentiam de-
truditur, *cap. tua de pœn. cap. de ijs diſtin. 50. cap.*
presbyter diſt. 81. cap. ſi quis clericus 17. quaeſt. 4. Ita
per dicta iura Berber. in pract. par. 1. rub. 19. de furt.
num. 17. Diaz. in pract. crim. canon. cap 90. num. 1. &
ibi Ignat. Lopez. in addit. lit. A. Foller. in pract. crim.
canon. cap. 21. num. 2. Canter. in quaeſt. crim. cap. 9. rub.
de furt. num. 9. Barboſ. in collect. Doctor. in decretal.
in cap. cum non ab homine num. 3. de iudic. & in cap.
tua num. 2. de pœn. Maiol. in tract. de irregularit. lib. 5.
cap. 28. num. 1. Farinac. in tit. de furt. quaeſt. 167. nu-
mer. 9. & in par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus
num. 316. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pœn.
Clericor. §. 42. num. 1. Chartar. deciſ. crim. 11. num. 11.
Menoch. de arbitrar. quaeſt. lib. 1. caſ. 195. num. 22. vbi
3 quod de iure canonico Clerici fures deponuntur,
& ſi depoſiti incorrigibiles ſint, excommunican-
tur, & contumacia creſcente anathematizantur,
& in contumacia adhuc perſeuerantes curiæ ſæcu-
lari traduntur.
4 Regulariter verò degradatio, de qua in dicto
cap. tua de pœn. intelligenda eſt de verbali, & non
de actuali, ſecundum *Io: Andr. Abb. & Archid. in*
locis relatis per Diaz in pract. crim. canon. in verbo
fures cap. 90. num. 1. in fin. verſ. declarationem vero
quem refert Farinac. *par. 1. fragment. crim. n. 319.*
5 Inſuper beneficijs priuari poteſt, vt diffuſe de-
fendit *Hieronym. de Monte var. quaeſt. lib. 1. quaeſt. 19.*
Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. de pœn. cleric. §. 42.
6 *num. 1. Chartar. deciſ crim. 11. num. 11.* ſed ad irro-
gandam hanc pœnam exigatur quod furtum ſit
commiſſum cum qualitate ſacrilegij, cuius reſpe-
ctu poſſit beneficijs priuari, ac etiam quod efficia-
tur inhabilis ad ſacros ordines, videtur ſentire
Farinac. par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num.
321. & allegat textum in cap venerabilem verſ, nun-
quid enim de elect. in cap. quemadmodum de iure iu-
rand. in cap. ſi quis præsbyter 50. diſt. Rebuf. in ſua pra-
ctic. benefic. in Rub. de amitten. benef. num. 56. ſummè
quidem offendit Clericus, qui plus cæteris debet
ſacra tueri, ſi illa violet, & furetur, vt inquit
Diaz. in pract. crim. canon. cap. 90. num. 1. verſ, quæ
quidem pœna.
7 Quinimò pro furto Clericus de iure canonico
8 infamiæ notam incurrit, ſicut Laicus de iure ci-
uili, *cap. infamis 16. quaeſt. 1. cap. fin. de furt. l. ſi furti*
C. ex quib cauſ. infam. irroget. ibique gloſ. & DD. l.
non poteſt ff. de furt. vbi etiam gloſ. & DD. Abb. &
alij in cap. conqueſtus de foro competen. Rebuf. in
pract. beneficial. rub. de amitten. benefic. num. 56. in fin.
Diaz. in pract. crim. canon. cap. 90. num. 2. Petrus Gre-
gor. ſintagm. iur. lib. 37. cap. 2. rub. de pœna extraordi-
naria fur. num. 2. & 23. Didac. Canter. in quaeſt. crim.
cap. 8. rub. de furt. num. 9. verſ. vlterius pœna latronum
& furum Farinac. in tit. de furt. quaeſt. 167. num. 10.
& par. 1. fragment crim. in verbo Clericus num. 320.
9 Hæc tamen pœna infamiæ primo non habet
locum in eo, penes quem res furata reperta fuerit
etiam ſciente, dummodo eam non contrectaue-
rit, quamuis lucrandi animum habuerit *l. ſi furti*
& ibi gloſ. in verbo ignorantem eum ibi notatis per
10 *Doctores C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Secun-
do in eo, qui de furto fuit ciuiliter condemnatus
Tertio in condemnato in pœnam ſtatutariam.
11 Quarto quis de furto condemnatur ex eo, quod
re depoſitata, ſeù commodata ad non deſtina-
tum vſum, vſus fuerit, vt tradit *Farinac. in tit. de*
furtis quaeſt. 167. à num. 13. vſque ad 16.
12 Et vltra ſupradictas pœnas Clericus, & presby-
ter committens grande furtum quod poſſit con-
demnari ad triremes, vna cum beneficij priua-
13 tione, præcisè ſi agatur de furto repetito, quia
pœna ad triremes ſucceſſit in locum immuratio-
nis, & arctæ carcerationis vt ex *Foller. in pract.*
crim. canon. & Hierom. de Monte tradit. Borgnin. de-
14 *ciſ. 21. num. 1. par. 5. ſed num. 2.* contrarium tenet,
Quia Clericus ob frequentata furta non debet
immurari, ſed in arctum Monaſterium detrudi,
& ideo ſi non intrat pœna immurationis, neque
condemnari poterit ad triremes cum pœna de-
truſionis in Monaſterium, remotionis ab ordi-
nibus, & ab Altaris miniſterio perpetua ſit infe-
rior immuratione, & pœna triremium maior,
tamquam capitalis, & æquiparatur potius con-
demnationi in opus publicum, aut deportationi,
15 *& num. 5.* ſubdit quod ſi Clericus ſit incorrigi-
bilis poſſit ad triremes condemnari ex *Iul. Clar.*
quem allegat, *& num. 7.* refert quendam Cleri-
cum pro furto fuiſſe relegatum, & ab officio, &
beneficio ſuſpenſum per decennium.
16 Quod ſi Clericus, non ſit fur manifeſtus, ſed
occultè furtum commiſerit cum infamia non ſit
notoria poſt factam reſtitutionem, & peractam
pœnitentiam, ad ſacros ordines promoueri
poteſt, vt apertè diſponit textus *in cap.*
ex litteris de furt. vbi communiter ſcribentes
17 tanto magis, quia in delictis occultis Epiſcopus
diſpenſare poteſt vigore *Concilij Trident. ſeſſ. 24.*
18 *de reform. cap. 6.* ſed ſi Clericus ſit diffamatus,
querelatus, vel condemnatus non poteſt ad ſa-
cros ordines promoueri abſque diſpenſatione
Apoſtolica ob irregularitatem contractam, *Bor-*
gnin.

gnm. qui alios allegat *de-iſ.21.num.9.& 10.*
19 Religioſi in huiuſmodi furti crimine depre-
henſi ſecundum *Io. de Trullo relat. per Rodriq.*
quæſt. Regnlar. tom. 2. queſt. 39. art. 1. expellendi ſunt
a Religione, ad inſtar incorrigibilium, quia San-
ctam Congregationem conturbant, & bonum
aliorum ſpirituale impediunt, & non ſolum re-
bus temporalibus, ſed etiam ſpiritualibus no-
20 cent, verius tamen eſt, quod Religioſus de hoc
crimine conuinctus ſit arbitrio iudicis multan-
dus, penſata qualitate furti, conditione perſonæ,
& alijs circũſtantijs aggrauantibus, vel minuen-
tibus delictum, vt reſoluit, *Roderic. loco citato,*
quem ſeqnitur Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de
pœn. clericor. §. 42. num. 3. verſ. Religioſi igitur.
21 Et ſententia Io: de Trullo ſubſtineri poteſt, quã-
do Religioſus eſſet famoſus latro, graſſator, aut
ita perſeueraret in furando, vt eius incorrigibili-
tas omnibus nota reddatur, vel ex furtis perpa-
tratis, vel ex conditione perſonæ vt ſubdit idem
Boder. & Bellet. loco citato *num. 2. in fin. verſ. quæ*
ſententia.
22 Et huiuſmodi incorrigibilitas non ſolum re-
ſultat in eo, qui ad priora delicta reuertitur, & in
illis indurato corde perſeuerat, ſed etiam ſi alia
ſimilia, aut diſſimilia committat, vt ſi furtum
perpatrauerit, punitus poſtea in aliquod carnis,
[illegible] alterius generis crimen incidat, adeout rela-
[illegible]tam voluntatem ad malum oſtendat, per pœ-
nas [illegible] impoſitas meliorem non factam, & dũ
in de[illegible]is per[illegible]ere non erubeſcit incorrigibilis
re[illegible]tur, *Sanchez in precet. Decalog. tom. 2. lib. 6.*
cap. 9. num. 4. quem refert, & ſequitur Bellet. de pœn.
cl[illegible] par. 2. §. 25. num. 15.
23 Hodie verò nullus Religioſus vti incorrigibilis
e[illegible] poteſtá Religione, niſi ſeruata forma decreti
Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. editi 21.
Decembris 1624. vbi ſtatuitur, vt antequam Re-
gularis quiſpiam declaretur incorrigibilis, & à
Religione expellatur, vnius anni ſpatio in ieiu-
nio, & pœnitentia probetur in carceribus, elapſo
autem anno, ſi adhuc in ſua pertinacia perman-
[illegible], nè contagione peſtifera plurimos perdat,
tanquam membrum putridum eijci tantum po-
te[illegible]t ab ipſo Generali de conſilio, & aſſenſu ſex
Patrum ex grauioribus Religionis in ſingulis
capitulis, & Congregationibus generalibus eli-
gendorum, præuio tamen inſtructo proceſſu, &
plenè probatis cauſis de iure, & de facto ad Sa-
crorum Canonum præſcriptum mouentibus ad
huiuſmodi expulſionem exequendam, de quo de-
creto, *Bellet. diſqniſit. clerical. par. 2. tit. de pœn.*
clericor. §. 25. numer. 5. vſque ad 10. & in §. 42.
num. 3.
24 Laicus verò pro perpatrato furto ſubire debet
pœnas, vel à iure municipali, vel à bannimentis
generalibus ſtatutas, quibus ceſſantibus, vel cir-
cumſcriptis pro furto ſimplici omnes conueniunt
quod non poſſit imponi pœna mortis, nec ab-
ſciſſionis membri, per textum apertum in *Auth.*
ſed nouo iure C. de ſer. fugit. ibi ſed pro furto Cyril.
in ſumm. criminal. par. 2. rub. de priuat. delict. §. 3. n. 5.
Clar. in §. homicidium num. 8. vbi de communi, Me-
noch. de arbitrar. caſ. 295. num. 7. Cabal. reſol. crim.
19. num. 1. Bonifat. in tract. de furt. § fin. n. 18. & 26.
Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo furtum con-
cluſ. 564. num. 6. cum alijs per Farinac. in tit. de furtis
quæſt. 167. num. 33.
25 Vnde pro primo furto communiter videtur
receptum imponendam eſſe pœnam fuſtigationis
Peguer. deciſ. crim. 16. num. 2. & deciſ. 26. num. 4. Me-
noch. de arbitrar. caſ. 295. num. 8. in fin. Cyril. in ſumm.
26 *crim. par. 2. rub. de priuat. delict. §. 3. num. 5.* ſed hodiè
apud nos fures pro primo furto, & ſic pro ſim-
plici furto non ſemper fuſtigantur, ſed quando-
que tribus ictibus funis, aut pœna exilij, & quan-
doque in vtraque pœna funis, & exilij iuxta fur-
ti quantitatem, & perſonæ qualitatem, & ſic Iu-
dicis arbitrio, & extra ordinem, cum præcisè in
iure non ſit ſtatuta pœna fuſtigationis vt teſtatur
27 *Farinac. dicta quæſt. 167. num. 38. & num 39.* ſubdit
quod etiam pro vnico furto commiſſo in Eccle-
28 ſia nec imponatur pœna mortis, immo quod
etiam ſi a ſtatuto pro primo furto imponatur
pœna mortis, poſſit tamen Iudex pœnam dimi-
nuere, & temperare, vt ſequitur *num. 41. & voluit*
Petrus Cabal. reſol. crim. caſ. 18. num. 13. in fin. Boni-
fat. de furt. §. fin. num. 45. Cardinal. Tuſc. in verbo fur-
tum pract. concluſ. 555. n. 35.
29 Pro ſecundo verò furto licet ſecundum ali-
quos bis fuſtigari debeat, vel quod imponenda
ſit pœna amputationis auriculæ, vel manus, &
ſecundum alios etiam pœna mortis, hodie ta-
men apud nos fur non ſuſpenditur, ſed ſi perpa-
trata furta ſint non modicæ quantitatis, vel etiã
cum aliqua aggrauanti qualitate, aut fuſtigantur
& in exilium mittuntur, aut ad triremes ad tem-
pus tranſmittuntur, vt teſtatur *Farinac in tit. de*
furt. quæſt. 167. vbi num. 42. & 43. relatis ſupradi-
ctis Doctorum ſententijs ita firmat *in num. 44.* &
in ſequentibus numeris diſcuſſis aliorum Docto-
30 rum opinionibus hinc inde contendentibus an
pro magno furto imponenda ſit pœna mortis
concludit pro negatiua in fin. num. 47. adeout ſi
iſto caſu fur condemnabitur ad triremes aut per-
petuas, aut per decennium, vtique erit ſatisfactũ
iuſtitiæ, non obſtante quod quandoque in Vrbe,
& ſtatu Eccleſiaſtico fuerint ſuſpenſi fures pro
furto magnò, aut cum fractura, aut de nocte cũ
ſpoliatione tranſeuntium per viam, aut cum alia
aggrauãti qualitate, cum hos ſubdit eueniſſe non
quia ita ſtatutum ſit de iure communi, ſed vigo-
re bannimentorum municipalium.
31 Pro tribus verò, ſeù pluribus furtis, pro qui-
bus fur ſamoſus dicitur, ſi fuerint non modicæ
quantitatis, vel etiam commiſſa fuerint cum ali-
qua aggrauanti qualitate fures apud nos furca
32 ſuſpenduntur, aliter aut fuſtigantur, & in exiliũ
mittuntur, aut ad triremes ad tempus, vel in
perpetuum damnantur arbitrio Iudicis, *Farinac.*
in tit. de furtis quæſt. 167. num. 50. & ſic in primo
caſu ſubſtinetur ſententia Doctorum, quos plenè
refert idem *Farinac.* ibidem *num. 48.* affirmatiua
ſcilicet, quod fur pro tribus, vel pluribus furtis
furca ſuſpendendus ſit, in ſecundo verò caſu al-
tera negatiua quod non debeat irrogari pœna
vltimi ſupplicij, ſecundum alios Doctores alle-
gatos in *num. 49.*
33 Hinc eſt quod pro tribus paruis furtis imponi
non poſſit pœna mortis, inſinuant *Cardinal. Tuſch*
pract. concluſ. in verbo furtum concluſ. 564. nu. 20. 27.
& 35. in fin. Bonifac. in tract. de furt. §. fin. num. 44.

*Iaſ. in §. ex maleficijs num.*11.*inſtit. de action. Farinac.*
*dicta quaeſt.*167.*num.*79.*& num.*80.*verſ. prima opi-*
nio, vbi quod hæc ſententia ſit magis in practica
recepta, & nunquam vidiſſe teſtatur pro tribus
paruis furtis aliquem furem ſuſpenſum fuiſſe, *Pe-*
34 *trus Cabal. reſol. crim. caſ.*19.*n.*3. vbi inquit quod
pœna ſit mitiganda vbi furta ſint leuia, & non
habeant circumſtantias, & qualitates aggrauan-
tes, & fures iſtos vt plurimum mitratos duci per
Ciuitatem, & loca, in quibus detenti reperiuntur
& mox ad triremes mitti ad remigandum, vel
ad tempus, vel in perpetuum iuxta facti, & per-
ſonarum qualitatem.

35 Ex cauſa tamen Iudex habet arbitrium à lege
conceſſum pœnas certas à lege impoſitas dimi-
nuendi, & temperandi, prout etiam & augendi,
*Vulpel. reſponſ. crim.*16. *num.*5. *in fin. Peguer. deciſ.*
*crim.*27. *ſub num.*8. *in fin. Petrus Cabal. reſol. crim.*
*caſ.*18.*num.*13.*& caſ.*19.*num.*5. *& num.* 11. *in fin.*
36 ſubdit quod eſſet nimis durum, & crudele pro
duabus, aut tribus gallinis, aut ſimilibus mini-
mis furtis interficere hominem non obſtante
conſtitutione generaliter, & indiſtinctè loquente.

37 Simplices vero latrones, ſeù Graſſatores, *qui*
aut violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine
armis in domibus, aut in itineribus, aut in mari pœ-
nis legalibus ſubſequi debeabt, vt dicit textus in
Authen ſed nouo iure in fin. C. de ſer. fugit. & lega-
lem pœnam eſſe pœnam mortis voluerunt Do-
ctores relati per *Farinac. in tit. de furt. quaeſt.* 167.
*num.*85.*&* 86. Verum quod Graſſator pro vnico
latrocinio, & vna graſſatione non debeat mori,
probat textus *in l. capitalium §. graſſatores ff. de pœ-*
nis, vbi quod ſi graſſatores ſæpius ſpoliantur ca-
pite puniuntur, ſin minus in metallum damnan-
tur, aut in inſulam relegantur, & voluerunt *alij*
Doctores per eundem Farinac. allegati ibidem nu. 87.
*& num.*88. concludit apud nos pro vnica graſſa-
tione graſſatorem ad triremes damnatum ſæpius
vidiſſe modo in perpetuum, modo ad tempus,
niſi interuenerint vulnera, aut occiſio, & niſi al-
cet in bandimentis diſponatur.

38 Publici tamen latrones, ſeù famoſi, qui in
ſtrada publica, & alibi ſæpius graſſati fuerint, in
loco commiſſi delicti furca ſuſpenduntur, per
textum ad literam in *l. capitalium §. famoſos ff. de*
pœn. & ibi gloſ. in verbo graſſati, & alij ſcribentes
*Menoch. de arbitrarijs quaeſt. lib.*2. *caſ.*295 *num.* 14.
*Couar. var. reſol. lib.*2.*cap.*10.*num.*7.*verſ. niſi fuerit*
*famoſus latro Boniſac. de fur. § fin. num.*19. *Cyril. in*
*ſumm. crim. par.*2.*rub. de priuat. delict §.*3.*num.*4.*verſ*
publicus latro Farinac. in tit. de furt. quaeſt. 167.*n.*89.
vbi alios cumulat *Peguer. deciſ. crim.* 27.*n.*2.

39 Ambigeatus crimen ſcilicet quando quis abi-
git animalia ex agro, ſilua, vel grege, vel à ſta-
bulo, vel domo, vt habetur *in l. fin. in princ. verſ.*
eum quoque ff. de abig. omni iure damnatur, & pu-
nitur, etenim. de iure diuino, qui ouem, vel bo-
uem, furatus fuerit, quinque boues pro vno, qua-
tuor oues pro vna, reddere tenetur, & ſi iumen-
tum ad duplum, *Exod.*22.2.*Reg.*12.*verſ.*6.

40 De iure canonico abigeus arbitrio iudicis pu-
niri poteſt, mitiori tamen pęna, quæ pro furto
irrogatur, cum nulla ſtatuta reperiatur pæna, vt
comprobat *Farinac. dicta quaeſt.* 167. *numer.* 109.
& 110.

41 De iure vero ciuili Abigei condemnantur in
opus publicum, ſeù in metallum, aut in perpe-
42 tuum exilium *l.*1.*ff. de abig* vel tranſmitti poſſunt
ad triremes, cum pena triremium ſuceſſiſſe vi-
deatur in pænam damnationis in opus publicum
& ita poſt fuſtigationem fuiſſe ſeruatum in quen-
dam, qui furatus fuerat arietem vnum, & vigin-
ti reſtatur, *Peguer. deciſ. crim.*29. *num.*7. *& num.*9.
*Cabal. reſol. crim. caſ.*160.*num.*8.*&* 9.*Farinac. dicta*
*quaeſt.*167.*n.*105.

43 Vbi tamen frequentius hoc malificij genus
committitur, vltimi ſupplicij pæna imponi po-
teſt *l.*1.*in prin. & ibi gloſ ff. de abig. Cyril. in ſumm.*
*crim. rub.*25.*de extraord. crim. §.*4.*num.*1.*Gomez. de*
*delict. cap.*5.*rub de furt. num.*19.*in princ. iuncto verſ.*
adde tamen Peguer. deciſ. crim 29.*n.*7. *Cabal. reſol.*
*crim. caſ.*160.*num* 6.*Farinac. dicta quaeſt* 167.*n.*111.

44 Ad hanc tamen abigeatus pænam incurren-
dam non ſufficit quælibet pecoris abductio, ſed
requiritur, quod ex ouibus, & minuris anima-
libus puta capris, agnis, veruicibus, hædis, & ſi-
milibus, ſurripiantur ad minus decem, ex ſuibus
quinque, vel quatuor, & ex equis, bobus, mulis,
aſinis, tauris, bubalis, & alijs groſſis animali-
bus ad minus vnum, nam ſi minorem numerum
quis abſtulerit, fur eſt, & non abigeus, ſecus au-
tem ſi ſæpius, & frequenter etiam vnum minu-
tum animal abductum fuerit, textus eſt *in l.* 3.*in*
princ. & in §. qui ſæpius ff. de pæn. Peguer. dec. crim.
29.*num.*1.*Cabal. reſol. crim. caſ.*160. *num.*2. 3. *&* 4.
*Farinac. in tit. de furt. quaeſt.*167. *num.*115. *&* 116.
*Petrus Greg. ſintagma iur. lib.*37.*cap.*5.*rub. de furtis*
*animal. num.*1.

45 Quæ licet indubitanter procedant in ruſticis,
ſecus in honeſtioribus perſonis, qui pro huiuſ-
modi crimine non in pænam mortis, damnãtur,
ſed aut relegantur, aut ordine amouentur, *l.*1.
verſ. quanquam ibique gloſ. ff. de abigeis Farinac. di-
*cta quaeſt.*167.*num.*118.*Cabal. reſol. crim. caſ.*160.*nu-*
*mer.*7.*Peguer. deciſ. crim.* 29.*num.*7. *verſ. abigeorum*
autem pæna.

46 Plagiarij demum alienos ſeruos, ancillas, fi-
lios, & homines etiam liberos ſurripientes, oc-
cultantes, vel vendentes de iure ciuili ſi nobiles
ſint puniuntur relegatione, vel metallo, non no-
biles in metallum damnantur, & verberantur ſe-
cundum qualitatem perſonæ, ſed ſi ſæpius hoc
delictum commiſſum fuerit, ſi fuerit ſeruus, vel
libertus beſtijs ſubijcitur, ſi verò eſt ingenuus
gladio punitur, & ſic ad mortem damnatur, vt
per textum *in l. fin. ff. ad l. flauiam de plagiar. & in l.*
quoniam C. eod. tit. tradit *Didac. Cantera in quaeſt.*
*crim. cap.*8.*rub. de furt. num.*15. vbi benè ponderat
diſpoſitionem dictarum legum, benè etiam *Me-*
*noch. de arbitrar. lib.*1.*caſ.*536.*n.*5.*& ſeq. Farinac. de*
*furt. quaeſt.*167.*n.*97.

47 De iure verò canonico Clericus plagearius de-
ponitur, & in Monaſterium detruditur, & eſt ex-
communicatus, ſicut etiam laicus ſecundum
*Didac. Cantera loco citato num.*14. per textum ve-
rò in *cap. de furt. & in cap. in Archiepiſcopatu de*
raptorib. Alexander III. ſtatuit quod vbi Saracе-
ni mulieres Chriſtianas, vel pueros rapiunt, &
eis abuti præſumant, aut pecuniaria pæna, aut
flagellis afficiendi ſunt, ſi vero exceſſus pęnam
mortis, aut membrum detruncationem merea-

tur

cur ſæculari poteſtati tradendi ſunt, *Farin. in tit. de furt. quæſt. 167. num. 98. vide Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 536. num. 9. & ſeq.*

CLERICI, ET LAICI EXIMENTES CAPTVM EX MANIBVS FAMILIÆ QVANDO, ET QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Eripiens è manibus familiæ captum confeſſum, cõuictum, vel condemnatum pro quocunque crimine capitali punitur pœna mortis, pro debito tamen ciuili pœna arbitraria, quando liceat executoribus impunè reſiſtere, & deponentibus de reſiſtentia ſibi facta an ſit eiſdem credendum exaratur.

SVMMARIVM.

1 Eripiens è manibus familię captum pro quocumque crimine capitali punitur pœna criminis lęſę maieſtatis.
2 Ampl. etiam in eximente in carcere detentum.
3 Limit. vt ad incurrendam hanc pœnam requiritur, vt ereptus pro eodem crimine fuiſſet captus.
4 Sublim. in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Bullę Sixti V. quę comprehendit captos ereptos pro quocumque crimine.
5 Et omnes alij impedientes iuſtitię miniſtros in libera eorum officij executione.
6 Eximens è manibus familię debitorem captum pro debito ciuili, quidquid ſit vigore Bullæ Sixti V. hodie eius rigor non ſeruatur in practica, & nu. 7.
8 Eximentes executionem ciuilem, vel debitorem carceratum pœna arbitraria mulctantur.
9 Et vlterius tenetur ad ſolutionem debiti perinde ac ſi pro debitore exempto fideiuſſiſſet.
10 Declara procedere ſi debitor fuerit iuris ordine captus, etiam ſi exemptus non erat debitor, ſecus ſi captura ſit nulla, num. 11.
12 Clerici eximentes carceratos, & miniſtros iuſtitię impedientes de iure communi Iudicis arbitrio puniuntur. Secus in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Bullę Sixti V. & Gregorij XIII. num. 13.
14 Amp. vt hac de cauſa priuantur beneficijs, & dignitatibus.
15 Non poſſunt hac de cauſa puniri per Iudices Laicos.
16 Et Textus in l. addictos Cod. de Epiſcop. audien. abrogatus fuit à iure canonico, & num. 17.
17 Leges ciuiles editę contra Eccleſias, & Eccleſiaſticos à iure canonico abrogatę fuerunt, & nu. 18.
19 Ampl. ſiue ſint directę ad perſonas, ſiue ad bona.
20 Eximens ſe ipſum à manibus familiæ punitur, ſi non adſit violentia, prout ſi e carceribus aufugiſſet, cum violentia, & birruariorum offenſione pœna arbitraria, quę extendi poteſt vſque ad mortem.
21 Vigore Bullarum Sixti V. & Gregorij XIII. eximens ſeipſum è manibus familię videtur puniri debere, vt in eiſdem diſponitur, ſed non ſeruantur, niſi concurrat acclamatio, & incitatio populi ad arma, vel ſi franchigias appellaret, ſeu nomen Magnatis in auxilium inuocaret.
22 Referuntur aliæ pœnę, quę irrogari poſſunt contra alios eximentes, & ſe ipſum eximens.
23 Birruarijs reſiſti poteſt, quando vellent aliquem iniuſtè capere.
24 Vel ſine Iudicis mandato in ſcriptis.
25 Limita in caſibus, quibus birruarij poſſunt capere abſque Iudicis mandato, & caſus referuntur.
26 Limit. 2. quando reſiſtent putans potius inimicos graſſatores, quam birruarios reſiſtentiam faciat, etiam attenta Bulla Sixti V.
27 Birruariorum cognitio præſumitur. Declara, vt n. 28. & 29.
29 Birruarijs non gerentibus inſignia ſuita cum eorum ignorantia præſumatur reſiſti poteſt.
30 Birruarijs deponentibus de reſiſtentia eis facta, non eſt credendum.
31 Et recipi non poſſunt in Teſtes.
32 Birruariorum depoſitionibus iunctis Indicijs eſt credendũ.
33 Limita vt procedat, vbi agitur de pœna leui, ſecus ſi de corporali, aut capitali.

Tom. II.

DECISIO LXXV.

1 Eripiens è manibus familiæ captum præcipuè confeſſum, conuictum, vel condemnatum pro quocunque crimine capitali tenetur crimine læſæ maieſtatis, & illius pœna punitur, vt deducitur *in l. cuiuſque 4. ibi, item qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emiſerit ff. ad l. Iul. maieſt.* cuius Textus diſpoſitio
2 procedere tàm in eximente detentum ex carcere, quàm in eximente captum ex manibus familiæ, adnotauerunt Doctores relati per *Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. q. 30. nu. 101. iuncta quæſt. 132. num. 2. Boſſ. in tit. de captura num. 16. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 11. num. 2. & 7. & nu. 12. Petrus à Blanc. in epit. delictor. lib. 1. cap. 38. num. 7. vbi de communi Iul. Clar. in pract. cap. fin. quæſt. 68. verſ. eximens de manibus iuſtitia Guidopap. quæſt. 579. poſt num. 1. verſ. nunc ergo, & in addit. Lit. D. in princ. in verb. in crimine læſæ maieſtatis, & nu. 2 in fin. Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib. 1. tit. qualiter, & à quib. crimen læſæ maieſtat. committat quæſt. 58. in princ. Cabal. reſol. crim. caſ. 8. n. 2. 3. 4. & 5.*
3 Et licet ſecundum aliquos ad incurrendam hanc pœnam læſæ maieſtatis videatur requiri, quod ereptus fuiſſet captus pro eodem crimine læſæ maieſtatis, ſecundum Doctores congeſtos per *Farinac. dicta quæſt. 32. num. 4.* Tamen in Vrbe,
4 & ſtatu Eccleſiaſtico vigore Bullæ *Sixti V. Bullar. Cherubin. ex ordine 6. tom. 2. fol. mihi 374. edita contra bannitos, & facinoroſos &c. in §. duces quoque*, puniuntur vti rei læſæ maieſtatis eximentes è manibus Curiæ non ſolum reos læſæ maieſtatis, ſed etiam rebelles, perduelliones, latrones, alioſque nefarios homines, & etiam impedientes, aut auxilium præſtantes ne capiantur, vel qui occultauerint, aut euadendi commoditatem præ-
5 ſtiterint, & etiam omnes illi, qui miniſtros, & executores iuſtitiæ in captura, & libera eorum officij executione impedimentum dederint; & cum verba bullæ ſint generalia, & prægnantia, abſque dubio comprehendunt eripientes captos pro quocunque crimine, de qua etiam *Guazin. in tract. de confiſcat. bonorum concl. 13. amplıat. 84. nu. 3. & per tot. Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. q. 32. num. 5. & conſil. crim. 55 per tot. tom. 1.* & ita etiam ſeruari Mediolani teſtatur *Clar. in §. fin. quæſt. 68. verſ eximens è manibus iuſtitia*, quibus additur *conſtitutio Gregorij XIII. eodem Bullar. Cherubin. 65. §. 4. & 5.*
6 Quinimmò ex eadem verborum generalitate præfatæ Sixtinæ Conſtitutionis, quamuis videatur, quod comprehendantur etiam eximentes è manibus Birruariorum debitorem captum, ad inſtantiam alicuius Creditoris, vel ciuilem executionem ad effectum incurrendi pœnam vltimi ſupplicij, & ita in principio Pontificatus Sixti Quinti ſeruatum fuiſſe in quodam famulo, qui aſellum in executione ciuili captum à birruarijs exemit, quem propterea furcis ſuſpenſum vidiſſe, teſtatur *Farinac. dicta quæſt. 32. ſub num. 6. poſt*
7 *princ.* Tamen hodie pœna rigoroſa dictarum bullarum non procedit, nec irrogatur pro reſiſtentia facta Curiæ occaſione executionis ciuilis, nec contra eandem impedientes, vel è manibus

executorum eripientes, & ita declaratum fuiſſe à Clemente VIII. & reſolutum à Sacra Conſulta in cauſa cuiuſdam Presbyteri, qui in Ciuitate Firmana è manibus Balij executionem ciuilem abſtulerat, illumque verberauerat, vtpotè quia Bulla Sixti V. nullam facit menſionem de executione ciuili, immò ex eius exemplo, dum Bulla conficiebatur fuiſſe deleta verba appoſita *etiam pro executione ciuili* teſtatur *Farinac. dicta quaſt. 32. num. 6.* ita etiam *Guazzin. in tract. de confiſcat. concl. 13. ampliat. 84. nu. 5.* vbi ita pluries obſeruatum vidiſſe, & obtinuiſſe in Curia Capitolina ad fauorem Cæſaris Iuſtini Florentini, qui compoſitus fuit tantum in ſcutis 400.

8 Hinc eſt, quod ſic ciuilem executionem eximentes de iure ciuili pœna arbitraria multandi veniunt, pro vt etiam puniuntur eximentes debitorem carceratum propter turbatam iuriſdictionem, & iniuriam officio illatam, vnde reſultat criminalis punitio, ad textum *in l. criminali, Cod. de iuriſdict. omnium Iud.* vndè pæna redditur arbitraria, & extraordinaria *Boſſ. in tit. de captura num. 15. Guidopap. deciſ. 579. num. 1. in fin. verſ. tamen in definit. dicti proceſſus*, vbi quod Curia Delphinalis eripientem debitorem captum è manibus Officialium mitiùs ſecum agendo pænam corporalem in pecuniariam tranſmutauit, ipſumque condemnauit in 30. libris *Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. quaſt. 30. num. 112. iuncta quaſt. 132. num. 7.*

9 Et vlterius ita eximens ex manibus familiæ debitorem captum vltra pænam criminalem, in qua fiſco tenetur ob publicum intereſſe, contrahit obligationem ciuilem ad ſatisfaciendum creditorem, eique debitum ſoluendum, perinde ac ſi pro debitore exempto fideiuſſiſſet per textum in *l. quoties C. de exact. tribut. lib. 10.* vbi communiter ſcribentes, *& in l. fin. C. de oper. publ.* vbi pariter ſcribentes *Marſil. in tract. de ban. in verbo capti n. 8. Boſſ. in tit. de captura num. 15. Cepol conſil. 14. nu. 4. Guidopap. deciſ. 579. num. 1. verſ. circa hanc materiam Marſil. ſingular. 137. in prin. Io. Berb. in pract. rub. 25. de effract. carcer. num. 6. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. quaſt. 30. num. 107.* vbi de eximente debitorem ex carceribus, *& quaſt. 132. num 8.* vbi de eximente debitorem ex manibus familiæ, *Cabal. reſol. crim. caſ. 8. n. 22. cum ſeq.*

10 Declara vt prædicta procedant, ſi debitor fuerit iuris ordine captus, quo caſu tenetur eripiens, etiam quod is re vera debitor non eſſet, & in ijs terminis procedit textus in *l. ſi per alium § in eum ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi exim.* & Doctores tenentes eximentem teneri ad debiti ſolutionem etiamſi exemptus non erat debitor, quos refert *Farinac. dicta quaſt. 32. nu. 11. iuncto num. 13. Cabal. dicto caſu 8. num. 24.*

11 Quando verò ereptus non fuit iuris ordine ſeruato captus, eximens non tenetur ad debitum & in ijs terminis ſubſtinerut ſententia, *Marſil. in tract. de bann. in verbo capti num. 8. & Brunor. à Sole in ſuis quaſt. legal. quaſt. 30. num. 22.* vbi docet, quod eximens captum indebitè è manibus Curiæ non ſolum non tenetur ad pænam criminalem, verum etiam nec ad intereſſe partis, prout etiam diſtinguendo tradit *Farinac. eadem quaſt. 32. num. 12. iuncto num. 13.*

12 Clerici verò miniſtris iuſtitiæ ſeſe opponentes,
eximentes carceratos, & ipſos executores offendentes, licet de iure communi Iudicis arbitrio
puniendi ſint, ſecundum *Diaz in pract. crim. canon. cap. 10. abique Ignat. Lopez in addition. verſ. in
Laicis cum ſeq. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de
pœn. Cleric. §. 55. num. 1.* Tamen in Vrbe, & ſtatu
13 Eccleſiaſtico vigore Conſtitutionis Sixti V. &
Gregorij XIII. ſubijciuntur pænis in eiſdem ſta-
14 tutis, & hac de cauſa priuantur quacunque Eccleſiaſtica dignitate, gratia exemptione, & beneficio Eccleſiaſtico eo ipſo, quæ concluſio regulari debet ſecundum declarationes, & limitationes ſupra traditas.

15 Non poteſt tamen Iudex Laicus trahere ad ſuũ
Tribunal Clericos, aut Monachos huius criminis
16 reos, quoniam licet Imperatores *Arcbadius*, &
Honorius contrarium diſpoſuerint *in l. addictos C.
de Epiſcop. audien.* Tamen non ſolum dicta lex,
17 ſed omnes aliæ editæ contra Eccleſiaſticos, &
Eccleſiaſticam immunitatem, & libertatem etiam
in cauſis publicis, & communibus, & in re etiam
merè temporali, & pecuniaria à iure canonico
abrogatæ fuerunt, vtpotè quia Laici in Clericos,
& Monachos nullam habeant iuriſdictionem, &
ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos ſpectet, & pertineat
ius eoſdem corrigendi, multandi, & puniendi,
vt bene docent *Salicet. Alber. & Fulgoſ. in dicta
l. addictos num. 3. Roderic. quaſt. Regular. tom. 2. qu. 33.
art. 3. ad tradita per Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in
pract. crim. canon. cap. 10. in verſ. in Laicis*, quos refert, & ſequitur *Bellet. diſquiſit. clerical. par. 2. tit. de
pœn. Clericor. §. 52. num. 3.* quibus addo *Thom. del
Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 1.* vbi *num. 16.*
18 firmat quod leges Imperatoriæ *in C. de Sacroſan.
Eccleſ. Auth. eod. tit.* quæ ſpeciatim diſponunt de
Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis nullæ ſint,
tanquam à non habente iuriſdictionem editæ,
adeo vt ſi à iure canonico non reperiantur receptæ, & approbatæ obſeruari non debeant, ſiue
19 ſint directæ ad perſonas, ſiue ad bona ſpectantia
ad eoſdem Eccleſiaſticos, vt ſubdit *nu. 17. tom. 2.*
& ratio eſt, quia ſi lex ciuilis diſponere poſſet de
bonis Eccleſiaſticis, obligaret perſonas ad eius
obſeruantiam, vndè ſi non habet poteſtatem in
perſonis, neque habere poteſt in bonis.

20 Eximens vero ſe ipſum è manibus familiæ ſine armorum violentia, non aliter punitur, quam ſi ex carcere aufugiſſet, nam etiam ipſum detineri dicitur, mitius tamen, eo quia non cenſetur violare publicos carceres, & ſic pæna arbitraria extra ordinem imponenda venit, ſed ſi violenter cum armis captus è manibus Birruariorum ſe exemerit, pæna arbitraria Iudex extendere poteſt vſque ad mortem, attenta facti, & perſonarum qualitate, & qualitates ſint multum aggrauantes, ſcilicet ſi capiendus non ſolum vim faciat, ne capiatur, ſed etiam vulneret birruarios, ſciens & videns eſſe miniſtros iuſtitiæ, ita *Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. quaſt. 32. num. 27. & 28. Pariſ. conſ. 147. per totum, præcipuè nu. 3. & 4. iuncto n. 17. lib 4.* vbi conſuluit bene fuiſſe condemnatum in pœnam pecuniariam, & in illius defectum in corporalem quendam Ioannem Petrum Parolium, ex eo quia nè caperetur à militibus enſem contra illos denudauit, & euaginauit, minando per-

cutere

entere velle, niſi ipſum abire ſinerent, *Boſſ.in tit. de captura num.17.& 18. Clar.in § fin.quæſt.29.n.5. verſ.ſed quæro etiam Odd. conſ 72. num.32. Boer.deciſ.170. num.5. verſ.vnde in caſu noſtro, Guazin de confiſcat.concl.13. ampliat.84 nu.3. verſ.contrariam ſententiam Cabal.reſol.crim. caſ.8.num.37. cum ſeq.*

21 Vigore tamen Bullarum Sixti V. & Gregorij XIII. quas ſupra allegaui in ſtatu Eccleſiaſtico videatur etiam ſe ipſos eximentes puniri debere pænis in eiſdem ſancitis, cum etiam hoc caſu inferatur impedimentum executoribus iuſtitię, ſicut infertur ſi à tertio captum eximatur, vel ne carceribus mancipetur, impediatur, tamen quidquid ſit de mero iure præfatarum Bullarum in practica non fuiſſe ſeruatas, niſi in caſu, quo quis è manibus familiæ ſe eximere quærens, populum ad arma, acclamaret, alioſuè concitaret, ſeù nomen alicuius Magnatis in auxilium inuocaret, vel franchitias appellaret, cum tunc efficiatur reus criminis læſæ Maieſtatis, teſtatur *Farinac. in tit. de carcerib.& carcerat.quæſt.32.num.23. & præcipuè verſ. ſed quidquid ſit de mero iure Guazin. de confiſcat.concl.13.ampliat 84.num.3.verſ.contrariam ſententiam, Vermigliol.conſ.crim.187. num.10. & conſil.375.num.6.rurſus Farinac.conſil. crimin.100. numer.40.*

22 Propterea extra ſupradictos caſus, ſi temperanda eſſet pæna vltimi ſupplicij, vel criminis, & perſonarum qualitates, & facti circumſtantiæ, vel violentiæ illatæ maior, vel minor grauitas eandem excluderet, vel pæna triremium ad tempus, vel in perpetuum, vel exilij, aut etiam pecuniaria huius criminis rei multari poſſunt, pro vt ita etiam animaduerſum fuiſſe contra alios eximentes, refert *Cabal.reſol.crim caſ.8.n.12.*

23 Licet autem birruarijs reſiſtentiam facere, quando vellent aliquem iniuſtè, & indebitè capere, cum tunc non reſiſtere, ſed ſe defendere dicatur, vndè pro huiuſmodi defenſione, & ad ſe liberandum à grauamine indebitæ capturæ poteſt quis amicos, & coniunctos ad id conuocare, ſeù alios acclamare, ſecus autem in caſu iuſtæ capturæ tam de iure communi, quam vigore præfatarum Bullarum, vt bene declarat *Bartol. in l.prohibitum num.2.& 3.C.de iure Fiſci lib.10.ibique etiam Luc.de Pen.nu.14 verſ.dixi enim Pariſ de Put. de ſindicat.in verbo reſiſtentia cap. 1.num.2. verſ.& quod quoad reſiſtentiam fol.mihi 279.col.1.in princip. Foller.in pract.crim.canon in verbo notatos capiat de perſona num.17.Silua de arce inter conſil.crim. diuerſor.conſil.71. num.26. vol.2.in fol. Seraphin.de Seraphin.in tract.de priuileg.iurament.priuileg.132.n.43. cum alijs adductis per Farinac.in tit.de carcer. & carcerat.quæſt.32.num.29 & 30.Maran. diſ 1. num.27. & 36.* vbi ſubdit, quod quilibet priuatus poſſit defendere tertium iniuſtè oppreſſum, & in caſu licitæ reſiſtentiæ poſſit, quis conuocare non ſolum amicos, & coniunctos, ſed etiam conducere ſtipendiarios.

24 Ita pariter ſi ſatellites vellent aliquem capere ſine Iudicis ordine, vel ſine mandato in ſcriptis, quia cum tunc iniuſtè agere dicantur, poteſt illis per capiendum impunè reſiſti, vt bene probat textus in *l prohibitum C.de iure Fiſci, vbi Bart.Luc. de Penna Clar.in pract.§ fin. quæſt.29.in fin.princip. Boer. deciſ.170. num.2. verſ.quia habens mandatum de capiendo Corrad.in pract.tit.de captura nu.5.verſ at ſi fiat per nuncium fol.mihi 167.col.1 Paul.Grau. theorem.19.num.1.cum alijs per Farinac.in tit.de carcer.& carcerat.q.32.num.31.& 32.*

25 Ab hac tamen regula receditur in caſibus, quibus licitum eſt Birruarijs delinquentes, & reos capere abſque Iudicis mandato, vt quando rei inueniuntur cum armis, vel cum aliqua bannimentorum contrauentione, vel in flagranti crimine, & in alijs ſimilibus, in quibus ceſſat ratio impunitatis conceſſæ reſiſtentibus, & non permittentibus ſe capi, *Paul.Grauit. Theorem 19. num.2. Iul. Clar.in pract.§ fin.quæſt.28.ſub verſ. dictum eſt. Farinac.in tit.de delict.& pæn. quæſt. 21. num.137. & ſeq.& in tit.de carcer. & carcerat. quæſt.32. num.34. 35. & 36.*

26 Prout etiam quoties reſiſtens birruarijs ignorabat eos eſſe tales, ſed potiùs inimicos credebat, præcipuè ratione loci remoti, vt ſi eundem capere vellent in nemore, & incedant armati, vti alij graſſatores, nam hoc caſu reſiſtens veniret excuſandus, *Vermigliol.conſil.crim.116. num.2. conſil.76.num.11.& conſil. 87. num.5.* & in puncto Bullę Sixti V. quod habeat locum in reſiſtentibus qui cognoſcebant eos pro Officialibus, & Executoribus, vel iuſtitiæ miniſtris, tradit *Farinac. conſ.crim.65.num.28. tom.1.*

27 Et quamuis ſit præſumptio, quod Officialis ſit
notus in Prouincia, hoc tamen procedit, vel quo-
28 ties agitur de Birruario Officiali, vt eſt Barixel-
lus, ſecus autem ſi agatur de cognitione parti-
cularium Militum Curiæ, qui plures ſunt, & in
dies mutantur, & nullus in eis oculos figit, nec
conuerſatio habetur ad latè tradita per *Tiraquel.*
de reuocan.donat.in præfat.num 57.& ſeq.& per Me-
noch.relat. per Farinac. conſil. crim. 100. numer. 35.
tom.1.

29 Vel quoties ſatellites gerant inſignia in loco portari ſolita, alias cum ignorantia præſumatur, eiſdem impunè reſiſti poterit *l.item apud Labeonem § ſi quis virginem ff de iniur. & l.ſi quis ignorans, ff. locat Clar.in §.fin. quæſt 29 num 1. in fin. verſ.item debet Aret.de maleſ.in verbo quod fama publica n.55. in fin.verſ.& ideo Boer. deciſ. 170. poſt num.5. cum alijs congeſtis per Farinac. conſil crimin.100. num.1. tom.1. & in prax. crim. in tit. de carcer. & carcerat. quæſt.32.num.37.*

30 Birruarijs verò aſſerentibus, & deponentibus
ſe ab aliquo fuiſſe inſultatos, ſeù reſiſtentiam fa-
ctam, vel pignus ereptum, vel vulneratos, eis non
creditur, & vix ſufficiunt ad generaliter inqui-
rendum, & ad ſumendam informationem, vtpotè
quia tantum habeantur loco accuſatorum, qui
propterea recipi non poſſunt in Teſtes, cum cen-
31 ſeantur deponere in cauſam propriam, vel ſe ad
exonerandum, *Iodoc.in pract.crim.cap.13.tit.de ci-*
tat.reali num.31. Boſſ in tit.de denunciat. nu.12.Me-
noch.de arbitrar. quæſt. caſ.112. num.11. 12. & 13.
Alciat.de præſumpt. reg.3. præſumpt.14. Decian. in
tract.crim.lib.8.cap.4.num.7.& ſeq. Cephal.conſ.24.
num 69. & ſeq. lib 2. Maſcard.de probat. lib. 2. con-
cl.1115.num.8. Farinac.conſil.crim.100.num.7 to.1.
& in tit.de teſtib.quæſt 56. num.376.& 377. & rur-
ſus in tit.de carcer.et carcerat.quæſt.32.num.80.Cabal.
reſol.crim.caſ.126.nu.1.ad fin.et nu.2.et 3.et caſ.127.
num.2.Vermigliol.conſ.116.num.1.

Et

32 Et licet Birruariorum depoſitionibus iunctis indicijs indubitatis ſit credendum, hoc tamen 33 procedit, vbi agitur de pœna leui, & pecuniaria, ſecus in grauioribus, & vbi agitur de pœna corporali, aut capitali, vt de communi Doctorum ſententia teſtatur, *Farinac.conſil.crim.* 100.*num.* 29. *tom.* 1.*et in tit.de Teſtib.quaſt.* 76.*num.* 379. vbi plenè alios allegat.

CLERICVS, & LAICVS PRO CRIMINE FALSI QVANDO, ET QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Pœna falſi olim erat deportatio, hodie eſt arbitraria, nempè pecuniaria, corporalis, triremium, & etiam mortis pro diuerſitate cauſarum, Clericus falſarius eſt deponendus, & ſupradictis pœnis etiam multandus, falſificantes literas Apoſtolicas, Imperatoris, ſubornantes teſtes, & ſimilia committentes, pœnæ quibus multari debeant referuntur.

SVMMARIVM.

1 Falſi crimen, vt ſit punibile dolus verus requiritur, & non ſufficit præſumptus.
2 Falſitas, vt ſit punibilis, quæ requirantur, & 3. & 4.
5 Pœna falſi olim erat deportatio, hodie eſt arbitraria, vt pecuniaria, corporalis, triremium, & etiam mortis, nu.7. & etiam confiſcationis n.8.
6 Statuta punientia falſarios ſunt ſeruanda.
9 Falſarius tenetur ad damna, & contra eum iurari poteſt in litem pro intereſſe paſſo n.10. & pro contentis in ſcriptura lacerata, n.11.
12 Falſum in cauſa committens perdit cauſam, & n.13.
14 Clericus falſarius eſt deponendus, & in Monaſterium detrudendus, & priuari poteſt beneficijs, & ſuſpenſione, ac exilio multari, n.15.
16 Et pro crimine falſi laici, & Clerici etiam condemnari poſſint ad triremes.
17 Falſificans literas Papæ, & Imperatoris punitur pœna mortis, ſecus literas Regis, Proregis, & Senatus nu.18. & 19.
20 Clerici vero incurrunt excommunicationem, beneficijs priuantur, & curiæ ſeculari præuia degradatione traduntur, ſed quod regulariter hæc pœna non ſeruetur, num. 21.
22 Clerici, & laici, qui ſub nomine Pontificis literis falſis vtuntur qua pœna puniantur.
23 Literæ Apoſtolicæ quibus modis falſificari poſſunt, remiſſiue.
24 Clericus ſi falſificat ſigillum Principis qua pœna puniatur.
25 Clericus ſubſcribens literas ſub nomine maioris partis Capituli, qua pœna puniatur.
26 Faciens ſe militem, & Doctorem tenetur pœna falſi, ſed extra ordinem.
27 Faciens ſe Comitem, & Ducem incurrit crimen falſi, & extra ordinem punitur, ſed ſi etiam vſurpet iuriſdictionem tenetur pœna læſæ maieſtatis.
28 Qui tamquam Comes Palatinus baſtardos legitimet, & tamquam Notarius inſtrumenta celebret cum non ſit, qua pœna puniatur.
29 Gerens ſe pro Curia, & magiſtratu cum non ſit qua pœna puniatur.
30 Limitantur ſupradictæ Regulæ quando falſus actus non fiat animo vſurpandi Principis iuriſdictionem, ſed ad alium finem.
31 Ingrediens propterea ſub nomine Curiæ domum alterius mulieris animo carnaliter cognoſcendi non incurrit pœnam mortis, ſed triremium num. 32.
33 Limit. 2. vt nec incurrat pœna mortis, quando quis aſſumit nomen Curiæ non animo aliquem occidendi.
34 Producens falſos articulos, & inducens falſos teſtes punitur pœna falſi, etiam ſi non vtatur, num.35.
36 Lim. quod ad incurrendam hanc pœnam requiratur ſcientia, & dolus. ſecus ſi ignorantia
37 Subornans teſtes ad dicendum falſum pœna falſi punitur ex Statuto Vrbis quomodo puniatur, num.41.
38 Clerici ſubornantes teſtes quomodo puniantur.
39 Teſtes ſubornati, & corrupti eadem pœna falſi puniuntur pro vt ſubornantes.
40 Teſtis corruptus, & ſubornatus nihil probat.
41 Teſtis ſubornatus, & corruptus in cauſa criminali punitur eadem pœna, qua puniendus is, contra quem fuit corruptus.
43 Limita ſi teſti detur pecunia pro itinere, & operis omiſſis, quæ licitè debentur. Declara, vt n.44.
45 Limit.2. ſi teſti aliquid detur poſt depoſitionem nulla præcedente promiſſione. Declara, vt n.46.
47 Corpus delicti in crimine falſi probatur indicijs, & coniecturis.
48 Limita, vt procedat quando falſitatis veſtigia non remanent, ſecus ſi factum ſit apparens & permanens.

DECISIO LXXVI.

FAlſi crimen ſicut varijs modis perpatratur, vt toto titulo *ff.& C.ad l.Cornel. de falſar.* ita di-
1 uerſis pœnis attenta eius grauitate, & circumſtantijs multatur, ad hoc autem, vt falſitas ſit punibilis, dolus concurrere debet, ita quod non ſufficiat dolus præſumptus, ſed verus dolus requiratur, *l.nec exemplum C.de falſ. latè Gabriel. conſ* 169 *num.* 16.*& num.* 17.*lib.* 1. *Menoch. conſil.* 12 .*num.* 15 *lib.* 3.*Rum. iun.conſ.* 145.*num.* 21.*Honded.conſ* 109. *num.* 17. *Baiard ad Clarum in §. falſum num.* 297. *Farinac.qui alios allegat in tit.de falſit. quaſt.* 150 *num.* 181.

2 Vt quis igitur de falſo pœna ordinaria puniri poſſit tria copulatiuè requiruntur, quod veritas ſit immutata, alteri nocitura, & dolo facta *Cephal. conſ* 355.*num.*44.*vol.*3. *Gabr.conſ.*169.*num.*14. *& conſ.*180 *num.*6 *Honded.conſ.*109.*num.*55.*lib.*1.*Afflict.deciſ.*404. *num.*8.*Ancbar. conſ.*23. *Baiard. ad Clar.in §.falſum num.*255.*Bellet,diſquiſit. Clerical. par.*2.*tit.de pæn. Cleric.* §. 44.*num.*1.*Farinac. conſil, crim.* 114.*num.*12.*&* 36. vbi quod hoc ſit ore omnium vulgatum, *Maſcard.de probat.conclu.*739
3 *num.*12. *& num.* 13. vbi addit quartum, nempè quod falſitas ſit commiſſa in ſcriptura, quæ probet, & fidem faciat, quia alias ſi non probaret non diceretur commiſſum falſum, *& num.* 15.ſub-
4 dit, quod vnum ex dictis requiſitis deficientibus falſitas non eſſet punibilis.

5 Pœna falſi olim homini libero erat deportatio in perpetuum cum confiſcatione omnium bonorum *l.*1.*§. vltimo ff.ad l.Cornel.de falſar.* hodie vero eſt arbitraria, aliquando maior, quandoque minor pro diuerſitate cauſarum, & ſic pro falſitate aliquando irrogatur pœna pecuniaria, aliquando corporalis triremium, & aliquando mortis, vt innuat *Farinac.in tit.de falſit. & ſimulat. quaſt.*150. *num.*21.*&* 22. *ex gloſ.in l.*1.*§. fin.in verbo eorum ff ad l.Cornel.de falſar.Hoſtien in ſumma in tit.de crimin. falſ.num.*8. *Gandin.in rubric.de falſar.num.* 3.*verſ.ſed hodie Monticel.reg. crim.* 15. *num.*149. *Bertaz. conſ.crim.* 538. *num.*17.*Clar. in §. falſum num.*31.*in fin.verſ.ſed quaro qua ſit pæna Bellett, diſquiſit clerical.par.*2.*tit.de pæn.cleric.*§.44 *num.*3. *Cabal.reſol.crim.caſ.*165. *num.*19.vbi quod pœna falſi in perſona nobili, vel in dignitate cōſtituta eſt deportatio cum publicatione bonorū, *l.*1, *§. fin. ff. ad l. Cornel. de falſar.* in plebeo dānatio in metallū, *l.ſi quis aliquid §. qui vini teſtamen-*

mentum. ff. de pœn. in ſeruo autem vltimum ſupplicium dicta l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de falſar, vbi
6 Bart. hoc modo intelligit, dicta iura, & ai, addit idem Cabal, quod dicta pœna in homine libero non ſit amplius in vſu, ac proinde vbi adſunt ſtatuta ſuper hoc prouidentia, veniunt ſeruanda, illis autem deficientibus pœna erit arbitraria Iudici, vt etiam tenet Gand. in tit. de falſar. ſub num. 3. verſ. ſed hodie Alex. conſ. 55. num. 2. verſ. verum quia lib. 7. Capyc. deciſ. 151. num. 2. Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 306. ſub n. 8.

7 Sed ſi hoc crimen ſit tam graue, & falſitas ſit magna, etiam pœna mortis imponi poteſt per textum in l. vbi falſi in fin. C. ad l. Cornel. de falſ. ibi ſupplicio capitali ſi id exigit magnitudo commiſſi Diaz in pract. crim. canon 117. in verbo falſarij ſub num. 8. Giaccar in addit. ad Clar. in §. falſum lit. B. la ſeconda in verbo alij caſus in fin. verſ. qui vero multa acta ibique etiam Baiard num. 249. Capyc. dec. 130 in 3. dub. ſub num. 11 poſt verſ ſed altius aliquando Boer. dec. 82. poſt nu. 8. & 9. Afflict. dec. 404. num. 17 verſ. ſecundo reſpondetur Farin. in tit de falſi. et ſimul. q. 150. nu. 24 Caball. reſol crim caſ. 206. num. 4. & n.
8 5. ſubdit, quod hoc caſu etiam imponi poſſit pœna confiſcationis, licet hodie ſublata ſit, vt per Gram. voto 25. num. 13.

9 Vlterius falſum committens tenetur actione in factum pœnali ad reſarciēda omnia damna, & intereſſe alteri illatum, ſeu paſſum occaſione cōmiſſi falſi, l. qui nomini ff. ad l. Cornel. de falſar. & ibi glo. in figuratione caſus in fin. in verbo pœnali ibique Bart. num. 1. in 2. notab. Corrad. in rub. de falſar. poſt num. 36. Baiard. ad Clar. in §. falſum num. 5. Miſſiager. in §. item lex Cornelia de falſ. n. 11. inſtit de publ. iudic. Farinac. qui abunde alios allegat in tit. de falſit. & ſimulat. quæſt. 150. num. 49. & 50. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 2. tit. de pœn. cleric. §. 44. ſub n. 3.

10 Propterea contra falſarium iurari poteſt in litem ad probandum intereſſe etiam damni emergentis & lucri ceſſantis tam intrinſecum, quam extrinſecum Barbat. conſ. 54. num. 4. Plot. de in lit. iuran. nu. 713. ſecundum antiquam impreſſionem cum duobus ſequen. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 959. n. 6
11 vbi quod datur iuramentum in litem ſuper contentis in ſcriptura contra eam lacerantem Theſaur. deciſ. Pedemont. 171. nu. 4. verſ. benè tamen cum alijs concordantibus per Farinac. in tit. de falſit. & ſimulat. quæſt. 150. num. 51.

12 Inſuper in cauſa falſum committens omittit, & perdit cauſam, præcipuè, qui ſubtrahit teſtes, ſeu lacerat, aut comburit aduerſarij probationes, plenè Anchar conſ. 173. in 3. dubio num. 3. & 4. Grat. conſ. 59. num. 32. verſ. ex quibus omnibus lib. 1. Barbat. conſ. 54. num. 4. & num. 18. lib. 3. Clar. in §. falſum. num. 32. Farinac. in tit. de falſit. & ſimulat. q. 150. num. 25. & num. 33. & in tit. de teſtibus qu. 78. nu. 139. de materia cum pluribus num. ſequen. Afflict. in conſtit. qui falſitatem num. 4. Boer. deciſ. 191. n. 1. et nu. 3. verſ. & ideo fallit, & deciſ. 292. n. 8. quod
13 procedit ſiue cauſa ſit cum fiſco, ſiue cum priuato, vt ſubdit idem Farinac. loco citato num. 32. in fine.

14 Clericus vero reus falſitatis criminis eſt deponendus, & in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam detrudendus pane doloris, & aqua anguſtiæ ſubſtentandus, vt habetur in Concilio Agathenſi cap. 50. relat. in cap. ſi Epiſcopus 50. diſtin. vbi ſtatutum eſt Epiſcopum Presbyterum, vel Diaconum, qui capitale crimen commiſerit, aut chartam falſauerit, falſumuè teſtimonium dixerit ab officij honore depoſitum in Monaſterium detrudendum eſſe, & ibi quandiu vixerit laicam tãtummodo accipere debeat communionem, prout etiam ſanciuit, Innocentius III. vt in cap. nouimus §. pro illo verò de verbor. ſignificat. & voluit Gemin. in dicto cap. ſi Epiſcopus in ſummario, & in 1. notab. Abb. in cap. at ſi Clerici de iudic, et ibi Dec. num. 241. idem Abb. in cap. 1. num. 10. de crim. falſi Bombin. conſ. 24. num. 24. Diaz. in pract. crim. canon cap. 107. & cap. 119. vbi Lopez in addit. Foller. in pract. crim. canon. cap. 33. num. 36. Menoch. de arbitr. caſ. 306. num. 7. Farinac. in tit. de falſit. & ſimulat. quæſt. 150. num. 44. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pœn. cleric. §. 44. num. 3. verſic. Clericus verò Boer. dec. 291. num. 2 Franc. Marcb. dec. 667. par. 1. Chartar. dec. crim. 11. num. 4. vbi ante dictum
16 num 4. verſ. cum autem refert quendam Sacerdotem Rectorem vnius Eccleſiæ Parochialis foris Mediolani in Curia Archiepiſcopali condemnatum fuiſſe ad reſtitutionem pecuniarum indebitè, & fraudolenter extortarum, & in pœnam priuationis beneficiorum, ſuſpenſionis à diuinis, & exilij à Ciuitate, & Diœceſi Mediolani ad beneplacitum Archiepiſcopi, eo quod in libro Miſſatum falſo adnotauit Miſſas à ſe celebratas, quas ob alia onera celebrare non poterat, & pecuniam hac de cauſa indebitè extortam, & ſic ob commiſſum furtum, ob falſos articulos, & falſos teſtes pecunia corruptos inductos, & ſubornatos ad falſum dicendum, eiſque in iudicio vtendo.

16 Pro quibus, et ſimilibus falſitatibus, non tam Clerici, quam etiam Laici condemnari poſſunt ad triremes, vel ad tempus, vel in perpetuum, vt ſubdit idem Chartar. dec. crim. 18. nu. 13. ſub verſ. iure igitur, vbi quod præfatus Presbyter ob ſenilem ætatem non fuit in hanc pœnam condemnatus, ſed mitius cum grauioribus pœnis iure multari potuiſſet.

17 Falſificans literas Papæ, vel Imperatòris benè pœna mortis punitur, Salycet in l. maiorem n. 1. ad fin. C. ad l. Iul. de falſar. Diaz in pract. crim. canon. cap. 117. in princ. & ibi diffuſius Apoſtilla Boer deciſ. 82. num. 4. & 6. Gram. deciſ. 27. num. 10. & vot. 25. num. 10. Afflict. dec. 404. num 20. in fin. verſ allegabatur etiam & num. 21. & prius. deciſ. 81. num. 2. cum pluribus ſequen. Cabal. reſol crim. caſ. 706. nu. 3.
18 non tamen eſt irroganda pœna mortis in falſificante literas Regias, ſed pœna falſi, & multò
19 minus tenetur dicta pœna vltimi ſupplicij, qui falſificauit literas Proregis, Locumtenentis, Vicarij, Senatus, Magiſtratus, aut alterius Tribunalis, aut cuiuſuis iudicis, Boer. deciſ. 82. num. 3, & 4. iuncto num. 6. & ſeq. Gram. deciſ. 27. n. 9. & 10. & 11. & voto crim. 25. num. 9. & 10. Afflict deciſ. 21. num. 8. & deciſ. 404. nu. 15. & ſeq. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 117. num. 3. & 2. in verbo falſarij. Guid. Pap. deciſ. 455. poſt princ. Cabal. reſol. crim. caſ. 206. num. 1. & 2.

20 Clerici, alijque Eccleſiaſtici, literas Apoſtolicas falſificantes per ſe, vel per alios, vna cum ſuis fautoribus, & defenſoribus ſunt ipſo facto excommunicati, & omnibus officijs, & beneficijs

cijs Eccleſiaſticis priuati, vlterius veniunt degra-
dandi, poteſtati ſæculari tradendi, vt ſtatuit *In-
nocentius III. ſua Conſtitutione relata in cap.ad fal-
ſariarum de crimine falſ.Diaz. in pract.crim. canon.
cap.119.vbi Lopez in addit.* & incidunt in ſenten-
tiam excommunicationis *Bulla Cœna Domini ſub
§.6. Bellet.diſquiſit.cleric. par.2.tit.de pœn. Clericor.
§. 44.num.4. cum alijs per Farinac. in tit.de inquiſit.*
21 *quæſt. 8.num.75.& num.77.* vbi ſubdit quod regu-
lariter pœna traditionis curiæ ſæculari non ſer-
uetur in huiuſmodi criminis contingentia, ex
*Ananta in rub de falſ.circa fin. Iulio Clar.in §. final.
quæſt.36.verſ vidimus etiam, & ex Scaccia de iudic.
lib.1.cap.11. num.6.*

22 Qui verò ſub nomine Pontificis literis falſis
vtuntur ſi Clerici fuerint officijs,& beneficijs Ec-
cleſiaſticis ſpoliantur, & laici debent manere
excommunicationi ſubiecti,donec ſatisfaciant,vt
ſancimus *Innocentius III. vt in dicto cap.ad falſa-*
23 *riarum de crimine falſi*, quibus autem modis li-
teræ Apoſtolicæ falſificari poſſunt, falſitatis va-
rietates per nouem modos exprimuntur ab eodē
*Innocentio III. in cap.licet ad regimen de crimine
falſi.*

24 Quod ſi Clericus falſauerit ſigillum Principis
ab ordinibus deponendus, & impreſſo illi chara-
ctere in ſignum commiſſi delicti in exilium mit-
tendus eſt, abſque alia pœna corporali, vt ſtatuit
*Vrbanus III. pro vt habetur in cap. ad audientiam
de crimine falſi, Bellet.diſquiſit.clerical. par.2.tit. de
pœn. Clericor.§.44.n.5.*

25 Sed ſi ſcripſerit literas ſub nomine maioris
partis capituli, cum maior pars conſcia non fue-
rit ab officio, & beneficio eſt ſuſpendendus,
iuxta textum in *cap.tam literis in § fin.de teſtibus,
& deducitur ex cap. quando vbi glo. in fin.de ijs, quæ
fiunt à Prælat. Bellet.diſquiſit.cleric.par.2 tit. de pœn.
clericor.§ 44. num.6.*

26 Faciens ſe militem, Doctorem, vel Clericum
cum non ſit, tenetur pœna falſi,ſed iſto caſu non
erit irroganda pœna mortis, ſed alia extra ordi-
nem Iudicis arbitrio, *Menoch.de arbitrar.qu.lib.2
caſ.318.num.20. 21. & 22.caſ.320.num.7.Farinac.
qui concordantes refert conſ.crim.73.num.5 to.1.* pro
27 vt faciens ſe Comitem,& Ducem etiam incurrat
crimen falſi, & eadem pœna extraordinaria pu-
niendus eſt, ſed ſi ſimul cum titulo vſurparet iu-
riſdictionem, incidit in pœnam criminis læſæ
Maieſtatis ad textum, *& ibi gloſ.in cap. ad Apo-
ſtolicæ in verbo dignitatum de priuil in 6.Decian.re-
ſponſ.19.num.159.& 241. vol.3.Houded conſ.100.
nu.17. vol.2. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.4.cap.13.nu.
179.223.& 224.& Farinac.in tit.de falſit.& ſimu-
lat.quæſt.150.num.80.*

28 Qui tamen tamquam Comes Palatinus baſtar-
dos legitimauerit,vel tamquam Notarius inſtru-
menta celebrauerit, cum non eſſet Comes, aut
Notarius, poteſt ad mortem condemnari, cum
tunc vltra nomen Comitis, & Notarij falſo aſ-
ſumptum, exercuit etiam actus iuriſdictionales,
& Principis iuriſdictionem vſurpauit *Bald. in l.
data opera num.50. C. qui accuſare non poſſunt. Fa-
rinac.conſ.crim.74.n.6.tom.1.*

29 Gerens ſe pro curia, ſeu aſſumens nomen cu-
riæ, cum non ſit, ſicut gerens ſe pro magiſtratu
cum non ſit, pœna legis Iuliæ maieſtatis tenetur
*l.3.& ibi Angel. num.2.ff.ad l. Iul. maieſt. Tiraqu.
de nobilitat.cap.13.num.1. in fin.Cig.in tit.qualiter,et
à quib.crimen læſæ.Maieſtat.commit.quæſt.22. num.15.
Capyc.deciſ.130.num.21.*

30 Receditur ab hac regula, vel quoties falſus
actus non fiat animo vſurpandi Principis iuriſ-
dictionem, ſed ad alium finem, nam tunc non
intrat pœna mortis, ſed pœna falſi arbitraria,
*Bart.in l.omnes populi num.14.ff.de iuſt.& iur.ibique
Caccialup num.22. Iaſ.num.35.ad fin.Decian tract.
crim.lib.7. cap.9.num.5. verſ quæ tamen vera. intel-
ligo, & num.9. vbi de communi Farinac.conſ. crim.*
31 *74. num.1.& 2. vbi num.11.* & per totum con ſi-
lium defendit ingredientem ſub nomine curiæ
domum alicuius mulieris animo eandem carna-
liter cognoſcendi nō poſſe de iure communi pœ-
na mortis puniri, præcipuè ſi ſit perſona inhone-
ſta, & meretrix, & *in fine conſ.* ſubdit quendam
32 Marcum Antonium huius criminis reum ſalua-
tum fuiſſe à pœna mortis, ſed non à pœna tri-
remium.

33 Vel quoties Magiſtratus, & curiæ nomen quis
non ſibi arrogauerit animo aliquem occedendi,
vel vt occidi curauerit,nam tunc nec intraret pœ-
na mortis, & læſæ maieſtatis,ſecus autem ſi talia
perpatrauerit.*Caccialup.in leg.omnes populi num.22.
verſ.adde quod ff.de iuſt.& iure, & in leg. Imperium
num.14. verſ. vero non occidiſſet ff. de iuriſdict. om-
nium Iud.Decian.tract.crim.lib.2. cap.9. num.5. Me-
noch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ.320. num.2. & 4.
Gig.in tit.qualiter, & à quib. crimen.læſæ maieſt.com-
mit. quæſt.25. num.3. ad fin.Farinac. conſ. crim.74.
num.3.tom.1.*

34 Falſos articulos ſcienter componens,& produ-
cens ſuper illis falſos teſtes, committit falſum
crimen, ciuſque pœna punitur *Bald.conſ.106.nu.2.
lib.1. & conſ.446. num.5. Clar. in §. falſum num.5.
verſ.producens, & ibi Baiard.num.136. & ſeq. Boſſ.
in tit de falſo num.121.Corrad.in prax.rub. de falſar.
num.14.Angel.de malefic. in verbo falſario num.43.
Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.315.num.1.14.&
30.Cabal reſ.crim.caſ.144. n.1.Farin. in tit.de falſit.
& ſimulat.quæſt.159.num.34.Carthar.deciſ.crim.11.
num.1.& 2.*qui tenet vt hoc procedat etiam ſi po-
ſtea non vtatur,quia nihilominus tenetur vti falſi
35 machinator,& fabricator,vt probat textus *in leg.
ſi falſo codicillos C.de falſ.vbi notat gloſ. Bart. Bald.
Salyc.& cęteri ſcribentes latè Felin.in cap.præſentium
nu.11. verſ.ſecunda concluſio de teſtib.Gaſpar. Cabal.
ad conſtit. Marchiæ lib.5. cap.12. de exception. quæ
imped.litis ingreſ.*

36 Ad incurrendam autem hanc pœnam requiri-
tur quod ſcienter, & doloſè quis falſos articulos
producat, vt ſi reſpiciant factum proprium, ſuper
quod nullo modo poſſit cogitari ignorantia, vt
ſi ſint de facto recenti, & talis naturæ, quæ eam
excludant, ſecus autem ſi reſpiciant factum alie-
num, vel etiam proprium, in quo præſumatur
ignorantia, quia hoc caſu non concurrit dolus,
ſine quo non committitur falſum ita *Felin.in cap.
præſentium ſub num.11.poſt verſ.ſecunda concluſio de
teſtib.Boſſ.in tit.de falſ. ſub num.154. Petrus Cabal.
reſol. crim. caſ.14. num.6. verſ. & hoc cum plurib.
ſeq.Capyc.deciſ.67.nu.7. nihilominus Menoch. de ar-
bitrar.quæſt.lib.2.caſ.315.num.9.Riminald.conſ.345.
num.24.lib.3.ad tradita per Farinac.in tit.de falſitat.*

&

& ſimulat. quæſt.159. à num.37. iuncto num.42. vſ-
que ad 45.

37 Prout etiam ſubornans, vel corrumpens teſtes
ad dicendum falſum teſtimonium pecunia pro-
miſſionibus, vel alia re, pæna falſi punitur, *leg.1.in
prin.ff ad leg.Cornel.de falſ. Bertraz. conſ. crim.218.
num.18.lib.1.Ignat.Lopez.in addit.ad Diaz in pract.
crim.canon.cap.42.lit.A.verſ.& quod de teſtibus fal-
ſis Clar. in §. falſum verſ. & in primis, & verſ.
ſeq.Simanc.de Cathol.inſtit.tit.62.num.96.Guid.Pap.
conſ.75.Gaſpar.Ant.Theſaur.quæſt.135. nu.1. Boer.
deciſ.319.nu.6.verſ.& pariter Cabal.reſol. crim. caſ.
144. num.3. Franc. Murch. deciſ.70. num.1. par.1.
Chartar.deciſ.crim.11.num.3.6.& 7.* vbi in puncto
38 Clerici corrumpentis, & ſubornantis teſtes, quod
pæna depoſitionis, & detruſionis in Monaſterium
dignus ſit *Farinac.dicta quæſt.159.num.34.*

39 Et eadem pæna ſubijciuntur ipſi teſtes corru-
pti, & ſubornati, *leg. omnes in prin. & ibi gloſ. C.
de hæret. Felyn.in cap.fin.num.7. de teſtib. cogen. ſpe-
culat.in tit.de teſte §.1. num.49. in fin. verſ. & nota
quod corrumpens Rebuf in tract.de teſte gloſ.7. num.6.
Boſſ.in pract.crim.tit.de falſ.num.143. Franch.Pegna
in adnot.ad direct inquiſit.par.3. ſchol.128. verſ. qua
iam de puniendis Plot.de in lit.iuran.§.44.num.7. Io-
doc in pract. crim. cap.11. rub. de falſitate in verbis
num.4. Viuius commun.opin.in verbo teſtis falſum te-
ſtimonium deponens in prin. Farinac. in tit. de teſtib.
quæſt. 7. num. 247. vbi allegat textum ad literam in
leg. 1 §. ſed & ſi quis ff. falſ.* ibi ſi quis ob renun-
c[illegible] &c. *& leg.1.lege Iulia ff. de teſtib* ibi, *qui
te[illegible] dicendum Cartar. deciſ. crim. 11. num.8.*
40 q[illegible] ferè omnes docent, quod teſtis corruptus, &
[illegible]ornatus etiam nullam probationem faciat,
[illegible]ue accipiat pecuniam pro ferendo teſtimonio,
[illegible]e pro non ferendo.

41 [illegible] igitur falſi tenentur non ſolum teſtes
cor[illegible]pri ſed etiam teſtes corrumpentes, & ſubor-
n[illegible]s, & ſi agatur in cauſa criminali quod pu-
n[illegible]r eadem pæna, qua puniendus erat is, contra
q[illegible] fuit corruptus, tenet *Cabal. reſol crim.
caſ.165 nu.10.* vbi concordantes allegat *Simanc.
de cathol.inſtit.tit.64.num.96. Pegna in director. In-
quiſit.par.3.ad quæſt.7.. comment.122. fol.676.col.2.
verſ. atque hoc ipſum cum alijs per Farinac. in tract.
de teſtib. quæſt 67. num. 258.* Et ex ſtatutò Vrbis
lib.2.cap.46. cauetur eum, qui ſcienter falſos pro-
42 duxit teſtes, ſi plebeius fuerit pæna centum au-
reorum, fuſtigationis per Vrbem puniri, ſi vero
fuerit nobilis pæna ducentorum aureorum, &
exilij per ſeptennium, ſi vero fuerit Baro, aut de
magnatibus pæna ſcutorum quadrigentorum, &
exilij per decennium multandum eſſe.

43 Hæc tamen regula duas recipit notabiles li-
mitationes, primo vt non procedat ſi teſti detur
pecunia pro expenſis in itinere, & pro operis
omiſſis, vt ſi teſtis iacturam faceret lucri, quod
ſuo labore, & induſtria die, qua teſtimonium di-
cit conſecuturus eſſet, huiuſmodi enim expenſæ,
& lucri ceſſantis ſatisfactio, teſtibus de iure de-
betur, ac proinde licitè, & abſque nota corru-
ptelæ recipi poſſunt, dummodo tamen pecunia,
ſeu illud, quod traditur non excedat amiſſarum
44 operum æſtimationem, aliter ex conditione
perſonæ, & quantitate ſummæ Iudex arbitrari po-
teſt an teſtis dicatur corruptus; per textum ex-
preſſum in *cap. ſtatutum de reſcriptis in 6. & in leg.
quoniam liberi C. de text. Menoch. de arbitrar. quæſt.
caſ.310. num.10. verſ. ſed hic erit opus Iudicis dili-
gentia, & bene declarat Andr.Gail. lib.1 pract. obſer.
99.num.3.& 4.viden.Farinac.in tract. de teſt. quæſt.
67.num.5.& 6.Clar.in §.falſum verſ. ſed quid è con-
uerſo in fin.Alber.de Malent.in tract.de teſtib. cap.7.
num.81.& 82. Iacob. Butrig. eod. tract. rub quadam
forma circa teſt. num.2. Oſaſch. deciſ. Pedemont.46.
num.7.vſque ad fin.*

45 Secundo nec etiam procedit in teſte, qui nul-
la facta conuentione, aut nulla præcedente
promiſſione pecuniam, aut aliquod munus re-
cepit poſt depoſitionem, nam tunc ceſſat cor-
ruptio, & conſequenter pæna, vt comprobat
*Marſil.in leg.1.in prin.num.5. in fin. verſ. adde quod
iuncto num.6.& 7.ff.de falſ.Bertraz.conſ.506.num.9.
lib.2.Menoch.de arbitrar quæſt.caſ.310. nu.11. Mon-
tic.reg. crim.15. num.50. Farinac. in tract. de teſtib.
quæſt.167.num. 277.vbi in fin.* animaduertit quod
46 teſtis iſte ſaltem quo ad probationem reddatur
multum ſuſpectus.

47 De corpore tamen delicti in crimine falſi con-
ſtare debet, vt punibile ſit, cuius iuſtificatio ſatis
indicijs, coniecturis, & præſumptionibus deſumi-
tur, pro vt generaliter in delictis occultis, & diffi-
cilis probationis excuberat, *Farinac.in tit. de in-
quiſit.quæſt.2.num.21.vbi copioſe concordantes refert.
Bellet.diſquiſit. Clerical. par.2. tit. de pæn. Clericor.
§.44 ſub num.8. poſt med. verſ. crimen falſi commu-*
48 *niter connumeratur*, vbi declarat hoc procedere
quando ex ipſa falſitate non remanent veſtigia,
ſecus ſi factum ſit apparens, & permanens.

MONETARII SIVE LAICI SIVE ECCLESIASTICI QVOMODO PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Monetarij multantur pæna criminis læſæ maieſta-
tis; mortis ſcilicet naturalis, confiſcationis bono-
rum, feudorum, infamiæ, & Clerici, ac Regula-
res præuia degradatione curiæ ſæculari tradun-
tur in ſtatu Eccleſiaſtico, tondentes verò minuen-
tes, radentes, colorantes, retinentes, aſportantes,
& expendentes falſam monetam quando, &
quomodo puniantur, explanatur.

SVMMARIVM.

1 Fabricans falſam monetam, tondens, radens, vel minuens falſi crimen committit.

2 Moneta falſa in materia quando dicatur, & quando in forma num.3.

3 Data falſitate monetæ intrat pæna læſæ maieſtatis, confiſcationis bonorum, & feudorum, infamiæ, & priuationis omnium dignitatum.

5 Et in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè ſubiecto Clerici, & Regulares falſam monetam fabricantes, tondentes, curiæ ſæculari tradi debent, præuia degradatione, & Laici etiam pænam vltimi ſupplicij incurrunt.

6 Et pecunias adulteratas ſcienter detinentes, tranſportantes, & inſtrumenta, ſeu opem ad præmiſſa præſtantes incurrunt pænam triremium per decennium ex conſtitutione Vrbani VIII.

7 Regulares Monetarij ſubijciuntur Ordinarijs locorum priuatiue quo ad eorum Superiores.

8 Monetam tondens, radens, vel minuens de iure communi liber ad beſtias, ſeruus vltimo ſupplicio damnatur, & quid ex conſtitutione Conſtantini num.9.
10 Quæ pœna procedit tam ſi agatur de moneta aurea, quam argentea.
11 Et in ſtatu Eccleſiaſtico tonſoribus monetæ aureæ, & argenteę eſt impoſita pęna vltimi ſupplicij.
12 Monetas tingentes ex conſtitutione Vrbani VIII. pœna vltimi ſupplicij multantur de iure communi liber ad beſtias damnatur, ſeruus verò pœna mortis.
13 Damnatio ad beſtias non eſt amplius in vſu, & eius loco ſucceſſit pœna arbitraria, & num.14.
14 Damnatio ad beſtias, & vt beſtijs ſubijcerentur antiquitus quænam erat declaratur.
15 Damnatio in arenam quænam erat, refertur.
16 Monetariorum ſocij, Conſiliarij, auxilium vel domum concedentes ad fabricandam falſam monetam eadem pœna puniuntur.
17 Domus in qua cuditur falſa moneta acquiritur fiſco, limita vt ibidem.
18 Monetam falſam, vel tonſam expendens ſi nummi ſint plumbei, vel ſtanei punitur pęna ordinaria falſi, alterius materiæ pœna extraordinaria.
19 Limit. in expendente ſcienter, ſecus ignoranter, & ita intelligenda ſunt ſtatuta hoc crimen punientia num.20.
21 Expendens falſam monetam ſi non doceat à quo habuerit præſumitur fabricaſſe, & torqueri poteſt.
22 Limit. vt procedat ſi expendens ſit malæ conditionis, & famæ, alias ſecus.
23 Amp. præcipuè vbi agitur de parua quantitate falſæ monetæ.
24 Limit. 2. vbi facta perquiſitione in eius domo non fuerit inuenta alia quantitas falſæ monetæ, nec inſtrumenta.
25 Fabricans falſam monetam ſub nomine alterius Principis cui ſubditus non eſt punitur pœna mortis. Contrarium num.27.
26 Ampl. vt multo magis procedat ſi delictum commiſſum ſit in iuriſdictione eiuſdem Principis, cuius moneta falſificatur.
28 Fabricans falſam monetam ſi impeditus ad perfectionem non reduxit, puniri debet ac ſi perfeciſſet.
29 Sed quod hoc caſu imponenda ſit pœna triremium in perpetuum tenent alij Doctores.
30 Sed ſi ſponte pœnituit pœna extraordinaria puniri debet.
31 In crimine falſæ monetæ de corpore delicti conſtare debet per ocularem inſpectionem.
32 Adeo vt non ſufficiat rei confeſſio.
33 Et in hoc crimine ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ quo ad proceſſum, & tormenta poſt quam conſtat de corpore delicti.
34 Venditores qui falſis ponderibus, vel menſuris vtuntur, vel materiam adulterinam mercibus admiſcent, falſi crimen committunt.

DECISIO LXXVII.

1 DEteſtabile falſi crimen committere dicitur, qui publicam monetam adulterat, vel falſo metallo cudendo, vel tundendo, radendo, vel aqua forti minuendo, vel abſque legitima auctoritate fabricando *Iul. Clar. in §. falſum num.46.verſ.dixi etiam & ex Abb.Innoc.Couar.Nauar.Molin.Laym.tradit.Bellet.diſquiſit. Cleric. par.2. tit.de pœn.Clericor.§.44.num.8.*

2 Falſa propterea dicitur pecunia in materia quando habet plus æris, & minus argenti, vel auri admixtum, quam ea, quæ iuſſu Pontificis, vel alterius Principis poteſtatem habentis in eius ſtatu, ac ditione cuditur *leg.2.* ibi, *falſa effuſione &c. C.de falſ.monet. leg. creditor oblatam ibi quaſi æroſas &c. ff. de ſolut. lib.1.* ibi, *modo vt debiti ponderis ſint &c. C. de veter. numiſmat. poteſt. lib.11. et ibi gloſ.in verbo ſpeciei Farinac. conſ. crim. 48. num.1. tom.1.late Tiber. Decian.tract.crim. lib.7. tit. de falſ. monet.cap.23.num.9.& ſeq.Afflict.in tit.de condemn. fal.monet. in conſtit. adulterinam num.5. verſ. ratione materia num.4. et 5.*

3 In forma etiam moneta dicitur falſa quando quis ſine authoritate illam cudit ſub nomine alicuius Principis, etiam quod alias ſit iuſti ponderis, & bonæ ligæ, ſiquidem ſibi arrogando ius, & authoritatem eiuſdem Principis, eius Maieſtatem offendit, & in illum committit crimen læſæ Maieſtatis ſecundum *gloſ.in leg.ſacrilegij in verbo extrinſecus ff.ad leg. Iul. pecul et in leg.2.in verb. volumus, et in verbo obnoxij C.de falſ.monet. Bart. in leg.qui falſam num.2.ff.de falſar.Cur. in tract.de monet.num.20. in fin. Boſſ. in tit. de falſ. monet. num.2. Menoch.de arbitrar.quæſt. lib.2. caſ.316. num.15. et ſeq. Farinac.conſ.crim 48.num.2.tom.1.Ludouic. Peguer.deciſ.crim.46.num.7.Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2.caſ 316.num.45.Gram. conſ.6. num.7. Decian. tract.crim.lib7.cap.8.num.2.par.2.et cap.26.num.1.*

4 Hinc eſt quod data falſitate monetæ intrat pœna criminis læſæ Maieſtatis, ſcilicet mortis naturalis confiſcationis bonorum, & feudorum, infamiæ, & priuationis omnium dignitatum, & ac etiam ignis *leg.2.* ibi, *cuius obnoxij crimen læſæ Maieſt. committunt C.de falſ.monet. vbi notant omnes Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ.316. num.8. et ſeq.late Decian.lib.7.tract.crim. cap.28. nu.1. et ſeq. Gram.conſ.6.num.7.Gig.de crim. læſæ Maieſt. tit. et de quib.crim.læſæ Maieſt.committat. quæſt.6. lib.1.gloſ. et alij ſcribentes in cap.quanto de iure iuran. Farinac. conſ.crim.48.num.3.et 41.et 43.in fin.tom.1.et in tit. de falſit.et ſimulat.quæſt.115.num:99.Vermigliol.conſ. crim.221.num.4 Peguer.deciſ.46. num.10. et per tot. et deciſ.86.num. 2.*

5 Et in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè ſubiecto Sedi Apoſtolicæ, & in omnibus Regnis, Ciuitatibus, locis, Oppidis, Caſtris, & Prouincijs in Italia dumtaxat exiſtentibus non tam laici huius criminis rei, quam etiam omnes, & ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, etiã quomodolibet exemptæ, tam ſæculares, quam regulares, qui aureas, vel argenteas pecunias, ſeu monetas tondere, fabricare colorare vel alias adulterare, ſeu etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint, præuia degradatione curiæ ſæculari puniendi tradendi ſunt, pro vt etiam laici pœnam vltimi ſupplicij incurrunt, *ex conſtitutione Vrbani VIII. ex ordine 75. Bullar. Cherubin.fol.90.tom.4.* qua innouauit, & ampliauit conſtitutionem *Beati Pij V. ex ordine in eodem Bullar.tom.2.fol.237.*

6 Pecunias verò adulteratas ſcienter detinentibus, ſeu de loco ad locum tranſportantibus, aut materiã, inſtrumenta, ſiue opem ad pręmiſſa præſtantibus pœna triremiũ per decennium imponitur in eadem *Vrbani VIII. conſtit. de qua Bellet.diſquiſit Clerical.par.2.tit.de pœn.Clericor.§.44.num.9. verſ verum ex nouo iure conſtitutionis Pij V.*

7 Et cognitionem huiuſmodi cauſarum in Prouincijs Sedi Apoſtolicæ ſubiectis ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Cardinales ibidem legatos, in alijs verò Prouincijs Italiæ ad locorum Ordinarios, quo ad Regulares priuatiuè quod ad omnes etiam Superiores ipſorum religioſorum, ipſis Superioribus penitus excluſis ſpectare voluit idem *Vrbanus VIII. dicta conſtitutione in §.6.*

8 De iure vero communi monetam tondens, radens, vel minuens, vt ſit minoris ponderis, ſi liber eſt ad beſtias damnatur, ſi ſeruus vltimo ſup-

pli-

plició punitur, ita clarè diſponit textus in *leg. qui-
cunque ff. ad leg. Cornel. de falſar. vbi gloſ. et Bart. gloſ.
in leg. 2. in glaſ. fin. C de falſ. monet. et ibi etiam Salyc.
in 2. oppoſit. num. 2. ce ſub num. 4. verſ. qui autem mo-
netam tondunt, Boniſac. de Vitalin. in tract. de maleſic.
in rub. pœna falſitatis monetam ſub. num. 1. Decian.
tract. crim. lib. 7. cap. 28. nu. 7. verſ. ſupremo ſupplicio,
et num. 14. verſ. ad beſtias tom. 2. Clar. in §. falſum
num. 47. verſ. radens autem Menoch. de arbitrar. indic.
lib. 2. centur. 4. caſ. 316. num. 38. verſ. ſecundo eſt,* vbi
9 refere *Cõſtantini ſanctionem relatam in Codice Theo-
doſiano lib. 9. tit. 22. ſub rub. ſi quis ſolidi circulum ex-
teriorem inciderit;* qua pœna mortis puniuntur, qui
ponderis quantitatem, & circuli exterioris men-
ſuram minuit de qua etiam *Cabal. reſol. crim. caſ.
191. num. 1,*

10 Quæ pœna non ſolum procedit, in tondente,
radente, vel aliter minuendo monetam auream,
ſed etiam argenteam, & æream, quia textus in di-
cta *leg. quicunque ff. ad leg. Cornel. de falſar.* loquitur
non ſolum de nummis aureis, ſed etiam de alia
materia, cum verbum *finxerit* de quo in textu, re-
ferri nequeat ad monetam auream ſed ad aliam
alterius materiæ minoris valoris, vt bene decla-
rat *Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 316. ſub num. 35.
verſ. hæc iuris conſtitutio,* quem refert, & ſequitur
Cabal. reſol. crim. caſ. 191. num. 2. vbi reprobantur
*Cepol. conſ. crim. 77. ſub num. 7. et Clar. in §. falſum
verſ. radens autem,* & in ſtatu Eccleſiaſtico vigore
11 dictarum conſtitutionum *Beati Pij V. et Vrba-
ni VIII.* eſt impoſita pœna vltimi ſupplicij ton-
ſoribus monetæ ſiue aureæ, ſiue argenteæ quam-
uis de iure communi eſſet minor pœna impo-
ſita.

12 Prout etiam eadem pœna vltimi ſupplicij ex
eadem Vrbani VIII. conſtitutione multantur,
qui monetas temerario auſu tingere curauerint,
vt quia ſunt de ære, & tinxerint de argento, vel
auro, aut ſi ſint de argento, & auro linite præ-
ſumpſerint, vt appareant melioris materiæ, &
valoris; de iure vero communi ſi liber eſt delin-
quens ad beſtias damnatur, ſi ſeruus eſt vltimo
ſupplicio afficitur, iuxta textum apertum *in l.
quicunque ff. ad l. Cornel. de falſar. & ibi gloſs. Bo-
niſac. de Vitalin. in rub. de pœna falſant. monet. ſub
num. 1. Boſſ. in tit. de falſ. monet. ad fin. ſub num. 9. De-
cian. tract. crim. lib. 7. cap. 28. num. 7. & 14. Menoch.
de arbitrar. caſ. 316. num. 42. verſ. tertio eſt caput.
Cepol. conſ. crim. 77. ſub num. 7. ad fin. Petrus Cabal.
reſol. crim. caſ. 191. num. 3. 4. & 5.* vbi pulchrè
13 comprobat, quod cum hodiè damnatio ad be-
ſtias non ſit in vſu, in hoc caſu ſit locus pœnę
arbitrariæ attenta qualitate facti, & conditione
perſonæ, prout in deportatione, quæ pariter re-
ceſſit ab aula, & ſubdit duram ſibi videri non-
nullorum Doctorum ſententiam, quod hoc caſu
pœna debeat eſſe decapitationis naturalis.

14 Siquidem antiqua pœna damnationis ad be-
ſtias dicebatur, qui cum beſtijs in publicis vena-
tionibus ludere, & depugnare debebant, & ad-
hunc effectum explendum ſeruabantur, nec morti
tradebantur. Damnati verò vt beſtijs ſobijce-
rentur, ſeù ſubijcerentur dicebantur, qui proti-
nus beſtijs lacerandi proijciebantur, ſeù in lacu
leonum deuorandi ponebantur, ac proindè hæc
vltima pœna concernit decapitationem natura-

lem, & hodiè vltimi ſupplicij, prima autem
tamquam longè mitior excludit dictam naturа-
lem decapitationem, & eius loco pœna arbitra-
ria eſt irroganda, vt eleganter tradit *Cabal. reſol.
crim. caſ. 104. num. 1. & per tot. & caſ. 191. num. 5.
& ſeqq. &* diſertè comprobat *Gugliem. Bude in poſte-
rioribus adnotationibus ad Pandectas in tit. de pœnis
ſuper l. aut damnum §. quicunque fol. mihi 139. &
ſeq. Sylueſter Aldobran. in ſuis lucubrationibus ad §.
pœnæ ſeruus quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolu. in adnota-
tione poſita poſt gloſs. in verbo beſtijs in inſtitutionib. ut
Iuſtiniani Miſinger. in cod. §. pœnæ ſeruus in fin. verſ.
ſed & ad beſtias damnati, & verſ. ſeq.*

15 Ita etiam damnatio in arenam, vel erat ad
portandam, vel extrahendam arenam pro fa-
ciendis ædificijs Principis, vel ad debellandum
in arenam, ſcilicet in loco arenoſo ad hoc depu-
tato cum beſtijs feris, *vt in l. in arenam C. de inoſ-
fic. teſtam. vbi gloſſ. in verbo conſtituto, & tradit Pe-
trus Cabal. reſol. crim caſ. 104 num. 4.*

16 In eandem pœnam confiſcationis bonorum, &
vt exurantur incurrunt ſocij cudentium falſam
monetam, auxilium, conſilium, vel fauorem
ſcienter eis dantes, vel concedentes domum, aut
prædium, in quo illam cudant, *Molin. de commu-
ni de iuſt. & iur tom. 3. diſt. 702. num. 2. in princ. ex
textu in l. 1. & 2. de falſ. monet. Bellet. diſquiſit. cle-
rical. part. 2. tit. de pœn. clericor. §. 44. ſub num. 8. poſt
princ. verſ. in eandem pœnam,* & ibidem ſubdit
17 quod domus, in qua cuditur falſa moneta ac-
quiratur fiſco, etiam ſi dominus illius ignoraret
in ſua domo falſam cudi monetam, niſi fuerit
abſens, & id ſcire minimè potuerit, vel vidua,
& id ignorauerit, aut pupillus, *per textum in l. 1.
C. de falſ. monet. Molin. dicta diſ. 702. num. 3. Couar.
de collat. vet. numiſmat. dicto cap. vltim. n. 3.*

18 Monetam verò falſam, aut tonſam expendens
circumſcriptis locorum ſtatutis, & attenta iuris
communis diſpoſitione, ſi nummi ſint plumbei,
vel ſtanei punitur pœna ordinaria falſi, de qua
habetur *in l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ* ſi verò
ſint alterius materiæ punitur pœna extraordina-
ria, vt diſtinguit *Bart. in l. Cornelia 9. num. 3. verſ.
quæro vtrum ff. ad l. Cornel. de falſiſ.* vbi dicit
quod per hoc plures fecit euadere à pœna *legis
Corneliæ de falſiſ. ita etiam tenet Abb. in cap. quanto
num. 5. verſ. extra gloſſ. de iureiur. Alex. conſ. 121.
num. 3. verſ. alia ratione lib. 7. Clar. in §. falſum ad
fin. nu 48. verſ. expendens autem Cepol. conſ. crim. 77.
num. 5. & 6. verſ. & primo Angel. de malef. in ver-
bo falſario num. 10. verſ. quæro an ille, & ibidem
Auguſtin. de Arim. in addition. in princ. Boſſ. tract.
crim. tit. de falſa moneta ſub num. 2. Boniſac. de Vita-
lin. de maleſic. tit. de pœn. falſant. monet. ſub num. 4.
verſ. ſed quid de illis, Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7.
cap. 25. num. 4. & 5. verſ. expendens autem cum verſ.
ſeqq. Cabal. reſol. crim. caſ. 199. num. 1. & 2. & n. 3.*
contrarium tenentes allegat. & præcipuè *Salyc. in
l. 2. C. de falſ. monet. num. 5. & 6. verſ. qualiter au-
tem,* vbi impugnat præfatam *Bartoli* diſtinctio-
nem *Bellet. diſquiſ. Cleric. part. 2. tit. de pœn. cleric.
§. 44. num. 9.*

19 Prædicta tamen ſibi locum vindicant in ex-
pendente ſcienter monetam falſam, vel tonſam,
qui propterea ſtatutas pœnas incurrit, nullam
tamen pœnam incurrunt expendentes ignoran-

ter, cum ignorantia excuſat, & ſicut infringit
dolum, ita excludit pœnam, *Crauet. conſ. 244.*
num. 4. verſ. ſimiliter expendens. Boniſat. de Vita-
lin. tit. de pœna falſant. monet. ſub num. 4. verſ. ſed
quid de illis poſt med. Menoch. de arbitrar. quæſt.
caſ. 316. num. 55. verſ. declaratur primo. Decian.
tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 25. num. 6. verſ. ignorans
autem Farinac. in tit. de falſitat. quæſt. 155. num. 153.
& ſeqq. & num. 156. & conſ. crim. 178. num. 3. & 4.
Vermigliol. conſ. crim. 221. num. 5. Cabal. reſol. crim.
caſ. 199. num. 6. & num. 7. vbi ſubdit quod ſecun-
30 dum hanc declarationem intelligenda ſint ſta-
tuta locorum expendentes monetas falſas pu-
nientia.
Ita tamen falſam monetam expendentes ſi
31 non doceant, vel indicent à quo eam habue-
runt, præſumuntur eam fabricaſſe, & contra ſe
habent indicium ad torturam *Petr. & Cyn. in l.*
maiorem C. de falſ. Aret. in l. eleganter §. qui repro-
bos ff. de pignorat. action. Marſ. conſ. 52. num. 32. &
ſeqq. verſ. reſtat modo Crauet. conſ. 315. in princ. verſ.
videtur dicendum Vincen. de Franc. deciſ. 401. num. 2.
4. & 5. part. 2.
Hoc tamen ſibi locum vindicant, vbi expen-
32 dentes ſint malę conditionis, vitæ, & famæ, &
aſſueti ſimilia, & alia crimina perpatrare, ſe-
cùs autem ſi ſint honeſtæ conditionis, vitæ, &
famę, & non ſoliti ſimilia facere, quia tunc tol-
litur præſumptio fabricationis falſę monetæ,
quam expenderunt, nec poſſunt torqueri, etiam
ſi non doceant à quo habuerint, ita *Marſil. conſ.*
52. num. 40. & 41. verſ. ſecundo dico, & latè com-
probat Cabal. reſol. crim. caſ. 199. à num. 11. & per
33 *tot. & num. 16.* quod hoc multo magis ſit atten-
dendum quando agitur de modica quantitate
falſæ monetæ expenſæ, & pluribus *num. ſequent.*
& num. 23. adde etiam non procedere quando
34 facta diligenti perquiſitione per curiam in quo-
libet angulo domus inquiſiti, non inuenta fuit
alia quantitas falſæ monetæ, nec etiam inſtru-
menta apta ad eandem fabricandam.
Fabricans verò monetam ſub nomine alterius
35 Principis, cui quis ſubditus non eſt, quod punia-
tur pœna mortis, & confiſcationis bonorum,
quemadmodum ſi Imperatoris, vel ſui Princi-
pis non recognoſcentis ſuperiorem monetam
falſificaſſet, *Marſil. conſ. 71. num. 11. Decian. tract.*
crim. lib. 7. cap. 27. num. 3. verſ. pariter excuſabitur
Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 316. num. 26. & ſeq.
Vincenz. de Franc. deciſ. 440. num. 5. Petrus Cabal.
36 *reſol. crim. caſ. 27. num. 3. & 4.* vbi quod maximè
hoc procedat quando delictum eſſet commiſſum
in iuriſdictione eiuſdem Principis, cuius moneta
falſificabatur, cum tunc magis offendatur Prin-
cipis auctoritas, & tenet etiam *Farinac. conſ. crim.*
48. num. 5. vbi de veriori tom. 1.
37 Contrarium quod à pœna mortis veniat excu-
ſandus, ſed alia mitiori, puta deportatione,
exilio, vel ſimili multari debeat. tenet *Cuman.*
conſ. 139. in 2. dub. num. 5. & 6. Alex. conſ. 104. n. 2.
lib. 1. & conſ. 121. num. 1. & 2. lib. 7. Marſil. in l. qui
falſam num. 52. ff. ad l. Cornel. de falſ. & conſ. 71.
num. 11. Clar. in §. falſum ſub num. 46. poſt verſ. dixi
etiam Gram. deciſ. 74. num. 29. Decian. in tract. crim.
lib. 7. cap. 23. num. 19. verſ. ex quibus, & cap. 27. n. 3.
verſ. pariter, & num. 12. & num. 21. & cap. 28. n. 4.
& 9. Menoch. de arbitrar. caſ. 316. num. 26. Cabal. re-
ſol. crim. caſ. 27. num. 2. Vincen. de Franc. deciſ. 440.
n. 3. in 3. part. Vermigliol. conſ. crim. 219. n. 6.
28 Quod ſi fabricans falſam monetam eandem
ad perfectionem non reduxerit, vt ſi imaginem,
& formam nondum imprexerit, eo quod impe-
ditus perficere non potuit, puniendus eſt, ac ſi
perfeciſſet cum per ipſum non ſteterit, *Bald. in l.*
qui falſam in princ. ff. ad l. Cornel. de falſar. Conar. in
Clement. ſi furioſus part. 2. in princ. ſub num. 11. ad
fin. de homicid. & de veter. collat. numiſ. cap. 8. ſub
num. 3. in fin. verſ. ſed an in hoc. Marſil. in dicta l. qui
falſum num. 61. Menoch. dicto caſ. 316. ſub num. 24.
& caſ. 360. in 5. conſiderat. num. 14. & 15. cum alijs
29 *congeſtis per Cabal. dicto caſu 27. num. 6.* Verum
quod hoc caſu ſit imponenda pœna triremium
in perpetuum tenet *Vincen. de Franc. deciſ. 440. n. 8.*
in fin Gram. deciſ. 27. ferè per totam.
30 Sed ſi ſponte, & ſua voluntate pœnitentia
ductus, non perfecerit, non pœna mortis, ſed
alia mitiori arbitrio Iudicis multari debet, *Me-*
noch. de arbitrar. caſ. 316. num. 23. & ſequent. & caſ.
360. num. 10. & ſeq. Gram. deciſ. 74. n. 24. & ſeq. cum
alijs per Cabal. dicto caſ. 27. num. 5. & 6.
31 In crimine tamen falſæ monetæ ad hoc vt eius
pœnæ ſit locus, de corpore delicti euidenter
conſtare debet, non per indicia, & præſumptio-
32 nes, ſed per ocularem inſpectionem, & propte-
rea confitens ſe falſam monetam fabricaſſe, niſi
de ea euidenter appareat, condemnari minimè
poteſt, *Cephal. conſ. 230. num. 11. volum. 2. Brunor.*
à ſole ſuo conſ. crim. 176. Farinac quæſt. 2. num. 22. in
tit. de inquiſit. Vermigliol. conſ. crim. 218. num. 1. &
conſ. 220. num. 1.
33 Et licet propter huius criminis atrocitatem,
& clandeſtinam fabricationem ad eius probatio-
nem admittantur præſumptiones, & coniecturæ,
hoc tamen procedit poſtquam conſtitit de cor-
pore delicti quoad fabricationem proceſſus, &
ad tormenta reum ſubijciendum, & ſic ad effe-
ctum contra eundem procedendi, ſecus autem
antequam conſtet de corpore delicti, cum in hoc
non admittatur ratio difficultatis probationis.
Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt. 2. num. 22. verſ. quia
circa hoc nulla Vermigliol. conſ. crim. 218. num. 1. 2.
& 3. & conſ. 220. num. 1. & 2.
34 Falſi etiam crimen committunt venditores, qui
falſis ponderibus, vel menſuris vtuntur, *l. penult.*
ff. ad l. Cornel. de falſar. vel materiam adulteri-
nam minus vtilem mercibus admiſcent, *Bellet.*
diſquiſit. Clericul. tit. de pœn. Cleric. §. 44. num. 2.
verſ. quarto falſi crimen.

DEPOPVLATORES AGRORVM, ET INCISORES ARBORVM QVA PÆNA PVNIANTVR.

ARGVMEMTVM.

Depopulatores agrorum de iure communi pœna
mortis, ſed de conſuetudine extra ordinem pu-
niuntur, & immunitate Eccleſiaſtica priuantur;
Beneficiatus incidendo arbores fructiferas quas
pœnas incurrat, oſtenditur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Depopulator agrorum de iure pœna mortis, ſed de conſuetudine extra ordinem puniatur, & num. 4.
2 Amp. ſiue depopulatio ſit commiſſa de nocte, ſiue de die.
3 Viuum in aliena domo de nocte effundens, vel equum occidens, quomodo puniatur.
5 Declara vt procedat in incisione arborum fructiferarum, ſecus aridarum, & inutilium, & num. 6.
7 Depopulatores agrorum ſiue nocturni, ſiue diurni non gaudent immunitate Eccleſiæ, & num. 5. & 9. vbi de materia.
10 Declara vt debeat de delicto conſtare, & quod pluries perpetratum fuerit.
11 Depopulator agrorum in quo differat à publico Latrone.
12 Depopulator agrorum qui dicatur.
13 Conductor non poteſt incidere arbores fructiferas.
14 Coloni, conductor, & emphyteuta incidentes arbores fructiferas cadunt à iure ſuo.
15 Amp. vt per receptionem penſionis Dominus non cenſeatur remittere caducitatem.
16 Beneficiatus non poteſt incidere arbores Eccleſiæ, ſiue ſint fructiferæ, ſiue non ſine debitis ſolemnitatibus, aliàs incurrit excommunicationem, & num. 17. 18. & 19.
19 Vſurpantes bona Eccleſiæ ſunt excommunicati.
20 Arbores Eccleſiæ caduæ, quæ ſolum per inciſionem afferunt fructum Beneficiatus incidere poteſt.
21 Prout etiam ſi fundus fiat pretioſior per arborum inciſionem.
22 Arbores Eccleſiæ vt ritè incidi poſſint requiritur beneplacitum Apoſtolicum, vel licentia Ordinarij ſi ſint parui valoris.
23 Arbores Eccleſiæ vetuſtæ, & corruptæ incidi poſſunt.
24 Poſſunt etiam incidere facere pro reparatione Eccleſiæ. Declara vt num. 25.
26 Beneficiatus vti debet arboribus, & fundo vt nihil agriculturæ noceat, & num. 27.
27 Contra inciſorem arborum criminaliter agi poteſt.
28 Quercus venit appellatione arborum.
29 Beneficiatus pretium arborum, quas incidere non poteſt lapidum, & marmorum tenetur conuertere in vtilitatem Eccleſiæ.

DECISIO LXXVIII.

MAximum, & durum agrorum deuaſtationis crimen omni iure damnatur, vnde meritò
1 depopulator, & deuaſtator agrorum pœna mortis mulctatur, per textum *in l. 2. cum gloſs. ff. de arbor. fruct. cæſar.* vbi dicit textus eos, qui inciderint arbores, & maximè vites tamquam latrones puniri debere, & ſic pœna capitali, ſicut latrones puniuntur, vt notat *Bolognet. in l. capitalium §. famoſos ff. de pœnis in ſuis annotationibus marginalibus Boſs. in pract. crim. in tit. de damn. dat. num. 3. Iul. Clar. in ſua prax. §. fin. quæſt. 68. num. 43. verſ. vaſtatores Afflict. in conſtit. Regni lib. 1. cap. 26. de malefact. clandeſt. in conſtit. ſuper inciſionibus num. 4. verſ. nota primo Bald. in l. data opera ſub num. 9. ad fin. verſ. item facientes C. qui accuſar. non poſſ.* vbi expreſsè dicit teneri pœna mortis facientes in vineis, & campis vaſtum de nocte *per l. 1. C. quando lic. ſe ſine Iud. vendicar. vbi gloſs. & notant omnes alij ſcribentes cum alijs congeſtis per Petr. Cabal. reſol crim. caſ. 21. num. 1. & per tot.* vbi etiam ſubdit
2 quod hoc procedat tam ſi agrorum depopulatio commiſſa fuerit de die, quam de nocte, *& caſ. 46. num. 2.*

3 Hinc eſt, quod vinum alienum nocturno tempore in aliena domo data opera effundens, vel equum in ſtabulo occidens tenetur pœna capitali, ſicut tenetur inciſor arborum, & vitium, vt comprobat *Cabal. reſol. crim. caſ. 46. per tot. & num. 4.* ſubdit, quod ſaltem Iudex non erraret ſi reum ad triremes ad tempus condemnaret.

4 Sed quidquid ſit de iure de conſuetudine huius criminis rei pœna extraordinaria plectuntur, modo ſcilicet trium ictuum funis, modo fuſtigationis, & modo triremium, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, ſiue rei deuenerint in fortijs curiæ, & carceribus ſint detenti, ſiue contumaces exiſtant, & ita ſeruari in Dominio Mediolani, & ſæpè iudicatum fuiſſe teſtatur *Iul. Clar. in ſua prax. crim. in §. fin. quæſt. 68. num. 43. verſ. vaſtatores*, & ita etiam apud nos quotidie ſeruari, refert *Farinac. in tit. de delictis, & pœnis quæſt. 20. num. 113. Baiard. ad Clar. dicta quæſt. 68. num. 120.* vbi ita in Vrbe, & alibi ſeruari vidiſſe, & ſeruaſſe.

5 Quæ tamen regula procedit, quando inciduntur arbores fructiferæ, & quæ radicem emiſerunt, iuxta textum *in l. 1. ff. de arbor. ceden. & in*
6 *l. 3. ff. de arbor. fruct. caſ.* ſecus ſi eſſent inutiles, vel aridæ, argumento eorum, quæ tradit *Bald. in l. 1. C. de edit. edict. & in l. conuenticulam C. de Epiſcop. & Cleric. Clar. in §. fin. quæſt. 68. num. 43. verſ. vaſtatores, & inciſores vinearum.*

7 Vlterius depopulatores agrorum non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, vt expreſsè diſponit *conſtitutio Gregorij XIV. de immunit. Eccleſ.* & licet textus *in cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* excludat tantum nocturnos agrorum depopulatores, tamen ex Bulla Gregoriana excluditur etiam diurnus, cum abſolutè, & abſque vlla reſtrictione loquatur, vt tenet *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 87. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num. 5. Farinac. eod. tract. cap. 11. num. 158. & 161. in fin. Scortia Theor. 385. Lagana in verbo immunitas num. 10. Bonacin. in tit. circa primum Decalog. præceptum diſ. 1. quæſt. 7. punct. 6. §. 1. num. 5. tom. 2. fol. 239.* vbi quod in Bulla Gregoriana fuit facta extenſio etiam ad diurnum *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 16. num. 1. & ſeq.* vbi de nocturno agrorum depopulatore, *& dub. 17. n. 2. tom. 2.* vbi de diurno.

8 Sed quod etiam conſtitutio Gregoriana intelligi debeat ſecundum ius commune, quod per eandem non videatur correctum, & ſic quod excludat tantum nocturnos, & non diurnos agrorum depopulatores probabilem ſententiam dicit *Thom. del Bene dicto cap. 16. dub. 17. num. 3. tom. 2. & tradunt alij Doctores allegati per Farinac. de immunit. Eccleſ. num. 161.* Verum quod huic opi-
9 nioni non ſit adhærendum inſinuat *Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 15. 5. ſed in caue ex Nauarr. in ſum. Bullar. tit. de immunit. n. 2.* vbi quod dicta conſtitutio omnino derogat diſpoſitioni iuris communis contra *Pellegrin. de immunit. Eccleſ. cap. 2. num. 11.* aſſerentem præfatam bullam tollere tantum priuilegia, ſed non derogare iuri communi.

10 Vt autem agrorum depopulator Eccleſiaſtica immunitate, priuetur, non requiritur delictum ab ipſo publicè fieri, ſed ſufficit quomodocumque perpatrari, dummodo de illo conſtet, & pluries factum fuerit, pro vt de graſſatore alibi dixi, ita *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 16. num. 7. tom. 2. ad tradita per Farinac.*

11 *riuac.de immunit.Eccleſ.cap.11. num.*160. vbi aſ-
fert differentiam inter nocturnum depopulato-
rem, & publicum Latronem, ſcilicet quod de-
populator clandeſtinè ſuratur, & clandeſtinè
moratur in loco, in quo furatur, latro verò
publicus, qui palam, & publicè ſuratur, & re-
probat, *Decian.tract.crim.lib.6.cap.28.num.3.*vo-
lentem quod latro dicatur à latendo, quia quid
quid ſit in ſimplici latrone, non tamen ſic in
publico.

12 Agrorum verò depopulatores ſunt qui ſege-
tes in agris depredantur, fructus, & vineas va-
ſtant, ſecundum *Ambroſin.de immunit. Eccleſ.cap.4.
num.4. Decian.tract.crim.lib.6.cap.28.num.3. verſ.
populatores agrorum,* vbi quod populatores agro-
rum dicuntur, qui ſegetes in agris depredantur,
& iterum infra in *verſic. & quod populator*, vbi
quod populatori agrorum dicitur, qui ad agros
alienos deripiendos deſtructor nocturnus acce-
dit, & ſecundum textum *in cap. inter alia de im-
munit. Eccleſ.* vbi *Innocentius III.* nocturnum
agrorum depopulatorem dicit, qui in nocte ſe-
getes extruit, dum ibi ſe aſcondit, vel latet,
vel propter homicidia, aut rapinas, quas facit
in ſtrata comburit, & deſtruit agros eorum, qui
eis non ſeruiunt, & ibi *Hoſtien. num. 3. in verbo,
vel nocturnus, & in verbo populator* declarat, ideſt
collector fructuum in ſpicis pendentium, alias
depopulator ideſt vaſtator, ſeù deſtructor *Io:
Andr. num.6. Butr.num.7. Abb. num.6. Cardinal. Za-
barel. num.3. latè Marius Italia de immunit. Eccleſ.
lib.1. cap. 6. §.2. quos refert, Farinac. eodem tract.
cap.11.num.159. Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.
cap.16. dub.16. num.5. tom.2.* vbi quod nocturnus
depopulator ſit, qui de nocte agrorum alieno-
rum ſegetes, vel vinearum fructus deſtruit, ibi ſe
aſcondendo, vel alia via eos ſurripiendo, vel de-
uaſtando, & allegat textum *in l.1. ff. quando liceat
ſine Iudice ius ſibi dicere.*

13 Et de iure ciuili conductor non poteſt incide-
re arbores fructiferas, *l.in fraudem §. conductor. ff.
de iure fiſci,* neque etiam *Colonus l.merces, §.culpæ
ff.locat. l.in duobus §.ſi colonus ff. de iure iuran. l.ſi
colonus ff.de arbor.ſruct.ceſar.* Prout neque emphy-
teuta *Tiraq. de retract.conuent. §.3.gloſ.1. num.24.
ex Bald.Ang.Alex.& alijs quos allegat. Fuluius Ful-
ui in adnot. ad ſtatut. Agricultura Vrbis in cap.71.
lit. C.*

14 Et incidentes ſupradictas arbores, ſiue ſint
coloni, ſiue conductores, ſiue emphyteutæ ca-
dunt à iure ſuo, *l.in fraudem §.conductor vbi Bart.
ff.de iure fiſci Auth. qui rem C. de Sacroſunt. Eccleſ.
vbi communiter ſcribentes, latè Redoan. de reb. Ec-
cleſ.non alienan.quæſt.79. cap.7. num.3.10.& 11.&
per tot. vbi alios concordantes allegat.& faciunt tra-
dita per eundem in antecedenti cap.6. Fuluius Fului
in adnot.ad ſtatut.Agricult.Vrbis in cap.71.ſub lit.C.*
15 *verſ.& incidentes*, vbi ſubdit, quod per recep-
tionem penſionis Dominus non cenſetur remit-
tere caducitatem antedictam.

16 Et de iure canonico regulariter beneficiatus
non poteſt incidere arbores ſolo Eccleſiæ cohæ-
rentes, ſiue ſint fructiferæ, ſiue infructiferæ ab-
ſque debitis ſolemnitatibus, & incidendo liga-
tur excommunicatione, & incurrit alias pœnas
conſtitutas in *Paulina Conſtitutione relat.in extra-*
17 *uag.ambitiosè de reb.Eccleſ.non alienan.* tum quia
cedunt ſolo, & inter bona pretioſa, quæ ſeruan-
18 do ſeruari poſſunt enumerantur, tum quia be-
neficiatus æquiparatur vſufructuario, qui euer-
tere non poteſt proprietatem, & arbores incide-
re iuxta *Textum in l.æquiſſimum ff. de vſufruct.* ita
*Quaranta in ſumm. bullar.in verbo alienatio rerum
Eccleſiæ num.33.& communem dicit Bonaccin.in tit.
de alienat.bonor. Eccleſiaſt.diſ.2.quæſt.vnic.punct.2.*
19 *num.7.tom.1.fol.mihi* 840. *vbi in fin.* probabilem
exiſtimat huiuſmodi arborum inciſorem non li-
gari excommunicatione præfatæ *extrauag. ambi-
tiosè de reb.Eccleſ.non alienan.* quia inciſio arbo-
rum, non eſt propriè alienatio, ſed potius affici
excommunicatione *Concilij Tridentini ſeſ.22. de
reform. cap.11.* lata contra vſurpantes bona Ec-
cleſiarum, & locorum piorum, vt tradit etiam
*Barboſ.in Concil.Trid.d.cap.11.num.*10.

20 Receditur tamen ab hac regula, vel quoties
verſamur in ſilua cædua, nemore, arundineto,
& alijs arboribus cæduis, quæ vtiles tantum
ſunt ad lignandum, & per inciſionem ſunt in
fructu, dum poſt inciſionem renaſcuntur, ſiqui-
dem per huiuſmodi inciſionem non deterioratur
fundus, prout in recollectione aliorum fructuum,
& ſegetum, per *Textum in l.diuortio §.ſi fundum
cum §.ſeq ff. ſolut. matrim. vbi Bart. & Iaſ. l.qui
ſundum, §.cum ſundum ff. de contrahend.empt. l.ſil-
ua cædua ff.de verbor.ſignificat. allegat per Quarant.
in ſumm bullar.in verbo alienatio bonor. Eccleſ. ſub
num.33. Bonaccin.in tit.de alienat. bonor. Eccleſiaſt.
diſ. 2. quæſt.vnic. punct.2. num.8. verſ.ſecundus ca-
ſus tom.1.fol.mihi* 846. vbi quod huiuſmodi arbo-
res cæduæ cenſentur fructus beneficij, qui perti-
nent ad beneficiatum, & poſſunt abſque ſolem-
nitate alienari.

21 Vel quoties ex arborum inciſione fundus fie-
ret fructuoſior, vt ſi incidantur arbores, quæ
vmbram ſummam afferunt, vel quæ nimia den-
ſitate nocerent alijs arboribus, & fructui ab eis
ferendo, & impedirent augumentum fructuum,
& vtilitatem aliarum arborum ſufficientium ad
prædij culturam, *Nauar. conſ.6 de reb.Eccleſ.non
alienan. Tiraquel.de vtroque retract.in tit.de retract.
conuentional. §.3.gloſ.1.num.26. Redoan. de reb.Ec-
cleſ.non alienan. quæſt.79. cap.7. num.26. Quaranta
in ſumm. bullar. in verbo alienatio rerum Eccleſ.
num.33.verſ limit.etiam, Bonaccin. in tit.de alienat.
bonor.Eccleſ.diſ.2. quæſt.vnic. punct.2.num.8.verſ.
primus eſt tom.1. ſol.*847. vbi affert rationem, quia
tunc vtiliter geritur negocium Eccleſiæ.

22 Vltra tamen prædictam vtilitatem, concurre-
re debet etiam ſolemnitas, ſcilicet beneplaci-
tum Apoſtolicum, vel Sacræ Congregationis
Concilij Tridentini, vel Epiſcoporum, & Re-
gularium licentia, ſi agatur de magno valore, &
ſi de paruo proprij Ordinarij, ſeù Epiſcopi in-
xta diſpoſita in *cap. terrulas 12. quæſt.2.* & ita pra-
cticari vidi, & ſæpiſſimè practicaui.

23 Vel etiam quoties excidcrentur arbores fru-
ctiferæ, vetuſtæ tamen, & corruptæ, & eorum
loco aliæ vtiles ſubrogentur, vt veteres in iu-
niores renouentur per *textum in l. agri ff. de vſu-
fruct. argum. §. in pecudum inſtit. de rer. diuiſ. Bart.
& l. diuortio §.ſi fundum ff.ſolut. matrim. Tiraq. de
retract. conuent. §.3. gloſ.1. d num.23. vſque ad 30.*

Qua-

Quaranta in ſumm. Bullar. in verbo alienatio rer. Eccleſ.num.33.propè fin.

24 Receditur quoque à dicta regula, ſi Benefi-
ciatus incideret arbores ad reparationem ſuæ
25 Eccleſiæ, nam tunc non incideret in pœnis, ſal-
tem quando Beneficiatus non habet fructus, ſeù
redditus ſufficientes ad reparandam Eccleſiam,
& neceſſitas vrgeat, quia tunc non videtur alie-
natio, ſed localis mutatio, ita *Bonaccina in tit.
de alienat. bonor. Eccleſiaſticor. diſ. 2. quæſt. vnica
punct.2.num.8. verſ.tertius caſus eſt, tom.1.fol.847.*
26 Beneficiatus enim vti debet arboribus, & fun-
do, vt nihil agriculturæ, & arboribus noceat,
& proprietas agri non deterioretur, ſed conſer-
uetur, ac boni viri arbitrio frui, & rectè colere,
& vti boni Patrisfamiliæ curam habere, vt in-
ſinuat *Quaranta in ſumm. Bullar. in verbo alienatio
rerum Eccleſ. num.33. in fin.* alias contra eundem
27 etiam criminaliter agi poterit, cum inciſio ar-
borum fructiferarum ſit iudicium criminale, &
28 appellatione arborum fructiferarum continetur
etiam quercus, vt ex Afflict. & alijs tradit *Qua-
ranta loco citato num. 33. in addit. lit. F. Bonaccina
in tit. de alienat. bonor. Eccleſ. diſ. 2. quæſtion. vnica
punct.2.num.7.verſ.ex quo patet, tom.2.fol.846.*
29 Immo Beneficiatus pretium arborum, quas
incidere non poteſt, proùt etiam marmorum,
& lapidum tenetur conuertere in vtilitatem Ec-
cleſiæ, & ſuum facere nequit, cum non ſint in
fructu, ſed ad proprietatem referantur, quæ alie-
nari non poteſt, ſed conſeruari debet, vel in
reinueſtimento pretij earum loco ſubrogato, vel
per conuerſionem in aliam Eccleſiæ vtilitatem,
ita *Quaranta in ſumm. bullar. in verbo alienatio re-
rum Eccleſ. num.33. in addition. lit. G. ad quod alle-
gat tradita per Rebuf. in compend. alienat. rerum Ec-
cleſ. num.73.* vbi declarat quando res in Eccleſiæ
vtilitatem conuerti dicatur.

INCENDIARII QVA PÆNA PVNIANTVR.

ARGVMENTVM.

Incendiarij pæna mortis puniuntur, ſi incendium ſit factum in ædibus per quod deformetur Ciuitas, ſecus ſi in capanna, ſeù domuncula, de iure Canonico vltra damni refectionem excommunicantur, & alia quæ ad materiam faciunt explanantur.

SVMMARIVM.

1 Incendij crimen deteſtatur.
2 Incendiarius doloſus de iure ciuili quomodo puniatur ſecundum varias legum ſanctiones.
3 Regulariter pœna mortis tenetur, & num.7.
4 Declara ſi incendium fuit factum in ædibus per quod deformetur Ciuitas, ſecus ſi in capanna, & domuncula.
5 Incendiarius nobilis, & vilis, ſi incendium ſit magnum, vel paruum quomodo puniantur.
6 Et eadem pæna punitur ſiue incendium ſit commiſſum de die, ſiuè de nocte.
8 Comburens frumentum in area non trituratum ad triremes condemnari poteſt, & etiam pæna mortis ſi ſit prope ædes num.9.
10 Ex incendio quando non perit homo pæna arbitraria venit reus puniendus.
11 Et Iudicis arbitrio poſitum eſt mutare qualitatem mortis quando eſſet irroganda.
12 Pæna mortis incendiarijs à lege ſtatuta intelligitur ſi hoc ſit rationabile.
13 Loco pænæ deportationis, quæ non eſt amplius in vſu ſucceſſit pæna arbitraria.
14 Incendiarij vbi adſunt Statuta ſunt puniendi pœnis in eiſdem ſancitis.
15 Damnum ex incendio illatum, ſiuè dolo, ſiuè culpa ſemper ab incendiario refici debet.
16 Et ad hunc effectum quę actiones competent referuntur.
17 Et datur ad hunc effectum iuramentum in litem.
18 Incendiarij de iure canonico excommunicatione feriuntur ipſo facto ſi ſint loci ſacri, & ſi loci prophani ſunt excómunicandi, & Iudicis arbitrio hoc remittitur num.23. Ab Epiſcopo excommunicati non poſſunt abſolui niſi à Papa, num 24.
19 Clericus incendiarius arbitraria pæna punitur, & num.20. & 22.
21 Clericus amittit beneficia quando de iure ciuili delinquens capite punitur.
25 Incendium commiſſum lata, leui, & leuiſſima culpa committendo, vel omittendo quomodo puniatur remiſſiue.
26 Incendiarius ad Eccleſiam confugiens non gaudet eius immunitate, & num.27. vbi quod contraria opinio ſit verior.

DECISIO LXXIX.

1 GRauiſſimum, & inhumanum eſt incendij
crimen, ſi doloſè, & data opera perpa-
tretur, aliorum enim facultates, & bona ad hu-
manæ vitæ conſuetudinem neceſſaria igne ſub-
uertere barbaram cupiditatem oſtendit, cum ex
incendio incendiarius nihil vtilitatis, nihil vo-
luptatis conſequatur, vnde *Innocentius II. in vni-
uerſali Concilio cap. 18. relat. in cap. peſſimam 23.
quæſt.8.* peſſimam, & depopulatricem, horren-
damque incendiariorum malitiam deteſtatur, &
interdicit.
2 Quando igitur incendium fuit dolo commiſ-
ſum, de iure ciuili incendiarius quandoque tra-
ditur beſtijs, & comburi poteſt, quandoque
decapitatur, & quandoque relegatur, attenta
incendij, & perſonarum qualitate, iuxta varias
legum ſanctiones, vt habetur in *l.qui ædes, & in
l.fin. §.data opera ff. de incend. ruin. & naufrag. in
l.1. in princ. in l.ſi quis dolo ff. ad l.Cornel. de ſicar.
& in l.capitalium §.incendiarij, & §. qui ab inimi-
citia ff. de pen. & in l. qui data opera C. de ijs, qui
accuſar. non poſs. pulchrè Bart. in l.1.num.5.C.de offic.
Præfect. Andr. Gail. lib.2. pract. obſeru.22. num.6.
Franch. March. deciſ.417.num.2.par.2.latè Farinac.
in tit. de var. & diuerſ.crim.quæſt.110. num.5.*
3 Et licet incendiarij regulariter pæna mortis
teneantur, *Hieron de Federic.reſol.crim.37.num.1.
impreſſ poſt 2.vol.conſ.Farinac. Bellet.diſquiſit.cle-
4 rical.par.2.tit.de pæn cleric.§.43.num.2.* hoc tamen
procedit in incendio facto in ædibus per quod
deformatur Ciuitas, & infertur periculum, &
damnum habitantibus, ſecus autem vbi incen-
deretur capanna, ſeù domuncula, *Purpurat. con-
ſil.73. per tot. vol.1. Cephal de ſeruitut. Vrban. præd.
cap.11. verſ. quid de capanna. Hieron. de Federic. loco
proximè citato num 4.*
5 Hinc eſt quod ſi Incendium ſit factum in Ci-
uitate, vel Oppido, & ſit magnum, ſi incen-
diarius ſit nobilis decapitatur, ſi vilis combu-
ritur, vel furca ſuſpenditur; ſi verum parum
nobilis deportatur, vilis vero capite punitur;
quod ſi ſit commiſſum extra Ciuitatem, vel Op-
pidum, ſcilicet in Villa, vel rure, & ſit magnum
nobi-

nobilis deportatur, & vilis decapitatur, & ſi ſit
paruum nobilis relegatur, vilis vero deportatur,
vt magiſtraliter diſtinguendo docet Bart. in l.1.
ſub num.4.& 5. ff.de offic.Præfect. vigil.& Salycet.
in l.data opera in primo caſu principali C.qui accuſar.
non poſs.Menoch.de arbitrar. quæſt.caſ.390. nu.26.
& ſeq. Petrus Cabal.reſol. crim. caſ.22. num.2. cum
ſeq.& ratio differentiæ diuerſitatis pœnæ reſultat,
quia in incendio commiſſo in Ciuitate concur-
rit maior grauitas ob periculum mortis homi-
num, & conſumpſionis bonorum, quæ non ita
redditur conſiderabilis in incendio commiſſo in
Villa, vt animaduertit Cabal. loco citato num.5.
6 ante fin. vbi etiam ſubdit, quod prædicta proce-
dant, ſiuè incendium ſit commiſſum de die, ſiuè
de nocte, cum in hoc iura non diſtinguant, licet
grauius reputetur ſi ſit de nocte,
7 Et ſecundum prædictam diſtinctionem practi-
catum fuiſſe teſtatur Iul.Clarar.§.fin.q.68. nu.20.
& 21. verſ.incendiarij,& verſ.ſeq. vbi refert alias
Cremonæ fuiſſe ſuſpenſos duos fratres, qui quaſ-
dam domos in Oppido combuſſerant, & vltimo
ſupplicio affectum quendam Paulum de malo,
qui in fœnili incendium poſuerat, & quod qui-
dam Donatus Biretta, qui incenſis ſtipulis per-
miſerat ignem vagari in frumentum ſuum pro-
prium, & alienum habita partis remiſſione fue-
rit abſolutus, vbi etiam tradit quod comburens
tugurium pœna mortis afficiendus non ſit, ſed
ad triremes delinquentem condemnatum fuiſſe
affirmat quendam Paſqualem Furtarellum, qui
in tugurio ignem iniecerat.
8 Qui verò odio, vel inimicitia aceruum, ſeù
cumulum frumenti non triturati in area, non
tamen iuxta domum viciniorum poſita de nocte
combuſſit, pœna triremium ad tempus, & ad
damnum reficiendum iure condemnari poſſe
putauit Petrus Cabal.reſol.crim.caſ.22.num.1. vbi
9 ſubdit quod ſi area iuxta domos poſita fuiſſet
pœnam capitalem incurriſſet, ex iuris commu-
nis diſpoſitione, ex Clar. quem allegat. in pract.
crim.quæſt.68. num.20. verſ. item illi, vbi forma-
liter dicit quod comburens ædes, vel aceruum
frumenti poſitum iuxta ædes pœna mortis
punitur per l. qui ædes ff. de incend. ruin. & nau-
frag.
10 Quandò autē ex incendio nō perit homo, cū
hoc crimen connumeretur inter priuata delicta,
incēdiarij pœnis arbitrarijs veniūt puniēdi, vt ex
Platone lib.8.de legibus tradit Menoch.de arbitrar.
iudic.lib.2.centur.4.caſ.390.num.1. & num. 25. &
11 ſeq. vbi amplius quod Iudicis arbitrio poſitum
eſt mutare qualitatem mortis, quando mortis
pœna infligenda eſt, Vulpel.conſ.150. num.1. &
ſeq. Viuian. comm. opin.430. num.1. & ſeq. Ioſeph
Ludouic.deciſ.Peruſin.25.num.4. & ſeq. & num.6.
vbi quod in imponenda hac pœna non parum
Iudicis arbitrium verſabitur circa qualitatem
mortis infligendæ, Petrus Cabal.reſol.crim.caſ.22.
12 ſub nu.7. vbi in fin.ex Andr.de Iſer. ſubdit, quod
licet lex dicat indiſtinctè incendium capite pu-
niri, intelligitur ſi hoc ſit rationabile, & non
aliter, Farinac.in tit.de var.& diuerſ.crim. q.110.
num.6.propè fin.
13 Et quia pœna deportationis contra vilem In-
cendiarium à iure ſtatuta non eſt amplius in vſu
eius loco ſucceſſit pœna arbitraria, Imol. in l. 1.
ſub num.2.verſic.& aduerte ff.de pub.iudic.Crauet.
conſ.18. numer.17. Menoch. de arbitrar. Iud.lib.1.
quæſt. 80. ſub num. 89. & magis in terminis lib. 2.
caſ.330.ad fin.num.5.Oſaſch.deciſ., Pedemont.105.
num.7.vèl ſecundum alios damnatio ad triremes
Carrer. in pract. crim. §. decimus ſextus caſus eſt
n.32.fol.mihi 29.& colligitur ex Iul.Clar.in pract.
crim.quæſt.67.num.8. verſ.deportatio etiam, Petrus
Cabal.reſol.crim.caſ.22.num.9.
14 Vbi verò adſunt ſtatuta, incendiarij ſunt pu-
niendi pœnis in eiſdem ſancitis, vt Statutum Vr-
bis lib.2.cap.36.plures diſtinguit caſus,& ſtatuit
pœnas, vbi etiam de ponente ignem in oſtium
Meretricis; ſuper huiuſmodi flagitio etiam di-
ſponunt bannimenta Gubernatoris Vrbis, &
bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici ema-
nata tempore Innocentij X. vſque de anno 1645.
& ſucceſſiuè à ſucceſſoribus confirmata vbi in
§.45. vltra pœnas iuris communis, etiam alias
capitaliſſimas imponunt arbitrio, iuxta facti,
& perſonarum qualitatem.
15 Damnum autem ſemper, & in omni caſu
emendandum eſt, ſiuè dolo, ſiuè culpa lata, aut
leui, ſiuè leuiſſima ſit ſecutum, tam de iure ci-
uili, vt probatur in l.qui ædes ff.de incend.ruin.&
naufrag.& in l.capitalium §.qui ob inimicitias ff.de
pœn. quam etiam de iure canonico per Textum
in cap.ſi quis domum de iniur.& damnodat. Bart. in
l.1.ſub num.5. ff.de offic.Præfect. vigil.Cyn.in l.data
opera ante fin.verſ.& hæc verba C.de ijs,qui accuſa-
re non poſſunt Cabal.reſol.crim.caſ.22.nu.6. Nouel.
reg.18.num.1.Franc.Marc.deciſ.417.num.1.par.3.
Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſin.25.nu 4 par.1.Farinac.
in tit.de var.& diuerſ.crim.quæſt.110.num.9.& 10.
16 vbi quod ad hunc effectum competit actio ex
dicta decretali, ſecundo actio ex edicto Præto-
ris de incend. ruin. & naufrag. tertio datur actio
furti, quarto datur actio l. Aquiliæ, ex Marian.
Socin.in cap.ſi quis domum, num.18. & 45. verſic.
circa tertium,& ſub num.46.& 56. & ſeq. vbi be-
nè declarat quando prædictæ actiones locum
habeant, & quandoque dentur ad ſimplum, &
quandoque etiam ad duplum.
17 Inſuper pro damnis & intereſſe paſſis datur
iuramentum in litem damno paſſo aduerſus in-
cendiarium pro prædictorum liquidatione.Plot.
in l.ſi quando num.731.in fin. C.vnde vi, Farinac.
in tit. de var. & diuerſ. crim. quæſt. 110. num. 13.
Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 25. numer. 9. in fin.
par. 1.
18 De iure verò canonico incendiarij vltra dam-
ni emendationem vt ſupra diximus, excommu-
nicatione feriuntur, adeò vt non niſi à Papa ab-
ſolui poſſunt, iuxta textum in cap.tua nos de ſen-
ten.excommunicat, & ibi gloſ. in verbo publicati,
ita quod incendiarij Eccleſiarum, loci Sacri, vel
Monaſterij ſunt ipſo iure excommunicati, alij
vero loci prophani, ſeù non ſacri excōmunican-
di, ad textum in cap. cum deuotiſſimum 12. qu.2.
vbi gloſ.in verbo ſi verò incendium, latè Abb. Fe-
lin. & alij ſcribentes in dicto cap. tua nos de ſenten.
excommunicat. Diaz.in pract. crim. canon. in verbo
incendiarij cap.105.& ibi Ignat. Lopez. in addition.
de communi Nauar.in manual.cap.17.num.100.Fa-
rinac.in tit.de var.& diuerſ.crim.quæſt.110. nu.15.

Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 2. tit. de pæn. Cleric. §.43. num.4. vide textum *in cap. ſi quis Eccleſiam 17.quæſt.4.& textum in cap.peſſimam 23.q.8.*

19 Clericus verò huius flagitij reus, cum certa pæna contra eundem in iure non ſit expreſſa; iudicis arbitrio puniendus venit, attenta doli, loci, & damni qualitate, & incendij magnitudine, vel paruitate, ſecundum *Diaz. in pract. crim.canon.cap.108.& cap.105 ſecundum vltimam impreſſionem in verbo incendiarij, & ibi Ignat. Lopez in addition. Bellet.diſquiſit. Clerical.par.2.tit.de pæn.Clericor. §.4. num.2. ſed Soller. in pract.crim. can in verbo aut incendium cap.25.nu.1.* dicit quod textus in *cap.peſſimam 23. quæſt.8.* loquatur tam in Laicis, quam in Clericis, *& Berber.in rub.de*

20 *incendiar.par.1.cap.22.num.4.ſubdit* 20.quod Clericus incendiarius in foro fori pro qualitate criminis punitur, & quod ſi exceſſus eſſet magnus, ex magno incendio dolo commiſſo poſſit etiam declarari, ſi non magnum ſit deponendus à beneficio, & ſi paruum ſuſpendendus, & alias pro criminis qualitate arbitrio Iudicis puniendus, quem ſequitur *Iodoc.in pract.crim.cap. 103.rub.de incendio num.13.& ſeq.Petrus Rebuf.in pract.beneficial.par.3.rub.de modo amittendi benefi-*

21 *cia cap.1.num 60.* vbi quod Clerici amittunt beneficia vbi de iure ciuili delinquentes capite puniuntur, *Franc. Marcb.deciſ 47. num.1.par.2. Menoch. de arbitrar.quæſt.lib 2.caſ.390 num.3. &*

22 *ſeq.* vbi quod in foro pænitentiali pro incendio eſt pæna excommunicationis, in foro verò contentioſo pæna eſt arbitraria, *Decian. in tract. crim. lib.6.cap.24.rub de ſacrileg. circa loca num.6. cum alijs cumulatis per Farinac in tit.de var & diuer. crim.quæſt.110.num.15.circa med.verſ.clericis enim inquit ipſe.*

23 At autem incendiarius ſit declarandus excommunicatus, ſeù an excommunicatio ſit publicanda contra eos, relinquitur arbitrio Ordinarij, eiuſque prudentiæ, qui in caſibus particularibus perpendere debet, an expediat ſententiam excommunicationis ferre, ſeù publicare cenſuram ab incendiarijs contractam fuiſſe, ita *Bonaccin.de excommunicat.in part.extra bulla Cœnæ Domini diſ.2. quæſt.3. punct.43 num.7. tom.3. vbi*

24 *num.1.& 5.* ſubdit, quod quando incendiarius ab Epiſcopo excommunicatus fuerit, niſi à Summo Pontifice abſolui poſſit, vide *Sayr.de cenſur. lib.3.cap.29.num.7. & ſeq. ita etiam Thom.del Bene de immunit. Eccleſ. cap.3. dub.5.ſect.1. num.12. tom.1.*

25 Incendium verò commiſſum lata, leui, & leuiſſima culpa, caſu fortuito, vel committendo, vel omittendo quando, & quomodo puniatur late tradidi in *deciſione 66.* cum duobus adnotationibus ſequentibus, vnde hic ſuperuacaneũ eſt eadem repetere.

26 Nec etiam incendiarij ſi ad Eccleſiam confugiant eius immunitate gaudere debent, ſecundum *Caſſan.in conſuetud. Burgun. in tit.des iuſtices §.5.num.111.fol.54.Mar.Ital.de immunit.Eccleſiarum lib.1.cap.5. §.3. num.56. & ſeq.Peregrin.eod. tract.cap.12 n.6.Guazzin.tom.1.ad defenſ.defenſ.1. cap.38. num.44. Decian. tract. crim. lib. 6. cap.28. num.24.per textum in cap.peſſimam 23. q.8.*

27 Verius tamen eſt, quod incendiarius non priuetur immunitate Eccleſiæ non ſolum quia textus in *cap.peſſimam 23.quæſt.8.* hoc non diſponit, cum tantum tribuat facultatem Regibus, & Principibus faciendæ iuſtitiæ conſultis Epiſcopis, verum etiam attenta conſtitutione *Gregory XIV.* de immunitate Eccleſiæ, in qua hoc crimen non excipitur, *Farinac. de immunitat. Eccleſ.cap.6.num.105.Caſtr. Palauſ.tom.2. tract. 11. diſp. vnica punct.10. num.9. Bonaccin. oper. moral. tom. 2. tit. circa primum decalogi præceptum diſ 3. quæſt. 7. punct. 6. §. 1. num.6. in fin. fol mihi 239. Diana reſol.moral.par.6.tract.1. de immunit.Eccleſ. reſol.16.verſ.ſed hæc opinio, & ſeq.* vbi quod aliter tenendum non ſit præcipuè poſt Bullam Gregorianam, & quamuis hoc crimen ſit ſimile depopulationi agrorum, tamen cum non ſit idem, ſed diuerſum illius criminis exceptio firmat regulam in hoc alio caſu non excepto.

NON RESIDENTES QVANDO, ET QVOMODO BENEFICIIS PRIVARI POSSVNT.

ARGVMENTVM.

Beneficijs vt quis iuſtè, & validè priuari poſſit ob non reſidentiam, ſi agatur contra Epiſcopos, & Archiepiſcopos eſt ſeruanda forma *Concilij Tridentini ſeſſ.6. de reform. cap.1.* ſi contra Parochos alia forma tradita in *ſeſſ.23.de reform.cap.1.* nempè vt compellantur incipiendo à cenſuris, deinde per ſubtractionem fructuum, vlterius ſi perſonaliter citari nequeant, vltra trinum edictum citatorium expectandi ſunt per ſex menſes, iuxta diſpoſitionem *cap.ex tua de Cleric. non reſiden.* ſi verò agatur contra Canonicos Cathedralium, & Collegiatarum, abſentes pro primo anno priuandi ſunt dimidia parte fructuum, ſecundo anno omnibus fructibus, & creſcente contumacia vt Canonicatu priuari poſſint, eſt etiam ſeruanda forma dicti *cap. ex tua.*

SVMMARIVM.

1 Epiſcopi Archiepiſcopi abſentes à Cathedrali Eccleſia vigore Concilij Trid. ſeſſ.6.de reform. cap. 1. quomodo puniantur, & num.6.

2 Epiſcopus non reſidens non gaudet alternatiue etiam ſi exerceret officium Inquiſitoris n.3. Ac etiam ſi abeſſet cauſa Reipublicæ, num.4. Ac etiam ex cauſa à Concilio approbata, num.5.

6 Poſſidentes Eccleſias Cathedrales, Patriarchales, aliaque beneficia animarum curam habentia non reſidendo peccant mortaliter, & tenentur ad fructuum reſtitutioné.

7 Compoſitio de fructibus male perceptis prohibetur à Sac. Concil. Trident.

8 Curam animarum habentes per edictum citati compelli poſſunt ad reſidendum per cenſuras, & fructuum ſubtractionem, etiam vſque ad priuationem, quæ vt legitimè fiat quæ requirantur num.10.& num.39 & 40.

9 Canonici, & Præbendati Eccleſiarum Cathedralium ob non reſidentiam priuandi ſunt dimidia parte fructuum pro primo anno, pro ſecundo omnibus fructibus pro tertio priuari poteſt beneficio, vt tamen legitimè, & validè priuetur, quæ requirantur. num.38.

11 Ante quam deueniretur ad beneficij priuationem ob non reſidentiam ſunt ſeruandi pœnarum gradus à Sac. Concilio præſcripti, & abſens debet perſonaliter citari n.13. & ſi non poſſit per trinum edictum, & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari num.14. alter priuatio eſt nulla num. 15

12 Ad priuationem beneficij curam animarum non habentis expectari debet triennalis contumacia.
16 Beneficiatus causa absentiæ priuatus beneficio non ſeruata forma Concilij Tridentini eſt manutenendus in poſſeſſione eiuſdem beneficij.
17 Poſſeſſor quod non habuerit ſe pro ſpoliato reſultat ex proteſtatione, & recurſu habito ad ſuperiores.
18 In perſonaliter citato ad reſidendum non requiritur trina monitio, ſed ſufficit vna. Nec expectandi ſunt ſex menſes num. 19. Neque eſt deueniendum prius ad ſubtractionem fructuum, & excommunicationem n. 20. cum hoc ſit in electione Epiſcopi n. 21.
22 Ampl. vt ſupradicta ſeruanda ſunt ſiue abſens habeat licentiam ſiue non.
23 Limit. ſi beneficiatus habuerit certam ſcientiam citationis executæ in loco beneficij, nam tunc non requiritur trinum edictum.
24 De hac tamen ſcientia conſtare debet.
25 Si Epiſcopus contra non reſidentes procedat tantum ad fructuum ſubtractionem quomodo procedere debeat.
26 Diſpoſitio Concilij Tridentini contra non reſidentes non procedit in Canonicis ſine præbenda, & ſi Canonicus ſolum ob reſidentiam lucriſaciat fructus, quibus cum non poſſit priuari pœna arbitraria puniendus eſt n. 29.
27 Epiſcopus pœnam priuationis fructuum ob non reſidentiam ante ſententiam poteſt minuere, vel augere.
30 Canonicus facit fructus ſuos donec ex cauſa abſentiæ per ſententiam priuatus fuerit, & n. 31.
32 Priuatio beneficij curati ob non reſidentiam inducitur ipſo iure, & abſque trina monitione n. 33. & non expectata ſententia conferri poteſt num. 34. Contrarium numer. 35.
36 Abſens à reſidentia monendus eſt per trinum edictum cum expectatione ſex menſium poſt vltimum edictum ſiue procedatur per ſententiam, ſiue per ſpoliationem.
37 Abſens à reſidentia cum iuſta cauſa iniuſte beneficio priuatur, & n. 43.
41 Contra obtinentem Capellaniam cum onere reſidentiæ quomodo ſit procedendum.
42 Contra perſonaliter citatum ad reſidēdum ſi ex iuſta cauſa fuit impeditus quomodo eſt procedendum.
43 Priuatio beneficij ob non reſidentiam ſi ſit iniuſta reuocatur.
44 A reſidentia, quæ cauſę excuſant, & num. 45. vſque ad 50.
51 A reſidentia vt quis legitime, & iuſte excuſari poſſit, requiritur iuſta cauſa, & licentia ſuperioris.

DECISIO LXXX.

VAlde intereſt Chriſtianæ Reipublicæ Paſtores, qui animarum curam gerunt, alioſque, qui diuina ex incumbenti onere in Choro perſoluere tenentur, in eorum Eccleſijs reſidentiam facere, vt concreditas oues ab irruentium inimicorum impetu defendantur, & ne diuinus cultus ſuo deſtituatur obſequio, vndè
1 prouidè *Sacrum Concilium Tridentinum ſub Paulo III. ſeſſ. 6. de reform. cap.* 1. antiquos canones aduerſus non reſidentes promulgatos innouando, ſanciuit vlterius, vt ſi quis à Patriarchali, primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia iuſtis, & rationabilibus cauſis ceſſantibus ſex menſibus continuis extra ſuam diæceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricę Eccleſiæ, pauperibus loci per ſuperiorem Eccleſiaſticum applicandorum pœnam ipſo iure incurrat, & ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat, & creſcente contumacia, denunciari debet Romano Pontifici, vt prouideri valeat, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.
2 Epiſcopus propterea non reſidens in ſua diœceſi non gaudet alternatiua, quæ verè reſidentibus ex modernis regulis Cancellariæ conceditur, *Galet. in Margarita caſuum conſcien. verb. Epiſcopus Aloyſ. Ricc. in prax. rerum for. Eccleſ. deciſ.* 540. *in prima edit. alias reſol.* 462. *in 2. edit. Gonzal. ad reg.*
3 8. *Cancellar. gloſ.* 43. *num.* 34. *& ſeq.* vbi quod fuit denegatum indultum alternatiuæ ob Epiſcopi abſentiam cauſa exercendi officium Inquiſitoris
4 *Grattan. diſcept. forenſ cap.* 106. *num.* 13. *tom.* 1. vbi etiam ſi abeſſet cauſa reipublicæ, cum ad effectum gaudendi alternatiua non ſuffragatur reſi-
5 dentia ficta, ſed vera requiratur, quod procedit etiam ſi abſentia eſſet ex cauſa à Concilio approbata, vt deciſum refert *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 5. *cap.* 1. *num.* 453 *cum plurib ſequen. Maſſobr. in prax. habend concurſ. ad Paroch. prælud.* 23. *dub.* 3. *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg.* 53. *num.* 35. *& in Concil. Trident ſeſſ.* 6. *de reform. cap* 1. *num.* 7. *& in tract. de canonic. & dignitatibus cap.* 14. *num.* 23.
6 Inſuper eadem *Sacroſancta Synodus ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 1. declarauit Patriarchales Metropolitanas ac Cathedrales Eccleſias poſſidentes, omneſque alios beneficium Eccleſiaſticum curam animarum habens retinentes teneri ad perſonalem reſidentiam in eorum Eccleſijs & diœceſis, adeo vt abſentes vltra ſpatium duorum, aut ſaltem trium menſium præter mortalis peccati reatum fructus pro rata temporis abſentiæ ſuos non faciant, & abſque alia declaratione ad reſtitutionem teneantur, ſcilicet erogare per ſe, vel per ſuperiorem Eccleſiaſticum fabricæ Eccleſia-
7 rum, aut pauperibus loci, prohibita quacumque conuentione, vel compoſitione pro fructibus ma-
8 lè perceptis nuncupata, & ſi per edictum citati etiam non perſonaliter, contumaces fuerint, liberum eſſe vult Ordinarijs per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia etiam vſque ad priuationem compellere, non obſtantibus quibuscumque priuilegijs, & exéptionibus, & abſque appellatione ſuſpenſiua, etiam vigore Eugenianæ conſtitutionis.
9 Demum *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. decreuit obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones non licere vigore cuiuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſijs quolibet anno abeſſe, alioquin pro primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuū, quod ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: creſcente verò contumacia contra eos iuxta Sacrorum Canonum conſtitutiones procedatur.
10 Et licet contra obtinentem beneficium curam animarum habens, aut alias perſonalem reſidentiam requirens ob non reſidentiam procedi poſſit per cenſuras Eccleſiaſticas, ac per ſequeſtrationem, & ſubhaſtationem fructuum, aliaque iuris remedia, ac etiam per priuationem beneficij *cap. conquerente vbi Innoc. num.* 1. *Abb. num.* 2. *cap. qualiter, & cap. ex ſua de Cleric. non reſiden. Et ex Concil. Trid. locis citatis Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 54. *Garz. de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 139. *& ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 53. *numer.* 70. *& ſeq. Bellet. diſquiſit. Clerical. par.* 2. *tit. de pan. clericor.* §. 34. *n.* 11.

11 Ta-

11 Tamen antequam deueniatur ad beneficij priuationem ob non reſidentiam pœnarum gradus in dicto *decreto Sacri Concilij Tcidentini ſeſſ.23.de reform.cap.1.& ſeſſ.24.de ceſor.cap.12.* præſcriptos neceſſario ſeruandos eſſe ceſolutum aſſerit *Piaſec.in prax.Epiſcopal.par.2.cap.3.num.9. verſ.neceſſario Pignatel.conſult.canon. 163.ſub num.1.tom.1.* vbi ita cenſuiſſe Sacram Congregationem vt in ſequenti deelaratione, *Sacra &c.cenſuit ſecibendũ Epiſcopo Aſculano vt contra Archidiaconum non reſidentem adhibeat remedia Sacrocum canonum, vltra amiſſionem diſtributionum quotidianacum, primo anno abſentia pcinandum eſſe dinidia parte fructuum ſua prabenda, ſecuodo anno priuandum eſſe omnibus fructibus, tertio verò anno ducante contumacia, & pracedente pcius monitione priuari poſſe Archidiaconatu Antonel.de tempore legal. lib.3. cap.19.num 2. & 3. Barboſ.in Coneil.Trid.dicto cap.12. num.70. & de offic.& poteſt. Epiſcop alleg.53, num.148. & de canonic.& dignitat.cap.20.nu.16.&* 17 vbi etiam refert declarationem Sac. Cong. Concilij *Garz de beneſic.par.3.cap.2.ſub num.140.& ſeq.*vbi eiuſdem *Sac.Cang.*declarationes concordantes refert quas ſecuta fuir vt reuerenter ſoler *Rat. in Ociolen.Decanatus 14.Martij 1623. cocam Nauarro, & in Alexandcina Canonicatus cocam Amat. Dunozet. inter eius impreſ.dec.878. num.9. & 10 tom. 2.* vbi
12 quod quando agitur de beneficio curam animarum non habente expectari debeat triennalis illius contumacia antequam ad priuationem beneficij valide deueniri poſſit.

13 Vlterius deber quis perſonaliter citari, ſeu moneri ad redeundum intra congruum tempus conſiderata loci diſtantia, & temporis qualitate præfigendum, vt legitime iuris ordine ſeruato ad beneficij priuationem deueniatur iuxta diſpoſitionem textus *in cap.ex parte il primo de eleric.non reſiden gloſ. in cap. quoniam frequentex 5. §. porro in verbo canonibus, verſ.ſuper bac expectatione vt lit. non conteſt. Lottec.de re beneſ lib.3.cap.27. num.83. Mantica dec.12.num.1.Vecal.dec.372.num.3.& dec. 378. per tot. pac. 2. Amat. Dunozet. deciſ. 878. num.6.Seraphin. deciſ.1346.num.5.* ſiue abſens ſit de licentia Epiſcopi, ſiue non *Bacboſ. in Goncil. Trid.ſeſſ.24.de ceform.cap.12, ſub num. 70. & de Canon.& dignit. cap.20.ſub. n.18.vbi allegat.textum in cap.clericos, & ibi gloſ.verbo rediecint,& in cap. peruenit il 2. de appellat Seraphin. deciſ.1548. numer.5.Rot.in Oriolen.Decanatus 14.Martij 1622.cocam Nauarro.*

14 Sed ſi perſonaliter citari non poſſit, quia latitar, vel quia ignoratur vbi ſit, vel longe abſit, aut in loco adeo remoto, vel ſuſpecto degit, vt non poſſit ad eum peruenire citatio, tunc admittitur citatio facta per edictum, ſcilicet tunc debet in eius Eccleſia trinæ citationis edictum publicari, adeo vt non ſufficiat vnum pro tribus, & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari, vt colligitur in *cap.ex tua de Clerie. non ceſiden. Maſſob.in prax.babendi concurſ.ad Paroch. requiſ.1. dub. 3.num.21. Antonel.de tempo legal,lib.3.cap.10.n.1.* & ſi aliter ad beneficij priuationem deuentum
15 fuerit, redditur priuatio nulla, & inualida, *Lel. Zecb.de repub.Eccleſ.tit.de beneſic.num.6.verſ.quod attinet vero ad praxim Piaſec.in prax.noua Epiſcopal.par.2 cap.3.num.9.verſ. neceſſario Zer. in pcax.*

Tom. II.

*Epiſcop.par.1.verb.priuatio §.3.num.4.Garz. de beneſic.par.3.cap.2.num.154. Bacboſ.de Canonicis, & dignitat.cap.20.ſub.num. 18. & in Coacil. Tcident. ſeſſ.24.de ceform.cap.12.num. 71. & de offic. & poteſt.Epiſcop.alleg.53.num.149.Rot.deciſ.131.num.1. 2.3.& 4.pac.4.tom.2.cecent, confirmata vt in deciſ. 163.ead. par. 4.*in quibus referuntur reſolutiones Sac.Congreg.ſub die 21. Octobris, & 6. Decembris 1576. *Mantica deciſ.12.pec totam, Amat. Dunozet.deciſ.878.à num.6.cum ſeq. & per tot. tom.2.* vbi loquitur de Canonico qui manebat in Vrbe vbi perſonaliter citari poterat.

16 Ac proinde ſententia priuationis non valet impedire manutentionem, ſeù mandatum de manutenendo in poſſeſſione beneficij, dum be-
17 neficiatus priuatus non habuit ſe pro ſpoliato, quod reſultat ex proteſtatione, & recurſu habito ad ſuperiores, ex quibus optime deprehenditur ipſum ánimo retinuiſſe poſſeſſionem, vt de proteſtatione tradit *Iacob.Mandel.conſ.78. num.6.* & de recurſu *Natt.conſ.572.num. 24.* & de vtroque *Mantica deciſ.185.num.5.* quos refert, & ſequitur *Rot.deciſ.878.num. 10. cum duob. ſeq. coram Amat. Dunozet.tom.2. & deciſ.163.num.12. par.4. tom.2. recent.*

18 In perſonaliter igitur citato non requiritur trina monitio, ſed ſufficit vna etiam extraiudicialis, *cap.ex tua ibique Abb num. 10. & 13. de cleric.non reſiden. gloſ.in cap.. quoniam frequenter §. porro in verbo canonibus vt lit non conteſt.Io.de Silua in tcact.de beneſic.par.4. quaſt. 4. & ſeq. Barboſ. in Concil.Trident.ſeſſ.24.de ceform.cap.12.nu.71.verſ. ſubdit in perſonalitec citato ex Nicol. Garz. de beneſ. par.3. cap.2. num. 155. & de canonicis, & dignitat. cap.20. num.19.Cardinal. Mantica deciſ. 67. num.5. Maſſobcius in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 1. dub.3.num.22. & ſeq. & num.24.*

19 Nec eſt opus expectare ſex menſes poſt quam perſonaliter citatio executa fuerit ſed poteſt Ordinarius procedere ad priuationem *Seraphin deciſ.1346.nu.5.*& ſubdir idem *Maſſobr.dicto requiſit 1.dub.3.nu.24.*vbi quod nec etiam eſt opus prius
20 quam procedatur ad priuationem deuenire, ſeù præmittere ſubtractionem fructuũ, & excommu-
21 nicationem, quia hoc eſt in electione Epiſcopi vt declarant, *Io: de Anan.& Imol.in cap.ex tua de cleric.non ceſiden.* & ita intelligendum eſſe *Concil. Tcidentinum ſeſſ.24.de reform. cap.12. §. praterea*, quemadmodum per Eminentiſſimos, & Reuerendiſſimos Patres Sacræ Congregationis interpretes fuit declaratum, vt non afficiat Epiſcopos, qui poſſunt procedere ad priuationem ob non reſidentiam quamuis illa temporum interualla non fuerint obſeruata, dixit *Rot. deciſ. 67. num.7. cocam Cardinal. Mantica quem etiam allegat Barboſ.de canonicis, & dignitat. cap.20. num.19. & in Concil.Tcident.ſeſſ.24.de refocm.cap.12.n.71. in fin. Maſſobc.in prax. habendi concurſ. ad paroch. requiſit.1.dub.3.num.25 fol.michi 291. Garz.de beneſic.par.3.cap.2.num.155.* vbi allegat deciſiones coram *Mantica, & Seraphin.*

22 Quæ obſeruanda ſunt tam in eo, qui eſt abſens cum licentia, quam ſine licentia, ſiquidem licentia non ſuffragatur vltra tempus præſcriptum à Sacro Concilio Tridentino, niſi alia legiti-

tima concurrente cauſa *Card. Seraphin. dec.1346.*
num.5.in fin. & probat gloſ.in cap. quoniam frequen-
ter in verbo canonibus vt lit. conteſt. Maſſobr. in
prax. habendi concurſ.ad Paroch.requiſit.1.dub.3. nu-
mer.25.in fin.Barboſ.de canon.& dignit.cap.30.n.18.
verſ. ſiue abſens.

23 Declara, vt ſupradicta procedant contra igno-
rantem, non autem contra eum,qui habuit certã,
& indubitatam ſcientiam citationis emanatæ ,
& executæ in loco beneficij , quia tunc licet ſit
vnica nihilominus ſufficit ad deueniendum ad ſẽ-
tentiam condemnatoriam priuationis , vt dixit
Rota.deciſ.1346. ſub num.3. neque obſtat coram Car-
dinal Seraphino.

24 Debet tamen conſtare de huiuſmodi ſcientia,
adeo vt comparitio tertij ad excuſationem bene-
ficiati abſentis non concludit ſcientiam eiuſdem
abſentis , ſi non doceatur de mandato , ita *Rota*
deciſ.1346.num.4.coram Seraph.quem etiam allegat
Maſſobr.in prax.habendi concurſ.ad Paroch. requiſit.
1.dub.3.num.26.

25 Declara 2. quod quando Epiſcopus non pro-
cedit ad priuationem beneficij, ſed ſolũ ad ſub-
tractionem fructuum aduerſus non reſidentem,
non tenetur eum citare, vel monere ad reſidendũ
nec eſt opus præmittere intimationem , vt deſer-
uiat, ſed ſi abfuerit vltra tres mẽſes citandus erit
ad allegandum cauſam quare non debeat puniri
ſecundum formam *Concilij Tridentini ſeſſ.24.de*
reform. cap.12.verſ.præterea obtinentibus , & ita
declaraſſe *Sacram Congregationem refert.Garc.de be-*
nef. par.3.cap.2. num.145.Bellet.diſquiſit.Cleric.p.2
tit.de pœn.clericor. §.34.n.17.

26 Declara 3. quod diſpoſitio decreti *Sac. Concil.*
Trident. ſeſſ.24.de reform.cap.12. & pœna contra
poſſidẽtes canonicatus in Cathedralibus,& Col-
legiatis non reſidentes non procedant in canoni-
co ſimplici carente præbenda,vt docet *Aloyſ.Ric.*
in praxi fori Eccleſiaſt.deciſ.11.in 1. edit.& reſ.624.
in 2.edit. quem refert Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.
allegat.53.num.147.& de Canon.& dignitat.cap.20
num. 21.

27 Fructus verò præbendæ,quibus canonici abſen-
tes vltra tres menſes multãtur, licet ſint applican-
di Eccleſiæ ad ipſius vtilitatem,poteſt tamen Epi-
ſcopus hanc pœnam ante ſententiam minuere,vel
28 augere , ſed etiam in totum tollere, cum non
poſſit diſpenſare contra Concilium, & ita cen-
ſuiſſe Sacram Congregationem refert *Garc.de be-*
nefic.par.3.cap.2.num.149. & ſeq.Armendar. in ad-
dit.ad.recõpil.legum.Nauarra lib.2.tit.23.de reſiden-
tia rub.an canonici,vel alij habentes dignit.teneantur
reſidere in ſuis Eccleſ.num.10.Barboſ. de offic.& po-
teſt.Epiſcop. alleg.53.num.151.& de Canon. & di-
gnit.cap.22.num.30.

29 Quando vero Canonicatus , ſeù præbenda nul-
los habeat fructus in abſentia,ſed omnes tantum
ob reſidentiam lucri fiant,tunc Canonicus ob ab-
ſentiam , & non reſidentiam cum pro primo , &
ſecundo anno fructibus priuari non poſſit,vtpotè
quia ad eum non ſpectent , eorum loco punien-
dus eſt pœna arbitraria, ex quo hoc caſu pœna
non ſit determinata , ita *Garz.de benef.par.3. c.2.*
num. 153.

30 Donec autem Canonicus per ſententiam non
fuerit priuatus,fructus ſui Canonicatus facit ſuos
nec ob abſentiam , & non reſidentiam in foro cõ-
ſcientiæ reſtituere tenetur, cum nemo teneatur in
dicto foro ſoluere pœnam præſertim non impoſi-
tam ipſo iure, ſed imponendam per ſententiam,
vt in præſenti arguitur ex verbo *priuetur* , quod
non operatur ipſo iure , ſed per ſententiàm, ita
dixiſſe *Rot.in Caurien. fructuum 10.Aprilis 1592.*
coram Orano refert Garc.de benef.par.3.cap.2.n.151.
31 *& 152.* vbi ſubdit, quod peccet Epiſcopus ſi
abſque iuſta cauſa taceat, & eum punire diſſimu-
let , quia faceret contra decreta Sacri Concilij ,
& conſtitutiones Summorum Pontificum , quas
executioni ex incumbenti officio demandare te-
netur ex *Nauar.conſ.3.num.2.de cleric.non reſiden.*

32 Quando tamen agitur de beneficio curato,
quod priuatio ob nõ reſidentiam inducatur ipſo
iure per textum *in cap. extirpanda §. qui vero de*
33 *præben. & dignitat.* ac proinde, quod non requi-
ratur trina monitio , cum non ſit vera priuatio,
ſed declaratio facti , ſuper quo ius diſponit ipſo
iure voluerunt Innoc.in dicto *cap. extirpanda ſub*
num.2. & ibidem Abb.in prima lectura nu 12. Oya-
da de incompatibil. benef.par.1.cap.18. nu.11.ad fin.
& cap.28.num.22. Io: de Sylua de benef.4. par.qu.3.
34 *per tot.* Et hoc caſu, quod non expectata ſenten-
tia priuationis poſſit conferri beneficium,& im-
petrari , ac præſentationem, vel electionem fieri,
docet *Franc. in cap.1. & fin.de homic.in 6.per tex-*
tum in cap. licet Epiſcopus de praben.in 6.vbi glo. in
verbo te non vocato.

35 Verò quod huiuſmodi diſtinctio iure non pro-
betur , & textus in *cap.ex tua de cleric.non reſiden.*
non faciat hanc diſtinctionem , & verba,*Sac.Con-*
cilij Trident.in cap.1. de reform. ſeſſ.23. nempè vſ-
que ad priuationem intelligenda ſint , vt præce-
dant tria edicta publica , & lapſi ſint ſex menſes
ab vltimo edicto , iuxta diſpoſitionem textus in
cap.ex tua de cleric.non reſiden. ex declaratione Sa-
cræ Congregationis firmauit *Rota dec.131.num.8*
& 9.& deciſ.163. n.1.& 2.& 9.par.4.to.2.recen.

36 Hinc eſt, quod ſiue procedendum ſit per ſen-
tentiam , ſiue per ſpoliationem beneficij , abſens
monendus eſt per tria edicta publica, cum expe-
ctatione ſex menſium ab vltimo edicto , adeo vt
huiuſmodi monitio hodiè non ſit arbitraria , vt
ex declaratione Sacræ Congregationis , quæ lo-
quitur in parochialibus dixit *Rota dec.163.num.8.*
verſ. ſecunda fuit cum tribus ſequen.par.4.tom.2.rec.
37 *vbi num.9.* reddit rationem , quod talis monitio
ſit neceſſaria,vt ſciri poſſit,an talis abſens habeat
iuſtam cauſam non reſidendi , quia ſi iuſtam ha-
beret , prouiſio ſubſequens iniuſta , & reuocabi-
lis eſſet , vt ſubdit *Innoc.in cap.extirpanda in §.qui*
vero ſub num.2.de præben.et dignit. Abb.num.24.Io:
de Sylua de benef. p.4.q.3.verſ. & illa circa in con-
trarium allegata.

38 Quinimó licet obtinentes in Eccleſijs Cathe-
dralibus, vel Collegiatis dignitates, Canonica-
tus , & præbendas primo anno abſentiæ priuan-
di ſint dimidia parte fructuum , & ſecundo anno
omnibus fructibus tamen creſcente contumacia
procedẽdum ſit ad beneficij priuationem ad for-
mam *Sacri Concilij Trident.ſeſſ.24.de reform.cap.12*
cum diſponat, vt procedatur iuxta ſacrorum ca-
nonum conſtitutiones , propterea adhuc ſeruan-
da eſt *cap.ex tua de cleric.non reſiden.* vt ſcilicet in
loco

loco beneficij præcedat trina citatio per edictum ſi perſonaliter exequi non poſſit,& expectetur vlterius per ſex menſes, *Antonel.de tempore legal.lib.cap.19.num.4. vbi quod ex ſenſu Sac. Congregat. ita dixit Rot. deciſ.131.n.4.p,4.tom.2.rec.*

39 Sed ſi agatur contra Parochos, & habentes curam animarum præciſè ſeruanda eſt forma tradita ab eodem *Concilio ſeſſ. 23. de reform. cap.1.* vt ſcilicet procedatur contra eundem, & compellatur incipiendo à cenſuris, deindè per ſequeſtrationem fructuum, & per eorundem ſubtractionem, & ita inſtante Sancto Carolo Borromeo declaraſſe *Sac.Congreg.18. Octobris, & 6. Decembris refert Antonell.de tempore legali lib.3.cap.19.num.5. de quibus etiam teſtatur Rot.in deciſionibus ſupra allegatis.*

40 Vlterius ante priuationem eſt etiam ſeruanda forma textus in *cap.ex tua de cleric.non reſid.* nempè, quod ſi perſonaliter citari non poſſit, vltra trinam citationem per publicum edictum in loco beneficij, expectetur adhuc beneficiarius, ſeu Parochus per ſex menſes, & ita eſſe intelligenda illa verba Conc. *aliaque iuris remedia* comprobat, *Antonell.de tempore legali lib.3.cap.19.num.5.ex decreto Sac.Congreg, & citatis deciſionibus 131.et 163, par.4.tom.2. recen.*

41 Sed ſi procedendum ſit non contra Parochos, nec contra obtinentes Canonicatus, aut dignitates in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis, ſed contra poſſidentem beneficium, vel Capellaniam cum onere, ſeù obligatione ad reſidentiā ex diſpoſitione fundatoris, de quibus cum non videatur Sac.Concil.diſpoſuiſſe ſatis eſt, ſi ſeruetur forma tradita in dicto *cap.ex tua de cleric. non reſiden.vt ſuadet Antonel.de tempore legal.lib.3, cap.19. num.6.*

42 Citatio perſonaliter executa contra beneficiatum non reſidentem, licet operetur, vt non ſit ſeruanda forma tradita tam in dicto *cap.ex tua de cleric.non reſiden.* quam à Sac.Concil.Trident.in citatis decretis, tamen nihil operatur, nec eſt habenda in conſideratione ſi poſt eius executionem citatus impeditus fuerit, & comparere non potuerit, vt puta ſi fuerit carceratus, nam tunc non poteſt illico beneficio priuari ſed eſt procedendū ad priuationē iuris ordine ſeruato, ſcilicet quod pręcedat trina citatio in loco beneficij,& vlterius expectetur per ſex menſes, iuxta notata in *cap. ex tua de cleric.non reſiden. Antonel.de tempore le. lib.3.cap. 19.num.7. & firmauit Rot. deciſ.133. per tot.par.4.tom.2.rec.* iuxta notat in *l.2.§.ſi quis in iudicio ff. ſi quis caut.& per glo.in cap.fin. in verbo excuſſionem de cleric.non reſiden.*

43 Abſens enim ſi habeat iuſtā cauſam non reſidēdi, priuatio, & ſubſequens beneficij prouiſio tanquam nulla, & iniuſta redditur reuocabilis, vt dicit *Innocen.in cap.extirpanda §. qui verò ſub n.2. de praben. & dignitat.Ioannes de Sylua de benefic.4. parte quæſt.3. verſ.& illa iura Antonel, de tempore legal.lib.3.cap.19.num.8.Rot.deciſ.163. num.9.par.4 tom. 2.recen.*

44 Cauſæ verò quæ excuſent Clericos Beneficiatos à reſidentia referuntur ab *Ignat.Lopez.in addition.ad Diaz in pract. crim.canon.cap.54. cum declarat Sac.Congr.Concil. ſuper.cap.3. ſeſſ.23. de reform. à Maſſob. in prax. habendi concurſ.ad Paroch,*
requiſit.1.dub.3, à num.11. vſque ad 20.& a Bellet. diſquiſit.Clerical.par.2.tit.de pœn. cleric.§.34.à n.14
de quibus etiā *Barboſ.de offic.& pot.Epiſc. alleg.35. à num,155. cum pluribus ſequent.& in Concil.Trid. ſeſſ. 23.de reform.cap.1. à nu.52.cum pluribus ſeq.*&
faciunt tradita per *Gonzal.ad reg.8.Cancell.gloſ.8. à num.249. vſque ad fin.* vbi ſignanter loquitur de
Parochis, & per *Lotter.de re beneficiaria lib.3.qu. 27. per totam*, à quibus præcipuè enumerantur,
45 primo quando quis dat operam publicis ſtudijs
46. *cap.relatum de cleric,non reſiden.cap.fin.de Magiſt.*
Secundo eſt Epiſcopi obſequium quo ad duos canonicos, vel occupatio in vtilitatem Eccleſię Cathedralis, *cap.ad audientiam vbi Abb.num.8.de cleric.non reſiden.* Tertio obſequium Summi Pontificis *cap.cum dilectus de cleric. non reſiden.* Quarto
47 maxima neceſſitas perſonæ puta cauſa curandæ valitudinis *cap.ad audientiam de cleric.non reſiden.et tot.tit.de cleric.ægrotan.& cap.vnic. tit. eodem in 6.*
48 Quinto ob graues inimicitias, vt ſine vitæ diſcrimine, quis reſidere nequeat *Sac. Congr. apud Ignat.Lopez in addit. ad Diaz in prax crimin. canon.*
49 *cap.54.in fin.* Sexto quando quis eſt abſens pro defenſione, ſeu alia Eccleſiæ neceſſitate, *cap. ex parte 8. de cleric.non reſiden. cap.cum non deceat.30. de elect.in 6.Seraphin. dec.662.num.2.Rot.dec.163.*
50 *num.11.par.4 tom.2.rec.* Septimo quando quis litigat cum Capitulo denegante dare fructus *Se-*
51 *raph.deciſ.1098. num 9.* Non tamen ſufficit cauſa non reſidendi, niſi etiam concurrat licentia Superioris *Seraph.deciſ.1131.nu.6.cum alijs per Maſſobr.in prax. habend.concurſ. ad Paroch. requiſit.1. dub.3.num.20,*

LENOCINIVM QVOMODO PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Lenocinij pœna de iure digeſtorum, eſt eadem, quæ irrogatur pro crimine adulterij de iure Authenticorum eſt vltimi ſupplicij, hodiè verò eſt arbitraria, parentes lenones ſuarum filiarum,& mariti ſuarum vxorum an, & quomodo puniantur, explanatur.

SVMMARIVM.

1 Lenocinij crimen eſt grauiſſimum, peſſimum pluſquam adulterium.
2 Leno delinquit in ſe, & in alium.
3 Leno quis dicatur, & num. 4.
5 Contra lenonem proceditur ſine accuſatore.
6 Lenocinij pœna de iure digeſtorum, eſt eadem, quæ pro adulterio irrogatur.
7 De iure vero authenticorum eſt vltimi ſupplicij.
8 Et cum iure communi concordat Bulla Pauli IV.
9 Hodie vero eſt arbitraria non capitalis, ſed mitior.
10 Lenocinij pœna aliquando ad exilium tantum fuit extenſa,
11 Lenones aliquando cum mytra fuſtigati fuerunt.
12 Quod etiam ſtatuitur in Bulla Pauli IV.
13 Et lenones etiam ad triremes tranſmitti poſſunt.
14 Lenones efficiuntur infames ipſo iure.
15 Omnes contractus initi inter lenones, & puellas proſtitutas ſunt nulli.
16 Clericus lenocinium committens extraordinaria pœna punitur, & num,17
18 Parentes proſtituentes ſuas filias amittunt patriam poteſtatem.
19 Et amittunt vſumfructum bonorum aduentitiorum.

20 Et

20 Et de iure codicis condemnantur ad metallum.
21 Sed de iure authenticorũ mulctantur pœna vltimi ſupplicij
22 Maritus leno ſuę vxoris,& frater ſuę ſororis mulctantur pęna vltimi ſupplicij, & num. 25.
23 Lioiis. quod aliquando huiuſmodi lenones fuerunt condemnati in pœnam exilij, vel fuſtigationis, & triremium, & num. 25.
24 Maritus leno ſuæ vxoris non poteſt effici Clericus,
26 Non tamen punitur pœna ordinaria, niſi pro tali adulterio aliquid receperit.
27 Contratioos tenentes referuntur. Declara. vt in n. 28.
29 Leno non dicitur niſi quæſtus cauſa mulieres proſtituat.
30 Leno non dicitur niſi per duas, aut tres vices in hoc crimine deliquerit.
31 Maritus ſiue ſemel, ſiue ſæpius proſtituerit ſuam vxorem lenocinij pœna tenetur.
32 Parentes proſtituentes filias cauſa paupertatis non excuſantur à pœna. Contrarium n. 33.
34 Lenocinij pœna non irrogatur effectu non ſecuto.

DECISIO LXXXI.

1 LEnocinij crimen grauiſſimum eſt, immò
grauius adulterio, & quod horribile, peſ-
ſimum, ac crudele ſit colligitur ex *auth. de Lenon.
in princ. Corrad. in pract. rub. de Lenon num. 1. Foller.
in pract. in verbo item quod fuit leno in princ & n. 24.*
& 33. & 41. vbi quod leno eſt peior quam diabu-
lus *Iacob. de Belluiſu in pract. crim. in rub. de Leno-
nibus nu.' cum pluribus ſequen. Menoch. de arbitrar.
quæſt. lib. 2. caſ. 134. num. 1. Farin. in tit de delict carn.
quæſt. 144 num. 1. & conſ crim 32. num. 13. Petrus Ca-
ball. reſol. crim. caſ. 17 . num. 2. & 3. Peguer. dec. cri-
2 min. 15. num. 1.* etenim leno duo delicta commit-
tit vnum in ſe, & alterum in alijs, vt dicit *gloſ. in
l. palam ff. de ritu nupt. in verbo non minus, & in leg.
athletas §. Pomponius in verbo eum, qui in ſeruitute
in fi. ff. de ijs, qui notant infam.* vt etiam animaduer-
tunt *Cabal. num. 2. & Farinac. in locis citatis Bellet.
diſquiſit. cleric. p. 2. tit. de pœn. cleric. §. 9. n. 1.*
3 Dicitur enim leno, qui quæſtuarias fœminas
habet, & in illis quæſtum exercet, vt ſcripſiſſe
videtur *Vulpian. in l. Athletas in §. ait prætor in
4 princ. ff. de ijs, qui notant. infam.* dicitur etiam, qui
eſt ſeductor meretricium, vel qui expreſsè exercet
artem, vt mulieres ſe proſtituant deducitur *in l
palam §. ſi qua cauponam ff. de rit. nuptiar. Menoch de
arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 534. nu. 3. & 4. centur. 6. Ca-
bal. reſol crim. caſ. 171. num. 11. Farinac. in tit. de de-
lict. carn. quæſt. 144. num. 17 Peguer. dec. crimin. 15.
num 5. verſ. & non ſolum.*
5 Ob maximam huius delicti grauitatem, & tur-
pitudinem, merito contra Lenonem proceditur
etiam ſine accuſatore, quia Lenocinij crimen pu-
blicum eſt, vt probat *Corrad. in pract. rub. de leno-
nibus num. 8. ſecundum glo. in l. crimen in verbo non
qui ſuſpectam, verſ. & nota C. ad l. Iul. de adulter. ibi-
que Cyn. num. 3. Alber. num. 1. verſ. item tenet gloſ. et
Salyc. num. 4,*
6 Lenocinij pœna de iure digeſtorum eſſe vide-
tur eadem, quæ irrogatur pro crimine adulterij,
vt colligitur ex textu in *l. mariti Lenocinium §. ple-
ctitur, ibique gloſ. in verbo plectitur, & in verbo ſtu-
pro ff. ad l. Iul. de adulter. & rurſus in textu in l. auxi-
lium §. fin. ff. de adult.* qui generaliter loquitur tam
in marito Lenone ſuæ vxoris, quam in alio pe-
cuniam recipiente pro comperto ſtupro, & vtro-
que caſu vult inſtare pęnam adulterij, *Hoſtien. in
ſumm. de adulter. num. 13. §. quæ ſit pœna Lenocinij,
Beluiſ. in pract. lib. 3. cap. 9. in verbo lenonem num. 2.
& 4. Petrus Gregor. in ſintagm. iur. lib. 36. cap. 11.
num. 1.*
7 De iure verò authenticorum expreſsè videtur
ſtatuta pœna vltimi ſupplicij, iuxta *text. in auth.
de lenonibus §. præconizamus col. 3.* vbi bona reddi-
tur ratio quia ſicuti talis pœna imponitur furi-
bus pecuniarum, & bonorum, ita multo màgis
impòni debet furibus, & latronibus caſtitatis, &
pudicitiæ; & ibidem *gloſ. in verbo nouiſſima, & in
verbo expelletur Bertachin. in tract. de gabel. p. 2. n. 51
verſ. punitur autem leno Corrad. in prax. de lenon. n. 5
Petra à Plaz. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 10. ſub n. 14.
fol. mihi 166. in fin. Petr. Gregor. in ſintag. iur. lib. 36.
cap. 11. num. 3 Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 534. n. 44.
cent. 6. Petrus Cabal. reſol. crim. caſ. 171. num. 4. Pe-
guer. deciſ crim. 15. num. 10. Farinac. in tit. de delict.
8 carn. quæſt. 144. num. 9. vbi in fin.* ſubdit quod cum
iure communi concordare videatur Bulla Pauli
Quarti, quæ tamen loquitur in lenonibus puella-
rum virginum, *Bellet. diſquiſit. cleric. par. 2. tit. de
pœn. cleric. §. 9. n. 3.*
9 Hodie verò Lenocinij pœna eſt arbitraria tam
de iure ciuili, quam de iure canonico, adeo vt
pœna non ſit capitalis, ſed mitior, & nunquam
vidiſſe aliquem ad mortem condemnatum pro
lenocinij crimine, aſſerit *Cabal. reſol. crim. caſ. 171.
num. 6. & 7. & ex Iodoc. refert Clar. §. fin. quæſt. 66.
num. 24. verſ. lenones Montell. in ſua prax. par. 4.
fol. mihi 295. num. 945. Suarez in commun. opin. in
verbo lenones num. 233. Menoch. de arbitr. qu. cent. 6.
caſ. 534. num. 54. Farinac. in tit. de delict. carn. quæſt.
144. num. 11. & 12. Peguer. deciſ. crimin. 15. nu. 12.
Bellett diſquiſit. clerical. par. 2. tit. de pœn. cleril. §. 9.
num. 2.*
10 Hinc eſt quod lenocinij pœna aliquando ad
exilium tantum fuit extenſa, vt probare videtur
textus *in Auth. de lenonibus col 3.* vbi *quod lenones
ſunt ab omnibus ciuitatibus, & locis expellendi Iod.
in pract. crim. cap. 99. rub. de adulter. num. 48. in fin.
Cabal. reſol. crim. caſ. 181. num. 6. & 7. Farinac. in tit.
de delict. carn. quæſt. 144. nu. 6. & 7. Clar in pract. in
§. fin. quæſt. 69. num. '4. verſ. lenones Suarez in com-
mun opin. in verbo lenones num. 133. Bonacoſ. in com-
mun opin. par. 1. verſ. lenones Ludou. Peguer. dec. crim.
11 15. nu. 13. & 14.* qui DD. etiam teſtantur quan-
doque etiam lenones fuiſſe cum mitra fuſtigatos
12 per Ciuitatem, quibus concordare videtur *Bul-
la Pauli IV. ex ordine bul. 47. par. 1. in verſ. in cæte-
ris verò caſibus,* vbi ſtatuitur quod lenones, & le-
næ mulierum, (non tamen virginum, quia tunc
maiorem imponit pœnam) per vrbem fuſtigen-
13 tur, perpetuo exulare cogantur. Et non ſolum
lenones fuſtigari, ſed etiam ad triremes tranſ-
mitti, dixit *Corrad. in pract. rub. de lenonibus num. 6*
qui tamen loquitur in publicis lenonibus ex con-
ſtitutione illius dominij, de quibus etiam *Bellett.
diſquiſit. cleric. par. 2. tit. de pœn. cleric. §. 9 n 8,*
14 Et vltra dictas pœnas lenones non ſolum repu-
tantur viles perſonæ, & efficiuntur infames ipſo
iure per textum *in l. athletas §. ait prætor in primis
15 verbis ff. de ijs, qui notantur infamia* verum etiam
omnes contractus, omnia pacta, omneſque fi-
deiuſſores recepti, & initi inter lenones, & puel-
las, quæ quæſtus cauſa proſtituunt ad fauorem le-
nonum nõ valent, & amittunt quid dictis puel-
lis

lis dederint. *Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2.cent.6. caſ.534.num.15.& num.39.& 40.& 46.* vbi quod hoc procedat etiam de iure canonico *Corrad. in pract. rab. de lenonibus nu 4. & 5. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 144. num.13. & 14.*

16 Clericus verò lenocinium committens pariter
extraordinaria pœna punitur, vt tradit *Bellec.*
diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 9.
17 *num.*'2. vndè videtur multare poſſe pœna exilij,
ſuſpenſionis, verbalis degradationis, carceris,
relegationis, & ſimilis, non autem ſuſtigationis
tanquam reputetur nimis ignominioſa, & redundans in opprobrium ordinis Clericalis.

18 Parentes autem ſuas filias proſtituentes non
ſolum amittunt patriam poteſtatem, & coguntur illas emancipare, per textum in *l. ſi lenones,*
& ibi notant DD. C de Epiſcop. audien., & *in l.*
lenones C. de ſpectacul lib. 11. Menoch.de arbitrar.
quæſt.lib.2.caſ.514.num.6.cent 6. Pegaer.deciſ.crim.
15. num.10. verſ. atque in fatre, vel domina. Ve-
19 rum etiam amittunt vſumfructum omnium bonorum aduentitiorum, quem prius habebant,
cum malè ſe geſſerint in officio paterno. *Menoc.*
loco citato num.13. Farinac. in tit. de delictis carnis
quæſt.144. num.53. & 54.

20 Et vlterius parentes lenones licet de iure Codicis condemnabantur ad publica metalla, per textum in *l. lenones in fin. C. de ſpectacul. lib. 11.*

21 De iure verò Authenticorum, vt diximus cum lenonibus imponatur pœna vltimi ſupplicij, comprehendi multò magis lenones propriarum filiarum non videtur dubitandum, cum huiuſmodi lenocinium grauius reputetur, quam aliarum extranearum, mulierum, vt in ſpecie ſic voluit *Foller. in pract. crim. in verbo item, quod fuit leno. num. 8. vbi in fin.* ſubdit ſemel vidiſſe Patrem uiſſe combuſtum vti lenonem propriæ filię, & vxoris *Pegner.deciſ.crim.15.num.10. Petrus Cabal reſol.crim.caſ.171.num.8. Farinac.in tit de delictis carnis quæſt.144.num.57.vſque ad 63.vbi hanc regulam firmat,* & in Vrbe clarè diſponitur *in conſtitutione Sixti V. ex ordine Bullar.*47.tradit etiam *Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pæn. Clericor. §. 9. num.7.*

22 Qua pæna etiam multari debent Maritus leno ſuæ vxoris, & frater ſuæ ſororis *Menoch. de arbitrar. quæſt.80. num.16. & lib.2. caſ.534. num.21. cent.6 Petrus Cabal.reſol.crim.caſ.171.nu.8. Farinac.dicta quæſt.144.num.71. Puegner.deciſ.crim.15. nu* 10. & in Vrbe habemus claram *conſtitutionem Sixti V. de temeraria Tori ſeparatione in ordine 47. verſ. at poſtremo*', *de qua Bellet. dicto §. 9. num.6. & 7.*

23 Aliquando tamen huiuſmodi iuris rigorem temperatum fuiſſe in pænam exilij, quandoque in pænam fuſtigationis, ſeù ductionis ſuper aſinam facie verſa ad caudam, & quandoque præfatos lenones fuiſſe ad triremes tranſmiſſos perpetuò, vel ad tempus, etiam vltra fuſtigationem, & ductionis ſuper aſinam per Ciuitatem teſtatur *Petrus Cabal reſol.crim.caſ.171.num.8. & 9. Farinac. in tit. de delict.carn. quæſt.144. num.60. vbi de parentibus, & num. 72. 73. & 74. vbi de maritis Menoch. de arbitrar. quæſt. 88. num. 16. Foller. in pract.crim. in verbo item, quod fuit leno num. 7. & 8.*

24 Quinimò de iure canonico Maritus leno ſuæ vxoris non poteſt effici Clericus, *cap. ſi cuius diſt. 34. Gugliem. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo cuidam Petro tradiderunt num.6.de teſtam Maiol. in tract. de irregularit.lib 5.cap.41.num.3. Menoch. de arbitrar.quæſt caſ.534.nu.22. lib.2.cent.6. Farinac. dicta quæſt 144. num.75.*

25 Ex præmiſſis igitur firmari poteſt regula, quod mariti lenones vxorum de iure communi puniuntur pæna vltimi ſupplicij, non tamen aufertur iudici facultas, & poteſtas temperandi pænam ex aliqua cauſa ſibi bene viſa, vt concludit *Farinac.dicta quæſt. 144. num.77.*

26 Vndè Maritus leno ſuæ vxoris pæna ordinaria lenocinij non eſt puniendus, niſi pro tali adulterio aliquid acceperit, vt videtur de mente *Vulpiani in l.2. §. lenocinij ff. ad l. Iul. de adulter.* ibi, *qui de adulterio ſuæ vxoris aliquid acceperit, Menoch. de arbitrar.quæſt lib.2.caſ.534. num.24. & 27. centur.6. Farinac.qui alios allegat. in tit.de delictis carnis quæſt.144.num.78.*

27 Contrarium tamen docet *Angel.*'*in l.2. §. lenocinij nu. 2. & 3. ff. ad l. Iul. de adulter.* & cum hac ſententia concordat *Bulla Sixti V. de temeraria tori ſeparatione ex ordine Bullar. 47. verſ. at poſtremo*, in qua imponitur pæna vltimi ſupplicij parentibus filiarum, & vxorum ſuarum lenonibus, ſiuè quæſtus, ſiuè ex alia cauſa hoc crimen commiſerint.

28 Veritas tamen eſt Maritum etiam ſine quæſtu
vxorem adulterandam tradentem, ſeù permittentem non eſſe puniendum pæna ordinaria, &
tàm magna vltimi ſupplicij, ac ſi cum quæſtu ſeciſſet, cum ceſſante quæſtu ceſſet ratio formalis
ex ſe qualificans flagitium lenocinij, ac proindè
debet etiam ceſſare, ſeù potius minui, & reimpe-
29 rari pæna. Siquidem propriè leno non dicitur,
nec ordinaria lenocinij pæna tenetur, niſi quæſtus cauſa mulieres alijs proſtituat, vt tradunt
DD. relati per *Farinac. in tit. de delictis carn.*
quæſt. 144. num.39. & num.40. refert contrarium
tenentes.

30 Quinimò ad hoc vt quis leno dicatur, & lenocinij pæna plectatur, requiritur quod huiuſmodi crimen perpatrare conſueuerit, vt ſaltem per duas vices in eo deliquerit, vel per tres, *Menoch. de arbitrar. lib. 2.caſ.534.num.49.cent 6. Farinac.dicta quæſt.144.num.35. Cabal.reſol.crim. caſ.171.nu.12. Puegner. deciſ. crim.15. num.11. Vincen. de Franc. deciſ.68. per tot.*

31 Quod non ſuffragatur marito, qui ſiuè ſemel, ſiue ſæpius de ſua vxore quæſtum fecerit, lenocinij pæna tenetur *l. mariti lenocinium §. qui quæſtum verſ. ſiuè enim ff. ad l.Iul. de adulter. Menoch. dicto caſ. 534.nu.24. in fin. Cabal.loco citato nu.13. Farinac. in eadem quæſt.144. num.36. Pueger. dicta deciſ.15.num.6. in fin. & nu.12. Vincen. de Franc. deciſ.68.num.1. & 7.*

32 Prout etiam parentes non videntur excuſandi ſub prætextu, quod paupertate, ſeù neceſſitate ducti ſe induxerint ad proſtituendas filias quæſtus cauſa, *Farinac. dicta quæſt. 144. num.66.* & faciunt tradita per eundem in antecedenti *quæſt. 141.num.60. & quæſt.142. num.15.*

33 Contrarium verò, quod attenta paupertate, & neceſſitate excuſentur parentes in tali caſu

tas

propter eorum vitæ ſubſtentationem, cum neceſſitas non habeat legem, & quodammodo ad delinquendum inducat, voluiſſe videtur *Afflict. in terminis conſtitutionis Regni in rub. 49. de lenon. §. matres, Menoch. de arbitrar. citato caſu 534. nu. 14. & ſeq.* vbi reſpondet contrarijs, & diſtinguit, vt paupertas non excuſet, neceſſitas autem excuſet, & in propoſito declarat, quæ ſit paupertas, & quæ neceſſitas relat per *Farinac. dicta quæſt. 144. num. 67.*

34 Effectu tamen non ſecuto, vt ſi mulier non conſenſerit, leno extraordinaria pœna pro motu Iudicis puniri debet, *Cabal. dicto caſ. 171. num. 15. Farinac. quæſt. 144. num. 33.* vbi quod concordat *Bulla Pauli IV. in ordine Bullar. 47. part. 1. & Bulla Sixti V. de temeraria thori ſeparatione, ſupra citata.*

CLERICVS SI BENEFICIIS PRIVETVR, AN SIT ALENDVS.

ARGVMENTVM.

Non eſt locus pœnæ priuationis beneficiorum, niſi in caſibus in iure expreſſis, quando verò Clericus beneficium ipſo iure amittat, vel per ſententiam veniat priuandus referuntur caſus, & ſtante priuatione, an ſit alendus, dantur regulæ.

SVMMARIVM.

1 Beneficium vacat priuatione, ſeù depoſitione ob graue delictum in caſibus in iure expreſſis num. 2. & 3. alias ſecus num. 4. & 5.
6 Crimen etiam depoſitione dignum non inducit priuationem beneficij ipſo iure, niſi ſit iure cautum, ſed priuatio fieri debet per ſententiam, & ita in dubio.
7 Beneficium quando vacat ipſo iure, vacare cenſetur in ipſo puncto commiſſi delicti, ſeù contracti matrimonij, vel emiſſæ profeſſionis.
8 Et ex tunc poſſeſſor non facit fructus ſuos, ſecùs ſi per ſententiam.
9 Beneficium quando ipſo iure vacare cenſeatur caſus referuntur vſque ad num. 27.
28 Beneficium vacat ipſo iure per offendentes litigantes, Iudices, Procuratores &c. in Romana Curia.
29 Alexandrina conſtitutio ad hoc vt habeat locum, quæ requirantur.
30 Beneficium vacat ipſo iure per confidentiam.
31 Ita etiam per alienationem bonorum Eccleſiæ, vel beneficij abſque debita ſolemnitate.
32 Non tamen hæc pœna habet locum niſi præcedat ſententia declaratoria facti; ſecùs ſi factum eſſet notorium num. 33.
34 In notorijs deueniri poteſt ad executionem abſque ſententia declaratoria.
35 Beneficijs quando quis veniat priuandus per ſententiam referuntur caſus, & num. 36.
37 Malè promotus hodie per ſententiam beneficio venit priuandus.
38 Beneficia vacantia ipſo iure, vel per ſententiam conferri non poſſunt Iudici illius cauſæ, neque eiuſdem conſanguineis, & familiaribus.
39 Clerico beneficijs priuato in contumaciam, vel propter excommunicationem nihil pro alimentis tradendum eſt, ſecus ſi propter delictum num. 40.
41 Clerico actualiter degradato de alimentis non eſt prouidendum.
42 Clericus ſi in ſolo Eccleſiæ vineam plantauerit, ſi deindè beneficio priuetur ex æquitate eadem ad vitam eſt relinquenda.

DECISIO LXXXII.

1 Clericus non priuatur beneficijs ob omne delictum, ſed in his tantum, quibus imponitur pœna depoſitionis, adeo vt beneficium vacet, & amittatur priuatione, ſeù depoſitione impoſita propter graue delictum perpatratum, vt propter homicidium, ſimoniam, periurium, & ſimilia. *Sylua de benefic. 3. part. quæſt. 2. & 3. Coraſ. tract. eod. 1. par cap. 10. num. 1. Rebuf. in prax. tit. de mod. amitten. beneficia num. 61. & 62 Bernard. Diaz de Lugo in pract. crim. canon. cap. 131. cum alijs allegatis per Garz. de benefic. part. 11 cap. 10. nu. 1.*

2 Non eſt tamen locus pœnæ priuationis beneficiorum, niſi in caſibus in iure expreſſis, ex *gloſ. communiter approbata in cap. fin. de iure patronat. Tiraquel. in l. ſi vnquam C. de reuocan. donat. in verbo reuertatur num. 249. vel 206. Enriq in ſ mm. lib 13. cap 56. §. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancelar. gloſ. 15. num. 136. Aym. de antiq. tempor. 4. part. ſect. 1. num. 148. Achil. de Graſ. deciſ. 201. ſeù 1. num. 5. de iure iuran. Rot. deciſ. 769. num. 2. part. 1. diuerſor. Garz. de benefic. part. 11. cap. 10. num. 2.*
3 *& duobus ſequent.* vbi ex *Duaren. de benefic. lib. 8. cap. 6. §. 5.* admonet non debere iudicem multum attendere ad canones antiquos, quia illi de facili imponebant pœnam depoſitionis ad textum in *cap. fraternitatis 34. diſtinct. Nauar. conſ. 13. num. 3. de præben.*

4 Et licet ſecundum aliquorum Doctorum ſententiam firmetur regula, quod quotieſcumque delictum ſit graue poſſit quis beneficio priuari, per textum in *cap. ſatis peruerſum 56. diſtinct. Sylua de beneficio 3. part. quæſt. 3. num. 2. 3. & ſequent Rebuf. in prax. tit. de modis amittendi beneficia nu. 61.*
5 hoc tamen intelligendum eſt, ſi exprimatur à iure, alias ſecus *Rebuf. loco citato num. 62. late Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur num. 249. 250. & 251. Rolan. conſ. 7. nu. 14. vol. 1. Menoch. de arbitrar. lib 2 centur. 3. caſ. 276. per tot. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 5 num. 138 & 139.*

6 Nullum vero crimen etiā depoſitione dignum inducit priuationem beneficij ipſo iure, niſi ſit iure cautum, ſed priuatio fieri debet per ſententiam, & ita in dubio præſumendum eſt, *Felin in cap. 2. nu. 3. de reſcript. Sylua de benefic. quæſt. 2 num. 7. & 9. Tiraquel. in l. ſi vnquam num. 249. ſeù 205. Planc. de delict. cap. 11. num. 2. Hieronym. Gabr. conſ. 196 lib. 1. & conſ. 187. lib 2. Suarez. de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 58 num. 4 & tract. 5. lib. 3. cap. vltim. nu. 4. & 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 15. nu. 153. Garz. de benefic. part. 11. cap. 10. num. 5.*

7 Quod ſi beneficium vacet ipſo iure, vacare cenſetur in ipſo met puncto, quo ſcilicet committitur delictum, vel contrahitur matrimonium, vel emittitur profeſſio, & ſic de reliquis, non autem quando de facto quis amouetur à beneficij poſſeſſione, ſeù detentione, *Gonzal. ad reg. 8. Can-*
8 *cel. gloſ. 15. num. 141. & num. 150.* vbi ſubdit, quod beneficiatus quando beneficium vacat ipſo iure, ex tunc non faciat fructus ſuos, & ad illius reſtitutionem teneatur, ſecus verò ſi per ſententiam, cum illos percipere poteſt, donec per ſententiam beneficio priuetur, *gloſ. fin. in cap. fraternitatis 12. qu. 2. Gabr. lib. 7. in tit. de delictis concluſ. 12. nu. 19.*

Tira-

Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur nu.291. & ſequen. C. de reuocan. donat. Siman. de Catholic. inſtit. cap. 9 à num. 157. vſque ad 191. plenè Garz. de benefic. part. 11. cap. 10. à num. 8. vſque ad 58.

Caſus autem, ſeù modi vacationis beneficij
ipſo iure quinquaginta duo referuntur à *Gonzal.*
ad reg. 8. Cancell. gloſ. 15. à num. 3. vſque ad 133.
9 & ſignanter per aſſecutionem alterius beneficij
10 incompatibilis, vt *num.* 49. per ingreſſum Reli-
11 gionis profeſſione ſecuta, vt *num.* 45. per non
promotionem intra annum ad Sacerdotium, vt
12 *num.* 47. per promotionem ad Epiſcopatum, vt
13 *num.* 53. per militiam ſæcularem, vt *num.* 54.
14 per violentam beneficij occupationem, vt *nu.* 58.
per textum in cap. eum, qui de preben. in 6. per vio-
15 lationem ſequeſtri impoſiti vigore ſententiæ de-
finitiuæ in Romana Curia prolatæ in cauſa bene-
ficiali ſuper poſſeſſorio, vel petitorio, vt *num.* 59.
cum ſequent. per Clement. 1. de ſequeſtrat. poſſeſ. &
16 *fruct.* per apprehenſionem poſſeſſionis de bene-
ficio collato à Papa ante literarum expeditio-
nem vigore *conſtitutionis Iulij III. ex ordine Bul-*
17 *lar.* 33. propter crimen hæreſis, quod extendi-
tur etiam ad beneficia filiorum, vt *num.* 65. *cum*
duobus ſequent. cap. ad abolendam §. 1. ibi, & ſit
omni beneficio ſpoliatus de hæreticis, vbi gloſ.

18 Inſuper beneficium vacat ipſo iure ſi habeatur
pro derelicto, vt proſequitur *Gonzal. ad reg. 8.*
Cancell. gloſ. 15. nu. 64. iuxta notata in cap. ex parte
19 *de Cleric. non reſiden.* per crimen realis ſimoniæ,
vt *num.* 63. & 70. vbi quod ſecus per ſimoniam
20 conuentionalem, nec non per crimen læſæ Maie-
21 ſtatis, vt *num* 72. propter crimen falſitatis lite-
22 rarum Apoſtolicarum, vt *num.* 73. per homici-
dium Epiſcopi, vel eius percuſſionem vt *nu.* 75.
23 *Clement. 1. § à feudis de pœnis,* per offendentem
24 Cardinalem, vt *in num.* 74. per homicidium
Rectoris ſuæ Eccleſiæ, vt *in num. 77. cum ſequent.*
25 propter crimen ſodomiæ, vt *num.* 83. *ex conſtitu-*
tione Pij V. ex ordine Bullar. 70. incip. horrendum,
26 propter aſſaſinium, vt *in num* 76. *ex cap. 1. de ho-*
27 *micid. in 6.* ita etiam ob non publicationem re-
ſignationis iuxta formam *conſtitutionis Gregorij*
XIII. de publican. reſignat. 87. inter conſtitutiones
eiuſdem Gonzal. vt ſupra num. 85. & ſequent.

28 Vacant pariter ipſo iure beneficia poſſeſſa per
offendentes litigantes in Romana Curia, eorum-
que Iudices, Aduocatos, Procuratores, teſtes, vel
Notarios ex conſtitutione *Alexandri VI. inter*
eius conſtitutiones 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar.
gloſ. 15. num. 110. Puteo deciſ. 102. 103. 104. lib. 1.
Rot. deciſ. 106. part. 2. diuerſ. per totam, Mandoſ.
conſ. 60. & 61. vbi plura tradit quoad illius de-
clarationem.

29 Sed ad hoc vt Alexandrina conſtitutio habeat
locum, tria copulatiuè requiruntur, primo quod
in offenſione, minis, & iniurijs dolus interueniat.
Secundo, quod offenſio, & iniuriarum illatio ex
cauſa litis proceſſerit, tertio, quod ex parte offen-
ſi, ſeu iniuriati nulla interuenerit prouocatio,
Farinac. conſ. 67. num 1. tom. 1. & dixit Rot. coram
Blanchetto poſt dictum conſil. Farinac. num 3. Gua-
zin. in tract. de confiſcat. concluſ. 13. Ampliat. 87.
num. 4.

30 Pro vt etiam vacat ipſo iure beneficium per
confidentiam, nempè quando aliquis reſignat
alicui beneficium ſub confidentia, quod reſigna-
tarius poſtea reſignet alteri perſonæ reſignanti
dilectæ, vel in alijs caſibus contentis in *conſtitu-*
tionibus ex ordine Bullarij 109. Pij IV. & 87. Pij V.
de quibus Flaminius Pariſ. in tract. de confidentijs
quæſt. 58. per totam, Gonzal. ad reg. 8. Cancellar.
gloſ. 15. num. 129.

31 Per alienationem etiam bonorum Eccleſiæ, vel
beneficij ipſo iure beneficium vacat, ſi abſque
debita ſolemnitate facta fuerit, *Extrauag. ambi-*
tioſæ §. inferiores verò de reb. Eccleſ. non alienand.
32 *Gonzal. loco citato num. 63.* Non tamen hæc pœ-
na habet locum, niſi præcedat ſententia declara-
toria facti, ſcilicet alienationem factam fuiſſe,
ex relatis per *Sanchez. ad præcepta Decalog. lib. 2.*
cap. 202. num. 20. Quaranta in ſumma Bullar. in
verbo alienatio rerum Eccleſ. num. 49. verſ. in pœna
verò priuationis Farinac. conſ crim. 205. ſub nu. 32.
verſ. nec non etiam in caſu extrauagantis tom. 1. An-
ton. Gomez. de delict. cap. fin. vno. de confiſcat. bo-
nor. nu. 3. verſ. ſecundo limitat. Rot. deciſ. 705. nu. 7.
tom. 2. quæ declaratio deſeruire poteſt regulari-
ter in alijs caſibus ſupra relatis.

33 Secus tamen quando factum alienationis eſſet
notorium, neque aliquid probetur, quod excu-
34 ſationem præbere poſſit, cum in notorijs deue-
niri poſſit ad executionem abſque alia ſententia
declaratoria, *Abb. in cap. peruenit il primo nu. 7.*
de appell. & ibidem Prepoſit. num. 8. Bero conſ. 176.
num. 96. lib. 1. Rot. in Bononien. ſucceſſionis de Za-
nis 17. Maij 1641. coram Bichio relat. in deciſ. 705.
num. 8. coram Amat. Dunozet. tom. 2.

35 Plures alij modi ſunt, quibus ob diuerſa deli-
cta quis non eſt ipſo iure beneficio priuatus, ſed
per ſententiam venit priuandus, nempè homi-
cida, publicus Concubinarius, Sacrilegus, In-
cendiarius, periurus, abſens à reſidentia, ban-
nitus, & alij plures de quibus ſigillatim alibi
tradidi, & exemplificat *Rebuf. in prax. in tit. de*
modis amittendi beneficia à num. 50. vſque ad finem.
36 Prout etiam adulteri, inceſtuoſi, incorrigibi-
les, aleatores, fures, vſurarij, ſtupratores, om-
neſque alij grauia, & horrenda crimina perpa-
trantes, vt latè docet *Diaz. in prax. crim. canon.*
ſub titulis particularibus præfatorum criminum
Gonzal. ad reg. 8. Cancellariæ gloſs. 15. num. 134.
& 135.

37 Ordines verò malè ſuſcipiens, ſeù Clericus
malè promotus licet vigore *Sixti V. ex ordine 91.*
Bullar. Cherubini tom. 2. ipſo iure beneficio pri-
uatus remaneat, tamen hodiè huiuſmodi vaca-
tio ipſe iure locum habere non poteſt, ſed per
ſententiam talia committens venit priuandus,
quia conſtitutio Pij V. redacta fuit *à Clemen-*
te VIII. vt ex ſua conſtitutione 40. ex ordine Bullar.
Cherubini tom. 3. ad terminos Sacrorum canonum,
& conſtitutionis Pij II. eodem Bullar. ex ordine 7.
tom. 1. & Concilij Tridentini, præterquam quoad
ſimoniacè promotos, de qua materia cum alibi
latius egerim, eadem repetere prætermitto.

38 Hinc animaduertendum eſt, quod quotieſcun-
que beneficium vacat ipſo iure, vel per ſenten-
tiam, nullatenus poſſunt prouideri de tali bene-
ficio, nec a Sede Apoſtolica, nec ab ordinarijs
illi, qui fuerunt Iudices ciuiles, vel criminales

dictarum cauſarum, neque etiam dictorum Iudicum nepotes, conſanguinei, ſeù affines, ſollicitatores, procuratores, domeſtici, & familiares cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis, vt ad obuiandum fraudibus, & iniuſtitijs, ac delinquendi occaſionibus in priuando aliquem innocentem, vel eſſe priuatum declarando, vt aliquem ex antedictis perſonis de tali beneficio prouideretur, vt ſanctiſſimè conſtitutum fuit *à Pio IV.* per ſuam bullam, quæ de verbo ad verbum refertur *à Gonzal.ad reg.8.Cancellar.gloſs.15. poſt num.157.& 158.*

39 Ex quibus concluſionibus, vt ſupra firmatis oritur ſingulare dubium, an beneficijs priuato numquid aliquid de bonis Eccleſiæ, aut beneficij dandum ſit; & quod Clerico ob contumaciam ſuſpenſo, aut depoſito, vel excommunicato nihil pro alimentis præſtandum ſit, tradit *Farinac.part.1. fragment.crim.in verbo Clericus n.440. & 441. ex gloſs. in cap. quia ſæpè in verbo beneficij,* ibi, *cum ſtatim poſſit de elect. in 6.* & ratio eſt,quia comparendo, & obediendo, vel procurando abſolutionem ab excommunicatione poteſt ſe à prædictis liberare.

40 Sed ſi clericus fuerit ſuſpenſus, aut depoſitus non ob contumaciam, ſed propter delictum, & tunc de alimentis prouidendum eſt, cum clericus ſuſpenſus, vel depoſitus clericaliter viuere debet, ne in opprobrium ordinis clericalis mendicare cogatur, & præcipuè ſi clerico non ſic prouidendo famæ eſſet periturus; *cap. Diaconi quæſt. 3. diſtinct. gloſs. in cap. paſtoralis in gloſs. fin. de appellat.Farinac.in 1.part.fragment.crim.in verbo Clericus num.442.& 443.*

41 Quod ſi Clericus actualiter deponatur, & degradetur, de alimentis prouidendum non eſt; etenim Eccleſia de illis non habet aliam curam, niſi prout de laicis egeſtate laborantibus; *Farinac. fragment.crim.part.1.n.444.*

42 At ſi Clericus in terra, ſeù ſolo Eccleſiæ ſterili, & inculto vineam plantauerit, licet poſtea beneficio priuetur propter perpatratum crimen, ex quadam æquitate eidem relinquenda eſt ad vitam ſuam, ita *Farinac. part. 1. fragment. crim. num.445.*

CLERICVS PLVRES MISSAS IN EADEM DIE CELEBRANS, VEL OMITTENS DEBITAS SOLEMNITATES, ET INEBRIARI SOLITVS QVOMODO PVNIATVR.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 Sacerdoti ſufficit vnam miſſam in die celebrare.
2 Licet hoc non ſit omnino interdictum, & in multis caſibus liceat in vna die plures miſſas dicere num. 3. ſed huiuſmodi caſus procedunt de iure antiquo num.6.
4 Hodiè prohibitum eſt Sacerdoti plures miſſas in vna die celebrare.
5 Sacerdos plures miſſas in eadem die dicens punitur pœna arbitraria.
7 Sacerdos in caſibus quibus poteſt iterum celebrare debet eſſe ieiunus, vt non ſumpſerit in primo ſacrificio lotionem.
8 Presbyter ſine debitis ſolemnitatibus celebrans grauiter Iudicis arbitrio punitur.
9 Parochi negligentia ſi infirmus decedat abſque Sacramentis ab officio eſt remouendus.
10 Prout etiam ſi Sacerdos puerum in neceſſitate noluerit baptizare, & ita deceſſerit deponendus eſt.
11 Presbyter non ieiunus ante dormitionem non poteſt celebrare, & celebrans eſt deponendus, & beneficio priuandus. Contrarium num.13.
12 Vel puniri poteſt hoc caſu pœna carceris, ſeù ſuſpenſionis.
14 Dormitio non eſt de ſubſtantia digeſtionis, ſed ſatis eſt quod ſit perfecta per lapſum ſeptem horarum.
15 Clericus crapuloſus, & ſolitus ſe inebriari ab officio, & beneficio ſuſpenditur, & quid ſecundum antiquos canones num.16. 17. & 18. ſed huiuſmodi pœnæ correptæ fuerunt per decretalem in cap. à crapula de vit. & honeſt. cleric. num.19.
20 Clericus ad hoc vt pœna ebrietatis puniatur requiritur, vt ſit ſolitus inebriari, & ſaltem debet præcedere monitio 22.
21 Epiſcopus non debet excommunicare, vel deponere pro delicto vna vice commiſſo.
23 Clericus ſolitus inebriari non eſt ad ſacros ordines promouendus.
24 Clericus ſolitus inebriari peccat mortaliter.

DECISIO LXXXIII.

1 Licet Sacerdoti ſufficere debeat vnam miſſam in die vna celebrare, vt habetur *in conſtitutionibus Alexandri II. relat. in cap. ſufficit de conſecrat. diſ.1. & Innocentij III. relat. in cap. conſuluiſti de celebrat. miſſar. ac Honorij III. relat.in cap. te referente eod. tit. de celebrat. miſſar.* nullam tamen pœnam dicentibus plures miſſas in præfatis conſtitutionibus comminatur, vndè clericis ite-
2 rum in eadem die celebrare non videtur omninò interdictum, & quamnis in dicto *cap. ſufficit in fin.* dicatur quod pluries celebrans in die, vel ob pecuniarum lucrum, vel pro ſæcularium adulationibus damnationem non euadit, hoc tamen magis æternam, quam temporalem pœnam indicare videtur, ſecundum *Hoſtien. in ſumm. in tit.de accuſat. §.quis ſit effectus num.13. in fin.verſ. nec qui cantauerit duas miſſas Vualfrid. in commentar. de rebus Eccleſiaſt. cap. 21.* vbi refert Leonem Papam ſæpiùs in die miſſam celebraſſe, *Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2.caſ.407.num.1.& ſeq.*

3 Quinimò multi caſus, in quibus licitum eſt Sacerdoti in vna die plures miſſas dicere, referuntur *à Silueſtrin. in ſumma in verbo miſſa 1. §. 7. à Nauar. in manual. Confeſſor. cap.25. num.37. D. Sota in 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2. artic.2. Mantemar. in ſua pract. Epiſcopal. cap. 79. in adnotatione poſt num.2.*

4 Verius tamen eſt prohibitum eſſe Sacerdotibus plures miſſas in die celebrare excepta feſtiuitate Natiuitatis Domini, cum in conſpectu Populi hoc graue, & ſcandaloſum reputetur, præſertim ſi auaritiæ cauſa, & ad lucrum captandum hoc ſcelus attentare præſumpſerint, Chriſtus enim ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit, nec modica res eſt vnam miſſam ſacere, & valdè fælix eſt, qui vnam dignè celebrare poteſt,vt ſunt verba textus *in cap. ſufficit de conſecrat. diſtinct.1. vt ibidem tenent Archidiac.& Turrecrem. Angel.Clauaſ. in ſum. in verbo in miſſa il 2. num.7. Alex. de Aleſ. in ſua ſumm. part.4.quæſt.52. num.3. Diaz. in pract. crim.canon.cap.35. in verbo, ac indè ſæpius, ibique Ignat. Lopez. in addit.Menoch. de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.407.n.1. & ſeqq. Mantemar. in ſua*

ſua pract. Epiſcopal. cap. 79. num. 1.

5 Et quoniam pœna Sacerdoti dicenti in die duas miſſas non eſt à iure ſtatuta, propterea Iudicis arbitrio venit ſtatuenda, habita ratione ad Sacerdotis qualitatem, ad facti notorietatem, & Populi ſcandalum, & hanc pœnam arbitrariam ad triremes per triennium ſæpè fuiſſe extenſam Neapoli refert *Montemar. in ſua praxi Epiſcopal. cap. 79. num. 1. & 2. & ſeq. adnotatione*, & Romæ *Farinac. fragment. crim. part. 1. in verbo Clericus num. 311. fol. mihi 57. à tergo Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 407. num. 1. cum ſequent. Diaz. in pract. crim. canon. cap 35. in verbo ac indè ſæpius.*

6 Caſus enim relati à ſupracitatis Doctoribus, in quibus ſacerdoti permittebatur plures miſſas in die celebrare, procedunt antiquo tempore, & in primitiua Eccleſia, ob inopiam Sacerdotum, ſecus autem hodie, & noſtra tempeſtate, qua Eccleſia Sacerdotum copia exuberat, & dicti caſus rariſſimè contingunt præter diem natiuitatis, & quando Clericus ob inopiam duarum Eccleſiarum curam habet, vt ex *Ignatio Lopez tradit Menoch. de arbitrar. quæſt. in addition. ad caſum 407. Farinac. part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 313.*

Et in caſibus, in quibus iterum Sacerdotibus celebrare permittitur, huiuſmodi permiſſio procedit ſi ieiuni fuerint, adeout ſi in primo ſacrificio lotionem, & purificationem ſumpſerint, amplius celebrare nequeunt, iuxta *decretum Innocentij III relat. in cap. ex parte de celebrat. miſſar. vbi Hoſtien. & communiter ſcribentes. Marol. de irregularitate lib. 3. cap. 24. num 2. Ignatius Lopez. ad Diaz. in prax. crim. canon. cap. 35. in verbo ac indè ſæpius lit. A. in fin. Menoch. de arbitrar. quæſt in addition. ad caſ. 407. num. 2. & ſeq.*

8 Clericus verò, qui omiſſo ordine, & ſolemnitatibus ab Eccleſia conſtitutis, & ordinatis miſſæ ſacrificium celebrare præſumpſerit, grauiter Iudicis arbitrio multandus eſt, iuxta generalem regulam, quam conſtituit *Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ 408. num. 1. & 2. & caſ. 383. n. 13.* vbi de Sacerdote abutente debito modo ſacrificandi, ſeu peruertente ordinem, vt ſi non apponeret vinum ſimul cum aqua in calice, ſed ſolum vinum, & ſolam aquam, & his ſimilia, *Diaz in pract. crim. canon. cap 36.* vbi de Sacerdote celebrante ſine aqua, & igne, vel in pane fermentato. & calice ligneo, *& cap. 37.* vbi de Sacerdote celebrante in Altari non conſecrato, *& cap. 38.* vbi de Sacerdote celebrante ſine ſtola, & alijs veſtibus ſacris, *Dec. in cap. at ſi clerici num. 204. de iudic.* vbi de Sacerdote celebrante ſine lumine, *Angel. Clauaſ. in ſumm. in verbo Miſſa nu. 35. & 36. Syluester in ſumm. in verbo Miſſa il primo num. 2. Farinac. part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 315.*

9 Quod ſi Clericus Sacerdos, & præcipuè Parochus negligens fuerit in adminiſtratione Sacramentorum, vt ſi eius negligentia, & incuria infirmus abſque ſacramentali confeſſione, & ſacra communione decedat, à ſuo officio remouendus eſt, cum reus ſit animæ illius, ſecundum *gloſſ. in cap. officium in verbo ſine confeſſione de officio Archipresbyteri*, *facit textus in cap. presbyteri 26. quæſt. 6. & in cap. ſi presbyter ead. cauſ. & quæſt. Farinac. par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 437.*

10 Prout etiam ſi Sacerdos puerum in neceſſitate noluerit baptizare, & abſque baptiſmi Sacramento obierit, pœna depoſitionis plectendus eſt, vt probat textus *in cap. quicunque de conſecrat diſtinct. 4. & docet Ignatius Lopez in addition. ad Diaz in pract. crim. canon cap. 44. verſ. hinc procedit*, vbi teſtatur ſemper vidiſſe pro his criminibus ſuſpenſionis pœnam cum recluſione ad tempus impoſitam, quem refert *Farinac. part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 4, 8.*

11 Vlterius presbyteris non ieiunis ante dormitionem interdictum eſt miſſam celebrare, *cap. Sacramenta de conſecrat. diſ. 1.* quo caſu presbyter delinquens deponendus, & beneficio priuandus eſt, ex *Concilio Bracharenſe, vt in cap. ſi conſtiterit de accuſat & docent Cardinalis in cap. ex parte de celebrat. miſſar in 4 quæſt. Archidiac. in dicto cap ſi conſtiterit in 2. notab. Hoſtien. in ſum. in tit. de conſecrat. Eccleſiæ, vel altaris §. & qualiter ieiuno.*

12 Seù quod hoc caſu, attenta qualitate perſonę, & ſcandali, ac exceſſus, delinquens puniri debeat pœna carceris, aut ſuſpenſionis, tenet *Diaz in pract. crim canon. in verbo non ieiuni cap. 34. num 2 ibique Ignat. Lopez in addit. in verbo animaduertere lit. B vbi allegat. Io: de Anan. in cap ſi conſtiterit, Feller. in pract. crim canon. cap. 37. in fin. num. 63. latè Bertarchin. in tract. de Epiſcopo part. 2. lib 4. quæſt 42. & latiſſimè Cardinal. Turrecrem. in cap Sacramenta de conſecrat. diſt. 1. Farinac. part. 1. fragment. crim. in verba Clericus n. 262. verſ. verius credimus Menoch. de arbitrar. quæſt lib. 2.*

13 *caſ. 106.* vbi tenet cum *Diaz* iſto caſu non inferre pœnam depoſitionis, aut priuationis beneficij, ſed arbitrariam.

14 Dormitio tamen non eſt de ſubſtantia digeſtionis adhoc vt quis pro ieiuno habeatur ad effectum celebrandi, cum ſatis ſit quod digeſtio ſit perfecta etiam ſine dormitione, & regulariter perfecta dicitur per lapſum ſeptem horarum. *Abb. in cap ſi conſtiterit ad fin de accuſat. Card in cap. ex parte de celebration. miſſar. Diaz. pract. crim. canon. in verbo non ieiuni cap. 34. num. 3. vbi latè.*

15 Vnde Clericus ſe abſtinere debeat ab exceſſiuo cibo, & potu, & ſic à crapula, & præcipuè alios ad æqualiter bibendum incitare non debet, & aliter faciendo ab officio, & beneficiu ſuſpenditur, cum ebrietas, & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. ita *Innocentius III. in Concilio generali Lateranen. relat. in cap. à crapula de vita. & honeſtat. clericor. vbi gloſ. & communiter ſcribentes Bellamer. in cap. Eccleſia diſt. 35. Hoſtien. in ſum de tempor ordinat. in 3. regula num. 16. & 17. paſt med verſ non ſolum in potu. Plancha in epit. de l. ſlor. l. b. 1. cap 30. num. 4. verſ. quibus illud ſubiciam Farinac. par. 1. fragmentor. criminal. in verbo Clericus num. 246. & 256.*

16 Et licet per antiquos canones Clericus ebrietati incumbens, & ab ea non deſiſtens deponatur ſi fuerit Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, Subdiaconus verò, aut alius inferior Clericus non deponatur, ſed à communione priuetur iuxta *Textus in cap Epiſcopus 35. diſtin. & ibi gloſ. in verbo priuetur. Hoſtien. in ſum. de tempor. ordinat. in 3.*

regul.num.17. verſ.pæna deſeruientis ebrietati, & in rub. de accuſat.§.quis ſit effectus num 14. verſ.ebrietas ſi aſſidua ſit Foller.in pract.crim.canon. in gloſ. & ſi confeſſi, aut conuincti ſint cap.33. num.27. Diaz. in pract. crim.canon. in verbo ebrij cap.77. num.2. verſ.& vi. Planca in epit delictor.lib.1.cap.30.nu.4. in princ.verſ. Hoſtienſis in ſumma.

17 Quinimò per *textum in cap. fin. eadem diſt.35.* ſtatuitur Clericum ebrietati incumbentem, aut triginta dierum ſpatio à communione ſubmouendum, aut corporali ſupplicio ſubijciendum eſſe: & ibi *gloſ.in figuratione caſus*, vbi quod ver-

18 ba *textus vt ordo patitur* eſſe intelligenda, vt prima pæna locum habeat in Clerico ſacro ordine inſignito, ſecunda autem pæna corporalis procedat in Clerico in minoribus ordinibus conſtituto, vt ibidem etiam declara *Archidiacon. in verbo vt ordo, & in verbo vt ſubmoueatur, & in verbo ſupplicio Diaz in pract. crimin. canon. in verbo ebrij cap.77.n.2.in princ. verſ.ideo placuit. Planch. in epitom delictor. lib.1.cap.30. num.3. in fin. verſ. iure Pontificio, Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſ.404. num.3.5 & 6*

19 Fuit tamen ab antiquis pænis de quibus in dicto *cap.Epiſcopus. & cap.fin. diſt.35* derogatum per decretalem in *cap à crapula de vita,& honeſtat. Cleric.* adeoùt hodie huiuſmodi pænæ ceſſant. & procedant pænæ ſtatutæ *in cap.à crapula*, & hanc eſſe veritatem dicit *Farinac. par.1 fragment.crim. in verbo Clericus num.250. & 251. ex Hoſtien. in dicta cap à crapula de vit.& honeſtat clericor. ibique Io.Andrea num.2 in verbo beneficio.& in verbo ſuſpendatur Anch.num 4. Anton.de Butr. num.5. in fin. Imol.num.1 in fin.verſ.pæna autem Abb.num.3.Ripa in l fin.num.72 C. de reuocand.donat.*

20 Ad hoc autem vt pæna prædicta contra Clericos ebrietate incumbentes ſibi locum vindicet, exigitur vt Clericus ſit ſolitus inebriari, itaùt ebrietas ſit continua, & aſſidua, & illi inceſſanter deſeruiat, ſecùs ſi fuerit ſemel tantum ebrius, aut pænitens, vel monitus ſe inebriari ceſſauerit. vt colligitur in *cap. Epiſcopus diſt.35.* ibi, *aut deſinat.* & ibi, *gloſ.in verbo deſinat.* vbi firmat gene-

21 ralem regulam, quod non pro quolibet delicto vna vice commiſſo Epiſcopus debet excommu-

22 nicare, vel deponere, & ad hunc effectum ſaltem præcedere debeat monitio docent *Archidiac. in dicto cap. Epiſcopus num.1. verſ. ex primo colige. Mediolan.num 1.verſ.nota argumentum Card Zabarel in ſumm.num.3 in fin. verſ quarto nota. Abb. in princ.& num.3. verſ vltimo nota Ancaran.in ſumm. num.5. Anton de Butr.in ſumm.iv.& num.2.verſ.vltimo nota, Planch. in epitom. delictor. lib.1. cap.30. num. 4. poſt princ. verſ. quibus, & illud ſubiciam Farinac. par.1.fragment.criminal. in verbo Clericus, num.255.& 258.*

23 Clericus autem conſuetus ſe inebriare non ſolum multatur relatis pænis, ſed etiam non eſt ad ſacros ordines promouendus, cum ebrietas ſit damnabile, & graue vitium, ex quo multa mala proueniunt, dum diſſipat ſenſum, confundit intellectum, ad venerem prouocat, omniaque membra debilitat, vt comprobat *Ancharan.in cap. à crapula num. 2. de vita. & honeſt. clericor. ibique Imol.num.4. Hoſtien.in ſumm.de tempor. ordinat. in 3.regul.num.17. Diaz.in pract. crim. canon.in verbo ebrij cap.77.in princ.& num.1.& 2. ibique Ignatius Lopez.in additian. lit.A. Planch.in epithom. delictor. lib.1.cap.30. ſub num.4.& 5. in diſcurſu vbi copioſè Menoch.de arbitrar.quæſtion.lib.2.caſ.404. num.1.& ſeq.Farinac fragment criminal.par.1.in verbo Cleri-*

24 *cus, num.252. 253.& 254.* ſubdit ebrium non ſolum puniri in foro exteriori, ſed etiam in interiori, quia committit peccatum mortale.

SOANEN. IMMVNITATIS ECCLESIASTICÆ.

ARGVMENTVM.

Cognitio cauſæ, an confugiens, ſeù extractus ab Eccleſia gaudeat immunitate Eccleſiaſtica etiam quo ad Regulares ſpectat ad Epiſcopum, vnde poteſt confugientes ad Monaſteria Regularium in caſibus exceptis extrahi facere, Vicarius Capitularis ſede vacante non poteſt cognoſcere huiuſmodi cauſas, nec exequi Apoſtolicas diſpenſationes, & in irregularitatibus, & impedimentis occultis diſpenſare, Clerici, & Regulares, an gaudeant Eccleſiaſtica immunitate in caſibus non exceptis, ſi ad loca immunia confugiant quæſtio controuerſa examinatur.

SVMMARIVM.

1 Cognitio cauſæ confugientium ad Eccleſias, an gaudeant immunitate ſpectat ad Epiſcopum etiam quoad Regulares.

2 Non autem ad Prælatos inferiores etiam nullius Diœceſis.

4 Religioſi ſunt exempti à iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, & Ordinarij, & eorum foro, & exemptioni non poſſunt renunciare.

Poſſunt ſibi eligi Conſeruatores, & Iudices ibid.

7 Religioſi ſubijciuntur Epiſcopis, procedentibus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis.

8 Degentes extra Monaſteria ſubijciuntur correptioni Epiſcopi, tum in criminalibus, tum in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum.

9 Quoad curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum ſubijciuntur Ordinario.

10 Tenentur publicare, & ſeruare interdicta, & dies feſtas ab Epiſcopo promulgatos.

11 Subijciuntur Epiſcopo in differentia præcedentiæ, & ad accedendum ad proceſſiones.

12 Epiſcopus quando poſſit punire Regulares delinquentes extra clauſtra.

Nulla renunciatio à Nouitijs fieri poteſt ſine Epiſcopi, eiuſque Vicarij licentia ibidem.

13 Cauſa nullitatis profeſſionis cognoſcenda eſt ab Ordinario, & Superiore Regulari.

14 Regulares quibus caſibus ſubijciantur Epiſcopis remiſſiue.

15 Epiſcopus poteſt ob crimina excepta extrahi facere confugientes ad Monaſteria Regularium.

16 Non tamen poteſt Epiſcopus carcerare Regulares retinentes, & ſe opponentes.

17 Iudex Sæcularis non poteſt propria auctoritate etiam in caſibus exceptis delinquentes è loco immuni extrahere, ſecus ſi Ordinarius requiſitus, recuſet 18. ſunt tamen extracti retinendi in carceribus Eccleſiaſticis donec per ſententiam declaretur an gaudeant. 19.

20 Nulliter extractus ab Eccleſia non ſeruata forma Bullæ Gregorianæ eſt reſtituendus etiam in crimine excepto, & notorio 21.

22 Vicarius Capitularis non poteſt cognoſcere cauſas confugientium ad Eccleſias, & ab illa extrahentium. Contrarium 23. vbi reprobatur.

24 Capitulum ſede vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione ordinaria, ſecus in delegata.

25 Vicarius Capitularis non poteſt exequi Apoſtolicas diſpenſationes directas Epiſcopo, eiuſque Vicario, neque commiſſiones in forma dignum. 26. Neque de ſtylo Da-

tariæ

tariæ huiuſmodi literæ eidem committuntur. 27. Non obſtante quod in contrarium fuerit obſeruatum. 28. Contrarium num. 33.

28 Acta ſubſiſtentur ſi ex parte officialis interueniat titulus putatiuus, & ex parte populi communis error. 29.

30 Limit. vt diſpoſitio l. Barbarius ff. de offic. Prætor. non procedat in ſpiritualibus 31.

32 Limit. 2. vt diſpoſitio dicti textus procedat ſi error ſit in facto, ſecus ſi ſit in iure.

34 Vicarius Capitularis neque poteſt in irregularitatibus occultis diſpenſare.

35 Poteſt exequi literas Epiſcopo directas per Sacram Congregationem, petita ad cauthelam ab eadem licentia.

36 Regulares ſicut Clerici gaudent immunitate Eccleſiæ.

38 Clerici gaudent immunitate Eccleſiæ, nec inuiti extrahi poſſunt 39.

40 Contrarium quod nec Clerici, nec Religioſi gaudeant hac immunitate 41. 43. & 44. Declara vt num. 42. & 45.

46 Ad correctionem annuente Summo Pontifice extrahi poteſt reus incorrigibilis è loco immuni.

47 Extrahi poteſt reus in caſu alicuius atrociſſimi delicti licet non excepti facto verbo cum Sanctiſſimo eoque annuente.

48 Proditorium dicitur homicidium commiſſum in perſonam, quæ nullam habebat cauſam præcauendi.

49 Committens homicidium, vel membri mutilationem in Eccleſia eiuſque Cœmeterio non gaudet eius immunitate.

50 Nomine Eccleſiæ non veniunt ſcalæ, tectum, atrium quando agitur de excludendo ab immunitate Eccleſiæ.

51 Occidens in ſcalis, tecto, & atrio Eccleſiæ ſi ad eandem confugiat gaudet immunitate.

52 Occidens in Eccleſia in puta rixa gaudet eius immunitate contrarium 53.

54 Religioſus veneno interficiens ſuperiorem eundem corrigentem committit homicidium proditorium.

DECISIO LXXXIV.

VAcante Sede Epiſcopali, quidam Clauſtralis obſeruantiæ Regularis Sacerdos offendens intra ſui Monaſterij clauſtra in Io: Clericum Secularem, egreque ferens ab eodem ſalutatum non fuiſſe, acriter obiurgauit, contumelioſiſque verbis affecit, die immediate ſequenti diluculo iterum inter ſe offendentes extra Monaſterium in via publica Ciuitatis deuenerunt ad alia verba obiurgatoria, vnde Io: Scipio percuſſit leuiter eundem Religioſum, qui euaginato gladio, quem clam intra veſtes, & habitum geſtabat, eundem fugientem inſectatus fuit, ſed eum aſſequi non potuerit, reuerſus ad Monaſterium, & intra clauſtra inuento alio eiuſdem ſui Ordinis Religioſo germano fratre ſecundum ſanguinem præfati Io: illum nullam habentem cauſam præcauendi diabolico ſpiritu ductus pluribus inflictis vulneribus trucidauit, interremitque, poſt patratum flagitium, in Cœnobio Reuerendorum PP. Capuccinorum in tutum ſe poſuit, verum cum prætendebatur verſari in homicidio proditorio commiſſo à Religioſo cum qualitate vindictæ tranſuerſalis expreſsè excepto in *Bulla Gregoriana ſuper Eccleſiarum, & piorum locorum immunitate* emanata, diuerſa huius delicti occaſione excitata fuerunt dubia, *primo*, An cognitio confugientis ad Eccleſiam ſi gaudeat, vel non gaudeat immunitate Eccleſiarum etiam quo ad Regulares ſpectet ad Epiſcopum, *ſecundo*, An reus in caſu excepto extrahi poſſit ab Epiſcopo è Monaſterio exempto Regularium, *tertio*, An Vicarius Capitularis poſſit cognoſcere cauſas confugientium ad Eccleſias, *quarto*, An Religioſi committentes delicta in proprio, & extra Monaſterium gaudeant immunitate Eccleſiæ, pro quorum reſolutione requiſitus.

1 Quo ad primum dicebam cognitionem cauſæ, an confugiens, ſeu extractus ab Eccleſia gaudeat immunitate Eccleſiaſtica ſpectare ad Epiſcopum, etiam quo ad Regulares, tam de iure communi, quam vigore Bullæ Gregorianæ, quæ licet loquatur de laicis, non tamen excludit Eccleſiaſticos, à quibus cum non ita frequenter ſicut a laicis delicta perpatrentur, de eis non fecit expreſſam mentionem, ſicut demoſtratiuè, & non taxatiue fecit de laicis, & ita cenſuiſſe *S. Congregationem immunit. in vna Militen. & Reſſanen. refert Nicol. in ſuis floſculis in verbo immunitas num. 1.*

2 Siquidem Conſtitutio Gregoriana ſolis Epiſcopis, & non alijs tribuit facultatem procedendi in huiuſmodi cauſarum immunitatis cognitione, ita vt occurrente caſu in loco exempto, quamuis eſſet nullius Diœceſis etiam ad Epiſcopum viciniorem cognitio deuoluatur, & excluduntur Prælati inferiores, quamuis habeant iuriſdictionem ordinariam cum proprio territorio nullius diœceſis, vt ponderando verba bullæ *ad quos ſolos, & non alios*, quæ ſunt præciſa, & taxatiua excludentia quoſcumque inferiores, comprobat *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 143. num. 1. & 2. & per tot.* &

3 conſequenter etiam Regulares, & exempti in cauſa Immunitatis Eccleſiaſticæ ſi gaudere, vel non gaudere debeant, ſubduntur iuriſdictioni Epiſcopi.

4 Quamuis enim Monachi, & Religioſi quicunque in communi viuentes ſub regula, & inſtituto à Sancta Sede Apoſtolica approbato gaudeant priuilegio fori, vt nec ciuiliter, nec criminaliter conueniri poſſint, non ſolum coram Iudicibus Laicis, & Sæcularibus, verum etiam neque coram Iudicibus Eccleſiaſticis Ordinarijs, ſed exempti ſint ab ordinaria Eccleſiaſtica iuriſdictione, & ſolum Summo Pontifici eiuſque Superioribus nullo medio ſubijciantur, vnde ſibi eligi poſſunt Iudices Apoſtolicos in partibus vbi retinent Monaſteria, qui Conſeruatores vocantur virtute bullarum, & indultorum Apoſtolicorum in gratiam Religionum, & pro bono regularis obſeruantiæ regimine conceſſorum, per *textum in auth. cauſa C. de Epiſcop. & Cleric. cap. quam ſit 18. quæſt. 2. cap. cum dilectus 8. de relig. dom. cap. 1. §. in eos cap. ne aliquis 5. de priuil. in 6. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. & ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 11. & tradunt Nauar. comment. 2. de regular. ex num. 63. Farinac. in prax. crim. quæſt. 8. nu. 46. verſ. ampl. 20. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 35. num. 15. Emanuel. Rodriq. 1. tom. quæſt. regular. q. 65. art. 3. & ſeq. & art. 12. & 2. tom. quæſt. 2. art. 1. 5. 6. & quæſt. 61. per totam præſertim art. 3. & 7. Guttier. lib. 2. pract. quæſt. 9. & 10. & lib. 4. quæſt. 63. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 11. cum alijs relat. per Carlenal. de iudicijs lib. 1. tit. 1. diſ. 2. quæſt. 6. ſect. 2.*

5 *de foro Monacorum num. 1. & 2.* vbi ampliat etiam quo ad Nouitios durante anno probationis, vbi copioſiſſime alios allegat *Pignat. conſult. canon. 191. num. 3.*

6 Adeo vt nequeant eorum foro, & exemptioni renunciare, vt poté quia exemptio Religionum conceſſa ſit ad fauorem totius Ordinis, & Communitatis, & non ſingularum perſonarum, quæ tantum

tantum poſſunt eorum priuilegio renunciare, vnde ſequitur, quod ſolum renunciatio particularis priuilegij teneat, ſecus autem generalis omnium in communi comprehenſiui, *Marian. Soccin. in cap. ſignificaſti num. 42. de for. competen. Felin. in cap. P. & G. num. 13. de offic. delegat. Gail. lib. 1. pract. obſer. 40. num. 3. 4. & 5. Eraſm Cochier. in tract. de iuriſdict. ordinar. in exemptos tom. 1. par. 2. quæſt. 7. num. 2. & 3.* præcipuè quia in exemptos non ſolum concurrit ipſorum fauor, ſed etiam intereſſe eximentium *cap. cum tempore 5. de arbitr. cap. auctoritate 4. de priuil. in 6. cap. ſi diligenti de foro competen. Carleual. de iudicijs lib. 1. tit. 1. diſ. 2. q. 8. ſect. 2 num. 1066. & ſeq. vbi alios allegat fol. 230. Pignatel. vt ſupra num 4. & ſeq.*

7 Nihilominus huiuſmodi exemptio in multis
caſibus Monachis, & Regularibus non ſuffraga-
tur, ita quod eorum priuilegiis non obſtantibus
adhuc ſubſunt Epiſcopis, & locorum Ordina-
rijs, aut ſimpliciter, aut tamquam Sedis Apo-
ſtolicæ delegatis, vt recenſet *Trident. ſeſſ. 6 de re-*
8 *form. cap. 3.* vbi quod exceſſus tam Sæcularium
Clericorum, quam Regularium degentium extra
Monaſteria ab Ordinario loci vti deputato a Se-
de Apoſtolica corrigi mandauit, *& ſeſſ. 7. de re-*
form. cap. 13. vbi quod in ciuilibus cauſis merce-
dum, & miſerabilium perſonarum Clerici Sæcu-
lares, aut Regulares extra Monaſteria degentes
quomodolibet exempti, etiam ſi certum Iudicem
à Sede Apoſtolica deputatum in partibus ha-
beant, in alijs vero ſi Iudicem non habuerint co-
ram locorum Ordinarijs, tamquam ab iſta Sede
delegatis conueniri, & ad debitum ſoluendum
cogi poſſunt priuilegijs exemptionibus, Conſer-
uatorum deputationibus, & eorum inibitioni-
bus non obſtantibus, *& ſeſſ. 14. de reform cap 5.*
vbi hoc decretum confirmatur, *& ſeſſ 25. de regu-*
6 *lar. cap. 11.* vbi Regulares quo ad exercitium cu-
ræ animarum, & Sacramentorum adminiſtratio-
nem pertinentia viſitationi, & correptioni Epi-
ſcoporum ſubijciuntur, & eadem *ſeſſ. de Regula-*
10 *rib. cap. 12.* vbi coarctantur Regulares ad publi-
candas, & ſeruandas cenſuras, & interdicta etiã
mediante Epiſcopo promulgata, & ad ſeruan-
dos dies feſtus ab eiſdem præceptos, & eadem
11 *ſeſſ. de Regular. cap. 13.* tribuitur facultas Epi-
ſcopis componendi lites præcedentiæ etiam inter
Regulares, & ad proceſſiones accedendi ſi voca-
ti fuerint, *& cap. 14. eadem ſeſſ. 14. de Regularib.*
12 pariter tribuitur Epiſcopo facultas puniendi
Regulares extra clauſtra Monaſterij delinquen-
tes, ſi intra tempus ab eodem præfigẽdum à ſuo
ſuperiore ſeuere condigna pœna mulrati non
fuerint, *& cap. 16. eadem ſeſſ. & tit ſtatuitur*, vt
nulla renunciatio, aut obligatio etiam fauore
piæ cauſæ à Nouitijs fieri debeat, niſi cum licen-
tia Epiſcopi, vel Vicarij, *& cap. 19. eadem ſeſſ.*
13 *& tit.* cauſæ nullitatis profeſſionis cognitio de-
mandatur locorum Ordinarijs vna cum ſuo Su-
periore, & de poteſtate Epiſcopi in exemptos
tradunt *Doctores relati per Carleual. de iudic. lib. 1.*
14 *tit. 1. diſ. 2. quæſt 6. ſect. 2. num. 407.* & caſus 116.
congeruntur ab Eraſm. Cochier. in tract. de iuriſdi-
ction. Ordinarij in exempt. par. 2. quæſt. 45. tom. 1. &
alios 32. caſus enumerantur *à Quaranta in Sum.*
Bullar. in verbo exemptio.

15 Ex quibus ſequitur reſolutio ad ſecundum dubium poſſe ſcilicet Epiſcopum reos confugientes etiam ad Monaſteria Regularium ob crimina excepta extrahi facere, etiam armata manu, & cum fractura hoſtij Conuentus, cum aſſiſtentia Vicarij Generalis Epiſcopalis, ſeù alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, ſi ijdem Regulares extractioni ſe opponerent, & ita cenſuiſſe Sac. Congregat immunit. in vna *Conſentina, & Tropien. 13. Iulij 1642. refert Pignatel. conſult. canon. 483.* Etenim cum ſolis Epiſcopis, à Sancta Sede tribuatur facultas procedendi in cognitione cauſarum reorum confugientium ad Eccleſias, & loca Religioſa, exemptio Regularium quo ad eorum Eccleſias, & Monaſteria eiſdem non ſuffragatur ad effectum ſe Epiſcopis opponendi, & extractionis actum prohibendi iuxta ſuas facultates.

16 Non tamen poteſt Epiſcopus carcerare Regulares renuentes, & impedientes extractionem rei à ſuis Eccleſijs, ſed ſi eos carcerauerit, debet eos conſignare ſuperioribus Regularibus, qui tenentur ipſos tranſmittere ad Vrbem, & interim certiorem facere Sac. Congregationem immunitatis, vt cenſuit eadem *Sacra Congregatio Immunitatis in vna Catanen ſub die 16. Nouembris 1655 relat. per Pignatel. conſult. canon. 466.*

17 Quinimmò quamuis Iudex Sæcularis nequeat propria auctoritate extrahere, & carcerare delinquentem, & reum confugientem ad Eccleſiam, & loca Religioſa Eccleſiaſtica immunitate gaudentia, & ſi de facto extraxerit, talis extractio, & carceratio ſit ipſo iure nulla, & nullam ex eadem acquirat iuriſdictionem, ſeù poteſtatem in ipſum extractum, ita quod non poteſt reum interrogare, nec procedere ad torquendum, & ad condemnandum, minuſque ad exequendam pœnam, cum omnia ſint nulla, & ſemper iniurias multiplicet, & tot excommunicationes incurrat, quot actus facit, latè *Franciſch. Suarez de ſtatu Religioſ. lib. 3. cap 13. num. 12. & ſeq. cum alijs per Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 2. num. 56.*

18 Tamen ſi Epiſcopus, vel Iudex Eccleſiaſticus requiſitus in caſibus exemptis recuſauerit reum culpabilem tradere, extrahi, aut capturæ, & carcerationi interuenire, & aſſiſtentiam præſtare, etiam Iudici Laico facultatem extrahendi impartitur ex Gregoriana Conſtitutione, dummodo minori quo fieri poſſit ſcandalo, & tumultu ipſa extractio fiat, vt expreſſe ſancitur in eadem *Conſtitutione §. 8. & tradit Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 22. num. 5. verſ. & hoc hodie patet. Mar. Ital. in tract. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap 6. §. 2. nu. 80. & 82. Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 22 num. 365.* ac proinde ſi dicta facultas Iudicibus Laicis conceditur, multo magis Iudicibus Eccleſiaſticis conceſſa cenſeri debet, etiamſi agatur de confugientibus ad Monaſteria Regularium, & ſimilia loca exempta.

19 Animaduertendum tamen eſt, quod ſic per Curiam Sæcularem extracti ad Epiſcopales carceres ſunt ducendi, ſeù in poteſtate Epiſcopi retinendi ad effectum expectandi ſententiam declaratoriam, an ſcilicet intret nec ne immunitatis Eccleſiæ priuilegium, vt diſponitur in *eadem*

Gre-

Gregoriana Conſtitutione, & docet Sperel.deciſ.104. num.2. tom.2.

20 Cæterum nulliter extractus ab Eccleſia non ſeruata forma *Bullæ Gregarij XIV.* etiamſi agatur, & fateatur crimen exceptum, adhuc tamen eſt Eccleſiæ reſtituendus, quæ forma ad vnguem eſt ſeruanda, nempè quod Epiſcopus debeat prius cognoſcere ſi confugiens comiſerit crimen exceptum, & poſtea reperto culpabilem, & punibilem cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ conſignari Curiæ Sæculari, & ita ſeruatum fuiſſe in Curia Archiepiſcopali Neapolitana teſtatur *Gennen. in ſua prax. eiuſdem Curiæ cap.17. num.5. latè Gratian.diſcept forenſ.cap.596. num.11. & ſeq. Sperel.deciſ.104.num.73.tom.2.*

21 Quod procedit etiam ſi ante ipſam extractionem notoriè conſtaret crimen exceptum patratum fuiſſe, cum adhuc tamen ſit ſeruanda forma in eadem Conſtitutione præſcripta, cuius vigore ſublata eſt omnis controuerſia, vt quidquid fuerit de tempore præterito ante Conſtitutionem Gregorianam, hodie ſtante eius expreſſa diſpoſitione, indiſtinctè Iudicibus Laicis in omnibus caſibus, etiam exceptis abſque iudicio Iudicis Eccleſiaſtici prohibentur huiuſmodi extractiones, vt ex *Martin.del Rio in diſquiſitionibus Magicis lib.5.ſect.7.verſ.capi ſortiarios tradit. Farinac.in Append.de immunit.Eccleſ.cap.22.n.359.*

22 Quo ad tertium animaduertebatur Vicarium Capitularem non poſſe cognoſcere cauſas confugientium ad Eccleſias, vel ab illa extrahentium, & extractorum, eo quia hæc facultas competit Epiſcopis, eorumque Vicarijs iure extraordinario, vt colligitur ex verbis contextus bullæ Gregorianæ, ibi *ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis, ad quos ſolos, & non alios Epiſcopos inferiores etiamſi Ordinarij ſint licentiam dandi facultatem pertineat, & ibi occurrente autem caſu in loca exempto, & nullius Dioceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio.* Eoque fortius, quia Conſtitutio Gregoriana ſolis Epiſcopis, eorumque Vicarijs eſt directa, de quibus hoc caſu tantum confidit, in Vicarium tamen Capitularem non transferuntur ea, quæ competunt Epiſcopo aliquo iure ſpeciali, & hanc ſententiam approbaſſe *Sacram Congregationem ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus in cauſa Conuerſana 15. Februarij 1633. in qua Archidiaconus Viola Vicarius Capitularis extraxit duos Clericos è loco Immuni ſub prætextu perpatraſſe homicidium proditorium, vnde habito recurſu ad dictam Sac.Congreg.* cenſuit. *Concedatur facultas vt Orator poſſit ſe abſoluere facere, & in poſterum ſe abſtineat ab huiuſmodi extractionibus niſi præceſſerint probationes ſufficientes, & prius obtinuerit facultatem neceſſariam*, & in alia Regien. Calabriæ Reſpondit. *Vicarium Capitularem non poſſe cognoſcere ſuper extractione, & violate immunitatis Eccleſiæ, ſed ſpectare ad Epiſcopum Viciniorem*, 19. *Nouembris* 1641. *Peregrin. de immunit.Eccleſ.cap.3.num.32.Suar.tom.5. de cenſur.diſ.41.ſect.2.num.13.Gennen.in prax. Archiepiſcop.Neapol.cap.85.num.1. & 29. Mar.Ital. de immunit.Eccleſ.lib.1.c.6.§.1. à n.37.vſque ad 55. quos refert Sperel.deciſ.31.n.8.tom.1.*

23 Nec aduerſatur *Alex. Pereg.in tract.de immunit. Eccleſ.cap.3.à num. 33. verſ.opinio verò*, vbi contrariam ſententiam tamquam probabiliorem defendit, dum probare conatur hanc facultatem competere Epiſcopis iure ordinario, quantum ſpectat ad caſus in propria Diæceſi contingentes, & ſic vigore Conſtitutionis Gregorianæ fuiſſe potius excitatam, quam de nouo datam iuriſdictionem per *textum in cap.ſi quis contumax. quæſt.4.* quia dum Summus Pontifex circumſcripta diſpoſitione iuris communis edidit nouam conſtitutionem, tradendo certam ſpecialem, & determinatam formam, cenſetur ad ſe totam facultatem auocaſſe, omniaque redegiſſe ad præſcriptam formam, vt in conſtitutione legitur, & huiuſmodi facultatem de nouo ſolis Epiſcopis conceſſiſſe, vt ratiocinatur, *Sperel. deciſ.31.n.8. verſ.quamuis contrarium, & n.9.tom.1.*

24 Capitulum autem Sede Vacante ſuccedit Epiſcopo dumtaxat in iuriſdictione ordinaria, & non delegata, in qua cum electa ſit induſtria perſonæ ad alios non extenditur, *Federic. de Sen. conſ. 30. ante num. 1. verſ. ſuo iure igitur, Socin. in cap.qualiter, quando il 2. num. 185. de accuſ.Gennen. in prax. Archiepiſcop.Neapol. cap.85. num.1. & 29. Suar.tom.5.de cenſur. diſ.41. ſect.2. num.13. in fin. Diana reſol.moral.par.5.tract.14.reſol.29.Sperel.deciſ.31.num.3. & facit text.in cap vnico de maiorit, & obedien. in 6. & dixit Rot. coram Pamphilio in Aurienſ. Matrimonij 12. Decembris 1605. impreſſ. penès Marcheſ.de cõmiſſion.par.1.cap.2.tit. de ſignat. gratia n.1. ſol.135.*

25 Hinc eſt quod Vicarius Capitularis exequi non poſſit Apoſtolicas diſpenſationes, aliaſque commiſſiones Epiſcopo, vel Vicario directas, ex originali doctrina *Felin.in cap.eam te ſub num 17. verſ.faciunt hæc extra de reſcript. Leon.in Theſaur. for. Eccleſiaſt.par.1.cap.10.ſub num.8. verſ.2. Campanil.in diuerſ.iur canon.rub.11.cap.23 num.146. & ſeq.Garz.de beneſ.tom.2.part.6. cap.2.à num.44. Bonacciu.de legib.diſ.1.queſt.3.punct.8. §.1.n.7. Diana reſol.moral.par.5.tract.14.reſol.29.verſ.ſed ijs, Barboſ.de iure Eccleſ.lib.1. cap.23. num.57. Ric.por.1. deciſ.44.ſect.38.Gauant.in Encherid.ſeù manual. Epiſcop.in verbo Capitulum Sede Vacant. in addit. n.14.*

26 vbi quod exequi non poſſit commiſſiones Apoſtolicas in forma dignum, aliaſque directas Epiſcopo, eiuſque Vicario, *Sperel.deciſ.30.numer.2. tom.1. Marcheſ. de commiſſion. appel.in cauſ. beneſ. cap.77.num.54.ſol.285. & dixit Rot. in Abulen. beneficij 13.Iunij 1597. coram Litta, & latius in Aurienſi Matrimonij 12.Decembris coram Card.Pamphilio inter impreſſ. penes Marcheſ. in tract. de commiſſ. par.1.tit.de Signatura Gratia cap.2.ſol.135.* vbi late comprobatur, & declaratur diſpenſationem matrimonij fuiſſe nullam, quia conceſſa à Vicario Capitulari in executionem mandati Apoſtolici de diſpenſando, & ita etiam declaraſſe *Sacram Congregationem Concilij ſub die 24. Maij 1621. refert Barboſ.de Canon.& dignit. cap.42.num.57. Nicol.in ſuis flaſcul.in Verb.Vicar.Capitular. num.55. verſ.primo Vicarius Capituli.*

27 Vnde inoleuit ſtylus Cancellariæ, & Datariæ, quæ Sede Epiſcopali vacante non ſolet dirigere diſpenſationes, vel ſimiles gratias, vel literas in forma dignum Vicario Capitulari, ſed Epiſcopo Viciniori, ſeù eius Vicario, vt teſtatur *Hieron. Paul.in prax. Cancel. in princ. verſ. circa qualitatem*

*perſonarum , Diana par.5. reſol. moral. tract.14. re-
ſol.29.& ita declaraſſe Sac.Congregat.patet,ex decre-
tis per eundem relatis , & dixit Rot.in dicta Aurienſ.
Matrimon.12.Decembris 1605.coram Card.Pamphi-
lio num.3.verſ.non obſtat, penes Marcheſ.de commiſ-
ſion.par.1.tit.de Signat.Gratia fol.136.*

28 Quod procedit etiamſi in partibus obſerua-
tum exiſtat huiuſmodi diſpenſationes executio-
ni demandatas fuiſſe per officialem Capituli Se-
de Epiſcopali vacante,quia adhuc non ſubſtinen-
tur dictæ executiones , nam licet ex parte offi-
cialis interueniat titulus putatiuus,& ex parte
populi communis error, quo caſu acta ſubſtinen-
tur , ex quo ius ſuppleat iuriſdictionem, & idem
communis error faciat legem , & pro veritate
habeatur iuxta expreſſam diſpoſitionem textus
in *l.Barbarius ff.de off.prætor vbi communiter Docto-*
29 *res* , & in puncto quod diſpenſatio facta ab eo ,
qui per errorem communiter reputabatur habe-
re facultatem diſpenſandi teneat , docent *Anear.
conſ.409.in fin.Gabr.in tit.de probat.concluſ.8.n.18.
Maſcard.de probat.concluſ.648.num.74.col.2. Pap-
pon.in addit.ad deciſ.2. alias 136. num.9. tit. de filijs
Presbyteror. in nouis fol.65.*

30 Tamen diſpoſitio dicti textus in *l. Barbarius*
non habet locum in Spiritualibus , & Sacramen-
talibus , & vbi imminet timor peccati, nam tunc
communis error ad nihilum ſuffragatur , vt re-
ſpondet *Rot.in allega Aurienſ. Matrimonij* 12. *De-
cembris* 1605. *coram Pamphilio penes Marcheſ. loco
citata num.*5. non obſtante quod contrarium vi-
deatur tenuiſſe , *Rot.in deciſ* 608. *num.* 12. *&* 13.
31 *par.2.in recen.*quia in hoc eſt ſequenda magiſtra-
lis Theologorum diſtinctio vt diſpoſitio *l.Barba-
rius* , & ſic titulus coloratus , vna cum errore
communi pro veritate habeatur ſi nullum adſit
impedimentum diuini iuris , vel naturalis, ſecus
autem quando adeſt impedimentum iuris diui-
ni , vel naturalis, & ratio eſt , quia vbi adeſt de-
fectus iuris poſitiui ius ipſum, & Eccleſia ſupple-
re poſſunt , ſecus autem vbi concurrit defectus
iuris diuini , vel naturalis , cum tunc, nec Eccle-
ſia , nec ius diuinum ſupplere poteſt , vt eſt puta
quando agitur de diſpenſatione matrimoniali in
gradu prohibito , vt notabiliter diſtinguit *San-
chez. de Matrim. lib.3. diſ.22.num.27. ſecutus à Bo-
naccin.in tit.quæſt.2.punct.8 num.*24. prout etiam
in effectu videtur ſentire , *Caietan. in ſumma in
ſum. in verbo Confeſſio Sacr. quando ex parte Con-
feſſor. iteranda eſt quos refert, & ſequitur Sperel. de-
ciſ. 30. num.14. tom.1. vbi à num.* 13. refert alias
diſtinctiones.

32 Tum etiam quia diſpoſitio *l. Barbarius* proce-
dit dumtaxat quando error eſt in facto , ſcilicet
an quis ſit , vel non ſit Vicarius , ſecus ſi erretur
in iure , nempè an Vicarius Capitularis de
iure valeat exequi huiuſmodi diſpenſationes, ita
Federic. de Sen. conſ. 112. *num.5. verſ.& ſi dicatur
Maſcard.de probat.tom.2.concluſ.648.n.100.Sperel.
deciſ.31.num.11.tom.1.*

33 Non deſunt tamen Doctores contrarium te-
nentes , quod etiam Vicarius Capitularis exe-
qui poſſit diſpenſationes , aliaſque commiſſio-
nes Epiſcopo , eiuſque Vicario directas , vtpotè
quia Vicarius Capitularis ſuccedat in dignitate
Vicarij Epiſcopi, & dici poteſt Vicarius Epiſco-
pi , ita *Sanchez.de Matrim.tom.2.lib.8.diſ.27.n.32.
& ſeq. vbi reprobat Felin. contrarium tenentem , &
docent alij Doctores relati per Dian.reſol.moral.par.5.
tom.14.miſcellan.reſol.29.in princ.*

34 Prout etiam Vicarius Capitularis , neque po-
teſt in irregularitatibus , & impedimentis occul-
tis diſpenſare vigore *Concilij Tridentini ſeſſ* 24. *de
reform.cap.6.*cum hoc ſolis Epiſcopis , eiuſque
Vicarijs ſpecialiter competit , vti nominatim ab
eodem Concilio delegatis , non iure ordinario ,
ſed extraordinario , vt patet ex verbis eiuſdem
Concilij, *Peregrin.de immunit.Eccleſ.cap.3.ſub nu-
mer.34.Alter.de cenſur. tom.1. diſ.8. cap.3. verſ.ex
eodem fundamento,Sperel.dec.31.n.7.tom.1.*

35 Poteſt tamen exequi literas Epiſcopo dire-
ctas per Sacram Congregationem , & ab eo non
executas , & ita declaraſſe *Sacram Congregat. ſub
die* 5. *Februarij* 1601. *&* 10. *Aprilis* 1615. *teſtatur
Gauant. in Encherid. ſeù Manual. Epiſcop. in verbo
Capitulum Sede vacante nu.55. & Diana reſol.mo-
ral.par.5.tract.14.miſcellan.reſol.29. in fin. verſ.non
deſinam Nicol.in ſuis floſculis verb. de Vicario Capi-
tular. verſ.poterit tamen , & verſ. ad ſcrupulos* , vbi
ſubdit niſi talis poteſtas auferatur , vel limitetur
à Sacra Congregatione , & in omnem caſum ad
ſcrupulos tollendos , quod ſit petenda huiuſmo-
di facultas à Sacra Congregatione , à qua facil-
limè obtinetur,*Barboſ.de canon.& dignitat.cap.42.
num.60.*

36 Demum quo ad vltimum articulum , an Reli-
gioſi committentes delicta in proprio , & extra
Monaſterium gaudeant immunitate Eccleſiæ,di-
cebatur , Regulares ſicut Clerici gaudere immu-
nitate Eccleſiæ , ita vt ad Eccleſiam Confugien-
tes pro criminibus non exceptis in Bulla Gre-
goriana ab eorum ſuperioribus , ſeu Iudicibus
Eccleſiaſticis inuiti extrahi nequeant , & propte-
rea incurrere pœnas inflictas contra violantes
immunitatem Eccleſiaſticam, indebitè extrahen-
tes , *Cened. quæſt. canon. quæſt* 42. *Petrus Gambac.
lib.4.cap.11.num.10.& ita ſenſit Diana reſol.moral.
par.1.tract.1.de immunit.Eccleſ.reſol.25.verſ.et hoc,*
38 & docent omnes tenentes Clericos etiam gau-
dere hac immunitate , exceptis caſibus in eadem
Bulla Gregoriana contentis , & ita declaraſſe
*Sacram Congregationem Epiſcoporum in vna Tro-
pienſi 29. Ianuarij 1617. relat. per Dianam reſol.*
39 *moral. par.6.tract.1.reſol.26.ſub §.quæro* 10. immò
non poſſe ab Eccleſia extrahi præterquam in ca-
ſibus degradatione dignis, alias reſtitui , & Ec-
cleſiam reintegrari debere cenſuit eadem *Sacr.
Congreg.Epiſcop.17.Auguſti 1618.de qua idem Dia-
na loco citato,qui copiosè alios allegat par. 1. tract. 1.
de immunit. reſol.24. verſ. 2. ſententia latè Roman.
conſ.126.conſ.127.& conſ.134. latiſſimè Decian. in
tract.crim.lib.6.cap.25.num.1.Ambroſin.de immunit.
Eccleſ.cap.12.num.3. Guazzin. ad defenſ.1. cap.37.
num.48.& cap.90.numer.18. Couar.lib.2.var.reſol.
cap.20. num.16. Ginrb. conſ.40. num.1. Villagut. de
immunit.Eccleſ.lib.4.cap.11.num.5.& 6. Duard. ad
Bullam Cœnæ lib.2.cap.15. quæſt.16. num.13. Diaz.
in prax.crim.canon.cap.125.in fin.Iul.Clar.in prax.
§.fin.quæſt.30.num.16.Farinac.in prax.crim. qu.28.
num.7.& in Appen.de immunit.Eccleſ.num.34.& 36.
in fin.* & hanc ſententiam eſſe de iure veriorem
concludit Bellet.diſquiſit. Clerical.par.1,tit.de fauor.

Cle.

Cleric.perſonal.§.15. in fin. Sperel.decif.59.num.38. verſ. contrarium tamen tom.1.

40 Feruntur tamen alij Doctores in contrariam opinionem, quod ſcilicet Religioſi non gaudeant hac immunitate, alias nunquam poſſent in carcerem detrudi à ſuis Prælatis, & Superioribus cum fere ſemper ſint in Monaſterio Eccleſiaſtica immunitate gaudente, *Ric. par.3. deciſ.172. num.6. vbi ita deciſum in curia Neapolitana, Silueſter in verbo immunitas §. 3. num.2. Facundez. de præcept. Eccleſ. tract.2.lib.4.cap.4. num.52. Suarez. de Relig. tom.1. tract.2.lib.3.cap.10.num.6. Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap.12. num.3. dub.3. opin.2. arg.3. Bellet. diſquiſ. Cleric. par.1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §.15. verſ. vbi adducit*, & cũ hac opinione cõcordant alij
41 Doctores tenentes Clericos non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, vt etiam inuiti extrahi poſſint, tum quia bulla Gregoriana tamquam diſponens circa Laicos non videtur ligare Eccleſiaſticos, tum etiam quia maior eſt immunitas perſonalis conceſſa Clericis ob ſtatum Eccleſiaſticum, quam conceſſa fidelibus ratione loci ſacri, ſed immunitas perſonalis non obſtat, quo minus Clericus delinquens capi poſſit ab Eccleſiaſtica poteſtate, conſequenter neque debet obſtare immunitas, quæ fidelibus conceſſa eſt ratione loci ſacri. *Abb. in cap. inter alia de immunitat. num.13. Remig. de Gonu. eod. tit. de immunit. Eccleſ. fol.21. num. 1. Diaz. in prax. crim. canon. cap.115. Gutier. pract. quæſt. par.2. lib.3. quæſt.3. num.3. Nauar. in manual. cap.25. num.22. Suar. de ſtat. Relig. tom.1. lib.3. tract.2. cap.10. num.4. & 5. Azor. inſtit. moral. par.2. lib.9. cap.9. quæſt.4. Silueſt. in ſumma in verbo immunitas lib.3. num.2. Bonacin. in tit. circa primum decalog. præcept. diſ.3. quæſt.7. punct.5. num.5. verſ.2. ſententia tom.2. fol.237. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.22. nu.11. Giurb. conſ.40. num.2. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 38. per tot. Bellet. diſquiſit. Cleric. par.1. tit. de fauore Cleric. perſonal. §.15. & tit. de fauore Cleric. real. §.5. num.46. Boer. deciſ.109. num.3. late Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub. 10. ſect.12. per tot. tom.2. fol.283.*

42 Prima tamen ſententia tamquam verior, & tutior ſequenda eſt, immo quod regulares ſi delinquant in proprijs Monaſterijs gaudere debeant eadem immunitate exceptis caſibus in *Bulla Gregoriana, & cap. fin. de immunit. Eccleſ.* expreſſis præcipue quando ſuperior procederet contra Regulares in foro iudiciali ad vltrices pœnas canonum, ſecus verò ſi procederet in foro paterno ad pœnitentias ſalutares voluerunt *Petrus Cenedo in quæſt. canon.42. Petrus Cambac. lib.4 cap.11. n.10.*

43 Sed contrarium tenendum eſſe ex *Cened.* concludit *Dian. reſol. moral. par.1. tract.1. de immunit. Eccleſ. reſol.25. verſ. ſed contrarium*, vbi ita de conſuetudine ſeruari teſtantur ſciente, & patiente Summo Pontifice, qui quotidie ex appellatione cauſarum ad Sacram Congregationem, vel ad ipſum de cauſis Regularium videt eorum Superiores proceſſus formare aduerſus Regulares ſubditos delinquentes, & ſententias ferri de delictis intra Monaſterium commiſſis, & ſententias executioni demandari, nulla habita ratione priuilegij immunitatis Eccleſiaſticæ, ex quo reſultat, quod Regularibus tribuatur facultas, & iuriſdictio in huiuſmodi cauſis procedendi, non obſtante aliquo canone, & ipſa Bulla Gregoriana, alias delicta à Religioſis commiſſa remanerent impunita, & præberetur anſa delinquendi, & diſciplinam regularem penitus deſtruendi, & ita ſimpliciter tenendum eſſe tradit etiam *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.10. ſect.15. n.8. & per tot. tom.2. ex Mar. Ital. quem allegat.* propterea Clerici, qui degunt, & inhabitant domus, Canonicales, ſeu paſtoforia, & lares, plebanos ex-
44 trahi poſſunt etiam ob delicta non excepta, & etiã Religioſi degentes in ſuis Monaſterijs, & ita de Clerico reperto in fragrante crimine adulterij in domo immuni canonicali contigua Eccleſiæ, quod ab Epiſcopo poſſit ad correctionem ſuis carceribus mancipari abſque præiudicio immunitatis Eccleſiaſticæ, qua dicta domus gaudebat, Epiſcopo Aretino petenti cenſuit *Sac. Congregatio Immunitat.* ſcilicet *Parochum repertum cum Muliere in fragrãti in domo Parochiali extrahi per Epiſcopum potuiſſe ad effectum correctionis*, & in alia *Interannen.* cenſuit *Epiſcopum potuiſſe extrahere Archipresbiterum de Piedeluco à propria domo Parochiali, & carcerare ad effectum correctionis tantũ 27. Martij 1640. die 31. Auguſti 1646. de qua Iacob. Pignatel. conſult. canon.435. ad tradita per Homobon. de examin. Eccleſiaſt. tract.11. cap.12. ſuppoſ.3. verſ. & omnes fideles par.2. fol. mihi 305. faciunt latè tradita per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub. 10. ſect.12. tit. difficultates eorumque ſolutiones, per tot. & ſignanter num.15. tom.2.*

45 Licet quando non agitur ad correctionem ad vltrices pœnas contrarium videtur ſenſiſſe eadem *Sac. Congregatio Immunit.* dum cenſuit in vna *Mutinen. die 18. Februarij 1631.* Curatum, qui poſt delictum commiſſum confugiat ad domum propriam Parochialem gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & in alia *Ariminen die 2. Maij 1661. inſtante Io: Paulo Bondino Archipresbytero Sac. Congr. &c.* cenſuit Oratorem captum pro debito in propria domo Parochiali gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica, & ideo reſtituendum, *vt in regeſt. eiuſdem Congr. fol.331. à tergo.*

46 Ob correctionem autem annuente S. Pontifice aliquando datur facultas extrahendi reum incorrigibilem è loco immuni, *vt in vna Florentina cenſuit S. Congregatio Immunitatis* in hanc formam *concedatur facultas Archiepiſcopo, vt ad inſtantiam Patris extrahere poſſit filium incorrigibilem dicti Oratoris, & in carceribus retineri arbitrio Sac. Congregationis pro vt Sanctiſſimus annuit die 4. Aprilis 1656.* & alias ſæpe.

47 Immo etiam ſi ageretur ad vltrices pœnas, nihilominus in caſu alicuius atrociſſimi delicti facto verbo cum Sanctiſsimo, eoque annuente deueniri poteſt ad delinquentis extractionem, pro vt ſeruatum fuit in caſu cuiuſdam Religioſi degentis in quadam Abbatia Seracoſanæ Diœceſis, qui vitio carnis æſtuans, incorrigibiliter per longum tempus maximo ſæcularium ſcandolo cum quadam fœmina concubinarium commercium retinebat, animaduertens Prior, ſeu Superior in Religioſi inſordeſcentiam, ſalutare remedium exiſtimanit illum è Conuentu, & familia remoueri, pro vt remotus fuit; occaſione tamen Regularis viſitationis, curauit cum Patre Generali Viſitatore redire ad dictam Abbatiam, vt denuo de fami-

familia ibidem collocaretur cumque ſuadebat Viſitator præfato Priori, vt illum reciperet, & ille recuſabat ob prædictam cauſam, dictus Religioſus egre ferens Prioris repugnantiam, eundem diabolico ſpiritu ductus ſtilletto, quod geſtabat tranſuerberauit, & necauit, perpetrato flagitio fugam arripuit, & ad Eccleſiam intus eandem Leontinorum Ciuitatem confugit tranſmiſſa interim ab Epiſcopo Siracuſano, huius ſceleris relatione Sanctiſsimo, *Sacra Congregatio Immunitatis ſub die 5. Maij* 1652. propoſito dubio, an gaudere deberet immunitate Eccleſiæ, *ceaſan Fratrem Gulielmum Oratorem gaudere debere priuilegiu Immunitatis Eccleſiæ, ſed attenta qualitate dilictorum agendam cum Sanctiſſimo pro facultate illum extrahendi per Epiſcopum, qui conficiat proceſſum ſeruatis, ſeruandis ad effectum declarandi aa gaudere debeat Immunitate Eccleſiaſtica, Sanctitas Sua annuit reſolutioni Sac. Congregationis circa facultatem extrahendi, & proceſſum fabricandi.*

Videbatur igitur in caſu noſtro iuxta formam ſuptadicti decreti agendum eſſe, etenim homicidium de quo agitur, licet fuerit commiſſum à Religioſo in perſonam alterius Religioſi, qui nullam habebat cauſam præcauendi, vnde reſul-
48 tat qualitas proditionis expreſſe exceptæ in Bulla Gregoriana, ad effectum non gaudendi immunitate Eccleſiæ, tamen cum euenerit calore iracundiæ ſubortæ ex improuiſa rixa habita paulo ante cum germano Fratre Religioſi occiſi, excluditur proditio, nec circumſtantia vindictæ tranſuerſalis ita qualificat delictum, vt immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegio veniat priuandus, tamquam caſus non exceptus in Bulla.

49 Nec infringit delictum patratum fuiſſe intra clauſtra Monaſterij, quia in eadem Bulla excipitur tantum homicidium, vel membri mutilatio commiſſa in Eccleſia, eiuſque cæmeterio, cuius nomine non veniunt Clauſtra Monaſterij ſecun-
50 dum aliquos, ſed nimis laxe, nec Eccleſiæ adhærentia, pro vt in odioſis, & quando agitur de excludenda immunitate Eccleſiaſtica, Eccleſiæ no-
51 mine neque veniunt ſcalæ, tectum, atrium, portę, vt ſi quis occidat aliquem in vno ex dictis locis, & poſtea ad Eccleſiam confugiat gaudet eius immunitate, cum delictum ex tenore Gregorianæ conſtitutionis habeatur tamquam commiſſum extra Eccleſiam, *Megala in 3. par. cap. 2. quæſt. 1. num. 17. Aloyſius Ric. par. 3. deciſ. 250. per tot. Peregr. in tract. de immunit. Eccleſ. cap. 6. nu. 32. Diana par. 3. reſol. moral. tract. 1. tit. de immunit. Eccleſ. reſol. 39. & par. 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 7. Paritar etiam* reprobato *Angela de Caſtro, & Deciano*, qui ſcripſerunt ante Bullam licet etiam *Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. quæſt. 28. num. 56. feratur in contrariam ſententiam, & ita in vna Panormitana immunitatis Eccleſiæ vſque de anno 1597. declaraſſe Clementem VIII. teſtatur.*

52 Vltra quod occidens in Eccleſia non apenſate, & ex propoſito, ſed per accidens, & ex pura rixa, maxime prouocatus gaudet immunitate, & ita fuiſſe Romæ deciſum de anno 1639. occaſione cuiuſdam homicidij facti in Eccleſia S. Ioannis Laterani ſuborti ex improuiſa rixa refert *Diana reſol. moral. par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 7. §. ſed quid dicendum pro vt etiam refertur à Sperel. deciſ. 59. num. 36. & 37. tom. 1. & late Vermigliol. qui in dicta caſa ſcripſit conſ. crim. 103. num. 4. Farinac. de immunit. Eccleſ. num. 240.* vbi hanc ſententiam crebriorem, & ſequendam profitetur, & docet idem *Diana reſol. moral. par. 1. tract. 1. reſol. 11. & par. 4. tract. 1. reſol 107. & ita ſape in prax. fuiſſe receptum teſtatur Azeuet. de conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. leg. 3. num. 28. & 29. Remig. de Gon. de immunit. Eccleſ. in 3. Fallen. num. 3. Tabien. in ſum. in verbo immunitas num. 10. ad fin. verſ. & quid ſi commiſit Roſel. in verbo immunitas lib. 2. num. 2. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num. 4. verſ. & quamuis, & num. 6. vſque ad 13. Giurba conſ. 30. num. 22. & cauſ. 90. num. 23. Bobadilla in ſua Politica lib. 2. cap. 14. num. 25. & 26. Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 5. 24. & 25. Nouar. in ſumm. Bullar. tit. de immunit. Eccleſ. num. 58. Taſch. verb. Eccleſia concluſ. 11. num. 13. & 14. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. ſub num. 4. ſeſſe deciſ. Aragon. 141. num. 8. & 9.* vnde communi.

53 Non tamen deſunt, qui in contrariam feruntur ſententiam, & quia quis puniri debet in quo deliquit, & Pontifex in Bulla abſque vlla exceptione, diſtinctione, aut limitatione abſolute aſſerit, mutilantes aut occidentes in Eccleſia non gaudere eius immunitate, ac proinde cum generaliter loquatur generaliter intelligi debet, vt docent *Caſtus Palaus in oper. moral. 2. diſ. vnica de immunit. Eccleſ. punct. 9. num. 12. qui citat. Suar. Bonacin. Nouar. Clar. German. & tradunt aly relati per Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 54. & 55. & de immunit. cap. 16. n. 236.*

54 Cæterum quando Religioſus veneno in ferculum occideret ſuum Superiorem inſiſtentem diſciplinæ regulari committit homicidium proditorium, tum ex parte occiſi, quia non potuit hoc præcauere, tum ex parte occidentis, quia Religioſa, & fraterna correctio Superioris, & reſtauratio diſciplinæ regularis non poteſt præbere cauſam præcedentis inimicitiæ, quæ valeat occiſorem excuſare à proditione, & ita declaraſſe *Sac. Congreg. Immunit. die 24. Nouembris 1651. contra Religioſum conuerſum refert Pignatel. conſult. canon. 173. num. 5.*

SVMMARIVM.

2 Regulares licet olim ſubiciebantur iuriſdictioni Epiſcoporum, ſecus hodie ex priuilegijs Summorum Pontificum 2.

3 Debent in locis vbi degunt ſibi eligere conſeruatores, eorumque nomine intra menſem locorum Ordinarijs indicare, alias coram ipſis Ordinarijs conueniri poſſunt. Ampliat. vs num. 6. & 7.

4 Epiſcopus procedere velet in cauſie Regularium vel Sedis Apoſtolicæ delegatus in locis vbi non habent proprium Iudicem.

5 Conſeruatores regularium ſi non eligantur cum qualitatibus requiſitis in Conſtitutionibus Clemenſis VIII. & Gregorij XV. ſubiciuntur Ordinarijs quo ad eorum cauſes.

6 Eorum facultas ſe extendit per tres dietas.

7 Regulares quandocumque poſſunt deuenire ad electionem conſeruatorum ſeruata forma conſtitutionis Gregorij XV.

8 Conueniendi ſunt coram Conſeruatoribus, ſecus vero ſi ſint actores.

Si inter Ordinarium, & Conſeruatorem oriatur controuerſie ſuper competentie quomodo terminanda ibidem.

9 Regulares extra clauſtra degentes conueniri poſſunt co-

ram

ram Ordinarijs licet habeant Conſeruatores declara vt num. 10.

11 Non poſſunt imprimere libros ſine Ordinarij approbatione.

12 Non poſſunt conciones habere extra eorum Eccleſias ſine licentia Ordinarij, eiuſque benedictione petita in eorum Eccleſijs, alias poſſunt ab eodem puniri 14.

13 Poteſt Epiſcopus concionare volentes examinare.

15 Subijciuntur Epiſcopis in eis omnibus, quæ ſunt ordinis.

16 Poteſt Epiſcopus ordinare Nouitium.

17 Regulares ſubijciuntur Epiſcopo quo ad curam animarum vnde poteſt viſitare Eccleſias curatas Monaſterio vnitas, & perſonas, etiam per vim ſi reſiſtant. Amp. vt num. 18. declara vt num. 22.

19 Limit. vt Regulares exempti, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit non ſubijciuntur Epiſcopis.

20 Altaria Eccleſiarum Regularium quibus non incumbit curæ animarum Epiſcopus non poteſt viſitare.

21 Epiſcopus non poteſt reſtringere priuilegia Regularium quo ad adminiſtrationem Sacramentorum.

23 Curatus Regularis niſi ex cauſa legitima ab Epiſcopo remoueri poteſt.

24 Regulares approbari debent ab Epiſcopo pro audiendis Sacramentalibus confeſſionibus.

25 Semel tamen approbati iterum examinari nequeunt, niſi à ſucceſſore.

26 Et ſuſpendi non poſſunt niſi ex noua cauſa.

27 Confeſſiones Regularium Regulares approbati ſolum à ſuis Superioribus audire poſſunt.

Equites Hieroſolymitani poſſunt confiteri cum Religioſo Regulari approbato tantum à ſuo Superiore ibidem.

28 Confeſſores Monialium ſub cura Regularium exiſtentium non ſunt examinandi ab Epiſcopo, ſecus vigore conſtitutionis Gregorij XV. 29. & 30. Etiam ſi ſint approbati ad audiendas confeſſiones ſæcularium 31.

32 Confeſſores extraordinarij Monialium toties ſunt approbandi quoties deputantur 33.

34 Confeſſores Monialium ex iuſta cauſa poſſunt ab Epiſcopis remoueri facere à ſuis Superioribus Regularibus, cui non tenetur cauſam ſignificare.

35 Regulares ſubijciuntur Epiſcopis quo ad controuerſias de præcedentia.

36 Epiſcopus in cauſis præcedentiæ procedere poteſt de pleno.

37 Controuerſiæ de præcedentia terminandæ ſunt iuxta conſtitutionem Gregorij XIII.

38 Præcedentia inter Regulares quomodo ſeruanda.

39 Regulares compelli poſſunt ab Epiſcopo ad accedendum ad proceſſiones etiam ſub cenſuris. Contrarium nu. 40.

41 Regulares, qui non tenentur accedere ad publicas proceſſiones enumerantur, & num. 42. 43. 44. 47.

45 Ad quas proceſſiones accedere teneantur 46. 48.

49 Non poſſunt Regulares circumferre proceſſiones ſine Epiſcopi licentia extra Conuentum. Sed tantum circa clauſtra. Contrarium 50.

51 Cenſuræ, & interdicta ab Epiſcopo promulgata publicari, & ſeruari debent à Regularibus.

52 Epiſcopi debent ſe abſtinere in publicando nouas feſtiuitates

53 Epiſcopi non poſſunt Regularibus aliquid percipi, per quod prohibeatur obſeruantia eorum ritus.

54 Regulares in cauſis nullitatis profeſſionis ſubijciuntur Ordinarijs, vna cum Superioribus.

55 Epiſcopus poteſt compellere Regulares ad reſtituendum Nouitijs egredi volentibus omnia bona delata.

56 Poteſt capere Regulares de fuga ſuſpectos ad effectum remittendi ad competentem.

57 Epiſcopus in locis exemptis ſuæ Diœceſis poteſt facere ſolemnes benedictiones, & diuina celebrare.

58 Regulares per viam violentiæ poſſunt habere recurſum ad Ordinarium ſi facile haberi nequeat ad Papam, ſeu Superiorem.

59 Ordinarius remouere facere poteſt proſpectum in Clauſuram Regularium, & non eorum Conſeruatores.

60 Epiſcopo ſubijciuntur Moniales etiam Regularibus ſubiectæ circa aperitionem oſtij clauſuræ, acceſſum, colloquia, & imponere pœnas etiam excommunicationis.

61 Regulares non poſſunt exponere Sanctiſſimum Sacramentum ſine Ordinarij licentia.

62 Abſente Parocho poſſunt adminiſtrare Euchariſtiam.

63 Adminiſtrantes Sacramenta abſque licentia Parochi excommunicari poſſunt ab Epiſcopo.

64 Confeſſarij Regulares approbati poſſunt audire ægrotantium confeſſiones in proprijs illorum domibus ſine licentia Parochi.

65 Epiſcopus mandari poteſt vt euitentur Regulares notorie excommunicatos.

ADNOTATIO I.

Regulares in Ciuilibus, & coram quibus conueniri debeant.

1 Licet olim attenta diſpoſitione iuris communis Monachi, & Regulares Epiſcopi iuriſdictioni ſubijciebantur, pro vt Monaſteria & Religioſæ domus in Epiſcoporum Diœceſarum ditione extructa, ſitaque reperiebantur, ita vt ex ipſo iure communi Epiſcopi intentionem fundatam habeant tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra Abbates, & Regulares, perinde ac ſi eorum Generalis vices fungeretur, *cap. qui vere 16. quæſt. 1. cap. viduitatis 27. quæſt. 1. cap. Abbates 18. quæſt. 2. gloſ. in cap. quanto in verbo Prælati de offic. ordinar. & tradunt Abbas, & communiter ſcribentes in cap. porrectum de regular. Fr. Emanuel. quæſt. Regular. tom. 2. quæſt 63. art. 1. & 3. vtrobique in prin. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 23. cum alijs relatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 1. & 2. Capella Tholoſan. deciſ. 308. Guid. Pap. deciſ. 559. Rot. deciſ. 78. num. 1. par. 1. diuerſ.*

2 Hodie tamen attentis Summorum Pontificum priuilegijs Regulares ſunt exempti ab Ordinariorum iuriſdictione per priuilegiorum communicationem, quatenus non ſint directa, ſed particulari ordini ſint elargita, ita quod Regularium Superiores ea omnia exercere poſſint in ſuos, quæ poſſunt Epiſcopi in eorum ſubditos, tamquam in eiſdem tranſlata iuriſdictio quaſi Epiſcopalis, iuxta receptam *gloſ. in Clement. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. in verbo proprij Nauar. conſ. 23. de priuileg. in nouis Chochier in tract. de iuriſdict. ordinar. in exemptos par. 1. quæſt. 17. n. 9. & 25. late Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. à n. 3. vſque ad 14. late Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 1. per tot. tom. 2. & dub. 7.* vbi ampliat procedere licet Epiſcopus ſit in poſſeſſione cognoſcendi Regulares, cum non poſſint eorum priuilegijs renunciare.

3 Propterea Regulares omnes in Ciuitatibus in quibus degunt Conſeruatores ſibi eligere debent, coram quibus conueniantur, ac ſemel electos, non niſi in Capitulis prouincialibus mutari poſſunt, eorumque nomina intra menſem locorum ordinarijs indicare tenentur, alioquin coram ipſis ordinarijs conueniri poſſunt, vt deciſum refert *Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. num. 43. relat. per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. num. 3.*

4 Quando vero in loco vbi extant Regularium ſed exemptorum Monaſteria, non reperiatur Iudex, qui poſſit exemptorum cauſas cognoſcere, tunc Epiſcopus tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus procedere valet contra exemptos, ne delicta remaneant impunita, ſecus vero vbi adeſt Iudex ſpecialiter deputatus, *Guttier. lib. 3. pract. quæſt. 10. ſub num. 2. Lotterus de re benef. lib. 1. quæſt. 25. num. 25. & 54. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. num. 8.*

5 In Conſeruatores autem eligi, nominari, niſi qui habeant qualitates deſcriptas,& requiſitas in conſtitutionibus *Boniſacij Papæ VIII. & Innocen. IV. relati in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* innouat in Conſtitutionibus *Clementis VIII. & Gregorij XV.* quas refert de verbo ad verbum *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 106. *num.* 54. & 55. vbi quod huiuſmodi Conſeruatores eligendi, debeant eſſe Eccleſiaſtica dignitate præditi, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici, & quod ipſa electio non niſi in Concilijs prouincialibus, aut Diœceſanis fieri poſsit, & electio aliter facta, cum nullius roboris, & momenti ſit, iuriſdictio ordinarij in exemptos de iure communi competens non remanet in ſuſpenſo per dictam electionem, ſed in ſuo robore non tam quo ad potentiam, ſeu habitualem facultatem, ſed etiam quo ad exercitium in exemptos.

6 Et quoniam Conſeruatorum Regularium priuilegia *ex diſpoſitione Pij V.* extendantur ad tres dietas, & ſic habere poſſunt iuriſdictionem intra limites diuerſorum Epiſcopatuum, propterea ex tenore conſtitutionis *Gregorij XIII.* tenentur dicti Conſeruatores, & Regulares notificare huiuſmodi electionem, & deputationem Conſeruatorum non ſolum ordinario loci principalis vbi ſitum eſt Monaſterium exemptorum, verum etiã alijs ordinarijs, in quorum Diœceſis tractu ſe extendit eorum facultas, ſeu iuriſdictio, & ita reſolutum fuiſſe *ſub die* 11. *Iulij* 1620. *teſtatur Aldau. in compend. canon. reſol. lib. 4. tit. 8. num. 11. relat. per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. num. 3. verſ. ſeruatorum Regularium.*

7 Si autem Regulares in tempore à Gregoriana conſtitutione præfixo Conſeruatores eligere neglexerint, nihilominus dicto tempore elapſo poſſunt deuenire quandocunque ad huiuſmodi electionem, ſeruata forma conſtitutionis Gregorij XV. vt deciſum refert *Fel. in ſelect. canon. cap. 12. num. 7. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. num. 7.*

8 Regulares igitur coram eorum Conſeruatoribus conueniri, & trahi debent, ſed alios conuenire, trahere, ſeu retrahere non poſſunt ita vt memorati Conſeruatores in cauſis in quibus Regulares, & alij actores fuerint nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantum, in quibus rei extiterint, nec extra Ciuitates, ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere præſumere non debent, ſi autem inter Conſeruatores, & ordinarios controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis oriatur, non eſt procedendum donec per arbitros in forma iuris electos ſuper iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum, vt expreſſe cauetur in eadem *conſtitutione Gregorij XV. verſ. ſi qua vero.*

9 Limit. tamen ſupradicta, quod in cauſis mercedis, & miſerabilium perſonarum Regulares debitores extra Monaſteria degentes poſſunt ab Ordinario loci tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato cogi, & compelli ad ſoluendum debitum, quamuis certum Iudicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, vt expreſsè ſanciuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap.* 14. & tradunt *DD. relati per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 105. *num.* 21. & 22. Secus verò ſi intra Monaſteria maneant, nam tunc pro contractibus, & debitis conueniendi ſunt coram Superioribus ſuis vel Conſeruatoribus, non autem coram Ordinarijs, aut alibi, & ita *à Sacra Congregatione deciſum fuiſſe ex Narbona refert Barboſa in Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. num. 2.*

10 Sublim. vt procedat, quando exemptionis priuilegium eſt certo loco circumſcriptum, itavt extra illum ſic exemptus contrahens, vel delinquens coram loci Ordinario conueniri poſſit, ſecus verò ſi exemptio non ſit circumſcripta loco, ſed ſit ratione perſonarum, nam tunc vbicumque exemptus contraxerit, vel res ſita ſit, vel delictum commiſerit minimè coram Ordinarijs conueniri poteſt, cum exemptio ſequatur perſonam vbicumque exiſtat, nec in Conſtitutione Innoc. IV. *relat. in cap. 1. de priuil. in 6.* huiuſmodi Regulares comprehenduntur, *Sanchez in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 5. num. 10. Fr. Eman. quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 63. art. 2. & 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 23. & in Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14 num. 9.*

11 Limit. 2. vt Regulares non poſſunt imprimere, vel imprimere facere libros niſi prius approbati præuio examine ab Ordinario fuerint ſub pœna anathematis, alijſque impoſitis *in Concilio Lateranen. ſeſſ. 10. de impreſſione librorum, & colligitur ex Concil. Trident. ſeſſ. 4. in decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 24.*

12 Limit. 3. quod etiam Regulares ſubijciantur Epiſcopi Iuriſdictioni, quoad Verbi Dei prædicationem, nam extra eorum Eccleſias ſine Epiſcopi licentia, & ſuorum Superiorum Sacras Conciones habere non poſſunt; in eorum vero Eccleſijs præuia approbatione, & licentia ſuorum ſuperiorum ſe coram Epiſcopo præſentare, & ab eo benedictionem petere tenentur, ita diſponente *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. ibique Barboſ. num. 18. & ſeq.*

13 Regulares igitur prædicare volentes in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui ordinis poteſt Epiſcopus examinare, & ſic fuiſſe reſolutum per Sacram Congregationem refert *Aldan. in compend. canon. deciſ. lib. 1. tit. 4. num. 10. relat. per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. ſub num. 20.*

14 Quod ſi Regulares temerario auſu non impetrata priùs ab Epiſcopo licentia, vel benedictione prædicare attentauerint, ab Epiſcopo puniri poſſunt, vt expreſsè cauetur in Conſtitutione *Gregorij XV. Incipi ineſcrutobili ſub datum 9. Februarij* 1622. ibi, *Ac demum habeant Epiſcopi auctoritatem coercendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam Sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſijs ſuis, aut ſuorum ordinum non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint*, & illos coercere, & punire poſſe etiam cenſuris Eccleſiaſticis fuit declaratum per Vrbanum VIII. in quadam Conſtitutione in forma Breuis directa Epiſcopo Giennen. *ſub datum 30. Ianuarij* 1629. de qua *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de reform. num. 22.* licet ſecus credat vigore diſpoſitionis Sacri Concilij in *dicto cap. 2.* vt in num. antecedenti.

15 Limit. 4. vt Regulares omnes etiam exempti

ſubij-

ſubijciantur Epiſcopis, in eis omnibus, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, nempè in petitione Chriſmatis, & conſecrationis Eccleſiarum, *Barboſ. de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.*105.*nu.*65. prout etiam quoad ordines ſuſcipiendos, ita vt promoueri debent ab Epiſcopo loci, vbi degunt, vel ab alio eius accedente aſſenſu præcedentibus tamen literis dimiſſorijs ſui Superioris. *Portel. in dub. Regular.in verbo ordines Sacri num.*3. *Lezana in ſumma quæſt.Regular.cap.*14.*num.*2.*Roder.in compend.quæſt. Regular.reſol.*106.*nu.*15.*Leo in Theſaur. for.Eccleſ. par.*1.*cap.*4.*nu.*36.*Homobon.de bonis de examine Eccleſiaſt.par.*1.*tract.*2.*cap.*1.*quæſt.*2.*in fin. Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop. alleg.*4.*à num.*69.*cum ſeq.& alleg.*105.*num.*37.*& in Concil.Trident.ſeſſ.*23.*de re-*
16 *form.cap.*8.*nu.*28.*& num.*30. vbi docet poſſe Epiſcopum infra annum probationis ordinare Nouitium alibi natum, ſi in eius Diæceſi moretur.

17 Limit.5. vt Regulares etiam Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ſubijciantur Epiſcopo, quoad exercitium curæ animarum, quatenus ab eiſdem exerceatur, vnde curatæ Eccleſiæ ſi ſint vnitæ Monaſterijs poſſunt Ordinarij locorum viſitare iuxta diſpoſitionem *Sac.Conc.Trid. ſeſſ.*7.*de reform.cap.*7.*& ſeſſ.*25.*de Regul.cap.*11.*& ita deciſum refert Garz. de benef. par.*11.*cap.*3.*num.*15. & non ſolum viſitare poteſt ipſas Eccleſias, ſcilicet Tabernaculum, vbi aſſeruatur Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, Baptiſterium, & ſimilia concernentia animarum curam, non obſtante exemptione, quam etiam perſonas exercentes ipſam curam animarum in eiſdem Monaſterijs Regularium, & ita reſolutum refert *Aldan.in compend.canon.reſol.lib.*3.*tit.*2.*nu.*7. *Armendar.in addit. ad recomp.legum Nauarræ lib.*1.*tit.*6.*lib.*5. §.2.*nu.*6. *Barboſ.in Concil.Trid.ſeſs.*7.*de reform.cap.*7.*à nu.*2. *vſque ad* 14.*& de offic.& poteſt. Epiſcop. alleg.*105. *num.*28.*& latius alleg.*74.*à num.*14.*& num.*18.*& in idem Concil. Trid. ſeſs.*25. *de Regular.cap.*11.*à num.*2.*vſque ad num.*7.*& num.*14.15.*&* 16. vbi licere Epiſcopis frangere oſtia, & vim inferre, ſi dum ipſi ingredi vellent Monaſteria Regularium exempta Regulares renuant oſtia claudendo, ita vt Epiſcopus poſſit eoſdem excommunicare etiã non adhibitis monitionibus in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ pro defenſione ſuorum iurium, *vt ſubdit num.*17.*Genuen.in prax.Archiepiſcopal.Neapol.cap.*18.*Ciarlin.controuerſ.forenſ. lib.*1. *cap.*65.*num.*11.*&* 12. *Tamburin. de iure Abbatiſſar. diſ.*17.*quæſt.*3.*num.*4.*Puteus de viſitat. lib.*2. *cap.*16. *poſt nu.*1.*Franc.Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt.par.*1. *cap.*8.*num.*20.

18 Et quamuis Vicarij perpetui, & temporales non poſſint ab Ordinario poni in Monaſterijs, quibus imminet cura animarum, ſed tantum ab eorum Superioribus, prænio tamen examine ipſius Ordinarij, & de eius licentia deputatus exercere debet curam, & Sacramenta miniſtrare, ita vt in ijs, quæ huiuſmodi curam, ſeù adminiſtrationem concernunt omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Diœceſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati plenè in omnibus ſubijciatur, vt expreſsè cauetur in Conſtitutione *Gregorij XV.de exemptor.priuileg.incip.Inſcrutabili ſub datum Nonis Februarij* 1622. ibi, *hac generali ac perpetua, de qua Barboſ. in Concil. Trid. ſeſs.*25.*de Regular.cap.*11.*num.*10.*iuncto num.*18.*&* 24. *refert deciſum Piaſec.in prax.Epiſcopal.par.*2.*cap.* 3.*nu.*46.*et nouiſſimè Fr.Aug.à Lantuſca in Theat.Regular.in verbo Regularis num.*12.

19 Sublim. vt dicta Conſtitutio Gregorij XV. ſit practicanda iuxta declarationes, & Decreta emanata ſuper ſupradicta Conſtitutione per Sacram Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini interpretum ab Vrbano VIII. approbata, & in Typographia Ren. Cam. Apoſtolicæ impreſſa de anno 1623. infraſcripti tenoris videlicet. *Eam nequaquam ſubijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit, Epiſcoporum iuriſdictioni, in ijs, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cum in Sacramentis perſonis Sæcularibus adminiſtrandis, ijdem Regulares delinquunt.*

20 *Epiſcopis non licere in vim eiuſdem Conſtitutionis viſitare altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum Sæcularium, nec loca, vbi in eiſdem Eccleſijs aſſeruatur Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum Sæcularium audiuntur.*

21 *In vim illius Conſtitutionis non poſſe Epiſcopum Regularibus præſcribere, vt certis tantum in locis, aut temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel alias eorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari, quod ſi aliunde Epiſcopis huiuſmodi facultas competat, illam non fuiſſe ab eadem Conſtitutione ſublatam*, quæ decreta referuntur etiam *à Barboſ in Concil.Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular.cap.*11.*num.*19.*et* 20. *et à Tamburin.de iur. Abbat.to.*1.*diſp.*5.*q.*11.*n.*47.

22 Sublim.2. vt huiuſmodi facultas data Ordinarijs viſitandi perſonas exemptas exercentes curã animarum in Monaſterijs virorum, ac mulierum intelligatur data cumulatiuè, non autem priuatiuè, ad eam, quæ competit Abbati, & alijs Superioribus Regularibus, *Barboſ.in Concil.Trident. ſeſs.* 25. *de Regular. cap.*11. *num.* 25. *vbi ita dixiſſe Rota in Piſcien. Iuriſdictionis* 15. *Iunij* 1593. *coram Penia.*

23 Sublim.3. vt Vicarius deputatus ad exercendam curam animarum à ſuis Superioribus, & ab Epiſcopo approbatus, licet eidem ſubijciatur, quoad exercitium curæ, non tamen ab eodem remoueri poteſt, niſi ex cauſa legitima, & approbata, ſed à ſuis Abbatibus, & Superioribus deueniendum eſt ad huiuſmodi remotionem, vt ex *Steph.Daluin.et Sbroz de Offic.Vicar.lib.*2.*quæſt.*111. *num.*9.*et* 10.*refert Barboſ.in Concil.Trid.ſeſs.*25. *de Regular.cap.*11.*num.*29.

24 Limit.6. vt Regulares ſubijciantur Epiſcopo, quoad exercitium Sacramenti pœnitentię, ſine cuius approbatione in Diæceſi, vbi inhabitant interdictum eſt audire Chriſtifidelium confeſſiones non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemorabili *iuxta Concil.Trident.ſeſſ.*23. *de reform. cap.*15. ſub cuius Decreti diſpoſitione comprehenduntur quoque Prælati, Religionum, vt reſoluunt *Suar. tom.*4.*diſ.*38.*ſect.*4.*num.*21.*Fr.Eman. in Bulla Cruciat.*§.9.*dub.*1.*num.*4.*cum alijs relat. per Barboſ.in Concil.Trid.dicta cap.*15. *num.*6.*et* 8. vbi quod etiam Ieſuitæ debent ab Ordinario approbari, & latè *de offic.et poteſt. Epiſcop.alleg.*35.*n.*24. *cum plurib. ſeqq.* vbi ita etiam ſtatutum fuiſſe à

Leo.

Leone X. in Concilio Lateranenſi, et à Pio V. de anno
1571. et Idibus Auguſti, vbi expreſsè cauetur diſ-
poſitionem Concilij Tridentini de approbatione
Regularium ab Ordinario facienda in audiendis
confeſſionibus Sæcularium obſeruari debere etiã
in omnibus Regularibus quorumuis Ordinum,
etiam Mendicantium, quamuis ſint Lectores,
25 Theologi, graduati, & ad audiendas confeſſio-
nes ſæcularium à ſuis Superioribus expoſiti, ſed
ſi ſemel ab Epiſcopo in Diœceſi ſua approbati
fuerint, iterum examinari non poſſunt, ab Epi-
ſcopo tamen ſucceſſore pro maiori ſuæ conſcien-
tiæ quiete iterum examinari poſſunt, & hanc Pij
Conſtitutionem per reductionem priuilegiorum
Regularium ad terminos Concil. Trid. factam
per Gregorium XIII. non fuiſſe reuocatam, de-
clarauit Sac. Congregatio, vt refert *Barboſ. de of-*
fic. et poteſt. Epiſcop. alleg. 25. num. 27. 28. et 29. vbi
quod neque etiam per Sac. Concil. Trid. reuocata
fuit forma data *in Clement. dudum de ſepult. et in*
Concil. Trid. ſeſs 23. de reform. cap. 15. num. 16. vbi
alios allegat, et nu. 43. et 44.

26 Prout etiam, neque Ordinarij poſſunt ſuſpen-
dere, Confeſſarios Regulares ſemel ab ipſis ap-
probatos, & auferre facultatem audiendi confeſ-
ſiones ſine noua cauſa, quæ ad confeſſiones ipſas
pertineat, vel ob non ſeruatum interdictum ab
ipſis Ordinarijs poſitum, multoque minùs adi-
mere poſſunt hanc facultatem audiendi confeſ-
ſiones omnibus ſimul vnius Conuentus Regula-
ribus Confeſſarijs Sacra Congregatione incon-
ſulta, ita decreuit *Sacra Congregatio Cardinalium*
negotijs Epiſcoporum, et Regularium præpoſitorum,
ſub die 20. Nouembris 1615 cuius reſolutionis te-
nor refertur ab eodem *Barboſ dicta alleg. 25. nu. 30.*
& à Fr. Angelo Lantuſca in ſuo Theatro Regularium
in verbo Confeſſarius num. 11. & ita etiam reſcri-
ptum fuiſſe ab Vrbano VIII. Eminentiſs. Card. de
Sundoual Eccleſiæ Giennen. Præſuli die 30. Ia-
nuarij 1629. & ſub eadem data etiam Epiſcopo
Corduben. refert idem *Barboſa in Concil. Trident.*
ſeſs. 23. de reform. cap. 15 num. 45. 46. & 48. & ita pa-
riter à Sacra Congregatione deciſum refert Aldan. in
compend. canonic. reſol. lib. 1. tit. 13. nu. 5. in vna Orio-
len. 10. Auguſti 1630.

27 Sublim. non procedere quoad audiendas con-
feſſiones ipſorum Regularium, cum ad hunc effe-
ctum exuberet proprij ſuperioris Regularis ap-
probatio, cum mens Concilij fuerit circa Regu-
lares nihil in hoc innouare, ſed eos curæ ſuorum
prælatorum relinquere, *Lezana in ſumm. quæſt. Re-*
gular. cap. 18. num. 27. Ioan. Sane. in ſelect. diſ. 49. nu. 2.
Vaſquez de pœnit. quæſt. 93. art. 3. dub. 3. nu. 5. Homo-
bon. de bonis de exam. Eccleſiaſt. par. 1. tract. 5. cap. 2.
quæſt. 12. cum alijs congeſtis à Barboſa in Concil. Trid.
ſeſs. 23. de reform. cap. 15. num. 9. & 10. vbi quod
Equites Hieroſolymitani poſſint confiteri cum
Regulari Sacerdote à ſuperiore tantum ſuo ap-
probato, pro vt etiam poſſunt Clerici Ordinum
Militiarum Sancti Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ,
& alijs in Communitate, & in Clauſura viuant
auſcultare confeſſiones aliorum virorum ſub ea-
dem clauſura viuentium abſque Epiſcopi appro-
batione.

28 Sublim. 2. vt neque requiratur approbatio Or-
dinarij quoad Confeſſarium Monialium Regula-
ribus ſubiectis, & non ipſis Epiſcopis, ſed ſuffi-
cit tantum approbatio, & deputatio ſui Supe-
rioris Regularis, *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 13.*
cap. 9. quæſt. 2. verſ. quæres an Confeſſarij, Sorb. in ſuis
adnotat. ad compendium Mendicantium verſ. Monia-
les, verſ. quod præter Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.
alleg. 25. num. 47. & 48. & in Concil. Trident. ſeſs. 25.
de Regul. & Monial. cap. 10. n. 4. 5. & 6.

29 Sed quidquid ſit de iure hodie contrarium
ſeruari debet vigore Conſtitutionis *Greg. XV. de*
exemptorum priuilegijs, incip. *Inſcrutabili ſub da-*
tum nonis Februarij 1622. ibi, *Confeſsor vero ſiue*
Regulares, ſiue Sæculares quomodocunque exempti,
tàm Ordinarij, quàm extraordinarij ad Confeſſiones
Monialium etiam Regularibus ſubiectarum audiendas
nullatenus deputari valent; niſi priùs ab Epiſcopo
Diœceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ
gratis concedatur obtineant, liceatque Epiſcopis, &
rationabili cauſa ſuperiores Regulares admonere, &
eiuſmodi Confeſsores admoneant, uſque ſuperioribus
id facere detrectantibus, aut negligentibus habeat Epi-
ſcopus facultatem prædictos Confeſsores amonendi,
quoties & quando opus eſse iudicauerit.

30 Super qua Conſtitutione inter alias declara-
tiones, Vrbano VIII. approbante, quas S. Con-
gregatio edidit, & Typis Cameralibus imprimi
iuſſit de anno 1623. habetur.

Confeſsores extraordinarios Monialium nullatenus
poſſe poſt conſtitutionem illarum confeſſiones audire, niſi
priùs ab Epiſcopo Diœceſano, idonei iudicentur, &
approbentur &c.

31 *Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad*
confeſſiones perſonarum ſæcularium, nequaquam cen-
ſeri approbatas ad audiendas confeſſiones Monialium
ſibi ſubiectorum, ſed egere quood hoc ſpeciali Epiſcopi
approbatione.

32 *Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque*
approbatos ab Epiſcopo ad Monialium confeſſiones pro
vna vice audiendas, haud poſſe pluries in vim appro-
bationis eiuſmodi illarum confeſſiones audire, ſed ab
33 *Epiſcopo toties eſſe approbandos, quoties caſus depu-*
tationis contingerit.

34 *Epiſcopum cui licet ex rationabili cauſa iuxta di-*
ctam conſtitutionem ſuperiores Regulares admonere,
vt amoneant confeſſores Monialium, atque adminiſtra-
tores bonorum ad earundem Monialium Monaſteria
pertinentium, uſque ſuperioribus id facere detrectan-
tibus, habeatque facultatem prædictos Confeſſarios, &
adminiſtratores amouendi, quoties & quando opus eſſe
iudicauerit, non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare ſu-
perioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, &
prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientia Sac. Con-
gregatio ſeriò onerauit. Quæ Decreta referuntur à
Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 10.
num. 8. & plurib. ſeqq. de qua etiam *Fr. Angelus de*
Lantuſca in ſuo Theatro Regularium in verbo Con-
feſſarius num. 14. & habetur in Bullar. to. 3. pag. 296.

35 Limit. 7. vt Regulares ſubijciantur Epiſcopis
quoad controuerſias de præcedentia, cuius iudi-
cio acquieſcere tenentur, amota omni appella-
tione, & quibuſcumque non obſtantibus, quoad
effectum ſuſpenſiuum *ex Sacro Concilio Tridentino*
ſeſſ. 25. de Regular. cap. 13. & ibidem Barboſ. à num. 1.
& ſeq. & de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 78. nu. 26. Rota
poſt Poſth. de manut. deciſ. 32.

36 In cuius cauſæ cognitione Epiſcopus poteſt
proce-

procedere manu Regia, ſeù ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt deciſum refert *Leo in Theſaur. for. Eccleſ. cap.8.nu.18. & ex Campan. Salgad. & Armed. tradit Barboſ. in dicto cap.13.num.10. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.14.dub.3.num.9.verſ.caeterum tom.2.*

37 Modus autem in controuerſijs de praecedentia componendis ſeruandus traditur *à Greg. XIII. ſua Conſtitutione Epiſcopi 15.Iulij 1583.quam refert Quarant.a in verbo praecedentia fol.396.alias 404.in noua edit.Marc. Ant. Gennen.in prax. Archiepiſ.Neapol.cap.52 in fin. Mich. Ferrus de praecedentia Eccleſiaſt.q.16.num.1.*

38 De praecedentia vero ſeruanda inter Regulares & Fratres particulares,inter fratres Officiales ordinis, & inter Regulares diuerſorum Ordinum laté *Fr. Angelus à Lantuſca in ſuo Theatro Regular. in verbo praecedentia per totum*, vbi refert decreta, & conſtitutiones ſuper hoc emanatae.

39 Limit.8. vt non tam Clerici omnes Saeculares, ſed etiam Regulares quicunque, etiam Monachi exempti ad accedendum ad publicas proceſſiones compelli poſſunt ab Epiſcopo, & eiuſdem poteſtati ſubijciuntur, ita diſponente *Sac.Conc. Trid. ſeſſ.25.de Regular.cap.13.* ita vt Regulares,qui non accedunt ad proceſſiones ab Epiſcopo indictas ab eodem puniri poſſunt per cenſuras, & poenas arbitrarias,vt deciſum refert, *Perez de Lara de anniuerſar.& Capellan lib.1. cap. 24. num. 14. Zerol. par.1.in verbo proceſſiones §.1.verſ.ad ſecundum Ric. in prax.rer.for.Eccleſ.reſol.108.nu.5.& 6.& in prax. aurea reſol.210.num. .verſ ſecunda, Lauren. de Fran. in controu.Inter Regular. & Epiſcop. quaeſt.6. verſ.2. fallit Ciarlin.controu forenſ.lib.1.cap.50.num.21. & ita declaraſſe Sac.Congreg.Rit. in Ferrarien. 27. Iulij 1615 teſtatur Barboſ in Concil.Trident.ſeſſ.25 de Regular.cap.13.num.19. & de offic.et poteſt.Epiſcop. alleg.78 n.25.et alleg.105.n.45.*

40 Contrarium quod ab Epiſcopis non poſſint cenſuris compelli, & diſtringi exiſtimauerunt, *Tamburin.de iure Abbat.tom.1. diſ.19. quaeſt 7.nu.7. Roderic.in compend.quaeſt.Regular. reſol.118.num.1. Portel.in addit.ad dubia Regular. in verbo Epiſcopus num.5.et in verbo proceſſiones nu.1. Sanchez de matrim.lib.7.diſ.33 nu.21.Henriq. in ſumma lib.7.cap 25.§.7.Dian.reſol moral par.3.tract.2.reſol.76.* laté *Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.14. dub.3.num.1. & 4.tom.2.*

41 Sublim. vt excipiantur ab hoc decreto S.Concil.Trid.Monachi, & Religioſi, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt.

42 Vlterius neque cogi poſſunt ad proceſſiones accedere Patres Societatis Ieſu ex *Conſtitutione Gregorij XIII ex ordine Bullario nouo to.2.pag.404. de qua Sanchez conſil.moral.tom.2.lib.6.cap.3.dub.3.*
43 *num.12.* Nec non Clerici Regulares Sancti Pauli Decollati ex Conſtitutione *Pij V.Bullar.nouo to.2. pag.409.* Prout etiam excipiuntur Clerici Regulares Matris Dei Scholarum Piarum vt deciſum teſtatur *Aldan.in compend.canon. reſol. lib.2.titul.8. num.13.de quibus Barboſ.in Concil.Triden.ſeſſ.25.de Regular cap 13.à nu.33.et 34.*

44 Sublim.2. vt Monachi, ſeù Regulares degentes in Monaſterijs per medium miliare diſtantibus à Ciuitate non tenentur accedere ad publicas proceſſiones, nec ab Epiſcopo compelli poſſunt, ita deciſum referunt *Ric.in prax. for. Eccleſ. reſol.308.num.2.Piaſec.in prax.Epiſcop.par.2.cap.3. num.47.in fin.Vgolin de offic.et poteſt. Epiſcop.cap.20. §.2.num.5.verſ.ſecundo Barboſ.eodem tract. alleg.78. num.21.et in Concil.Trid.ſeſſ.25.de Regular.cap.13. num.20. & ita declaraſſe Sac.Congreg.Concil. refert Fr.Ang.à Lantuſca in verbo proceſſio num.2.verſ.quaeritur an Regulares.*

45 Sublim.3. vt Epiſcopus non poſſit compellere Regulares ad accedendum ad omnes proceſſiones ſed ſolum ad publicas illas, quae celebrantur puta in feſto Corporis Chriſti, in Letanijs, & Iubilaeis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipſi habent Monaſteria, dummodo proceſſiones ſint eiuſdem generis, quae in Bulla Pij V. mendicantibus conceſſae comprehendantur, & dummodò Regulares non ſint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, quae in eadem Bulla excipiuntur *Peirin.in priuil.Minimor.tom.2.conſtit.7.Pij V.§.26. num.25. Thom.del Bene de immunit. Eccleſ. cap.14. dub.3.num.2.tom.2. Barboſ.in Concil.Trid.ſeſſ.25.de Regular.cap.13.num.36. Fr.Angel. à Lantuſca in ſuo Theat.Regular.in verb.proceſſio num.1.Aldan.in compend.canon.reſol.lib.2.tit.8.num.25.*

46 Per publicas autem proceſſiones intelliguntur etiam illae, quae pro bono publico de nouo indictae ſunt, ad quas tamen omnes proceſſiones ſiue publicas, ſiue priuatas, ſiue de ſtatuto, ſiue de iure vel conſuetudine introductas Regulares ac-
47 cedere tenentur, *Thom.del Bene de immunit.Eccleſ. cap.14.dub.3.num.5.tom.2.vbi num.6.* excipit Clericos regulares Theatinos iuxta eorum priuilegia.

48 Quo verò ad alias proceſſiones inſolitas,& extraordinariè ab Epiſcopo indictas Regulares accedere non tenentur, prout cenſuit *Sac.Congregatio Eminentiſs. S.R.E. Cardinalium Concil. Trident. interpretum in Anagnina Proceſſionis 9. Decembris 1662. in Reg. fol.192.* in qua fuit reſolutum Epiſcopum Anagninum occaſione ſuae primae Viſitationis Dioeceſanae, primique ingreſſus in Terra Carpineti plenariam indulgentiam Apoſtolica auctoritate publicaturum non potuiſſe particulari edicto cohibere Regulares ad accedendum ad proceſſionem ad hunc effectum indictam ſub poena excommunicationis ipſo facto incurrendae in caſu contrauentionis, de qua *Fr. Angel. à Lantuſca in ſuo Theatro Regular. in verbo proceſſio num.4.*

49 Ipſi verò Regulares exempti non poſſunt circumferre proceſſiones ſine Epiſcopi licentia extra conuentum, ſed tantum circa Clauſtrum, quia non habent Territorium, *Rodriq.in addit. ad ſumma tom.4.cap.105. num.5.Peirinus in priuil. minimor.conſtit.7.Pij V.§.10 num.11.ad 8 cum alijs per Barboſ.de poteſt.Epiſcop.allegat.78.num.7. Thom.del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 3. numer. 7. tom.2.*

50 Sed quod etiam Regulares poſſint facere proceſſiones per triginta paſſus intra ambitum Conuentus, praecipuè ſi ita habeat loci conſuetudo hactenus obſeruata ſentiunt *Portel. in dub. Regular.verb proceſſiones num.8.Hieron. Roderig. in compen.qq.Regular.reſol.118.num.10.Iacob de Graſ-*

fis

ſis conſil. 20. de Regular. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. diſ. 15. quaſt. 7. num. 39. Immò quod proceſſio Rolarij, & in alijs feſtiuitatibus B. Mariæ, nempe Natiuitatis, Anunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis, fieri poſſit etiam abſquè licentia Epiſcopi per totam Ciuitatem, ſi ita adſit conſuetudo à decem retro annis ibidem introducta, & obſeruata obſeruat *Peirinus in Priuileg. minimor. conſt. 7. Pij V. §. 10. num. 11. ad relat. per Tom. del Bene loco citato num. 8. & 9.*

51 Limit. 9. vt Cenſuræ, & interdicta ne dum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata mandante Epiſcopo à Regularibus in eorum Eccleſijs publicari, & ſeruari debent, prout pariter ſeruari tenentur dies feſti, quos in Diœceſi ſua ſeruandos idem Epiſcopus præceperit vt ſtatuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 12. & tradunt Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 63. Campan. in diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 91. Eraſm. à Cocbier. de iuriſdiction. Ordinar. in exemptos part. 2. quaſt. 45. num. 55. Nauar. in Lucerna Regular. verbo feſti dies, Aloyſ. Ric. in prax. Aura reſol. 210. verſ. ſexto Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. num. 47. verſ. dies feſtus Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 12. num. 3. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 32. Vgolin. eod. tract. cap. 20. §. 3. num. 1. Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. diſ. 15. quaſt. 11. num. 54. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 1. numer. 15. tom. 2.*

52 Sublim. 1. vt ſupradicta Conciliaris diſpoſitio non tribuat Epiſcopis maiorem facultatem dies feſtos indicendi, quam habeant à iure communi, vt deciſum refert *Sel. in ſelect. canon. cap. 17. num. 8. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 12. num. 3. in fin.* vnde ab Epiſcopis ſeruanda eſt forma, & diſpoſitio Conſtitutionis *Vrbani VIII.* ſuper obſeruantia feſtorum edita *incip. vniuerſa ſub die 13. Septemb.* 1047. qua admonentur Epiſcopi, vt ſe abſtineant publicare nouas Feſtiuitates vltra ſolitas in Conſtitutione præſcriptas.

53 Sublim. 2. vt ſupradictum Concilij Decretum ita intelligendum eſſe, vt Regularium Ritus illis diebus Feſtis ſemper permaneat, quo ad Miſſas celebrandas, & cætera Diuina Officia tàm publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſijs perſoluenda, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo, quidquam in contrarium eiſdem Regularibus percipi poſſe, adeout ſi de facto perceperint Regulares ipſis Epiſcopis parere minime teneri, verum quo ad conciones, & lectiones tenentur ſe conformare Euangelijs, & Epiſtolis, quibus Clerus Sæcularis vtitur illis diebus feſtis, & ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Concil.* refert *Fr. Angel. à Lantuſca in Theat. Regular. verbo feſtum n. 1. Quaranta in Sum. Bullar. in verbo Priuilegia Regularium Vgolin. de Offic. Epiſcop. cap. 20. §. 3. num. 3. Barboſ. eod. tract. alleg. 105. num. 34. & 35. & in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 12. numer. 4. Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. diſ. 15. quaſt. 11. ſub num. 54.*

54 Lim. 10. vt Regulares in cauſis nullitatis profeſſionis ſubijciantur Epiſcopo, vna cum ſuis Superioribus, iuxtá Decretum *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 19.* & vt latius deduximus in *deciſ. 20.*

55 Lim. 11. Nouitijs nolentibus profiteri, ſed à Religione volentibus egredi, vt reſtituantur omnia bona, quæ tempore ingreſſus detulerunt in Monaſterium, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellere poteſt Superiores Regulares, vt ne quid minimum retinere valeant, vt habetur *in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 16. in fin. Laurent. de Francb. de controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. quaſt. 5. num. 10. Marcel. Vulpe in prax. iudic. for. Eccleſ. cap. 42. numer. 11. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 4. ſub num. 25. Campan. in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 125. Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. diſ. 6. quaſt. 10. num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 102. nu. 36. & alleg. 105. num. 47. & in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 16. num. 48. & 51.* vbi ſubdit habitum Religioſum Nouitio exeunti non eſſe reſtituendum, ſed ſoluendum eius pretium, prout etiam tradit *Lezana in Summ. quaſt. Regular. cap. 25. num. 38. verſ. ſed prò eiſdem in fin. Nauar. in Lucerna Religioſ. in verbo habitus num. 6.*

56 Limit. 12. vt Epiſcopus exemptos de fuga ſuſpectos poteſt capere, & remittere ad competentem, dummodo periculum ſit in mora, & commodè expectari non poſſit auctoritas Iudicis exemptorum, vt ex *Felin. Cardin. Cocb.* tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 105. numer. 64.*

57 Limit. 13. vt Epiſcopus, & Archiepiſcopus poſſunt in locis exemptis ſuæ Diœceſis facere ſolemnes benedictiones, & Diuina Officia celebrare, vt ex *Franc. Pauin. Cochi.* comprobat *Barboſ. dicta allag. 105. num. 66.*

58 Limit. 14. vt per viam violentiæ, ſeù ex defectu iuſtitiæ in exemptis adiri, & recurſus haberi poteſt ad Ordinarium, ſi facile haberi nequeat ad Papam, ſeù Superiorem exemptorum, *Aufrer. in repetit. Clemen. I. quaſt. 10. num. 3. verſ. vnde in principali de offic. ordinar. Cochier. de iuriſdict. Ordinar. in exemptos part. 2. quaſt. 45. num. 63. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 67.*

59 Limit. 15. vt proſpectus feneſtrarum domorum ſæcularium in hortum Fratrum Minorum, & Regularium Religioſorum, qui manent in clauſura impediri debet ab Ordinario, & non ab eorum Conſeruatoribus, & ità à Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. reſcriptum fuiſſe *in vna Sulmonen. & demandatum Epiſcopo dicta Ciuitatis* 15. *Februarij 1636. vt in Regeſtro huius Congreg. ſol. 140. & in alia Caſſanen. ſub die 7. Auguſti 1636. eod. Regeſt. fol. 250.* refert *Fr. Angel. à Lantuſc. in Theatro Regular. in verb. feneſtra.*

60 Limit. 16. vt Epiſcopus ob Monialium clauſuram cuſtodiendam etiam Monaſteriorum Regularibus ſubiectorum, poteſt excommunicationis latæ ſententiæ pœnam ſibi reſeruatæ imponere, nempe circa aperitionem oſtij Clauſuræ extra caſus indigentiæ, nec non circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus, adeout huiuſmodi excommunicatio liget etiam Regulares accedentes, & ipſas Moniales facta de illis mentione, nec Superior Regularis abſoluere poteſt ab hac excommunicatione, ita cenſuit Sac. Congregatio Concilij in vna *Viterbien. 26. Iunij 1627. Regeſto eiuſdẽ Congregat. ſol. 42. de qua Fr. Angel. à Lantuſca in Theat. Regular. verbo Epiſcopus num. 3.*

61 Li-

61 Limit.17. vt Regulares non poſſuut cum ſolennitate exponere Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſine licentia Ordinarij *Sac.Congreg. Rit. 26. Februarij* 1628. Nec ſæculares ſatisfaciunt præcepto in die Paſchatis ſumentes Euchariſtiam in Eccleſia Regularium non habentium curam animarnm *Congreg. Concilij 23. Iannorij* 1586. *&* 14. *Martij* 1615. *de quibus teſtatur Fr. Angel. à Lantuſca in Theat. Regular. in verbo Euchariſtia num.* 1. *&* 5.

62 Abſente tamen Parocho poſſunt Regulares licite adminiſtrare euchariſtiam conſtituto in articulo mortis, & ratio eſt, quia tunc præſumitur conſenſus Parochi, & Eccleſiæ ità *Cardinal. de Lugo de Sacrament. Euchariſtiæ diſ.*18. *ſect.*2. *n.*53. *relat. per Fr. Angel. à Lantuſch. loco citato num.*3.

63 Limit.18. vt etiam Regulares adminiſtrantes ſiuè Clericis, ſiuè Laicis Sacramentum extremæ vnctionis, vel Euchariſtiæ, vel Matrimonij ſine licentia Parochi poſſunt ab Epiſcopo excommunicari *Clement.I. de Priuileg. Riec. in prax. aurea reſol.*210. *verſ. duodecimo Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.*105. *num.*08.

64 Regulares vero à locorum Ordinarijs ad audiendas perſonarum ſæcularium confeſſiones approbati non poſſuur ab eiſdem Ordinarijs prohiberi ne earundem perſonarum ægrotantium confeſſiones in proprijs illorum domibus audire queant abſque licentia Parachorum, tenentur tamen relinquere ſchedulam, vel aliter notificare Parochis de adminiſtratione facta huius Sacramenti, vt inhærendo declarationibus alias deſuper editis cenſuit *Sac. Congregatio Epiſcop & Regular.*13. *Septembris* 1641. *vt in eius regeſto fol.*162. *de qua Fr. Angel. à Lantuſca in Theat. Regular. in verbo Confeſſarius num.*8.

65 Limit. 19. Vt etiam Epiſcopi iuriſdictioni ſubdantur exempti, ad hoc vt per eum poſſint denunciari, & mandari vt vitentur quando eſſent notoriè excommunicati à iure vel ab homine, vt ex *Io: Andrea, & Gambar tradit Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *num.*73.

SVMMARIVM.

1 Eccleſiæ, & noua Monaſteria à Regularibus ædificari non poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ, & Ordinarij licentia, & ſeruata forma Bullarum Clementis VIII. Gregorij XV. & Vrbani VIII. & num.2. & hoc procedit tam de iure ciuili, quam canonico num.1. 4. & 5.

6 Ampl. etiam ſi habeant indulta ſupradicta faciendi tamquam reuocata ab Vrbano VIII.

7 Ampl. procedere etiam quo ad erectionem Monaſteriorum Monialium.

8 Limit. procedere in noua conſtructiona Monaſteriorum, ſecus in ampliatione, perfectione, & tranſlationa veterum. Contrarium num.9.

10 Limit.2. procedera quando Eccleſia aſſet in totum deſtructa, & da nouo ædificanda, ſecus ſi aliqoe tantum indigeret reparatione.

11 Eccleſia non poteſt ſundari in loco, vbi alijs infert præiudicium.

12 Religioſi antiquiores in loco poſſunt impedire coſtructionem noui Monaſterij.

13 Et Eccleſia ſi ædificata fuerit poſt denunciatum nouum opus eſt demolienda.

14 Regulares ſi in Monaſteriis nouiter fundatis non ſint de familia in numero 12. ſubiiciuntur Ordinario iuete Conſtitutiones Summorum Pontificum 18.

15 In alijs Monaſterijs iam erectis, & ab Innocentio X. ſuppreſſis, & poſtea reſtitutis donec ſubſtantari nequeas 12. Religioſi ex einſdem Decreto ſubijciontur Ordinario.

16 Et interim ſi in paruis Conuentibus non alantur ſex Religioſi, quorum quatuor ſint Sacerdotes meturæ ætatis pariter ſubiiciuntur Ordinario.

17 Alii vero Conuentus, in quibus licet præfixus ſit numerus 12. Religioſorum, ſed ob aliquam cauſam vere ibidem non retineantur, dicti ſex Religioſi ſubiiciuntur Ordinario licet non fuerint comprehenſi in Bulla Innocentii X. ſuper ſuppreſſione.

19 Referuntur Declarationes Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium circa dubia emanate ſuper Decreto Innocentii X. ſuper ſubiectione nonnullorum Conuentuum iuriſdictioni Ordinarii cum ſequentibus num. vſque ad 61.

62 Conuentus nunquam ſuppreſſi, in quibus actu degunt de familie pluſquam ſex Religioſi, non comprehenduntur in Decreto Innocentii X. incipien. Vt in paruis.

ADNOTATIO II.

Regulares quomodo ſubiciantur Epiſcopis quo ad erectionem Monaſteriorum, & numerum Religioſorum pro Regulari Obſeruantia.

1 INnterdictum eſt Regularibus ædificare noua Monaſteria, Conuentus, Eccleſias, ac Domos ſine Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigendæ ſunt licentia prius obtenta, & ab eodem auditis Superioribus, vel Procuratoribus aliorum Conuentuum, qui exiſtunt in eodem loco, ac in vicinis diſtantibus intra ſpatiū quatuor milliarium, ac niſi auditis, & conſenſientibus incolis, & habitatoribus einſdem loci, aliſque intereſſe babentibus, & conſtiro ibidem in numero duodecim commode manuteneri poſſe, & ſic plene ſeruata forma præſcripta *à Clemente VIII. in ſua Conſtitutione incip. quoniam ad inſtantiam tom.*3. *Bullar. pag.*106. *& Gregorij XV. ſuo Decreto incip. rum alias tom.* 3. *Bullar. pag.*315. *& Bullar. nouo ex ordine* 31. *tom.*4. *pag.*138. *impreſ. etiam penes Barboſ. poſt tract. de officio, & poteſt. Epiſcop. fol. mihi* 61. confirmatorio prefatæ Conſtitutionis Clementis, addēdo conſtrui non poſſe nouos Conuentus niſi in eo ſaltem duodecim Fratres manutcneri valeant, alioquin huiuſmodi Conuentus cum minori numero poſt hęc recipiendi, vbi cū effectu non inhabitent duodecim Religioſi Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecti eſſe intelligantur, vt declarauit *Sac. Congregatio Concilij in Decretis de celebratione Miſſarum auctoritate Vrbani VIII. editis ſub die* 21. *Iunij* 1625. *tom.*4. *Bullar. pag.*58. §.14. In quorum obſeruantiam Vrbanus VIII. reuocauit quaſcumque licentias, & priuilegia erigendi loca regularia non ſeruata forma Clementis VIII. & Decretorum, *vt in ſua Conſtitut. incip. Romanus Pontifex to.*4. *Bullar. pag.*40. *& Bullar. nouo tom.*4. *pag. mihi* 143. Ac demum Innocentius Papa X. innouando, & ampliando ſupradictas Conſtitutiones ſuper erectione nouorum Conuentuum, innouauit in omnibus Sacros Canones requirentes licentiam Sedis Apoſtolicæ, *vt in ſua Conſtitutione incip. inſtaurandæ tom.*4. *Bullar. pag.*80. *emanata*
2 *idibus Octobris* 1652. adeout vltra Ordinarij licentiam requiſitam per *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.*25. *de regular. cap.*3. *in fin.* exigitur etiam licentia Se-

dis Apoſtolicæ, vt referendo dictas Conſtitutiones animaduertunt *Fr. Angel. á Lantuſca in Theat. Regular. in verbo Conuentus à num. 1. vſque ad nu. 6. Barboſ. in Concil. Trident. citato cap. 3. á num. 19. vſque ad 25. & num. 28. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 177. a num. 1. & ſignanter num. 47. per totam* vbi late, *& conſult. 258.* vbi ſubdit præfatam conſtitutionem Vrbani VIII. non eſſe abrogatoriam Conſtitutionis Gregorij XV. ex declaratione *S. Congreg. Concilij ſub die* 13. *Aprilis* 1652. *cmanata Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 26. num. 3. & 4. & alleg. 105. num. 10. & 49.*

3 Quæ etiam comprobantur ex alijs Decretis Sacrorum Conciliorum, ſcilicet *ex Concilio Vuormacienſi relat. in can. quicunque 16. quæſt. 1. ex Agathenſi ca. 27. regiſtrato in can. Monachis 12. quæſt. 2. ex Chalcedonenſi act. 11. can. 4. relat. in can. vere 16. ead. quæſt. 1. & can. quidem 18. quæſt. 2. ex Lateranenſi in cap. 2. de Eccleſ. ædif. ex Ludunenſi in Clement. cupientes de pæn. in 6. vbi gloſ. in verbo conſtitutionis,* declarat confirmari ſanctionem Bonifacij VIII. *in cap. vnico de exceſ. Prælat. in 6.* & ita etiam ſæpe declaraſſe Sac. Congregat. Concilij, Epiſcoporum, & Regularium, ac Sac. Viſitationis Apoſtolicæ referunt *Lezan. quæſt. Regular. verb. Monaſterium num. 9. & 12. Peyrin. in formul. lit. Z. cap. 3. Pignatel. conſult. canon. 177 nu. 4. Tamburin. de iure Abbat. diſ. 33. quæſt. 1. poſt nu. 3.* quod

4 etiam procedit de iure Cæſareo prout iuſſit *Iuſtinianus Imperator in Auth. vt nullus fabricet Oratorij Domos preter voluntatem Epiſcopi* ibique *Cyrincus, & Iulianus Patritij conſtit. 67. cap. 1.*

5 Quæ procedunt ſiue agatur de conſtructione noui Monaſterij, ſeù Religioſæ Domus Regularium, verum etiam ſi agatur de conſtructione nouæ Eccleſiæ, cum ſit contra bonum commune Religionum multiplicatio Eccleſiarum, earumque vicinitas, propter diminutionem eleemoſinarum, quam vna inferret alteri, in damnum ipſorum Regularium, qui congrue ſe ſubſtentare, & ipſas Eccleſias cum debito decore manutenere non poſſent, & cum cauſa finalis ſupradictarum conſtitutionum ſit ratio prouidendi communi bono, & adhibeant remedium huic incommodo, tamquam fauorabiles, & non præiudiciales in vtroque caſu ſibi locum vindicare debent, vt late probat *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 177. a nu. 7. cum plurib. ſequen.*

6 Vlterius procedunt non obſtantibus indultis, & facultatibus á Sancta Sede conceſſis ad fauorem particularium Religionum, conſtruendi noua Monaſteria, vel abſque ipſius Sedis Apoſtolicæ licentia, vel de ſola licentia Ordinarij, vt ad fauorem Fratrum Ordinis Carmelitarum, Diſcalceatorum indultum fuit à Paulo V. *ex Conſtitut. 10. incip. ad Eccleſiæ de anno* 1605. & ad fauorem Monachorum B. Mariæ Fulienſis ex alia conſtitutione eiuſdem Pauli V. 51. *incip. Miniſterio de anno* 1608. prout etiam ad fauorem Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati ex Conſtitut. dicti Pauli V. 64. *incip. Eccleſia de anno* 1610. Quoniam huiuſmodi facultates etiam quo ad Monaſteria incepta, & non perfectè conſtructa, illaque finiendi, reuocatæ fuerunt ab Vrbano VIII. per ſuum Breue ſub datum 28. Auguſti 1624. *ex ordine Bullar. Conſtit. 25. & alia Conſtit. Innocentij X.* de quo *Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3. num. 34.* cum alijs congeſtis per *Pignatel. conſult. canon. 177. n. 47. vbi refert Ant. deciſ.*

7 Amp. ſupradicta etiam procedere, quo ad erectionem Monaſteriorum Monialium, in quibus ædificandis eadem ſolemnitas ſeruari debet, ſicut in alijs Regularium, & vlterius, vt ædificentur in ijs dumtaxat locis, quæ muro circumuallata, & munita exiſtant *Sel. in ſelect. canon. cap. 90. nu. 4. vbi teſtatur ſic reſolutum fuiſſe ſub die 19. Decembris* 1620. *Tamburin. de iure Abbatiſſ. diſ. 34. quæſt. 2. num. 1. Barboſ. de iure Eccleſ. cap. 12. num. 10.* vbi refert ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Card. die 13. Septembris 1583. & in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. num. 29.*

8 Limit. vt ſupradictarum conſtitutionum diſpoſitio reſpiciat nouam introductionem Religioſorum, vel nouam conſtructionem Eccleſiæ, non autem comprehendant ampliationem, tranſlationem, reædificationem, & perfectionem, vt conſtat ex ratione finali præfatarum conſtitutionum, quæ eſt vt vna Religio non inferat cæteris alijs præiudicium in ordine ad ſubſtentationem, dum de nouo recipitur, quæ ratio ceſſat in tranſlatione conuentus, in alio ſitu, intra eiuſdem loci limites, ſeù intra eandem Ciuitatem, cum iſta noui ſitus ſubrogatio ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur, & in eandem tranſeant omnia iura, actiua, & paſſiua, & ita docent *Roderic. tom. 2. quæſt. 49. artic. 9. quem ſequitur Alter Roderic. reſol. 55. num. 10. Suar. de cenſ. diſ. 23. ſect. 5. nu. 33. cum ſeq. Dian. reſol. moral. part. 3. tract. 2. de dub. Regul. reſol. 136. Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. diſ. 5. quæſt. 1. num. 9. Fr. Angel. á Lantuſca in Theat. Regular. in verbo Conuentus num. 11. Miranda in manual. Prælator. tom. 1. quæſt. 33. art. 21. Iacob. Pignatel. reſol. moral. 177. num. 15. & plurib. ſequen.* vbi *num. 16.* teſtatur ita ſæpe declaraſſe *Sac. Congreg. præſertim die 13. Septembris 1641. & 31. Ianuarij 1643. & 4. Iunij eiuſdem anni Ceſped. de exempt. regular. quo ad monaſter. ædif. cap. 1. num. 9.* reprobans *Lezanam* contrarium tenentem, *plenè Berdon. controuerſ. 36. num. 14. & 24.*

9 Contrarium quod etiam hoc caſu ſit ſeruanda forma præfatarum conſtitutionum, cum ſemper, & indiſtinctè ſibi locum vindicare debeant, quotieſcunque, & quandocunque nouum infertur præiudicium Religioſis vicinis, cum etiam reſultare poſſit ex tranſlatione de loco, ad locum, vnde recognoſci, & ab Ordinario negotium examinari debet, & ſuam impartiri licentiam, etenim vbi tranſlatio Eccleſiæ de loco, ad locum redditur præiudicialis, cenſetur prohibita, alias diſpoſitio præfatarum Conſtitutionum de facili eluderetur *Roderic. quæſt. regular. 23. artic. 7. in fin. & tom. 2. quæſt. 50. artic. 4. num. 1. Laren deciſ. Granaten. 97. per tot. part. 2. Lauret. de Franc. quæſt. 1. Tamburin. de iure Abbatiſ. diſ. 5. quæſt. 1. num. 15. lib. 3. & quæſt. 4. num. 5. & 7. Lezan. quæſt. Regular. in verb. Monaſteria nu. 35. Tuſch. in verbo Mendicantes concl. 195. num. 13.* & ita cenſuiſſe *Sac. Congregationem die 6. Februarij 1643. & 14. Decembris 1645. patet ex reſolutionibus de verbo ad verbum relatis per Pignatel. conſult. canon. 177. num. 22. in fin. cum plurib. ſequen. vbi contrarijs reſpondet.*

10 Pri-

10 Prima autem Sententia procedere poteſt quando Eccleſia non ſit in totum deſtructa, ſed aliqua tantum indigeat reparatióne, ſecus autem quando in totum deſtructa reperitur, nam tunc tamquam diuerſa ab antiqua, ſi iterum ſit nouum ædificium inchoandum, vtique requiritur licentia, præcipuè ſi in diuerſo loco, & diuerſa materia eiſec faciendum, vt expreſſe cauetur *in cap. vnico de exept. Prælat. & in Clement. cupientes de pœn. in 6. Tamburin. de iure Abbatis diſ. 5. quæſt. 1. num. 2. & 3. Lap. alleg. 68. num. 1. & 2. Lezan. quæſt. Regular. in verbo Monaſteria num. 46. Bordon. controuerſ. 36. num. 1. cum alijs allegatis per Pignatel. conſult. canon. 177. num. 23. & ſeq. & num. 26.* vbi, quod Doctores contrarium tenentes intelligendi ſint, quando ex ampliatione, translatione, & reædificatione nullum oritur præiudicium, vel prò caſu neceſſario prò publica vtilitate, & ita eſſe intelligenda Decreta Sac. Congregationis, quæ contrarium firmare videntur ſubdit, ex *Bordon. quem allegat. controuerſ. 36. num. 14. §. 1. Ceſped. de exempt. Regular. quoad Monaſter. ædif. cap. 1. dub. 7. num. 2. 3. & 5.*

11 Præcipue quia ſupradictæ Conſtitutiones ſunt fauorabiles, & non correctoriæ iuris communis vt ſtricte veniant intelligendæ, cum etiam de iure communi non poteſt vna Eccleſia fundari in loco, vbi cæteris prius fundatis infertur præiudicium, *cap. quicunque, & cap. Eccleſiæ 17. quæſt. 1. & cap. cum dicent de Eccleſ. ædif. & notat Cardin. conſ. 8. num. 13.*

12 Ac proinde vbi Religioſi nouiter intendunt ædificare Eccleſiam, vel Monaſterium, antiquiores exiſtentes in loco poſſunt non ſolum impedire talem conſtructionem, ſed illos cogere ad vendendum ſibi ſitum, & ſeruitutem altius non tollendi, vt per *Gomez. in l. Thauri 46. numer. 6. & 9. Cabed. decis. 152. num. 1. & 22. Mut. deciſ. 8. num. 6. & 7. Grammat. deciſ. 86. num. 1. Ric. deciſ. 129. numer. 2.*

13 Quinimo ſi Eccleſia ædificata fuerit poſt nunciatum nouum opus demolienda eſt, cum conſtrui nequeat in præiudicium alterius, vt probat *Text. in cap. 1. de noui oper. nunciat. vbi gloſ. & Abb. num. 1. & communiter ſcribentes Pignatel. conſult. canon. 177. num. 25. in fin. iuncto num. 32.*

14 Et quamuis ſupradictæ Conſtitutiones, & Decreta reſpiciant nouam fundationem, & introductionem Monaſteriorum, & Eccleſiarum, & conſtituant numerum duodecim Religioſorum, vt regulares ſeruetur Inſtitutum, alias iuriſdictioni Ordinarij ſubijciuntur, & conſequenter non comprehendant Monaſteria iam erecta, & ante Conſtitutionem in particularibus locis eſiſtentia, tamen *Innocentius Decimus* animaduertens in paruis virorum Regularium Conuentibus, vbi neceſſarius numerus prò regulari ſeruanda diſciplina manuteneri non poterat, deuenit ad eorum ſuppreſſionem, vt latius in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Inſtaurandæ*, verum quia deinde ad ipſius Conſtitutionis limites ob rationabiles cauſas reſtituta fuerunt, & Ordinario ſubiecit non ſeruata forma Decreti ab eodem *Sanctiſſimo Innocentio X.* lati ſuper ſubiectione nonnullorum Conuentuum iuriſdictioni Ordinarij loci tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati tenoris infraſcripti.

15 *Vt in paruis Regularium virorum Conuentibus à Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papa X. in Conſtitutione, quæ incipit Inſtaurandæ primum ſuppreſſit, ac deinde ad ipſius Conſtitutionis limites ob rationabiles cauſas in priſtinum ſtatum regularem reſtituit, & ipſis religionibus denuo conceſſis piè, ac Religioſe viuatur, ac regularia inſtituta, quo exactius fieri poteſt obſeruetur, Sanctitas ſua ex Sententia Sacræ Congregationis ſuper Statu Regularium omnes, & ſingulos Conuentus huiuſmodi ſic vt præfertur reſtitutos, & conceſſos in literis ab eadem Sacra Congregatione expeditis nominatim exprimendos, ac perſonas, tam Regulares, quam Seculares in eis degentes viſitationi, & correctioni, & omnimodæ iuriſdictioni Ordinarij loci tamquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegati præſentis Decreti tenore plenè in omnibus ſubiecit, ac ſubiectos eſſe declarauit donec ipſorum redditus vſq; adaucti fuerint, vt in eis commodè ſubſtentari valeant, & cum effectu ſubſtentētur duodecim Religioſi ad Apoſtolicorum Decretorum præſcriptum, idque eidem Sacræ Congregationi legitime conſtiterit, & eius Decreto in ſingulis contingentibus caſibus declaratum fuerit, & non aliter.*

16 *Interea vero voluit Sanctitas Sua, vt in eorum ſingulis ali debeant, & re ipſa alantur ſex ſaltem Religioſi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus ſint Sacerdotes maturæ ætatis, alioquin gratia reſtitutionis, & conceſſionis huiuſmodi nulla ſit, & inualida, & Ordinarij locorum in illis exequi poſſint, ac debeant ea omnia, quæ in alijs Conuentibus itidem ſuppreſſis per eamdem Conſtitutionem demandatur, perinde, ac ſi gratia prædictæ reſtitutionis, & conceſſionis non emanaſſet.*

17 *Inſuper quia multi ſunt Conuentus in quibus, & ſi præfixus fuerit numerus Religioſorum ſufficiens ad obſeruantiam Regularis diſciplinæ, & id circò in ſuppreſſione ante dicta non fuerint comprehenſi, nihilhominus, ſiuè ob redditunm diminutionem, ſiuè, ob Superiorum incuriam, vel malam adminiſtrationem, ſiuè, ob carentiam Religioſorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob cauſam prædictus numerus cum effectu in eis non alitur cum graui detrimento Regularis Obſeruantiæ: Sanctitas Sua intendens huic malo remedium adhibere omnes, & ſingulos einſmodi Conuentus, vt præfertur non ſuppreſſos, cuiuſcumque ſint Ordinis, tàm Mendicantium, quàm non Medicantium, Congregationis, & Inſtituti, etiam Societatis Ieſu, aut Granciæ, ſeù membra alterius Monaſterij exiſtentes intrà fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, in quibus nunc non aluntur, vel quandocumque actu non alantur ſaltèm ſex Religioſi itidem probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, vt ſupra ſint Sacerdotes, maturæ ætatis eidem Viſitationi correctioni, & omnimodæ iuriſdictioni Ordinarij loci ſimiliter, vt Sedis Apoſtolicæ Delegati plenè in omnibus præſentis pariter Decreti vigore ſubiectos eſſe ſtatuit, & declarauit.*

18 *Cęterum quoad Conuentus cum pauciori numero, quam duodecim Religioſorum erectos poſt diem 21. Iunij 1625. & illorum ſubiectionem loci Ordinario, Sanctitas Sua voluit in ſuo robbore permanere Decretum San. Mem. Vrbani VIII. iuſſu editum, cui per præmiſſa aliquatenus derogare non intendit.*

Et prędicta omnia, & ſingula in præſenti Decreto Statuta, & ordinata voluit plenarium ſortiri effectum, & executioni mandari non obſtantibus omnibus,

& ſingulis, quæ in dicta Conſtitutione volui non obſtare cæteriſque contrarijs, quibuſcumque. Datum Romæ die 10. *Februarij* 1654.

B. Card. Spada

Loco † ſigilli.

Proſper Fagnanus Sac. Congr. Secret.

Verum quia ſuper ſupradicto Decreto multa inſurrexerunt dubia; Propterea emanarunt infraſcriptæ declarationes à Sacra Congregatione ſuper Statu Regularium editæ atque, ab Alexandro PP. VII. approbatæ vt infrà videlicet.

19 *Poſito Decreto fel. record. Innocentij PP. X. ſuper ſubiectione nonnullorum Conuentuum, Correctioni, Viſitationi, & omnimodæ iuriſdictioni Ordinarij loci, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati contigit dubitari de infraſcriptis.*

20 *I. An Epiſcopus in Conuentibus ſuæ Iuriſdictioni ſubiectis poſſit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam conſtituere.*

21 *II. An poſſit Epiſcopus à prædictis Conuentibus Religioſos amouere.*

22 *III. An Regulares eorundem Conuentuum compelli poſſint ab Epiſcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis.*

23 *IV. An Epiſcopus in eiſdem Conuentibus ſe ingerere poſſit in his, quæ regularem diſciplinam concernunt.*

24 *V. An Eccleſiæ dictorum Conuentuum, & Capellæ Granciarum, in quibus degunt Conuerſi pro agrorum cultura ab Epiſcopo viſitari poſſint.*

25 *VI. An ipſæ Granciæ, & Conuerſi in eis degentes ſubſint viſitationi Epiſcopi.*

26 *VII. Quid in Eccleſijs, ſeù Capellis Granciarum, in quibus nullus degit Conuerſus an ſimiliter ſubſint Epiſcopi viſitationi.*

27 *VIII. An liceat Epiſcopo Viſitare Conuentus, tum ſuppreſſos, & poſtea reſtitutos, quam non ſuppreſſos, ad effectum cognoſcendi an in illis re ipſa alantur ſex Religioſi.*

28 *IX. An Epiſcopus viſitans huiuſmodi Conuentus ſuæ Iuriſdictioni ſuppoſitos, aut perſonas in eis degentes poſſit à Viſitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.*

29 *X. An Iuriſdictio Ordinarijs locorum tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis attributa in ſupradicto Decreto competat Vicarijs Generalibus Epiſcoporum, nec non Abbatibus, & alijs inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus.*

30 *XI. An Prouinciales, & alij Superiores Regulares poſſint eiuſmodi Conuentus iuriſdictioni Ordinarij ſubiectos, & Religioſos in illis degentes Viſitare, corrigere, & punire, omnemque iuriſdictionem in eos exercere ſicut poterant ante dictum Decretum.*

31 *XII. Si Superior Regularis in cauſa præuenerit contra Subditum degentem in aliquo ex eiſdem Conuentibus Ordinario ſubiectis fabricando proceſſum, vel eum carceri mancipando. An Epiſcopus poſſit huiuſmodi cauſam reaſſumere ac Superiori inhibere.*

32 *XIII. Si è conuerſo Epiſcopus præuenerit in cauſa contra Religioſum in tali Conuentu commorantem, an Superiori Regulari, eo in caſu liceat illum amouere, & in alio Conuentu collocare, & ſi de facto collocauerit, an nihilominus Epiſcopus poſſit cauſam proſequi, ac Religioſum ſic amotum reuocare ad primum Conuentum.*

33 *XIV. Si Prouincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conuentu remouere an Epiſcopus prohibere poſſit.*

34 *XV. Si à Conuentu primum ſuppreſſo ac deindè Religioni reſtituto abſint ex aliqua rationabili cauſa, & breue tempus vnus, vel plures ex numero ſex Religioſorum ibi degentium, an gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conuentus remaneat ſuppreſſus, vt prius.*

35 *XVI. Quid ſi à Conuentu non ſuppreſſo ſimiliter ex cauſa rationabili, & ad modicum tempus abſit aliquis ex ſex Religioſis exiſtentibus, an durante tali abſentia Conuentus ſubiaceat Iuriſdictioni Ordinarij.*

36 *XVII. An Religioſo illo redeunte, vel alias impleto numero ſex Religioſorum Conuentus recuperet priſtinam exemptionem.*

37 *XVIII. Si gratia reſtitutionis Conuentus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur ſex Religioſi, & poſtea contingat, vt eiuſmodi numerus impleatur, an gratia reſtitutionis Conuentus reuiuiſcat.*

38 *XIX. Ad hoc, vt gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conuentus denuò remaneat ſuppreſſus, propterea quod in eo non ſubſtententur ſex Religioſi, an debeat præcedere declaratoria Epiſcopi ſuper facto præuia cauſæ cognitione.*

39 *XX. An ab eiuſmodi Declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apoſtolicam appellare ad effectum tàm deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum.*

40 *XXI. Cum ex Decreti præſcripto quatuor Sacerdotes in his Conuentibus degentes debeant eſſe maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.*

Sacra Congregatio ſuper Statu Regularium, ad ſingula dubia Superius propoſita hunc in modum reſpondit videlicet.

41 *Ad* 1. *Non poſſe*

42 *Ad* 2. *Poſſe ex rationabili cauſa commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, vt eoſdem Religioſos aſſignet in alijs Conuentibus.*

43 *Ad* 3. *Poſſe compelli.*

44 *Ad* 4. *Poſſe.*

45 *Ad* 5. *Poſſe.*

46 *Ad* 6. *Subeſſe.*

47 *Ad* 7. *Itidem ſubeſſe.*

48 *Ad* 8. *Minime licere, ante quam aliunde conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi in deficientia numeri conſtituti.*

49 *Ad* 9. *Expedire vt Sanctiſs. D. N. decernat, & declaret non licere Epiſcopo tales Conuentus viſitanti quidquam accipere procurationis nomine.*

50 *Ad* 10. *Competere.*

51 *Ad* 11. *Poſſe ſicut prius, non autem priuatiue ad Epiſcopum.*

52 *Ad* 12. *Non poſſe niſi iuſtà cauſa veluti cum videt Superiorem ex odio vel amore cupiditate, vel metu aut ex nimia ſeueritate, vel Indulgentia, quid*

durius

durius aut remiſſius conſtituere, quam cauſa depoſcit in quo ipſius Epiſcopi Conſcientia oneratur.

53 *Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religioſum ab Epiſcopo Inquiſitum loco amouere, & ſi amotus fuerit poſſe Epiſcopum cauſam proſequi, & illum quibuſcunque remedijs reuocare etiam inuocato auxilio Ordinarij, & brachio ſeculari ſi opus fuerit cuiuſcunque loci in quo Religioſus ille reperiatur.*

54 *Ad 14. Non poſſe.*

55 *Ad 15. Gratiam ob id non eſſe nullam ceſſante omni fraude, nec Conuentum remanere ſuppreſſum.*

56 *Ad 16. Subiacere durante abſentia.*

57 *Ad 17. Recuperare.*

58 *Ad 18. Non reuiuiſcere.*

59 *Ad 19. Debere ità procedere, nec ante declarationem licere Epiſcopo Conuentus poſſeſſionem apprehendere aut Religioſos inde expellere.*

60 *Ad 20. Licere ad effectum deuolutiuum tantum non autem ſuſpenſiuum.*

61 *Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadrageſimo.*

Declarationes ſupradictas Santiſsimus D.N. ad ſe relatas approbauit, & ab omnibus ad quos pertinet obſeruari præcepit contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romæ die 27. Iuly 1625.

B. Card. Spada

Loco ✠ ſigilli.

Prroſper Fagnanus Sacr. Congr. Secr.

62 Et quoniam nonnulli Epiſcopi virtute præfati Decreti Innocentij X. *Vt in paruis &c.* viſitare nitebantur Conuentus Fratrum Capuccinorum, & aliorum Regularium, in quibus actualiter non morabantur plures, quam ſex Religioſi, quamuis in illis eſſent collocati in maiori numero ad iſtantiam Procuratoris Generalis eorundem Patrum Capuccinorum.

Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium cenſuit Conuentus numquam ſuppreſſos, in quibus actu degunt de familia plures quam ſex Religioſi minimè comprehendi in Decreto Sanctæ Mem. Innocenty X. quod incipit, vt in paruis, ac proinde locorum Ordinarios, nequaquam poſſe in vim dicti Decreti in huiuſmodi Conuentibus, aut illorum perſonis, vllam ſibi Iuriſdictionem vindicare. Datum Romæ die 29. Nouembris 1657. in regeſto eiuſdem Congreg. fol. 325.

S V M M A R I V M.

1 Conuentus vbi poſt Vrbanam conſtitutionem ædificati non aluntur 12. Religioſi, & alij ante dictam conſtitutionem, vbi non aluntur ſex iuxta decretum Innocentij X. ſubijciuntur Ordinario tam in Ciuilibus, quam in criminalibus.

2 Regulares intra Clauſtra degentes ſi notoriè extra Clauſtra delinquant puniri poſſunt ab Ordinario ſi intra tempus ab eodem præfixum à ſuis ſuperioribus non puniantur.

3 Et ſi delinquens tranſmittatur ad alium locum ſuperior inſtante Ordinario tenetur reuocare.

4 Regulares extra Clauſtra in delicto deprehenſus ad carceres Epiſcopi duci poteſt ſed intra duos dies, ſeu ſtatim remittendus eſt ad ſuum ſuperiorem 5.

6 Et etiam Epiſcopus poteſt intra dictum breue tempus capere informationes, & copiam remittere ad ſuperiorem.

7 Regularis ad hunc effectum ſi delinquat in Eccleſia dicitur delinquere extra Clauſtra, apertis tamen foribus ſecus ſi clauſis.

8 Si abſque licentia ſuperiorum à proprio conuentu recedat carcerari poteſt ab Ordinario, nec in Monaſterijs in itinere recipi poſſunt 9. Etiam ſi receſſiſſent cauſa accedendi ad ſuos ſuperiores 10. ſed ſi diſceſſit cauſa delicti puniri debet à ſuo ſuperiore 11. ſed ſi Ordinarius animaduertat quod non ſit puniendus poteſt certiorare Sacram Congregationem 12.

13 Regularis degens. & delinquens extra clauſtra puniri poteſt ab Ordinario, etiam ſi ſit Religioſus militiæ Sancti Ioannis Hieroſolymitanæ 14.

15 Amp. etiam ſi degat extra clauſtra cauſa ſtudij, & de licentia ſuperioris.

16 Amp. etiam ſi permaneret extra Clauſtra, in domo tamen deputata ad erectionem Monaſterij.

17 Limit. in regularibus degentibus in aliquo membro, vel grancia Monaſterij cum licentia ſuperioris.

18 Regulares Apoſtatæ carcerari poſſunt ab Ordinario ad effectum remittendi ſuo ſuperiori, ſecus ſi aliud extra clauſtra commiſerit delictum 19.

20 Apoſtata quando Religioſus dicatur.

21 Si vltra annum in excommunicatione inſordeſcat procedere poſſunt inquiſitores.

22 Non dicitur Apoſtata, nec fugitiuus ſi indiſcretè à ſuperiore vexatus recedat cauſa adeundi ſuperiorem maiorem, dummodo agatur de cauſa graui, ſecus de leui 23.

24 Regularis à correctione ſuperioris, quomodo. & ad quos habeat recurſum.

25 Repertur abſque habitu extra ſepta Monaſterii puniri poteſt ab Ordinario.

26 Subijciuntur Epiſcopis in cauſa hæreſis, & aliis etiam Prælatis inferioribus, & Vicarijs Capitulari 27.

28 Vicarius Generalis, Epiſcopi, & Capitularis non ſunt Iudices competentes in cauſis fidei, & hæreticorum.

29 Epiſcopus procedere poteſt contra Regulares in crimine ſollicitationis.

30 Debet tamen proferre ſententiam coniunctim cum Inquiſitore ſiue condemnatoria, ſiue abſolutoria 31.

32 Crimen ſollicitationis probatur teſtibus ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris 33 & 36.

34 Et probatur per teſtimonium duarum, aut trium mulierum ſollicitatarum, & arbitrio ſupradictorum 35.

37 Ad denunciationem vnius Mulieris non eſt deueniendum ad carcerationem, & conſtitutionem Confeſſarij denunciati niſi certiorata Sacra Inquiſitione.

38 Epiſcopi, & Inquiſitores procedere poſſunt contra Regulares, audentes aſſerere quod Beata Virgo concepta fuerit in peccato originali.

39 Puniri etiam poſſunt ab Ordinario in caſibus Aſtrologiæ Iudiciariæ. & ſi cultum tribuant defunctis non canonizatis.

40 Puniri etiam poſſunt ſi exercere præſumant iura Epiſcopalia, & interdicere Eccleſiam vbi eſſe contrarium 41.

42 Epiſcopus habet iuriſdictionem in Moniales licet exemptas vti Sedis Apoſtolicæ delegatus in ijs, quæ ad clauſuram pertinent.

43 Vnde ab Epiſcopo viſitari poſſunt quo ad obſeruantiam Clauſuræ, etiam ſine præſentia ſuperioris regularis ſiue alieni Epiſcopi, à quibus impediri non poſſunt 44. Contrarium 45.

46 Vicarius Generalis Epiſcopi ſeu eius ſuffraganeus non poteſt viſitare clauſuram monialium ſine ſpeciali mandato.

47 Epiſcopus poteſt apponere pœnam excommunicationis, circa acceſſum, & colloquia cum Monialibus, & circa apertionem oſtij Clauſuræ etiam ſi ſint ſubiectæ Regularibus, eoſque accedentes eadem cenſura ligare 56.

48 Poteſt etiam frangere oſtium Clauſuræ. & excommunicare de facto repugnantes ne viſitet clauſuram Monialium 49.

50 Superior Regularis non poteſt ſine Ordinarii auctoritate concedere licentiam operarijs ingrediendi Monaſteria Monialium ipſis Regularibus ſubiectarum, & licentia eſt ab vtroque ſubſcribenda, ſufficit tamen vt ſubſcribatur à ſolo Epiſcopo vbi adeſt conſuetudo 51. 52.

53 Epiſcopus in ſubſcriptione licentiæ debet præcedere.

54 Contra ingredientes ſepta Monaſterij Monialium etiam exemptarum Epiſcopus procedere poteſt ad pœnas etiam cenſurarum.

55 Et poteſt publicare ad hunc effectum Edictum generale prohibitorium etiam comprehendens Regulares.

57 Superior Regularis ſemel in anno poteſt occaſione viſitationis ingredi ſepta Monaſterii Monialium ita vt ſi vnus viſitauerit, ſucceſſor eodem anno viſitare non debet.

58 Et ſi oportuerit ob vrgentem cauſam eodem anno ſuperiori Regolari ingredi Monaſterium, hoc debet ſacere cum pręſentia Epiſcopi, vel perſonæ ab eo deputandæ.

59 Viſitatores Regulares quomodo viſitare debent Monaſteria Monialium eis ſubiectarum

60 Confeſſarij Monialium quomodo habere debeant habitationem.

61 Regulares in quibus non ſubijciuntur Epiſcopis ex decreto Sacræ Congregationis.

62 Priuilegia regularium iuxta conſtitutiones Pontificias remiſſiue recenſentur.

63 Declarationes Sac. Congregationis ſuper dubijs emanatis in ordine ad conſtitutionem Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, referuntur vſque ad n. 89.

90 Licentia alloquendi cum Monialibus Regularibus ſubiectis in Ciuitate ſpectat ad Epiſcopum, eiuſque Vicarium, & ſuperiorem Regularem in diœceſi a perſona ab Epiſcopo deputanda, & ſuperiore regulari.

91 Edicta vero quibus ſęcularibus ad Moniales prohibetur acceſſus dumtaxat ab Epiſcopo publicanda ſunt.

ADNOTATIO III.

Regulares in criminalibus an, & quando ſubijciantur Epiſcopo.

1 QVamuis vigore ſupradictarum conſtitutionum Vrbani VIII. & Innocentij X. & ſuorum anteceſſorum Ordinariorum iuriſdictioni ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus ſubijciantur Conuentus, nouiter erecti, & in futurum erigendi poſt Vrbani VIII. conſtitutionem, & per Innocentianam, alij Conuentus etiam ante dictam Vrbanam conſtitutionem exiſtentes in locis, in quibus non manutenentur, & actualiter non retineantur ſex Religioſi.

2 Nihilominus generaliter, etiam circumſcriptis ſupradictis conſtitutionibus Regulares intra Clauſtra degentes ſi notoriè extra Clauſtra aliquod flagitium perpatrauerint ordinarius poteſt in eos animaduertere, vt à ſuo Superiore intra tempus ab eodem præfigendum ſeuere puniantur, & de punitione Epiſcopus certior fiat, ſin minus à ſuo Superiore maiore officio priuari debeat, & delinquentes, ſeu delinquens ita notoriè extra Clauſtra ab ipſo Epiſcopo puniri poteſt, vt expreſſe ſanciuit, *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 14. & tradunt Doctores late congeſti per Barboſ. in idem Concil. eod. cap. num. 1. & pluribus ſequen. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 18. Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 17. nu. 11. Lotter. de re benefic. lib. 1. quaeſt. 54. num. 66. & 67. late Nauar. in comment. 2. de Regular. num. 63. Fr. Eman. quaeſt. Regular. tom. 2. qu. 2. art. 6. & quaeſt. 63. art. 4. Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 8. n. 10. vbi deciſum refert in Lucana 14. Decemb. 1630. de qua etiam Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. diſ. 5. qu. 11. num. 64. late ſperel. deciſ. 38. num. 12. cum alijs relatis per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 6. à n. 1 tom. 2.*

3 Amp. quod ſi delinquens in fraudem requiſitionis factæ ab Epiſcopo tranſmiſſus fuerit ad alia loca, inſtante eodem Epiſcopo ſuperior intra tempus ab eo præfigendum teneatur delinquentem ad locum comiſſi delicti reuocare, ſiſtere, & repetere ſub pæna priuationis officij, & inhabilitationis ad alia impoſtrum obtinenda, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſi adhuc prætermittatur, & non reuocetur ad locum commiſſi criminis, tali caſu Epiſcopus loci, vbi degit, vel reperitur, ad inſtantiam Epiſcopi loci cõmiſſi delicti, vti ſedis Apoſtolicæ delegati in eundem animaduertere valet iuxta *conſtitutionem Clementis VIII. incipit ſuſcepti muneris ſub datur. 18. Martij 1596. relat. per Quarant. in ſum. bulla in verbo exemptio, & per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. dub. 14. ſect. 6. num. 6. & plurib. ſequen tom. 2. vbi num. 13.* ſubdit hoc procedere ſi huiuſmodi tranſmiſſio ſit vt delictum impunitum remaneat, ſecus ſi ſit in pœnam commiſſi delicti, vel vt rigoroſius puniatur *Fr. Eman. quaeſt. regular. tom. 5. quaeſt. 2. art. 6. Eraſm. à Cochier. de iuriſdict. ordinar. in exempt. par. 1. quaeſt. 17. num. 26. Gennen. in prax. curia Epiſcop. Neapol. cap. 59. num. 5. Leo in Theſaur. fur. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 8. num. 14. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 50. num. 9. Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 5. cap. 3. num. 44. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 105. num. 18. & ſeq. & in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 25. de regul. cap. 14. num. 2. Sperel. deciſ. 38. num. 12.*

4 Amp. 2. quod etiam regulares extra clauſtra in delicto deprehenſi ad carceres Epiſcopales duci poſſunt, ſed ſtatim remittendi ſunt ad ſuum ſuperiorem etiam nemine inſtante, vt declarauit *Sac. Congreg. Concil. in vna Panormit. ſub die 17, Iu-*
5 *nij 1578. de qua Sperel. deciſ. 38. num. 14.* vbi quod dictum breue tempus regulari debet iudicis arbitrio, & regulariter intelligatur intra triduum, iuxta textum *in l. fin. §. illico vbi Iaſ. C. de iudic.* & in facti contingentia non eſſe excedendam ſecundam diem iuxta communem DD. theoricam practicaſſe teſtatur *Sperel. deciſ. 38. num. 14. tom. 1.* præcipue ſi ſit de fuga ſuſpectus, *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 6. num. 5. & ſeq.*

6 Amp. 3. vt vlterius Ordinarius intra limites huiuſmodi breuis temporis quod poſſit etiam aſſumere informationes circa delictum perpatratum, & cum copia proceſſus reum ipſum remittere ad ſuum ſuperiorem puniendum cum præfixione termini, *Marc. Anton. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 59. num. 3. Paulin. in prax. crim. regular. cap. 29. ſub num. 43. Laurent. de Franc. in par. 1. controuerſ. inter Epiſcop. & regular. in lucub ad dictam Conſtitutionem Clement. VIII. dub. 4. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 50. num. 10. Portel. in addit. ad dub. regular. verbo punitio religioſi extra conuent. num. 17. Lezan. in ſum. quaeſt. regular. cap. 16. num. 27. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. num. 19. & ſeq & in Concil Trid. ſeſſ. 54. de regular. cap. 14. num. 2. in fin. Piaſec. in prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. numer. 43. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 1. cap. 20. §. 8. num. 2. verſ. immo comprehendit.*

7 Amp. 4. vt Regularis dicatur delinquere etiam extra clauſtra ad effectum vt ſibi locum vindicet diſpoſitio Sac. Concilij Tridentini, ſi delinquat in Eccleſia ſui Ordinis apertis tamen foribus, ſecus Clauſis, & ſolis regularibus abſtantibus, niſi delictum ſit notorium, & populo ſcandalum generet, & ita reſpondiſſe *Sac. Congreg. refert Sperel.*

dec.

dec.38.num,15. Barboſ.in Concil. Trid, ſeſſ. 35. de regular.cap.14.n.6.

8 Amp.5.quod ſi Regularis abſque licentia,ſiue obedientia, & mandato ſuperiorum in ſcriptis obtento à proprio Conuentu recedens,& ad alia loca ſe conferat, ab Ordinarijs locorum, tamquam defenſoribus ſui institut. puniri debet,Regulares etenim ſine dictis literis deprehenſi tãquam criminoſi, & grauiorũ criminum ſuſpecti carcerari, & ſub cuſtodia tandiu retineri poſſunt donec certa de eis noritia habeatur,iuxta diſpoſitionem *Sac.Concil.Trid.ſeſſ.25. de regular. cap.4. in fin.Sperel.decіſ.38.num.32.& 23.*quod comprobatur bulla *Sixti V.ex ordine Bullar, nouo 71.§.7. tom.2.fol.603.* vbi vlterius additur, quod neque

9 in alijs Monaſterijs in itinere tamquam hoſpites recipi poſſunt ſub pœna priuationis vocis actiuę, & paſſiuę.

10 Quæ ſibi.locũ vindicant quamuis receſſiſſent à ſuo Conuentu ſub prætextu ad maiores ſuperiores accedendi, quia nihilominus vrget dicta conciliaris diſpoſitio, niſi ab eiſdem ſuperioribus miſſi, aut vocati fuerint, *Sperel.dec.38. n.25.* vbi *verſ.circa quod* prohibetur etiam acceſſus ad Vrbem abſque licentia ſuperiorum ex decreto Congregationis Regularium.

11 Limit. ſupradictam concluſionem, in Religioſo in Clauſtris degente, ſi intra ipſa clauſtra delinquat, nam tunc puniri nequit ab Ordinario, ſed punitio pertinet ad Superiorem Monaſterij iuxta textum *in cap.1.in princ.verſ.dummodo ſit in loco exempto de.priuil.in 6.Sperel.dec.38.n.11. Barboſ.in Concil.Trid.ſeſſ.35.de regular.cap.14.n.3 verſ.nouiſſime.*

12 Sublim.in caſu, quo Ordinarius aliquod magnum facinus intra Clauſtra commiſſum impunitum relinqui animaduertat, nam tunc poteſt pro debita vigilantia certiorem reddere Sacram Congregationem Regularium *Sperel. dicta deciſ. 38 num.11.*

13 Quod ſi regularis degens extra clauſtra Monaſterij delinquat ab Ordinario tamquam ſedis Apoſtolicæ delegato corrigi, & puniri poteſt, vt expreſſe diſponit *Sac. Concil. Trident.ſeſſ.6. de reform.cap. .Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.dub. 14 ſect.6. num.15. Nouar.de elect.fori ſect.2.qu.69. num.11.in vltim.impreſ.Lezana in ſum.quæſt.Regular.cap.11. num.8.Laurent.de Franc. de controuerſ. inter Epiſcop.& Regular.quæſt.2.num.2.& quæſt.6. verſ.ſeptimo Fallit.Nauar. de Regular. comment.2. ſub num.63.Gennen.in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.59.num.2. Sperel.deciſ.38.num.17.& 30.vſque ad fin.* vbi recenſet Religioſum Conuerſum condemnaſſe ad triremes in perpetuum ex mandato Sac. Congregationis, non obſtantibus inſtantijs ſuperiorum ſui Ordinis pro conſignatione rei ad eandem Religionem, ex quo fuit repertus vagans, & profugus, & prauus quæſtuarius, qui nomine Religionis ſibi applicando eleemoſynas quæſtuabar, & puerum abduſerat, & nefandum crimen cum eodem commiſerat, & literas obedientiæ falſificauerat, pro quibus duobus vltimis delictis, tamquam commiſſis à Regulari degente extra clauſtra vtique non erat remittendus, ſed ab Ordinario vti Sedis Apoſtolicæ delegato priuari poterat, licet pro alijs primis duobus delictis erat remittendus.

14 Amp. hoc procedere etiam in Religioſo militiæ Sancti Ioannis Hieroſolymitanæ, *Nauar. conſ.21.incip.an Milites S. Ioannis ſub tit.de Regular. in antiq.alias conſ.12.in nouis Laurent.de Franc. de controuerſ.inter Epiſcop. & Regular.quæſt.5.n.2. & quæſt.6.verſ.ſeptimo Fallit.Lezana in ſum.quæſt. Regular. cap.11. num. 8. Nauar. de elect.fori ſect.2. quæſt.69.num.11.in vltim impreſ. Azor.inſtit. moral. par.1.lib.13. cap.4. quæſt.3. Rodriq. quæſt. Regular. tom.3.quæſt.2. art.4. & quæſt. 63.art.7. verſ. quinta Barboſ.in Concil.Trident ſeſſ.6. de reform.verſ. vel Regularis, late Sperel.deciſ.21. num.51.& deciſ. 38, num,18.*

15 Amp.2.procedere etiam ſi Regularis ſtudiorum cauſa ad vniuerſitatem miſſus vbi permaneat extra Monaſterium, ex quo conuentum non habear, nam tunc pro exceſſibus ab Ordinario puniri poteſt, iuxta diſpoſitionem *S.Concil.Trid. ſeſſ.21.de Regular.cap.4.in fin.*in nihilo refragante licentia ſuperioris, cum tantum obtretur, vt non committatur Apoſtaſia, non tamen ad impediendam iuriſdictionem Epiſcopi à Concilio attributam indiſtinctè, abſque vlla reſtrictione, & limitatione, vt ex *Gennen.in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.59. ſub num.2. tradit, Sperel. deciſ.38. num.19.*

16 Amp.3.procedere etiam ſi Regularis permaneat extra Clauſtra de licentia ſuperioris etiam in domo deputata ad erectionem Monaſterij,niſi in eadem domo ſeruetur, & vigeat regularis obſeruantia, vt ſaltem viuat ſub ſuperiore conuentualiter, nam ſi deliquerit ab Ordinario puniri poteſt, vt deciſum refert, *Piaſec.in prax.Epiſcop.par.2, cap.3. num. 22. in fin. Geuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol.cap.59.num.2.ad fin. Ciarlin. controuerſ foreuſ.lib.1.cap.50.num 6.Thom. del Bene de immunit.Eccleſ.cap.14.ſect.6.num.15. & 16. Barboſ.in Concil.Trident.ſeſſ.6.de reform.cap.3.n.1. & ſeſſ.25. de regular. cap.14. num. 4. & de offic. & poteſt.Epiſcop.alleg.105, num.16. Rit.deciſ.225.numer.5.par.1.Speral.deciſ.38. num. 21. par, 1.* & hodie hoc nullam habet difficultatem ſtante decreto de celebratione Miſſarum, & conſtitutionibus Vrbani VIII.& Innocentij X. de quibus in antecedenti adnotatione ſubijcientibus regulares Ordinarij iuriſdictioni in omnibus, etiam ſi non deliquerint, ſi in Conuentu, vel Monaſterio non adſint de familia duodecim Religioſi, vel in ſuppreſſis, & reſtitutis ſex.

17 Limit.ſi Regularis reperiatur extra Clauſtra de ſui ſuperioris licentia in aliquo membro, vel grancia ſui Monaſterij pro Religionis ſeruitio, ſub regulari tamen obſeruantia,nam tunc ſi delinquat non abOrdinario,ſed à ſuo ſuperiore puniri debet,ſecundum formam *Concil.Trid.ſeſſ.25. de regular.cap.14.* quia cum Superior eidem poſſit dare licentiam *Concil.Trid.ſeſſ.25. de Regular. cap.4.*& dicta loca cenſeantur membra Monaſterij, à quo dependent, gaudere debent eiſdem priuilegijs, pro vt gaudet ipſum Monaſterium, nam vbi militat eadem ratio, eadem militet iuris diſpoſitio, *cap. recolentes §. cæterum de ſtat.Monach Ciarlin.controuerſ.forenſ.cap.50.numer.8.lib.1.Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.cap. 14.num.19. & tradit plene Barboſ.in tract. de offic.*

&

*& poteſt.Epiſcop.alleg.*105. *num.* 17. *& in Concil. Trid. ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 3. *num.* 2. *Ric. deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapol.* 231. *num.*4. *par.* 4. *ſeù dec.*81.

18 Regulares veró fugitiui, & Apoſtatæ ab Ordinarijs locorum in carceres conijci, & ſuperioribus conſignari debent, ex conſtitutione *Vrbani VIII. Bullar. Cherubin. ex ordine* 20. *de regular. Apoſtatis, & eiectis*.

19 Limit. vt tunc ſunt conſignandi, quando ex ſola fuga, & vagatione carcerantur, ſecus vero ſi alia dum degunt extra clauſtra committant delicta, nam tunc ratione delicti, quamuis concurrat etiam Apoſtaſia nullatenus ſunt conſignandi & ceſſat hoc caſu conſtitutio Vrbana, & ſibi locum vindicat diſpoſitio S. Concilij Tridentini tribuentis facultatem Epiſcopis puniendi hoc caſu Regulares *in cap.* 3. *de reform. ſeſſ.*6. dum expreſſe ab eodem Vrbano in §. *rurſus* reſeruetur Epiſcopis huiuſmodi facultas, & ita in facti contingentia reſcriptum fuiſſe per Sacram Congregationem Regular. tradit, *Sperel. deciſ.* 38. *num.*31.

20 Apoſtaſiæ autem crimen vt à Regulari commiſſum dicatur de eius eſſentiali ratione exigitur receſſus à Religione animo illam deſerendi, adeo vt, qui ſine licentia Prælati è conuentu egreditur animo reuertendi dicitur tantum fugitiuus, & vagus in quem etiam Ordinarius animaduertere poteſt, iuxta decretum *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.*4. ita *Fr. Angel. à Lantuſca in Theat. Regular. in verbo Apoſtata numer.*2.

21 Quod ſi Apoſtata perſeueret in Apoſtaſia, & conſequenter per annum in excommunicatione inſordeſcat, contra eundem procedere poſſunt Inquiſitores, *Menoch. de præſumpt. lib* 6. *præſumpt.* 6. *num.*24. *Diana reſol. moral par.*4. *tract* 7. *reſol.* 3. *Graſ. dec. lib.* 3. *cap.*5. *num.*83. *Fr. Angel. à Lantuſca loco citato num.* 3.

22 Limit. vt nec Apoſtata, nec fugitiuus, & vagus dicatur Religioſus, qui indiſcretè, & ſupra modum à ſuo ſuperiore vexatus exeat à Monaſterio cauſa adeundi ſuperiorem maiorem vt eius auctoritate à vexatione liberetur, cum hoc caſu non incurrat Apoſtaſiæ pœnas, vt reſoluunt *Nauar. in comment.* 2. *de regular. num* .61. *& comment.* 3. *num.*51. *Sanchez. in præcept. decalog. tom.* 2. *lib.*6. *cap.*8. *num.*102. *Bonacin. in tit. de clauſ. & pæn. eam violant. impoſit. quæſt.*2. *punct.*11. *num.*9. *Coriolan. de caſibus reſeruat. par.*2. *caſ.*3. *num.* 19. *& caſ.*5. *de iudic. regular.* §.10. *num.*27. *cum alijs allegatis per Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ.*25. *de regular. cap.*4. *num.*9.

23 Et quamuis ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trident ſeſſ.*24. *de regular. cap.*4. interdictum ſit Regularibus à ſuis Conuentibus recedere etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi. niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint, adeo vt qui ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit ab Ordinarijs locorum tamquam deſertor ſui inſtituti puniri poſſit, tamen hoc intelligi de illo, qui ſuperiorem adije non ex aliqua graui, ſed leui, aut leuiſſima cauſa, vt tradunt *Doctores citati per Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap.*4. *num.*9. *in fin.* vbi *num.*11. ſubdit quod à correctione, quam facit

24 Prælatus excedendo regulæ limites datur appellatio, vel recurſus à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Cardinalium Congregationem.

25 Si veró Monachus deprehendatur ſine habitu incedere extra ſepta Monaſterij, pariter per Ordinarium puniri poterit, ſecus ſi intra, *Franc. in cap.*1. *n.*5. *de priuil. in* 6. *Cochier. de iuriſdict. Ordinar. in exemptos par.*2. *quæſt.*43. *Fuſch. de viſitat. lib.* 2. *cap.*16. *n.*2. *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *n.*61.

26 In Cauſis veró hæreſis Regulares omnes etiã exempti ſubiacent Epiſcopi iudicio tamquam habenti ſpecialiter titulum Inquiſitoris, adeo vt Regulares, eorum Monachos, Fratres, & Subditos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos etiam in viſitationibus eſſe nouerint abſque alia conſultatione, Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus denunciare tenetur iuxta *conſtitutionem Pauli V. incipit Romanus Pontifex* 26. *Kalendas Septembris* 1606. *de qua Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *n.*56. *late Thom. del Bene de immunit Eccleſ. cap.*14. *dub.*9. *ſect.*1. *n.*3. *tom.*2. vbi quod Epiſcopus quo ad huiuſmodi cognitionem quo ad ſuos ſubditos ſit Iudex Ordinarius, quo ad Regulares exemptos ſit delegatus, vt deducitur *in cap. ad abolendum de hæret. ibi ſi qui verò fuerint Farinac. quæſt.*186. *n.*7. *Carrer. tract. de hæreticis n.*65. *Simanca tit.*25. *Rub. de Epiſcop. n.*6. *Zanchin. de hæreticis cap.*8. *n.*3.

27 Quarum cauſarum cognitio competit etiam non ſolum alijs Prælatis inferioribus, verum etiam Capitulo ſede vacante, mediante Vicario Capitulari ſpecialiter deputato vigore facultatis præfato Vicario Capitulari procedendi in cauſis fidei attributæ *in Cle.*1. §. *præter de hæret. Farinac. quæſt.*186. *num.*180. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.*14. *dub.*19. *ſect.*1. *à n.*10. *vſque ad* 14. *tom.*2.

28 Vicarius tamen Generalis Epiſcopi, & Capituli ſede vacante non ſunt Iudices competentes hæreticorum, niſi ad id ſpecialiter deputetur, cum ob grauitatem criminis, exigatur ſpecialis commiſſio, vt colligitur *ex Tridentino ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* ibi, *ipſis Epiſcopis, & non eorum Vicarijs ſit permiſſum Farinac. de hæreſi quæſt.* 186. *num.*13. *&* 181. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.*54. *n.*85 *part.*3. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.*14. *dub.*9. *ſect.*2. *num.*1. *tom.* 2.

29 Ampl.1. Vt Epiſcopus procedere poſſit contra Regulares in crimine ſollicitationis vigore conſtitutionis Gregorij XV. contra ſollicitantes ædita anno 1622. 30. Auguſti, *incip. Vniuerſi dominici gregis*, ibi. *Et prætereà omnes Inquiſitores, & locorum Ordinarij &c. ſuper ijs contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus prout in cauſis fidei &c. diligenter inquirant, & procedant; & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs ſuſpendant ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetua inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiua, & paſſiua, ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos*

quo-

quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint debita præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant, & vt latè tradit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 10. à num. 1. cum pluribus ſequent. Diana reſol. moral. par. 1. tract. de denunciationibus reſol. 29. Sanctarel. in tract. de hæreſi cap. 44. num. 11. & 12. Petrinus ſuper priuil. minor. tom. 2. conſtit. 4.*

30 Sublimita quod licet Epiſcopi, & Inquiſitores poſſint ſeparatim procedere in huiuſmodi criminis cognitione, non tamen poſſunt ſeparatim ſententiam condemnatoriam contra confeſſarium ſollicitantem proferre; ſed facienda eſt ſecundum Ius Canonicum communicatio proceſſuum, iuxta *Text. in cap. cum per hoc de hæreticis in 6. & docent Pegna in direct. Inquiſit. part. 3. comment. 97. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 18. quæſt. 16. Lucerna Inquiſit. verſ. abſoluere num. 2. cum alijs adductis per Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 10. num. 10. & num. 11.* vbi quod neque poſſint ſententiam abiurationis ſeparatim proferre, alias in vtroque caſu, ſententia non teneret iuxta *Clement. prima de hæreticis*.

31 Prout etiam neque poſſunt ſeparatim abſoluere, quia licet dicta Clementina de ſola ſententia condemnatoria loquatur, indiſtinctè tamen loquitur, etiam de qualibet ſententia, vt comprehendat ſententiam pariter abſolutoriam, ita ex *Pegnia Royas, Simancha, Palaò, & Barboſa tradit Thomas del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 10. num. 13. tom. 2.*

32 Sed quia huiuſmodi crimen redditur difficilis
probationis, ideò ob eius grauitatem, enormitatemque,
& tamquam Eccleſiæ Dei valdè perniciosum ne defectu
probationum impunitum remaneat, teſtibus etiam ſingularibus
concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis
delictum probari, & arbitrio Ordinariorum, & Inquiſitorum
iudicandi, puniendi, & curiæ ſæculari reum tradendum eſſe
pronunciandi ſpecialiter tribuitur facultas eiſdem Ordinarijs,
& Inquiſitoribus *à Gregorio XV. dicta conſtitutione contra
ſollicitantes §. dantes etiam fa-*
33 *cultatem*, vndè hæc omnia remittenda ſunt iudicio. & prudentiæ
Inquiſitorum, & Ordinariorum, qui conſiderare debent circumſtantias,
& qualitates, tam fœminarum denunciantium, quam Sacerdotum,
qui accuſantur, *Diana reſol. moral. part. 1. tract. de
denunciationibus reſol. 28. verſ. at ego, ad tradita per Molfeſium
in ſum. tom. 1. tract. 7. cap. 24. num. 36. & ſeq.* hoc tamen crimen
34 probari per teſtimonia duarum fœminarum tenet *Paramus de
Origine Inquiſit. lib. 3. quæſt. 10. num. 158. & 165.* Contrarium
verò docet *Sanctarel. in tract. de hæreſi cap. 44. dub. vnico num.
6. Petrinus de priuileg minimorum tom. 2. conſtit. 4. Greg. XV.
§. 8. num. 23. Io: Sancius in ſelect. diſ. 11. nu. 40. Bonacin. in
tit. de onere, & obligatione denunciandi diſ. 6. punct. 3. num. 26.
fol. mihi 903. tom. 1. Ortiz. vero in ſumma cap. 24. num. 11.* tres
fæminas ſollicitatas ſufficere aſſerit, quatuor tamen expoſcit
Acugna de Confeſſ. ſollicitan. quæſt. 23. num. 11. ſed quot
35 fæminę, ſeu perſonæ ſufficiant ad plenè probandum præfatum
crimen relinquendum eſſe arbitrio Inquiſitorum concludit *Bonacin.
loco citato num. 27. Sanctarel. in tract. de hæreſi cap. 44. num. 6.
Roderic. de Chuna quæſt. 23. num. 4.*

36 Cæterum quod huiuſmodi crimen benè probari poſſit per teſtes ſingulares, ſcilicet per plures fæminas, quæ ſingulæ ſeorſum affirment ſe à Confeſſario in confeſſione ſollicitatas fuiſſe, cum huiuſmodi crimen cognoſci non poteſt niſi per ipſas fæminas, ipſaſque perſonas in confeſſione ſollicitatas, quæ ex natura rei redduntur ſingulares, prout ita etiam fractio ſigilli confeſſionis plenè probatur per teſtes ſingulares, vt comprobat *Bonacin. in tit. de onere, & obligat. denunciandi diſ. 6. punct. 3. n. 25. ſol. 903. tom. 1.*

37 Ad euitanda tamen grauia damna, & incommoda confeſſarij, & cohibendam leuitatem mulierculartum, ne vel intuitu malignantium, vel ex propria malitioſa peruerſitate fingant ſe ſollicitatas fuiſſe ad inhoneſta in actu Sacramentalis confeſſionis, Sacra Congregatio S. Officij cenſuit huiuſmodi confeſſarium denunciatum per ſolam depoſitionem pœnitentis, carceribus mancipari non debere, ſed prius certiorare debet Sac. Congregatio de qualitatibus mulieris ſollicitatę, vt reſcriptum fuit Epiſcopo Fulginaten. prout in ſequenti.

Veſcouo di Foligno.

Molt'Illuſtre, e Reuerendiſſimo Signore.

Acciò più fondatamente ſi proceda contro li ſollicitanti in Confeſſione, queſta ſuprema Congregatione ordina, che per il detto d'vna ſol donna V. S. non venghi à conſtituire, ò carcerare il preteſo reo, ſenza darne prima qui auuiſo colla relatione della qualità della Donna del denunciante, & denunciato, & allora ſe li ſcriuerà ſe debba, ò nò procedere à coſtituirlo ò carcerarlo. Tanto V. S. ſarà contenta di eſeguire, & il Signor Iddio la conſerui. Roma li 17. Luglio 1627.

Affettionatiſſimo per ſeruirla
Il Cardinal Millino.

Vt in Regiſtro ſupradictæ Congregationis fol. 43. de quo etiam *Frater Angelus à Lantuſca in Theatr. Regular. in verſ. pœnitens, & ait etiam Acugnia de Confeſſ. ſollic. quæſt. 23. num. 27. relat. per Dian. reſol. moral. part. 1. tract. de denunciationibus reſol. 28. verſ. ſed contrariam ſententiam circa fin.* & mihi ab eadem ſacra ſuprema Inquiſitione reſcriptum fuit, vt obſeruatè facerem andamenta Confeſſarij denunciati.

38 Ampl. 2. quod Epiſcopi, prout etiam Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere poſſunt, & ſeuerè animaduertere in Regulares audentes aſſerere, quod Beatiſſima Virgo fuerit concepta in peccato originali nedum in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis *Siſtus IV. in extrauag. graue nimis de reliquijs, & veneratione Sanctorum Pius V. conſtit. 114. Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. de peccato originali in fin. Sac. Congregat. Inquiſitionis coram Sanctiſſimo Paulo V. die 31. Auguſti 1617. relat. per Campan. in diuerſ. Iuris Canonici Rubric. 12. cap. 13. num. 140. latè Barboſ. de off. & Poteſt. Epiſcopi, allegat. 50. num. 109. & pluribus ſeqq. & allegat. 105. num. 58. & ſeqq. & in Concil. Trident. ſeſſ. 5. de peccato originali num. 10. vſque ad fin.* Verùm etiam in priuatis colloquijs, & ſcriptis priuatis, prout etiam ſtatuit *Alexander VII.*

ſua conſtit.incip.ſollicitudo omnium Eccleſiarum emanat.die 8.*Septemb.* 1661.qua innouauit ſupradictas conſtitutiones *relata per Fr. Angelum à Lantuſca in ſuo Theatr. Regular. in verbo Officium Sanctorum ſol.*452.iuxtà aliam decisionem editam per eandem *Sacram Congregationem Vniuerſalis Inquiſitionis coram Gregorio XV. ſub die* 24.*Maij* 1622. *de quibus Barboſ.d.alleg.*105.*num.*59.*& in Concil.Trident.d.ſeſſ.*5.*de peccato originali num.*12.*&* 13.*vbi, quod idem Gregor.XV.ſub die* 28.*Iulij* 1622.indulſit fratribus Ordinis Prædicatorum licentiam,vt de cætero in quibuſcumque priuatis eorum colloquijs, ſeu conſertutijs inter ſe duntaxat,& non inter alios , aut cum alijs de materia conceptionis Beatæ Mariæ Virginis diſſerere, & tractare abſque vllo pœnarum incurſu , quod decretum reperitur impreſſum poſt dictam Conſtitutionem *Gregorij XV. & in compendio Bullarij Flauij Cherubini in fin. de quo etiam Iul. Lauor. de Indulgentia part.*2.*cap.*21.*num.*33.

39 Ampl.3. vt Regulares iudicari poſſunt ab Ordinario etiam in caſibus Aſtrologiæ iudiciariæ,ſi miſſam celebrent , & non ſint ſacerdotes, vel indebitè ſub prætextu ſanctitatis venerationem, & cultum tribuant defunctis non canonizatis , vel beatificatis *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.cap.*14 *dub.*10.*num.*19. *verſ.cæterum qualiter ed tradita per Lezan. in ſumma Regular. verſ. cauſa iudicialis Regularium num.*14.

40 Regulares verò iura Epiſcopalia , ſibi arrogantes puniri poſſunt ab Epiſcopo , qui etiam declarare valet interdictas Eccleſias , in quibus exercuerint , *cap. cum & plantare §. de confratribus verſ. quod autem de priuileg. vbi gloſs. in verbo priuilegiorum Barboſ.de officio, & poteſt.Epiſcop. allegat.*105.*num.*63. *Cochier. de iuriſdict. in exemptos part.*2.*lib.*1.*quæſt.*45.*num.*100.*Merolla tom.*3.*diſ.*7. *cap.*4.*dub.*9.*num.*166.

41 Contrarium tuetur *Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.cap.*14.*dub.*12.*num.*1. *vſque ad fin. vbi contrarijs reſpondet* , eo quia in dicto *cap.cum & plantare* non tribuatur Epiſcopis huiuſmodi facultas, ſed tantum ſubijciuntur interdicto Eccleſiæ Regularium ſic attentantium .

42 Poteſt etiam Epiſcopus , vbi ſanctimonialium clauſura violata fuerit in omnibus Monaſterijs eiſdem Epiſcopis ſubiectis ordinaria in exemptis verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate reſtitui , & conſeruari curare , vndè Epiſcopus habet iuriſdictionem in Moniales , licet ex priuilegio immunes in ijs , quæ ad clauſuram , & ſpiritualium rerum curam pertinent , etiamſi Sedi Apoſtolicę immediate ſint ſubiectæ , vt expreſsè diſponit *Concil.Trid.ſeſſ.*25.*de regular. cap.*5. *& deciſum refert Armendar. in addit.ad recompil.legum Nauarræ lib.*2.*tit.*18.*lib.*7.*de Relig.nu.*95.*Cochier.de iuriſdic. Ordinar. in exempt. part.*2.*quæſt.*45.*num.*15. *&* 81. *Campan. in diuerſ.iur.canon.rub.*12.*cap.*13.*num.*83. *Barboſ. de offic.& poteſt. Epiſcop. alleg.*102. *num.*3. *&* 4.*& alleg.*105.*nu.*31.*& in Concil.Trid.ſeſſ.*25.*de regular.cap.*5.*n* 14.*Tamburin.de iure Abbatis diſ.*17. *quæſt.*3. *num.*3. 5. *&* 6.

43 Ac proindè huiuſmodi Moniales exemptæ ab Epiſcopo viſitari poſſunt , quoad obſeruantiam clauſuræ toties , quoties eidem expedire videbitur, etiam ſine præſentia ſuorum ſuperiorum, vt per *Sellium in Select. Canoniciis cap.*8. *num.*25. *vbi deciſum refert in Vercellen.* 22. *Aprilis* 1617. *relat. per Barboſ.in Concil.Trid.dicto cap.*5.*ſeſſ.*25.*de Regular.num.*15.*&* 18.*& dicta alleg.*102.*num.*5.*&* 6. vbi quod hoc procedat , ſiue ſint ſubiectæ Regularibus , ſiue alieno Epiſcopo . vt etiam deciſum refert *Gallet.in Margarit.caſuum conſcientiæ in verbo Monialis* 4.

44 Nec à Regularibus,quibus ſubijciuntur Ordinarius impediri poteſt quo minus dictam clauſuram viſitet , & ingrediatur ſepta Monaſterij , *Galet. in Margarita caſuum conſcientiæ verbo Monial.*4.*Barboſ.dicta alleg.*102.*num.*6.*in Concil.dicto cap.*5.*ſeſſ.*25.*de Regular.*

45 Contrarium quod non liceat Epiſcopo viſitare, & ingredi ſepta Monaſterij Monialium exemptarum , niſi admonitis ipſis Prælatis Monialium ordinariis , ſeu ſolummodo in caſu , quo publicè conſtaret clauſuram eſſe violatam *Sanchez in præcept.decalog.tom.*2.*lib.*6.*cap.*15.*num.*21. *Ladou. Miranda de Sacr.Monial. quæſt.*2.*art.*14.*num.*3. *Bonacin. in tit. de clauſ. & pæn. eam violant. impoſit. quæſt.*1.*punct.*6.*Ludouic.Mirand. poſt Manual. Prælat.in tract. de ſacr.Monial.quæſt.*2. *artic.*14. *num.*3. quos reprobat *Barboſ.in dicta alleg.*102.*num.*8. *& ſeqq.*

46 Sine tamen ſpeciali mandato, neque Vicarius Generalis Epiſcopi , neque ſuffraganeus Epiſcopi, cum non habeat exercitium iuriſdictionis non poſſunt viſitare clauſuram Monialium,vt ex *Sel. tradit Barboſ. in Concil.Trid. ſeſſ.*25. *de Regular.cap.*5.*num.*6.*&* 7.

47 Hinc eſt, quod Epiſcopus ob clauſuram cuſtodiendam etiam in Monaſterijs Regularibus ſubiectis poteſt excommunicationis latę ſententiæ pœnam ſibi reſeruatæ imponère circa aperitionem oſtii clauſurę extra caſus indigentiæ , necnon circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus , ita vt huiuſmodi excommunicatio liget nedum Regulares accedentes , verum etiam Moniales , facta de illis mentione , à qua ſuperior Regularis abſoluere nequit , ita cenſuit *Sac.Congregatio Concilij in vna Viterbien.* 26. *Iunij* 1627. *vt in Regeſto huius Congregat. fol.*42. *relat. per Fr. Angelum à Lantuſca.in Theat.Regular.in verb.Epiſcopat num.*3.*fol.*265.

48 Quod ſi Epiſcopus dum ingredi voluerit ſepta Monaſterii ob cauſam prædictæ viſitationis, renuant, & repugnent exempti , vel exemptæ moniales oſtium claudendo vtique poteſt illud frangere, vimque inferre , vt docet *Abb.in cap.*1. *num.*3. *verſ. ad ſecundam vero de immunit. Eccleſ. ibique Innoc. verſ. item alia ratione Faſcus de viſitat.lib.*2.*cap.*16.*Barboſ.de poteſt.Epiſcop allegat.*74. *num.*22.*Tamburin. de iure Abbatis diſ.*17. *quæſt.*3.

49 *num.*4. vbi quod vlterius poſſit Epiſcopus impedientes dictam viſitationem excommunicare , etiam non adhibitis monitorijs in ipſo actu illatæ violentiæ pro defenſione ſuorum iurium, *ad conſtitutionem Gregorij XV.de exemptor.priuileg.*

50 Quibus alia inſurgit inſpectio , quod abſque expreſſa ordinarij auctoritate neque poſſunt ſuperiores Regulares concedere licentiam puta fabrisferrarijs, lignariis, olitoribus, cæmentariis, & huiuſmodi ingrediendi Monaſteria monialium ipſis Regularibus ſubiectarum , vt attenta *conſti-*

tutione

tutione Gregorij XV de exemptorum priuilegijs, recedendo ab antiquis reſolutionibus cenſuit Sac. Congregatio Concilii ſub hac forma, *Tamen ſi alias Sac. Congregatio Concilij declarauerit licentias ingrediendi ſepta Monaſteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus ſubiectarum ex vera tantum neceſſitate, quæ moniales reſpiciat concedendas accedendi ad Monaſteria, & alloquendi cum Monialibus pertinere ad ipſos Superiores Regulares, nihilominus ſub die 13. Nouembris 1610. quo magis clauſuræ obſeruationi conſuleretur, facultate ſibi à Sanctiſs. D.N. tributa ſtatuit, & decreuit, vt deinceps intra huiuſmodi ſepta nemini ingredi, nec alloqui liceat, niſi licentia concedendæ in caſibus neceſſarijs, quæ Moniales reſpiciant nedum à Superioribus Regularibus dictorum Monaſteriorum, ſed etiam à locorum Ordinarijs obtentæ fuerint, non obſtantibus quibuſcunque contrarijs, legibus, ſtatutis, conſuetudinibus etiam immemorabilibus.*

Sed negotio iterum in Sacra Congregatione
51 propoſito, & maturius conſtitutione Gregorij XV. perpenſa, atque felic. record. Vrbani VIII. relato die 21. Maij 1630. declarauit idem Vrbanus huiuſmodi licentias à Superioribus Regularibus non eſſe petendas in illis locis, vbi conſuetudo exiſtat, vt ab Epiſcopis tantum concedan-
52 tur, & ita conceſſę ſufficiant etiam priuatiuæ quoad ipſos Regulares, & ita etiam fuiſſe reſolutum *in Perusina die 10. Ianuarij 1627. & 12. Augusti 1645.* de quibus *Pignatel. conſult. canon 162. à*
53 *num. 1. vſque ad num. 5.* vbi ſubdit, quod in ſubſcriptione huiuſmodi licentiarum Epiſcopus habere debeat primum locum iuxta alias reſolutiones S. Congregationis ab ipſo allegatas.

54 Et contra huiuſmodi ingrediendos procedere poteſt Epiſcopus ad pœnas etiam cenſurarum, vt expreſsè diſponitur *in conſtitutione Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs*, & paſſim cenſuit Sac. Congregatio, & præcipuè *in dicta Peruſina, & in Nicoteren. 5. Aprilis* 1636.

55 Quæ vt facilius ab Epiſcopo muneri ſuo ſatiſfaciendo conſequantur ab eodem publicandum eſt edictum generale prohibitorium etiam comprehendens Regulares ſub pœnis etiam cenſurarum ipſi ordinario reſeruatarum, vt obſeruatum fuit in vna *Neapolitana die 18. Nouembris 1645. & in dicta Peruſina, & Aximana de quibus Pignatel. conſult. canon. 162. nn. 7. 8. & 9.* & præcipuè *in vna*
56 *Vrbeuetana die 26. Iunij* 1627. Vbi quæſitum fuit, an Epiſcopus ob clauſuram cuſtodiendam etiam in Monaſterijs Regularibus ſubiectis poſſit excommunicationis latæ ſententię pœnam ſibi reſeruatæ imponere circa aperitionem oſtij clauſuræ extra caſus indigentiæ, necnon circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus, dictaque excommunicatio liget etiam Regulares accedentes, verum etiam Moniales facta de illis menſione, adeout Superior Regularis ab huiuſmodi excommunicatione abſoluere nequeat.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum reſpondit Epiſcopum poſſe.

F. Cardinalis Veroſpius.

Franciſcus Paoluccius Sac. Congreg. Concil. Secr.

In regiſtro huius Congregat. fol. 42. quam etiam refert Lantuſca in Theatro Regularium in verbo Epiſcopus Tom. II. tit. de poteſtate Epiſcopi circa clauſuram Monialium fol. 265.

57 Quinimo Regularium ſuperioribus, quibus ſanctimonialium Monaſteriorum cura, & regimen incumbit intra ſepta eorundem Monaſteriorum nullatenus ingredi licet, niſi ex cauſa viſitationis localis, & hoc ſemel tantum in anno, ita vt eo anno ſi vnus ſuperior viſitauerit, alter ſuperior ab huiuſmodi viſitatione ſe abſtinere debeat, quod ſi ob clauſuram, quæ à Sancta Tridentina Synodo etiam in Monaſterijs exemptis curæ, & vigilantiæ Epiſcopi in primis com-
58 mittitur, aut ob aliam vrgentem, ac neceſſariam cauſam oportuerit Superiorum Regularium eodem anno pluries ingredi ſepta Monaſterij, tunc non alias eidem ingredi permittitur, quam cum præſentia Epiſcopi Diœceſani, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ ſæcularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipſo Epiſcopo ſpecialiter deputandæ, Viſitatio vnica die terminanda
59 eſt. & ad hunc effectum ſi viſitet Generalis poteſt ſecum ducere duos ſocios ſui Ordinis exemplares, & maturæ ætatis, qui inuicem nunquam ſeparentur, ſed aſpiciantur ſi alius à Generali vnum tantum excluſis omnibus alijs etiam ratione officij, excluſoque pariter Confeſſario ordinario, & extraordinario; Viſitatori verò aſſiſtere debent quatuor Moniales ex ſenioribus Monaſterij, quæ viſitatione durante ſeparari non debent à Viſitatore, eiuſque ſociis, reliquæ vero Moniales aliæque mulieres, ac puellæ ſæculares in Monaſterio degentes omnes durante tempore viſitationis, niſi alio legitimo detineantur impedimento in Choro permanere debent, viſitatio tamen perſonalis facienda eſt ad Crates, & omnino extra clauſuram, & per ipſum ſuperiorem dumtaxat, prout ab eodem tantum, & non per delegatum facienda eſt viſitatio anterioris clauſuræ, etiam legitimo concurrente impedimento, quo caſu differenda venit in aliud tempus, quo ceſſauerit impedimentum.

60 Prohibetur inſuper Viſitatori, eiuſque ſocijs vllam ſumere in Monaſterio refectionem, immò Superiores Regulares non poſſunt permittere habitare Confeſſarios Sanctimonialium in manſionibus, ſeù Cellis intra ſeù prope ſepta Monaſteriorum Monialium, vbi tamen Monaſterium Monialium valdè diſtet à Monaſterio Regularium, quibus Moniales ſunt ſubiectæ, tunc retineri, vel conduci permittuntur mantiones ad vſum Confeſſoris, dummodo tamen non ſint coniunctæ, vel contiguæ ipſi Monaſterio Monialium, ſed ab eo penitus diſiunctæ non ſolum per parietes, ſed etiã per tecta, & in debita diſtantia ab Epiſcopo recognoſcenda, & approbanda, in quibus manſionibus Confeſſoris ipſo cum ſuo ſocio excepto, alij Regulares, etiam ſi Superiores ſint minimè pernoctent, & vt latius ſancitur in *Conſtitutione Alexandri VII. incip. felici emanata vſq: de anno 1664. tertio decimo Kal. Nouembris*, *quæ refertur à Pignatel. conſult. canon. 162. in fin.* in qua conſtitutione grauiſſimis contrauenientes afficiũtur pęnis, ibi, *Si quis vero prædictorum Regularium aliquid contra præſentium tenorem facere, vel moliri præſumpſerit, aut adimplere neglexerit ipſo facto pœnam excommunicationis, & priuationis omnium officiorum, quæ ob-*

tinet, ac perpetua inhabilitatis ad illa, vel alia impoſterum obtinenda, vociſque actiuè, & paſſiuè, abſque alia declaratione incurret, & nihilominus nullis priuilegijs & exemptionibus tueri ſe poſſit, quo minus ab Epiſcopo loci tanquam ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegato quoties, & quando opus fuerit corrigi, & puniri valeat, &c.

61 Eximûtur verò Regulares ab Ordinariorum iuriſdictione in his infraſcriptis caſibus relatis in declaratione Sacræ Congregationis Regularium, per hæc verba.

Illuſtriſſimi DD. Cardinales hit maturè conſideratis ſtatuerũt, et decreuerunt infraſcripta ab eiſdem locorum Ordinarijs perpetuò, & inuiolabiliter obſeruari debere.

Primò quod circà ſæcularium Confeſſiones ab ipſis Fratribus Mendicantibus audientibus ſeruetur deciſio Sacri Concilij, & Epiſcoporum, corripianturque Ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentijs conceſſis id excipiunt.

Secundo Fratres Mendicãtes nullatenus à quæſtuatione, quæ de licentia ſuorum Superiorum fit, et in dies fieri contingit, prohibeantur.

Tertio Ordinarij in cognitionibus cauſarum Fratrũ Mendicantium, tam ciuilium, quam criminalium minimè ſe ingerant, pariter nec in viſitatione eorundem Fratrum vel Eccleſiarum ſuarum, niſi quatenus eis per Concilij Tridentini decreta conceditur.

Quarto Ordinarij non impediant Fratres pulſare campanas, ad matutinum, ad horas, & ad miſſam, antequam pulſetur campana maioris Eccleſiæ, præter quam in die Sabathi Sancti.

Quinto quoad quartam funeralium ſeruetur decretum Concilij Tridentini, quæ refertur à Patre Angelo Auda à Lantuſca in Theatro Regularium in verbo Mendicantes à num. primo cum. ſeqq. aliaque priuilegia, & indulta emanata ad fauorem Regula-

62 rium Mendicantium recenſentur.

Pio V. Conſt. t. XI. incipient dum ad vberes 29. Iulij 1563. apud Cherub. tom. 2. pag. 191. & conſt. t. 41. incip. ſi mendicantium 1 Kal. Iunij 1507. apud eundem Cherub eodem bullar. tom. 2 pag. 028.

Verum quia mendicantium priuilegia in multis fuerunt moderata, ſeu abrogata a Greg. XV. in ſua Conſtitutione de exemptorum priuilegijs, ſuper qua ad tollendas difficultates, quę poſt eius publicationem inſurrexerunt infraſcriptæ declarationes emanauerunt.

63 *Poſita præfata Conſtitutione dubitatur. Primo. An liceat Epiſcopis viſitare altaria Regularium Eccleſiarum, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit, aut loca, vbi in eiſdem Eccleſijs aſſeruatur Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiantur Confeſſiones perſonarum ſæcularium.*

64 *Secundo an Epiſcopi poſſint Regularibus præſcribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum Confeſſiones audiant, vel alias illorum priuilegia reſtringere, ac moderari in Sacramentis adminiſtrandis?*

65 *Tertiò, an facultas Epiſcopis per Conſtitutionem attributa in exemptos tam ſæculares, quam Regulares intelligatur etiam tributa in perſonis nullius Diœceſis.*

66 *Quarto an eadem facultas cõpetat inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus?*

67 *Quinto, an per eandem Conſtitutionem in illis verbis poſſit Epiſcopus vna cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum &c. electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, & præſidere ius Abbatiſſas confirmandi Epiſcopis attributum cenſeatur.*

68 *Sexto, an Confeſſores monialium ante editam Conſtitutionem deputati debeant ab Epiſcopo examinari, & approbari?*

69 *Septimo, an Superiores Regulares ſimiliter ante ipſius Conſtitutionis publicationem electi, ſeu deputati alia indigeant Epiſcopi approbatione pro confeſſionibus Sanctimonialium ſibi ſubiectarum audiendis.*

70 *Octauo, an confeſſiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, ſeu deputati, vel confirmati poſt publicationem, & ſcientiam tenoris dictæ Bullæ non obtenta Epiſcopi approbatione ſint nulla, atque irrita nec ne?*

71 *Nono, an Regulares generaliter ab Epiſcopo approbati ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas cenſeantur etiam approbati ad audiendas confeſſiones monialium ſibi ſubiectarum?*

72 *Decimo, an Regularis ad audiendas confeſſiones monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatus confeſſiones monialium alterius Monaſterij audire poſſit?*

73 *Vndecimo, an confeſſores Regulares extraordinarij ſemel ab Epiſcopo deputati, & approbati ad audiendas monialium confeſſiones pro vna vice infra annum ad præſcriptum Sacri Concilij Tridentini poſſint virtute dictæ approbationis pluries tamquam confeſſores extraordinarij earundem confeſſiones audire abſque noua Epiſcopi licentia.*

74 *Duodecimo cum in eadem conſtitutione ſtatutũ ſit, vt liceat Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores Regulares admonere, vt amoueant Confeſſores Monialium, atque adminiſtratores bonorum ad earundem Monialium Monaſteria pertinentium, iiſque Superioribus id facere detrectantibus habeat Epiſcopus facultatẽ prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit, an huiuſmodi cauſam Epiſcopus Superioribus Regularibus ſignificare teneatur.*

75 *Decimotertio, an eadem conſtitutio qua parte ſupponit Epiſcopi iuriſdictioni Regulares delinquentes circa perſonas degentes intra ſepta Monaſteriorum, Monialium, aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem eorundem Monaſteriorum habeat locum in omnibus delictis, an verò ſolum in notorijs, & cum ſcandalo populi.*

76 *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit, Conſtitutionem ſanctæ memoriæ Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs nequaquam ſubijcere regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit Epiſcoporum iuriſdictioni in ijs, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cum in Sacramentis perſonis ſæcularibus adminiſtrandis ijdem Regulares delinquunt, ac propterea.*

77 *Ad primum dubium reſpondit Epiſcopis non licere in vim eiuſdem Conſtitutionis viſitare altaria Eccleſiarum regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium, nec loca vbi in eiſdem Eccleſijs aſſeruatur Sanctimonialium Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum Regularium audiuntur.*

78 Ad

78 Ad 2. hac in parte conſtitutionem nihil noui iuris induxiſſe, nec vllam nouum auctoritatem Epiſcopis in Regulares attribuiſſe, idcoque, in vim ipſius Conſtitutionis non poſſe Epiſcopos regularibus præſcribere vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari; quod ſi aliundè Epiſcopis huiuſmodi facultas competat, illam non fuiſſe ab eadem Conſtitutione ſublatam.

79 Ad 3. cenſuit eiuſmodi facultatem non intelligi tributam Epiſcopis in perſonas nullius Diœceſis.

80 Ad 4. non competere.

81 Ad 5. ius confirmandi Abbatiſſas minimè fuiſſe Epiſcopis per conſtitutionem attributam.

82 Ad 6. Confeſſores quidem extraordinarios Monialium nullatenus poſſe, poſt conſtitutionem illarum confeſſiones audire, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbentur, Ordinarios verò Confeſſores ante conſtitutionis publicationem deputatos poſſe durante triennio ab eorum deputatione incohando pergere in confeſſionibus ſanctimonialium audiendis abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi; Quod ſi contingat, vt illorum facultas à Sede Apoſtolica vltrà triennium prorogetur tunc debere eos ab Epiſcopo examinari, & approbari.

83 Ad 7. Superiores Regulares electos, ſeù deputatos ante ipſius conſtitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competit audiendi confeſſiones monialium ſibi ſubiectarum poſſe durante eorum officio pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in confeſſionibus audiendis illarum tantum, quæ ſponte, ac proprio motu id ab eis petierint; At verò eos, qui poſt conſtitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, ſeù dignitatibus expleto iam tempore à conſtitutionibus cuiuſque ordinis, vel alias legitimè præfinito ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe, ſanctimonialium confeſſiones audire, niſi prius à Diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, ac approbati fuerint,

84 Ad 8. Confeſſiones huiuſmodi nullas atque irritas eſſe,

Ad 9. Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones monialium ſibi ſubiectarum, ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.

85 Ad 10. Regularem ad audiendas confeſſiones monialium vnius Monaſterii ab Epiſcopo approbatum minimè poſſe audire confeſſiones monialium alterius Monaſterij.

86 Ad 11. Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos atque approbatos ab Epiſcopo ad monialium confeſſiones pro vna vice audiendas, haud poſſe pluries in vim approbationis eiuſmodi illarum confeſſiones audire, ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbandos quoties caſus deputationis contigerit.

88 Ad 12. non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare Superioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & Epiſcoporum prudentiæ, quorum conſcientiam Sacra Congregatio ſerio onerauit, ne facultate ſibi in hac parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri.

89 Ad 13. Conſtitutionem habere locum in omnibus delictis; non autem in notorijs tantum, & cum populi ſcandalo.

Quæ Sacræ Congregationis reſponſa ad ſ. relata fel. record. Gregor. XV. & Sanctiſſ. D. N. Vrb. VIII. in omnibus approbarunt.

M. Card. Ginnettus.

Loco ✠ Sigili.

Proſper Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

In regeſto fol. 21.

Quæ declarationes referuntur etiam à P. Angelo Auda à Lantuſca in Theatro Regularium in verbo Priuilegium num. 2. fol. 506.

90 Licentia alloquendi cum Monialibus exemptis, & Regularibus ſubiectis licet in Ciuitate ſpectet ad Epiſcopum eiuſque Vicarium Generalem, & Superiorem Regularem, in Diœceſi tamen non pertinet ad Vicarium foraneum, ſed ad Vicariũ ſpecialiter ab Ordinario deputandum, vt patet ex ſequenti decreto præfatæ Sac. Congregationis in vna Camerinen. 7. Martij 1613. Sac. Congreg. cenſuit facultatem concedendi perſonis ſæcularibus licentiam alloquendi moniales Regularibus ſubiectas in Ciuitate quidem Camerinea ad Epiſcopum, vel eius Vicarium Generalem, & Superiorem, cui Moniales ipſæ ſubiectæ ſunt coniunctim, ita vt idem Epiſcopus, ſeù eius Vicarius primo loco ſubſcribat, per Diœceſim verò non ad Vicarium foraneum, ſed ad alium ab eodem Epiſcopo ad hoc deputandum, nec non ad Superiorem Regularem, qui priori loco ſubſcribat coniunctim pariter ſpectare, idemque, quoad licentiam earũ quibus ordinariè intrà ſepta Monaſteriorum eorumdẽ monialium ingredi neceſſe eſt ſeruandum eſſe, repentinis tamen caſibus extremæ neceſſitatis exceptis, in qui-

91 bus licentia alterutrius ſubſcriptione roborata ſufficiat; Edicta verò quibus tempore aduentus, & quadrageſima perſonis ſæcularibus ad earundem monialium Monaſteria prohibetur acceſſus ab Epiſcopo dũtaxat, ſubſcribenda, & publicanda eſſe decreuit.

S V M M A R I V M.

1 Regulares non poſſunt ab Epiſcopo cenſuris ligari Limita in caſibus, quibus eius iuriſdictioni ſubiciuntur n. 2.

3 Si ob notorium delictum in excommunicationem inciderint poſſunt ab Epiſcopo denunciari, & ad hue effectum citari 4 Limit. procedere in caſibus in iure expreſſis. 5.

6 Epiſcopus non poteſt declarare excommunicatum Regularem pro tranſgreſſione legis, à qua ſit impoſita pęna excommunicationis

7 Clericum percuſſerit non poteſt declarare excommonicatum.

8 Citatio Epiſcopi contra Regularem exemptum eſt ipſo iure nulla.

9 Epiſcopus non poteſt prohibere Regularibus exercitium exorcizationis.

10 Neque cenſuris compellere poteſt ad publicas proceſſiones accedendum.

11 Neque poteſt prohibere, & excommonicare ne Regulares concionem faciant in Eccleſiis ſuorum Ordinum. Contrarium num. 12.

13 Neque poteſt procedere per viam cenſurarum contra Regulares accedentes ad alloquendum cum monialibus. Contrarium, num. 14.

ADNO-

ADNOTATIO IV.

Regulares an poſſint ab Epiſcopo cenſuris ligati.

1 REgulates non poſſnne ab Epiſcopis cenſuris ligari, etiam in caſu, quo ab eodem puniti poſſiut, Sancbez.in pracept. decalog. lib.6.cap.1. num.14.& de matrim.lib.7.diſ.33. num.23. Hieron. Roder.in compend. quaſt.Regular. reſol.50. num. 16. & reſol.61.num.7.Portel.in addit. ad dub.regnlar. in verb. Epiſcopus num. 5. Tamburin de iure Abbat. tom.3.diſ.5.quaſt.11.num.63. Marcel.Vlpe. in prax. iudic.for.Eccleſiaſt.cap.42. num. 26. Lezana in ſum. quaſt.Regular.cap.11.num.14. Laurent.de Franch.in controuerſ.inter Epiſcop.& Regular.quaſt.7 Barboſ. in Concil.Trident.ſeſſ.25.de Regular.cap.14.num.10. Thom.del Bene de immnnit.Eccleſiaſt.cap.14.dnb.1. num 1. tom.2.

2 Veeum poſſe Epiſcopum Regulares in caſibus, in quibus eius Iuriſdictionis ſnbijciuntur eenſutis inuoluete docet Genuen.in prax. Epiſcop. Neapol.cap 59.verſ.aliud eſt dubium, Zerol.in prax. Archiepiſcop. par. 1. verb. excommunicationis cauſa materialis §.4. Mar.Anton. var.reſol. lib.1. reſol.vltim.caſ.35.Nau.in Lucern.Regular.verb.excommunicare à princ.eum alijs per Barboſ.in Concil.Trident. ſeſſ.25.de regular.cap.14 n.10.in fin.

3 Prout etiam Regulates exempti, qui ob notorium delictum in excommunieationem inciderunt poſſunt ab Epiſcopo pnblicè denunciari excommuuicati, vt ab alijs euitentue, citca verò modum citandi adhuuc effectum Regularem exemptum eſt ſetuanda doctina Felin.in cap.non poteſt num.3.de ſent.& ze indicat Barboſ.in d.cap.14. num.10.Piaſceius in prax.Epiſcop.par 2. eap.3.§.6. num.59. Alter.de cenſnr.tom.1.diſ.10.lib.3.cap.5.in fin.Rodriq.quaſt.Regular.tom.2.quaſt.63.art.1. Ced.in qu. canon. quaſt.20. num.30. Triuiſanni lib.1. decis.36.num.2. Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.
4 cap.14.dub.1.num.8.tom.2. vbi quod iuxta doctrinam Felini Epiſcopus poſſit etiam tales Regulares excommunicatos citare ad videndum declarari, & publicari, qnia conceſſo principali cenſetue etiam conceſſum acceſſorium, præſertim ſi ſic ſumenda informatio ſupet excommunicatione contracta.

5 Lim. id procedere, & ſibi locum vindieare in caſibus in iure expreſſis, puta ſcilicet ſi Regulares extremæ vnctionis, vel Euchariſtiæ Sacramentum Clericis, vel Laicis miniſtrare, vel matrimonia ſolemnizare ſine Parochi proprij licentia præſumſerint, iuxta Clement.1.de priuileg. ſecus autem in alijs caſibus iure non expreſſis,& ſi delictum eſſet occultum, cum in caſu notoriç exeommunicationis denunciari poſſunt excommunicati, vt ab alijs euitari poſſint, Barboſ. de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.105.nu.73. Vgolin.tract. eod.cap.29.§.10.num.2. Thom.del Bene de immunit. Eccleſiaſt.cap.14.dub.1. à num.11.vſque ad 13.Nauar.conſ 2.verſ.2.de ſent.excommun. Zerola in prax. Epiſc.par.1. verb. excommunicatio de excommunication cauſa materiali in fin.Petrin.ſuper priuilegia minorum tom.1.conſtit.2.Sixti IV.§.10.n.13.

6 Hinc eſt, quod Epiſcopus non poteſt declarare excommunicatum Regularem pro tranſgreſſioue legis, propter quam impoſita ſic ſiue à iure, ſiue ab homine excommunicatio, niſi hoc ſit eidem ſpecialiter conceſſum, cum aliter repugneut Regularium priuilegia, & exemptiones, quamuis ab eiſdem publicè peepatratum ſit ceimen, propter quod impoſita exiſtat tranſgreſſo-
7 ti, & reo culpabilis pœna excommunicationis, puta ſi Clericum percuſſerit, violentaſque manus in eundem iniecerit, Nauar. lib. 5. conſ.2. num.2.
8 de ſenten. excommunicat. vnde hoc caſu citatio ab Epiſcopo contra Regularem facta ad comparendum quando id facere non eſt illi ſpecialiter cōceſſum, eſt ipſo iure nulla, defectu iuriſdictionis, & Iudicis incompetentiæ, ex decentia tamen Regularis comparere debet, & allegare priuilegium exemptionis ad effectum fori declinandi, vt ex Henriq.& Petrin. tradit Thom. del Bene de immunit.Eccleſ.cap.14.dub.1.à n.28.vſque ad fin. tom. 2.

9 Neque Epiſcopns poteſt Regularibus prohibere exercitium exorcizationis, & excommnnicare ſi exorcizent ſine ſua licentia, prout poteſt interdicere Clericis ſibi ſubiectis, Nauar. tom. 1. lib.1.conſ.6.de offic.Iud.Ordinar.num.5.Vgolin.de offic.& poteſt.Epiſcop.cap.47.num.6.Portel.in addit.ad dub.Regular.verſ.exorciſmus, Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.cap.14.dub. .nu.1.tom.2.

10 Prout neque poteſt Epiſcopus Regulares cenſutis afficere ad proceſſiones accedendum, licet habeat facnltatem eos compellendi ad intereſſendum, cum hoc ſit iure expreſſum, & conſequenter Epiſcopus non debet in Regulares animaduertere per viam cenſurarum, vt tradunt Doctores relati per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.alleg.78.num.25. Tamburin. de iure Abbat.19. quaſt.7.num.7. Peirinus tom.1. conſtit.11. Sixti IV. num.60.Portel.in addit.ad dub.Regular.verb.Epiſcopus num.5.& verb.proceſſiones num.1.cum alijs allegatis per Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.cap.14. dub.3.n. .& ſeq.tom.2. licet contrarium ſentiant, Ricc. Genuen. & Barboſ. cum alijs per eum allegatis loco citato.

11 Ita etiam neque Epiſcopns prohibere poteſt, & multo minus excommunicare ne Regulares concionem ſaciant in eorum Eccleſijs, ſeu ſuorum ordinum, cum teneantur tantum requirere benedictionem, & ſi indiſcretè denegata fuerit, licet eiſdem concionem, & ſpiritualia colloquia habere etiam inuito, & contradicente Epiſcopo, ſilere tamen, & abſtinere debent concionari in illa hora, qua Epiſcopus concionem habere voluerit, Cenedus in quaſt.canon.27.num.13. Peirinus in priuileg.minor.tom.1.conſtit.2. Gregor.XIII.§.2. n.21. & colligitur ex Bulla Pij V. quæ incipit, & ſi mendicantium emanata de anno 1567.

12 Contrarium ſenſiunt, Portel. in dub. Regular. verb.Prædicatores num.7.Franciſcus Leo in Theſaur. for.Eccleſiaſt.par.2.cap.8. num.9. Piaſecius in prax. par.2.cap.3.art.6.num.7.Peregrin. in Compend.Priuileg.verb.prædicare vbi refert Vrbanum VIII. declaraſſe Regulares non poſſe prædicare in alienis Eccleſijs abſque licentia Epiſcopi, nec in proprijs ſine benedictione illius, vel illo contradicente, alias puniri poſſe ab Epiſcopo; ſed de hoc

dc-

decreto authenticè non conſtare inquit, *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 4. nn. 1. & 2. tom. 2.*

13 Vlterius neque poſſe Epiſcopum procedere per viam cenſurarum contra Regulares accedentes ad Monaſteria ad alloquendum cum Monialibus latè defendit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 5. ſect. 1. num. 1. & per tot.* vbi ſubdit quod quamuis hodie ex conſtitutione *Gregorij XV. de exemptor. priuileg. incip. Inſcrutabilis ſub die 9. Februarij* 1622. poſſint Regulares, ſicut, & Sæculares ab Epiſcopo vti Sedis Apoſtolicæ delegati puniri, & corrigi ſi accedant ad loquendum cum Monialibus, etiam in Monaſterio exempto ſinè Epiſcopi licentia; Nihilominus quod nequeat deuenire ad cenſuras cõtra Regulares propter huiuſmodi acceſſum, quia facultas Epiſcopi in hoc delegata non ſe extendit ad ferendas cenſuras per modum legis, vel ſtatuti, ſed ſolum ad puniendos Regulares tranſgreſſores, vnde ſequitur quod poſt tantum tranſgreſſionem ſecutam ſibi locum vindicet facultas, & iuriſdi-
14 ctio delegata; quæ ratio redditur friola, & parui momenti, quia ſi Regularibus eſt interdictus acceſſus ad Moniales, & tributa eſt à Sancta Sede Epiſcopis facultas procedendi contra Regulares tranſgreſſores, dicta facultas non ſolum ſe extendere debet poſt ſecutum acceſſum, & allocutionem cum Monialibus, ſed etiam ante quam ſequatur cum intentio Summi Pontificis fuerit prohibendi actum nè ſequatur, & non vt tantum poſt ſecutum puniatur, & conſequenter ad impediendum nè ſequatur licitè poteſt Epiſcopus prohibere huiuſmodi acceſſum ſub pœna cenſurarum, vt etiam Regulares timore pœnæ perterriti abſtineant, *iuxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concil. in vna Viterbien. 26. Iunij* 1627. de qua ſupra in *Adnotat. 3. n. 47.*

PRÆNESTINA IMMVNITATIS.

ARGVMENTVM.

Extractus de facto ab Eccleſia, de facto eſt reſtituendus, competit propterea interdictum de homine libero exhibendo contra quoſcunque detinentes quamuis non extraxerint, reintegratio eſt facienda per repoſitionem extracti in eodem loco, cum refectione damnorum, nec ſufficit ſimplex excarceratio.

SVMMARIVM.

1 Extractus de facto ab Eccleſia de facto eſt reſtituendus.
2 Eccleſiæ competit interdictum de homine libero exhibẽdo ſi ſpoliata fuerit.
3 Et contra quoſcunque detentores etiam ſi non extraxerint.
4 Cenſuræ contra extrahentes, & Eccleſiam non reintegrantes poſt requiſitionem redduntur iuſtæ.
5 Nec abſolui debent niſi prius re integrata Eccleſia de perſona extracta reſectis damnis.
6 Reintegratio eſt facienda per repoſitionem extracti in eodem loco immuni.
7 Neque ſufficit ſimplex excarceratio.
8 Teſtes examinati pro Curiæ informatione ſufficiunt in cauſa immunitatis.
9 In cauſa immunitatis proceditur ſummariè, & ſufficit etiam informatio extraiudicialis.
10 Et Eccleſiaſtico tantum definitur iudicio.
11 Epiſcopus in cauſa immunitatis non tenetur ſtare proceſſui Iudicis Sæcularis.
12 Epiſcopi arbitrio remittuntur probationes capiendæ in cauſa immunitatis.
13 Non tamen debet derogare perfectę probationi delicti, ſed ſeruare ordinem iudicialem.
14 Lim. procedere de iure communi ſecus vigore conſtitutionis Clementis VIII.
15 Subſtantialia Iudicij ſeruari debent etiam ſi Iudex habeat facultatem iudicandi ſecundum conſcientiam.
16 Clauſula procedendi manu regia remittit ſolemnia, ſed non ſubſtantialia Iudicij.
17 Citatio eſt de ſolemnitate iudicij.
18 Eſt neceſſaria etiam vbi agitur ſola facti veritate inſpecta.

DECISIO LXXXV.

SAtis conſtare viſum fuit de violenta extractione Antonij è gradibus Eccleſiæ Diui Laurentij
1 per teſtes in Curia Epiſcopali examinatos, ideo tamquam de facto etiam Eccleſiæ reſtituendum eſſe cenſui iuxta textum in *cap. inter alia cap. penult. & cap. fin. de immunit. Eccleſ. cap. id conſtituimus cap. ſicut antiquitur 17. quæſt. 4. cap. de raptoribus 36. quæſt. 1. l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Farinac. qui alios copioſe allegat. quæſt. 28. num. 1.*

2 Siquidem quandocunque Eccleſia ſpoliata fuerit, ſemper competit interdictum de homine libero exhibendo, *Bart. in l. 2. C. de his, qui ad Ec-*
3 *cleſiam confugiunt*, quod eſt in rem ſcriptum ſicut cætera interdicta, *l. 1. §. pen. ff de interdict.* vnde datur contra quoſcunque detinentes, quamuis non extraxerint, *Peregrin. de immunit. Eccleſiaſt. cap. 14. num. 10. Sperel. decis. 150. num. 74. tom. 2. cum alijs per Dian. reſol. moral. par. 6. tract. 1. reſol. 27. in conſil. per eum relato ſub princ. & verſ. ad ſummum tamen, Genuen. in prax. Archiepiſcop. cap. 17. nu. 6. circa med.*

4 Propterea dubitari non poteſt de iuſtitia fulminationis cenſurarum iuxta diſpoſitionem conſtitutionis Gregorij XIV. non ſolum contra Birruarios, qui extraxerunt, verum etiam contra D. Gubernatorem laicum, qui eundem extractum poſt requiſitionem per Ordinarium factam, nedum reſtituere recuſauit, verum etiam contemnendo negociationem Miniſtri Eccleſiaſtici in carceribus diuturnè retinet, vt in puncto cenſuiſſe *Sacram Congregationem Immunitatis in vna Neapolitana die 26. Maij* 1629. *contra Iudicem Caliſanum teſtatur nouiſſimè Iacob. Pignatel. conſult. canon. 170. num. 1. & comprobat Farinac. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num. 324. Franciſ. Suarez. de ſtat. Relig. lib. 3. cap. 13. num. 17. Genuen. in prax. Epiſcop. Neapol. cap. 47. ſub nu. 6. & 7.*

5 A quibus abſolui non debent, niſi prius, & ante omnia Eccleſia reintegrata fuerit de perſona extracta, refectis damnis, & intereſſe, *Iodoc. in pract. crim. rub. de violat. templ. cap. 106. num. 4. Silueſt. in verbo Immunitas num. 3. in fin. & eodem verb. il 2. ſub num. 8. Hoſtien. in ſumm. tit. de immunit. Eccleſ. §. qua pœna Ambroſin. in comment. Bullæ Gregor. XIV. de immunit. Eccleſ. cap. 15. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 27. in princ. Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 11. num. 23. Capel. Tholoſ. dec. 423. num. 2. & 3. in addit. Io: de Vrbis de immunit. n. 651. Lezana verſ. Immunitas num. 20. Farinac. in tit. de*

car-

carceribus quæſt.28.num.5.& in Append.de immunit.cap.20.num.321.cum alijs per Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.cap.16.dubit.34.num.5. & 7. vbi aſſignat rationem, quia non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam reo ipſa extractio redditur iniurioſa.

6 Quæ quidem reintegratio eſt facienda per repoſitionem extracti in eodem loco immuni, ad effectum vt violationi Eccleſiaſticæ ſatisfactum dicatur, *ad text.in cap.reintegranda 3. quæſt.1. gloſ. in cap. ſi quis in atrio 17. quæſt.4. Gambacur. de immunit.lib.4. cap.22. num.17. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.2.cap.3.num.54.Diana reſol.moral.par.6.tract.1. reſol.27. verſ.ſecunda opinio, & verſ ſed Ego iuncto alio verſ.dicendum eſt igitur, Iacob.Pignatel.conſult. canon. 170. ſub num. 4.* vbi ita teſtatur ex decreto Sanctiſſimi ſeruatum fuiſſe contra Gubernatorem Vrbis in extracto ab Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pace die 27. Auguſti 1629. in qua extractus repoſitus fuit ab eiſdem Birruarijs publicè poſt meridiem, idemque fuiſſe decretum in extracto à S. Maria de Populo, & ita etiam cenſuiſſe *Sacram Congregationem Immunit.* præſertim *in Salernitana die 7. Maij* 1630. Ita vt ſi ſit facienda alteri Eccleſiæ requiratur S. D. N. diſpenſatio, vt cenſuit eadem S. Congreg. *in Mediolanen. 28. Nouembris 1634. ſcilicet reſtitutionem Oratoris extracti de iure faciendam eſſe eidem Eccleſiæ Lauden. à qua fuit extractus, etiam ſi hodie moram trahat in Ciuitate Romana diſtante à loco factæ extractionis, poſſe tamen hoc caſu S. D. N. diſpenſare vt reſtitutio fiat Eccleſiæ Lateranenſi, attento conſenſu Oratoris, qui reſtitui debet vt ex reges lib. 2. D. Paul. ſol. 210.* quam etiam refert *Pignatel. loco citato ſub n.10.*

7 Neque adhuc effectum ſufficit ſimplex excarceratio, niſi etiam ſequatur actualis repoſitio extracti, vt reſpondit Sac. Congregatio in vna *Mediolanen.* die 23. Februarij 1638. his verbis *ſcribatur Eminentiſſ. Archiepiſcopo, vt Oratorem faciat reſtituere eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus, nec ſufficere illius excarcerationem pro reintegratione violatæ immunitatis Eccleſiæ ob extractionem eiuſdem Oratoris* de qua, *Pignatel.conſult.canon.170.nu.20. & tradit Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de fauor Cleric.real. §.4.n.41.in fin.*

8 Hinc non obſtat teſtes per Curiam eccleſiaſticam examinatos fuiſſe abſque præuia citatione partis, ſeù Curiæ Laicalis, quia in cauſa violatæ immunitatis exuberant, alias nunquam, vel raro ob potentiam, & ſubterfugia Magiſtratus Sæcularis à Curia Eccleſiaſtica poſſent haberi probationes, vt in terminis fuiſſe dictum in allegata *Neapolitana contra Iudicem Caliſanum*, & ita de ſtylo practicari in Curia Neapolitana ſubdit idē *Pignatel.dicta conſult.170. num.13. ex Genuen. quem allegat*.

9 Suadentur vlterius prædicta ex clara diſpoſitione breuis *Clementis VIII.* emanati vſque de anno 1597. ſub die 6. Februarij relati per *Genuen. in prax. Epiſcop.Neapol.cap.76. num.2. in fin.* quo ſtatuitur, in quæſtione immunitatis ſufficere informationem ſummariam ſimplicem, & extraiudicialem pro ſola Epiſcopi conſcientia.

Et ratio deducitur, quia immunitatis contro-
10 uerſia, Eccleſiaſtico tantum definitur iudicio, priuatiuè quoad laicam poteſtatem, cum concernat honorem, & reuerentiam Dei, & Eccleſiæ rum ex ſpeciali Conſtitutione *Gregorij XIV. de immunitate, & libertate Eccleſiaſtica*, tum ex diſpoſitione iuris communis, & ſacrorum canonum *per text.in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit.cap. fin.de immunit.Eccleſ.cap.metuentes cap. ad Epiſ.17. quæſt.4.cap.ex parte de verb. ſignif.* quam etiam ex præcepto iuris ciuilis, *in l. pateant §. hæc vero, & l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & tradunt DD. plenè relati per *Thom. del Bene de immunit.Eccleſ.cap.16.dub.41.ſect.1.per tot.et ſequen. quibus contrarijs reſpondet, tom. 2. Farinac. in Append. de immunit. num. 367. & ſeq. Bellet.diſquiſit. Cleric.par.2.tit.de fauor.Cleric.real.§.4.num.51. Pignatel. conſult.canon.95. num.1. Decian. tract.crim. lib.6.cap.27.num.1.& ſeq.* vbi quod de iure canonum, & pandectarum, etiam ante Gregorianam conſtitutionem, nec Reges, nec Imperatores ſibi talem cognitionem arrogare præſumebant.

11 Atque ita hoc caſu Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui Iudicis Sæcularis, qui propterea in nihilo debet ſe intromittere, ſed ſe conformare cum iudicio Miniſtri Eccleſiaſtici, *Vermigliol. conſ.101.num.4.Ric. in prax.var.reſol.450. num.3. Farinac.de immunit. cap.22. num.173. & conſ. 76. num.1.& 2.lib.1.ac conſ.168.num.26. & ſeq. lib. 2. Ambroſin.de immunit.Eccleſ.cap.11.n.2.& 3.Bellet. diſquiſit.Cleric.par.1.de fauor.Cleric.real.§.4.n.51. verſ.Epiſcopus tamen, Thom.del Bene de immunit. Eccleſ.cap.16.dub.43.ſect.1.num.1.& 2.tom.2.*

12 Nec quidquam facit, quod licet ex Conſtitutione Gregoriana arbitrio Epiſcopi remittantur probationes capiendæ, & indicia ſufficientia
13 circa immunitatis articulum, non tamen remittatur eiuſdem iudicio derogare veræ, & perfectæ probationi delicti cum verba iudicio Epiſcopi denotent arbitrium boni viri ad tradita per *Menoch.de arbitrar.quæſt.8.lib.1.*& conſequenter quod teneatur Epiſcopus ſeruare ordinem iudiciariū, & omnes regulas iuris circa neceſſarias citationes, litis conteſtationem, dilationes, & publicationem proceſſus, *Bart.in extrauag.ad reprimendum verſ.videtur num.8.Iaſ.in l. ſic legatum nu.26. ff.de legat.1.Alex.conſ.33.num.3.lib.1.* idque etiam in criminalibus, vbi quoque liberum arbitrium eſt legibus ſubiectum, *Farinac.in fragment. lit. A. num.244.par.1.Menoch.de arbit.iudic.lib.1. quæſt.9. num 3.& 4.& quæſt.13.num.20.& 77. & conſ. 69. num.63.& 69.& conſ.1131.num.8.lib.11. Farinac. conſ.168.à n.38.vſque ad 68. lib. 2.*

14 Quia vltra quod ſupradicta procedunt potius vbi agitur de præiudicio Eccleſiæ, vel ipſiuſmet rei, certum eſt quidquid ſit de iure, ceſſat obiectum vigore præfatæ Conſtitutionis Clementis VIII. à qua excluditur omnis tela iudiciaria, & Epiſcopi conſcientiæ tantum remittitur cognitio huiuſmodi cauſæ, per ſimplicem ſummariam, & extraiudicialem informationem, vt concludit *Farinac.in Append.de immunit.cap.22. num.377.in fin.& exornat.Thom.del Bene eod.tract. cap.16.dub.45. num.1. & ſeq. tom.2.* & ita cenſuit Sac. Congreg. Immunit. *in Meleuitana 15. Iunij* 1638.

15 Sicuti non releuat quod ſubſtantialia Iudicij ſeruanda ſint, etiam in iudicio, in quo Iudex iudicat ſecundum conſcientiam, ſola facti veritate inſpecta, *Tuſch. lit. C. concluſ. 366. num. 2.*

pro-

16 prout etiam facultas, ſeù Clauſula procedendi manu Regia, abſque tela iudiciaria, ſed ſola facti veritate inſpecta licet tollat ſolemnia, non tamen tollit ſubſtantialia iudiciorum, *Natta conſil. 15. num 11. Rom. ſing. 792. Crauet. conſ. 265. nu. 6. verſ. non obſtat. Lap. alleg. 148. num. 4. & 5. Arct. in cap. dilecti num. 17. de iudic. Barbaſ. in Clement. ſæpè de verborum ſignif. num. 6. et clauſ. 176 num. 9. Paſſarin. de elect. canon. cap. 31. numer. 141. Seraphin. deciſ. 377. numer. 7. repetita part. 1. diuerſ. deciſ. 445. num. 6. & in recent. deciſ. 490. num. 6.* Quia obiectum corruit ex facto dum in præſenti tranſmiſſæ fuerunt neceſſariæ citationes ad reſtituendum præfatum Antonium ab Eccleſia violenter extractum, ipſamque reintegrandam, & aſſignatus terminus ad allegandum, deducendum, & probandum per omne genus probationum quare procedendum non ſit ad fulminationem cenſurarum, quibus concurrentibus perperam obijcitur non fuiſſe ſeruata ſubſtantialia iudicij pro cenſurarum ſubſiſtentia vtpotè
17 quia ſolemnitas iudicij conſiſtat in citatione, tam ex diſpoſitione iuris naturalis, quam ciuilis neceſſario requiſita iuxta *Clement. Paſtoralis de re*
18 *iudic.* etiam vbi agitur ſummariè, & iuris ordine non ſeruato latè *Gabr. in tit. de citat. concluſ. 1. n. 36. & ſeq. Gregor. XV. dec. 545. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 Eccleſia ſolemniter eſt reintegranda de extracto per actum publicum.
2 Et non ſufficit ſi reſtitutio fiat alteri Eccleſiæ ſine diſpenſatione Summi Pontificis, & conſenſu extracti. Contrarium nom. 3.
4 Lim. ſi extractus æquè totor alteri Eccleſiæ reſtituatur, & alia nullum damnum patiatur.
5 Lim. 2. vel reſtitutio eſt facienda ad eandem Eccleſiam ſi extractus petat, ſi non petat ſufficit, vt fiat etiam Epiſcopo, eiuſque Vicario.
6 Reſtitutio extracti, an ſufficiat ſi fiat Epiſcopo, vel eius Vicario referuntur opiniones 7. 11. & 12.
8 Epiſcopus Eccleſiam repræſentat.
9 Dicitur eſſe in Eccleſia, & Eccleſia in ipſo.
10 Oſtenſa facta Epiſcopo dicitur facta Eccleſiæ.
11 Reſtitutio Epiſcopo facienda debet eſſe libera non ad effectum extractum in carceribus retinendi.
12 Epiſcopus dicitur Procurator, & Eccleſiæ Oeconomus.
13 Non poteſt remittere iniuriam Eccleſiæ factam per extractionem.
14 Extractus ab Eccleſia eſt reſtituendus etiam ſi renunciauerit priuilegio immunitatis.
15 Extractus ab Eccleſia non poteſt renunciare priuilegio immunitatis.
16 Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori, & canonis.
17 Confugiens ad Eccleſiam non poteſt renunciare priuilegio immunitatis ne extrahatur ſi extat, & ne reſtituatur ſi fuerit extractus.
18 Confugiens ad Eccleſiam quomodo renunciare poſſit Immunitati Eccleſiæ.
19 Eccleſia per voluntarium confugientis regreſſum amittit eiuſdem poſſeſſionem.
20 Conſenſus confugientis ad Eccleſiam in eius extractione non liberat à cenſuris.
21 Extractus ab Eccleſia in caſu excepto non ſeruata forma Conſtitutionis Gregorianæ eſt reſtituendus Eccleſiæ.
22 Eccleſia non dicitur reintegrata per fugam extracti, & confugium ad aliam Eccleſiam.
23 Nec etiam per reſtitutionem ſolius perſonæ, ſed etiam ſunt reſtituenda arma, & alia bona cum eadem extracta.
24 Officiales Curiæ Cardinalium Legatorum, & Nunciorum violantes immunitatem tenentur reintegrare Eccleſiam.

ADNOTATIO I.

Reſtitutio extracti ab Eccleſia quomodo facienda.

1 Reſtitutio extracti ab Eccleſia facienda eſt per actum actualis repoſitionis eiuſdem extracti in eodem loco immuni, alias dici non poteſt ſatisfactum fuiſſe violationi Eccleſiaſticæ immunitatis, vt ſupra demonſtrauimus, ſiquidem cum illa particularis Eccleſia in ſpecie offenſa, & ſpoliata fuerit, illa eadem ſpecificè, ſatisfacienda, & reintegranda eſt, tum quia debet innoteſcere populo, qui ſcandalum recepit præfata ſatisfactio, ad aliorum exemplum, eo quia ex violatione facta Eccleſiæ infertur publica iniuria, ac proindè requiritur actus contrarius correſpondens publicæ pœnitentiæ, qui actus conſiſtit in reſtitutione ſolemni ipſi Eccleſiæ per violantem Eccleſiaſticam libertatem, alias daretur multiplicatio ſcandalorum, & malum præberet exemplum ex deductis à *Peregr. de immunit. cap. 15. nu. 26. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 170. num. 5. & 7. verſ. hoc idem, & num.* 10. ſubdit, quod nec ſatis ſit ſimplex excarceratio, niſi etiam ſequatur repoſitio extracti in Eccleſia, ex reſolutione *Sacræ Congregationis in vna Mediolanen.* per eundem per extenſum relata.

2 Amp. vt neque ſufficiat ſi reſtitutio fiat alteri Eccleſiæ, vt paſſim reſcribere ſolet Sac. Congregatio Immunitatis teſte, *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 54. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 170. ſub nu. 10. Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 27. verſ. 2. opinio, verſ. ſed ego, & verſ. dicendum eſt igitur*, vbi eruditiſſimi Viri conſilium refert, quo contrarijs reſpondetur.

3 Quinimò vt reſtitutio fieri poſſit alteri Eccleſiæ eſt neceſſaria diſpenſatio Summi Pontificis, & conſenſus extracti, vt declarauit *S. Congreg. Immunit. in vna Neapolitana 21. Aprilis 1643. & in Mediolanen. die 28. Nouembris 1634.* hunc in modum *D. Secretarius iuxta mentem, ſcilicet, vt mediante authoritate Sanctiſſimi faciat conualidare reſtitutionem factam alteri Eccleſiæ, cum non dependeat à conſenſu partium, ſed ab auctoritate Sanctiſſimi*, & in alia Sacra Congreg. &c. cenſuit, *Reſtitutionem Oratoris extracti de iure faciendam eſſe eidem Eccleſiæ Ciuitatis Lauden. à qua fuit extractus, etiam ſi hodie moram trahat in Ciuitate Romana, diſtante à loco facta extractionis: poſſe tamen hoc caſu S. D. N. diſpenſare, vt reſtitutio fiat Eccleſiæ Lateranenſi, attento conſenſu Oratoris, qui reſtitui debet*, de quibus *Pignatel. conſult. canon. 170. nu. 10. verſ. ſicque reſtitutio.*

4 Contrarium, quod ſufficiat, vt reſtitutio fiat illi, vel alteri Eccleſiæ, quia hoc priuilegium vnicum eſt omnibus Eccleſijs, & iniuria facta vni, omnibus facta cenſetur, ac proindè ſatisfactio vni præſtita omnibus præſtatur, *Caſtr. Palauſ. tom. 2. tract. 11. diſ. vnic. punct. 11. num. 13. Bonacin. de immunit. quæſt. 7. diſ. 3. §. 5. nu. 3.* Siquidem immunitas Eccleſiæ æqualiter reſpicit omnes Eccleſias, vt non magis tendat ad vnam, quam ad aliam, cum in vniuerſum omnibus Eccleſijs conceſſa

ceſſa ſit, vt ſit tota in toto, & tota in qualibet
parte, nec incrementum, nec diminutionem re-
cipiendo per multiplicationem, aut diminutio-
nem Eccleſiarum, *Thom. del Bene de immunit.*
Eccleſ. cap. 16. dub. 33. num. 11. tom. 2.

5 Præcipuè ſi extractus cum æquali commodo,
ac æque tutus, & ſecurus ſit, nullumque dam-
num ſentiat ſi alteri Eccleſiæ reſtituatur, & ipſa
Eccleſia ſpoliata nullum detrimentum patiatur
alias reſtitutio eſſet facienda eidem Eccleſiæ, vt
animaduertit *Thom. del Bene loco prox mè citato*
num. 11. in fin.

Diſtinctionis fœdere conatur conciliare ſupra-
dictas contrarias opiniones *Farinac. conſ. 68.*
num. 49. in fin. lib. 2. ſcilicet, quod ſi reus petat
ſe reſtitui ad eandem Eccleſiam, eidem reſtitui
debeat, ſi non petat ſatis ſit, vt reſtitutio fiat,
vel alteri Eccleſiæ, vel Epiſcopo, eiuſque Vica-
rio, quam diſtinctionem ſequitur etiam *Thom.*
del Bene dicto cap. 16. dub. 33. num. 10. tom. 2.

6 Amp. vt neque ſufficiat reſtitutio facta Epiſco-
po, vel eius Vicario, minuſque repoſitio in car-
ceribus Eccleſiaſticis, *Parhoſ. de iure Eccleſ. lib. 2.*
cap. 3. num. 54. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 170.
num. 9.

7 Contrarium, quod ſatisfaciat Iudex Laicus ſi
reum extractum Epiſcopo, vel eius Vicario reſti-
tuat, cum perindè ſit, ac ſi Eccleſiæ fuiſſet facta
8 reſtitutio, quia Epiſcopus Eccleſiam repræſen-
tat, ipſique curam incumbit ſeruandæ immuni-
tatis Eccleſiæ, *cap. ſcire debes 7. quæſt. 1. & docent.*
& tradit *Bonif. in Clem. attendentes §. hoc autem*
nu. 17. de ſtat. Monac. Caſtus Palauſ. tom. 2. tract. 11.
diſ. vnic. punct. 1. nu. 3. Genuen. in prax. Epiſcop.
Neapol. cap. 17. num. 8. Bonacin tom. 1. diſ. 2. quæſt. 7.
punct. 1. nu. 14. Thom. del Bene de immunit. cap. 6.
dubit. 33. num. 12. & plurib. ſeq. Epiſcopus Montis
Marau. in prax. cap. 22. num. 8. Epiſcopus autem
9 dicitur eſſe in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo
dicto cap. ſcire debes 7. quæſt. 1. cap. 1. de reſtitut. in
integr. in 6. vbi Gemin. Franc. & alii, & offenſa
10 facta Epiſcopo dicitur facta Eccleſiæ, *Clemen. 1.*
de for. competen. vbi Card. & Bonif. facit text. no-
tab. in cap. ſi quis contumax 17. quæſt. 4. vbi pro of-
fenſa facta Eccleſiæ ob violatam immunitatem
propter extractionem pecuniaria pœna ibi poſi-
ta debet ſolui Epiſcopo, vbi Archidiac. quem ſe-
quitur *Io. Andrea in cap. quamquam de cenſib. in 6.*
vbi quod pro iniuria facta Eccleſiæ, ſeù eius loco
ſufficiat ſi ſatisfactio fiat Epiſcopo.

11 Quæ opinio quatenus eſſet ſequenda procedit
quando reſtitutio facta Epiſcopo, vel eius Vica-
rio fiat liberè ad effectum, vt ab eodem Epiſco-
po reponatur in loco immuni, non ad effectum,
vt in carcere detineat, alioquin immunitatis pri-
uilegium redderetur fruſtratorium, ſuoque deſti-
tueretur effectu, in Eccleſiarum contumeliam, &
opprobrium, *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.*
cap. 16. dub. 33. num. 20. tom. 2. Iacob. Pignatel. con-
ſult. canon. 170. num. 9. verſ. immò etiam.

12 Alias Epiſcopus pro vt Epiſcopus cum ſit tan-
tum Procurator, & Oeconomus non autem Do-
13 minus Eccleſiæ non poteſt remittere iniuriam
illi factam ſine capitulo per extractionem, & re-
tentionem confugientis cum debeat facere vtilia,
& inutilia prætermittere per *gloſ. in cap. ſi ijs, qui*
23. qu. 4. verb. poſſumus, Abb. in cap. contingit 36.
num. 1.

14 Amp. vt ſit facienda reſtitutio Eccleſiæ etiam
ſi reus, violenter extractus ab Eccleſia, & ductus
ad carceres ſæculares priuilegio immunitatis ibi
renunciauit, quia tale priuilegium directè Ec-
cleſiæ, & ſecundariò, & indirectè reo conceſſum
15 eſt, ac proindè illi non poteſt per extractum re-
nunciari, ſiuè dicatur inductum fuiſſe ratione
Eccleſiæ tantum, vel ſaltem mixtim ratione,
16 Eccleſiæ, & perſonæ, ſicut renunciare non po-
teſt Clericus priuilegio fori, & canonis cum
principaliter non ob ipſum, ſed ob dignitatem
conceſſum ſit, *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.*
cap. 16. dub. 33. num. 5. tom. 2. Iacob. Pignatel. conſult.
canon. 170. num. 8. verſ. hoc priuilegium, & ante eos
Farinac. in Append. de immunit. cap. 19. num. 304.
Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 15. num. 22. Caſtus
Palaus tom. 2. tract. 11. diſ. vnica punct. 11. num. 5.
Maſtril. deciſ. 169. lib. 2. per totam.

17 Cui quidem priuilegio confugiens renunciare
non poteſt nec tacitè, nec expreſsè, nec ante ex-
tractionem, ita vt capiatur in eadem Eccleſia,
neque poſt extractionem, ita vt illi non reſtitua-
tur, *Vermigol conſ. 101. num. 5. Iacob. Pignatel. con-*
ſult. canon. 170. nu. 8. in fin. Decian. tract crim. lib. 6.
cap. 26. n. 12. poſt princ. Mar. Ital. de immunit. lib. 1.
cap. 6 § 2 num. 84. & ſeq. Guazin. defenſ. 1. cap. 36.
Bonacin. de cenſur. in particular diſ. 2. quæſt. 4. punct.
16 §. 3. num. 12. Fagnan. in cap. inter alia num. 61.
& 37. cum ſeq. de immunit. Eccleſ. Thom. del Bene
de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 33. num 6. & 7.
tom. 2.

18 Ad hoc igitur, vt reus immunitatis priuilegio
renunciare poſſit, exigitur ſi confugerit ad Ec-
cleſiam, vt voluntariè ex eadem recedat, vt ex-
tra locum Sacrum, deinde capiatur, & ſi fuerit
extractus, vt prius Eccleſiæ, ex qua extractus fuit
reſtituatur, & poſtea voluntariè ex illa exeat, vt
extra locum immune à miniſtris laicis capiatur,
cum tunc Eccleſiæ non ſit iniuria, nec ſpoliata
19 remanet, ex quo per voluntarium confugientis
regreſſum amittat confugientis poſſeſſionem, &
& conſequenter ius ad reintegrationem, ſecus
autem dum exiſtit in Eccleſia, in qua non poteſt
conſentire ſe ligari, & extrahi, vel ſi ſit extractus,
20 vt non reſtituatur, talis enim conſenſus non ex-
cuſat extrahentes à cenſuris iuris, & conſtitu-
tionis Gregorij XIV. *Thom. del Bene de immunit.*
Eccleſ. cap. 16. dub. 33. num. 6. 7. & 8. tom. 2.,
& declarauit *Sac. Congreg. Immunit. in vna Caia-*
cen. die 20. Nouembris 1640. nempè *Sacra &c.*
reſpondit reſcribendum eſſe Vicario, vt faciat reſti-
tuere Oratorem eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus,
cum non potuerit per ipſius renunciationem præiudica-
re Eccleſiæ, ſecuta autem reſtitutione, erit in ſui arbi-
trium ſe conſtituere in carceribus, de quo Pignatel.
conſult. canon. 170. num. 8. in fin.

21 Amp. vt Iudex laicus neque excuſatur à reſti-
tutione rei facienda Eccleſiæ, per petitionem ter-
mini ad probandum, quod reus in caſu excepto
deliquerit, quod etiam ſi probauerit per con-
feſſionem eiuſdem rei, neque releuaret ad eui-
tandam reſtitutionem, dummodò non fuit ſer-
uata forma Gregorianæ conſtitutionis, cum
etiam hoc caſu Eccleſiæ iniuria facta dicatur,
adeò

adeò vt extractus in primis, & antè omnia ſit reſtituendus, vt ex *Remig. Suar. & Gennen. probat Thom. del Bene de immunit. Ecclеſ. cap.16.dub.33. num.9. tom. 2.*

22 Amp. vt pro reſtitutione, ſeù reintegratione Eccleſiæ ſuffragari non poteſt fuga extracti à carceribus, cum ſubſecuto confugio ad aliam Eccleſiam, cum requiratur actus ſpecialis repoſitionis extracti in eodem loco, vna cum refectione damnorum, expenſarum, ac intereſſe paſſo, atque adeò ſola fuga à carceribus laicis non ſatisfacit Eccleſiæ læſæ, ſed ad ſummum præſtat excuſationem, donec Iudex habeat facultatem illum reſtituendi, in nihilo refragante ſi confugerit ad aliam Eccleſiam poſt dictam fugam, quia non propterea dici poteſt reſtitutum fuiſſe per Iudices laicos, qui in carceribus detinebant, vel de illorum iuſſione, & voluntate, prout neceſſario requiritur ad hoc vt Eccleſiæ cenſeatur ſatisfactum, vt latè comprobat *Pignatel. conſult. canon. 170. à num.4. vſque ad 8. & per tot.*

23 Amp. vt pro Eccleſiæ reintegratione requiratur non ſolum reſtitutio perſonæ, ſed etiam bonorum, rerum, armorum, quæ in ipſa extractione *ſimul* cum perſona ablata fuerunt, cum extractus ſit reſtituendus quo ad omnia in priſtinum *cap. ſicut antiquitus 17. quæſt. 2.* & ita ſæpè cenſuiſſe *S. Congreg. in vna Lucen. Sarzanen. die 4. Auguſti 1624. & die 24. Auguſti eiuſdem anni, & in alia Mediolanen. 28. May 1626.* teſtatur *Pignatel. dicta conſult. canon. 170. num.14. tom.1.*

24 Amp. vt etiam Miniſtri, & Officiales Curiæ Cardinalium Legatorum, ac Nunciorum violante immunitatem Eccleſiaſticam tenentur reintegrare Eccleſiam, à cuius cenſuris ab eiſdem Legatis, & Nuncijs abſolui non poſſunt, cum huiuſmodi cenſuræ abſolutio ſoli Pontifici ſit reſeruata in *Extrauag. & ſi Dominici de pœnit. & remiſſion. & in Bulla Cœna poſt §. 20.* & ita iuſſu Pauli V. declaraſſe *S. Congregationem Concilij die 18. Nouembris 1617.* & in ſpecie quo ad Legatum Bononienſem *Sac. Congregationem Immunitatis in vna Mutinen. die 11. Auguſti 1626.* & reſpectu Nuncij Colonienſis *in alia Colonien. 17. Martij 1625.* & in *Feerarien. die 17. Septembris 1632.* teſtatur *Pignatel. conſult. canon. 170. num. 15. 16. & 17.*

SVMMARIVM.

1 Reus dum exiſtit in Eccleſia, nec ad mortem, nec corporaliter puniri poteſt. Amp. vt num. 2. referuntur contrarium tenentes 3.
4 Ampl. procedere etiam ſi receſſerit à loco immuni.
5 Declaratur in quibus caſibus hoc procedat.
6 Confugiens ad Eccleſiam liberè in caſibus exceptis Curiæ ſæculari puniendus tradi debet.
7 Confugiens ad Eccleſiam in caſibus non exceptis ab Eccleſiaſtico extraordinariè puniri debet 9. Contrarijs reſpondetur 10.
8 Nec ab alio poſtea puniri poteſt.
11 Contrarium, quod ſi reus nolit extrahi, neque ab Eccleſiaſtico puniri poteſt.
12 Confugiens ad Eccleſiam in delictis atrociſſimis poteſt etiam ad triremes damnari de ordine S. Congregationis, vel Summi Pontificis.
13 Immunitas Eccleſiaſtica ſolum à Summo Pontifice declarari, augeri, vel reſtringi poteſt.
14 Papa eſt ſupra ius.
15 Eſt viua vox, quæ ſemper loquitur.
16 Omnes canones habet in ſcrinio pectoris ſui.
17 De Pontificis poteſtate dubitare ſacrilegium eſſet.
18 Confugiens ad Eccleſiam Papæ authoritate damnatus ad triremes nō poteſt amplius puniri per Iudicem laicum.
19 Ampl. procedere etiam ſi damnetur ab Epiſcopo.
20 Confugiens ad Eccleſiam ſi ſponte egrediatur poteſt corporaliter puniri.

ADNOTATIO II.

Confugiens ad Eccleſiam an, & à quo, & quibus pœnis damnari poſſit.

1 REus dum exiſtit in Eccleſia, nec ad mortem, nec ad aliam pœnam corporalem damnari poteſt, neque per Iudicem Eccleſiaſticum, minuſque per Iudicem ſæcularem, ſed debet de morte, & omni pœnarum corporalium genere ſecurus eſſe, *per textum expreſſum in cap. inter alia de immunit. cap. id conſtituimus 17. quæſt.4. gloſ. in dicto cap inter alia in verbo puniendus ibique Hoſtien. num.1. Andreas num.3. Ancar. nu.2. Butr. num.5. Zabar. num.4. Leſſ. de iuſtitia, & iur. lib. 2. cap.29. dub.6. nu.52. Clar. in pract. crim. quæſt.30. Lezana in verb. Immunitas Eccleſiaſtica numer. 18. Perſic. de offic. Sacerdot. lib.1. cap.9. dub.12. nu.119. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib.9. cap.9. cit. 12. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 56. Summa Angelica verb Immunitas num.16. Goffred. in ſumma rub. de Immunit. Eccleſiaſtica numer. 8. in fin. Antonin. in ſumma §. 3. tit.12. cap. 3. §. 1. verſ. ſuper eo, Suarez. de Religioſ. tom. 1. lib. 3. cap. 12. num. 6. & ſeq. Peregrin. de immunit. cap.13. nu.13. Bonacin. tom. 2. diſ. 3. quæſt.7. punct. 3. num.8. Farinac. de immunit. Eccleſ. cap.16. num.209. in fin. & cap. 21. nu.329. Diana reſol. moral. parc. 1. tract. 1. reſol.12. & part.6. tract.1. reſol.33. verſ. ſed iſte homo, Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 31. num.1. tom. 2. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 95. num.2. Sperel. deciſ. 59. num.10. tom.1.*

2 Hinc eſt, quod exiſtens in Eccleſia condemnari non poteſt ad exilium, vel ad triremes, vel ad perpetuam ſeruitutem, cum illæ pœnæ computantur inter pœnas corporales, à quibus redditur immunis confugiens ad Eccleſiam, vigore priuilegij immunitatis loco conceſſi, *Bonacin. tom. 2. diſ. 3. quæſt.7. punct.3. num. 8. verſ. ex quo patet, Suarez. de Religioſ. tom.1. lib. 3. cap.12. nu.6. & ſeq. Farinac. de immunit. cap.21. nu.333. & 335. & ſeq. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. part. 1. cap. 13. verſ. reos criminis.*

3 Contrarium docent, *Gambacurt. lib.4. cap.33. & 35. Cutel. de immunit. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 12. per tot. Sarp. de iure Aylorum cap. 2. fol. 30.*

4 Amp. primam ſententiam, quod reus ex eo, quod ad Eccleſiam ſemel confugit, per eius receſſum non amittat priuilegium immunitatis, adeò vt puniri non debeat à Iudice Laico, & hoc eſſe de iure verius ex ſpeciali immunitatis priuilegio tradit, *Perſicus de offic. Sacerdotis lib.1. cap.9. dub. 12. num. 121. Oltrad. conſ.159. in fin. Silueſt. in verbo immunitas quæſt.4. Argel. eod. verb. qu.16. Armil. eod. verb. num.12. Io. de Viſchis de immunit. Eccleſ. num.54. Decian. conſ.80. nu.9. lib.3. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 9. cap.9. quæſt.12. Fagundez. part. 2. lib. 4. num.48. Boſ. ſub tit. de captura*

*num.24. Abb. in cap. inter alia num.8. de immunit. Eccleſ. Boer. deciſ.*109. *num.*8.

5 Limit. ampliationem procedere in 4. caſibus, primo quando Reus fuit condemnatus à Iudice Eccleſiaſtico, 2. quando reus extrahitur ab Eccleſia in caſibus non exceptis, in quibus immunitate gaudere debet, 3. quando reus extrahitur in caſibus etiam exceptis abſque tamen Epiſcopi licentia, 4. quando fuit conſignatus ab Epiſcopo in caſibus ſimiliter exceptis cum cautione impunitatis quo ad vitam, membra, & alias pœnas corporales iuxta *cap. id conſtituimus, & cap. reum* 17. *quaſt.*4. vt docent *Diana reſol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 33. *verſ. ſed quidquid ſit, Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.*16. *dub.*31. *num.* 14.

6 Verum quod hodie hic vltimus caſus poſt conſtitutionem Gregor. XIV. non habeat locum, eo quia vigore dictæ conſtitutionis Reus in caſibus exceptis liberè Curiæ ſæculari puniendus tradi debeat, ac ſi nunquam ad Eccleſiam confugiſſet obſeruat *Thom. del Bene loco citato num.*14. *in fin. ex Clar. Boer. & Ambroſin. de immunit. cap.* 11. *num.*6.

7 Lim. principalem concluſionem, quod Reus ad Eccleſiam confugiens quando ab eadem extrahi non debet, licet non poſſit corporali pœna puniri, tamen quia delicta impunita remanere non debent, propterea à Iudice Eccleſiaſtico extraordinaria pœna, ſcilicet pecuniaria afficiendus erit, & cogendus ad pœnitentiam agendam, tanquam effectus de iuriſdictione ſua ex loci prærogatiua probat textus in *cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* ibi, *eſt tamen de eo, quod inique fecerit legitimè puniendus, & hoc dummodò Eccleſiaſticus Iudex delinquentis, qui ad altare confugit ſaluam habeat vitam, & membra.* Et malè facere Prælatos, ſi confugientes ad Eccleſiam impunitos demittant, cum alias confouerent crimina, & facerent contra iuſtitiam *Hoſtien. & poſt eum communiter Canoniſtæ in dicto cap. inter alia nu.*1. *poſt med. col.*2. *in princ. verſ. Prælati verò, Summa Angelica in* §. *immunitas num.*16. *Vitalin. in Clem.*1. *nu.* 71. *de pœnit. & remiſs. Caſtus Palauſ. tom.*2. *tract.* 12. *diſ. vnica punct.* 11. *num.*9. *Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap.*21. *num.*339. *Thomas del Bene de immunit. tom.*2. *cap.*16. *dub.*31. *nu.* 8. *vbi in fin.*

8 quod immò reus procurare debeat, quia ſic ab Eccleſiaſtico multatus, non poterit amplius de eodem delicto criminaliter ab vllo accuſari, inquiri, vel iudicari &c. alioquin priuilegium immunitatis Eccleſiæ parum, aut nihil prodeſſet *Iacob. Pignatel. conſult. canon.* 95. *num.* 2. vbi

9 quod non ſolum ab Epiſcopo multari poſſit pœna pecuniaria, ſed etiam perpetuæ ſeruitutis in ſubſidium erga offenſum, vel detruſionis in Monaſterium, *Diana reſol. moral. part.* 6. *tract* 1. *reſol.*33. §. *ſed hic obiter.*

10 Nec valet argumentum Iudex Eccleſiaſticus non poteſt extrahere confugientem ad Eccleſiam ergo illum non poteſt punire, quia immò poteſt punire etiam illum non extrahendo ab Eccleſia, nempè carceris, vel in Monaſterium detrudere intra ſepta Eccleſiæ, vel pecunialiter multare, quia licet immunitas Eccleſiaſtica tribuat confugienti priuilegiũ ne damnari poſſit ad mortem, vel alia pœna corporali affici, aut per Iudicem ſecularem puniri, non tamen adimit, aut tollit poteſtatem Epiſcopo animaduertendi in reum tanquam effectum de ſua iuriſdictione, prout Religioſi, & Prælati Regulares animaduertere, & punire poſſunt eorum ſubditos delinquentes, licet intra clauſtra Monaſterij, & in loco immuni exiſtat, ne delicta impunita remaneant, exemplo Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui fecit funiculum de flagellis puniendo, & eijciendo ementes, & vendentes de templo, vt benè conſiderauit *Baaiſat. de Vitalin. in Clemen.*1. *nu.*71. *de pœnit. & remiſ. relat. per Farinac. de immunitat. cap.* 21.
11 *num.*339. *vbi num.* 138. contrarium tenentes refert, ſcilicet, quod poſſit etiam à Iudice laico puniri extra ordinem ſi confugiens extrahatur, ſecus ſi nolit extrahi, quo caſu quod neque Sæcularis Iudex, neque Eccleſiaſticus procedere debeant ad pœnam.

12 Lim. 2. principalem concluſionem, quod confugiens ad Eccleſiam in delictis atrociſſimis poſſit etiam pœna corporali puniri exilij, perpetui Carceris, & triremium remittendo pœnam vltimi ſupplicij à Sacra Congregatione Immunita-
13 tis, vel à Summo Pontifice, cui tantum ſpectat, & plenam auctoritatem habet immunitatem declarandi, reſtringendi, augendi, & limitandi pro vt ſibi videbitur iuxta caſuum contingentiam, & delictorum circumſtantias, & qualitates, vt probat text. ſecundum vnum intellectum *in cap. vxor. ſalicis* 17. *quæſt.* 4 *Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 6. *Decia. cap.*27. *num.*4. *lib.*6. *Graſſet. de Homicid. prad.*§.29. & 30. *Pigna-*
14 *tel. conſult. canon.* 95. *ſub num.* 3. Papa enim eſt ſupra ius, *cap. propoſuit de conceſ. praben.* immò
15 eſt viua lex, quæ ſemper loquitur, & quidquid in dubijs ſtatuit circa canonum interpretationem, ſi eorum intellectui eſt conforme cenſetur illos approbare, ſi verò eorum diſpoſitioni repugnat cenſetur eadem poteſtate, qua condidit abrogare *cap.* 1. *vbi Doctores de conſtit. in* 6. quia
16 omnes canones habet in ſcrinio pectoris ſui,
17 *l. omnium C. de teſtament.* Et de Pontificis poteſtate dubitare temerarium eſſet, vt in puncto concludit *Farinac. de immunit. cap.*22. *num.* 346. *vſque ad* 350. vbi refert nonnullas ordinationes Summorum Pontificum facientes in ſupradictorum corroborationem.

18 Hinc eſt, vt poſtquam confugientes ad Eccleſiam graui criminis rei auctoritate Summi Pontificis extraordinaria pœna triremium multati fuerint, non poſſunt amplius puniri per Iudices laicos, alias violaretur immunitas Eccleſiaſtica, & priuilegium immunitatis parum, aut nihil prodeſſet, *Decian. lib.* 6. *cap.* 29. *numer.* 6. *Caſtro Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *de reuerent. deb. loco. ſac. diſ. vnic. punct.* 11. *numer.* 10. *Dian. reſol. moral. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.*33. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom* 2 *cap.*16. *dub.* 31. *num* 9. & 10.

19 Quod procedit etiam in caſu, quo tantum pœna pecuniaria, vel alia non corporalis ab Epiſcopo irrogata fuerit, vt nequeat de cætero pro eodem delicto criminaliter accuſari, ſeù inquiri, vt tradunt *Doctores relati per Farinac. de immunit. cap.* 21. *num.* 340. & *per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.*2. *cap.* 16. *dub.* 31. *nu.* 10.

&

& per Dianam reſol. moral. part. 6. tract. 1. reſol. 33. verſ. ſed hic obiter, & §. fin.

30 Lim. 3. quod ſi ſpontè confugiens egrediatur ex loco immuni poſſit corporaliter puniri, quia per ſponeaneum receſſum cenſetur renunciaſſe priuilegio immunitatis, & conſequenter ſemper hoc caſu vidiſſe reos punire, perindè ac ſi nunquam ad Eccleſiam confugiſſet teſtatur, *Clar. in §. fin. quæſt. 30. nu. 22.* & hanc ſententiam veriorem eſſe, & in praxi obſeruatam docet, *Farinac. de immunit. cap. 19. nu. 306. & ante eum voluit Roſel. in verb. Immunitas il 2. nu. 4. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 26. nu. 11. Suarez. de ſtatu Religioſ. lib. 3. cap. 12. nu. 5. verſ. dixi autem,* reprobantibus *Silueſtrinam, & Io. de Viſchis* contrarium tenentes.

NVLLIVS HOMICIDII.

ARGVMENTVM.

Frater pro honoris proprij reparatione, occidens vxorem germani fratris non in actu Veneris, & adulterij, ſed poſt longum temporis interuallum an mortis naturalis pœna plectendus ſit hic fuſiſſimè ponitur. Defenſio quando dicatur in continenti, & ex interuallo attenta iniuria perſonali, & reali articulus explicatur, defenſor ad defenſionem contumacis admitti debet, ſi inſiſtat pro moderatione pœnæ exceſſiuæ, ſi exceſſus ex iuris regulis, & non ex probationibus facti deducendus ſit.

SVMMARIVM.

1 Pœna contra contumacem non debet eſſe maior delicto.
2 Sententia condemnans ad pœnam exceſſiuam nō eſt exequibilis, ſed ratione exceſſus in totum corruit.
3 Bannum pendente cauſa nullitatis pœnæ exceſſiuæ remanet in ſuſpenſo, & bannitus impune occidi nequit 4.
5 Quilibet de populo inſtare poteſt pro contumace pro moderatione pœnæ exceſſiuæ non per probationes facti, ſed per regulas iuris.
6 Homicidium commiſſum cauſa honoris, vel eſt impunibile, vel mitius puniendum 7. citra mortis pœnam 8.
9 Pater, & Maritus occidens filiam, vel vxorem in ſtupro, & adulterio deprehenſam, vel nulla, vel extraordinaria pœna plectendi.
10 Amp. in eo, qui ſibi, vel ſuis ſtuprum inferre intendit, & in filio, qui iuſſu Patris adulterum interficit 11. Et in Patruo neptem ſtupratam occidente 12. Et in fratre occidente ſororem cum amaſio repertam, vel eum, qui minatus fuerat ſe velle carnaliter cognoſcere eius ſororem 13.
14 Delinquens propter iuſtum dolorem eſt excuſandus, præcipue ad euitandam pœnam ordinariam 15.
16 Homicidium cauſatum ex prouocatione facti occiſi mitius puniendum.
17 Prouocatus dicitur in culpa, & non in dolo ideò extra ordinem puniendus.
18 Occidens etiam ex iniuſta cauſa motus à mortis pœna excuſatur.
19 Homicidium cauſa honoris commiſſum eſt impunibile, ſi fiat in continenti, ſecus ex interuallo. Contrar. 0.20.25.
21 Honoris defenſio dicitur ſemper præſens.
22 Honor non eſt inultus relinquendus, eſt in magno pretio habendus 23. Et ſapiens magis mori, quam gloriam ſuam euacuare 24.
26 Occidens ex interuallo ex iuſto dolore mitius puniendus.
27 Iniuria alia eſt realis, alia perſonalis.
28 Iniuria perſonalis in continenti propulſari debet.
29 Realis verò etiam in continenti diſcretiuè tamen ſcilicet, quam primum poteſt, ſaltem ad euitandam pœnam ordinariam 30.
31 Dictio in continenti eſt accipienda cum temperamento, vt non excludat aliquod temporis ſpatium.
32 Frater, qui poſt triennium occidit ſtupratorem ſororis condemnatus ad triremes.
33 Maritus occidens vxorem pro adulterio ex interuallo à pœna ordinaria excuſandus.
34 Amp. in eo, qui alapha offenſus offendentem poſt aliquos annos occidit.
35 Homicidium commiſſum ex interuallo ad actum tamen defenſionis neceſſarium, cenſetur, ac ſi in continenti committatur.
36 Prouocatus ſi ex interuallo prouocantem interficit, ſi ad extraneos actus non ſe diuerterat pœna mortis non punitur.

DECISIO LXXXVI.

RETinebat quædam Camilla adulterinum commercium cum N. Clerico, qui ſceleris enormitate agitatus, anceps de vltione, quam aduerſus eum fortaſſe capere poterat vnus ex germanis fratribus coniugis eiuſdem Camillæ, diabolico ſpiritu ductus mala malis addēdo in Felicem iuuenem interfecit, Clemens alter frater non tam ob fratris necem, quam ob paſſam proprij honoris iacturam iuſto dolore commotus iniuriam ad animum reuoluens, præfatam Camillam ſacrilegi adulterij ream trucidare curauit; per patrato flagitio, arreptaque fuga, fuit per D. Gubernatorem in contumaciam contra eundem tranſmiſſa inquiſitio, & publicatum bannum in pœnam vltimi ſupplicij, habito per conſanguineos recurſu ad Dominum loci perpatrati delicti, in temporalibus, & ſpiritualibus pro moderatione pœnæ, placuit me conſulere, vnde diſcuſſo dubio, an ſit locus moderationi pœnæ in caſu, de quo agitur, affirmatiue reſpondendum duxi, quoniam homicidium commiſſum cauſa honoris ex infra dicendis non eſt capitali pœna
1 plectendum, ſed mitiori, neque enim aduerſus contumacem licet ficte confeſſum irroganda venit maior pœna, quæ commiſſi criminis limites excedat, & cum eius qualitatibus aggrauantibus, vel minuentibus non commenſuretur, *l. reſcriptum ff. de ijs, quib. vt indign. l. ſancimus C. de pæn. l. reſpondendum ff. eod. tit. cap. fœlicis §. illud autem eod. tit. in 6. Giurba conſ. crim. 81. num. 8. & ſeq. & num. 19. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 90. n. 38. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 58. num. 12. Farinac. q. 4. num. 10. & quæſt. 17. num 9.*

2 Ac proinde inquiſitionem imo etiam nec ſententiam condemnantem ad pœnam exceſſiuam exequibilem eſſe, ſed in totum ratione exceſſus, & maioritatis pęnę corruere docent *Aym. conſ. 941. num. 23. vol. 5. Plot. inter conſ. crim. diuerſ. 72. nu. 31. & 32. lib. 2. Cartar. de execut. ſent. capto bannit. in cap. fin. num. 48. & ſub num. 49. per text. quem allegat in l. 4. ff. de re iudic. Clar. quæſt. 93. num. 4. Giurba conſ. 83. num. 5. & 6. & num. 8. & pluribus ſequentib. Farinac. quæſt. 11. num. 62. & conſ. 28. num. 1. tom. 1. conſ. 111. num. 9. & conſ. 121. num. 6. ad med. verſ. ſi vero lib. 2. Vermigliol. conſ. crim. 26. num. 1. conſ. 223. num. 26. & conſ. 345. num. 11.*

3 Quod adeo indubitatum redditur, vt bannum pendente cauſa huiuſmodi nullitatis remaneat in ſuſpenſo, iuxta ſingularem doctrinam *Alex. in l. 3. §. ſi ſeruus num. 7. ff. de acq. poſs. Afflict. par. 2. conſtit.*
4 *Regni rub. 1. num. 15.* adeo vt Bannitus impune occidi nequeat. *Boſ. qui de communi in tit. de nullit. aduerſ. ſenten. num. 5. cum alijs relatis per Cartar. de execut. ſenten. capto bannito cap. fin. num. 110. in fin.*

cus

5 Et quamnis contumax non audiatur niſi perſonaliter compareat, attamen obiectum procedit quando audiendus eſſet per actus iudiciales, ſecus autem per viam extraiudicialem, vt in præſenti inſtantia, nam tunc quilibet de populo contumacia non obſtante inſiſtere poteſt pro moderatione pœnæ exceſſiuæ, præcipue ſi talis exceſſus ex iuris regulis, & non ex probationibus factum concernentibus deducēdus ſit; intereſt enim reipublicæ, magis quam ratio boni regiminis, ne quiſquam indebite condemnetur, tenentur propterea Iudices ex officio pro contumace comparentes audire, tam de iure, quam ex praxi, vt teſtatur *Vermigliol. conſ. 26. num. 3. & 4. conſ. 68. num. 3. conſ. 78. num. 2. & conſ. 79. num. 1. & animaduertit Farinac. quæſt. 99. num. 234. in fin. & 238. 239. cum ſeq.* proùt etiam voluerunt *Innocen. in cap. cum inter 16. num. 3. poſt princ. verſ. ſed dic. de elect. Bald. conſ. 328. num. 2. lib. 2. & conſ. 335. num. 1. ante med. verſ. præterea lib. 3. Boſ. in tit. in crim. iudic. quis poſſit pro abſente inter nu. 14. poſt med. verſ. quod quilibet.*

6 Ex iuris enim regulis conſtat de exceſſiuitate pœnæ, dum ex ipſa inquiſitione deducitur homicidium patratum fuiſſe cauſa honoris, quod vel redditur licitum, & impunibile, ſecundum *Iacob. Bauleueh. in repet. l. capitalium §. famoſus num. 161. ff. de pœn. Bertaz. conſ. 42. per tot. Giurb. conſ. crim. 84. num. 16. circa fin. per text. quem allegat in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.*

7 Vel ſaltem mitius eſt puniendum, cum cauſa honoris equiparetur cauſæ vitæ *l. iſti quidem in fin. ff. quod met. cauſ. l. iuſta ff. de mand. vind. Iaſ. in l. vt vim nu. 36. ff. de iuſt. & iur. Cranet. conſ. 2. n. 8. Riminald. iun. conſ. 5. n. 98. & conſ. 234. nu. 19. 62. & 63.*

8 Nec qui pro honoris ſui tutela alium occidit naturalis mortis pœnam pati debet, argumento *l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. Bald. & communiter ſcribentes in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Honded. conſil. 105. à num. 42. in 1. Giurba conſ. 86. num. 7.*

9 Pater igitur, vel Maritus occidens filiam, vel vxorem in adulterio, vel ſtupro deprehenſam excuſatur ob iuſtam iram, iuſtumque dolorem, quo ſic ad occidendum commotus fuit, vt vel nullam prorſus, vel extraordinariam tantum pœnam ſubire debeat, *textus eſt in l. nec in ea §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. ibique gloſ. in verb. omnem in l. marito vbi gloſ. in figuratione caſus verſ. nec qualibet ff. eod. probatur etiam in l. ſi adulter cum conſenſu §. Imperatores ff. de adulter. l. Graccus C. eod. Pariſ. conſ. 154. num. 2. & ſeq. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. octauo excuſatur Pater, & in §. excuſatur Maritus per tot. vbi latiſſime Clar. in §. homicidium verſ. dixi etiam, & ſeq. Gomez. de delict. in tit. de homicid. num. 42. Farinac. conſ. 141. num. 1. & quæſt. 91. num. 6. Cabal. de omni genere homicid. num. 45. & crim. reſol. caſ. 300. num. 14. 18. & 26. Bellon. de ijs, quæ fiunt in continenti cap. 9. num. 3. Marta vot. 206. num. 3. Giurba conſ. 86. nu. 9. Rota deciſ. 1. nu. 1. par. 9. tom. 1. rec.*

10 Ira pariter occidens eum, qui ſibi, vel ſuis ſtuprum inferre intendit, abſque pœna dimittendus
eſt, *l. 1. §. fin. ff. de ſicar. ibique gloſ. in verbo dimittendum, Carrer. in tract. de homicid. §. 26. excuſatur,*
11 *Farinac. conſ. 66. num. 3. lib. 1.* ſic filius, qui patris
iuſſu adulterum interfecit, excuſatur, ac ſi pater occidiſſet, *Cabal. crim. reſol. caſ. 300. num. 78.*
12 de patruo neptem ſtupratam occidente, vt mi-
13 tius puniatur ſuadet *Thob. Noni conſ. 109.* & frater
ſi ſororem in infragranti cum amaſio repertam interficiat, nec mortis pœna ſubire debet, *Paſqual. de iur. patria poteſt. par. 1. cap. 5. num. 21.* & de occidente eum, qui minatus fuerat ſe velle carnaliter cognoſcere eius ſororem, quod non ordinaria homicidij pœna plectendus ſit, ſed tantum ad triremes tranſmittendus ſcriptum reliquit *Gram. deciſ. 5.*

14 Turpis autem viuendi. Bertæ ratio negari non poteſt, quod iuſtum dolorem in Clementem cauſauerit, cuius impulſu, pro ſuæ domus honoris reparatione ad homicidij actum deuenire coactus fuit, venit propterea excuſandus, & mitius puniendus, cum difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare, homo enim intenſo dolore permotus, non eſt in plenitudine intellectus, vt pulchre Doctorum, Philoſoforum, Hiſtoricorum, & Oratorum exemplis, & auctoritatibus exornat *Tiraquel. de pœn. temperan. caſ. 1. per tot. in diſcurſu, & habemus optimum textum in l. adulterium cum conſenſu §. Imperatores ff. de adulter. l. Graccus ff. eod. Felin. in cap. dilecti filij num. 23. de except. Abbas in cap. olim num. 15. de reſtit. ſpoliat. Maſcard. de probat. concluſ. 1126. num. 50. Tuſch. lit. I. concl. 360. nu. 5. Cabal. reſol. crim. caſ. 288. nu. 63. latè Bero. conſ. 189. à num. 2. in 3. Bardel. conſ. 176. num. 25. Farinac. quæſt. 91. num. 7. Bellon. de ijs, quæ fiunt in continenti cap. 8. num. 2. Giurba conſ. 86. num. 8. Theſaur. deciſ. 178. num. 4. Gram. deciſ. 5. num. 25. deciſ. 23. deciſ. 29. num. 26. Peguer. deciſ. 78. num. 43.*

15 Qua ratione iuſtus dolor redditur valde conſiderabilis ad effectum euitandi pœnam ordinariam, quando prouenit vt in præſenti ex iniuria graui illata agnatis, & cognatis facto ipſius occiſi, iuxta tradita per *Farinac. quæſt. 91. numer. 7. quæſt. 105. num. 288. & quæſt. 126. num. 214.*

16 Quoniam hoc caſu cum homicidium dicatur cauſatum ex prouocatione facti occiſi, mitiorem pœnam meretur, vtpotè quia ignoſcendum ſit ei, qui prouocatus ſe vlciſci voluit, etiam ſi moderamen inculpatæ tutelæ excéſſerit, vt loquitur *textus in l. qui cum maior §. libertus ff. de bon. libert. Marſil. in pract. §. quoniam nu. 62. & 63. & conſ. 137. per tot. Boſs. in tit de homicid. ſub nu. 59. Clar. in §. fin. ſub num. 60. verſ. nunc quæro, Gomez. de delict. in tit. de homicid. num. 24. in fin. Farinac. quæſt. 91. num. 7.*

17 Comprobatur Fuſius, quia prouocatus delinquendo non dicitur in dolo, ſed in culpa, & ſic non de dolo pœna ordinaria, ſed de culpa extra ordinem puniendus, *Tiraquel. de pœnis temperan. caſ. 1. num. 6. Nouel. ad defenſ. n. 29. Marſil. conſ. 137. num. 21. & 22. & in pract. §. quoniam num. 65. & ſeq. Rom. ſing. 3. Farinac. quæſt. 91. num. 8. & quæſt. 126. num. 50. Vermigliol. conſ. crim. 37. num. 1.*

18 Hinc eſt, quod ſi qua iniuſta etiam ex cauſa reus ad maleficium committendum motus fuerit à naturalis mortis pœna, vel alia etiam corporis afflictiua excuſatur. *Pariſ. in cap. dilecti nu. 16. de except. Alex. conſ. 128. num. 11. in 4. Honded. conſil. 105. num. 23. 36. 37. & 39. in 1. Marta voto 206, num. 8, Tiraquel. de pœn. cauſ. 43. Giurba conſ. crimin. 86. num. 8. Gizzarel. deciſ. 18. num. 4. Gramat. deciſ. 5. num. 25. deciſ. 23. deciſ. 29. nu. 26.*

19 Quibus reſiſtere non videtur diſtinctio, quæ pro reſponſione affecti poteſt, quod homicidium

cauſa

cauſa honoris in tantum redditur, vel impunibi-
le, vel mitiori pœna plectendum, ſi in continen-
ti, vel in actu prouocationis, vel deprehenſionis
in ſtupro, adulterio, & ſimilibus defenſio hono-
ris ſequatur, & homicidium in fragranti crimi-
ne patretur, ſecus ſi ex interuallo, cum tunc di-
catur appenſatum, & dolo commiſſum, quod
enim in continenti abſque temporis ſpatij inter-
poſitione fit ſine dolo præſumitur, quod vero ex
interuallo non caret machinatione, & fraude,
*Bellon. de ijs, quæ fiunt in continenti cap. 65. num. 17.
& late conatur probare Farinac. conſ. 141. à num. 4.
per tot. lib. 2. Bart. in l. cum qui ad fin. ff. de vi, & vi
armat. Blanc. in prax. par. 3. defenſionis num. 3. Clar.
in §. homicidium, verſ. idemque Gail. pract. obſer. lib. 2.
obſer. 101. num. 5. Marta vot. 206. num. 5. & 6.*
20 Quia contrarium videtur magis æquitati con-
ſonum, vt pulchre tuetur idem *Farinac. conſ. 66.
num. 5. lib. 1. per textum expreſſum in l. Diuus Adria-
nus ad l. Pomp. de parricid.* vbi expreſſe loquitur de
parricidio commiſſo ex interuallo poſt illatam
iniuriam, nempe de Patre occidente filium non
repertum in actu venereo cum Matre, ſed in ſiluis
in venatione, & ſic poſt commiſſum inceſtuoſum
adulterium, & nihilominus propter iuſtum do-
lorem non mortis, ſed deportationis pœnam im-
ponit. vt conſiderauit *Decian. tract. crim. to. 2. lib. 9.
cap. 8. rub. de aſcendentibus deſcendentes occidentibus
num. 11.* & expreſſe tradiderunt in dicta *l. Bart.
Ang. & alij plures relati per Bertaz. conſ. 356. nu. 18.
lib. 2.*
21 Ingenuis quidem hominibus honoris defenſio
dicitur ſemper præſens non obſtante interuallo
annorum, cum honor quibuslibet rebus præpo-
nendus ſit, *l. Iulia vbi notant DD. ff. ſi quis omnis
22 cau.* propterea verendum eſſe honorem ſuum in-
ultum relinquere admonet *text. in l. Miles § ſocer.
ff. de adult.* Immo crudelem eſſe, qui ſuam famam
23 ſpernit ſubdit *text. in cap. nolo 12. quæſt. 2.* famam,
& honorem magno pretio habendas eſſe, & pari
paſſu cum vita ambulare firmatur in *l. iuſta ff. de
24 manumiſ. vend.* propterea quod expediat magis
mori, quam gloriam ſuam euacuare fatetur Apo-
ſtolus, vt recenſet *Vaſq. de controuerſ. illuſt. cap. 11.
num. 7. Bertazol. conſ. 434. lib. 1. & conſ. 42. lib. 1.
25 Gram decis. 98. num. 3.* quorum intuitu Senatum
Neapolitanum nunquam conſueuiſſe huius homi-
cidij reos damnare in pœnam ordinariam in pun-
cto vindictæ captæ ex interuallo teſtatur *Vermi-
gliol. conſ. crim. 37. num. 11. ex Gram. Gizzarel. Giurb.
26 quos allegat.* vt pote quia vbi dolor iuſtus concur-
rit ſit mitiganda, & minuenda pœna etiam in oc-
cidente ex interuallo, *Carrer. in pract. crim. in tract.
de homicid. verſ. ſi excuſat. num. 5. relat per Farinac.
conſ. 66. num. 5. in fin.*
27 Quæ licet exuberare videantur pro maiori ta-
men huius obiecti intelligentia, ac faciliori illius
diſſolutione firmandum eſt, quod iniuria alia ſit
realis, alia perſonalis, *l. . §. autem, § iniuria au-
tem, §. neratius ff. de iniur.* Perſonalis ſit perſonæ,
& in perſonam, realis vero eſt quando directe per-
ſona non læditur, ſed honor, vt in Marito, cuius
vxor adulterium committit, in fratre cuius ſoror
ſtuprum paſſa fuit, in Patre cuius filia defloratur
vt eleganter declarat *Giurb. conſ. crim. 86. num. 10.*
28 Perſonalis in continenti propulſari debet, *DD.
in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. vnde vi. Bellon.
de ijs, quæ fiunt in continen. cap. 7. num 6. Farinac.
quæſt. 112 num. 211. Marta dec. 206. num. 10.*
29 Realis dum lex vindictam in continenti per-
mittit, intelligi debet diſcretiue quam primum
commodè, & opportunè fieri poſſit, vt eadem
ſemper adſit ratio, ac ſi in fragranti deprehen-
ſus reus eſſet, *Bellon. de ijs, quæ fiunt in continent.
cap. 7. num. 6. Farinac. quæſt. 125. num. 211. Marta de-
ciſ. 206. num. 10.*
30 Quod verum ſaltem eſt ne pœnæ ordinariæ lo-
cus ſit ratione exceſſus loci, temporis, & perſonæ.
*Marta deciſ. 200. num. 10. cum alijs per Giurb. conſ.
31 crim. 86. num. 11.* dictio igitur in continenti non
Iudaice, & rigoroſe, ſed cum aliquo tempera-
mento accipi debet, vt aliquod temporis inter-
uallum non excludat ſi in continenti id fieri ne-
queat, interpretandum vbi commode poterit ar-
bitrio Iudicis, *ex lege 3. §. cum igitur ff. de vi, &
vi armat.* vt late comprobat, *Giurb. dicto conſ. 86.
num. 18. 20. & 21. ex Menoch. de arbitrar. caſ. 12.
num. 4. caſ. 30. caſ. 361. num. 27. Bellon. de ijs, quæ
fiunt in continenti in cap. 6. num. 5. cap. 117. num. 2.
cap. 1 6. num. 5. Surd. conſ. 252. num. 4 Sanch. de ma-
trim lib. 10. diſ. 12 num. 23. Theſaur. deciſ. 168. nu. 6.
Peguer. deciſ. 78. num. 41. prout etiam voluit Rot de-
ciſ. 811. num. 36. & 42. par. 1 diuerſ.*
Prudenti igitur Iudicantis arbitrio æquitate
inſinuante Clementem in continenti iniuriam in
honore paſſam propulſaſſe, licet in actibus vene-
reis Camillam in fragranti non inuenerit, exu-
berantes ex ſupradictis ſuadere videtur, ex quo-
32 rum releuantia, in noſtris fere terminis fratrem,
qui pro honoris proprij defenſione ſtupratorem
ſororis poſt triennium trucidauit non mortis na-
turalis pœna, ſed ad triremes condemnatum
fuiſſe à Iudicibus M.R.C. Criminalibus facta re-
latione Proregi Siciliæ refert *Giurba conſ 86. in fin.*
33 & de marito pro adulterio vxorem occidente
non in continenti, ſed ex interuallo, vt à pœna
ordinaria excuſandus ſit deciſum refert *Marta
34 deciſ. 206. num. 7.* & de eo, qui alapha offenſus of-
fendentem poſt aliquos annos occidit iudicatum
reſtatur, *Gizzarel. deciſ. 18.* quia cauſa honoris
ad vlciſcendum ſemper vrget, vltionem ſuadet,
& vitupieum maculam ab intuentium oculis dele-
ri de momento ad momentum inſinuat, vt à bel-
luis non differat, qui pro honoris proprij defen-
35 ſione, eiuſque denigratione reſtauranda non co-
gitat, adeo vt ſi ex interuallo committatur ho-
micidium ad actum tamen defenſionis neceſſa-
riam in continenti commiſſum ex multis probat
Neguſ conſ. 144. num. 15.
Conſiderabam vlterius Clementem ſemper de
amiſſi honoris reparatione cogitaſſe, abſque eo
quod moraliter ad extrantos actus retrahentes
ab hac cogitatione, & concepto dolore ſe diuer-
terit ex inquiſitione contra eundem traſmiſſa,
ibi, *cum mors prædicta ſecuta fuerit in perſonam quon-
dam Bernardini fratris dicti Clementis cauſa dicti com-
mercij carnalis, indignatus fuit contra eandem de qua
ſæpè ſæpius male locutus fuit;* vim faciendo in illis
vltimis verbis, *de qua ſæpè ſæpius male locutus fuit,*
quæ manifeſte indicant conceptum dolorem
ſemper conſeruaſſe, & animum vlciſcendi quam
primum poterat, & opportunitatem haberet nun-
quam

36 quam dimiſiſſe, vnde applicatur communis illa concluſio, quod prouocatus ſi ex interuallo prouocantem interfecit, dummodo ad extraneos actus non ſe diuerterit pœna mortis non punitur, *Soccin.iun.conſ.117.num.37. vol.3. Clar.in §.homicidium ſub num.34. verſ ſcimus tamen . Farinac. qui alios congerit.conſ.2.num.16.tom.1. Gram.deciſ.23. ſubnum.5.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Delictum ira commiſſum mitius punitur.
2 Calor iracundiæ non excuſat in totum, ſed minuit pœnam.
3 Iuſtus dolor excuſat, & temperat pœnam.
4 Amp. procedere etiam in amicis, & conſanguineis videntibus amicum rixantem cum inimico.
5 Amp. vt tractatus durante tempore iracundiæ non inducit præmeditationem
6 Prouocatus ſi prouocantem offendat mitius punitur.
7 Quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à pœna ordinaria.
8 Prouocatus offendens prouocantem per iram excuſatur à pace, & cautione rupta de non offendendo.
9 Committens periurium per iram, an excuſetur à pœna ordinaria.
10 Caloris iracundiæ permanentia vſque ad quod tempus admittatur ad excuſandum delictum ex interuallo commiſſum, & num.12.
11 Delictum debet committi in continenti, vt dicatur commiſſum calore iracundiæ, & num.12.
13 Vltio eſt, quæ non fit in continenti.
14 Defenſio dicitur facta in continenti, ſi extranei actus non intercedant.
15 Dictio in continenti excludit temporis interuallum, non eſt tamen a iure determinatum in ſpecialibus caſibus 16. Ideo relinquitur Iudic[is arb]itrio 17.
18 Non exigit per neceſſe vt actus fiat eodem temporis momento, ſed longum aliquando denotat interuallum, & quod 19.
20 Delinquens calore iracundiæ mitius punitur ſi ira ſit magna, ſecus ſi parua, & quæ ſit ira magna, & parua declaratur.
21 Ita etiam ſi proueniat ex iuſta cauſa, ſecus ſi ex iniuſta.
22 Calor iracundiæ proueniens ex leui offenſione non excuſat.
23 Iracundia non excuſat delinquentem ſi ratificet delictum commiſſum.
24 Ira an excuſet in crimine iniuriarum, & num.25. & 26. & 27.
28 Iracundia non præſumitur, ideo per allegantem eſt probanda.
29 Actus per iracundiam facti, nec in criminalibus, nec in ciuilibus valent.
30 Contractus celebratus calore iracundiæ eſt nullus.
31 Limit. ſi contractus ſit ad pias cauſas.
32 Sublim. procedere ſi ira ſit temperata, ſecus ſi magna.

ADNOTATIO I.

Delictum calore iracundiæ, vel iuſto dolore quando commiſſum dicatur, & excuſet à pœna ordinaria.

1 DElictum ira commiſſum mitius punitur dolo enim caret, quod in conſulto iracundiæ calore fit, & ira ſæpe etiam innocentes ad crimen adducit, propterea excuſat à culpa, & minuit delictum, per *text.in l. 2. ibi, ſeu calorem C. de abol. l.aut facta §.cauſa ibi eum qui per iram ab extraneo pulſatus eſt ff de pæn & in cap. ſi quis iratus vbi gloſ. 12. quæſt. 3. & in cap ira 11. quæſt. 3. Tiraq.de pæn. temperan. cauſ.1. num.1. Nouel. in tract. ad defenſ. num.82. verſ.calor iracundia, Boſs.in tit.de homicid. num.90.vbi ex auctoritate Diui Auguſtini* ſubdit difficilius eſſe iram continere, quam miracula facere *Clar.in §.fin. quæſt.60. verſ.eſt etiam*, nam ira impedit animum, & obtenebrat intellectum ne poſſit diſcernere verum, *Farinac.in prax.in tit. de*
2 *pæn.temperan quæſt.91. num.1. & 4.* vbi quod licet non excuſet in totum, mitius tamen puniri debeat, vt etiam docet *Vermigliol. conſ. crimin.43. num.3. idem Farinac.conſ.2. num.10.poſt med.lib.1. Giurb.conſ crim.17.num.15.& conſ.63.num.14. Caball reſol.300. num.24. verſ.ſed alia mitiori* .
3 Amp.1. vt pariter delinquentem excuſet iuſtus dolor, difficillimum enim eſt iuſtum dolorem temperare, cum homo intenſo dolore permotus non eſt in plenitudine intellectus, ideo mitius puniri debet, *l. ſi adulterium cum inceſtu § Imperator ff. de adult Dec in cap.quidam d poſt num.8.ff.de reg. iur. Abb.in cap.1.num.2 in fin.de iniur. Tiraquel.de pæn temperan. in diſcurſ per tot Pet.à Planc.in epit. delict.lib · cap num.10. Boſs in tit.de homicid numer.60. in fin. Gail. obſer 110. num.37. lib.2. Clar. in § fin.quæſt 60. verſ.ſed hic quæro, Farinac. quæſtion 9 num.5 Gram.deciſ.5 num.1.*
4 Amp.2. in amicis, & conſanguineis videntibus amicum, vel conſanguineum rixantem cum inimico, aut aggreſſore, qui ſi ira, vel iuſto dolore commoti ſe ingerant in homicidio ſunt mitius puniendi, *Vermigliol conſ.crim.43.num.4 Grazzarel.deciſ.Neapol 8 num.2.*
5 Amp.3. vt tractatus durante tempore iracundiæ non inducat præmeditationem homicidij, ſi eius probatio percutiat tempus, quo durauit, & creuit calor iræ ob paſſas verbis, & facto pauló ante iniurias, vt ex *Boſs.* exemplificante in eo, qui prouocatus deinde conuocat amicos ad homicidium, *de homicid num 61.verſ.pæna enim,comprobat Vermigliol.conſ.crim.43 num.12.*
6 Amp.4. vt prouocatus ab aliquo verbis, vel facto, ſi prouocantem offendat mitius punitur, tamquam iuſto dolore, & iuſta iracundia motus, etiam quod inculpatæ tutelæ moderamen excedat, cum prouocatus delinquendo non dicitur in dolo, ſed in culpa, pro qua pæna tantum extraordinaria imponi debet, quia vbi non adeſt dolus non eſt agendum de pæna ordinaria, vt bene animaduertit *Farinac.quæſt.91.nu.7. & 8. Cephal. conſ.crim.29. num.41. & 42. Meren. in tract. ad defenſ.num 00.& ſeq Nouel.eod.tract. eod.num.79. & ſeq verſ.prouocatus,& hæc probat Gram. deciſ.5.n.1. & per tot.*
7 Tum etiam quia quælibet cauſa, etiam iniuſta excuſat à pæna ordinaria, & excludit dolum, *l. plagij ff.ad l.flauiam de plagi, l.cum igitur C.de lib. Gram.deciſ.5 num.20.& 27.*
8 Amp.5. in pace, & cautione rupta de non offendendo, nam per iram prouocatus ſi offendat, excuſatur tamquam offenſio emanauerit ex noua cauſa ex ipſa prouocatione ſuborta, *Philip. de Vbald.inter. conſ.crim.diuerſ.153.num.2.lib.1. Hercul.de caut de non offen cap.34.num.18. Farinac.quæſtion 91.num 12. faciunt tradita per Surd. deciſ.79. num.1.* dummodo tamen ira proueniat ex iuſta cauſa alias ſecus, *Maſcard de probat.lib.3.concl.115 num.66. Farinac.loco citato num.12.*
9 Amp.6. in crimine periurij, a quo quis excuſatur

ſatur ſaltem quo ad pænam ordinariam, quando iuramentum fuit per iracundiam præſtitum, *Tindar. in tract. de teſt. lib. 1. cap. 10. num. 10. & 11. Farinac. qui alios allegat quæſt. 91. num. 15.* contrarium tenet *Spada conſ. 110. num. 4. tom. 1.*

10 Amp. 7. vt caloris iracundiæ permanentia, iuſtique doloris continuatio admittitur in delicto etiam poſt diem, immo poſt plures quotidie dies ab iracundia inchoata, *Boſſ. de homicid. num. 61. & 62.* vbi quod Senatus Mediolani iudicauit in diebus triginta, *Menoch. de arbitrar. caſ. 361. n. 20. Farinac. quæſt. 126. num. 214. & per tot. præcipue ante fin. verſ. & calore iracundia, & verſ. quod idem ſi committatur, & conſ. 2. num. 8. & conſ. 166. num. 9. poſt med. Vermigliol. conſ. 43. num. 6. & conſ. 71. num. 6. & conſ. 37. num. 10.* vbi quod calor iracundiæ dicitur durare etiam ex interuallo plurimorum annorum, ne dum menſium, ſeu dietum ad euitandam pænam ordinariam.

11 Contrarium quod delictum debet eſſe commiſſum in continenti, vt dicatur commiſſum calore iracundiæ, *l. quod calore, & ibi ſcriben. de regul. iur. Spada conſ. 110. num. 8. tom. 1. ex Bart. in l. eum qui ad fin. ff. de vi, & vi armat. Blanc. in prax. par. 3. defenſionis num. 3.* cum ad vindictam tunc fiat *gloſ. in cap. 1. in verb. propulſandum 23. quæſt. 1. Clar. in in §. homicidium num. 24. Gail. lib. 2. obſer 100. & obſer. 101. Marta vot. 206. num. 5. & 6.*

12 Adeout delictum commiſſum tribus horis poſt offenſam, & præuijs præparamentis ad illud parrandum, non poteſt dici commiſſum calore iræ, ſed potius præmeditate, *Menoch. conſil. 361. per tot. Spada conſ. 110. num. 10. tom. 1.* &
13 ad vindictam, cum vltio ſit quæ non fit in continenti *Azeued. conſ. 38. num. 118.*

14 Siquidem in continenti facta defenſio dicitur, ſi extraneus actus non intercesſit, *Clar. in §. homicidium num. 6. ibique Baiard. num. 113. Muſcard. de probat. concluſ. 1126. num. 42. Neguſ. conſ. 144. n. 14.*
15 *&* 15. cum propria dictionis in continenti natura ſit, ſine temporis interuallo *gloſ. in cap. quia propter verbo mox.* id eſt in continenti nullo actu intermedio *de election. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquirend. poſſeſ. Brunor. in compend. reſol. iur. in verb. incontinenti Aldouin. conſ. 26. num. 26. Tiraq. de reuocan. donat. gloſ. reuertatur num. 112. Farinac. in fragment. lit. L. nu. 113.* Et denotat vt nullo etiam momentaneo actu interpoſito debeat actus celebrari, *ad text. ibique gloſ in l. ſi pater captus ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. Bero in cap. 1. num. 38. de reſtit. ſpoliat. Honded conſ. 87. num. 142. in 2. Aued. de execut. mandat. cap. 16. num. 1. par. 1.* & dicitur in continenti fieri, quod perpatratur in fragranti delicto, hoc eſt donec animus continuus duret, *Cabal. crim. reſol. caſ. 189 num. 3.*

16 Vero cum hoc a iure in ſingulis, & ſpecialibus caſibus non ſit determinatum, *Cephal. conſ. 221. num. 16. Menoch. de arbitrar. caſ. 7. num. 8. & 9. Hon-*
17 *ded. conſ. 87. num. 143. in 2.* Ideo Iudicis arbitrio relinquitur quando defenſio, vel iniuriæ repulſatio, vel delictum, aut calore iracundiæ, aut iuſto dolore patratum dicatur, *Menoch. de arbitrar. caſ. 361. num. 20. Spada conſ. 110. num. 9.*

18 Adeo vt dictio in continenti non exigat per neceſſe quod actus fiat eodem temporis momento, *Abb. in cap. 1. num. 15. de mutu petit.* Sed longum quandoque ſignificat interuallum, *Alex. in l. 1. §. qui præſens num. 8. & 12. ff. de verbor. oblig.* pro ſubiecta materia, *Honded. conſ. 87. num. 147. in 2.* Quandoque aliquod breue temporis ſpatium Iudicis arbitrio taxandum, tum in ciuilibus, tum criminalibus, *Menoch. de arbitrar. caſ. 12. num. 4. caſ. 30. caſ. 361. num. 27. Bellon. de ijs, quæ fiunt in continent. cap. 6. num. 5. cap. 117. nu. 2. cap. 166. nu. 5. Sanchez. de matrim. lib. 10. diſ. 12. num. 23. Contard. de moment. poſſeſ. limit. 12. num. 7. Decian. conſ. 94. num. 12. in 3. Surd. conſ. 252. num. 4. Crauet. conſ. 156. num. 17. Peguer. deciſ. 78. num. 41.*

19 Adeout interdum denotet tres dies, interdum attingat menſem, interdum extendatur ad ſex menſes, & quandoque referatur intra decennium, vt alijs relatis comprobat *Giurba conſ. crim. 86. num. 18. verſ. interdum tres deis.*

20 Limit. 1. principalem concluſionem, vt procedat quando ira eſt magna, ſecus ſi parua, parua enim dicitur ira, quando delinquens tempore delicti fuerit aliqualiter concitatus, ſed non à mente alienatus, magna vero dicitur, quando quis erat totaliter concitatus, & in totum à mente alienatus, vt ſui compos non fuerit, hoc autem vltimo caſu delinquens mitius punitur, primo vero non, *Dec. in l. quidquid num. 8. verſ. & quantum ff. de regul. iur. Nouel. in tract. ad defenſam num. 83. Carrer. in pract. in tract. de homicid. § ſeptimo excuſat calor iracundiæ num. 6. Farinac. quæſt. 91. num. 40. Spada conſ. 110. num. 7. tom. 1.*

21 Limit. 2. vt procedat quando ira proueniat ex iuſta cauſa, ſecus ſi ex iniuſta, nam calor iracundiæ non excuſat, quando iracundia eſt iniuſta, & DD. agẽtes de hac excuſatione loquuntur de iracundia iuſta, vt ſi maritus occidat vxorem repertam in adulterio, vel quid ſimile iuxta terminos *l. ſi adulterium §. Imperatorem ff. ad l. Iul. de adulter. & l. Graccus C. eod. Felin. in cap. ſicut n. 3. poſt med. verſ. & maxime quando de iure iuran Clar. in §. homicidium quæſt. 60. verſ. eſt etiam Carrer. in pract. tract. de homicid. §. ſeptimo excuſat calor iracundia num. 5. Farinac. quæſt. 91 num. 13. & 38. Spad. conſ. 110. num. 2. & 14.*

22 Limit. 3. in leui offenſione, ex qua non oritur ira adeò vehemens, vt inducat ad occidendum, etſi oritur, cum oriatur vitio illius, qui adeò ſine cauſa iraſcitur, non venit excuſandus, *Farinac. quæſt. 91. num. 39. Spada conſ. 110. num. 14. verſ. nec obſtat*, & ratio eſt, quia ira debet eſſe proportionata offenſioni, vt pro leui offenſione, non ſit caleſcendum, nec maxima ira concipienda, vndè cum facilè remoueri poterat non excuſat à pæna ordinaria, *Farinac. loco citato nu. 14. & 40. Spada eodem conſ. 110. num. 14. verſ. nec obſtat.*

23 Limit. 4. quando delinquens per iram poſt commiſſum facinus non oſtendit ſigna pænitentiæ, ſed ſedata ira in delicto perſeueret, illudque ratificet, tunc enim licet per iracundiam deliquerit non punitur mitius, *gloſ. in l. ſi non conuitij in verbo calore in 2. ſolutione C. de iniur. ibique Angel. num. 6. in fin.* vbi quod hæc concluſio nullam habet dubitationem, *Farinac. quæſt. 91. num. 36.*

24 Limit. 5. concluſionem non procedere in crimine iniuriarum, in quo delinquens non excu-

ſatur ab illata iniuria etiam per iram, vt videtur probare *Text. in l. ſi non conuitij C. de iniur.* vbi quod etſi in rixa, & inconſulto calore iniuria fuerit illata, adhuc tamen niſi per annum fuerit præſcripta actio agi poteſt. *Clar. in pract. crim. §. iniuria, verſ. quæro quid ſi iniurians*, vbi reprobato *Io: Arnou.* teſtatur ita ſemper in practica obſeruari vidiſſe latè *Gail. pract. obſeru. 106. num. 9. &*
25 *ſeqq. lib. 2. Farinac. quæſt. 91. num. 30. & 31.* vbi quod hæc limitatio præſertim eo caſu procedat, quando iniuria eſt talis, quæ per pœnitentiam reuocata non aufert iniuriam, damnum, & vituperium illatum, nec res ad priſtinum ſtatum reducit, ſecus autem ſi per reuocationem res reducitur ad priſtinum ſtatum, & iniuriatus in honore læſus non remaneat, nam primo caſu ira non excuſat, ſecundo caſu ſic, *Cyn. in l. ſi non conuitij num. 3. verſ. quid dicimus C. de iniur. Petrus à Planc. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 2. nu. 19. ad fin. Duen. reg. 292. in limit. in fin. Gail. obſeru. 106. num. 11. lib. 2. Boſs. in tit. de iniur. num. 22. verſ. & inde*.

26 Contrarium quod etiam in crimine iniuriarum ira excuſat, niſi adſit perſeuerantia, *Bellapert. in l. ſi non conuitij col. 2. ante med. verſ. item dicit ſecundo C. de iniur.* nam ſi iniuria ſit verbalis, & fuerit per pœnitentiam reuocata, tamquam ex iracundia prolata ceſſat iniuriarum actio *Cagnol. in l. quidquid num. 10. & ſeqq. ff. de reg. iur. Clar. in §. iniuria verſ. quæro quod ſi iniurians*.

27 Intellige ſupradictas opiniones, quod ira in crimine iniuriarum non excuſat in totum, & in his terminis procedit ſupradicta limitatio, In parte tamen verius eſt quod excuſat, ad effectum, vt ijs, qui per iracundiam iniuriam intulit mitius puniatur, *Rom. ſing. 514. num. 5. Dec. in l. quidquid num. 7. ff. de reg. iur. Boſs. in tit. de iniur. ſub num. 22. Clar. in §. iniuria ſub verſ. quæro quid ſi iniurians Capel. Tholoſ. deciſ. 410. & ibi Adden. lit. A. in princ. Farinac. quæſt. 91. num. 33. qui alios allegat.*

28 Limit. 6. Vt iracundia non præſumatur, ideò per allegantem probanda eſt, ſed probata iræ occaſione, abſque alio præſumitur, quis motus ex ea, prout benè Philoſophorum, & Medicorum auctoritatibus probat *Dec. in l. quidquid ff. de reg. iur. Farinac. quæſt. 91. num. 43.*

29 Cæterum omnes actus iracundiæ calore facti nedum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus non valent, & nulli, & irriti ſunt, nulliuſque roboris, & momenti, vt colligitur *ex Textu in l. 3. & ibi gloſs. ff de diuor. & in l. quidquid, vbi etiam gloſs. ff. de reg. iur. & in l. ſi filiam tuam C. de inof. teſtam. & in cap. diuortium, & ibi etiam gloſs. de pœniten. diſ. 1. Tiraq. de pæn. cauſ. 1. Duen. 292. in princ. Diaz. reg. 65. in princ. Farinac. quæſt. 91. num. 18. &*
30 *num. 19.* vbi exemplificat etiam in contractibus celebratis calore iracundiæ, quod pariter redduntur nulli, & inualidi.

31 Limit. in actu, & contractu celebrato ad pias cauſas, *per Text. in cap. ſunt qui opes 17. quæſt. 4. Rom. ſing. 114. num. 1. verſ. fallit niſi fiat &c. Tiraq. de pæn. temperan. cauſ. 1. num. 24. in fin. & num. 28. in fin. & de priuileg. piæ cauſ. priuil. 108. Duen. reg. 292. in 2. limit. Farinac. quæſt. 91. num. 20.*

32 Sublim. procedere ſi ira ſit temperata, & non talis, quæ contrahentem, vel donantem à mente alienauerit, quia tunc nec fauore piæ cauſæ contractus ſubſtinetur, tamquam in hoc nullum habeat ſpeciale priuilegium, *Nauar. in cap. diuortium nu. 16. de pœniten. diſt. 1. inter eius opera in fol. tom. 1. pag. 261. Farinac. quæſt. 91. num. 21.*

PRÆNESTINA CARCERATIONIS.

ARGVMENTVM.

Gaudet immunitate eccleſiaſtica, qui cum armis probibitis in Eccleſia ſe recipit, nec à laica poteſtate armis ſpoliari poteſt; Eccleſia gaudet immunitate, etiam quoad fabricam, & parietes exteriores prout eius ſtillicidium viam publicam occupat, ſecus extra ſtillicidium prout viæ publicę conducunt; Oratorium Confraternitatum Laicarum ſi ſit auctoritate Epiſcopi fundatum gaudet immunitate eccleſiaſtica, extrahens inuitum è loco immuni, an incurrat excommunicationem ipſo facto, exactè refertur.

SVMMARIVM.

1 Immunitate Eccleſiaſtica gaudet, qui cum armis prohibitis in Eccleſia ſe recipit 3. Contrarium num. 4. reprobatur num. 5.

2 Quæ delicta excipiantur in conſtitutione Gregoriana ad effectum emittendi beneficium immunitatis Eccleſiæ, ſi in eadem committantur.

6 Eccleſia Epiſcopi auctoritate fundata non ſolum gaudet immunitate quoad partem interiorem, ſed etiam quoad partem exteriorem quoad totam eius fabricam 7. & prout eius ſtillicidium viam publicam occupat 8.

9 Oratorium auctoritate Epiſcopi fundatum gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ſecus ſi auctoritate priuata licet alicui Eccleſiæ adhæreat 10.

11 Carceratio, ſeu extractio è loco immuni facta à laica poteſtate in caſu non excepto eſt ipſo iure nulla.

12 Immunitas competit ei, qui violenter ab Eccleſia extractus fuit.

13 Extractus ab Eccleſia de facto, eidem etiam de facto reſtituendus eſt.

14 Confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi valet.

15 Extrahens inuitum ab Eccleſia ipſo facto incurrit excommunicationem 17.

16 Sed ſecundum diſpoſitionem ſacrorum canonum eſt ferendæ, & non latæ ſententiæ.

18 Arma reo exiſtenti in Eccleſia, in quibus caſibus auferri poſſunt 19.

20 In materia immunitatis attendendum eſt ius Canonicum, & ius Ciuile.

21 Iuriſdictio in Eccleſia ſolum per Iudicem Eccleſiaſticum exerceri poteſt, ſecus per Iudicem laicum.

22 Eccleſia eſt de Territorio Epiſcopi, & non Iudicis ſæcularis, & exemptus ab eodem 23.

24 Habet ius defendendi reum confugientem in caſibus non exceptis.

25 Eſt de territorio Iudicis ſæcularis quoad tuitionem, non quoad impugnationem.

26 Eccleſiæ pro extractis ab eadem competit actio ſpolii, & interdictum de libero homine exhibendo contra quoſcunque detentores 27.

28 Extrahentes à cenſuris non ſunt abſoluendi niſi reintegrata Eccleſia, & refectis damnis.

29 Iudex ſæcularis an poſſit extrahere delinquentem petita, ſed non obtenta licentia ab Epiſcopo.

30 Extractus de licentia Epiſcopi retineri debet in carceribus Curiæ Epiſcopalis.

31 Iudex ſæcularis neque ex conſuetudine poteſt extrahere propria auctoritate è loco immuni, & in proprijs carceribus retinere donec diſcutiatur, an gaudere debeat immunitate.

DE-

DECISIO LXXXVII.

PAulus Montius in fragranti repertus geſtare manuale tormentum, aliaque arma prohibita in Terra Lugnani contra formam bandimentorum Principis, & in temporalibus Domini, inſectatus à Birruarijs Curiæ ſæcularis, adhærens parieti exteriori Eccleſiæ Sanctæ Mariæ armis ſpoliatus, & ſucceſſiuè in portico Horatorij Sanctiſſimi Sacramenti, & Roſarij vbi erecta fuga ſe receperat captus fuit, ſed quia allegabat ſe armis ſpoliatum, & captum fuiſſe in loco immuni, Birruarij, & Fiſcus ſæcularis eundem Paulum vna cum armis Curiæ Eccleſiaſticæ Præneſtinæ Eccleſiæ tradere curauerunt, vndè excitato dubio an ſubſtineatur, & licita reddatur huiuſmodi captura, & armorum ſpoliatio, & an Birruarij inciderint in cenſuras latas contra violantes libertatem Eccleſiaſticam, ita vt indigeant abſolutione, negatiuè quoad primam affirmatiuè quoad ſecundam dubij partem reſpondendum cenſui, vtpotè quia geſtatio Archebuſei, armorumque delatio non eſt legitima cauſa reum extrahendi, ſeù armis ſpoliandi in loco ſacro, ſeu
1 immuni, cum immunitate Eccleſiaſtica gaudeat, qui cum armis prohibitis in Eccleſia ſe recipit,
2. & ratio eſt, quia *in Conſtitutione Gregorij XIV. de immunit. & libert. Eccleſiaſt.* ſolum excluduntur à beneficio huiuſmodi immunitatis delicta homicidij, & mutilationis membrorum, non autem alia delicta in Eccleſia patrata, quamuis grauia, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium introducta, vt cenſuit *Sac. Congreg. Immunit. in vna Salern. 20. Septembris 1616. relat. per Dian. poſt 5. partem reſol. moral num. 2. fol. 1. & per Aldan. in compend canon. reſol. lib. 3. tit. 8. nu. 16. Barboſ. in Concil Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 20. nu. 8. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. dub. 19. ſect. 3. à num 1. tom. 2.* & tradunt *Peregrin. de immunit. cap. 12. num 11. Ambroſin. eod. tract. cap. 5. num. 5. Guazin. ad defenſ. tom. 1 defenſ. 1. cap. 29. n. 7. Ciarlin. controuerſ. forenſ cap. 10 num. 16. Marant. controuerſ. iur. part. 2. reſponſ. 47. num. 1. Nauar. in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num. 6. Caſtr. Paul. tom. 2. tract. 1. diſ. vnica punct. 9 num. 10.*

3 Ac proindè Laicos non poſſe in Eccleſia ſpoliare reum armis prohibitis, determinauit *Sac. Congreg. Immunit. in vna Regien. 24. Iunij 1634. relat. per Dian. poſt 5. partem reſol. moral. num. 2. verſ. & laicos fol. 1.* & in alia Venuſina reſpondit *arma etiam prohibita non poſſe auferri à Curia Laicali*, & ideo benè *proceſſum ad cenſuras contra eos, qui abſtulerunt, & non reſtituerunt, & Nuntio Neapolitano, qui informet qua auctoritate illius fiſcalis auſus fuerit abſoluere huiuſmodi excommunicatos die 16. Ianuarij 1635. & docent Dian. part. 1. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 17. & magis latè part. 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 8. verſ. vndè ſic confugient, & per tot. Bonacin. in tract. de legib. tit circa prim. Decalog. præcept. diſ. 3. quæſt. 7. punct. 3. num. 7. tom. 2. Chartar deciſ. crim. 74. num. 8. Sperel. deciſ. 59. num. 11.* & ita ſæpè S. Congregat. declaraſſe patet ex declarationibus relatis *per Pignatel. conſult. can. 166. à num. 3. vſque ad fin.*

4 Et licet contrarium teneat *Rebuf. in conſtitut. Tom. II. Gallic. tom. 2. in tit. de immunit. Eccleſ. gloſ. 1. nu. 28. Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 34. diff. 5. num. 11. Sanchez in opuſc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 14. Villadiego in Polit. cap. 2. num. 244. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 64 65. & 66.* vbi ſaltem hanc opinionem veram credit in caſu, quo quis deferat talia arma, quorum delatio vigore aliquarum particularium conſtitutionum mereatur pænam capitalem, prout in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico diſponitur in bullis Pontificijs contra deferentes Archibuſettos; tum quia hoc caſu delictum dicitur graue, & vſus armorum eſt prohibitus tam Laicis, quam Clericis, tam intra, quam extra Eccleſiam *l. 1. C. vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit lib. 11. cap. Clerici arma de vita, & honeſt. Clericor. latè Corn. conſ. 20. lib. 3. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap. 16. dub. 19. ſect. 3. n. 6. tom. 2.*

5 Reprobatur tamen ſupradictorum opinio, & quod malè loquantur, attentis præcipuè declarationibus Sac. Congregationis, comprobat *Dian. reſol moral. part. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 9 verſ. ſed non indigemus*, & ad effectum ſpoliandi reum armis, vel rebus ablatis recurrendum eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſeu potius ad ſacram Congregationem, vt patet ex declarationibus relatis *per Pignatel. conſult. canon. 166. n. 6. & 7. & ex Conar. Farinac. Decian. Suarez. Ambroſin. Peregrin. tradit Bonacin. in tract. de legibus in tit. circa primum Decalog. præcept. diſ. 3. quæſt. 7. punct. 3. num. 7. tom. 1. Sperel. deciſ. 49. num. 25. & 26.*

6 Nec aduerſatur quod Paulus non fuerit armis ſpoliatus intra Eccleſiam, ſed extra dum tantum adhærebat parieti exteriori, quia Eccleſia auctoritate Epiſcopi fundata non ſolum gaudet immunitate quoad partem interiorem, quamuis in ea non retineatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, nec diuina celebrentur, cum hoc ſit per accidens, & ſufficiat quod celebrari poſſit, & quod ſit locus Religioſus, & diuinis obſequijs dicatus, iuxta *Text. in cap. Eccleſias de immunit. Peregrin. eod. tract. cap. 4 num. 2. Farinac. eod. tract. cap. 17. n. 251. & ſeq. Caſt. Paul. tom. 2. tract. 11. punct. 6. num. 2. Germon. de Sacrament. lib. 3. cap. 16. num. 23. & ſeq. Cardinal. Tuſch pract. concl. in verbo Eccleſia conclu. 9. num. 16. & 17. Bonacin. reſol. moral. tom. 2. tit. circa primum Decalog. præcept. diſ. 3. quæſt. 7. punct. 4. num. 1. & 2. ac ſeqq. fol. mihi 232. Diana, qui alios congerit reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 1. verſ. ad id vero, & verſ. ſequent.*

7 Verum etiam quoad partes exteriores ſcilicet parietes, porticum, totamque eiuſdem fabricam, vt de communi Doctorum ſententia teſtatur *Diana reſol. moral. part. 6 tract. 1. de immunit. reſol. 1. verſ. ſed iſtis non obſtantibus*, & in ſpecie de pariete exteriori, *Bonacin. de legib. tom. 2. diſ 3. quæſt. 7. punct. 4. num. 5. fol. mihi 233. cum alijs congeſtis per Dian. reſol. moral. part. 3. tract 1. de immunit. reſol. 73. verſ. ſed pro affirmatiua, & part 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 3. in verſ. ad arguendum, per text. in cap. ſi quis contumax 17. quæſt. 4. Thomas del Bene in tract. de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 9. ſect. 6. num. 1. tom. 2.*

8 Ita quod prout ſtillicidium totius fabricæ Eccleſiæ, eiuſque portici, ædiumque Canonicalium viam publicam occupat locus efficitur immunis, ſecus vero extra ſtillicidium, prout viæ

publicæ conducunt, vel aliæ priuatorum domos licet adiacentes permanent, *Alex. conſ.145.n.24. vol.7.Vlpel.conſ.crim.130. num.5. Abb. in cap. fin. nu. 10.de immunit.Eccleſ.Remig.eod.tract.ampliat.3. num. 10. Boſs. in pract.crim. tit. de captur. num.30. ſumma Sylueſt. in verb. Immunitas il 3. ſub num. 2. Farinac.quæſt. 28.num. 12.13.& 14.Burguin.dec.21. num.29. verſ.quod tamen in Caſtello part.5.*

9 Prout etiam illicita redditur ſubſecuta captura, ſeu extractio præfati Pauli è portico Oratorij Sanctiſs. Sacramenti, quia cum huiuſmodi Oratorium ſit Epiſcopi auctoritate fundatum, cuius directioni, viſitationi, & correctioni ſubijcitur, vtique gaudet priuilegio immunitatis Eccleſiæ, cum attenta erectione auctoritate Epiſcopi facta cultui diuino in perpetuum deputatum exiſtit, & locum factum cenſetur, ita vt amplius ad vſus prophanos conuerti nõ poſſit, *cap.1. §. deinde liceat de cenſibus in 6.* quidquid ſit ſi au-
10 ctoritate priuata erectum fuerit, vt ſunt Oratoria in priuatorum domibus, & nonnulla Oratoria Confraternitatum, etiamſi in illis miſſa de licentia Epiſcopi celebretur, & etiamſi illa contra *Enriquez, & Pellegrin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num.* 58. alicui Eccleſiæ, vel Monaſterio adhæreant, cum dicta loca ad vſum prophanum conuerti poſſunt, iuxta *Textum in cap. 1. ad hæc, vbi notant DD. de Religioſ.dom.Bart.in l.cum Senatus ſub num.4. verſ. quæro quid ſi relinquatur ff. de reb.dub Bald. in l. ſi quis §. in omnibus ſub n.19. verſ. reſpondeo C. de Epiſcop. & Cleric.Innocent.in cap.delicto ſub num. 2. verſ.ſocietas eſt, & verſ.item videtur cum ſeqq. de except. Falin. in cap. de quarta ſub num. 11. verſ.2. declaratur de præſcript. Abb. in cap. Eccleſia de immunit. & cap. vltimo de cenſibus Federic. de Sen. conſ 130.ſub num. 2.verſ.ſed contra videtur Abb.conſ.31.ſub num.1. & 2. per tot.par.1. Alex.conſ.120.ſub num.3. verſ.prout etiam reſpondetur lib.1. Gabriel. de pia cauſ.concluſ.1.ſub num.1.7. 13.& 14. Hieron. Gabriel.conſ.162.num.2. & ſeqq. lib.1. Decian. tract.crim.lib.6.cap.25.num.19.Couar. lib.2.var.reſol.cap.20.num.4.Barboſ. de iure Eccleſ. lib.2.cap.3.num.66.& 67. Lezana in verb.Immunitas Eccleſiæ num.2. Sanchez de matrim.lib.9. diſ.15. num.39.Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſia 90.num.9. Magon. deciſ. Lucen.19.num.15.& nu 47.vſque ad 54. Maſtril. deciſ.110.ſub num. 16. Farinac. quæſt. 28. num. 71. & in Appen. de immunit. Eccleſ. cap. 17. num.* 267. & ita declaraſſe Sac. Congregat. Epiſcotpor. *in vna Marſicenſi die 17.Nouemb.1617.* & Sac. Congregat. Immunit. *in vna Peruſina die 9. Decembris* 1631. refert *Thom.del Bene de immunit. Eccleſiaſt.cap.16.dub.9.ſect.12.num.1.cum ſequent. Monet.de commutat.vltim.volunt.cap.4 ſub num.26. Carol.de Graſſ.de effect.Cleric. effect.1.num.122. cum ſeqq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 71. num. 24. & de iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 11. ſub num.78.& ſub num.80. Rot. penes Comitul.deciſ.94. num.3. & latius deciſ.117.num.13.14. 37. verſ. ſanè, & deciſ.574.ſub num.5.& 6.part.1.diuerſ.& deciſ.210.num.1.coram Coccino, Caſtil.deciſ.2.nu.12. lib. 1. & Magiſtraliter in Mediolanen. bonorum 31. Maij 1649. coram Eminentiſs. Corrado §. ſiquidem obiectus.*

11 Propterea cum huiuſmodi carceratio, ſeu extractio dicti Pauli è loco immuni facta à laica poteſtate in caſu non excepto ſit ipſo iure nulla, & nullam ex ea Iudex acquiſiuerit iuriſdictionem in extractum, adeout Iudex nequeat interrogare, nec procedere ad torquendum, nec ad condemnandum, aut ad exequendam pœnam, cum omnia reddantur nulla, & ſemper iniurias multiplicet, & tot excommunicationes incurrat, quot actus facit, vt latè comprobat *Franciſc.Suarez. de ſtatu Religionis lib.3.cap.13.num.12. & ſeq. Farinac. qui alios allegat. in Appen.de immunit. Eccleſ.cap.2.num.56.*

12 Denegari nequit eidem Paulo beneficium immunitatis Eccleſiaſticæ, dum violenter, & inuitus extractus fuit, *Bart. in l.fin.num.5.C.de ijs, qui ad Eccleſ.confug.Oldrad.conſ.154. nu.2.cum alijs per Vermiglioſ.conſ.crim.223.num.17.*

13 Et tamquam de facto extractus de facto etiam loco ſacro, & immuni reſtituendus eſt, *cap. inter alia, cap.penult.& fin.de immunit.Eccleſ.cap.id conſtituimus, & cap. ſicut antiquitus 17.quæſt.4.cap. de raptoribus 36. quæſt, 1. l.præſenti C. de ijs, qui ad Eccleſ.confug. Boſs. in tit.de captur. num.21. Couar. lib.2.var.reſol.cap.20.nu.2.Menoch. lib.5.præſumpt. 10.num.1. Decian. tract.crim. part.2.lib.6.cap.25. rub. de extrahen. ab Eccleſ. num. 1. & 2. Farinac.*
14 *quæſt.28.num.1.* cum confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi valeat, nec per viam expulſiuam, nec per compulſiuam, *l. præſenti C. qui ad Eccleſ. confug. Hoſtien. in cap. inter alia num. 1. verſ. attamen circa hoc de immunit. Eccleſ.S.Antonin.in ſumm. part.3. tit.12. cap.3. §.1.verſ. porro talis Decian. tract.crim.lib.6.cap.27. num.6.Farinac.in Appen.de immunit.Eccleſ. cap.19. num.295.*

15 Hinc eſt, quod birruarij excuſari non poſſunt ab incurſu excommunicationis latæ contra violantes libertatem eccleſiaſticam, quæ ipſo iure incurritur ab extrahentibus inuitum ab Eccleſia, ſeu alio loco ſacro eadem immunitate gaudente, attenta Gregoriana conſtitutione, ibi, *ſi quis &c. quouis prætextu quidquam præter, aut contra huius noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere &c.* & ita de veriori, & probabiliori docent *Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num.313. Thom. del Bene de immunit.Eccleſ.cap.16.dub.35.ſect.1.num.10.tom.2. Diana reſol.moral.part.6 tract.1.reſol.34. Mar.Ital. de immunit Eccleſ.lib.1.cap.6. §.2. num.29. & 30. Larrea de immunit.part.4.num.8. Theſaur. in prax. part. 2. verb. Immunitas cap. 1. Lezana eod. verb. num. 11. Bonacin. in tit. de immunit. diſ.3. quæſt. 7. punct.6. num.5.* & ita declaraſſe *Clementem VIII. & Paulum V.* teſtatur *Thom. del Bene* loco citato *num. 11.*

16 Quidquid ſit attenta diſpoſitione Sacrorum canonum *in cap. nouerit, de ſentent.excommun.c. in cap. ſicut antiquitus, in cap. frater, in cap definiuit, in cap. minor, cap. quiſquis, cap.quis contumax 17. quæſt.4.* in quibus iuribus non eſt excommunicatio ipſo facto lata, ſed ferenda, & comminatoria ſub conditione ſi violator immunitatis Eccleſiaſticæ reum non reſtituat, nec ſatisfaciat, *Marian. Soccin. in cap. nouerit num. 5. verſ. & ex prædictis infertur de ſentent. excommunicat. Turrecrem. in cap. omnes num. 1. & in cap. ſicut antiqui-*

tus

tus num.2. in fin. in verbo excommunicetur 17. *q.4. Goffred. in ſumm. rub. de immunit. Eccleſ. num.*18. *Franciſc. Suarez de ſtat. Religion. lib.*1.*cap.*3.*num.*7. *ſub verſ. ſed quaret aliquis Zerola in prax. verſ. immunitas num.*24.*Peregrin.de Immunit. cap.*15.*nu.*3. *Zambellus in repert. Mor. ver. Eccleſia quoad eius immunitatem num.*23. vbi conatur probare hoc procedere etiam ſpectata conſtitutione Gregoriana, ex rationibus relatis *per Thom. del Bene de immunit Eccleſ. cap.*16.*dub.*35. *ſect.*1.*n.*9.

17 Siquidem verba conſtitutionis Gregorianæ *ipſo facto*, ne ſuperflua adiecta dicantur aliquid operari debent, vltra dictam diſpoſitionem ſacrorum canonum, ſcilicet effectum incurſus excommunicationis latæ ſententiæ, & non ferendæ, tanto magis, quia ſubdit, quod talis violator incurrat cenſuras aduerſus libertatis, iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores à Sacris Canonibus, Concilijs, & Pontificum conſtitutionibus promulgatas, quæ cum ſint ſententiæ ferendæ, addit verba ipſo facto, & propterea præfatas cenſuras voluit eſſe latæ ſententiæ, vt pulchrè deducitur *à Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.cap.*16.*dub.*35.*ſect.*1.*ſub num.*10.

18 Nec ad cenſuras euitandas releuare poteſt,
quod reo in Eccleſia arma auferri debeant, pro-
pter rixas vitandas, & propter bonum publicum,
ac reuerentiam debitam loco ſacro, vt ex *Foller.*
tradit *Baiard.ad Clar.quæſt.*50.*num.*4.*& facit text.*
in l. pateat §.*arma, & in* §.*nos vero C.de ijs, qui ad*
19 *ad Eccleſ.confug.* quia vltra quod huiuſmodi opi-
nio fortaſſe procedere poteſt de iure ciuili, non
20 autem de iure Canonico, quod in hac materia
attendendum eſt; *Farinac. in Append. de immunit.*
21 *Eccleſ. cap.* 16. *num.*248. certum eſt, quod huiuſ-
modi iuriſdictio ſolum per Iudicem Eccleſiaſti-
cum in loco exempto exerceri poſſit, cum expreſ-
sè prohibeatur Iudicibus ſecularibus iuriſdictio-
22 nem in Eccleſia exercere, vtpotè quia Eccleſia
eſt de territorio Epiſcopi, & non Iudicis ſæcu-
laris, *cap.*1.*de immunit Eccleſ.cap.*2 *eod.tit. in* 6. &
ita declaraſſe S. Congreg. Immunit. *die* 24. *Iulij*
1634. *ex Farinac. in Append.de immunit. Eccleſiaſt.*
*tradit Thom.del Bene cap.*76. *dub.* 19.*ſect.*3. *num.*8.
& 9.*Diana reſol.moral. par.*1. *tract.* 1. *de immunit.*
*Eccleſ.reſol.*17.*in fin.& par.*6.*tit.*1. *reſol.*8. *Maranta controuerſ.iur.par.*2.*reſponſ.*37.*num.*1. *Zambellus*
in repert.mor. verb. Eccleſia quo ad eius immunitatem
*num.*9.*Nouar. in ſumm.* Bullar. *tit. de immunit. nu.*6.
*Ciarlin.controuerſ forenſ.cap.*10.*n.*16.

23 Et omnino eſt locus exemptus à iuriſdictione Iudicis ſæcularis quo ad actum extrahendi reum ab eadem extra caſus exceptos *Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt.cap.*16.*dubit.*34.*n.*2. *tom.*2.

24 Propterea habet ius defendendi reum in caſibus non exceptis, & reus etiam habet ius ne in talibus caſibus è loco ſacro extrahatur *cap. inter alia, cap. fin. de immunit. Eccleſ. cap. ſicut antiquitus* 17.*quæſt.*4. *Thom. del Beue de immunit. Eccleſ. cap.* 16.*dub.*42.*ſect.*1.*num.*4.

25 Et quamuis Eccleſia ſit de territorio Iudicis ſæcularis, in quo ſituata reperitur, quamuis non ſit de diſtrictu, hoc tamen procedit quo ad tuitionem, non tamen quo ad impugnationem *Bald. in leg. ſi quis hoc C. de Epiſcop. & Cleric. ibique Paul.de Caſt.Rolad.conſ.*24.*num.*7. *lib.*2. *Sperel. deciſ.*3.*num.*11.*tom.*1.

26 Vnde Eccleſiæ pro extractis ab ea competit actio ſpolij, & interdictum de libero homine exibēdo pro reſtituēda perſona ab ea extracta, vt dicit *Bart.in leg.*2.*C.de ijs, qui ad Eccleſ.confug. Abb. in cap. inter alia num.* 26. *de immunit. Eccleſ.* quod interdictum licet ſit perſonale, eſt tamen in rem ſcriptum, ſicut cætera interdicta, *leg.*1.§.*pen.ff.de interdict.*

27 Et datur contra quoſcunque detinentes, quamuis non extraxerint, etiam ſi ſint Epiſcopi, vel alij Superiores Eccleſiaſtici, ſi retineant carceratos extractos ab Eccleſia, niſi delicta ſint de exceptis in Bulla Gregoriana. *Diana reſol. moral. par.*6.*tract.*1.*reſol.*27.*in prin.* conſilij, ſeu allegationis per eum relatæ, & ſub *verſ. ad ſummum tamen, & comprobat Genuen. in prax.for. Archiepiſcopal.curia Neapol. cap.*17. *num.*6.*verſ. quo præſuppoſito.*

28 Immo extrahentes à cenſuris ob violatam immunitatem contentis *in cap. ſi quis* 17. *quæſt.*4. *& cap.*4. *de immunit. Eccleſ. & in Bulla Gregoriana*, alijſque Summorum Pontificum conſtitutionibus non veniunt abſoluendi niſi prius, & ante omnia reintegrauerint Eccleſiam de perſonis extractis, & vlterius refectis damnis, & intereſſe. *Silneſtr.in verbo immunitas num.*3.*in fin. Io: de Vinchis de immunit.num.*651. *Ambroſin. eod. tract. cap.* 15.*nu.*7.*Mar.Ital.eod.tract.lib.*1.*cap.*6.§.11. *nu.*23. *Decian.tract.crim.lib.*6.*cap.*27.*in prin.Capel.Tholoſ. deciſ.*423.*num.*3.*in addit.*

29 Nec excuſari poſſunt Iudices Laici ab incurſu huius excommunicationis vigore cuiuſuis conſuetudinis hactenus obſeruatæ vt patet ex infraſcripta reſolutione Sac.Congregationis Immunitatis in *Calaritana ſub die* 1.*Septembris* 1648. in qua fuit ab Epiſcopo quæſitum, *primo an Iudices Laici poſſint abſque cenſurarum incurſu extractionem delinquentium à locis immunibus propria auctoritate facere petita, ſed non obtenta licentia Epiſcopi, & non facta eidem Epiſcopo exibitione proceſſus ſuper delictis confugientium, an potius ſit neceſſaria exibitio proceſſus dictorum Iudicum laicorum.*

30 2. *An reo extracto de licentia Epiſcopi, ad inſtantiam Iudicis laici retineri debeat in carceribus curiæ Epiſcopalis non obſtante conſuetudine ſi quæ ſit legitime introducta, vt reus pro vtraque curia retineatur in carceribus laicalibus, vel reponatur in alia Eccleſia.*

31 3. *An ex conſuetudine Iudices laici poſſint extrahere, & carcerare delinquentes ad loca immunia confugientes abſque licentia Epiſcopi, illoſque in vinculis, & compedibus retinere donec diſcutiatur an gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica.*

Sac.Congregatio Immunitatis ad primum reſpondit Magiſtratum, & Iudices laicos exercere non poſſe, non obſtante quacunque conſuetudine, & Archiepiſcopum poſſe contra extrahentes ad cenſuras procedere.

Ad 2. *non licere extractos ducere ad carceres ſæculares, nec detineri à curia laicali non obſtante quacunque conſuetudine.*

Ad 3. *conſuetudinem prædictam non eſſe tollerandam, ſed deteſtandam.*

Ex quibus patet Paulum vna cum armis reſtituendum eſſe Eccleſiæ pro vt reſtitutum fuit, quo vero ad cenſuras Birruarios conſulere debere eorum conſcientiæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Debitores, & Decoctores confugientes ad Eccleſias gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
2 Exceptio firmat contrarium in caſibus non exceptis.
3 Dictio tantum impedit extentionem.
4 Debitor ſuſpectus de fuga non poteſt inuitus ab Eccleſia extrahi.
5 Debitor fraudolentus licet gaudeat immunitate non eſt tamen in Eccleſia multo tempore tollerandus.
6 Debitores bona ad Eccleſiam tranſportantes, ſunt conſignanda Iudici ſæculari ad effectum conſignandi cui de iure.
7 Licentia vero extrahendi bona debitorum ad Eccleſiam aſportata obtinenda eſt à Sac. Congregatione.
8 Debitoribus confugientibus ad Eccleſiam poteſt præfigi terminus ad componendum cum creditoribus, vel de ſfractando facto verbo cum Sanctiſſimo.
9 Decocti, & fraudulenter falliti non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. Contrarium num. 10.
11 Publici latrones, & Graſſatores viarum, qui dicantur vt ab Eccleſia extrahi poſſint.
12 Pœnæ non ſunt extendendæ ad ſimilia præcipue ſi tendant in præiudicium Eccleſiarum.

ADNOTATIO I.

Debitores vna cum bonis ad Eccleſiam confugientes, an ſint tollerandi, & bonis ſpoliari poſſint.

1 DEbitores, & decoctores pro debito ciuili ad Eccleſias confugientes gaudent immunitate Eccleſiaſtica, vt poſt Conſtitutionem Gregorianam certum exiſtimat *Diana reſol. moral. par. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 17. verſ. ſed ego etiam*, quia nec ratione delicti, nec ratione debiti ſunt immunitatis priuilegio priuandi, *Boſſ. in tit. de captura num. 26. Summ. Silueſtrina in verbo immunitas 3. Farinac. qu. 28. num. 30. & 31.* vbi ampliat etiam ſi debitum ſit publicum *Caſtrus Palaus tom. 2. tract. 11. diſt. vnica punct. 8. num. 6. Sanc. in opuſc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. n. 24.* & ita cenſuiſſe *S. Congreg. Epiſcop. in vna Cotronenſi 21. Iulij 1617. & in alia Beneuentana 10. Maij 1619. refert Dian. poſt 5. par. ſuarum reſol. moral. tit. declarat. Sac. Congr. num. 3.*

2 Etenim Conſtitutio Gregoriana cum excipiat tantum caſus in eadem expreſſos, in reliquis cenſetur facta omnium incluſio, per regulam, quod exceptio firmat contrarium in caſibus non exceptis, *l. nam quod liquidè §. fin. ff. de pecul. leg. l. quotieſcumque §. denique vbi Bart. ff. de fund.*
3 *inſtruct.* & ideo conſtitutionem hanc non eſſe extendendam ad alios caſus vltra expreſſos, etiam ſimiles, ſtante dictione tantum in conſtitutione adiecta, cuius natura eſt impedire extentionem tradit *Farinac. conſ. 76. num. 13. & 16. lib. 1. Ambroſin. de immunit. & libert. Eccleſiaſt. cap. 1. num. 13. & 14. ad tradita per Cartar. deciſ. crim. 46. n. 72.*

4 Amp. procedere etiam in debitore ſuſpecto de fuga, qui ſi ad Eccleſiam confugiat, non poteſt inuitus ab ea extrahi. *Abb. in cap. cum inter alia num. 22. de immunit. Eccleſ. Rip. in cap. 1. num. 88. de Iud.* & de communi, ſeruari teſtatur *Remig. Gong. in tract. de immunit. Eccleſ. fal. 27. num. 4. 5. & 6. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 14. verſ. ſed profecto*, & reprobato *Iaſone* contrarium tenente *in leg. vinum ff. ſi cert. petat. & in leg. plerique nu. 26. ff. de in ius vocan. tradit. Farinac. quæſt. 28. num. 32.*

5 Limit. in debitore fraudulento ad Eccleſiam cum bonis confugiente, qui licet gaudeat immunitate, non tamen debet ibi multo tempore tollerari, ſed ab Eccleſia eſt reijciendus, ita cenſuiſſe *S. Congreg. Epiſcop. in vna Barenſi 12. Martij 1600. refert Diana poſt 5. partem reſol. moral. in tit. Declarat. Sac Congreg n. 11. & par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 17. in fin. verſ. notandum eſt tamen.*

6 Vnde debitores non debent res, & bona ad Eccleſiam tranſportare in creditorum præiudicium, ſed Iudici ſæculari conſignanda ſunt, vt illas, & illa cui de iure adiudicet, & ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Epiſcop. ſub die 1. Decem. 1617. teſtatur Dian. poſt 5. par. reſol. moral. tit. declarat. Sac Congreg. n. 12. Bonſadin. in pract. Eccleſ. cap. 20. n. 10. Maſſin. in addit. ad Guazin. de confiſcat. quæſt. 18. num. 25. & 26. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 11. ſect. 6. num. 18. verſ. interim tom. 2.* vbi *Sac. Congreg. Epiſcop. & regular. ſub die 14. Nouembris* præcipiſſe bona poſita in loco immuni in præiudiciũ creditorum deponi debere in loco non immuni, & *9. Martij* 1635. ſcripſiſſe Vicario Generali Mediolanenſi, ne talia bona teneantur in loco immuni in præiudicium creditorum, & 12. *Decemb.* 1642. pariter præcepiſſe vt ex quadam Eccleſia extraherentur bona, eo tranſportata in fraudem creditorum conſignanda tamen Iudici competenti.

7 Huiuſmodi tamen facultas extrahendi ab Eccleſia, alioque loco immuni bona debitorum ibidem aſportata, obtinenda eſt à Sac. Congregatione, vt cenſuit eadem *Sac. Congregatio Immunit. in Noritonen. ad 4. bona confugientium aſportata in loco immuni poſſe extrahi per Ordinarium loci, ſed pro licentia ad Sacram Congregationem recurrendum 17. Ianuarij* 1628. & in alia Neapolitana. *Detur facultas extrahendi bona debitorum à locis immunibus, non autem perſonas die 1. Septemb.* 1643. & in Ciuitatis Caſtellanæ reſcripſit, *concedendam eſſe Epiſcopo facultatem extrahendi bona à locis immunibus ſolitis literis circularibus die 31. Maij* 1650. & patet ex alijs declarationibus relatis per *Pignatel. conſult. canon. 166. num. 6. & 7.*

8 Et licet perſona debitoris extrahi nequeat ex reſcripto tamen Sanctiſſimi, ſeu eiuſdem Congregationis aſſignari poteſt terminus ad componendum cum debitoribus, vel de ſfractando, vt ſæpe cenſuit eadem *Sacra Congregatio Immunit. & ſignanter in vna Panormitana ſub die 27. Auguſti* nempe *Ioannem Grippiam gaudere immunitate Eccleſiæ, ſed facto verbo cum S. D. N. præfigatur terminus trium Menſium ad concordandum cum creditoribus, vel de ſfractando*, & in alia Mil̃anen. cenſuit *Dandas eſſe literas in forma pro extractione librorum, & ſcripturarum à loco immuni, quo vero ad perſonam Franciſci Baptagliæ præſcribendum terminum quatuor Menſium die 6. Decembris* 1650.

9 Limit. principalem concluſionem in Decoctoribus, ſeu Mercatoribus fraudulenter fallitis, qui ex alienis pecunijs, & rebus dum quæſtuariam negotiationem exercent, ſplendide, & opiparè viuentes decocti tandem verſuram faciant, & ad Eccleſiam confugientes creditores omnes miſere fallunt, vt non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, cum æquiparentur publicis latronibus, qui

ex-

expreſſe excipiuntur in Bulla Gregoriana, & diuerſis conſtitutionibus grauiſsimis, & capitali pœna plectuntur, ita *Farinac.in tit.de carcer.& carcerat.quaſt.28.num.33.ex Couar.var.reſol.lib.2.cap.20.num.14.verſ. nec Iaſonis Argumentatio in fin.Decian.tract.crim.lib.5.cap.28 num.34.in fin. Boer. deciſ.215.n.7.Gutierez.pract.quaſt.ciuil.lib.3. quaſt.1. num.4.& 15.Rodriq.in ſumm.tom.7.cap.154 num.1. Curtellius de immunit.Eccleſiaſt.lib.1.par.32.num.1. Pereira de manu Regia par.2.cap.50.num.16.Peregr. de immunit.cap.12.num.4.Anaſtaſ.Germon. de Sacrorum immunit. lib.3.cap.16. num.123. Sarpus de iure Aſylorum cap.5. fol.50.*

10 Contrarium vero ex communi,& probabiliori poſt Conſtitutionem Gregorianam ex certa ſciẽtia Doctorum docet *Nauarr.cap.25.num.19.in fin. idem Farinac. in Appen. de immunit. Eccleſ. cap.3. num. 64.* vbi recedit retractans oppoſitam opinionem, quam tenuit in *quaſt.28.Ambroſin. de immunit.Eccleſ.cap.13.num.4. in fin. Flauius Cherubinus in compend. Bull.tom.2.conſtit.117.Pij V.Schol.2. Anton.Nauar.in ſumm.Bullar.in tit.de immunit. Eccleſ.num.28.Dyard.in Bulla Cœnæ lib.2.cap.5.qu.16. num.16.Marius Ital.de immunit Eccleſ.lib.1. cap.5. Dominicus Taſſonus in pragmat.de antiſato verſ.13. obſer. 3. num. 33. Lezana verſ. immunitas Eccleſ. num.16.Diana reſol.moral.par.1.tract.1.de immunit. Eccleſiaſt.reſol.32.* referens ita à Sac. Congregatione deciſum. *Sanchez.in opuſc.tom.2.lib.6. cap.1. dub.8.num.24. Gironda in tract. de priuileg. cap.23. num.1035.Gratian.diſcept.380.num.29.tom.2.*

11 Et ratio eſt, quia decoctus fraudulenter licet ex Conſtitutione Pij V. æquipararetur publico Latroni, hoc procedit quo ad incurrendas pœnas temporales, non quo ad priuationem priuilegij immunitatis Eccleſiaſticæ, cum ad hunc effectum iuxta Conſtitutionem Gregorianam publici Latrones, & Graſſatores viarum dicantur ſolum illi, qui deprædantur in vijs publicis, & itineribus frequentatis, nec ſufficit vt per inſidias furentur, vt expreſsè cauetur in eadem Conſtitutione Gregoriana in illis verbis, *qui itinera frequentata, & publicas ſtradas obſident*, pœnæ autem non ſunt extendendæ ad ſimilia, præſertim ſi extenſio tendat in præiudicium Eccleſiarum, ita *Thom.del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap.16. dub. 11.ſect.6.num.4. & plurib. ſequen. ex Farinac. conſ. 76.num.13.tom.1. Abroſin.de immunit. cap.1. nu.15. Locatellus de tortura inſpect.5. num. 158. Chartar. deciſ.crim.46.num 72.*

SVMMARIVM.

1 Ordinarius, & de illius facultate quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere à cenſura propter rei extractionem è loco immuni. Contrarium, & verius n.10.& 11.

2 Si delictum ſit occultum Epiſcopus poteſt dare hanc abſolutionem. 12.

3 Statuentes contra libertatem Eccleſiaſticam incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.

4 Quæ differentia ſit inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam.

5 Renouatio Cenſurarum non comprehendit earum reſeruationem, ſi non fuerit expreſſa.

6 Confeſſarijs interdictum eſt abſoluere pœnitentes in caſibus Sanctæ Sedi, & Ordinarijs reſeruatis.

7 Ordinarius poteſt abſoluere in caſibus dubijs in Bulla Cœnæ.

8 Poteſt abſoluere ab excommunicatione ob leuem Clerici percuſſionem.

9 Offenſa Eccleſiaſticæ libertati facta eſt caſus reſeruatus Sanctæ Sedi.

12 Ordinarius, in delictis, & occulta irregularitate non tamen exorta ex homicidio voluntario abſoluere poteſt.

13 Excommunicatio incurſa ob ingreſſum fœminarum in Monaſteria Religioſorum abſolui non poteſt niſi à Summo Pontifice.

14 Limit.procedere ſi excommunicatio ſit publica, ſecus ſi ſit occulta.

15 Ignorantia allegari non poteſt aduerſus cenſuras inflictas à Conſtitutione Gregoriana contra violantes immunitatem Eccleſiæ.

16 Officiales, & Miniſtri iuſtitiæ tenentur ſcire, ea, quæ pertinent ad eorum officium.

17 Dolus præſumitur in eo, qui non fecit id, quod facere debet.

ADNOTATIO II.

Abſolutio excommunicationis incurſæ ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam an ſit ſolum Papæ reſeruata.

1 ORdinarius, & de illius facultate, quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere a cenſura incurſa propter rei extractionem è loco immuni, facta tamen reſtitutione, & reintegrata Eccleſia, ab eo, qui cenſuram contraxerat, modo eam præſtare poſſit, quia nullibi reperitur talis cenſura Pontifici reſeruata *ad text. in cap.nuper de ſentent.excomm.* & teſtantur *Genuen.in prax. Archiepiſcop.Neapol.cap.17.num.3.& pluribus ſeqq.* vbi ita in illa Curia iudicatum, & ſeruatum fuiſſe, *Homobon.de examin.Eccleſiaſt.par.2.tract.11. cap.12.quaſt.26.ſuppoſ.3. Marcus Anton.var.reſolut. lib.3.reſol.15.Zipaus lib. 3. in tit. de immunit. Eccleſ. num.13.Curtellius eod.tract. lib.1. quaſt.41. Gratian. diſcept.414 num.4.tom.3.cum alijs congeſtis per Tho. del Bene de immunit.Eccleſiaſt.cap.16. dub.38. ſect.1. num.1.tom.2.*

2 Amp. procedere præcipuè ſi delictum ſit occultum, vigore facultatis Epiſcopis attributæ ex decreto *Sac.Concil.Trident. ſeſſ.24. cap.6. de reform.* diſpenſandi, & abſoluendi in omnibus delictis occultis *Thom.del Bene de immunit.Eccleſiaſt. cap.16.dub.38.num.2.tom.2. ad tradita per eundem in cap.19.dub.28.per tot.& dub.69.nu.4.eod.tom.2.*

3 Siquidem attenta Bulla Cœnæ Domini excommunicantur tantum ſtatuentes, & nonnulla alia facientes contra libertatem Eccleſiaſticam, vnde non eſt extendenda ad extrahentes, de quibus nullam mentionem facit, vtpotè quia diſtinguenda eſt immunitas à libertate, cum hæc reſpiciat

4 perſonas Eccleſiaſticas, immunitas vero loca tantum ſacra, Religioſa, & Eccleſiaſtica, ac proinde caſus violatæ libertatis vti expreſſi in Bulla Cœnæ, prout eſt promulgatio ſtatuti contra dictam libertatem proculdubio ſunt Papæ reſeruati, non autem alij caſus violatæ immunitatis localis, vt eſt extractio confugientis ad Eccleſiam, ſecundum quam diſtinctionem regulanda, & intelligenda videtur *Bulla Gregorij XIV. ſuper immunitate, & libertate Eccleſiæ*, dum in ea renouantur cenſuræ, ſed non expreſsè renouatur earum reſeruatio, quæ tanquam pœnalis nunquam

5 adeſſe cenſetur, niſi expreſsè facta fuerit, *Bonaciq. de cenſur.in particular.tom.3. diſ.2.quaſt.3.punct.16. per tot. & præcipuè verſ.ad ſecundum reſpondeo, Bart.*

Vgo.

Vgolin.de cenſur. Pontif.reſeruatis in comment.ad bullam Cœnæ Domini §.4.*in* 5.*limit.Gratian.diſcep.*414.*num.*4.*cum plurib.ſeqq. tom.*3. *Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.cap.*16.*dub.*38.*ſect.*2.*num.*7.*tom.*2.

6 Neque deduci poteſt huiuſmodi reſeruatio *ex Decreto Clementis VIII. incip. Sacra Congregatio emanato de anno* 1601. *apud Quaranta in ſumm.bullar.in verbo caſus reſeruati, & apud Mar. Ital. de immunit. Eccleſiaſt.cap.*6.§.2.*num.*31. quo reuocantur licentiæ, & facultates conceſſæ quibuſuis Sacerdotibus tum Sæcularibus, tum Regularibus abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ, & Ordinarijs reſeruatis, licet poſtea fuerit declaratum, & aliquantulum moderatum à Paulo V. vt prædicti non poſſint abſoluere à quibuſdam caſibus inter quos ponitur violatio immunitatis Eccleſiæ iuxta terminos Conſtitutionis Gregorij XIV. vti Papæ reſeruata, quia loquitur de Confeſſarijs qui prætextu facultatum abſoluebant, non autem de Ordinarijs, quorum poteſtas in eodem decreto reſeruatur, ita quod extenſio fieri non debeat, ex regula *in l.in agris ff.de acquirend. rerum domin.* alioquin ſequeretur, quod Ordinarius non
7 poſſet abſoluere, neque in caſibus dubijs in Bulla
8 Cœnæ, neque etiam ab excommunicatione ob leuem Clerici percuſſionem, & ſimilibus *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapolit.cap.*17.*num.*12. *Bonacin.to.*3.*de cenſur.in particular diſ.*2. *quæſt.*3.*pun.*16. §. 16. *num.* 2. *& præcipuè verſ. ad primum reſpondeo fol. mihi* 260. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap.*16 *dub.*38.*ſect.*2.*num.*4.*&* 5.*tom.*2.

9 Prout neque reſultat huiuſmodi reſeruatio *in extrauag.Pauli II.relat.in cap.*3. *de pœnit. & remiſſ.* in qua licet inter caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos apponatur offenſa Eccleſiaſticę libertati facta, tamen quia ibi ſolum reſeruetur generaliter violatio libertatis Eccleſiaſticæ, quæ refertur ad perſonas, non eſt extendenda ad immunitatem, quæ refertur ad loca, de qua nullam facit mentionem, ita *Tho.del Bene de immunit. Eccleſ. cap.*16.*dub.*38. *ſect.*2.*n.*1.2.*&* 3.*to.*2.

10 Contrarium verò quod ſcilicet abſolutio huiuſmodi excommunicationis ab Ordinarijs dari nequeat, ſed Papæ reſeruata ſit de veriori reprobato *Genuen. docet Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ.cap.*29.*num.*315. *Bellet.diſquiſit.Cleric.par.*1. *de foro Cleric. real.*§.4. *num.*40. *Gratian. diſcept.forenſ.cap.*414.*num.*5.*& plurib.ſeqq.* vtpotè quia ita firmatum fuit ab Eminentiſs.Card.Sac.Conc.Trident. Interpretibus de menſe Decembris 1617. & paſſim à Sac.Congregatione Immunitatis, à qua grauiter reprehenduntur Ordinarij, eorumque Vicarij, qui audent huiuſmodi abſolutionem dare concedendo eiſdem facultatem vt ſe abſoluere faciant à cenſura contracta, & ita reſcripſiſſe Vicario Apoſtolico Tropien. qui abſolutionem dedit Miniſtris Laicis ab excommunicatione incurſa propter extractionem confugientium ad loca immunia per hæc verba. *Detur Vicaria facultas faciendi ſe abſoluere per Confeſſarium, & acriter reprehendatur, & eidem, vt abſoluat Gubernatorem, & alios complices priuatim* 5. *Februarij* 1630. & probatur ex dicta *extrauag. Pauli II. de pœnit. & remiſſion. cap.*3.*inter extrauag. communes, & ex dicto Decreta Clementis VIII. à Paulo V. approbata*, in nihilo refragante, quod huiuſmodi decreta loquantur de libertate, & non de immunitate, quia vbi agitur de incurrenda, & abſoluenda cenſura, libertas, & immunitas Eccleſiaſtica promiſcuè accipiuntur, & cum in vtraque militet eadem ratio confunduntur, vt eadem iuris diſpoſitio militare debeat, præcipuè quia prædicta Decreta, & Conſtitutiones potius demonſtratiuè quàm taxatiuè de libertate loquantur, cum concernant fauorem Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum, bene fieri poteſt extentio de vno, ad alium caſum, *& Genuen.* contrarium tenentem non bene loqui, & *extrauag. Pauli II.* & decreta Summorum Pontificum *Clementis, & Pauli*, aut non vidiſſe, aut non conſideraſſe ſubdit *Farinac. loco citato num.* 316. & hanc eandem ſententiam tenet *Peregrin. de immunit.cap.*15.*num.* 18. & in praxi tutiorem, & ſequendam concludit *Bonacin. de cenſur.in particular. tom.*3. *punct.*16. §.16. *in fin. verſ.non nego tamen fol. mihi* 260. *Antonin.var.reſol.lib.*1.*reſolut.*112.*caſ.*37. & quod hæc ſententia ſequatur ſtylus Pœnitentiariæ, & Curiæ Romanæ teſtatur *Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap.*16. *dub.*38.*ſect.*2. *num.*12. *tom* 2. vbi Congregationem Immunitatis ſub die 16.Iunij 1632. ita refert reſpondiſſe Vicario Ge-
11 nerali Capuæ. *Non eſſendo permeſſo all'Ordinarij ſenza facoltà eſpreſſa di queſta Santa Sede d'aſſoluere l'eſcommunicato per cauſa di violata immunità, e giuriſditione, e libertà Eccleſiaſtica, perciò vi douete aſtenere, dal dare in queſto aſſolutione, etiam Dio con reincidenza, ne darete auiſo diſtinto à queſta Sacra Congregatione, che pigliarà gl'ordini neceſſarij, che ſaranno eſpedienti, e di giuſtitia.*

12 Opinio autem contraria *Genuen.* fortaſſe procedere poſſet, quando crimen eſſet occultum, iuxtà facultatem attributam Ordinarijs *à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.*24 *de reform. cap.*6. diſpenſandi, & abſoluendi in foro conſcientiæ ab irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, dummodò non oriantur ex homicidio voluntario, & non ſint deductæ ad forum contentioſum, vt ſentire videtur *Bonacin.de cenſur.in particular. tom.*3. *diſp.*2.*q.*3. *punct.*16.§.16.*in verſ.ex quo patet fol.mihi* 260.

13 Prout etiam licet nemo præter Romanum Pontificem, vel habentem ab ipſo priuilegium extra mortis articulum abſoluere poſſit ab excommunicatione incurſa ob ingreſſum fœminarum in Monaſteria Religioſorum, ſeù Monialium tàm ſub prætextu licentiæ, quàm etiam abſque vlla licentiæ prætenſione, iuxta Conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. & declarationem Sacræ Congregationis, de qua *Quaranta in ſumma Bullar.in verba Monaſteria, & Bonacin.in tit.de clauſ.& pœnis violat.ipſius impoſit.q.*5.*punct.*2.*nu.*1. *& punct.*3.*nu.*1.*to.*1.*fol.*766.

14 Tamen hoc procedit, ſi excommunicatio ſit publica, ſed ſi eſſet occulta poteſt huius criminis reus etiam ab Epiſcopo abſolutionem obtinere, vel ab alio ab eodem facultatem habente vigore diſpoſitionis eiuſdem *Concilij Tridentini ſeſſ.* 24.*de reform.cap.*6. quia in reſeruatione huius excommunicationis non fuit derogatum præfatæ Concilij diſpoſitioni, tamquam nulla mentio de eadem facta, *Tamburin. de iure Abbat. diſ.* 19. *quæſt.* 5. *num.*1. *ex Sanchez & Bonacin. quos allegat contra Lelium, Zerb. & Zerolam*, hanc etiam ſen-

ten-

tentiam docent *Homobon.de Bonis de examine Eccleſiaſtico par.1.tract.7.cap.17 quaeſt.26. latè Thom. del Bene de immunit.Eccleſiaſt. cap.19.dub.28.à n.1. & per tot.tom.2.*

15 Eſt tamen animaduertendum, quod aduerſus incurſum pœnarum à Conſtitutione Greg. XIV. impoſitarum ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam allegari non poteſt eiuſdem Conſtitutionis ignorantia, vt ex verbis eiuſdem Bullæ pluribus exemplificat *Farinac.in Append. de immunit. Eccleſ.cap.20.num.326.* præcipuè à publicis Offi-
16 cialibus, ac iuſtitiæ miniſtris, & Executoribus, qui ratione officij tenentur ſcire, quæ pertinent, permittuntur, & prohibentur eorum iuriſdictioni, & exercitio, alias contrafacientes conſtituun-
17 tur in dolo, cuius præſumptio oritur in eis, qui non faciunt ea, quæ facere debent, *l. ſi procuratorem § dolo, & l.dolus ff.de mandat. l.3. §.item iis, ff.de ſicar. Natta conſil.574. num.11. lib.3. Decian. conſil.100.num.13.lib.2. Roman.conſil.191.numer.3. Pariſ.conſ.49 num.32.& conſ.74.num.29.lib.1.Maſcard.de probat.lib.1.concl.531. nu.24. & concl.140. & 150.Surd.deciſ.216.num.1. & 2.ac nu.18.& 19. cum aliis congeſtis per Farinac.q.89.num.92. in tit.de de pœn.temperan.*

PRÆNESTINA IMMVNITATIS.

ARGVMENTVM.

Furantes in Eccleſia non priuantur eius immunitate Eccleſia eodem priuilegio immunitatis gaudet, quo ad confines intra circuitum 30. vel 40. paſſuum, ſi exiſtant extra mœnia Ciuitatis, an autem de conſuetudine ſeruandum ſit intra mœnia, & an Domus adiacentes Eccleſijs, præcipuè Laicis locatę, Seminarium, Palatium Epiſcopale, Monaſteria Religioſorum eadem immunitate gaudeant quoad confines, & partes exteriores prolixè exemplificatur.

SVMMARIVM.

1 Furantes in Eccleſia non priuantur eius immunitate.
2 Sacrilegium ob mutilationem, & homicidium in Eccleſia commiſſum non gaudet immunitate, ſecus vero alia ſacrilegia prouenientia ex quocunque alio delicto.
3 Fur licet plures furatus fuerit, & ſit famoſus gaudet immunitate Eccleſiæ non obſtante contraria conſuetudine, ſecus de licentia Pontificis. 5.
4 Immunitas eſt conceſſa locis, & non perſonis.
6 Eccleſia eodem priuilegio immunitatis gaudet quoad confines intra 30. & 40. paſſus, & prout eius circuitus ſe extendit.
7 Limit.procedare in Eccleſijs ruralibus, ſecus in Vrbanis de conſuetudine quidquid ſit de iure. vt nu.9.
8 Sublim.ſi Eccleſia ſit in ſuburbijs, quæ non veniunt nomine Ciuitatis in odioſis.
10 Contrarium quod non ſit verum, quod paſſuum immunitas de conſuetudine ſublata ſit, & quod ſeruari non debeat reprobato Farinac.vt n.11.qui retractauit ſuam ſententiam, vt n.12. Declara vt n.13. vſque ad 17.
12 Limit. procedere dictam conſuetudinem, quod ad menſurationem paſſuum per viam publicam, ſecus pro vt ſe extendit Eccleſiæ circuitus.
13 Immunitas Eccleſiæ extenditur, & reſtringitur vltra, & citra 30.vel 40.paſſus, ſi eius ambitus, & circuitus, plus, vel minus extendatur. 15.
14 Paſſus 30. vel 40. quibus Eccleſia immunitate gaudet non ſunt attendunt per viam publicam,
16 Domus Laicorum ædificatæ propè Eccleſias etiam intra 30. vel 40.paſſus non gaudent eiuſdem immunitate.
17 Domus vero Canonicales, vel Parochiales intra 30. vel 40. paſſus gaudent Eccleſiæ immunitate.
18 Domus Eccleſiæ à Laicis Eccleſiæ non inſeruientes inhabitatæ, vel eis locatæ etiamſi exiſtant intra 30. vel 40. paſſus non gaudent eius immunitate. Contrarium nu.21.
19 Domus Eccleſię Laico in emphyteuſim conceſſa non gaudet eius immunitate. Contrarium num.23.
20 Aedes Canonicales, ſiue Beneficiatorum non ſunt Laicis locandæ, præcipuè delinquentibus, & debitoribus.
22 Conſuetudines omnes contra libertatem Eccleſiaſticam damnantur.
24 Monaſteria Religioſorum tàm Secularium, quam Regularium gaudent immunitate Eccleſiaſtica, quoad partem interiorem ſi Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate erecta ſint, ſecus quoad exteriorem 27.29.32.& 36.
25 Nomine Monaſterii eiuſque partis interioris, quæ veniant.
26 Collegium Vrbis de Propaganda Fide gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
27 Eccleſia gaudet immunitate etiam quoad parietes exteriores, num.29.32.
30 Confugientes ad confines Domus Canonicorum, & Epiſcopi non gaudet immunitate Eccleſiaſtica excepto Oſtio.
31 Palatium Epiſcopale quoad partem interiorem gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
32 Domus appellatione venit Oſtium, & alia ædibus affixa.
33 Hortus monaſteriorum Religioſorum gaudet locali priuilegio immunitatis.
34 Vbi militet diuerſa ratio, diuerſum quoque Ius militare debet.
35 Omnia loca immunitatis priuilegium habentia, gaudent eodem priuilegio etiam quoad muros extrinſecos.
36 Monaſterium Religioſorum quoad ſcalas, & Oſtium reſpectu partis exterioris gaudet Eccleſiaſtica immunitate, & ſi habet Eccleſiam etiam per circuitum 30 paſſuum.
37 Confugiens eſt tutus in circuitu 30.vel 40. paſſuum, licet primo loco non ſe ad Eccleſiam contulerit.

DECISIO LXXXVIII.

N. N. dum adhęrebat parieti exteriori Monaſterij RR.Patrum Sanctiſs. Annunciationis Terræ Zagaroli intra tamen circuitum triginta paſſuum, ſeu diſtantiam ab eiuſdem Monaſterij Eccleſia, de facto à nonnullis de populo extractus, & Curiæ Sæculari traditus fuit, ſub prætextu, quod derubauerit lampadem argenteam, quæ coram Altare Diui Antonij in Eccleſia Parochiali Sancti Petri eiuſdem Terræ ardebat, hinc ad Eccleſiaſticum Tribunal re delata, diſceptatum fuit an Dominico ſuffragetur immunitas tum ratione delicti, tum ratione loci, & quoad vtrumque affirmatiuam dedi reſolutionem.

1 Ratione quidem delicti, quia furantes in Eccleſia non priuantur eius immunitate, vt cenſuit *Sacra Congregatio Immunitatis in vna Squillacenſi 18.Martij 1631.relat.per Dian. poſt 5. partem reſol. moral.tit.declarat.Sac.Congreg. num.9.* in nihilo re-
2 fragante, quod commiſſum fuerit ſacrilegium, quia in Conſtitutione Gregorij XIV. excipitur ſolum ſacrilegium ob mutilationem, & homicidium in Eccleſia commiſſum, quapropter cætera ſacrilegia excepta non ſunt, & ſub priuilegio immunitatis includuntur, *Ambroſin.de immunit.cap.5. num.6.Peregrin.eod.tract.cap.12. num.10. Thom.del Bene eodem tract.cap.16.ſect.8 ſub num.1.tom.2.Bonacin.eod.tit.diſ.3.quaeſt.3.punct.4.num.3.& punct.5, num.7. Dian.reſol.moral. par.1.tract.1.de immunit. Eccleſ.reſol.17.& par.6.tract.1. eod.tit.reſol.9. Barboſ.de iur.Eccleſ.lib 2.cap.3.num.183.Farinac.in append.de Immunit.Eccleſ. cap.16.num.99. Gauant.in*

Encherid.ſeu manual. Epiſcop. in verb. immunitas in addit. num. 8. vbi etiam ſi furtum eſſet de re Eccleſiaſtica, & Sacra, nempè de pixide, calice, & ſimilibus faciunt tradita per Sperell. deciſ. 59. num. 11. tom. 1. Riſc. deciſ. 110. par. 1. Nouar. in ſumma Bullar. tit. de Immunit. num. 4.

3 Et hoc procedere quamuis Latro pluties furatus fuerit, & ſit famoſus, tradidit *Dian. reſol. Moral. par. 6 tract. 1. de Immunit. eccleſ. reſol. 9. §. ſed affirmatiuam, & ſeqq.* & conſuetudo de capiendo Latrones in Eccleſia, ſi in eadem furati fuerint, quod tamquam rigoroſa, & impia ſeruanda non ſit, concludit *Farinac. in prax. quaeſt. 28. num. 51. in fin. & Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. Chartar. deciſ. crimin. 7. num. 6. & latè deciſ. 46. numer. 24. & ſeqq. idem Diana par. 6. reſol. 9. verſ. ſed an autem tract. 1. de Immunit.* vbi reprobando contrarium tenentes
4 obſeruat, quod huiuſmodi immunitas conceſſa ſit locis Sacris, & non perſonis, ac propterea quod non teneat conſuetudo, licet introducta videntibus Clericis, & Epiſcopis in odium delicti.

5 Non tamen eſſe ligatas manus Pontificis, quin poſſit ſacrilegos ſures, ſacra, & non ſacra furantes in Eccleſia per vim extrahi mandari, & etiam Sæcularibus Iudicibus puniendos tradi, putat *Farinac. in append. de Immunit. cap. 16. n. 117. in fin.*

6 Ratione verò loci, quia Eccleſia eodem priuilegio Immunitatis gaudet, quoad confines intra circuitum quadraginta paſſuum ſi ſit maior, ſeù Cathedralis, & intra triginta ſi ſit minor, & inferior, vel plus, & minus, prout Eccleſiæ circuitus ſe extendit, aut reſtringitur, *Textus eſt in cap. ſicut antiquitus 17. quaeſt. 4.* ibi, *ſtatuimus, vt maior cap. quiſquis, et cap. definiuit, eod. caſ. et quaeſt.* ibi, *in quibus triginta paſſus &c. Archid. Bellamer. Turrecrem. & Alberic. in l. 2. num. 1. Cod. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt, gloſs. in dicto cap. definiuit, in verb. definiuit Abb. in cap. Eccleſia nu. 10. de Immunit. Eccleſ. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 20. Germon. de Sac. imagin. lib. 3. cap. 16. num. 38. Hoſtien. in ſumma de Immunit Eccleſ. num. 8. Angelus in Summ. in verb. immunitas num. 21. verſ. & nota, quod ne dum in Eccleſia, Silueſt. in ſumm. eod. verb. immunitas, il 3. nu. 1. verſ. & ſimiliter ſpatium Nauar. in manual. Confeſſor. cap. 25. numer. 18. verſ. ſpatium idem Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 29. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verb. Eccleſia concluſ. 9. num. 1. & concluſ. 10. num. 4. et 5. et in verb. immunitas concluſ. 59. num. 3. 23. & 27. Ambroſin. de Immunit. Eccleſ. cap. 10. nu 4. Farinacc. in prax. crim. quaeſt. 28. num. 12. & in append. de immunit. Eccleſ. cap. 18. num. 283. et 284. Suarez lib. 3. cap. 9. nu. 8. Thom. del Bene de immunit. et iuriſd. Eccleſ. cap. 16. dub. 9. ſect. 8. n. 1. 2. et 3. tom. 2.*

7 Hinc non obſtat, quod quidquid ſit de iure, de conſuetudine non ſeruetur huiuſmodi immunitas triginta, vel quadraginta paſſuum in Eccleſijs in Ciuitatibus, & intra ambitum Caſtellorum conſtitutis, quia alioquin ob Eccleſiarum frequentiam, & locorum anguſtiam ferè totæ Ciuitates redderentur immunes, & ſic delinquentes nunquam poſſent capi, & delicta impunita remanerent, ſed tantum procedat in Eccleſijs, quæ extra mænia Ciuitatis, & Caſtellorum muros, exiſtunt, vt colligitur in *cap. quiſquis 17. quaeſt. 4.* dum ibi dicitur Capellę, quæ ſunt intrà ambitum Caſtellorum non ponantur in hac triginta paſſuum obſeruatione *gloſ. in cap. ſicut antiquitus in verb. paſſus 17. quaeſt. 4. vbi Turrecremat. n. 2. Hoſtien. in Summa de Immunit. Eccleſ. num. 8. verſ. Capellæ verò, Sarpus de iure Aſylorum cap. 4. ſ. 39. Angel. in Summa in verb. immunitas numer. 22. verſ. Capella tamen; Sanctus Antoninus in Summa part. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. verſ. illud tamen Nauar. in Manual. cap. 25. num. 18. Villagut. de exten. leg. cap. fin. num. 32. Card. Tuſcus practic. concluſ. in verb. Eccleſia concl. 9. num. 5. & 6. Anaſtaſ. Germon. de immunit. Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num. 40. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 9. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 10. numer. 4. Vulpell. conſ. 230. num. 10. Alex conſ. 145. num. 12. verſ. & licet dictus circuitus Villalob. in Sum. lib. 2. tract. 29. deffinit. 5. num. 3. Suarez. de Relig. tom. primo lib. 3. cap. 9. num. 8. Bonacin. diſput. 3. quaeſt. 7. §. 2. n. 5. in tit. de immunit. Farinac. quaeſt. 28. num. 12. Genuens. in Manual. Epiſcop. in verb immunitas in addit. num. 1. Caſt. Palaus tom. 2. tract. 11. diſput. vnica punct. 6. num 13. & 15. Thom del Bene de immunit. & iuriſd. Eccleſ. cap. 16. dub. 9. ſect. 8. num. 6. tom. 2. Laiman. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 2.*

8 Quia vltra quod huiuſmodi Sententia non eſt applicabilis in præſenti, quia præfata Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciationis erecta exiſtit in confinibus, & in ſuburbijs præfatæ terræ, & ſic extrà eandem terram, cum ſuburbia in odioſis, & vbi agitur de immunitate Eccleſiaſtica non veniant nomine Ciuitatis.

9 Certum eſt, quod huiuſmodi immunitas triginta, vel quadraginta paſſuum competit Eccleſijs ex diſpoſitione Sacrorum Canonum nulla facta diſtinctione, an intrà, vel extrà muros Ciuitatis exiſtant, imò *Textus in cap. ſicut antiquitus, cap. definiuit, & cap. quiſquis 17. quaeſt. 4.* indiſtinctè loquuntur de Eccleſijs Matricibus, maioribus, & Cathredralibus, quæ ſemper intra Ciuitates ſitæ ſunt, & ſic potius de Eccleſijs Vrbanis, quam de Ruralibus, ac proindè contrariam opinionem non eſſe admittendam cum ſit contra Sacros Canones, docet *Dian. reſol. moral. part. 6. tract. 1. de Immunit. Eccleſ. reſol. 2. verſ. ſed hæc opinio,* prout etiam reprobatur *à Peregrin. de immun. cap. 4. num. 33.* & ſomniaſſe Doctores, qui docuerunt Eccleſias conſtructas intra muros Ciuitatis non gaudere paſſuum immunitate, & eorum opinionem eſſe ridiculam, & ſabuloſam ſubdit *Marius Italia de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 6. n. 3.* & hæc Sententia tanquam probabilis etiam canonizatur *à Thoma del Bene de immunit. Eccleſiaſtica cap. 16. dub. 11. ſect. 8. in num. 6. in fin. tom. 1.*

10 Immò non eſſe verum, quod hæc paſſuum immunitas de conſuetudine ſublata exiſtat, & quatenus adeſſet, quod ſeruanda non ſit, & Doctores de eadem atteſtantibus, neque ſit præſtanda fides, tradunt *Card. Tuſch. pract. concluſ. in verb. immunitas concluſ. 59. num. 1. 2. 18. & 19. Peregrin. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. num. 33. in fin. relat. per Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 2. verſ. at his non obſtantibus, prout etiam concludit Farinac. in append. de immunit. cap. 18. num. 249. in fin.* & ratio eſt quia huiuſmodi immunitas prouenit à iure Diuino, quod nec contraria conſuetudine, nec longeua præſcriptione tolli poteſt.

11 Et quamuis idem *Farinacc. in tit. de carcer. &*

carce-

carceras. quaſt.28. num.13. ſubdat quod prætenſa conſuetudo ſit ſeruanda, vbi in loco,in quo caſus contingit, realiter appareat de eadem conſuetudine, aliter quam ex dicto Doctorum, quia illis ſic de conſuetudine teſtantibus non vlterius ſit credendum, quam de locis vbi ijdem Doctores verſati ſunt, ſecus ſi in alijs locis hæc contingat dubitatio.

Tamen etiam retenta *Farinacij* Sententia, in præſenti non conſtat de hac locali conſuetudine in Terra Zagaroli, veritas eſt quod idem *Fari-*
12 *nacius* retractauit ſupradictam Sententiam *in append. de immunit. Eccleſ. cap.18. num.294. verſ. vbi licet ego conſenſerim*, vbi firmat ſupradictam Sententiam ſibi locum vindicare poſſe, quatenus nitatur diſpoſitioni iuris communis, & ſic non vigore conſuetudinis, ſed ex vi eiuſdem iuris communis, nempè ſi Eccleſia non haberet hoc ſpatium triginta, vel quadraginta paſſuum, quod non extenditur, niſi quatenus extat, & durat ambitus, & circuitus ipſius Eccleſiæ quaſi quod iſti paſſus menſurari debeant, non per viam publicam, ſed intrà Eccleſiæ circuitum, adeout immu-
13 nitas Eccleſiæ reſtringatur, ſi eius circuitus minus, ſe extendat, & è contra quod plus eſtendatur quam ad triginta, vel quadraginta paſſus, quando eadem Eccleſia habeat maiorem ſpatij tractum, & tales paſſus ſint in eius circuitu, vt comprobat etiam in puncto dictæ conſuetudinis *Diana reſol. moral. part.6. tract.1. de immunit. Eccleſ. reſol.2. verſ. primum, quod fortè.*

14 Et quod paſſus triginta, vel quadraginta quibus Eccleſia immunitate gaudet non ſe extendant per viam publicam latè *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib.1. cap.4 §.2. per totam, & §.5.nu.8. in fin. verſ. quapropter & latius §.6. per tot. Alberic. in l.2. num.1. verſ. Ego credo C. de ijs qui ad Eccleſiam confugiunt S. Antoninus, in Summ. part.3. tit. 12. cap.3. §.1. verſ. item nota, & magiſtraliter Oltrad. conſ.55. Farin. loco citato num.291.*

15 Prout etiam quod Eccleſiæ immunitas extendatur vltrà triginta, vel quadraginta paſſus, quãdo eius ambitus, & circuitus ſe vltrà extendat, & reſtringatur, ſi vltra non ſe extendat *Turrecrem. in cap. ſicut antiquitus num.2. in verb. quadraginta 17. quæſt.4. Archidiac. in cap. definiuit poſt num.1. in verb. triginta paſſus, & in verbo Eccleſia Alex. conſ. 145. num.12. lib.7. Decian. in tractat. crimin. lib.6. cap.25. num.9. poſt med. verſ. quinimò Alex. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Eccleſia ſub num.3. 4. & 6. cum alijs per Farinac. dicto cap.18. num.287. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.11. ſect.8. num.5. in fin. tom.2. Antonell. de regim. Eccleſ. lib.1. cap.9. num.27.*

16 Vlterius eſſet tolleranda dicta conſuetudo, ſi propè Eccleſias eſſent ædificatę Domus Laico-
17 rum, cum tantum Domus Canonicalis, ſeù Parochialis exiſtens intra 30. vel 40. paſſus gaudeat immunitate, niſi habeat circum circa Domus Laicorum, quæ cum non pertineant ad Eccleſiam, ex eius proximitate non communicatur hoc immunitatis Priuilegium, vt in terminis dictæ conſuetudinis animaduertit *Dian. reſol. moral. part.6. tract.1. de immunit. Eccleſ. reſol.2. verſ. primo quod forte, & verſ. rectè etiam in fin. Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. real. §.4. num.34. per Tom. II. text. quem allegat. in cap. ſi quis, & ibi gloſ. in verbo Domos 17. quæſt.4. Archidiacon. in cap. definiuit num.2. & in cap. id conſtituimus num.3. vbi etiam Turrecrem. 17. quæſt.4. Mar. Antonin. var. reſol. cap. 18. num.4. verſ. quod confirmatur Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo immunitas 59. num.22.* vbi pariter diſtinguit inter Domus laicorum Eccleſiæ contiguas, *& in verbo Eccleſia concluſ.10. num.7. hoc idem tradit Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici part.1. cap.13. num.6. in fin. Marius Ital. de immunit. Eccleſ. lib.1. cap.4. §.6. in diſcurſu, Remig. de Gon. eod. tract. ampliat. 16. Boſſ. in tit. de captura num.3. Azor. inſtit. moral. part.2. lib.9. cap.8. quæſt.5. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.11. ſect.8. num.10. tom.2.* & ita declaraſſe Sac. Congregat. Immunit. *in vna Pennen. ſub die 28. Febr. 1662. refert Iacob. Pignatel. conſult. canon.459.* vbi loquitur de Domo laicali contigua Eccleſiæ, quæ vltra Ianuas in via publica habebat etiam egreſſum in Choro eiuſdem Eccleſiæ, *Antonel. de Regim. Eccleſ. lib.1. cap.9. num.23. in fin.*

18 Tollerabilis quoque redderetur dicta conſuetudo, quando Domus Eccleſiæ illi adhærentes habitentur à laicis non inſeruientibus Eccleſię, cum tunc non gaudeant eius immunitate, eoque magis ſi fuerint eis locatæ, ita de Apotheca vnita Palatio Epiſcopali coniuncto Eccleſiæ Cathredrali laicis locata declarauit *Sac. Congregatio Immunit. in Narnien. 28. Februarij 1662. de qua Iacob Pignatel conſult. canon.458. & latius conſult.176. num.2. & ita etiam cenſuiſſe conſil. Neapolitanum teſtatur Io: Franc. à Ponte conſ.33. Ric. deciſ.171. num.8. & 9. part.1. & collet.669. Thor. in compend. deciſ. Neapolit. part.1. verb. Immunitas, Nouar. in Summa Bullar. tom.1. tit. de immunit. num.2. Mar. Ital. tract. de immunit. lib.1. cap.4. §.6. num.6. Peregrin. eod. tract. cap.4. num.272. Nald. in Summ. in verbo Eccleſia num.7. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap.16. dub.11. ſect.8. num.12.* vbi
19 ampliat, quod hoc etiam procedat in Domo Eccleſiæ laico in emphyteuſim conceſſa, ac proinde
20 ædes Canonicales, ſiuè Beneficiatorum non eſſe laicis locandæ, & præcipuè reis, & delinquentibus, alijſque ære alieno grauatis in dannum creditorum cenſuit *Sac. Congregatio immunitatis in vna Peruſina petenti Gubernatore eiuſdem Ciuitatis die 14. Maij 1652. vt teſtatur Iacob. Pignatell. conſult. canon.474.*

21 Non tamen deſunt alij Doctores docentes Domus Parochorum, Canonicorum aliorumque Eccleſiaſticorum exiſtentes propè triginta paſſus Eccleſiæ etiam gaudere debere eius immunitate, quamuis habitentur à Laicis, vt inter alios tenet *Decian. in tract. crim. lib.6. cap.25. num.16. Ambroſin. de Immunit. cap.10. num.8. Bonacin. tom.3. diſput.2. quæſt.3. punct.16. §.4. num.7. Dian. reſol. moral. part.3. tract.1. de Immunit. reſol.71. verſ. his tamen non obſtantibus, & part.6. tract.1. eod. tit. reſol.2. verſ. rectè etiam, & ità Mediolani fuiſſe iudicatum teſtatur Chartar. deciſ. crim.40. num.20. Villagut. de eſtenſ. leg. tit. de eſtenſ. immunit. Eccleſ. cap. fin. num.86. Giurb. conſ.10. num.12. & hanc Sententiam non omninò improbabilem aſſerit Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.16. dub.11. ſect.8. n.12. circa medium tom.2.* ea innixi ratione, quia locatio eſt actio extrinſeca loco, & immunitas concedi-

tur loco, & non perſonis, in quorum poteſtate
eſse non debet auferre locale Priuilegium locis
Sacris conceſsum, tum quia loca Sacra immuni-
tate gaudent exceptis caſibus in Bulla Gregorij
Decimi quarti expreſſis, in qua hic caſus non
22 exprimitur, nec excipitur, non obſtante conſue-
tudine in contrarium deducta, cum omnes con-
ſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam in
dicta Gregorij Conſtitutione damnentur Guaz-
zin. in defenſ. reorum cap.37. num.24. Antonin. var.
reſol. lib.1. reſol.18. num.4. Leo in Theſaur. for. Ec-
cleſ. part.1. cap.13. num.5. Mantua conſ.60. num.13.
& 14. & conſ.221. per tot. Antonell. de regim. Ec-
cleſ. lib.1. cap.9. num.22. Clar. §. fin. quæſt.30. verſ.
hinc eſt, & quod prædicta ſibi locum vindicent
23 etiam in Domo Eccleſiæ intra eius confines exi-
ſtente laicis in emphyteuſim conceſsa latè com-
probat Diana part.6. tract.1. de immunit. reſol.2. verſ.
ſed ex ijs oritur vſque ad fin.
24 Neque valet pariter obeſse quod Monaſteria
Religioſorum, tàm Sæcularium, quàm Regula-
rium, ac Domus Clericorum in communi viuen-
tium aliaque loca Sacra, & Religioſa, & Domus
piæ puellarum, ſeù Orfanarum, aut Clericorum;
Seminariorũ, & huiuſmodi, ſinè auctoritate Apo-
ſtolica, ſiue ordinaria erecta gaudeant Eccleſia-
ſtica Immunitate, quoad partes interiores, adeout
25 nomine Monaſterij, & Domus ad hunc effectum
veniat tantum, quod ſeptum eſt, ideſt Clauſtrum,
Dormitorium, Hortus, manſiones familiarium,
& animalium, officinæ, porticus, area, ſecus ve-
rò, quoad partes exteriores iuxtà Textum in leg.
pateant C. de iis, qui ad Eccleſ. confug. Sanchez. de
matrim. lib.2. diſp.15. num.42. Bonacin. de Cenſur.
tit. de excomm. in part. extra Bullam Cœnæ diſ.2. q.3.
punct.16. §.4. propoſit.2. ſub num.10. tom. Correa
in relat. de immunit. part.2. num 2. & 3. Thom. del
Bene de Immunit. Eccleſ. cap.16 dub.9. ſect.9. num.
primo ex Bulla Gregor. XIV. ibi Monaſterijs Archid.
in cap. definiuit num.17. quæſt.4. Falin. in cap. de quar-
ta num.3. de præſcrip. Decian. in tract. crim. lib.6.
cap.24. num.30. & 32. Alex. conſ.145. num.12. &
13. lib.7. Nauar. in Manual. Confeſſor. cap.26. n.17.
Decian. conſ.80. num.8. Baiard. ad clar. quæſt.30.
num.1. Gambacurt. de Immunit. Eccleſ. lib.4. cap.1.
num.13. Guazzin. ad defenſ. cap.37. num.14. Ciarl.
controuerſ. forenſ. cap 12. num.44. & ſeq. Pignatel.
controuerſ. forenſ. cap.55. num.1. tom.1. Conciol. re-
ſol. Criminal. in verbo Immunitas Eccleſiæ reſol.1.
num.10. Farinac. in append. de Immunit. Eccleſ. cap.
17. num.268. Bellet. diſquiſit. Clerici tit. de fauor. Cle-
ric. real. §.4. num.37. Diana reſol. moral. part.6.
tract.1. de Immunit. Eccleſ. reſol.1. & in ſpecie de
Seminario Farinac. in Append. de immunit. cap.16.
num.252. Riccul. in prax. reſol. part.3. reſol.412. No-
uar. quæſt. forenſ. part.1. quæſt.31. num.3. & de Do-
26 mo Collegij de Propaganda Fide, quod gaudere
debeat Priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ quo
ad confugientes cenſuit Sac. Congreg. Immunitat.
die 8. Martij 1650. de qua Iacob. Pignatel. conſult.
canon.453.
27 Ac proinde quod non videatur de iure certum
dictum Dominicum gaudere debere Priuilegio
immunitatis per ſolam adhærentiam parieti exte-
riori claudenti clauſuram Monaſterij præſato-
rum Patrum Sanctiſs. Annunciationis prout
gaudet ipſa pars interior, cum dicta certitudo
28 ſolum admittatur in exteriori pariete Eccleſiæ,
tamquam de parte integrali eiuſdem, vnum cor-
pus conſtituente, ad tradita per Ric. in prax. for.
Eccleſiaſt. part.3. reſol.560. num.8. Scipio de Rubeis
in Ampor. Epiſcopor. in verb. Immunitas nu.3. No-
uar. in Summ. Bullar. tit. de immunit. num.16. Bo-
nacin. in tit. de l.g. tom.2. diſ.3. quæſt.7. punct.4.
num.5. Diana reſol. moral. part.3. tract.1. de immu-
nit. reſol.73. & part.6. tract.1. eod. tit. reſol.3. verſ.
ad argumentum, & reſol.6. in fin. Thom. del Bene de
immunit. Eccleſiaſt. cap.16. dub.11 ſect.8. num.14.
verſ. affirmat, & ſeq. Cortiad. deciſ.57. num.5. & 6.
Reiecta contraria opinione Archidiaconi in cap.
vltimo de reliquiis, & venerat. Sanctor. num.6. &
Sarpi de iure Aſylorum cap.4. fol.41. Et in ſpecie
29 quod ſolum parietes exteriores Eccleſiæ gau-
deant Priuilegio immunitatis, & non exteriores
Monaſterij, tradit Pilaia in inſtitution. deciſ. Ponti-
ficiarum tom.1. lib.2. deciſ.4. num.29. verſ. cum ergo,
ac longe prius Barbatia conſ.33. num.8. in fin. verſ.
30 ſed dubitatio 9. & ſeq. vol. 3. vbi in ſimili quod
confugientes ad confines Domus Canonicorum,
& Epiſcopi non gaudeat immunitate Eccleſijs
conceſſa, vtpotè quia iura concedentia hanc im-
munitatem eorum Domui, non exprimunt de
confinibus, non eſt igitur extendenda talis im-
munitas vltra ipſam domum, ad eius confines,
ſicque vltra Oſtium, vt ſubdit num.11. quod etiam
comprobatur perpenſis verbis Concilij Aurelianen-
ſis primi cap.3. & 5. loquentis de Domo Epiſcopi
relati in cap. id conſtituimus 36. 17. quæſt.4. dum
31 dicit Canones Eccleſiaſticos, & legem Romanam
decreuiſſe, vt a Domo Epiſcopi reos extrahere mi-
nime liceat, vnde aperte innuit non poſſe illius
immunitatem trahi ad partem exteriorem, cum
dici nequeat extractus à Domo, qui intus non
permanebat iuxta tradita per Bart. in l.1. numer.1.
verſ. ſed licet ff. de Cloacis, vbi docet quod licet
32 oſtium, & alia, quæ ſunt ædibus affixa contineã-
tur appellatione Domus, quamuis extra illam
prætendant, non tamen inde ſequitur quod ſint
in Domo, quem ſecuti ſunt Iaſ. in l. plerique 17.
num.20. ff. de in ius vocando, & in l. contra 43. §. hoc
Senatus Conſultus num.11. verſ. an autem ff. de legat.
2. Franc. deciſ.402. num.11. Sperel. deciſ.62. nu.26.
verſ. aliam diſtinctionem tom.1.
33 Et ratio differentiæ inter parietes exteriores
Eccleſiæ, ac Cæmeterij, & Monaſteriorum Reli-
gioſorum reſultat, quia parietes exteriores Ec-
cleſiarum circui, & benedici ſolent in actu con-
ſecrationis, ſecus autem parietes exteriores clau-
dentes cœnobium, officinas, & hortum Monaſte-
riorum, quamuis hortus, eorumque viridarium
vti comprehenſum in clauſura gaudeat locali
Priuilegio immunitatis, ex cumulatis à Cortiade
deciſ.55. num.1. iuncto num.4. part 2. & Antonello de
Regim. Eccleſ. lib.1. cap.29. nam vbi militat diuer-
34 ſa ratio diuerſum quoque ius militare debet, ex
congeſtis à Surdu conſ.67. num.19. vol.1. & Barboſ.
Axiomate 167. num.5. cum alijs notatis per Gratia
deciſ. Marchiæ 32. num.8. & deciſ 43. num.10.
35 Quidquid dixerit M. Angelus Donatus de Aſylis
reſol.59. & Guazin ad defenſ. defenſ.1. cap.14. nu 71.
quod loca omnia habentia Priuilegium immuni-
tatis, gaudeant eodem Priuilegio etiam quo ad
muros

muros extrinſecos,adeout qui ad eos confugiunt tangendo,& corpore adhęrendo ſint immunes,eo quia parietes exteriores ſunt de fabrica, & cum parte interiori faciunt vnum corpus, & conſequenter conſequi debent eandem prærogatiuam; ſed hæc Sententia iuxtà ſuperius tradita non eſt tuta, nec ſequenda.

36 Non enim obſtat obiectum, quia procedit quando Monaſterium non habet Eccleſiam, quia tunc gaudet immunitate ſolum quo ad ſcalas, & oſtium, non autem quo ad parietes exteriores, vt ex *Barbat. Decian. & Farinac. tradit Vermigliol. conſ. crim. 92. num. 3.* ſecus vero ſi habeat Eccleſiam, nam tunc intra 30. paſſus vtique efficitur immune etiam quoad fabricam exteriorem, prout efficitur immunis Domus Canonicalis, & Parochialis prope Eccleſiam intra eandem diſtantiam exiſtens, vt punctualiter tradit *Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 18. num. 291.* dum dicit quod huiuſmodi immunitas quo ad 30. paſſus non extendatur, niſi quantum extat, & duret circuitus ipſius Eccleſię, & in quo nulla alia Domus pręter eas, quæ ſunt Clericorum, ſeù Religioſorum illius Eccleſiæ, de cuius immunitate agitur ędificata ſit, vnde aperte innuit Monaſterium, ſeù Domum Religioſorum intra ſpatium 30. paſſuum eſſe immunem, etiam quo ad partem exteriorem.

37 Nec prædictis reſiſtit ſi prętendatur neceſſariū eſſe primo confugere ad Eccleſiam, vt confugiens tamquam primo ab eadem receptus poſſit poſtea immunis permanere intra 30. vel 40. paſſus, vt tradunt DD. relati per *Thom. de Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 11. ſect. 8. num. 7. Catrus Palaus tom. 3. tract. 11. diſ. vnica punct. 6. num. 14.* quia hæc Sententia non eſt vera, & communiter reprobatur, nam confugiens ad loca immunia habetur perinde ac ſi confugerer ad eandem Eccleſiam, cuius circuitus, cum gaudeat eadem locali immunitate, qua gaudet ipſa Eccleſia, confugiens debet eſſe tutus non minus in Eccleſia, quam in eius circuitu, etiam ſi primo loco in eodem ſe receperit, dum ex ſe ipſo locus immunis ſit, vt animaduertit, *Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de Immunit Eccleſ. reſol. 2. verſ. tertium hac immunitas, ex Remig. Card. Tuſch. & alijs, quos allegat.*

SVMMARIVM.

1 Oratorium priuatum non gaudet immunitate Eccleſiaſtica pro vt gaudet publicum erectum de licentia Pontificis, vel Epiſcopi 7. & 8. & ad hunc effectum ſufficit licentia tacita 9.
2 Capellæ priuatorum palatiorum non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ſecus ſi eſſet perpetua 3.
4 Capellæ, ſeu Aediculæ rurales non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ſecus ſi erectæ auctoritate Epiſcopi.
5 Epiſcopus non habet ius viſitandi priuata oratoria.
6 Curare debet ne Aediculæ rurales ædificentur.
10 Conſenſus non ſolum verbis, ſed etiam facto declaratur.
11 Oratorii erectio emanaſſe de licentia Ordinarii etiam ſignis probari poteſt.
12 Oratorium dicitur publicum ſi habeat altare Lapideum, vel ſi aditus ſit in via publica 13. ſi ibidem publice celebretur 14. ſi habeat Campanila 15. ſi ſit ſub inuocatione alicuius Sancti, & in eo fiant publicæ proceſſiones 16. ex viſitatione Ordinarii 17. ſi habeat dotem 19. & 20. ſi habeat Capellanum cum titulo 21. ſi Capellania ſit de iurepatronatus 22. ſi in eodem adſit ſepultura, vel Cemeterium 23. ſi habeat organum, 24. & ſi habeat conditiones apponi ſolitas in Breui Apoſtolico ſuper huiuſmodi conceſſione 25.
18 Oratorium priuatum viſitari poteſt à Laicis.
25 Eius erectio cum quibus conditionibus à Sancta Sede concedi ſolet.
26 Epiſcopus hodie non poteſt concedere licentiam celebrandi in Capellis priuatis.
27 Oratorium ſi habeat ingreſſum publicum, licet habeat etiam priuatum, cenſetur publicum, vt in eodem celebrari poſſit, & gaudet immunitate Eccleſię.
28 Si habeat vnum, vel plura ſigna Oratorii publici gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
29 Oratorii, vel Eccleſiæ erectio, eiuſque benedictio, ac conſecratio non exigit exactam probationem, ſi non ſit fundamentum intentionis.
30 Vnicus teſtis probat vbi non agitur de alicuius præiudicio.
31 Domus Confraternitatis auctoritate Epiſcopi fundatę gaudet immunitate Eccleſiæ.
32 Contra Confugientes in Aediculis Confratrum exiſtentium in Monaſteriis Regularium Epiſcopus procedere poteſt tamquam delegatus.
33 Epiſcopus viſitare poteſt Confraternitates Laicorum exiſtentes in Eccleſiis Regularium, non tamen Capellas.
34 Conuentus, & Monaſteria Religioſorum gaudent immunitate Eccleſiaſtica quo ad totum ſeptum.
35 Domus Clericorum in commune viuentium gaudent immunitate Eccleſiaſtica pro vt etiam Domus Orphanorum, & puellarum.
36 Pro vt etiam Domus Seminarij.
37 Oratorium diſciplinatorum, ſeu Confratrum affixum Eccleſiæ, vel Monaſterio gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
38 Palatia Cardinalium an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica 39. quid in Vrbe 39. Et extra Vrbem 40. quid ſi adhęrent Eccleſiis ſuorum titulorum 41.
42 Palatia Legatorum Summi Pontificis de conſuetudine gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
43 Palatia Regum eiuſque Oratorium gaudent immunitate ciuili, ſecus magnatum inferiorum.

ADNOTATIO I.

Oratorium, Domus Confraternitatum, & Clericorum in communi viuentium, & Palatia Cardinalium an, gaudeant immunitate Eccleſiaſtica.

1 ORatorium priuatum non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, quia non cenſetur locus ſacrus, & Religioſus, neque perpetuo diuino cultui dicatus, ac proinde ad libitum domini conuerti poteſt ad vſum prophanum, in nihilo refragante, quod in eodem offeratur Deo ſacrificium, & ad hunc effectum ſit deputatum, quia huiuſmodi deputatio ſe habet per actum accidentalem, & non per actum permanentem, vnde eidem non debetur illa reuerentia, quæ ſolum perſolui debet, & exigit dignitas loci ex ſtabili deputatione perpetuo ad cultum Dei, & oblationem ſacrificij dicati, ita vt commune omnibus ſit Oratorium, ſicut omnes habent ius ad cultum diuinum, nec ſufficit priuatus cultus, qui cum in omni loco præſtari poſſit, cum vbique Deus ſit per præſentiam, eſſentiam, & potentiam, ſequeretur quod omnis locus efficeretur immunis, quod non eſt dicendum, ita vltra allegatos *in deciſione 26. num. 9. & 10. docet gloſ. in Clement. quia contingit verb. Altare de Religioſ. dom. Giurba conſ. crim. 19. num. 5. & 15. Innocen. in cap. inter dilectos num. 2. de donat. Felin. in cap. de quarta num. 9. de praſcript. Abb. in cap. fin. num. 4. de cenſib. Gambacurt. lib. 1. de immunit. cap. 1. num. 3. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 8. num. 9. Fagund. pracept. 2.* *Eccleſ.*

Ecleſ.lib.4.cap.4.num.64.Sanch.lib.6.conſ.Moral.cap.1.dub.7.n.2. & de matrim.lib.9. diſ.15.n.39. Lezan. in ſum.verb. Immunitas num.4. Barboſ. de iure Eccleſia lib.2.cap.8. num.68. vbi refert ita declaraſſe *Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. ſub die 7. Nouemb. 1617. Bordon. in conſ. Regular. reſol. 90. num.6. Decian.tract. crim. cap.25. num. 18. & 19. Themud.deciſ.45.num.29.par.1.Valaſtb. deciſ 105. num.9. Franch.deciſ.402.num.7. cum alijs allegatis per Iacob. Pignatel. conſult. canon. 91. à numer. 7. & ſeq.*

2 Vnde immunitate non gaudent Capellæ priuatorum Palatiorum *Sac. Congreg. Epiſcoporum in vna Marſicen.17.Nouembris 1617. & Sac. Congreg.Immunit. in alia Peruſina 9. Decembris 1631. de quibus Dian.poſt 5.par.reſol.moral.tit.declarat.Sac Congreg.n.4.*

3 Sed ſi Capella exiſtat puta in Palatio Gubernatoris ſi ſit perpetua, & non variabilis gaudet immunitate alias ſecus *Sac. Congreg. Rit. in Tudertina 7. May* 1658.

4 Quo vero ad ædiculas rurales, Sacra Congreg. Immunit. in vna Spoletana 11. Martij 1642. cenſuit *Capellam vulgo nuncupatam vna Maeſtà exiſtentem in via publica non gaudere priuilegio immunitatis, ſi non probetur fuiſſe auctoritate ordinaria conſtructam*.

5 Qua propter in priuatis Oratorijs non habet Epiſcopus ius viſitandi, nec exigendi procurationem, *cap.fin.de cenſib.Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap. 16. dubit.9. ſect. 12. numer. 4. tom.2.*

6 Immo potius curare debet Epiſcopus ne huiuſmodi ediculæ ædificentur vt diſponitur in *cap placuit vt Altaria quæ paſſim per agros, per villas tamquam memoriæ Martyrum condita probantur, ab Epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt ſi fieri poteſt euertantur de conſecrat.diſ.1.*

7 Oratorium verò publicum gaudet immunitate Eccleſiaſtica ſi de licentia Pontificis erectum fuerit, de qua ex ſcripturarũ teſtimonijs conſtare debet, vt ſanciuit *Gelaſius Papa relatus in cap.Baſilicas de conſecrat.diſt.1, & in cap.de locorum, & in cap.præcepta ead diſt.& in cap.Eccleſia ibidem.*

8 Vel de licentia Ordinarij, nam quidquid eſſet de iure antiquo, hodie erectio, & conſecratio Eccleſiarum non eſt amplius de reſeruatis Summo Pontifici, ſed ſufficit, quod Epiſcopus loci concedat licentiam, de cuius neceſſitate conſtat, *in cap.nemo.de conſecrat.& in Auth.de Eccleſ. tit.§. ſi quis autem & ex Auth.vt detur numerus Cler.§.1. Iacob.Pignatel.conſult.canon.91.num.13.*

9 Et ſufficit ad hunc effectum quod conſtet de tacita Ordinarij licentia, ſcilicet ipſo ſciente, & non contradicente, quia tantum reperitur iure cautum, quod exigatur Epiſcopi licentia, ſed non quod requiratur expreſſa licentia, & ſic vel tacita, vel expreſſa, cum taciti, & expreſſi ſit
10 eadem vis, & poteſtas, & conſenſus non ſolum verbis, ſed etiam facto, & nutu declaratur, *l. labeo §. vlt.ff.de ſupellect. legat. & l. ibi non voce ff. de reg.iur.l.2.ff.de pact.* ſi quidem cum Epiſcopus potuerit contradicere, & tacuit, ex eius taciturnitate reſultat conſenſus ſignum, ac proinde quamuis non doceatur ex publico documento de erectione Oratorij cum expreſſa Epiſcopi licentia, non tamen ſequitur, quod propterea non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, cum etiam
11 ſignis probari poſſit erectionem emanaſſe de licentia, ſaltem tacita ipſius Ordinarij, vt late comprobat *Iacob.Pignatel.conſul.canon.91.à n. 22. 23. & 24.*

12 Deducuntur autem huiuſmodi præſumptiones, & ſigna ad probandum Oratorium eſſe publicum, ſcilicet ſi Altare lapideum in eo conſtructum ſit, quia tunc auctoritate Epiſcopi erectum cenſetur, *Decian.tract.crim.cap.25. num.19. lib.6.Farinac.in Append.de immunit.Eccleſ.cap.17. num.267.Guazin.defenſ.1.cap.37.num.29.Sanfelic. deciſ.219.num.5.Pignatel.conſult. canon.91.nu.24. verſ.& quidem.*

13 Vel ſi aditus eiuſdem Oratorij ſit in via publica, ita vt omnibus concedatur acceſſus, *Remig.de Gon.de immunit.ampli.1.regul.num.5. Sanfelic.d.dec.219.n.4.Pignatel.d.conſult.91.nu.24. verſ. vel ſi aditus.*

14 Vel ſi ibidem publice celebretur miſſæ ſacrificium, cum publica populi introductione indifferenter, præcipuè in quibuſuis anni ſolemnitatibus, quod non eſt permiſſum Oratorio priuato nam tunc cum publice exerceatur cultus diuinus, & ſit omnibus communis, & eo modo quo exigit natura rei, vtique Oratorium dicitur publicum, vt diſtinguendo firmat *Faguan.in cap.vltim. de cenſib. num. 4. Maſcard.de probat. concluſ. 869. num.2. Menoch.lib.3. præſumpt.132.num.51.* vbi quod ad hunc effectum ſufficiat celebratio decennalis, *Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.cap.2. dub.2.ſect.7.num.38.& 39.Sanchez de Matrim. lib. 9.diſ.15.num.19.Pignatel.conſult. canon.91. nu.24. verſ vel ſi ibi publice, Rot.deciſ. 725. num4. par.8. diuerſ.*

15 Aliud ſignum reſultat ſi Oratorium habeat Campanile nam campana, cum ſit ordinata ad conuocandum populum demoſtrat oratorium eſſe omnium vſui deſtinatum, & conſequenter publicum, ad peragendas Eccleſiaſticas functiones, *cap.patentibus de priuil.Ital. de immunit. lib.1. cap.4.§.4.num.3. Maſcard.de probat. concluſ.869. num.1. Decian.tract.crim.cap.25.num.19.lib.6. Pignatel.conſult.canon.91.num.24. verſ. vel ſi habeat campanile, Sanfelic deciſ.219. ſub num.* 3. non tamen eſt neceſſaria Campanæ exiſtentia ad hoc vt Oratorium dicatur publicum, cum etiam abſque Campana ſi omnibus pateat acceſſus dicatur publicum, vt aduertit *Thom.Hurtad.par.2.reſol.moral.tract.12.cap.1.in digreſ. §.1. dub.1. num.2194.* contra *Trullench.in Bulla cruciat.lib.1.§.1. dub.4. num.1.& Barboſ.de iure Eccleſ.lib.2.cap.8. nu.12. Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.tom.1.cap.2.dub 2.ſect.7.num.39.*

16 Prout etiam ſi erectum exiſtat ſub inuocatione alicuius Sancti, & in eius die celebretur ſolemne feſtum, *Remig.de Gonn. de immunit. Eccleſ. ampliat. 1.reg. 1.num.5.Sanfelic.deciſ.219. num.4.* Vel ſi in eodem fiant publicæ proceſſiones, quæ non niſi in publicis Oratorijs circunferri permittuntur iuxta diſpoſitionem textus in *cap. certum eſt de conſecrat.diſ.1.Iacob. Pignatel. conſult. canon. 91. num.24.verſ. vel ſi habeat ſpeciale nomen.*

17 Ex viſitatione quoque ipſius Oratorii ab Epiſcopo facta deducitur eius auctoritate erectum

fuiſſe

fuiſſe, cum Epiſcopo proprie non competat ius viſitandi Oratoria priuata, licet poſſit ad illa accedere, vt recognoſcat quomodo ſe habeant, & an benè tractentur, & perſoluantur ea, quæ perſolui debent, & ſic non poteſt abſolute viſitare, ſed tantum inquirere de operibus pijs, quæ ipſis incumbunt, ad effectum vt adimplere cogat, & negligentiam adminiſtratorum corrigat, quando vero eſt fundatum Epiſcopi auctoritate, vlterius inquiri poteſt de omnibus alijs rebus ad ipſum Oratorium ſpectantibus, & prouidere etiam circa modum, & formam regiminis, vt diſtinguit *D. Fagnian in cap. vltim. num. 2. de cenſib. Tam. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 12. num. 6. Pignatel. conſult. canon. 91. n. 24. verſ. vel ſi viſitatum appareat*, & in ſimili, de Collegijs, Hoſpitalibus, Confraternitatibus Laicorum tradit *Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de bon. Cleric. §. 12. num. 5. & 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. num 14. par. 3. & in Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. n. 7. & 11.*

18 Oratorium enim priuatum viſitari etiam poteſt à Laicis, licet comulatiue viſitari poſſit ab Epiſcopo iuxta diſpoſitionem *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8.* publicum vero ab Epiſcopo tantùm, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 76. n. 15.*

19 Si Oratorium habeat dotem, aut redditus temporales *Abb. in cap. fin. de cenſ. n. 3. iuncto cap. 1. §. denique eod. tit. in 6.* ex hoc ſigno diſcernit Oratorium publicum a priuato, & comprobat etiã *Decian. tract. crim. cap. 25. n. 19. lib. 6. Villagut. de immunit. num. 28. Sanfelic. dec. 219. n. 3.* Non eſt tamen neceſſarium quod Oratorium publicum ſit dotatum, & multo minus priuatum, quia Dos non exigitur niſi in conſecratione, *cap. enim ſicut 8. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* & ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. in vna Regnſina die 11. Auguſti 1597. & in alia Siracuſana die 1. Iuly 1622 refert. Iacob. Pignatel. conſult. Canon. 91. nu. 24. verſ. vel ſi habeat dotem.*

20 Sed defectus dotis, aut ſi non eſſet ſufficiens pro eius manutentione præbet occaſionem arguendi non interueniſſe licentiam pro illius erectione iuxta præceptum *Honorij III. vt in cap. ſicut 8. de conſecrat. Eccleſ. vbi gloſ. in verbo conſecrata, & apertius in cap. 1. quæſt. 2. & ex Concilio Bracarenſi 2. cap. 5. Durant. de rit. Eccleſ. lib. 1. cap. 24. n. 9. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 91. n. 5. verſ. quare ſi non habeat dotem.*

21 Inſuper elicitur ſignum ſi Oratorium habeat certum Capellanum, cuius Capellania conferatur in titulo *Zabarel. conſ. 11. n. 6. Farinac. in fragment. de immunit. Eccleſ. n. 267.* Vel ſi Capellania

22 ſit de iurepatronatus, cum ius patronatus cadat ſolum in publicis Oratoriis ad tradita per *Viuian. de iurepatronat. par. 1. lib. 3. cap. 2. num. 38. cum ſeq.* & præſupponit tamquam fundatum auctoritate Ordinarii iuxta tradita per eundem *Viuian. lib. 1. cap. 1. n. 8. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 91. n. 24. vel ſi Capellania ſit de iurepatronat.*

23 Vel ſi in ipſo Oratorio ſit ſepultura, aut cœmeterium, vel adminiſtretur baptiſmus, vel recipiat decimas, vel ſit immune à ſolutione collectarum, vt ex *Abb. Maſcard, Quaranta Ric. Filhuc. Decian. Farinac. Bonac. Sanchez* tradit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 2. dub. 2. ſect. 7 n. 41. 42. & 43. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 91. n. 24 verſ. vel ſi ibi ſit ſepultura Rot. dec. 725. per tot. par. 1. diuerſ.*

24 Vel ſi habeat Cymbalum, vel Organum, & publice pulſetur, quia priuatis Oratoriis publica Cymbali pulſatio non conceditur, *cap. patentibus de priuil. vbi Butr. n. 1. Abb. n. 1. Felin. in cap. de quarta n. 12. de præſcrip. Syln. in verb. loca Religioſa quæſt. 3. Maſcard. concluſ. 869. n. 3. & 4. Diana par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 1. verſ. ſed non eſt verum.*

25 Et tunc demum Capella, vel Oratorium dicitur publicum, & non priuatum ſi habeat conditiones, quæ ponuntur in Breui ſolito expediri à Sancta Sede ſuper licentia, & facultate erigendi Oratorium, nempe, *Vt ſi Oratorij, vel Capellæ huiuſmodi porta via publica adiaceat, & in ea nulla alia porta, quæ ad aliquam domum ducat, exiſtat, & quatenus exiſtat illa omnino claudatur, atque ita à priuatis domibus ſeparata ſit, vt per eas ad eam acceſſus aut proſpectus nemini pateat, Capellam huiuſmodi ſub prohibitione de mandato ſe. rec. Pauli V. prædeceſſoris noſtri de nõ celebrando in priuatis oratorijs publicata minime comprehenſam eſſe declares, & vbi capax, & ornata decenter exiſtat, neque aliquid eorum, quæ ad ſacrum in ea faciendum neceſſaria ſunt deſiderentur.*

26 Siquidem hodie ex dicta conſtitutione *Pauli V.* licentia celebrandi miſſæ ſacrificium in Oratoriis priuatis exiſtentibus in priuatorum domibus ſolum à Summo Pontifice conceditur, ſuſpenſa Epiſcopi poteſtate huiuſmodi licentiae concedendi de qua conſtitutione, *Viuia de iure patronat. par. 1. lib. 3. cap. 2. num. 42. & Iacob. Pignatel. conſult Canon 91. num. 26.*

27 Verum ſi Oratorium annexum, & contiguum exiſtat domui priuatæ, per quam pateat ingreſſus in ipſum, ſi tamen habeat alterum ingreſſũ publicum, & maiorem correſpondentem publicę viæ, per quem omnibus liberè pateat ingreſſus, non cenſetur priuatum, ſed publicum, & per actum permanentem perpetuo dicatum diuino cultui, atque comprehenſum ſub diſpoſitione *Concily Trident. in decret. de ſeruand. & vitan. in celebrat. Miſſ. ſeſſ. 22.* adeo vt in eodem offerri poſſit miſſæ ſacrificium, & conſequenter gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, quia ingreſſus priuatus exiſtente publico, non euertit formam, & prærogatiuam Oratorij publici, ex quo ſit omnium vſui deſtinatum propter exiſtentiam, & opportunitatem publici ingreſſus, vndè reſultat, & tribuitur prærogatiua publici Oratorij, ita tradit *Auerſa quæſt. 11. de Euchariſt. ſect. 14. Hurtad. par. 2. reſol. moral. tract. 1. cap. 1. num. 2193. Bald. in quæſt. ſelect. lib. 4. quæſt. 10. §. 10. Pax. Iord tom. 1. Locubr. lib. 4. tit. 1. num. 161. Quintanadnen. tom. 1. ſing. tr. 7. ſing. 33. num. 9. Ric. deciſ. 78. num. 9. par. 4 Alph. de Leon. offic. Capell. quæſt. 3. ſect. 1. in fin. quos refert, & ſequitur Pignatel. conſult. canon. 91. n. 27. & 28.*

28 Hinc eſt, quod ſi Oratorium habeat vnum, vel alterum, aut maiorem partem, vel omnia ex præfatis ſignis, Epiſcopi concurrente tolerantia vtique gaudet immunitate Eccleſiaſtica *Rom. cõſ. 477. num. 13. Sanch. de matrim. lib. 9. diſ. 15. nu. 19. Maſcard. de probat. concl. 869. Guazin. defenſ. 1. cap. 27. num. 29.* & de communi teſtatur *Pignatel. conſult. canon. 91. n. 25.*

29 Nec

29 Nec ad probandam erectionem, & deputationem Oratorij publici, de licentia Epiſcopi, vel eiuſdem, aut Eccleſiæ benedictionem, aut conſecrationem exigitur plena, & concludens probatio, ſed ſufficit aliqualis, & etiam minor ſemiplena, dummodo reddatur certa, quia quan-
30 do non agitur de alicuius præiudicio, ſed de re fauorabili, ceſſat neceſſitas exactæ probationis, ita vt ſufficiat hoc caſu etiam dictum vnius teſtis, *cap. cum itaque c. paſtoralis de conſecr. diſ. 4. gloſ. fin. in cap. licet vniuerſis de teſt. & in cap. placuit de conſecrat. diſt. 4. Gabr. in tit. de teſt. concl. 1. nu. 16. cum alijs per Iacob. Pignatel. conſul. canon. 91. n. 15. & 16.* hoc procedere dummodo aliquis ſuper erectione, deputatione, benedictione, aut Conſecratione Eccleſiæ, vel Oratorij non fundaret ſuam intentionem, nam ſi fundaret in ordine ad iudicialiter agendum, deberet de ijs plenè conſtare.

31 Domus pariter Confraternitatis auctoritate Epiſcopi fundata vbi Confratres conueniunt, vel deſeruiat pro vſu ipſius Confraternitatis gaudet immunitate Eccleſiæ, ac proindè *Sac. Congregat. immunit. in vna Ciuitatis Caſtelli, ſub die 23. Iulij 1653. cenſuit Oratorem captum in domo Confraternitatis S. V. Mariæ de Pomarigo gaudere priuilegio immunitatis Eccleſiæ.*

32 Et ſi Confraternitates ſæculares habeant, in quibus Confratres veſtibus ſe induere ſolent, ibique Cruces aliaque ſupellectilia Confraternitatis ſeruare, & adhęreant Clauſtro Regularium, vel eorum Eccleſiæ, per quam etiam tranſire debeat, qui volunt ad eas accedere, licet non ſubijciantur iuriſdictioni Epiſcopi ratione ordinariæ auctoritatis, ſubijciuntur tamen ratione facultatis delegatæ ex literis generalibus, quarum vigore exercere poteſt iuriſdictionem delegatam contra confugientes, & ibidem delinquentes cum mulieribus pernoctantes. & ſimilia alia delicta perpatrantes, & ita declaraſſe *S. Congreg. Immunit. in vna Ortonen. 14. Februar. 1642. teſtatur Iacob. Pignatel. conſult. canon. 476. n. 1.*

33 Immò Epiſcopo poteſt viſitare Confraternitates laicorum etiam ſi exiſtant intus Eccleſiam Regularium, & compellere miniſtros ad reddendum computum, non tamen eorum Capellas, & Altaria, quæ intra eandem Eccleſiam conſiſtunt; & ita à Sac. Congregatione fuiſſe decisum ex *Bellet. & Armendar. teſtatur Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. num. 13. & 28.*

34 Et non ſolum, vt in hac deciſione demonſtrauimus Domus, Conuentus, ſeù Monaſteria Religioſorum gaudêt immunitate Eccleſiaſtica, adeo vt hòc priuilegium extendatur ad totum ſeptum quod comprehendit Clauſtrum, dormitorium, hortum, officinas, domus familiarium, animalium, & ſimilia, vt patet ex *Bulla Gregor. XIV. de immunitate Eccleſiaſtica*, ibi, *Monaſterijs Domibus, lociſque ſacris, vel religioſis*, & colligitur *in cap. 2. de conſuetud. cap. ſi quis contumax cap. frater, & ex cap. minor 17. quæſt. 4.*

35 Verum etiam Domus Clericorum in commune viuentium, vt Patres Oratorij Philippi Nerij, Patres Doctrinæ Chriſtianæ, Domus Clericorum Seminarij, Domus Puellarum, vel Orphanorum, & ſimiles, ſi tamen auctoritate Epiſcopi fundatæ ſint, quia tunc cenſentur loca ſacra, pia, ſeù Religioſa, vt patet ex Bulla Gregorij XIV. generaliter loquente, ibi, *Monaſterijs, Domibus, lociſque ſacris, aut Religioſis, Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 13. num. 1. vbi allegat Peregrinum, Dianam, Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neap. in cap. 17. vbi num. 10.*
36 teſtatur de anno 1601. fuiſſe reſtitutum Domui furni ſeminarij Neapolitani quendam homicidã, qui ad eam confugerat, & proprie ad furnum ſe contulerat, quamuis ingreſſus fuerit per ianuã magnam dictæ domus, quæ eſt à parte viæ publicæ, & non à parte Seminarij, quia dicta domus erat Seminarij, & ſic loci pij; licet per illam portam pueri non faciant ingreſſum, vt etiam refert *Thom. del Bene loco citato ſect. 14. n. 19.*

37 Quod immunitatis priuilegium militat etiam ad fauorem Oratorij diſciplinatorum, ſeu Confratrum alicui Eccleſiæ, vel Monaſterio affixi, quia hæc loca etiam cenſentur ſacra, pia, ſeu religioſa, vt tradunt DD, relati per *Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num. 64. relat. per Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 16. dub. 9 ſect. 13 num. 1. in fin.*

38 Palatia vero Cardinalium, ſiue in Vrbe, ſiue extra Vrbem exiſtant quidquid ſit de iure, de cõſuetudine quod gaudere debeant priuilegio immunitatis, pro vt gaudere palatia Epiſcoporum præſertim ſi habeant Capellam, ſeù Oratorium tradunt *DD. relati per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 15. num. 1. Clar. in §. fin. quæſt. 30. verſ. item adde. Decian. tract. crim. c. 25. num. 15. in fin. Diana reſol. moral. par. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 40. in fin. Anton. de Marin. reſ. quotid. cap. 180. num. 12. Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 12. et 23. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 22. Farinac. in pract. crim. q. 28. num 48.*

39 Hodie verò vigore conſtitutionum Greg. XIII. & Sixti V. huiuſmodi conſuetudo ſublata fuit, ita vt nullus locus in Vrbe, & extra tutus, & immunis ſit, vt delinquentibus, vt vulgo dicitur *franchigia* ſuffragetur. & ita ſæpe in Vrbe practicari vidi, pro vt etiam teſtatur *Farinac. in prax. crimin. quæſt. 28. num 84. in fin. & in Append. de immun. Eccleſ cap. 17. num. 274. in fin. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 15. quæſt. 16. num. 12. Gambacurt. lib. 4. c. 5. Lezana in verbo immunitas Eccleſiaſt. nu. 2. Zecchius de Republ. Chriſt. tit. 3. de Cardinal. num. 9. priuil. 9.* & ita etiam teſtatur *Baiard. ad Clar. quæſt. 30. nu. 33. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dubit. 9. ſect. 15. num. 2.*

40 Verum, quod iſta ſublatio facta ſit pro Vrbe tantum non tamen pro alijs locis præſertim extra ſtatum Eccleſiaſticum exiſtentibus tenent *Marius Italia de Immunit lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 22. & 23. Peregrin. eod. tract. cap. 4. nu. 75. in fin. Diana reſ. moral. par. 1. tract. 1. de immunit. reſol. 37. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 3. num. 71. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 180. num. 12.* prout etiam inclinate videtur *Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. to. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 15. num. 6. 7 8.* vtpotè quia Cardinales non debent eſſe his modernis temporibus inferioris conditionis, pro vt apud antiquos Romanos erant flamines Diales, & Virgines Veſtales ex *Gellio lib. 10. cap. 15.*

41 Immo etiam in Vrbe ſi Cardinalium Palatia

adhę.

adhęreant Eccleſijs ſuorum titulorum, quod non obſtantibus conſtitutionibus Gregor. XIII. & Sixti Quinti gaudeant immunitate Eccleſiaſtica cum in ordine ad has Eccleſias Cardinales habeant iuriſdictionem, ac ſe habeant tamquam Epiſcopi, ac proinde debent gaudere eodem priuilegio iuxta diſpoſitionem textus in *c. Epiſcopus de conſecr. diſ. 3. & in cap. Epiſcopus diſ. 41. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. c. 16 dub. 9. ſect. 15. num. 11. & ſeq.*

42 Palatia vero Legatorum Pontificis apud Imperatorem, & Reges ſi non de iure, ſaltem de conſuetudine etiam poſt Gregorianam rationabiliter introducta gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, ex reuerentia, quæ eiſdem debetur, quia perſonam Summi Pontificis repræſentant, *Barboſ. de iure vniuerſali Eccleſ. tom. 2. cap. 3. nu. 71. Cartoll. de immunit. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 37. Gambarurt. lib. 5. cap. 4. n. 5 relat. per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 4. cap. 18. dub. 9. ſect. 15. n. 14.*

43 Non tamen gaudeāt hac immunitate Palatia, Oratorum ſupremorum Principum, quia hæc non ſunt loca ſacra, & nullibi eiſdem conceſſa reperitur, & ita obſeruatur in Vrbe, licet extra Vrbem gaudere videantur immunitate ciuili, ob reuerentiā ſummi Principis cuius perſonā repræſentant, quorum Palatia pariter gaudent hac ciuili immunitate, ſecus vero Domus magnatum inferiorum, nulla tamen cenſura contrahitur à violantibus hanc ciuilem immunitatem, vt ex *Nauar. & Sanch. tradit Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 16. dub. 9 ſect. 15. num. 3. quibus addo Farinac. in prax. crim. q. 28. n. 43.*

S V M M A R I V M.

1 Palatium Epiſcopale gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
2 Declara procedere ſi Palatium Epiſcopi exiſtat intra 40. paſſus per circuitum Eccleſiæ Cathedralis.
3 Debet eſſe contiguum Cathedrali Eccleſiæ.
4 Si habe Oratorium gaudet immunitate, etiamſi vltra 40. paſſus diſtet a Cathedrali.
5 Contrarium, quod Palatium Epiſcopi gaudeat immunitate ſiue ſit, ſiue non intra 40. paſſus, & ſiue habeat, ſiue non Oratorium.
6 Familia laica Epiſcopi gaudet priuilegio fori.
7 Palatium Epiſcopi aliis locatum non gaudet immunitate. Domus Eccleſiæ exiſtentes intra 30. vel 40. paſſus laicis locatæ non gaudent immunitate, ibidem.
8 Palatium Epiſcopi extra Diœceſim non gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
9 Palatium Epiſcopi titularis non gaudet immunitate. Contrarium, num. 10.
11 Familia Laica Epiſcopi titolaris gaudet priuilegio fori.
12 Palatium Epiſcopi vbi inhabitat quando viſitat, vel tranſcurrit Diœceſim, an gaudeat immunitate referuntur DD. ſententiæ,
13 Palatium Epiſcopi quo ad confines, & partes exteriores nō gaudet immunitate, niſi adhæreat Eccleſiæ, cum tunc per 30. vel 40. paſſus gaudet hac immunitate.

A D N O T A T I O II.

Palatium Epiſcopi an, & quando gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.

1 PAlatium Epiſcopale gaudet immunitate Eccleſiaſtica, vt habetur in *cap. id conſtituimus, 17. quæſt. 4. ex Concilio Aurelianenſi 1. cap. 3. ibi, id conſtituimus obſeruandum, quod Eccleſiaſtici canones* decreuerunt, *& lex Romana conſtituit, vt ab Eccleſiæ atriis, vel domo Epiſcopi reos abſtrahere omninò non liceat*, & ita docere communiter *DD ex Conar. lib. 2. va. reſol. cap. 20. teſta ur Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 6. dub 9. ſect. 4. n. 1.*

2 Limit. procedere de palacio Epiſcopi exiſtēti intra 40. paſſus per circuitum Eccleſiæ Cathedra-
3 lis, cui debet eſſe contiguum, iuxta textum in *cap. Epiſcopus de conſecrat. diſ. 3. & cap. Epiſcop. diſ. 41.* & præcipue ſi non habeat Oratorium in quo ſacrum celebretur *Innocen. in cap. inter alia, ubi ſeu alii de immunit. Eccleſ. ibique Anton de Butr. num 9. Ananias num. 10 Turrecrem. in cap id conſtituimus q. 117. quæſt. 4 Oltrad. conſ. 55. Clar in prax §. fin. q. 30 num. 2. & 3. Tuſc. pract. concl. tom 3. verb Eccleſia condl. 9. n. 11. Bobadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 85. Piaſecius in prax. Epiſcop. par. 2. cap 4. art. 3. num. 2. Sarpus de iure Aſylorum cap. 4. ſal. 41. Decian. tract crim. cap. 25. num. 14. Farinac. in append de immunit. Eccleſiaſt. cap. 17. num. 271. & in prax. crim. quæſt. 28. num. 36. in 2. inſpect. Bonacin. tom. 2. in tit. de excomm in particul. extra Bullam Cœnæ diſ. 2. q. 3. puncto 16. § 4. propoſ. 3. num. 11. & late tom. 2. tit. circa primum Decalog præcept. quæſt. 7 de immunit. ſacror. locor. punct. 4. propoſ. 3. nu. 1. fol mihi 114.* vbi quia immunitas conceditur Palatio Epiſcopi ratione loci ſacri, ſed ſi palatium Epiſcopi diſtet ab Eccleſia vltra 40. paſſus non cenſetur locus ſacrus, & ſic cum non participet, & de huiuſmodi ſanctitatis prærogatiua, ſicut ratione cohærentiæ, & adiacentiæ participaret, neque gaudere debet priuilegio immunitatis præcipue ſi non
4 habeat Oratorium, ſi vero habeat Oratorium, quod nihilominus immunitate gaudeat etiam ſi vltra 40. paſſus ab Eccleſia Cathedrali diſtet. *Ambroſin. de immunit. Eccleſ cap. 10 num. 7. Darga in pugna Doctor. c. 2. de immunit. Eccleſ num. 1. Thom. del Bene de immu. Eccl. to. 2. cap 16. dub. 9 ſect. 14. n. 7 Decian. in ſuis tract. crimin. par. 2. lib 6. c. 25. n. 14.*

5 Et ſimpliciter quod Palatium Epiſcopi gaudeat ſupradicta immunitate ſiue intra 40 paſſus, ſiue extra Eccleſiam, in quocunque loco exiſtat, ac ſiue habeat, ſiue non habeat Capellam, ſuadetur, quia Epiſcopus repræſentat ſuam ſponſam Eccleſiam, quæ abſolutè gaudet immunitate, & conſequenter abſolutè Palatium Epiſcopi gaudere debet eadem immunitate, iuxta vulgatum dictum, quod vbi Pontifex, ibi Roma, ibique Eccleſia, *Peregr. in tract. de immun. c. 4. n. 69. Gambacurt tract. ead. lib. 4 c. 3. num. 7. Billet. diſquiſit Cleric par. 1. tit. de fauor. Cleric real. §. 4. num. 35. Correa in relat. de immunit. Eccleſ. par. 2. quæſt. 8. nu. 19. Taſſon. in pragmat. de antifata verſ. 13. obſeruat. 3. num. 31. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate lib 3. cap. 16 num. 45. & 46 Leo. in Theſaur for. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 13. rub de immunit. Eccleſ. nu. 14. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. immunitas Eccleſiaſt. num. 4 Azor. inſtit. moral. par 1. lib 9. cap. 8. quæſt. 5. Giurba conſ. crim. 10. num. 13. Franciſ. Suarez de ſtat. Religioſ. lib. 3. cap. 9 ſub num. 9. Farinac. in prax. crim. quæſt. 28. num. 38. & in Append. de immunit. Eccleſ. in cap. 17. num. 272. vbi de veriori Dian. reſol. moral. par. 1. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 27. verſ. ſed contrarium, & latius par. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 4. in fin. & reſol. 96. verſ. ſed non eſſe diſcedendum, & par. 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 4. verſ ſed*

hæc opinio, & ſeq. per text. in cap. id conſtituimus 17. quaſt. 4. qui indiſtinctè loquitur, tanquam hæc immunitas conceſſa ſit ratione dignitatis perſo-
6 næ Epiſcopalis, propter ſanctitatem muneris, cuius reſpectu ſicut tota familia Epiſcopi licet laica gaudet priuilegio fori, ita etiam Palatium gaudere debet priuilegio immunitatis independenter ab exiſtentia Capellæ, ſeù adhærentia Eccleſiæ Cathedrali, vt etiam comprobat *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2 cap. 16. dub. 9. ſect. 14. num. 8. cum plurib. ſequen.*

7 Limit. 2. quando Epiſcopo mortuo, vel abſente Palatium Epiſcopale eſſet alteri locatum, ſicuti Domus per laicos inhabitatæ non gaudent immunitate licet exiſtant in circuitu Eccleſię intra triginta, vel quadraginta paſſus, *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ lib. 1. cap. 4. § 9. num. 8. Farinac. in Append. de immunit. Eccleſiaſt. cap. 17. num. 270. Anton. Nouar. in Sum. Bullar. in tit. de immunit. Eccleſiaſt num. 10. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 16. dub 9. ſect. 14. n. 2.*

8 Limit. 3. ſi Palatium Epiſcopi exiſtat extra Diœceſim, nam tunc non gaudet Eccleſiaſtica immunitate, quia Epiſcopus extra Diœceſim nullam habet auctoritatem, nec Pontificalia, nullamque iuriſdictionem exercere poteſt, prærogatiuæ autem, & priuilegia, quæ competunt Epiſcopo ratione dignitatis, limitationem, & reſtrictionem recipiunt ab ipſius Diœceſis limitibus, nam hoc priuilegium non poteſt dici ſimpliciter perſonale, vt ſequatur perſonam vbicunque reperiatur, ſed mixtum perſonale, & locale, ita vt non ſufficiat habere dignitatem Epiſcopalem, niſi etiam habeatur reſidentia in Diœceſi, *Peregrin. de immunit. cap. 4. num. 73. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 4. § 9. num. 19. Ciarlin. controuerſ. foreaſ. lib. 1. cap. 10. num. 10. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 180. num. 12. Diana reſol. moral. par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ reſol. 5. verſ. quarto probatur, Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 14. num. 20.* vbi tamen ſubdit, cum *Diana reſol. moral. par. 4. tract. 1. de immunit. reſol. 40. verſ. contraria oppoſitum tenente* non eſſe improbabilem.

9 Limit. 4. quod immunitate, neque gaudeat Palatium Epiſcopi Titularis, cum pariter ſit extra Diœceſim, & licet habeat dignitatem, nullam tamen exercet iuriſdictionem, *Ciarlin. controuerſ foreaſ. lib. 1. cap. 10. num. 10. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 14. num. 22.*

10 Contrarium comprobat *Diana reſolut. moral. par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 5. verſ. ſed*
11 *pro affirmatiua*, vbi quod ſicuti ex decretis Sacr. Congregationis immunitatis familia laica Epiſcopi Titularis gaudere debet priuilegio fori, ita etiam eius Palatium priuilegio immunitatis, tum quia cum Diœceſes Epiſcoporum Titularium occupentur, & reperiantur ſub ditione infidelium, coguntur ex neceſſitate reſidere extra eorum iuriſdictiones, vnde ſi priuantur exercitio iuriſdictionis, non ſunt priuandi alijs prærogatiuis, & priuilegijs honorificis, & hanc ſententiam non improbabilem dicit *Thom. del Bene loco citato.*

12 Palatium verò Epiſcopi, vbi inhabitat, quando tranſcurrit pura viſitando Prouinciam, an gaudeat immunitate Eccleſiæ, affirmant *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 4. § 9. num. 13. Farinac. in Append. eod. tit. cap. 17. num. 270. Diana reſol moral. par. 6. tract. 1. reſol. 4.* Negat tamen, & diſſentit, *Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num. 79.* & probabilem ſaltem de conſuetudine putat *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 14. num. 12. ſub verſ. atque ita, & num. 13. vbi alios allegat.*

13 Limit. 5. quo ad partes, & parietes exteriores, quorum reſpectu excepto oſtio Palatium Epiſcopi non redditur immune, vt colligitur in *can. id conſtituimus 17. quæſt. 4.* niſi adhæreret Eccleſiæ Cathedrali, nam tunc per circuitum, & tractum 40. paſſuum à Ianua ipſius Eccleſiæ menſurandi gauderet dicta immunitate prout in hac deciſione probaui, etiam quo ad Conuentum, & Monaſterium Religioſorum.

SVMMARIVM.

1 Hoſpitale Epiſcopi auctoritate fundatum gaudet priuilegio immunitatis.
2 Confugiens ad Hoſpitale ſi extrahetur reſtitui debet.
3 Hoſpitali Epiſcopi auctoritate fundato competunt omnia priuilegia Eccleſiæ.
4 Atq. etiam ſi non habeat Campanile, Altare, vel Eccleſiam, & Miſſa ibidem non celebretur 5. & 6.
7 Apotheca Hoſpitalis an, & quando gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, & n. 8.
9 Seminerij furnum gaudet immunitate Eccleſiaſtica.
10 Molendinum Epiſcopi, & Eccleſiaſticorum gaudet immunitate.
11 Et non comprehenduntur in bandimentis Laicorum.
12 Et Magiſtratus Sæcularis nullam perquiſitionem facere poteſt in dictis Molendinis, etiam ſi Molendinarij ſint ſeculares 13. & 14.
15 Prohibitio de non macinando frumento, niſi in certis Molendinis, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam. 16.
17 Eccleſiaſtici cogi non poſſunt ire ad certum Molendinum.
18 Declarantur ſupradictæ concluſiones.
19 Hoſpitale ſi non ſit fundatum auctoritate Epiſcopi non gaudet immunitate.
20 Epiſcopus habet de iure communi intentionem fundatam in Hoſpitalibus, & Confraternitatibus, & locis pijs ſuæ Diœceſis.
21 Et Eccleſiæ dictorum locorum ſubſunt iuriſdictioni Epiſcopi.
22 Epiſcopus, & Viſitator Eccleſiaſticus poteſt cogere adminiſtratores Hoſpitalium, Confraternitatum, & operum piorum ad reddendam rationem.
23 Etiam ſi ſint ſub immediata Regum poteſtate, quo caſu eximuntur tantum à Viſitatione vigore Concilij Tridentini.
24 Epiſcopo quando non competat ius viſitandi, aut rationes exigendi à Miniſtris Hoſpitalium, Confraternitatum, & Locorum Piorum referuntur tres caſus.
25 Epiſcopus ad hoc vt à viſitatione, & redditione rationis præfatorum operum piorum excludatur duo copulatiuè requiruntur, vt cautum ſit in fundatione, & Epiſcopus conſenſerit 27.
26 Viſitandi, & adminiſtrandi ius à fundatore alicui conceſſum non cenſetur conceſſum priuatiuè quo ad Epiſcopum, ſed cumulatiuè, niſi expreſſè Epiſcopus excluſus fuerit.
28 Teſtator, & fundator non poteſt effugere quin leges, habeant locum in ſua diſpoſitione.
29 Fundator poteſt apponere quaſcunque conditiones, & leges in diſpoſitione,
30 Protectio Regia ſi ſit generalis, non eximit loca, & perſonas à Iuriſdictione Ordinarij ſecundum Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8.
31 Exiſtens ſub generali protectione Sedis Apoſtolicæ non eximitur à poteſtate Ordinarij.

ADNOTATIO III.

Hoſpitale an gaudeat immunitate Eccle-ſiaſtica.

1 HOſpitale Epiſcopi auctoritate fundatum
gaudet priuilegio immunitatis Eccleſia-
ſticæ, quia Hoſpitale ſic erectum reputatur lo-
cus ſacer, & religioſus, ita vt ad prophanos
vſus conuerti non poſſit, ac proinde omnia pri-
uilegia, quæ conceduntur Eccleſijs per commu-
nicationem cenſentur conceſſa etiam huiuſmodi
Hoſpitalibus, nomine enim immunitatis Eccle-
ſiaſticæ non ſolum venit Eccleſia, verum etiam
omnis alius locus ſacer, vel religioſus, vt colli-
gitur in *cap.ad hæc de Relig.dom. & in cap.definiuit
17.quæſt.4 l.omnia C.de Sacroſanct.Eccleſ.Innocen.
& Abb.in cap.penult.de immunit.Eccleſ Couar.lib. 2.
var.reſol.cap.20.num.4.Sayr.lib.3 de cenſur.cap.29.
num.16. Silaeſt.in verb.immunitas 3.num.1. Nauar.
cap.25.num.17. & 18. Gregor. Ritiberſuſius de iure
Aſylorum cap.12.Peregrin.de immunit.cap.4. nu.69.
Sanchez.lib.9.de Matrim.diſ.15.num.39.& in opuſc.
tom.2 lib.6.cap.1.dub.7.num.2.Lezana in verb. im-
munitas au.2.Scortia Theor.385.Decian. tract.crim.
lib.6. cap.25. num.18. Barboſ. de iure Eccleſ. lib 2.
cap. 3. num.57. & 68 Bonaccin.de cenſur.par.3.tit.
de excom. in particular. extra Bullam Cœnæ diſ. 2.
quæſt.3.punct.16 §.4. propoſ.2. ſub num.10. Tuſch.
in verb.Eccleſ.concluſ.10.n.2.Palaus tom.2.tract.11.
diſ. vnic. punct. 6. num. 17. Farinac. in prax. crim.
quæſt. 28. num.36. & 37.& in Append.de immunit.
Eccleſ.cap.17.num.265.& 266. Ciarlin. diſcept.fo-
renſ.cap.116 num.7.Diana reſol moral.par.6.tract.1.
de immunit. reſol. 6. verſ.ſed tranſeamus Thom. del
Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 2. cap.16. dub. 9.
ſect.10.num.1.Sperel.deciſ.51.num.19.* & Sac.Con-
2 gregatio Immunitatis in Præneſtina 7. Auguſti
1638. cenſuit *Dominicum Troinanm probari captũ
in Hoſpitali Terra Zagaroli, dictamque Hoſpitale
gaudere priuilegio immunitatis Eccleſiæ, ac proinde
dictam Dominicum reſtitui debere.*

3 Omnia enim priuilegia a iure Eccleſijs conceſ-
ſa Hoſpitalibus competunt, & translata ſunt,
l. omnia C. de Sacroſanct.Eccleſ. ſi tamen Epiſcopi
auctoritate ſint fundata, nam tunc quo ad pri-
uilegia Eccleſia, & Hoſpitalia æquiparantur, vt
latè comprobat *Felin. in cap. de quarta num. 3. de
præſcript.Curt.iun.conſ.20.vol.1.Puriſ.conſ.50.n.36.
lib.2.& conſ.36.num.15.lib.4.Dec.conſ.54.in prin.
& conſ.448.num.4.Menoch.de recuperand. poſſeſ.re-
med.15. num. 23. cum alijs congeſtis per Farinac. in
prax.crim.quæſt. 28.num.37.*

4 Amp. procedere etiam ſi in Hoſpitale non ſit
Campanile, Altare, vel Eccleſia, ſi tamen ex alijs
ſignis colligatur eſſe fundatum auctoritate Epi-
5 ſcopi, vt ſi inſtitutum ſit ſub nomine alicuius
Sancti, & viſitetur ab Epiſcopo, *Ciarlin. contro-
uerſ. forenſ. 116. per tot. Diana reſol. moral. par.6.
tract.1. de immunit. Eccleſ.reſol.6.verſ.dicendum eſt
igitur. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2.
cap.16.dub.9.ſect.10.num.4.*

6 Amp.2. procedere etiam ſi Miſſæ ſacrificium
ibidem non celebretur, *Paul.de Caſtro conſil.458.
lib.2.Diana reſol.moral. par.6. tract.1. de immunit.
Eccleſ.reſol.6. § ſed tranſeamus in fin.*

7 Amp.3. vt etiam Apoteca Hoſpitalis gaudeat
huiuſmodi immunitate ſi ex interiori ipſius Ho-
ſpitalis parte habeat aditum, licet omnibus in
ea publicè confluentibus deſeruiat, quia tunc
cũ faciat vnum corpus, eiuſdem iuris reputantur
partes, prout eſt totum, cum validum ſit argu-
mentum de toto ad partes, ſecus ſi habeat ia-
nuam in via publica, & omnibus in ea publice
verſantibus deſeruiat, *Iaſ. in l. plerique num. 17.
ff.de in ius vocan. Ric.collet.513. collect.669. & de-
ciſ.171.num.8.& 9.par.1. A Ponte deciſ.35.Giurba
conſ.10.num.4 iuncto num.14.*

8 Sublim. hoc procedere ſi Apoteca Hoſpitalis
habens aditum in via publica eſſet laicis locata,
ſecus ſi retineretur pro ſeruitio ipſius Hoſpitalis,
licet permiſſus eſſet omnibus, acceſſus puta ad
emendum, quid in eadem vendatur pro ſeruitio;
9 & vtilitate eiuſdem Hoſpitalis, vt de furno Se-
minarij iudicatum fuiſſe refert *Gennen. in prax.
Archiepiſcop.Neapol.cap.22.num.10.relat.per Giurb.
conſ. crim. 10. numer. 12. & per Thom. del Bene
de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect.14.
num.19.*

10 Et de Molendino Epiſcopi, vel perſonarum
Eccleſiaſticarum paſſim cenſuit Sac. Congregat.
Immunitatis, & ſignanter in *vna Maceraten. die
7.Septembris 1632. iniunxit Epiſcopo vt tueatur im-
munitatem Collegio Societatis Ieſu competentem re-
ſpectu Molendini exiſtentis in Territorio Mace-
rata.*

11 Ac in alia *Illicien.* die 30. Septembris 1636.re-
ſpondit Epiſcopo, *Molendina Menſa Epiſcopalis,
& aliorum Eccleſiaſticorum non comprehendi, nec
poſſe comprehendi in bandimentis, & edictis laicorum,
& propterea cogendos eoſdem remedijs ſacrorum ca-
nonum ad hoc declarandum ne libertas Eccleſiaſtica
impediatur.*

12 Hinc eſt quod Iudices, & Magiſtratus Sæcu-
laris nullam perquiſitionem facere poteſt in
Molendinis Eccleſiaſticorum etiam ſub prætextu,
quod ibidem fraudes committantur, vt eadem
Sac.Congregatio Immunitatis in vna *Auximana*
die 23. Iulij 1647. decreuit *vtraque parte infor-
mante appaltatoribus non licere perquiſitionem facere
in molendinis, & alijs in bonis, ſeù locis Commendæ
S. Philippi Religionis Hieroſolymitanæ, niſi mediaa-
te miniſterio curia Eccleſiaſticæ, cui dentur literæ pro
huiuſmodi perquiſitione.*

13 Et in Viterbien. 13. Auguſti eiuſdem anni,
prætendente Commiſſario Vetrallæ ingredi
Molendina Eccleſiaſticorum ad effectum reui-
dendi menſuras *reſcripſit hoc non eſſe permiſſum in
Molendinis Eccleſiaſticorum, etiam ſi Molendinarij
ſint laici, ſed inſpectionem, cognitionem, ac punitio-
nem delinquentium circa menſuram ſpectare ad Ec-
cleſiaſticum.*

14 Ita etiam cenſuit in Veliterna die 12. Ianuarij
1649. nempè *Menſuras vulgò nuncupatas le ſcudel-
le ablatas à Molendinis Eccleſiaſticorum de ordine
Gubernatoris dictæ Ciuitatis eſſe reſtituendas Curiæ
Epiſcopali, & eandem curiam eſſe adeundam ſuper
cognitione fraudum vt prætenditur in dictis Molendi-
nis commiſſarum.*

15 Vnde à Laicis prohiberi non poteſt macinare

frumentum niſi in certis molendinis, vt cenſuit eadem Sacr. Congregatio Immunitatis in vna Baren, die 11. Septembris 1634. ſcilicet, *Edictum Vniuerſitatis Terræ Modugni prohibens macinare frumentum niſi in certis molendinis eſſe contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, ideo Archiepiſcopus curet reuocari.*

16 Et in Cephalunen. 11. Auguſti 1631. decreuit, *Epiſcopo, qui procedat ſeruatis ſeruandis ad cenſuras contra Marchionem, & alios impedientes oliuas macinare in molendinis ipſorum Eccleſiaſticorum.*

17 Ac in Vgentina die 15. Februarij 1631. cenſuit *Eccleſiaſticos non poſſe cogi ire ad certum Molendinum iuxto edictum Baronis, vel Communitatis, illoſque Epiſcopum tueri remedijs Sacrorum Canonum eiſdem ſolitom franchigiam* de quibus *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 49. à num. 4. vſque ad 16.* vbi alias declarationes refert.

18 Verum ſupradictæ declarationes reſpiciunt libertatem Eccleſiaſticam, quæ comprehendit perſonas Eccleſiaſticas, & bona Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, non tamen immunitatem, quæ comprehendit Eccleſias, & loca ſacra, & Religioſa quo ad confugientes, vt gaudeant priuilegio nè inuiti ab eiſdem extrahi poſſint.

19 Limit. principalem concluſionem ſi Hoſpitale non ſit fundatum auctoritate Epiſcopi, vt tradunt paſſim DD. & cenſuit Sac. Congreg. Immunit. in vna *Montis alti* 30. Septembris 1636. in qua cenſuit *Oratorem non gaudere debere immunitate Eccleſiæ ſi Domus nuncupata l' Hoſpitale non ſit constructa auctoritate Epiſcopi ad publicum vſum.*

20 Hoſpitale verò an, & quando cenſeatur fundatum, & erectum auctoritate Epiſcopi, & ſit locus religioſus, vel mere laicalis cum alibi fuſius adnotauerim, hic ſolum aduertendum eſt, Epiſcopum habere intentionem fundatam in Hoſpitalibus, & Confraternitatibus, & locis pijs ſuæ Diœceſis de iure communi, *Clement. quia contingit de Religioſ. dom. §. ſi quis ædificationem auth. de Eccleſ. tit. Card in cap. de Xenodochijs vbi Abb. in prin. de Relig. dom. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. de fauor. Clerici real. §. 5. num. 88.*

21 Et Eccleſiæ, quæ ſunt his locis appoſitæ ſubſunt iuriſdictioni Epiſcopi, *cap omnes Baſilicæ 16. quæſt 7. cap. conſtitutus de Religioſ. dom. Menoch. lib. 6. præſumpt. 72. num. 79. quia ſine eius auctoritate ædificari non poſſunt, cap. nemo de conſecrat. diſ. 1. cap. quidam. 18. quæſt. 2.*

22 Poteſt propterea Epiſcopus, & Viſitator Eccleſiaſticus opera pia, Confraternitates Laicorum, Hoſpitalia, & laicos Adminiſtratores compellere ad reddendam rationem, etiam ſi ex conſuetudine, aut priuilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci alijs ad id deputatis ratio reddenda eſſet, cum tunc cum eiſdem etiam Ordinarius adhibendus ſit, vt expreſsè diſponit *Sac. Concil. Trid ſeſſ. 22 de reform. cap. 9.* & ita fuiſſe pluries declaratum per Sacram Congregationem teſtatur *Bellet. diſquiſit. Cleric par. 1. de fauor. Cleric. real. §. 5 num. 88 verſ. quare poterit Epiſcopus Menoch. de arbitrar. caſ. 209. num. 14. Gratia deciſ. 188. num. 10. Antonin var. reſol. lib. 1. reſol 65. num. 4. Barboſ. in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 22. de reform. cap. 9. num. 7. & plurib. ſequen. & deciſum refert Armendar. addit. ad recompilat. legum, Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num. 79.*

23 Quod ſibi locum vindicat, etiam in Hoſpitalibus, & locis, quæ ſunt ſub immediata Regum poteſtate, cum à Sacr. Concilio in dicto *cap. 9.* non excipiantur huiuſmodi loca quo ad redditionem rationis, licet in *cap. 8.* antecedenti excipiantur quo ad viſitationem, & ſic fuiſſe deciſum in *Neapolitana 11. Auguſti 1618. Sel. in ſelect. Canon. cap. 23. num. 5. Barboſ in Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 9. num. 14. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 113. num. 45.* vbi in vna Neapolitana S. Congregationem reſpondiſſe vt ſequitur.

Sacra Congregatio &c cenſuit cap 8 ſeſſ. 24. de reform Concilij Tridentini intelligi, & habere locum in caſibus à iure communi permiſſis, licere tamen Ordinario ab eis rationem adminiſtrationis exigere ex decreto cap. 9. eiuſdem ſeſſionis nulla habita ratione iuris communis, vnde patet Concilium ampliorem facultatem tribuiſſe Epiſcopis in rationibus exigendis, quam in viſitatione piorum locorum, etiam ſi exiſtant ſub protectione Regum.

24 Et hanc viſitandi, corrigendi, & rationes reddendi auctoritatem Epiſcopo competere generaliter, & in vniuerſum omni caſu, ſecus autem quando hoſpitalia, & loca pia ſunt immediatè ſubiecta protectioni Regum iuxta dictum *cap. 8. Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform.* ſecundo quando in ipſa fundatione per fundatores laicos ex conſenſu Epiſcopi, vel alterius ſuperioris Eccleſiaſtici expreſsè cautum eſſet ne Epiſcopus interueniat, & ne adminiſtratores teneantur in redditione rationum adhibere Epiſcopum, tertio quando fundator laicus adhuc ſuperſtes eſt, & abſque Epiſcopi auctoritate deuenit ad fundationem, tradit *Stephan Vveyms ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat conſtit 16 num 21. relat. per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 9. num* 8.

25 Ad hoc autem vt Epiſcopus à viſitationis munere, & redditionis rationis interuentu excludatur duo copulatiuè exiguntur, primo ſi in fundatione expreſsè hoc cautum fuerit, etiam ſi ple-
26 na adminiſtratio alicui perſonæ a fundatore demandata eſſet, quia tunc intelligitur cumulatiuè, & non priuatiuè ad Epiſcopum, contra quem debet eſſe expreſſa prohibitio, vt ex declarationibus Sac. Congregationis firmauit *Rot. deciſ. 33. num. 1. & 2. par. 2. recent.*

27 Secundo requiritur conſenſus Epiſcopi, vel alterius ſuperioris Eccleſiaſtici, quo expreſsè cautum ſit nè Epiſcopus interueniat, vel adminiſtratores non teneantur ſuis rationibus adhibere Epiſcopum, qui conſenſus ab Ordinarijs non videtur denegandus, ne coniugat Laicos retra-
28 hi à fundationibus piorum locorum, alias non poteſt teſtator, vel fundator effugere, quin legum, & conſtitutionum ratio in ſuam diſpoſitionem influat, & locum habeat iuxta textum *in l. nemo poteſt ff. de legat. 1.* & ita intelligenda eſſe verba *Sac. Concil Trid. ſeſſ. 22 de reform. cap. 9.* ibi *niſi ſecus fortè in inſtitutione* tradit *Stephanus Vveyms ad conſtit. 24. ex antiq. iure deſumpt. & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 16. à num. 19. relat per Barboſ. in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 22. de reform. cap. 9. num. 27.*

Fun-

29 Fundatori enim permiſſum eſt apponere quaſcunque velit conditiones, & leges in ſua diſpoſitione *cap.praterea il 2.de iurepationat. cap.quanto de cenſib. cap. ſignificatum de praben. cum alys per Gonzal.ad reg.8. Cancellar.gloſ.29.num.3.*

30 Regia verò protectio non eſt habenda in conſiderarione ſi ſit generalis, & potius recommendatio, cuius vigore niſi ſit ſpecialis, nec locus, nec perſona recomendata eximitur à poteſtate, & iuriſdictione eius, cui de iure ſubeſt,

31 *cap ex parte de priuileg.* vbi quod exiſtens ſub generali protectione Sedis Apoſtolicæ non eximitur à poteſtate Ordinarij, *& cap. recipimus eod. tit. ac in cap ſi Papa eod.tit.in 6. Iacob.Pignatel.conſult.canon.183.num.22.*

PRÆNESTINA IRREGVLARITATIS.

ARGVMENTVM.

Irregularitas non incurritur propter vulnus, ſeù sfrigium illatum, ſed tantum propter homicidium, vel propter mutilationem membri, quod habeat ſuum particulare officium ab alijs diſtinctum, etiam ſi ex ſimplici vulnere ipſe vulneratus propter deformitatem irregularis remaneret, in dubio an, & quando quis ſe pro irregulari gerere debeat apprimè delucidatur.

SVMMARIVM.

1 Irregularitas non incurritur ob sfrigium illatum, ſed tantum propter homicidium, & membri mutilationem
2 Non eſt inducenda ſi non ſit in iure expreſſa declar vt in num. 10.
3 Non incurritur niſi abſcindatur membrum habens per ſe propriam, & diſtinctam operationem.
4 Incurritur ex vulnere, ſeù percuſſione etiam ſine membri mutilatione dummodo deindè oriatur deformitas talis, vt percuſſus ad ſacros ordines promoueri nequeat, Contrar.num.5.
6 Delictum debet eſſe conſomatum in ſua ſpecie ad incurrendam pœnam.
7 Irregularitas ex quo vitio corporis inducatur.
8 Irregularis cenſendus eſt, qui de irregularitate dubitat.
9 Irregularitas non modo contrahitur vbi eſt expreſſa, verù etiam vbi de ea dubitatur.
10 Declara procedere in foro conſcientiæ, ſecus in foro exteriori, & contentioſo.
11 Declara a. quod in dubio iuris, vt ſi dubitatur an pro delicto commiſſo ſit impoſita irregularitas non eſt quis cenſendus irregularis.
12 Et practice depoſito dubio non tenetur quis ſe pro irregulari gerere.
13 Irregularitas in dubio iuris neque in foro externo, neque interno inducitur.
14 In dubio facti ſi agatur de homicidio debet quis ſe pro irregulari gerere tam in foro interno, quam externo 15.
16 Secus ſi agatur de mutilatione.
17 In alio verò dubio facti referuntur hinc indè DD. ſententiæ.
18 Clerici dicuntur magis peccare, quam laici, & grauiori pœna ſunt digni.

DECISIO LXXXIX.

NE Eccleſia Collegiata Sancti Andreæ Terræ Paleani ob Canonicorum incuriam, negligentium horis canonicis intereſſe ſuo debito deſtituta remaneret ſeruitio. Vſque de anno 1663. Vicarius Generalis Prænestinus meus Anteceſſor curauit cogere Canonicos ad ſoluendas, & præſtandas chori fallentias, & ad hunc effectum iniunxit q. Ioanni Frarocchiæ tunc temporis eiuſdem Eccleſiæ præpoſito, vt ad ſe tranſmitteret codicem fallentiarum; Demandauit Præpoſitus dictam codicis delationem Clerico Carolo Vetto, qui cum deferre recuſauerit, imò laceraueſrit iniunctum præceptum de deferendo, ab eodem Præpoſito vti Vicario foraneo eidem tranſmiſſum, eundem Carceribus mancipare fecit, quod egrè ferens, arrepta è carceribus fuga, die 7. Septembris eiuſdem anni, Præpoſitum, dum poſt decantatas Veſperas ab Eccleſia egrediebatur, Cultro, quod geſtabat, vulnerauit, ſeù in faciem sfrigium intulit; De cuius criminis grauitate repertus culpabilis, & de iure punibilis, ad triremes Pontificias fuit damnatus, & tranſmiſſus.

Verùm cum nuper ex gratia S. D. N. fuerit libertati reſtitutus, porrexit ſupplicem libellum pro conſequenda à S. Sede diſpenſatione cauſa ſe promouendi ad ordines, quo mihi tranſmiſſo, tempore, quo Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. Principis Cardinalis Eſtenſis Præneſtini Epiſcopi Vicarij Generalis munere fungebar, ad effectum plenè de prædictis inſtructos reddendi Eminentiſſimos, & Reuerendiſſimos Patres Congregationis Sac. Concilij, meumque animi ſenſum exponendi; Propterea dubitatum fuit an gratia veniat concedenda in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

Attenta igitur qualitate delicti, quidquid ſit attenta qualitate ſcandali, videbatur gratiam
1 non eſſe denegandam, ſaltem ad cauthelam, quia de rigore iuris irregularitas non incurritur ob vulnus, ſeù sfrigium illatum, ſed tantum propter homicidium, vel propter membri mutilationem, ſeù abſciſſionem, cum in hac materia, quoad irregularitatem, æquiparantur tantùm homicidium, & mutilatio, ſeù abſciſſio membri, non tamen illatio vulneris *iuxta Clement. 1. de homicid vbi. gloſ. in verb. mutilet cap. ſi quis viduam 50.diſ.cap ſi quis omnem 1. quaſt.7.cap.1.& tot. tit. de homicid.in decret.& in 6. Concil Trident.ſeſſ.14. de reform.cap.7. gloſ. in cap. his qui in princ.de homicid.in 6.Farinac.fragm.Crim par.2.verb.irregularitas num.581.Belleit.diſquiſit.Clerical.par.1.tit.de diſciplina Clericali §.5.num.1. & 2. & in puncto Bonacin in tit.de irregularit.diſ.7.qu.4. punct.8.nu.12. tom.1.fol.576.*

2 Ac proinde cum huiuſmodi irregularitas non ſit in iure expreſſa, non eſt inducenda, iuxta *text.in cap.his, qui, vbi ſcribentes de ſentent.excommunicat. in 6. Sayr. in Theſaur caſ conſcient.lib.6. cap 2. num.14. in fin.cum alijs per Belleit. diſquiſit. Clerical. par. 1. de diſciplina clerical. §.5.n.79.*

Quod autem ex vulnere, de quo agitur nullum membrum abſciſſum remanſerit, patet ex viſitatione, & recognitione eiuſdem vulnerati, vt in proceſſu fol.3. à tergo, ibi *Viſitatus fuit &c. Ioannes Fratocchia &c. vulneratus vnico vulnere in facie & præcisè in naſu, longitudinis vnius digiti, & profundi vſque ad oſſum*, vndè cum non fuerit auulſus naſus in totum, ſed tantum cutis, ſeu pellis
3 abſque oſſi inciſione, dici nequit abſciſſum fuiſſe membrum, quod habeat ſuum proprium, & peculiarem actum ab alijs diſtinctum, vt exigitur

in

in huiuſmodi irregularitatis materia, *Couaru. in Clement. ſi furioſus par.3. in princ. num.8. de homicid. Maiol. de irregular. lib.5. cap.50. num.2. Sayr. de cenſ. Eccleſiaſt. lib.6. cap.15. num.13. & 14. cum alijs per Farin. in fragment. Criminal. par.2. verb. irregularitas ſub num.587. & in prax. Crim. quaeſt.19. num.23.*

4 Nec aduerſatur quod irregularitas incurratur etiam ab eo, qui aliquem percutit, & vulnerat ſine mutilatione, & abſciſſione membri dummodò percuſſus, & vulneratus ex vulnere, & illata percuſſione ita deformis remaneat, vt tamquam irregularis effectus ad ordines promoueri, vel ſuſceptos exercere nequeat, vtpotè quia percutiens alterum, & inhabilem reddens habeatur perindè ac ſi membrum abſcinderet, *Bonifat. de Vitalin. in Clementin. 1 de homicid. Maiol. de irregularit. lib.1 cap.2. num.10. verſ.19. & lib.5. cap.50. num.4. & 9. in fin. Alphonſ. Vinald. in tract. eod. nu.35. Auila de cenſ. Eccleſiaſt. par.7. rubr. de irregularit. ex defectu corporis diſ. 3. dub. 1. verſ. ex dictis ſequitur.*

5 Quia vltrà quod contrarium tenent *Gregor. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib.6. cap.15. num.7. verſ. alij tamen, & num.16. verſ. nec hoc mirum eſſe debet,*
vbi propterea infert irregularem eſſe eum, & ad
ordines inhabilem, cuius manus debilitata, &
eneruata remanet, & tamen non eſſe irregularem
illum, qui debilitauit, & eneruauit, niſi abſci-
6 derit, & ratio eſt quia in pœnalibus ad incurren-
dam pœnam delictum debet eſſe conſumatum in
ſua ſpecie, vt extenſio fieri non debeat de caſu
ad caſum, prout etiam *ex Soto Silueſtr. Nauar.*
Suarez. tradit Farinac. fragment. Crim. par.2. verb.
immunitas num. 583. Bonacein. in tit. de irregularit.
diſ.7. quaeſt.4. punct.8. num.12. tom.1. fol.567.

Certum eſt, quod praefatus Praepoſitus ex re-
cepto vulnere non remanſit ita deformis, vt ir-
regularis effectus fuerit, propterea continuauit
in exercitio receptorum ordinum, & adminiſtra-
tione curae animarum, vſque ad obitum, ille au-
7 tem defectus, seù vitium corporis inducit irregu-
laritatem, vel quod impedit vſum, & exercitium
ordinis, vel notabilem gignit deformitatem, aut
horrorem, quale vitium tunc concurreret, ſcili-
cet ſi eſſet naſus in totum amputatus, aut priua-
tio vnius oculi, aut inſignis macula in oculo,
quae notabilem pariat deformitatem, ſiuè huiuſ-
modi vitium contractum ſit ex culpa, ſiue ſine
culpa, ſiue ex cauſa iuſta, ſiuè ex iniuſta, ſiuè
ex cauſa naturali, ſiuè accidentali, cum aequitas
ipſa naturalis dictet eum ad ordines non eſſe
promouendum, qui nequit ordines exercere, aut
horrorem incutit abſtantibus, vt à veneratione
remoueat, *ita Nauar. cap 2. nu.210. Suar. diſp.50.*
ſect.2. num.16. & diſp.51. ſect.2. num.11. & 14.
Sayr. de cenſur. lib.5. cap.7. num.6. Couarru. in Cle-
mentin. ſi furioſus 1. par. cap.6. cum alijs per Bonacin.
in tit. de irregular. diſ.7. quaeſt.2. punct.2. nu.1. tom.1.
fol. mihi 541. & colligitur in cap. vlt. de corpore vi-
tiatis, quae non concurrunt in praeſenti.

8 Ad cauthelam verò indigere huiuſmodi diſ-
penſatione ſuadent, quia cenſendus eſt irregu-
laris, qui de irregularitate dubius eſt, *cap. ad au-*
dientiam 1. de homicid. cap. ſignificaſti eod. tit. & alibi
habetur, quod in dubijs ſit tutior pars eligenda,
9 ex quo reſultat, quod irregularitas ipſa non
modo contrahatur vbi eſt expreſſa, verum etiam
vbi de ea dubitatur, & vbi dicitur non contrahi,
10 niſi in caſibus à iure expreſſis, id intelligi debet
in foro iudiciali, & exteriori, in quo in dubio
non eſt iudicandum aliquem irregularem eſſe,
neque eidem prohibendam ordinum ſuſceptio-
nem, aut ſuſceptorum adminiſtrationem, ſecus
in foro conſcientiae, in quo in dubio debet quis
ſe irregularem reputare, & à ſuſceptione ordi-
num, vel eorum adminiſtratione abſtinere, nam
in foro conſcientiae delictum praeſumitur, vt benè
animaduertit *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic.*
lib.5. cap.1. num.22. ſub verſ. quoniam verò, &
num.24.

11 Diſtinguendum tamen eſt in hac materia
quod aut verſamur in dubio iuris, aut in du-
bio facti, ſi enim in dubio iuris, nempè vbi quis
dubitat, an ſuo delicto, vel facto ſit impoſita
paena irregularitatis, & tunc ante quam fiat dili-
gentia, & examen in iure, interim debet abſti-
nere tamquam irregularis, & etiam poſt factum
examen, & diligentiam ſi perſeueret in dubio; ſed
ſi dubium eſſet apud omnes, an in aliquo caſu ſit
impoſita irregularitas, ſeu in caſu dubio apud
DD. an ſit de illis, in quibus irregularitas in-
curratur, & tunc non eſſet quis cenſendus irre-
gularis, ex quo non eſt in iure expreſſum; *vt in cap.*
his qui de ſentent. excommunic. in 6. ita Garzia de
benefic. par.7. cap.2. num.21. cum ſeqq. vbi alios al-
legat.

12 Proùt etiam ſi adhibita ſufficienti diligentia
ad rei veritatem inueſtigandam adhuc quis in
dubio perſiſtat, quod poſſit practicè dubium de-
ponere, iudicando non eſſe latam irregularita-
tem, & conſequentèr, quod non teneatur ſe pro
irregulari gerere, docet *Bonacin. in tit. de irregu-*
larit. diſput.7. quaeſt.1. punct.5. num.2. tom.1. fol.
13 *mihi* 539. & ratio eſt quia irregularitas non in-
curritur, niſi adſit ius expreſſum, tum quia in
dubio iuris, neque in foro externo, neque inter-
no inducitur irregularitas.

14 In dubio verò facti ſi verſamur in homicidio,
& tunc irregularis iudicandus eſt [qui habet du-
bium facti, vt patet ex *cap. ſignificaſti, & cap. ad*
audientiam de homicid.] & hoc ſibi locum vindica-
15 re, tam in foro externo quam interno, compro-
bant *Garz. de benef. par.7. cap.2. num.18. Bonacin.*
d. diſput.7. quaeſt.1. punct.5. num.3.

16 Si verò in mutilatione, & tunc qui dubitat,
an aliquem mutilauerit, non teneri ſe tamquam
irregularem gerere, ſi facta diligenti inquiſitione
adhuc perſiſtat in dubio, cum iura tantum lo-
quantur in dubio homicidij, & non in dubio mu-
tilationis, ac propterea non eſſe de caſu, ad ca-
ſum extendendam comprobat idem *Bonaccina*
loco citato num.4.

17 In quolibet autem alio dubio facti affirmati-
uam ſententiam amplectitur *Sanchez. de matrim.*
& DD. quos allegat. par.7. cap.2. num.18. eo quod
ratio Summi Pontificis poſita *in dicto cap. ad au-*
dientiam, & cap. ſignificaſti ſit generalis. Nega-
tiuam verò ſequuntur alij DD. relati per *Bonacin.*
d. tit. de irregularit. diſput.7. quaeſt.1. punct.5. num.3.
verſ. alij vero, eo quia dicta iura loquantur ſolum
de dubio homicidij, & verſentur in materia odio-
ſa, in cuius dubio reus venit abſoluendus.

Atten-

Attenta verò qualitate ſcandali eſt animaduertendum, an expediat retinere eundem Clericum in ſuſpenſo, ne promoueatur ad ordines, ad alios terrendum, ob delicti grauitatem, ex quo manus iniecit in Vicarium foraneum, & caput, & primam dignitatem dicti Capituli, nulla legitima
18 præcedente cauſa, Clerici enim ratione ſtatus dicuntur magis peccare, quam Laici in eodem genere peccati, ac proinde grauiori pœna ſunt digni, vt inquit *Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 54. num. 5.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Amentes, & carentes vſu rationis ſunt irregulares, inhabiles ad ordines.
2 Illiteratus eſt irregularis.
3 Energumeni ſunt irregulares, & non ordinandi.
4 Neophytus eſt irregularis, & quando ordinari poſſit, & à Summo Pontifice diſpenſandus. 5.
6 Laborantes morbo caduco, an ſint irregulares. 7.
8 Illegitimus eſt irregularis inhabilis ad ordines, & beneficia, & num. 9.
10 Limit. ſi effectus fuerit legitimus per ſubſequens matrimonium, & quid ad beneficium de iurepatronatus 11.
12 Expoſiti an ſint legitimi, & habiles, ad ordines, & beneficia, & num. 13. 14 & 15.
16 Filij, an cenſeantur legitimi quando matrimonium eſt inualidum ob occultum impedimentum 17.
18 Epiſcopus an diſpenſare poſſit cum illegitimis ad ordines, & beneficia.
19 Diſpenſatio cum illegitimis ad ordines, & beneficia ſpectat ad Summum Pontificem.
20 Irregulares ex defectu libertatis, ſunt ſeruituti ſubiecti, obligati ad ratiocinia, & qui ſunt, & coniugati.
21 Irregularitas ex defectu ætatis ad ordines, & beneficia quæ ſit.
Quæ ætas requiritur ad obtinendam primam tonſuram, & ſimplex beneficium, & num. 23.
22 Beneficium ſimplex obtineri poteſt etiam ante legitimam ætatem ex diſpoſitione fundatoris.
24 Ad obtinendos minores ordines, quæ ætas requiratur, & quæ ad ſacros ordines 25.
26 Ad obtinendum beneficium curatum, & alias dignitates quæ ætas requiratur, & num. 27. ſiue dignitates ſint in Eccleſia Cathedrali, ſiuè in Collegiata 28. & 29.
30 Ad dignitatem, & Canonicatum non eſt quis admittendus, niſi ſit inſignitus eo ordine, vel in ætate, vt infra annum ad eundem promoueri poſſit prout dignitas, & præbenda requirit ſub pœnis ſtatutis in Concilio Viennenſi, & quæ ſint 31. Declar. & Amp. vt num. 32. & 33.
34 Ad maiores dignitates quæ ætas requiritur.
35 Aetati ſi quid minimum deſit collatio beneficij eſt nulla.
36 Aetas numeranda eſt à die natiuitatis, & non à die baptiſmi ad effectum obtinendi beneficia.
37 Irregularitas contrahitur ex reiteratione baptiſmi, & in quibus caſibus non contrahatur num. 38.

ADNOTATIO I.

Irregularitas ex defectu animæ, quando inducatur.

1 IRregularitas ex defectu animæ inducitur ex carentia vſus rationis, vt ſunt amentes qui nequeunt ordines exercere, inhabiles ſunt ad ordines recipiendos, & conſequenter efficiuntur irregulares, quamuis recipiant characterem ſi promoueantur ad ordines, vt docent DD. relati per *Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ. 7. q. 2. punct. 1. tom. 1. fol. mihi* 540.

2 Amp. vt defectus ſcientiæ faciat pariter hominem irregularem, *cap. illiteratos diſ. 36. & cap. vltimo de tempor. ordinat. in* 6. & ille dicitur illiteratus qui nunquam grammaticam audiuit ſecundù *gloſ. in dicto cap. illiteratos*, vel ſi ignoret neceſſaria ad vſum ordinum, vel non habeat tantam ſcientiam prout exigitur à *Sac. Conc. Trid. ſeſs. 22. cap. 2. & ſeſs. 23. cap. 4. 11. 13. & 14. de refor. Bonaccin. loco citato num. 2. & 3. Tolet. in ſua inſtructione Sacerdotal. lib. 1. cap. 59. num. 7.*

3 Amp. 2. vt Energumeni, & arreptitij, ſeù à Dæmone vexati neque ſunt promouendi etiam ſi ſemel vexati fuerint, & poſtea in totum liberati, *can. maritum, & can. clerici diſ. 33.* & ſi antea erant promoti in minoribus quando arrepti ſunt, etiam ſani, & liberi ad maiores non debent aſcendere, ſed tantum poſt tempus certum exercere poſſunt ordines receptos, ſecus ſi non omnino, nec in toto liberati ſint, *dicto cap. Clerici diſ. 33. vbi gloſ. iuncto cap. communiter ead. diſ. 33. Tolet. in ſua inſtruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 59. num. 2. & 3. Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. num. 24. tom. 1. fol.* 543.

4 Amp. 3. in Neophyto, nempe qui ex lege Iudaica, Mahumetica, vel Ethnica nuper conuerſus eſt ad fidem, nam tanquam irregularis non eſt promouendus ad ordines, niſi eſſet baptizatus ab infantia, vel poſt tranſactum notabile tempus à die ſuſcepti baptiſmi iudicio, & arbitrio Epiſcopi reperiatur in rebus fidei bene inſtructus cum tunc non dicatur proprie Neophytus, & ceſſauerit irregularitas, *cap. eam te de reſcript. Tolet. In inſtruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 59. num. 6. Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 1. num. 4. fol.*
5 *mihi 540. tom. 1. vbi num. 6.* ſubdit Neophytum diſpenſandum eſſe à Summo Pontifice *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 3. cap. 7. num. 12. & 13. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 14. num.* 10.

6 Amp. 4. vt laborantes morbo caduco pariter ſint irregulares, imo non poſſunt ad ordines promoueri, quamuis fuerint iam ſani effecti, & liberati, propter periculum incidendi de nouo in eundem morbum, *cap. maritum, & cap. communiter diſ. 33. Tolet. dicta diſ. 59. num. 3. verſ. quinto idem Bonaccin. dicta diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. num. 22. fol. mihi* 543.

7 Sed ſi huiuſmodi infirmitas ſuperueniat poſt receptos ordines, & tunc ſi dicti Epileptici, raro vexentur huiuſmodi morbo abſque ſpumæ emiſſione, & horribili corporis agitatione poſſunt celebrare adiuncto ſibi Sacerdote, ſocio ieiuno, qui perficiat Sacramentum, ſi forte incepto canone aliter corripiantur huiuſmodi morbo *can. nuper diſ. 7. quæſt. 2.* ſecus autem ſi quando corripitur cadat cum vocis confuſę emiſſione, ſpumæ effuſione, & corporis iactatione, non tunc non eſt permittendum in Altare miniſtrare, vt comprobant *Tolet. & Bonaccin. ſupra relati, vbi allegantur Sayrus, Vgolin. Antonin. Bartholomæus ab Angelo, Reginald. & Suarez.*

8 Amp. 5. in irregularitate ex defectu natalium, nempe, vt omnes illegitimè nati ſint irregulares, licet ſint occulti; tum ob reuerentiam, & dignitatem ordinis, tum propter deteſtationem criminis paterni, tum propter periculum incontinentiæ ex imitatione paterna, tum etiam propter

pter ſcandalum, *can.1. diſ.56. cap.1. & vlt. de filijs Presbyterorum, Tolet. in ſua inſtruct. ſacerdotal. lib.1. cap.53. de irregularit. defectu natal. num.1. & ſeq. Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ.7. quæſt.2. puncto 3. num.1. tom.1. fol.545.*

9 Ac proinde huiuſmodi defectus reddit eoſdem inhabiles, tum ad conſequendos ordines, tum ad obtinenda beneficia, ſiue natalia contraxerint ex fornicatione, ſiue adulterio, ſtupro, inceſtu, ſacrilegio, ſiue alio illegitimo concubitu, aut damnato coitu, & ſiue ſint publici, ſiue occulti, vt eſt *textus in cap cum in cunctis, & cap. innotuit de elect. cap.1. & fin. de fil. presbyt. cap.1. eod. tit. in 6. cap ſi gens 56. diſt. Sayr. de cenſur. lib.6. 10. num.2. Garz. de benef. par 7. cap.2. de legitimitate nu.1. & 2. Vinian. de iurepatronat. lib. 6. cap.4. num.6. Seraph. deciſ.1442. num.9. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.3. cap.1. num.1. 2. & 3.* vbi quod in obtinendis huiuſmodi diſpenſationibus neceſſario exprimenda ſit qualitas illegitimitatis.

10 Lim. in illegitimo, qui poſtea effectus fuit legitimus per ſubſequens matrimonium, qui non indiget diſpenſatione, & poteſt abſque ea promoueri ad ordines, & obtinere beneficia, *per text. in cap tanta verbo illegitimi qui fil. ſint legit. & ex Sayr Coninch. Molin. tradit Bonaccin. in tit. de irregularit diſ.7. quæſt.2. punct.3. num.8. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 3. cap. 1. num.4. Tolet. in ſua inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 53. num. 3. ſub princ.*

11 Sublim. vbi eſſet præſentandus ad beneficiū de iurepatronatus, in cuius fundatione caueatur, vt ad illud præſentari non poſſit niſi qui fuerit ex legitimo matrimonio procreatus, quia in hoc eſt attendenda voluntas ſpecialis teſtatoris, & non prouiſio legis habilitans legitimatus ad obtinenda beneficia, vt bene animaduertit *Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap.226. num.3. relat. & ſecut. de veriori per Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib. 3. cap. 1. num. 6. verſ. & ex præmiſſis, & num. 7.*

12 Limit.2. in expoſitis, qui non videntur indigere hac diſpenſatione, cum haberi debeant pro legitimis, cum ſemper facienda ſit interpretatio in meliorem partem, & in fauorem prolis, *text. in cap. ex tenore qui fil. ſint legit. Gratian. diſcept. forenſ. cap.218. num.68. Vinian. de iurepatronat. lib.6. cap.4. num.9. Garz. de benef par.7. cap.1. num.7.8. & 27.*

13 Contrarium de veriori ſuadetur, quia frequentius illegitimi exponuntur, & raro legitimi, ac proindè cum non conſtet de legitimis parentibus, æquius eſt illos pro illegitimis haberi facit *text. in cap. vltim. 87. diſt. Maiol. de irregularit. lib.1. cap.11. num.1. & 2. Tolet. in ſua Inſtruct. Sacerdotal. lib.1. cap.53. num.3. in fin. verſ. dubitatio eſt de expoſitis, & tradunt DD. relati per Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ.7. quæſt.2. punct.3. n.10. tom.1. fol.546. Garz de benef. part.7. cap.2. n.30.*

14 Ac proindè omnia, quæ ſeruantur in diſpenſatione pro illegitimis, quod habeant locum etiam in expoſitis ſecundum Notorium ſtylum Datariæ teſtatur, *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.3. cap.2. in princ.*

15 Sed ſi forte eorum parentes agnoſcantur, et de legitimo matrimonio nati reperiantur, licet expoſiti fuerint, non cenſentur irregulares, & ſic ſicut cæteri legitimi poſſunt ad ordines promoueri, cum in iure nihil in eis aduerſetur, *cap. 1. de infant. expoſit. Corrad. loco proximè citato n.1.*

16 Vbi vero aliqui in faciem Eccleſiæ contraxerunt, & poſtea lis mota fuerit ſuper inualiditate Matrimonij, quod ſi per ſententiam inualidum declaratum fuerit, & deuentum ad ſeparationem, filij tamen ante ſententiam nati, aut concepti cenſeri debent legitimi, dummodo tamen à principio bona fide vtriuſque, aut alterius tantum matrimonium celebratum fuerit, eſt textus *in cap. cum inter, qui fil. ſint legit. Tolet. in ſua Inſtruct. Sacerdotal. lib.1. cap.53. nu.3. circa med. verſ. alter caſus eſt, Bonaccin. in tit. de irregularitat. diſ.7.*
17 *quæſt.2. punct.3. num.3. tom.1. fol.545.* vbi quod filij cenſentur legitimi quando matrimonium inter duos inualidè contractum fuit ob occultum aliquod impedimentum, ſed vterque contrahens, vel vnus eorum bona fide ex probabili errore iuris, vel facti contraxerit in faciem Eccleſiæ ſeruata forma Sac. Concil. Trid. coram Parocho, & teſtibus, *cap. peruenit, cap. ex tenore, qui fil. ſunt legit.* & ratio eſt, quia matrimonium reputatum idem operatur, ac verum ſecus autem ſi matrimonium in faciem Eccleſiæ contractum non fuerit, *Sanchez de matrim. diſ.34. num.46. & ſeqq.*

18 Quo vero ad facultatem diſpenſandi in huiuſmodi irregularitate, Epiſcopus ita reſtrictam habet, vt cum illegitimis poſſit tantummodò ad minores ordines, & beneficium ſimplex diſpenſare, ſecus autem quoad beneficium cum cura animarum, & dignitates, & ad ſacros ordines per textum expreſſum *in cap.1. de fil. presbyter. in 6. Vinian. de iurepatronat. lib.6. cap.4. n.24. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.3. cap.1. nu.8. & 9. Garz. de benef. part.7. cap.2. num.48. & ſeqq. pluribus num. vbi latè.*

19 Cæterum ad Summum Pontificem ſpectat cum illegitimis ad omnes ordines, ac beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas per totum mundum diſpenſare, *cap. per venerabilem, & ibi DD. qui fil. ſint legit. Corrad. vbi ſupra num.9. verſ. cum igitur ad S. Pontificem Tolet. in inſtruct. Sacerdotal. lib.1. cap.53. num.4.*

20 Ampl. 6. in irregularitate, quæ contrahitur defectu libertatis, qui defectus comprehendit eos, qui ſunt ſeruituti ſubiecti, & omnino libertate deſtituti, nam ob vilem ſtatus conditionem ad ordines promoueri non debent, niſi de conſenſu domini, quo caſu acquirerent libertatem. Vlterius qui ſunt obligati ad ratiocinia, & tunc ſi ſint perpetuo obligati, perpetuo repellendi ſunt à ſuſceptione ordinum, ſecus vero ſi non ſint perpetuo obligati, nam tunc depoſito officio, & libertati reſtituti promoueri poſſunt, vndè impediuntur ſolum ad tempus donec reddant rationem, & inter iſtos connumerantur Theſaurarij, Depoſitarij, Tutores, Aduocati, Iudices, & Magiſtratus, & obligati Curiæ ſæculari. Inſuper comprehendit etiam coniugatos, qui non ſunt admittendi ad ordines durante matrimonio, quo diſſoluto ſi non concurrat bigamia poteſt promoueri licet habeat prolem, vt habetur in tota *diſtinctione 54. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap.14. num. 1. Tolet. in ſua inſtit. Sacerdotal. lib. cap.55. à num.1. per tot. Bonaccin. in tit. de irregularit.*

larit. diſ.7.quæſt.2. punct.4. num.2. tom.1. fol.547.
Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.3. cap.8. à
num.1. & per tot.
21 Ampl.7. in irregularitate proueniente ex de-
fectu ætatis, nam quoad primam tonſuram,
ſuſcipiendam requiritur ætas ſeptennij comple-
ti cap. in ſingulis 77. diſ. quo vero ad obtinenda
ſimplicia beneficia requiritur ætas quatuorde-
cim annorum, ex decreto S.Concilij Trid. ſeſſ.23.
cap.6. de reformat. nec poteſt in hoc Epiſcopus
diſpenſare, cum ſit ſoli Papæ reſeruatum, iuxta
text. in cap. vel non eſt compos de tempor. Ordinat.
Leo in Theſaur. for.Eccleſiaſt.part.2.cap.3.num.15.
Viuian.in prax.iurepatronat.lib.6.cap.4.num.38. ſe-
22 cus vero ſi in beneficij fundatione expreſsè con-
trarium caueatur, nempè quod minor ætate 14.
annorum poſſit tale beneficium obtinere, nam
tunc hæc diſpoſitio ſeruanda eſt, quia per di-
ctum Concilium non eſt derogatum fundationi,
vt pluries declarauit Sacra Congregatio teſte
Corrado in prax. diſpenſ.Apoſtolic.lib.4.cap.1.à n.1.
23 vſque ad 10. vbi ſubdit prædictum decimum
quartum annum ad ſimplex beneficium obtinen-
dum non oportere eſſe expletum, ſed tantum-
modó cœptum, iuxta declarationem Sac.Congre-
gat. quam affert, ex Garz. de benef. part.7.cap.4.
num.10. Gonzal. ad reg.8. Cancell.gloſ.5.num.91.
iuncto num.95.
24 Poſt ſeptennium vſque ad duodecimum reli-
quos minores ordines ſuſcipiendi tempus eſt le-
gitimum excepto Accolitatu, qui nonniſi com-
pleto duodecimo ſuſcipi poteſt, cap.in ſingulis 77.
diſt.Tolet.in ſua inſtruct.Sacerdotal.lib.1.cap.56 ſub
num.1.circa princ.
25 Ad ſacros vero ordines nullus ad Subdiacona-
tus ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Dia-
conatum ante vigeſimum tertium ad Præsbyte-
ratum ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ an-
num promoueri poteſt, vt ſtatuit Sac.Concil.Tri-
dent.ſeſſ.23.de reform.cap.12.
26 Ad dignitates vero, quibus animarum cura
ſubeſt nemo promouendus eſt, niſi qui ſaltem
25.ſuæ ætatis annum attigerit, ad cæteras alias
dignitates,vel perſonatus,quibus animarum cura
non ſubeſt Clericos alioquin idoneos, & 22.[an-
nis non minores eſſe aſciſcendos ſtatuit Sac.Con-
cil.Trident.ſeſſ.24. de reform.cap.12.Maſſobr.de ha-
bend concurſ ad Paroch. requiſit.10.dub.11.num.24.
Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſcop. alleg.60. nn.65.&
27 de Canon.& Dignit. cap.13. num.22. vbi ſubdit,
quod huiſmodi ætas 22. annorum ad dictas di-
gnitates requiſita debet eſſe completa, vt non
ſufficiat,quod 22.annus fuerit inchoatus Mandoſ.
in tract. de ætate minor cap.5. num.10. Gratian. di-
ſcept 591.num.9.Garz.de benef.part.7.cap.4.nn.70.
Maſſobr.in prax.habendi concurſ.ad Paroch.requiſit.
10 dub.13.Barboſ.dicta alleg.66.
28 Quæ procedunt abſque dubio in dignitatibus
Eccleſiarum Cathedralium, quoad alias vero in
Collegiatis exiſtentes requiſita ætas remanere
in diſpoſitione iuris communis, deciſum refe-
runt Gonzal ad reg.8.Cancel.gloſ.9.num.92.Aloys
Ric.in prax. rerum for. Eccleſ. deciſ.735. in 1. edict.
alias reſol.512.num.3. in fin. in 2. edit. cum alys per
Barboſ.de canon.& dignit.cap.13.num.23.
29 Contrarium quod dicti 22.anni,qui deſideran-
tur ad dignitates in Cathedralibus, requirantur
etiam ad eas, quæ ſunt in Collegiatis exiſtimant
Garz.de benef.part.7.cap.4.num.56. & 6..cum ſeq.
Armendar.in addit.ad recompil.legum Nauarræ lib.1.
tit.20.l.7.de Epiſcopis num.2.
30 Non eſt tamen admittendus ad dignitatem,
ſeu Canonicatum, aut portionem, niſi quis eo
ordine ſit inſignitus, ſeu initiatus, quem illa di-
gnitas, præbenda, aut portio requirit, aut ſit
conſtitutus in ea ætate, vt infra tempus à iure, &
à dicto Concilio ſtatutum ſcilicet infra annum
initiari valeat; ſub pœnis incurrendis ſtatutis in
Concilio Viennenſi relat. in cap. vt ij de ætat. &
qualitat.in Clem.lib.1.tit.2. innouat. per Sac.Concil.
Trident.ſeſſ.22. de reformat.cap.4. Corrad. in prax.
diſpenſat.Apoſtolic.lib.4.cap.1.num.13. Barboſ. de
canon.& dignitat.cap.13.num.9. Ric. in prax. aurea
reſol.239.Flamin.Pariſ.de reſignat.benef.lib.4.quæſt.
9.nn.11.Campan.in diuerſ.Iuris canon.rub.7.cap.6.
num.26.Seraph.deciſ.1138.num.1.
31 Pœna autem ſtatuta in dicto Concilio Vien-
nenſi contra obtinentes beneficia in Capitulo
Cathedralis Eccleſiæ, vel Collegiatæ cui anne-
xus ſit ordo, ſi legitimo ceſſante impedimento
infra annum non ſuſceperint ordines requiſitos,
eſt vt non habeant vocem in Capitulo donec fue-
rint ordinati, ipſiſque diſtributionem,quæ datur
ijs, qui certis horis interſunt pars dimidia ſub-
trahi debeat, non obſtantibus conſuetudinibus,
vel ſtatutis, quod intelligendum eſt de ijs dum-
taxat diſtributionibus, quæ propriè, & ſtrictè
veniunt ſub nomine diſtributionum quotidiana-
rum, quæ ſcilicet dantur ijs,qui horis,ſeu officijs
ordinarijs interſunt, ſecus autem de extraordi-
narijs, quæ dantur pro funeribus, ſeu anniuerſa-
rijs defunctorum, & ſimilibus, quæ lato modo
diſtributionum nomen ſibi vindicant, vt reſol-
uit Monet de diſtribut. quotidian. part. 1. quæſt. 3.
num.12.
32 Sublimit. procedere niſi diſtributiones fune-
ralium, ſeu anniuerſariorum ſint vnitæ cum ho-
ris, Garz de benef. in addit. ad part. 3. cap. 4. ſub
num.15.Barboſ.in Concil.Trid. ſeſſ.22.de reformat.
33 cap.4. num. 22. vbi in fin. ſubdit pœnam præfa-
tam priuationis dimidiæ partis diſtributionum
intrare, quamuis alia dimidia pars non ſuffice-
ret ad ſubſtentationem, & licet nó promotus in-
terſit diuinis, & officium recitet, prout etiam
docet in tract.de canon.& dignitat.cap.16.nn.13.14.
& 15.
34 Ad maiores vero dignitates, nempè Decana-
tum, Archidiaconatum, & alias quibus anima-
rum cura ſubeſt nullus eſt promouendus, qui ſal-
tem 25. ſuæ ætatis annum non attigerit, vt col-
ligitur in cap. cum in cunctis de elect. & cap. licet
canon. eodem tit. lib.6. & ex Concil.Trid.ſeſſ.24.de
reform.cap.12.in princ.Maſſobr.in prax. habend. con-
curſ.ad Paroch.requiſit.10.dub.11.num.24.Barboſ.de
Canon.& dignitat.cap.13.num.18.
35 Prouiſio igitur facta non habenti ætatem in
beneficio requiſitam, etiam ſi deſit vnus dies,vel
hora eſt nulla, quia in ijs, quæ à iure determina-
ta, & limitata ſunt non licet arbitrari, tum quia
Concil.Trid. habet decretum irritans, Garz.de be-
nef.part.7. cap.4. num.84. Corrad. in prax. diſpenſ.
Apoſtolic.lib.4.cap.1.num.17.vſque ad 22.

36 Hæc autem ætas incipit, & numeranda eſt à die natiuitatis, & non à die ſuſcepti baptiſmi, *Barboſ. de Canon. & Dignitat. cap. 13. num. 19. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. cap. 1. num. 23.*

37 Ampl. 8. principalem concluſionem, vt ex culpabili reiteratione baptiſmi, ſiue publica, ſiue occulta contrahatur irregularitas tam à rebaptizante, quam à rebaptizato, *cap. literarum de Apoſtatis, cap. confirmandum diſ. 50. cap. qui in quolibet 1. quæſt. 7. Couar. in Clement. ſi furioſus part. 1. nu. 34. Tolet. in ſua inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 65. à num. 1. cum ſeq. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 3. cap. 9. à num. 1. cum ſeq.*

38 Limit. vt non incurratur huiuſmodi irregularitas primo à rebaptizato ex ignorantia iuris, vel facti inuincibili 2. ſi rebaptizatus ſub conditione ſi non es baptizatus, cum qua conditione ſemper in dubio baptizari debet, 3. non eſt irregularis, qui baptizat filios infidelium, vel expoſitos, ſine vllo ſigno teſtimonium perhibente de ipſorum baptiſmo, vt comprobant *Tolet. in inſtit. Sacerdotal lib. 1. cap 65. per tot. & Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 3. punct. 3. à num. 1. & per tot.*

SVMMARIVM.

1 Quodnam vitium, ſeu defectus corporis inducat irregularitatem.
2 Inducitur ex carentia alicuius membri, & an, & quando hoc procedat.
3 Eunucus, an & quando ſit irregularis, & incapax ordinum 4.
5 Habens oculum alio grandiorem, vel careat lumine oculi dexteri, vel ſiniſtri, vel habeat in eiſdem maculam, an & quando ſit irregularis, & quid de ſtylo Datariæ 24.
6 Inducitur irregularitas ex abſciſſione naſi, & quid ſi habeat naſum diſtortum.
7 Irregularis eſt habens labia prauius corroſa, vel patiens defectum linguæ, ſecus ſi careat dentibus.
8 Surdus eſt irregularis, ſecus ſi vna tantum aure ſurdus ſit, & quid ſi careat auriculis.
9 Giboſus an, & quando ſit irregularis.
10 Hermaphroditus an, & quando ſit irregularis.
11 Carens pede, vel indigens baculo eſt irregularis ſecus ſi tantum habeat crura diſtorta 25.
12 Carens indice, vel pollice, vel laborans debilitate digitorum eſt irregularis, ſecus ſi careat vngue.
13 Laborans morbo gallico, lepra, & ſcabie an ſit irregularis.
14 Patiens defectum notabilem in membris eſt irregularis, & quid ſi defectus ſuperueniat poſt receptos ordines.
15 Abſtemius eſt irregularis.
16 In dubio irregularitas, an inducatur ex aliquo defectu relinquitur arbitrio ordinarij.
17 Modicus defectus an, & quando inducat irregularitatem.
18 Modica debilitas, vel deformitas non inducit irregularitatem.
19 Vulnerans ſeipſum ex indignatione non efficitur irregularis, niſi concurrat deformitas, vel debilitas.
20 Ad Summum Pontificem pertinet diſpenſare in irregularitate prouenientε, & defectu, vel deformitate.
21 Epiſcopi iudicio relinquitur an defectus, vel deformitas inducat irregularitatem.
22 Diſpenſatio ſuper defectu quomodo concedatur ſi orator ſit, vel abſit à Curia.
23 Papa non diſpenſat ſi adſit magna deformitas, vel defectus, & Epiſcopus non debet exequi literas diſpenſationis.
24 Diſpenſatur facilius ſuper defectu oculi dexteri, quam ſiniſtri.
25 Corporis deformitas, magis attenditur, quam defectus ad effectum obtinendi diſpenſationem
26 Claudicatio an ſit diſpenſabilis relinquitur arbitrio Epiſcopi.
27 Corporis defectus ſi non appareat non indiget diſpenſatione.

ADNOTATIO II.

Irregularitas ex defectu corporis an, & quando inducatur.

1 OMnis defectus corporis ſiue in membro, ſiue in membri parte, qui infert inhabilitatem, ſeu impedit miniſterium ordinis, aut inducit notabilem deformitatem, aut generat horrorem, abominationem, vel ſcandalum facit hominem irregularem ad promouendum, & impediendum exercitium ſuſcepti ordinis ſi ſuperueniat, vt colligitur *in cap. 2. de Clerico ægrotante lib. 3. decretal tit. 6 & in cap. vltim. de corpore vitiat. Butr. in cap. vltim. de corpore vitiat. Couar. in Clement. ſi furioſus part. 1. cap. 6. Vgolin. de irregularit. cap. 64. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 7. num. 6. Tolet. in Inſtruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 58. num. 2. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. nu. 1. tom. 1. fol. 541.*

2 Ampl. 1. vt carentia alicuius membri, vel partis membri etiam occulti, ſi propria culpa contingat inducit irregularitatem, licet ea membri priuatio non impediat vſum ordinis, neque notabilem afferat deformitatem, *cap. maritum diſ. 33.* ſecus vero quando ea membri carentia contingit abſque propria culpa, nam tunc non impedit executionem ordinis, *cap. qui partem diſ. 53.* nec inducit irregularitatem modo illa priuatio non ſit coniuncta cum notabili deformitate, quia cum huiuſmodi irregularitas non ſit in iure expreſſa non eſt inducenda *Tolet. in inſtruct. Sacerdotal. lib. 1 cap. 58. num. 6. & ex Nauarro Valent. Molin. Auila, Valentia, Reginald Filiuc. tradit Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. num. 29. & 30. tom. 1. Vgolin. de irregularit. cap. 52. num 5.*

3 Ampl. 2. in Eunucho, qui abſque neceſſitate ſibi amputauit virilia, vel permiſit amputari teſtes, cum efficiatur irregularis, vt non poſſit ordines ſuſcipere, & ſuſceptos exercere etiamſi deuenerit ad hunc actum ex cauſa conſeruandi vocem propter cantum, vel ex cauſa caſtitatis, *cap. ſi quis aſcenderit diſ. 55. cap. qui ſe ead. diſ. cap. ſignificaſti de corpore vitiat.* Secus vero ſi à Medicis, vel à Barbaris amputentur, nam tunc admittendus eſt ad ordines, & à Clero non eſt excludendus, vt expreſsè cauetur *in cap. ſi quis pro ægritudine diſ. 55. & tradunt DD. relati per Bonacin. in tit. de irregularitat. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. num. 31.*
4 *tom. 1. fol. 544. & num. 33.* ſubdit pariter eſſe irregularem cui abſciſſa ſunt virilia in pœnam delicti, vt ſi Clerico reperto in adulterio à marito amputata fuerunt virilia, & ſupradicta comprobat etiam *Marcus Paul. Leon. in prax. ad lit. M. Pœniten. part. 3. de form. abſol. & diſpenſ. in tit. de irregularitat. verſ. idem dicendum eſt, de Eunuco fol. mihi 548.*

5 Ampl. 3. vt ſit irregularis, qui habet vnum oculum grandiorem, ſeu groſſiorem altero, vel

vtrum-

vtrumque prominentem, ita vt magnam inducat deformitatem, ſecus vero ſi quis careat tantum lumine oculi dexteri, modo habeat vtrumque oculum integrum, verum ſi careret non ſolum lumine, ſed etiam oculo, aut careret lumine oculi ſiniſtri, qui dicitur oculus canonis, ita vt non poſſit commodè per oculum dexterum conſpicere ſine indecora faciei conuerſione ad populum, tamquam irregularis non eſt ordinandus, *cap. ſi euangelica diſ.55. Bonaccin. qui alios allegat. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. num. 2. & 4. & in num.* 3. ſubdit pariter eſſe irregularem, qui habet maculam in oculo, quæ notabilem tribuat deformitatem quamuis oculus ſit integer, & bene perſpiciat ſecus ſi non tribuat notabilem deformitatem *tom.1.fol.*542.

6 Ampl.4. vt inducatur irregularitas ex abſciſſione naſi, propter deformitatem, prout etiamſi quis habet naſum ita diſtortum, vt notabilem pareat deformitatem Epiſcopi prudenti iudicio relinquitur iudicandum, vt ex *Molin. Reginald. Filiuc. tradit Bonacin. loco citata num.*5.

7 Ampl.5. in habente labia pænitus corroſa, vel abſciſſa; vel in patiente defectu linguæ, vt verba integra non poteſt exprimere, qui vti irregulares excludendi ſunt à Clero, ſecus vero, ſi quis careat dentibus, ſed ſi habeat prominentes extra os cum pariat deformitatem pariter pro irregulari iudicandus eſt, *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap.8 num.16. Vgolin. in tit. de irregularitat. cap.69. cum alijs per Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt.2.punct. 2.num.6.tom.1.fol.*542.

8 Ampl 6. vt ſurdus vtraque aure, vt nullo modo poſſit audire ſit irregularis, & ſic non promouendus ad ordines, & ſi ſurditas ſuperueniat poſt adeptum ordinem ſacerdotalem non eſt admittendus ad miſſam ſolemnem celebrandam, ſed tantum ſubmiſsè poteſt miſſam perficere; ſi vero vna tantum aure ſurdus ſit non videtur irregularis, vt tradunt DD. relati *per Sayr. lib.6. cap.8.num.17. in tract. de cenſur.* prout neque ſi careret auriculis, nempe extrema illa cartillagine, quæ organo auditus adhæret, ſi ita defectus ſub capillorum velamine lateat, vt non ſit viſibilis *ex Henriquez Auila Coninch. Filiuc. tradit Bonacin. in tit. de irregularit. diſ.7.quæſt.2.punct.2.num.7, tom.1. fol.*542.

9 Ampl.7. vt giboſus ſit irregularis, ſi giboſitas coniuncta ſit cum nimia deformitate, vel debilitate, vt ſi giboſus nequeat ſe erigere, aut ſtare recto capite, ſecus vero ſi non pareat magnam deformitatem, *Vgolin. in tract. de irregularit. cap* 50. *num.* 6 *cum alijs allegatis à Bonacin. in tit. eod. diſ.7. quæſt.2. punct.2.num.9.tom.1.fol.*542.

10 Ampl.8. in Hermaphrodito, participante maſculini, & fæminini ſexus, qui vti irregularis eſt incapax characteris, ſecus vero ſi magis particeps ſit virilis, quam fæminei ſexus, tunc enim licet ſit irregularis, eſt capax ordinis, & characteris ſi promoueatur, ſed ſi aliquis pro fæmina reputatus fuerit, in progreſſu temporis virilia, quæ hactenus ſub fæmineis pudendis latuerant, prodeant, ita vt fæmineus ſexus amplius non appareat, non cenſetur irregularis, cum non ſit amplius fœmina, vel Hermaphroditus, & conſequenter non videtur irregularis, nec inhabilia ad ordines, ita *Bonacina in tit. de irregularit. diſ.7. qu.2. punct.2. nu.12. & 13. tom.1. fol.541. per text. in cap. ſi teſtes 4. quæſt.2. Nauar. conſ.47. de irregularit. Vgolin. tract. eod. cap.48. §. 1. num.4. Sanch. de matrim. lib.7. diſ.*106.

11 Amp. 9, in eo, qui caret pede, nam cum habeat defectum corporis patentem, & ſic adiunctam deformitatem, eſt irregularis, prout etiam ſi indigeret baculo, ita vt per ſe ipſum ad Altare accedere non poſſit, *cap. ſi quis in infirmitate diſ. 55. & cap. nullus Epiſcopus diſ.* 1. Secùs verò ſi quis habeat tantum crura diſtorta modo huiuſmodi deformitas tegi poſſit veſtium velamine, ita *Bonacin. dicta diſ. 7. quæſt. 2. punct. 2. numer. 14. & 15. Sayr. de cenſur. lib. 6. capitul. 7. num.*22.

12 Amp. 10. in carente iudice, vel pollice, vel notabili earum parte, vt non poſſit eleuare, & frangere Euchariſtiam, prout etiam de eo, qui laboraret debilitate digitorum, vt ſupradicta præſtare nequeat, *Sayr. de cenſur. cap. 9. num. 2. lib.*6. & ex *Molina, Suarez. Reginald.* tradit *Bonacin. loco citato num. 16. vbi in fin.* ſubdit quod ſecus dicendum eſt de eo, qui caret vngue pollicis, vel indicis, niſi illius carentia notabilem pariat deformitatem.

13 Amp. 11. in laborante morbo gallico, lepra, ſcabie, ſi inducant notabilem deformitatem, aut impediant vſum manuum, nam donec duret morbus irregularis eſt, vt non ſolum nequeat promoueri ad ordines, ſed promotus remouetur ab eorum exercitio, *cap. de Rectoribus 3. vbi Panorm. num. 1. cap. tua nos 4. vbi idem Panorm. de Cleric. ægr. miniſtr. Vgolin. de irregularit. cap.* 75. *§.1. & 2. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ 7. qu. 2. punct. 2. num.19. & 20. Marcb. Pauli Leon. in prax. ad liter. M. Pœnitent. part. 3. de form. abſ l. & diſpenſ. in tit. de irregularit. verſ. ad hunc defectum reducitur fol. mihi* 371.

14 Amp. 12. generaliter vt patiens defectum notabilem in magnis, & integris membris eſt irregularis, & promoueri non poteſt, & ſi iam eſt Sacerdos, & contrahit huiuſmodi defectum in cæteris officijs tolleratur præter quam in altaris miniſterio, vndè poteſt Sacerdos cæcus audire confeſſiones, *cap. Presbyterum 2. de Cleric. ægrot. miniſt. Haſtien. in ſumm. tit. de corpore vitiat. nu.3. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ.7. quæſt.2. punct.2. num.25. tom.1. fol. mihi* 543. vbi quod Sacerdos, cui ſuſcepto ordine aduenit ampntatio pollicis, vel indicis poſſit præſtare ea omnia, ad quæ non impeditur per illum defectum, ac proindè poteſt confeſſiones audire, concionari, exercere ordinem Diaconi, canere euangelia, vt colligitur ex *capitulo Presbyterorum de Clerico ægrotan. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 9. num. 7. Marcb. Paul. Leon. in prax. ad literas maior. Pæniteut. part. 3. tit. de form. abſol. & diſpenſ. §. de irregularit. verſ. patiens ergo defectum fol. mihi* 370.

15 Hinc eſt enim, qui ſuſcepto Sacerdotio fit abſtemius, ita vt non poſſit degustare vinum poſſe vti Sacerdotio excepta celebratione, qui verò antè ſuſceptionem Sacerdotij eſt abſtemius eo, quod vinum non bibit, vel ita nauſet, vt patiatur vomitum non poteſt ad Sacerdotium admitti, poteſt tamen Summus Pontifex cum abſte-

mio diſpenſare ad aliqnos ordines ad Sacerdotium verò poteſt etiam diſpenſare ſecundum ſenteuriam illorum tenentiũ, quod Summus Pontifex poſſit diſpenſare, vt ſub vna tantum ſpecie fiat conſectario, ſecus ſi contraria ſit ſequenda opinio ita *Bonacin. in tit. de irregularit. diſ.7.qu.2. punct.2. num.25. & 26. tom 1. fol. 541.*

16 Amp. 13. quod quando dubitatur, an debilitas, vel deformitas ſit talis, vt inducat irregularitatem, tunc relinquatur arbitrio Ordinarij ad effectum iudicandi, *Innocent. in cap. 1. de corpor. vitiat. Hoſtien. in ſumm tit. de corpore vitiat. num.4. Nauar. in manual. cap.27. num. 200. verſ. quis autem March. Paul. Leon. in prax. ad literas Maior. Pœnitent. part.3. de form. abſolut. & diſpenſ. §. de irregularit. verſ. quando autem fol. mihi 370.*

17 Limit. vt patiens corporis defectum in paruis membris ſiue propria culpa, dummodò non ſit notabilis deformitas, & impotentia ad frangendam Oſtiam poteſt promoueri, puta ſi careret vngua pollicis, quia huiuſmodi carentia non impedit vſum digitorum, nec gignit maximam deformitatem, vt requiritur ad inducendam irregularitatem, vt colligitur *in cap. Presbyterum de Cleric. agrot. miniſtr. Hoſtien. in ſum. tit. de corpore vitiat. num. 3. & 7. Panorm. in cap. fin. de corpore vitiat.* Secùs verò ſi adeſſet culpa, vel quia ſponte id fecerit, ſiuè alius ſua culpa, vt ſi dando operam rei illicitæ contigit, etiam caſu, aut à ſuis inimicis fuerit abſciſſum, cum tunc etiam ex modico defectu oriatur irregularitas, *cap. 1. de corpore vitiat. cap. qui partem 55. diſt. Panorm. in cap. fin. nu. 1. de corpor. vitiat. March. Paul. Leon. in prax. ad liter. maior. Pœnit. part.3. de form. abſol. & diſpenſ. in §. de irregularit. verſ. patiens ergo defectum notabilem, & verſ. dixi ſuperius fo. mihi 370. & 371.*

18 Limit. 2. vt modica debilitas, vel deformitas nullam pariat irregularitatem, *cap. cum de tua 2. de corpor. vitiat, Panormit. in cap. fin. vbi etiam Butr. num.3. & 7. vbi communiter ſcribentes de corpore vitiat. March. Paul. Leon. in prax. ad liter. maior. Pœnitent. part. 3. de form. abſolut. & diſpenſ. §. de irregularit. verſ. quando enim eſt modica fol. mihi 370.*

19 Limit. 3. vt non ſit irregularis, qui ſe ipſum ex indignatione vulnerauit, vel dentem extraxit, dummodò vulnus nullum inducat corporis defectum, & non ſit mutilatum, vel debilitatum membrum, vt generet deformitatem, vel inhabilitatem, *Sayr. de cenſur. lib.6. cap.7. num.12. & ex Henriquez & Filluc. tradit Bonacin. in tit. de irregularit. diſ.7. quæſt.2. punct.2. num.34. verſ. ſeptimo illum fol. mihi 544.*

20 Ad Summum verò Pontificem pertinet diſpenſare in irregularitate proueniente ex defectu, vel ex deformitate, vel ex infirmitate, niſi fortè coniuncta ſit cum impedimento iuris naturalis, *Couarr. in Clement. ſi furioſus 1. part. 7. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap.8. num. 16. cum alijs per Bonacin. in tit. de irregularit. diſ.7. quæſt.2. punct.2. num.36. fol. mihi 544. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.3. cap.6. nu.9. & eſt text. in cap. non confidat. 50. diſ. cap. ſignificaſti de corpor. vitiat. vbi Butr.*

21 Epiſcopus autem licet non poſſit diſpenſare ſuper dictis impedimentis, ad eum tamen pertinet iudicare vtrum defectus, vel deformitas inducat irregularitatem, vt patet in *cap. 2. de corpore vitiat. Abb. in cap. 2. de Cleric. agrotan. Innocent. in cap. ſignificauit de corpor. vitiat. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. num. 36. verſ. ad Epiſcopum verò, fol. mihi 544. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.3. cap.6. num.8. verſ. vbi autem dubitatur.*

22 In executione tamen literarum deſuper expediendarum maxima eſt diligentia adhibenda circa ipſius defectus inſpectionem, adeout orator ſi ſit in Curia ante quam ſignetur ſupplicatio ſe præſentare debet coram D. Datario, qui inſpiciet, & conſiderabit defectum, vel inſpicere faciet D. Regenti Cancellariæ, cum aliquibus ex Abbreuiatoribus maioris Præſidentiæ, vel ſaltem vni ex eiuſdem Curiæ referendarijs, vt conſiderato defectu videatur, an ſit ſuper eo concedenda, vel deneganda diſpenſatio, pro Oratore verò abſente regulariter committitur ordinario, & non eius Vicario Generali, vt conſiderato, & per ſe ipſum inſpecto defectu debeat vigore literarum diſpenſationis iudicare, vt docet *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 3. cap. 6. à num. 16. vſque ad 22.*

23 Eſt vlterius animaduertendum, quod in literis huiuſmodi diſpenſationis de ſtylo Datariæ apponitur Clauſula: *Et committatur Ordinario, qui inſpecto per ſe ipſum, & conſiderato diligenter dicto defectu, ſi talis non ſit, nec ex eo tanta proueniat deformitas, quæ ſcandalum generet in populum, aut diuinis impedimentum præſtet &c. diſpenſet &c.* vndè oſtenditur Papam non diſpenſare ſi adſit magna deformitas, vel defectus præſtans diuinis impedimentum, ſcilicet ſi quis habeat oculos maculatos, vel nimiam in eis diſtillationem, ac putreſcentiam, quæ afferat horrorem inſpicientibus, tunc non debet Epiſcopus, cui directæ ſunt literæ illas exequi in ijs caſibus, quia id remittitur eius arbitrio, & conſcientiæ *Maiol. de irregularit. lib. 1. cap.20. num.5.*

24 Facilius propterea Summus Pontifex diſpenſat cum patiente defectum oculi dexteri, quam oculi ſiniſtri, qui dicitur oculus canonis, quia eſt magis vtilis, & decens ad legendum canonem miſſæ, nam qui illo caret, canonem oculo dextero aſpicere non poteſt ſine indecentia, cum oporteat ſe vertere verſus Populum, nihilominus huiuſmodi diſpenſatio in caſibus præmiſſis adhuc concedi frequenter conſueuit, cum tali indecentiæ prouideatur præuia tabella canonis in medio altaris poſita, ita *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.3. cap.6. num.23. & 24. Sayr. de cenſur. lib.6. cap.9. num. 8.*

25 Immò nec cum difficultate eſt concedenda diſpenſatio ei, qui licet ſit notabiliter corpore viciatus, non tamen ex tali defectu habet deformitatem, aut impedimentum in celebratione
26 Miſſæ, ſi aliquo modo ſibi occurri poſſit, nempè puta valgio, cui crura ſunt in diuerſum acta, ſi alias idoneus erit, etiam ſi tales antè habeat, digitos verò retrò, quia veſte talari teguntur, in ijs autem claudicantibus multum verſatur arbitrium Epiſcopi, qui inſpicere debet, an claudicatio ſit valdè ridiculoſa præſertim ob mutilationem per culpam, quo caſu non diſpenſabit,

ſed

ſed remittere debet Oratorem ad Papam, *Maiol. de irregularit. lib. 1, tit. de claudicantibus numer. 3. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 3. cap. 6. nu. 25, & 26.*

27 Limit. 4. vt in materia irregularitatis cum non tàm vitium corporis in ſe, quàm defotmitas, & impedimentum attendatur, ſi tale vitium non obſtet in Altaris miniſterio, nec appareat non erit opus aliqua diſpenſatione, *Campanil. in diuerſ. iur. canon. Rub. 11. cap. 17. ſub num. 131. verſ. quintimo. Corrad. loco citato num. 27.*

SVMMARIVM.

1 Infamia iuris facit hominem irregularem.
2 Infamia iuris quid ſit, & quæ comprehendat.
3 Irregularitas quando incurrerur ex infamia facti.
4 Ad incurrendam infamiam facti delictum debet eſſe publicum, ſecus in infamia iuris.
5 Publicitas criminis non inducit irregularitatem ſi annexam non habeat.
6 Accuſator de aliquo crimine pendente accuſatione promoueri non debet. Declara vt ibidem.
7 Infamia iuris, & facti an, & quando repellat à dignitatibus habitis, & habendis, & num. 8.
9 Collatio facta notoriè infami, vt publico aleatori eſt nulla.
10 Declara ſi crimen habeat annexam irregularitatem.
11 Irregularitas inducitur per ignominioſam profeſſionem alicuius artis vilis.
12 Infamia iuris tolli poteſt à Summo Pontifice, & ab Epiſcopo in caſibus, vbi poteſt diſpenſare, ſecus infamia facti, niſi conuertat emendatio.
Per Baptiſmum tollitur omnis infamia ibidem.
13 Hæretici, Apoſtatæ, eiuſque fautores ſunt irregulares.
14 Religioſus profeſſus Apoſtata à Religione eſt irregularis,
15 Filij Hæreticorum ſunt irregulares per lineam paternam vſque ad 2. generationem, per lineam verò maternam vſque ad primam. Declara vt ibidem.
16 Non priuantur beneficijs obtentis ante crimen parentum, nec exercitio.
17 Suſpectus de hæreſi donec purgauerit ſuſpicionem eſt irregularis.
18 Filij inquiſitorum de hæreſi non ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia.
19 Inquiſitio non probat delictum.
20 Hæreſis aſcendentium non nocet deſcendentibus, ſi fuerint Eccleſiæ reincorporati.
21 Filij Neophytorum, vel deſcendentium à Iudæis, & Paganis non ſunt irregulares, ſed ex conſtitutione Clementis VIII. inhabilitantur ad beneficia vſque ad ſeptimum gradum 22.
23 Filij hæreticorum poſt reuerſionem Patris ad fidem non ſunt ratione infamiæ inhabiles ad beneficia obtinenda.
24 Etiam ſtante ſtatuto, quod non admittantur læſæ famæ.
25 Schiſmatici an ſint irregulares
26 Diſpenſatio irregularitatis ob delictum hæreſis ſpectat ad Summum Pontificem.
27 Epiſcopus in foro interiori, an poſſit diſpenſare in irregularitate occulta ob delictum hæreſis 28.

ADNOTATIO III.

Irregularitas an, & quando ex delicto oriatur.

1 INſamia iuris facit hominem irregularem, & inhabilem ad ordines ſuſcipiendos, & ſuſceptos exercendum, vt probatur in *cap. infames 2. part. quaſt. 1, cauſ. 6.* ibi *hi omnes, nec ad Sacros gradus debent prouehi, Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 11. cum alijs per Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. qu. 3. punct. 1. num. 4. fol. mihi 551.*

2 Infamia enim iuris contingit quando committitur delictum, cui impoſita eſt à iure canonico, vel ciuili pœna infamiæ, quæ irrogatur per legitimam tam ciuilem, quam criminalem ſententiam, vel ipſo facto, vbi à iure cautum ſit, vt in *cap. infames, vbi gloſ. in verbo porro 3. quaſt. 7. Dec. in cap. at ſi Clerici 4. n. 176. de iudic. Bald. in cap. reprehenſibilis 26. nu. 1. de appellat.* ſub nomine verò huiuſmodi infamiæ, venit Apoſtaſia à fide, hæreſis, eiuſque fauor, crimen læſæ Maieſtatis, vſura, duellum, ſodomia, ſimonia, raptus mulierum, hoſtilis perſecutio Cardinalium, pugna publica cum feris, matrimonium actuale cum duabus, lenocinium, proſtitutio propriæ filiæ, vel neptis, matrimonium cum meretrice, vel repudiata, defectus natalium, Hiſtriones mercenarij, periurium notorium, de quibus latè *Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quaſt. 3. punct. 1. numer. 2. & 4. fol. mihi 551. & March. Paul. Leon. in prax. ad lit. M. Pænitent. part. 3, de form. abſol. & diſ. in tit. de irregularit. verſ. quæ autem ſint iſta crimina, cum pluribus ſequent. fol. mihi 363. Garz. de benefic. part. 7. cap. 8, num. 5. cum ſequent.*

3 Ex infamia quoque facti oritur irregularitas, quæ immediatè cauſatur ab aliquo facto, nempè à perpatratione alicuius criminis, vel mediante alio actu ex genere pœnæ, vt ſi quis fuerit carceratus ob ſuſpicionem furti, vel propter crimen repulſus à teſtimonio, ita *Bonacin. de irregularit. diſ. 7. quaſt. 3, punct. 1. num. 3. verſ infamia facti, & num. 5. tom. 1. fol. mihi 551. March. Paul. Leon. loco citato verſ. infamia facti fol 362. Garz. loco citato, & num. 12,*

4 Ad incurrendam autem infamiam facti delictum debet eſſe notorium, nam delictum occultum non infamat, niſi publicetur, infamia verò iuris poteſt eſſe occulta, quando de iure cauetur, quod non requiratur ſententia, ſed eo ipſo, quis ſit infamis, *March. Paul. Leon. in dicta prax. ad lit. Maior, Pænitent. par. 1. de forma abſolut & diſpenſ. in tit. de irregularit. verſ. nota etiam cum ſeq. fol. mihi 363, Garz. de benefic. part. 7. cap. 8. num. 17. cum plurib. ſequen.*

5 Sed ſi crimina non habeant annexam irregularitatem, non inducunt irregularitatem, etiam ſi delinquens factus ſit infamis ob publicitatem criminis, vt ex *Tolet. & Conink. docet Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quaſt. 3, punct. 1. num. 5. in fin. tom. 1. fol, 551.*

6 Accuſatus igitur, ſeù denunciatus, de aliquo crimine pendente accuſatione, ſeù denunciatione promoueri non debet, *l. reus ff. de muneribus. l. reum criminis C. de procurato l. vnica C. de reis poſtulat. lib. 10. cap. fin. de teſtib. cap. omnipotens de accuſat. vbi Abb. Felin. & alij, Garz. de benefic. part. 7. cap. 8, num. 6. & 8.* vbi quod hoc procedat quando perſona eſt infamata apud bonos, & graues homines, alias accuſatio non impedit promotionem, vt docent *Abb. Felin. Rom. Sylua Beiſins, Nauar. Zerola, Hoſtien. & Io. Andrea in cap. meminimus de accuſat.*

7 Immò infamia iuris non ſolum impedit perfici, ſed etiam remouere facit à dignitatibus habitis, infamia verò facti, licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit à dignitatibus quæſitis, niſi dicatur in ſententia, *Pariſ. conſ. 88. num. 5. part. 4. & tradunt DD. relati per Garz. de benef. par. 7. cap. 8. à nu. 33. vſque ad 37.*

vbi

vbi quod hoc procedat in dignitatibus, & honoribus citrà titulos beneficiales, ſecus verò in beneficialibus, cum non adſit textus, quod hoc
8 dicat, vndè hæc pœna ſpecialis ſpriuationis ipſo iure imponi non debet.

9 Sed quod collatio beneficij facta notoriè infami etiam infamia facti ſit nulla, & non teneat, *Abb. in cap. quarelam nu. 3. & in cap. ſuper eo de elect. nu. 5. & in cap. inter dilectos num. 6. de exceſ. Prælat.* vbi exemplificat in collatione facta Clerico aleatori, qui ſi ſit publicus redditur ipſo iure nulla, ſi verò occultus irritanda non eſt, ſed ratione conſuetudinis excuſandus, *Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. quæſt 3. ad fin. & firmanit, Rot. deciſ. 426 num. 2. part. 1. diuerſ. relat. per Garz. de benef. part. 7. cap. 8. num. 39. cum ſeq.*

10 Contrarium quod collatio, electio, ſeù prouiſio facta infami, vel crimino ſo crimine non inducente irregularitatem non ſit nulla ipſo iure, ſed valida, & hanc ſententiam tanquam æquiorem, & benigniorem latè comprobat *Garz. de benef. part. 7 cap. 8. à num. 47. vſque ad fin. vbi contrarijs reſpondet, & alios copioſe allegat.*

11 Irregularitas etiam inducitur per ignominioſam profeſſionem alicuius artis, quæ reddat hominem vilem, & indignum ad promouendum ad ordines, & beneficia, qualis eſt ars hiſtrionis, mimi, gladiatoris Citharædi, Macellarij, Tabernarij, aleatoris, ſecus autem de eorum prole, niſi aliundè efficiatur indigna, & inhabilis, ad ordines, *Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 3. punct. 1. num. 12. tom. 1. fol. 552.*

12 Infamia iuris canonici, & ciuilis licet auferri poſſit à Summo Pontifice, immò à Principe, qui ciuiliter eam irrogauit, ſecus tamen eſt in infamia facti, niſi concurrat emendatio, ab Epiſcopo verò in caſibus, in quibus poteſt diſpenſare, ſed per baptiſmum tollitur omnis infamia conſurgens ex delicto, cum per baptiſmum deleatur, & tollatur omne peccatum, ex quo reſultat infamia, *Tolet. in Inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 57. num. 4. fol. mihi 242. Bonacin. loco citato num. 6. & ſequent.*

13 Ex crimine hæreſis oritur vlterius irregularitas, quæ comprehendit non ſolum hæreticos, ſed etiam Apoſtatas à fide eorumque fautores, & defenſores, etiam ſi ſint occulti, *cap. ſaluberrimum quæſt. 1. cap. 2. de hæreticis in 6. cap. Presbyteros diſ. 50. Tolet. in Inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 64. num. 1. 2. & 3. Sanchez. in ſum. lib. 2. cap. 25. nu. 2. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 3. punct. 7. num. 1. & 3. & 5.* vbi quod etiam ſit irregularis, qui cogitur abiurare hæreſim probatam in iudicio *Marc. Paul. Leon. in prax. ad liter., Maior. Pænitent. fol. 355.*

14 Amp. 1. vt Religioſus profeſſus Apoſtata à Religione ſit irregularis, vt colligitur *in cap. hi, qui diſ. 50. Santarel. de Apoſtaſia cap. 3. dub. 2. nu. 16. cum alijs allegatis per Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 3. punct. 7. tom. 1. fol. 558. vbi in fin.* quod non ſit Apoſtata Clericus dimittens habitum, & tonſuram.

15 Amp. 2. vt filij hæreticorum ſunt irregulares vſque ad ſecundam generationem per lineam paternam, & virilem, per lineam verò fæmineam, & maternam ſunt irregulares vſque ad primam, *cap. ſtatutum 2. de hæreticis*, quod procedit ſi eorum parentes deceſſerint in delicto hæreſis, & non fuerint conuerſi ſiuè poſt primum, ſiuè ſecundum lapſum; vndè filij, & nepotes hæreticorum promoueri poſſunt, quando eorum parentes ante mortem fuerunt reconciliati Eccleſiæ, cæterum filius hæretici eſt irregularis etiam ſi natus ſit ante lapſum parentis in hæreſim, cum *cap. ſtatutum 2. de hæreticis* abſolutè loquatur ſecundum *Conar. Gomez. Suarez. Filiuc.* ſed ex probabiliori contrarium tenet *Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 3. punct. 7. num. 9. & 10. tom. 1. fol. 559. ex Nauar. conſ. 27. de hæreticis, Simancha de Catholicis inſtitution. tit. 23.* & ratio eſt, quia verſamur in materia odioſa, quæ benignè explicanda eſt, & text. in *cap. ſtatutum* intelligi debet de filijs natis poſt hæreſim, ſiquidem nati ante hæreſim, ab origine non contraxerunt hanc maculam, & poſtea ſi non fuerunt ſecuti exemplum Patris, ob eorum conſtantiam in vera fide, non ſunt plectendi huiuſmodi pœna, ſeù canonico impedimento, licet contrarium videatur tenere *Tolet. in Inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 64. num. 4. & 5. Marth. Paul. Leon. in prax. ad liter. maior. Pænitent. fol. 355.*

16 Amp. 3. vt filij hæreticorum non priuentur beneficijs habitis ante crimen parentum, nec exercitio ordinum receptorum, ſed ad obtinenda, & ſuſcipienda ſunt inhabiles, poſt eorum crimen, ſed ſi obtineant ſunt ipſo iure priuati, & reſpectiuè ſuſpenſi, *Tholet. in inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 64. num. 5. verſ. octauo, filij hæreticorum, & verſ. nono pari ratione.*

17 Amp. 4. vt ſuſpectus de hæreſi ſit irregularis quandiù ſuſpectus manet, ſeù donec purgauerit ſuſpicionem *cap. infantes 6. quæſt. 1.* vndè qui pactum ineunt cum Dæmone, aut ipſum colunt, ob ſuſpicionem hæreſis, ex qua conſurgat infamia efficitur irregularis, ſecus autèm ſi ſine hæreſi pactum, vel cultus dæmoni præſtetur, vt ex *Sanchez. Suarez Diaz. Filliuc. tradit Bonacin. in tit. de irregularit diſ. 7. quæſt. 3. punct. 7. num. 4.*

18 Limit. 1. vt filij inquiſitorum de hæreſi non ſint inhabiles ad obtinenda beneficia, ſed tantum filij conuinctorum, & pertinacium. vt colli-
19 gitur *in cap. ſtatutum il 2. de hæreſi lib. 6.* etenim inquiſitio minimè probat delictum, *Roman. conſ. 110. num. 2. verſ. cæterum Signoril. conſ. 239. nu. 6. & firmanit Rot. deciſ. 307. num. 4. part. 4. tom. 1. recent.*

20 Limit. 2. vt Hereſis aſcendentium non noceat deſcendentibus. quando illi aſcendentes fuerunt Eccleſiæ reincorporati, iuxta text. cum ibi notat per ſcribentes *in cap ſtatutum il 2. de hæreſi lib. 6.* nec facit diſtinctio inter ſpontè confeſſum, condemnatum de qua *per Baptutaquen. deciſ. 96. n. 6. par. 2. Rot. dec. 109. par. 3. lib. 2. diuerſ.* quia illæ deciſiones loquuntur in terminis ſtatuei Eccleſiæ Hiſpalen. inhabilitantis nepotes reconciliatorum, vt dixit *Rot. dicta deciſ. 307. num. 2. par. 4. tom. 1. & deciſ. 74. à num. 2. cum ſeq. par. 4. tom. 2. recent.*

21 Limit. 2. vt filij Neophytorum, vel deſcendentium à Iudæis, & paganis, qui noui Chriſtiani nuncupantur non ſint irregulares, cum iſti nec ſint filij hæreticorum, nec Neophyti dicuntur

cum

cum iſti filij ſunt baptizati ab infantia, ita *Bonacin.in tit.de irregularit. diſ.7.quaſt.3.punct.7.n.11 tom.1.fol.*559.

22 Verum ex conſtitutione Clementis Papæ VIII alias edita ſuper deſcendentibus ab Hæbreis prohibetur conſerri canonicatus, & beneficia Eccleſiaſtica aliquibus perſonis, de genere, & ſtirpe Hębreorum ex paterna, & materna, vel eorum alterum vſque ad ſeptimum gradum incluſine à tempore conuerſionis eorum computando originem trahentium, de qua conſtitutione *Rot.dec.307.n.5.par.4.tom.1.recent.*

23 Limit.3. vt Hæretici filius non ſit iudicandus inhabilis ad obtinendum canonicatum ſtante ſtatuto quod non admittantur illi, qui ſunt læſæ famæ ſi pater reuerſus ſit ad fidem Catholicam, & abiurauerit, præcipue concurrente diſpenſa-
24 tione Apoſtolica, cum nullo iure caueatur, quod filij hæreticorum poſt reuerſionem ad fidem Catholicam, & abiurationem adhuc infames ſint, vel infamiæ reliquiæ remaneant, ita vt in fama læſi cenſeantur, *Rot.dec.74.n.2.& 3. par.4. tom.2. necent.*

25 Limit.4. vt ſchiſmatici non ſint irregulares, cum hæc irregularitas non ſit expreſſa in iure, ſecus vero ſi ſchiſma ſit coniunctum cum hæreſi, vt tradunt DD. relati per *Bonatin.in tit. de irregularit.diſ.7.quaſt. 3. punct.7. numer. 7. tom. 1. fol.* 558.

26 Diſpenſatio verò irregularitatis contractę ob delictum hæreſis pertinet ad Summum Pontificem, etiam ſi ſit occulta, cum eius abſolutio in Bulla Cœnæ reſeruata ſit Summo Pontifici, & conſequenter diſpenſatio irregularitatis ex eadem hæreſi conſurgentis ita *Bonacin. in tit.de irregularit.diſ.7.quaſt.3. punct.7.n.12.tom.1.fol.*559

27 Sed quod Epiſcopus habeat ius diſpenſandi non ſolum circa vſum ordinum ſuſceptorum, verum etiam circa ſuſceptionem ipſorum ordinum ſi delictum ſit occultum, vigore decreti Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* quo generaliter conceditur Epiſcopo facultas diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepto homicidio voluntario, tenet *Bonacin in tit. de irregularitat. diſ.7. quaſt.3. punct.7.num. 13. tom. 1. fol.*559. vbi quod hęc facultas non videatur reſtricta in Bulla Cœnæ, cum in ea ſolum fiat mentio de reuocatione facultatis abſoluendi, quæ cadit ſupra cenſuras, non vero de diſpenſatione, quæ circa irregularitates exercetur, vnde cum ſint res diſtinctæ non eſt facienda extentio *Sanchez in oper moral.lib.2.cap.35.num.16.vbi late.*

28 Contrarium quod vigore bullæ Cœnæ, ſit penitus Epiſcopo ablata facultas abſoluendi, & diſpenſandi in hæreſi in foro interiori non obſtante diſpoſitione Sacri Concilij tenent, *Tolet. in inſtruct.Sacerdotal.lib.1.cap.64.num.5.verſ. decimo non poteſt Epiſcopus Viuald.de* Irregularit. *nu.7. ad fin.*

SVMMARIVM.

1 Bigamus excluditur ab omnibus ordinibus etiam à Clericali tonſura, vti irregularis, & eſt omni priuilegio Clericali nudatus. 2. Nec gaudet priuilegio canonis. Et ſubiectus foro ſæculari, & quid ſi bigamia ſuperueniat poſt receptos ordines 5. Eſt incapax cuiuſcunque beneficij Eccleſiaſtici 4. Non tollitur per ingreſſum Religionis 5.

6 Quotuplex ſit Interpretatiua contrahitur per cognoſcentem vxorem adulteram etiam ignoranter 7.

8 Non contrahitur ſi matrimonium non ſit conſumatum.

9 Nec contrahitur ſi vxor ante matrimonium ab eodem viro deflorata fuerit.

10 Nec contrahitur ob multiplices concubinas, & fornicationes.

11 Nec ob reiterata ſponſalia inrata, & cum copula.

12 Nec ex pluralitate vxorum, ſi non interceſſit copula.

13 Non dicitur Bigamus qui cum fœmina corrupta contraxit matrimonium inualidum, dummodo non fuerit conſomatum.

14 Irregularis efficitur qui poſt reconciliationem cognoſcat vxorem adulteram.

15 Infidelis, qui in infidelitate ſæpius contraxit matrimonium ſuſcepto baptiſmo eſt irregularis.

16 Bigamiæ diſpenſatio ſpectat ad Summum Pontificē, ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in ijs, quæ ſunt de iure humano ibidem.

17 Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum bigamis, neque ad ordines, neque ad beneficia.

ADNOTATIO IV.

De irregularitate ex defectu Sacramenti id eſt Bigamia.

1 CVM Chriſti coniunctio cum Eccleſia, & Verbi cum Humanitate ſit vnica, & pluralitatem excludat, ideo ex multiplici matrimonio conſurgit Bigamiæ irregularitas, nam tranſiens ad ſecundas nuptias recedit ab iſta vnitate, & ob talem voluntariam ſui diuiſionem excluditur ab omnibus ordinibus, tam minoribus, quam ſacris, & etiam à Clericali prima tonſura, ob Sacramenti defectum, ob prærogatiuam ordinis, ob præſumptionem incontinentię, & ob timorem ne alijs ſuadeat incontinentiam, & viduitatis ſtatum non eſſe ſeruandum dum ipſe coniugia frequentauit, *cap.1.& 2.33.diſtin.cap.1.2. & 3. de bigamis Gorz.de benef.par.7.cap.6.num.1. Marcb.Paul Leon.in prax ad litcr. Maior pœnitent par.3.de form.abſolut.& diſpenſ.in tit.de irregulari- verſ.cum ergo fol.mihi 373, Panormitan.in rub. de Bigam ſpecul.lib 1 pract,1.de diſpenſat. num. 4. Bonacin.in tit.irregularit.diſ.7.quaſt.2.punct.5. num.3. tom. 1.fol.mihi 349.Corrad.in prax. diſpenſat. Apoſt.lib.2.cap.1.num.1. Tolet.in inſtruction. Sacerdot lib.1.cap.60.num.2.*

2 Vnde Bigami ſunt omni priuilegio Clericali nudati, etiam quo ad perſonam, merique laici exiſtimantur, *cap.vnico de bigamis in 6. facit Concil.Trid.ſeſſ.23.de reform cap.17. ad fin.* ibi dummodo non ſint Bigami *Lambertin. de iurepatron. 1.par.2.lib.quaſt.7. art. 13. Coraſ. de beneſ. 3 .par. cap.4.num.2.Sayr.de cenſur.lib.6.cap.5.num.9.Auila eod.tract.de cenſur.7.p.diſ.8.dub.1.*

3 Nec gaudent priuilegio *can.ſi quis ſuadente 14. quaſt.7.* & ſubijciuntur foro ſeculari ſi bigamiæ irregularitatem contrahant poſt ſuſceptos ordines, *cap.vnico de bigam. in 6. cap. ſubdiaconus diſ. 34.Maiol.de irregularit. lib.1. cap.28.* Et ſic non ſolum priuantur tonſura Clericali, verum etiam habitu dicto *cap. vnico de bigamis*, quod ſi fuerint in ſacris non priuantur omni priuilegio, niſi degradentur, ac proinde eis permittitur deferre ha-

habitum, & tanſurã ob reuerentiam ſacrorum ordinum, ſicut etiam nec bigami ſimilitudinarij ob eandem rationem amittunt hoc priuilegium. aut Religioſi profeſſi, qui nullo modo poſſunt contrahere matrimonium, *cap. nuper 1. de bigam. cap. ſane 2. de Cleric. coniug. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 2. cap. 1. num. 6.*

4 Vlterius eſt incapax cuiuſcunque beneficij Eccleſiaſtici etiam ſimplicis, quamuis fuerit tonſuratus *cap. vnico de bigamis in 6. & colligitur in cap. 1. & 2. de Cleric. coniugat. Nauar. conſ. 1. de bigam. Rebuſ. de pacif. poſſeſ. num. 193. Garz. de benef. par. 7. cap. 6. num. 1. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſp. lib. 2. cap. 1. num. 9 & ſeq. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quaſt. 2. punct. 5. num. 2. tom. 1 fol. 549.*

5 Et eſt adeo grauis huiuſmodi irregularitas vt neque tollatur per ingreſſum Religionis, per quem regulariter tollitur omnis macula *Sayr. de cenſur lib. 7. cap. 13. Corrad. in prax. Apoſtol. diſpenſ. lib. 2. cap. 1. n. 12.*

6 Triplex vero eſt genus bigamiæ vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria, iuxta *gloſ.* receptam *in cap. 2. de bigam.* quam ibi ſequuntur DD. Vera eſt, quæ contrahitur per tranſitum ad ſecundas nuptias, & ſic ex duobus matrimonijs validis, & conſumatis. Interpretatiua, quando quis viduam in vxorem accipit, eamque carnaliter cognouit. *cap. ſi quis viduam 34. diſ. cap. à nobis de bigam* & dicitur interpretatiua, quia fingitur duas habuiſſe vxores, vel etiam quando cum virgine poſt adulterium ab ea commiſſum cognita, aut ex duobus matrimonijs conſumatis inualidis, aut vno valido, & altero inualido. Similitudinaria vero eſt, quæ contrahitur ex matrimonio contracto, & conſumato etiam cum Virgine per abſtrictos ordine ſacro, aut voto ſolemni, *cap quot. quot 27. quaſt. 1. & cap. fin. de bigãm. Garz. de benef. par. 7. cap. 6. num. 15. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 9. quæſt. 2. punct. 5. num. 2. tom. 1. fol. 549. Tolet. in inſtruct. Sacerdotal. lib. 1. cap. 60. à nu. 1. Marc. Paul. Leon. in prax. ad liter. Maior. Pœniten. par. 3. de form. abſol. & diſpenſat. in tit. de irregularit. verſ. tres ſunt Bigamia ſpecies fol. mihi 374. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 2. cap. 1. num. 3.*

7 Amp. vt contrahatur bigamia interpretatiua quando quis cognouit vxorem adulteram etiam ignoranter, quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, ſeu delictum inducta, ſed ob defectum ſacramenti, *cap. ſi cuius cap. ſi laici 34. diſt.* & ita tenet communis ſententia de qua reiecto *Coras, & P. Ledeſma* teſtatur *Garz de benef. par. 7. cap. 6 nu. 16. & 17. & DD. per eum allegati Marcb. Paul. Leon. loco citato verſ. ad hanc etiam interpretatiuam fol 375. Turrecrem. in cap ſi quis viduam diſ. 34. Panorm. in cap. ſuper eo num. 8. de bigam. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. qu. 2. punct. 5. n. 10. tom. 1. fol. 550.*

8 Lim. 1. ſi matrimonium non ſit conſumatum nam tunc non contrahitur Bigamia, ad quam contrahendam duo copulatiue exiguntur, vt matrimonium cum duobus contrahatur verè, aut interpretatiuè, aut ſimilitudinariè, ſecundo requiritur copula actualis, *Bonacin. in tit. de irregurit. diſ. 7. quaſt. 2. punct. 5. nu. 4 tom. 1. fol. 549. Marcb. Paul. Leon. in prax. ad liter. Maior. Pœniten. par. 3. de form. abſol. & diſpenſ. tit. de irregularit. verſ. hic nota fol. 375. per text. in cap. quia 6. vbi Panor. nu. 1. & cap. à nobis 7. vbi idem Panorm num. 1. de bigamis.*

9 Lim. 2, quod non contrahatur bigamia interpretatiua, quando vxor fuerit ante matrimonium deflorata ab eodem ſuo marito, cum tali caſu caro non eſt diuiſa, ſed adhuc remaneat vna ac proinde matrimonium retrotrahitur ad præcedentem deflorationem iuxta text. *in cap. tua 6. qui filij ſint legitimi, & probatur arg. cap. debitum vbi Panorm. num. 2. de bigam. Marcb. Paul. Leon. in prax. ad liter. Maior. Pœniten. par. 3. de form. abſol. & diſpenſ. in tit. de irregularit. verſ. hoc tamen limita fol. 374.*

10 Limit. 3. vt qui plures habet concubinas non contrahat nullam bigamiam, & per conſequens nullam irregularitatem, pro vt etiam multiplices fornicationes, vel adulteria ex parte viri non pariunt bigamiam, ad quam incurrendam non ſufficit quælibet copula ex parte viri, ſed requiritur quod habeatur cum ijs, cum quibus contraxit matrimonium, per quod ſolum ſignificatur coniunctio Chriſti cum Eccleſia, vnde ille non dicitur bigamus, qui poſt multas fornicationes etiam cum viduis habitis, deinde contraxit, & conſumauit matrimonium cum Virgine, *cap. quia circa de bigam. Bonacinacin in tit. de irregularit diſ. 7. quaſt. 2. punct. 5. num. 7. tom. 1. fol. 550. Marc. Paul. Leon. in prax. ad liter. Maior. Pœniten. par. 3. de form. abſol. & diſpenſ. tit. de irregularit. verſ. hinc nota in fin. fol. 375.*

11 Limit. 4. vt reiterata ſponſalia, etiam iurata; & quauis ſubſecuta ſit copula non inducant bigamiam, cum huiuſmodi ſponſalia non ſignificent coniunctionem Chriſti cum Eccleſia per incarnationem, ſicut ſignificat matrimonium conſumatum, ac proinde non egent diſpenſatione, *Sot. 4. diſ. quæſt. 3. art. 1. §. bigamia Valentia tom. 4. diſ. 7. & 19. punct. 5. col. 1437. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 5. num. 6. tom. 1. fol. 549. Sayr. de cenſur. lib 6. cap. 2. num. 14. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 2. cap. 2. num. 27.*

12 Limit. 5. vt ex pluralitate vxorum per verba de præſenti, ſi cum omnibus matrimonium non fuerit carnali copula conſumatum, non inducitur irregularitas Bigamiæ, vnde poteſt quis licite ad omnes ordines promoueri, & beneficia Eccleſiaſtica obtinere, *Sot. 4 diſ. 27. quaſt. 3. art. 1. §. bigamus, Sum. Coron. tract. de irregul. nu. 6. Maiol. de irregular. cap 33. n. 10. lib. 1. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſp. lib. 2. cap. 2. numer. 29.*

13 Lim. 6. vt ille non ſit bigamus, qui cum fœmina corrupta contraxit matrimonium inualidum ob aliquod impedimentum dirimens, modo cum ea non conſumauerit matrimonium ita *Bonacin in tit. de irregularit. diſ. 7. quaſt. 2. punct. 5. n. 8. tom. 1. fol. 650.*

14 Qui verò poſt ſeparationem cum ſua vxore adultera reconciliationem cum ea inijt, & poſt dictam reconciliationem carnaliter cognoſcat, efficitur irregularis, *Maiol. de cenſur. lib. 1. cap. 32. numer. 7. cum alijs allegatis per Bonacin. loco citato num. 12.*

15 Pro vt etiam infidelis, qui in Infidelitate ſæpius contraxit matrimonium, ſuſcepto baptiſmo eſt irregularis, cum bigamia non tollatur per baptiſmum, ex quo per eundem tollantur

ſo-

ſolum delicta quo ad culpam, vel etiam quo ad pœnam, non vero coniugia, & conſequenter neque bigamia ex coniugio prouenientes, ita de communi Theologorum ſententia teſte, *Rebello docet Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 5. num. 13. tom. 1. fol.* 550. vbi contrarijs reſpondet.

16 Bigamiæ diſpenſatio ſpectat ad Summum Pontificem, qui poteſt diſpenſare in ijs, quæ ſunt de iure humano prout eſt bigamia, *Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 3. num. 14. Sayr. de cenſ. lib. 6. cap. 3. num. 10. & 22. Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 5. n. 14. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 2. cap. 1. n. 17. cum ſequen.*

17 Epiſcopus vero non poteſt diſpenſare cum bigamis nec ad minores ordines, nec ad Clericalem primam tonſuram, nec ad vſum ſuſceptorum nec ad beneficium etiam ſimplex, vt apparet in *cap. vnico de bigam. in 6 & ex Tridentino ſeſſ. 23. de reform. cap. 17. & ita cenſuiſſe Sac. Congreg. eiuſdem Concilij die 30. Ianuar. 1589. refert. Garz. de benef. par. 7. cap. 6. num. 3. 4. & 5. vbi ſubdit* dictam declarationem à Sixto V. approbatam fuiſſe, cum pluribus alijs *num. ſequen.* vbi de pœnis, quas incurrit Epiſcopus diſpenſando cum bigamis, ita etiã *Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 2. punct. 5. n. 15. tom. 1. fol.* 550.

SVMMARIVM.

1 Irregularitas regulariter ex voluntario homicidio incurritur.
2 Homicidium voluntarium quid ſit.
3 Irregularis efficitur qui vulnerauit non lethaliter, ſi vulneratus decedat ex mala cura.
4 Incurritur etiam ſi occiſus ſit paganus, Bannitus, fur, Iudæus excommunicatus, &c.
5 Incurritur ab eo, qui aliquid facit, aut dicit ex pietate.
6 Incurritur a dante operam rei licitæ ſi non adhibuit diligentiam, & qualis debeat eſſe hæc diligentia num. 7.
7 Incurritur ex homicidio caſuali vbi concurrit mortalis culpa, ſecus ſi nulla culpa 14. declara vt num. 16.
8 Præceptor ſi corrigendo diſcipulum ſequatur mors, an & quando incurrat irregularitatem.
9 Pulſans campanam, ſi cadendo aliquem occidat an & quando incurrat irregularitatem.
10 Irregularitas incurritur ab eo, qui dans operam rei illicitæ præter intentionem aliquem occidat, declara vt num. 11. 12. & 13.
15 Caſus fortuitus qualis ſit.
16 Homicidij caſualis ſpecies recenſentur 17.
18 Irregularitas ex caſuali homicidio non incurritur ſi præcedat culpa leuis, ſecus ſi lata.
19 Et hæc irregularitas impedit exercitium tam ordinum ſuſceptorum, quam ſuſcipiendorum.
20 Parentes tenentes in lecto infantem ſi ſequatur ſuffocatio an, & quando incurrant irregularitatem.
21 Equo currens ſi aliquem occidat, an & quando efficiatur irregularis.
22 In venatione ſi aliquis occidatur, an & quando incurratur irregularitas.
23 Ex homicidio commiſſo in ludo, an & quando incurratur irregularitas.
24 Irregularitas incurritur ex conſilio, auxilio, & mandato dato ad occidendum 25.
25 Etiam ſi mandatarius excedet fines mandati, puta ſi occidat, & mandatum ſit ad verberandum.
26 Ampl. etiam ſi mandatarius ſine conſilio eſſet facturus in dubio, ſecus ceſſante dubio.
27 Quid ſi re integra mandans, & conſulens reuocent mandatum, & conſilium.
28 Conſulens paratum ad occidendum, vt potius mutilet, & faciat minus malum non ſit irregularis.
29 Aſſiſtens armatus homicidio, vel homicidam aſſociens efficitur irregularis.
30 Pro vt etiam qui arma homicidæ accomodat.
31 Non incurritur ex ſola ratificatione homicidij.
32 Committens vel dans cauſam vt ſequatur abortus an, & quando efficiatur irregularis, ſi fœtus erat animatus 33. & quando dicatur animatus 34. & quid in dubio 35.
36 Præbens potionem ad inducendam ſterilitatem non efficitur irregularis.
37 Medicus Chirurgus, & ſimiles ſi eorum imperitia, & negligentia infirmus moriatur incurrunt irregularitatem, ſecus ſi non ſint in culpa 38.
39 Irregularitas incurritur ex homicidio à pluribus commiſſo ex præcedenti tractatu licet quis occiderit incertus ſit.
40 Incurritur ab omnibus ex homicidio cõmiſſo in rixa, licet vnum vulnus ſit lethale, ignoratur quis illum intulerit, ſi omnes vulnerauerunt.
41 Ita etiam ſi quis ex multiplicitate vulnerum à pluribus illatorum licet non lethalium moriatur.
42 Incurritur ab eo qui volens homicidium impedire non impedit, ſi tenetur proximum defendere ratione charitatis, & iuſtitiæ.
43 Amp. vt ita etiam diſtinguendum ſit cum eo, qui famelicum fame perire permittit.
44 Pro vt etiam de eo, qui reuelando non impedit homicidium.
45 Non incurritur ab homine non baptizato committente homicidium.
46 Non incurritur ab infante dormiente, & à furioſo, ſecus ſi habeat dilucida interualla.
47 Ab ebrio an, & quando incurratur.
48 Non incurritur ex homicidio facto ad neceſſariam defenſionem, etiam ſi prænenatur, & non expectetur prius percuti 49.
50 Et ſufficit quod ſit in periculo etiam mutilationis ad euitandam irregularitatem.
51 Limit. ſi excedatur moderamen inculpatæ tutelæ.
52 Et quid ſi ſe ſaluare, & fugiendo periculum euadere poſſit.
53 Limit. ſi ſe potuiſſet defendere cum minori læſione.
54 Irregularitas incurritur ab eo, qui occidit non pro ſuæ vitæ defenſione, ſed aliorum. Contrarium num. 55.
56 Non incurritur ab occidente furem pro defenſione rerum ſuarum Contrarium 57 Declara vt num. 58
59 Pro defenſione ſui honoris, ſeu pro iniuria verbali, & reali, & ex interuallo an, & quando incurratur irregularitas.
60 Incurritur ab eo, qui clamat contra furem vt capiatur ſi captus decapitetur, ſecus ſi clamauerit propter ſui corporis periculum.
61 Non incurritur ab eo, qui aliquem capi procurauit propter delictum non capitale, ſi propter alia delicta ſuſpendatur.
62 Diſpenſatio eſt neceſſaria etiam in homicidio caſualiter commiſſo.
63 Irregularitas defectu lenitatis incurritur à Iudicibus, & alijs, qui ſe criminalibus immiſcuerunt, vnde ſecuta fuerunt vltima ſupplicia.
64 Irregularitas ex defectu lenitatis perfectæ diſpenſari non poteſt ab Epiſcopo.
65 Irregularitas an incurratur ab hortantibus, & auxiliantibus condemnatum ad bene moriendum.
66 Et ſi hæc irregularitas ſit ſecreta, recurrendum eſt ad Sacram pænitentiariam.

ADNOTATIO V.

Irregularitas ex voluntario homicidio, an, & quando incurratur.

1 IRregularitas ex voluntario homicidio perpatrato regulariter incurritur, *cap. quod vero cap. Moyſes 32. quæſt. 2. cum alijs per Couar. in Clement. ſi furioſus par. 3. Speculat. in tit. de diſpenſat. 5. iuſta num. 7. verſ. alia realia, & num 39. & 45. Maiol. in tract. de irregularit. lib. 5. cap. 48. Garz. de benef. par. 7. cap. 11. poſt num. 8. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 4. punct. 8. num. 4. tom. 1. fol 557. March. Paul. Leon. in prax. ad liter. Maior. Pæniten. par. 3. de forma abſolut. & diſpenſat. in tit. de irregularit. verſ. crimina, quæ inducunt. fol. 347. Farinac. in prax.*

prox.crim. quaeſt.119. num.56. & in fragment. crim. par.2. verb.irregularitas num.403. fol.mihi 83. vbi allegat text.in cap.ſi quis omnem 1.quaeſt.7.cap. fin.de tempor.ordinat.& cap.miror.diſ 50.& extat decretum Concilij Trident ſeſſ.14.de reform.cap.7.

2 Homicidium voluntarium dicitur illud, quod intenditur ab agente, ſimpliciter, & directè, vel etiam indirectè, puta, ſi directè non intendatur in actu ſignato, ſed nihilominus cenſetur, & reputetur intentum in actu exercito, vt ſi aliquis percutiat, vel vulneret non animo occidendi, ſi ſequatur mors, per illum actum percuſſionis, cenſetur indirectè voluiſſe mortem, cum praemeditare potuit, quod non habebat ſtateram prae manibus, & ponderare ictus, Tol.in inſtruct.Sacerdotis lib.1.cap.72.ſub num.10.Bonacin. in tit.de irregular, diſ.7.quaeſt.4.punct.8. num.1. tom.1. fol.557. & tradunt DD.relati per Farinac.par.2.fragment. crim. in verbo irregularitas num. 404. fol. mihi 83. Farinac. par.2.fragment.crim. in verb. irregularitas n.408. & 411. vbi ampliat, quod efficitur irregularis qui

3 vulnerauit non lethaliter, & animo non occidendi, ſi vulneratus decedat, vel ex negligentia Medici, & illius mala cura, vel ob malum regimen ipſius infirmi, cum haec videntur fuiſſe per accidens, & ſolum attendatur quod percutiens fuit cauſa principalis, & propinqua mortis, Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib.7. cap.4. num. 16. in fin. prin. Thabien.in verb.irregularitas 3.§.6.poſt med.Nauar. in manual.cap.27.num.223. verſ. octauo in fin. idem Farinac.quaeſt.127. num.26. & in loco ſupra citato refert contrarium tenentes.

4 Amp.1.vt ex homicidio voluntario incurratur irregularitas non ſolum ab occidente aliquem Chriſtianum, ſed etiam ab occidente Saracenum, Paganum, Iudaeum, excommunicatum, Bannitum, publicos Latrones, & etiam ſi homicidium ſit iuſtum, & meritorium Speculat.in tit.de diſpenſ. §.iuſta num.45.verſ facto autem, Silueſtr. in verb. homicidium 1. quaeſt. & eodem verbo homicidium 3. quaeſt.2. ver.primum, vbi de Bannito, qui impune zelo iuſtitiae occidi poteſt. Maiol. in tract. de irregularit.lib 6.cap.48. num.2. verſ. quinimo, & ſi quis Tolet.in inſtruct. Sacerdot. lib.1.cap.27.verſ.ſine crimine Suarez.de cenſur.diſ.44.ſect 3.ſect.3. n.4.& ita dixiſſe Rot.coram corduba refert Garz.de benef par.7. cap.11. ſub num.8. Farinac. par 2 fragment. crim. in verb. irregularitas num.406.fol.mihi 84.

5 Amp.2.quod qui aliquid facit, aut dicit etiã ex pietate vnde acceleretur alicui mors, etiam quod alias moriturus eſſet, irregularis eſt, vt ſi quis praebeat aegroto aliquid cauſa pietatis, vel extrahat ſagittam in pectore infixam, vel vertat aegrotum in aliud latus, vnde celerius moritur Sayr.de cenſur.Eccleſiaſt.lib.6.cap.16.num.3.verſ.dixi vel citius late Auila eod tract.par.7 rub.de homicid.caſual.diſp. 6.ſect.1. dub. 8. Maiol. in tract. de irregularit. lib.5. cap.48.§.1. num.2. Specul. in tit. de diſpenſ. §. iuſta num.12. Farinac.par.2. fragment.crim. in verb. irregularitas num 510.fol.105.

6 Amp.3. vt licet irregularitas non incurratur ex homicidio ſubſecuto, ex eo quod quis rei licitae operam dabat, ſi is omnem adhibuit diligentiam ne homicidium ſequatur, tamen ſi non adhibuit talem diligentiam efficitur irregularis, & ratio eſt, quia quando fuit adhibita diligentia tale homicidium eſt inuoluntarium, & ſine vlla culpa, ſecus vero ſi talis diligentia non adhibeatur, Speculat.in tit.de diſpenſat.§. iuſta num.45.verſ. item etiam eſt, & in verſ. ſi autem caſu D.Thom. 1.2.quaeſt.73.art.8.& 2.2.quaeſt.64.art.8. Suarez. in tract.de cenſur.diſ.45.ſect.5.rub.de irregularit & homicid.caſual. n.1.& 2. vbi de communi Theologorum Canoniſtarum. & Summiſtarum ſententia Sayr. de cenſur, Eccleſiaſt.lib.7.cap.5.num 8.& 9.& 10.& ita declaraſſe Sac.Congreg. Concil. refert Garz. de benef. par.7.cap.11. num.53. Farinac. in 2.par. Fragment. criminal.in verbo irregularitas n.507.fol.mihi 104.

7 Ex homicidio enim caſuali incurritur irregularitas, vbi concurrit mortalis culpa, vt tradit Bonacin. in tit. de irregularit. diſ.7. quaeſt.4. punct.8. num.4.verſ.addo non ſolum tom.1.fol.mihi 557. Et licet non incurratur ab eo, ex cuius licita opera aliquod ſequatur homicidium, ſi omnem adhibuit, diligentiam ne homicidium ſequatur, ſecus tamen ſi hanc non adhibuit diligentiam quae ad effugiendam irregularitatem ſufficit vt ſit talis, quam quis adhibuerit, qualem conſiderata rei qualitate, perſonarum, negociorum, & temporis ad viri prudentis arbitrium adhibere debuiſſet, vnde non requiritur ſumma, & exacta diligentia, Sayr.de cenſur.Eccleſiaſt.lib.7.cap.6. nu.11. Farinac. per.2 fragment.crim. in verbo irregularitas num.511. fol.106.Bonacin.dicta diſ.7.quaeſt.4.punct.7.num.7.

8 Hinc eſt quod non incurritur irregularitas à praeceptore moderante diſcipulum corrigente, & verberante, etiam ſi mors deinde ſequatur, cum tunc dicatur dare operam rei licitae, ſecus ſi in huiuſmodi correctione modum excederet, vel ratione inſtrumenti ad inferendam necem opportuni, vel ratione loci, ſeu corporis partis, ſcilicet ſi in capite verberaret nam tunc incurritur irregularitas, ad text.in cap.Presbyterum vbi communiter ſcribentes extra de homicid. Maiol.in tract.de irregularit.lib.5.cap.48.§.3.num.12.verſ. ſed & ille Couar.in Clement.ſi furioſus par.2.§.4.num.5. de homicid, Suarez.de cenſur.diſ.46.ſec.2. rub. de irregularit. ex homicid.caſual. num.4. Sayr, de cenſur. Eccleſiaſt. lib,7.cap.6 num.2. Auila eod.tract. par.7. rub. de homicid.caſual.diſ.4.ſect.1.dub.3. Farinac. par.2. fragment.crim. in verbo irregularitas num.508. fol. 105. & faciunt tradita per eundem in quaeſt.105.num.113. & ſeqq.

9 Et propter eandem rationem neque contrahit irregularitatem, ille qui pulſat campanam, & abſque eius culpa eadem campana, aut illius tintinnabulum cadendo aliquem occidat, ſecus ſi eſſet in aliqua culpa, vt ſi non obſeruaſſet neceſſaria diligentia campanae colligaturam, praeuidendo quod cadere poterat. Couar. in Clement. ſi furioſus part.2.§.4 num.5.verſ.tertio de homicid. Maiol. in tract, de irregular. lib.5. cap.48. §.3. num.11. verſ.ille quoque cum alijs per Farinac. par.2.fragm. criminal.in verbo irregularitas num.509.fol.105.

10 Limit. ſupradictas ampliationes, vt irregularitas incurratur ab eo, qui dando operam rei illicitae praeter eius intenſionem aliquem occidat, vt de communi Iuriſtarum, & Summiſtarum ſententia teſtatur Sayr.de cenſur. diſ.45. ſect.6. num.1. Auila de irregularit. num.248. Couar. in Clement. ſi furioſus par.2.§.4 in prin.Nauar. in manual. cap.27. num.219.& ſeq.Sayr.de cenſur.lib.7. cap.5. num.12.

D.Thom.

D. Thom. 2.2. quæſt 73. art. 8. cum alijs per Farinac.
loco citato num. 513. & 514. vbi ampliat procede-
11 re etiam ſi ſufficientem adhibuerit diligentiam,
ne ſequatur homicidium, & *num.* 515. refert con-
trarium tenentes, & *num.* 516. diſtinguit quod
vbi homo dat operam rei illicitæ non tamen pe-
12 riculoſæ de ſe, & ex illa ſequatur mors, vt non
incurratur irregularitas, ſi debitam adhibuit di-
ligentiam, ne ſequatur homicidium, ſecus ſi da-
bat operam rei illicitæ, quæ de ſe ad homicidium
periculoſa erat, nam tunc ſecuto homicidio irre-
gularis remanet, licet debitam adhibuerit dili-
gentiam. *Suarez. de cenſur. diſ. 45. ſect. 6. num. 4. verſ.*
alij vero, & 5. 9. & plurib. ſequen. Sayr. eod. tract.
lib. 7. cap. 5. num. 12. & ſeq. & num. 14. & cap. 6.
num. 26. Auila eod. tract. par. 7. diſ. 6 ſect. 1. dub. 1. qui
ponunt multa exempla ſecundum dictam diſtin-
ctionem.

Dans vero operam rei illicitæ non dicitur
13 adhibuiſſe debitam diligentiam, niſi ab illicito
opere deſiſtat, ſecus ſi daret operam rei illicitæ,
licet periculoſæ ad mortem, ſi tamen raro ex ea-
dem mors contingat, quia tunc ſufficit debita
diligentia abſque eo, quod ab opera illicita ceſſet,
ſeu deſiſtat, vt in exemplis relatis per *Auilam in*
tract. de cenſur. Eccleſiaſt. par. 7. rub. de homicid. caſual.
diſp. 6 ſect. 2. verſ hinc ſequitur, & verſ ad primum ar-
gumentum, & verſ ſecunda regula Farinac loco citato
num. 518. 519 vbi ſubdit quod vlterius neceſſa-
rium ſit quod homicidium ex illicita opera ſe-
quatur tanquam ex cauſa proxima, ſecus ſi re-
mota.

14 Ex homicidio vero mere caſuali irregularitas
non incurritur, caſualia enim ſimpliciter loquen-
do, non ſunt intenta, & voluntaria, & ſic occi-
denti caſualiter nihil imputari poteſt, caſus enim
15 fortuitus eſt inopinatæ rei euentus, & propterea
ſi nulla culpa caſum præceſſerit nulla incurritur
irregularitas, cum talis euentus cogitari non po-
tuerit *cap ſignificaſti 1. cap. dilectus extra de homicid.*
cum alijs per Maiol. in tract. de irregularit. lib. 5. cap.
48. §. 3. num 1. Farinac. par. 2 fragm. crim. in verbo ir-
regularitas num. 524. fol 108.

16 Homicidium vero ad hoc vt dicatur caſuale,
nec dolus, nec vlla culpa interuenire debet ita vt
contingat præter intentionem, & voluntatem oc-
cidentis ſeu homicidio cauſam dantis, duplex ta-
men eſſe poteſt huiuſmodi homicidij ſpecies pri-
mo ſcilicet quod nullo modo ſit voluntarium nec
directè, nec indirectè, 2. quod ſit voluntarium
indirectè & per accidens, & hoc vocatur mixtum
ex voluntario ſcilicet, & caſuali *Farinac. loco cita-*
17 *to num* 525. & 152. & plura exempla homicidij
caſualis tradit *in tit. de homicid. quæſt. 126. n 1. & 2.*

18 Irregularitas igitur vt ex caſuali homicidio
incurratur, requiritur vt præcedat culpa præſer-
tim lata, ſecus ſi nulla præcedat culpa, vel ſaltem
ſi præcedat, ſit leuis, vt probat text. *in cap. Clerico*
iacente diſ. 50. & in cap. eos vero cad. diſtin. Maiol. de
irregularit. lib. 5. cap 48. §. 3. num 2. verſ vnde ex ma-
iori ratione Farinac. loco citato num. 528. & 529.
ſed ipſe *Maiolus* de leui culpa contrarium ſentire
videtur in loco citato.

19 Et ex homicidio caſuali quando contrahitur
irregularitas oritur impedimentum, vt non ſo-
lum quis non poſſit promoueri ad ordines, ſed
etiam vt in ſuſceptis miniſtrare nequeat. *Abb. in*
cap. dilectus num. 3. de homicid. Conar. in Clement. ſi
furioſus par. 2. §. 4. num. 11. in fin. eod tit. de homicid.
Suar. in tract. de cenſur. diſ. 45 num. 1. Sayr. de cenſur.
lib. 7. cap. 6. num. 32. qui reprobant eorum ſenten-
tiam, quod hæc irregularitas impediat tantum
ſuſceptionem ordinum, non autem exercitium
ſuſceptorum.

20 Irregularitas etiam incurritur à parentibus, &
nutricibus tenentes in lecto infantes, qui nocte
dum ipſi dormiunt ſuffocentur, quorum retentio
in lecto prohibetur propter probabile periculum
homicidij, vt in *cap. conſuluiſti 2 quæſt. 5. & cap.*
quæſitum de pænitentia, & remiſſione, & licet ſecun-
dum multorum Doctorum ſententiam, irregula-
ritas huiuſmodi non incurratur, primo ſi ex cir-
cumſtantijs, de quibus per eoſdem nulla veriſimi-
lis ratio periculis ſupereſſet, ſecundo ſi parentes
adeo inopes erant, vt ob frigus infantem lecto fo-
ueant, tamen ijs non obſtantibus, vbi adeſt cen-
ſura excommunicationis ab Epiſcopo fulminatæ
quod nihilominus hæc irregularitas non euitetur
tradit *Farinac. par. 2. fragment. crim. in verb. irregu-*
laritas num 522. & 523. vbi alios allegat.

21 Pro vt incurritur etiam ab eo, qui equo cur-
rens, & non valens illum retinere tranſeuntem
in terram proiecit, & occidit, ſi equitans parum
diligenter equi habenas cuſtodiebat, vel inutiles
ad cohibendum equum habebat, ſecus ſi adhibita
debita diligentia, debitiſque habenis equo adhi-
bitis inconſideratè, & imprudenter aliquis equi
frenum fregerit, ob id furens equus aliquem inter-
fecerit. *Couar. in Clement. ſi furioſus par. 2. §. 4. nu. 6.*
verſ. poſterior extra de homicid Sayr. de cenſur. Eccle-
ſiaſt. lib 7. cap. 6. num. 1. & 25. cum alijs per Farinac.
loco citato num. 92.

22 Venationis vero occaſione ſi contra venatoris
voluntatem ſequatur aliquod homicidium, an
incurratur irregularitas, & hoc caſu vel patratum
fuit à Laico, vel à Clerico, ſi à Laico operam
dante venationi periculoſæ ad mortem ſcilicet
adhibitis armis, & cum Clamore, pro vt eſt ve-
natio Aprorum non incurritur irregularitas, ſi
ſufficientem adhibuit diligentiam nè ſequatur
homicidium, quia laicis venatio non prohibe-
tur, Clericus vero efficitur irregularis etiam ſi
omnem adhibuit diligentiam ne illud ſequatur,
ſi venatio ſit de ſe periculoſa ad mortem, ſecus ſi
ſi venatio non eſt ad mortem periculoſa, & debita
adhibita fuerit diligentia, licet Clerico venatio
ſit prohibita ob honeſtatem, & decentiam. *Sayr.*
de cenſur. Eccleſiaſt. lib. 7 cap 6. num. 17. & 18. Auila
eod. tract. par 7. rub. de homicid. caſual. diſ. 6. ſect. 1.
dub. 1. verſ. primo ſequitur Suar. eod. tract diſ 45.
ſect. 6. num. 14 Farinac. loco citato nu 541. *& faciunt*
tradita per eundem in tit. de homicid. quæſt. 126.
num. 26.

23 Ita etiam ex homicidio commiſſo in ludo no-
xio ſcilicet periculoſo ad mortem, prout eſt ha-
ſtiludium, iactus lapidum, aut ludus, qui calci-
bus, & pugnis exercetur, incurritur irregularitas,
ſecus ex ludo non noxio, nec periculoſo, pro vt eſt
ludus pilæ, luctæ ſine armis, & ſaltationis,
dummodo tamen ludens adhibuerit omnem dili-
gentiam, ne ſequatur homicidium, *Maiol. in tract.*
de irregularit. lib. 7. cap. 48. §. 5. num. 2. verſ. autem di-

citur autem culpa, & num.3. vbi concludit, quod
hodie, occidens in ludo ſiue cum culpa, ſiue ſi-
ne, & ſiue noxio, ſiue non, debeat ſe abſtinere, &
non promoueri, donec cauſa plene cognita di-
ſpenſatio concedatur ex Concil. Trident. ſeſſ.14. de
reform.cap.7. Farinac.in 2.par.fragment.crim.in ver-
bo irregularitas num.540.

24 Amp. 4. principalem concluſionem, vt ex con-
ſilio, auxilio, & mandato dato ad occidendum,
homicidio ſecuto incurratur irregularitas, vt de
conſulente illicitè homicidium probatur ex cap.
perniciosè de pœniten. & in cap.ſi quis viduam, diſt.
50. in cap ſicut dignum §. Clericos de homicid. & in
cap.2.de Cleric. pugnant.in duello, & de cooperan-
te, vel quouis modo opem, & auxilium præſtan-
te, eſt text. in cap.ſicut dignum §.illi de homicid.&
25 ex mandato homicidio ſecuto, etiam quod mã-
datarius excedat, fines mandati, vt puta ſi illi
expreſsè ordinetur quod verberet, vel percutiat,
non autem vt occidat, nam ſi occidat, cum ſit
mandans in culpa contrahit irregularitatem, tum
quia hoc euenire poſſe excogitare debuerat tex-
tus eſt in cap.fin.de homicid. in 6. & late alijs copioſè
congeſtis tradit Farinac.par.2.fragment.crim.in ver-
bo irregularitas num 547. iunctis num.550. 564. &
568. Bonacin. & in tit.de irregularit. diſ.7. quæſt.4.
punct.8. à num.13. vſque ad 3 .tom.1.fol.576. To-
let.in inſtruction.Sacerdot.lib.2.cap.80. vbi de man-
dante, & in cap.81. in quo de conſulente.

26 Quod procedit etiam in conſulente homici-
dium alias ſine conſilio illud facturo in dubio, li-
cet ceſſante dubio, contrahatur irregularitas, dũ-
modo conſilium non augeat conſulto occidendi
voluntatem, vt late probat Farinac.loco cit.à num.
553. vſque ad 557. Sayr.de cenſur. Eccleſiaſt. lib.7.
cap.3.num.2. Auila eod.tract. par.7. rub. de homicid.
directè voluntario ſect.2.dub.3.in 5. concluſione in fi.
verſ.ſi autem omnibus penſatis faciunt tradita per
eundem Farinac.in tit.de conſultor. quæſt.129.n.140
& ſeqq.

27 Limit hanc ampliationem, vt conſulens ho-
micidium non efficiatur irregularis ſi re integra
conſilium reuocat, & reuocationem notificat, ſe-
cus ſi reuocationem non notificat, quod etiam
procedit in mandante, & de vtroque caſu cum
ratione diuerſitatis inter conſulentem, & man-
dantem docet Farinac.in par.2.fragment. crimin. in
verbo irregularitas num.558. vbi de conſulente, &
num.576 vbi de mandante cum pluribus ſeq. Sayr.
de cenſur. lib.7.cap. 3.num.4. & 5. Suarez. de cen-
ſur.diſp 44.ſect.3.num.11. & 12. Maiol.de irregular.
lib.5.c.48.§.2.n.3.in 5 amplias.

28 Limit.2. vt conſulens paratum ad occidendum
ne occidat, ſed potius mitius agendo mutilet, &
faciat minus malum non incurrit irregularitatẽ,
Suarez de cenſur.diſ.45.ſect. 3.num.1. in fin. verſic.
vnum vero caſum & num.2.3. & 4. Sayr. de cenſur.
lib.7.cap.3.num.13. vbi quod de hac concluſione
nulla ſit apud DD. difficultas Auila eod.tract.p.7.
rub.de homicidio directè voluntaria diſ.6.ſect.3 dub.
3. verſ. vnde inquirimus, & ſeq. Farinac. loco cita-
to num. 563.

29 Aſſiſtens armatus homicidio, vel homicidam
ad facinus perpatrandum aſſocians, efficitur ir-
regularis homicidio ſecuto, etiam quod mani-
bus ſuis nihil operetur Couar.in Clement.ſi furioſus
par.2.§.2.num.2. verſ. quatenus de homicid. Maiol.
de irregularit.lib.5.cap.48 § 4. num.1. Suar.de cenſ.
diſp.44. ſect.3.num.31. Sayr eod.tract.lib.7.c.4.n.11.
Garz.de benef.par.7.cap. 11. num.8.verſ. & eadem
irregularitas Farinac. par.2.fragment.crimin .in ver-
30 bo irregularitas num.565. & 566. vbi extendit ad
eum, qui ad occidendum arma occiſori acco-
modat.

31 Irregularitas vero non incurritur ex ſola ratifi-
catione homicidii, etiam quod homicidium
commiſſum ſit nomine ratificantis. Couar. in Cle-
ment. ſi furioſus par.2. §.1.num.4. de homicid. Al-
phonſ.Viual.in tract de irregularit.num.299.& num.
301. Suarez.de cenſur. diſ 44.ſect.3.num 24.& plu-
ribus ſequen. Sayr.de cenſur.Eccleſiaſt lib.7.c.4 n.17
& 18. Auila eod.tract p.7.rub.de homicid. rectè vo-
luntario diſ 6.ſect.2.dub.6. & reiectis contrarium
docentibus ab hac opinione non eſſe recedendũ
concludit Farinac.in par. 2.fragment.crim.num.580.
& faciunt item tradita per eundem in tit.de conſult.
qu.135.n.67. Bonacin.in tit de irregularit.diſ.7.qu.4
punct.8. num.42. tom.1.fol.579.

32 Amplia 5 principalem concluſionem, vt etiam
qui abortui cauſam dat incurrat irregularitatẽ,
vel percutiendo mulierem prægnantem iuxta
textum in cap. Moyſes 32. quæſt.2. vel cum ea lu-
dendo ludo noxio, ſecus ſi, gracili, & cum con-
ſanguineis, quibus permittitur cum ea ludere,
ſecus cum Clericis, quibus prohibetur ad text.in
cap.ſicut literarum cum ibi notatis per Doctores ex-
tra de homicid. vel ſi ſequatur ex inhoneſta cauſa,
vt puta ab eo, qui abortui cauſam dat, ex quo
mulierem prægnantem ad ſe venire ſollicitauerit
per loca periculoſa, vt per tecta domus, aut per
feneſtram, vnde abortum fecerit, ſecus ſi per
oſtium, aut viam planam introduxerit, vt alijs
relatis ſigillatim ſupradictos caſus comprobat,
Farinac.in par.2 fragment.crim. in verbo irregulari-
tas à num 438. vſque ad 441 fol.mihi 92. Auila in
tract.de cenſur.Eccleſiaſt par.7.diſ.6. ſect 3.dub. 3.
verſ.ex dictis ſequitur Suarez de cenſur.diſ.45.ſect.2.
n.5. Sayr de cenſur.lib.7.cap.0.n.16.

33 Limita procedere ſi fœtus erat animatus, ſe-
cus ſi non dum animatus, facit textus in c. Moy-
ſes 32. quæſt.2. D. Thom.2.2.quæſt.64.art.8.ad ſe-
cundum, Couar in Clement.ſi furioſus par.2.§.3.n.1.
de homicid. Suarez de cenſur.diſp 44.ſect.2. num.13.
vbi aduertit non obſtare Conſtitutionem Sixti V.
diſponentem irregularitatem intrare etiam ſi fœ-
tus non ſit animatus, cum correcta fuit & ad
terminos iuris redacta à Gregorio XIII. Sayr de
cenſur. lib.7.cap 1.num.12. & cap.2. num.5. Auila
eodem tract. p.7.diſ.6.ſect.4.dub.1. vbi de commu-
ni reprobato Maiolo contrarium dicente in tract.
de irregularitate lib.5.cap.48. § 1.num 1 & 4. Farin.
in par. 2. fragment crim.in verbo irregularitas n.442
34 & 443. vbi quod fœtus in maſculo dicatur ani-
matus poſt 40. dies, in fœmina poſt dies octua-
35 ginta, & num. 444 vbi quod in dubio debeat
quis ſe gerere pro irregulari.

36 Limit.2. vt præbens potionem, vel cibum
ad inducendam ſterilitatem in muliere, vel viro
ne generare poſſit, non incurrit irregularitatem
de vera, & recepta opinione teſtatur Farinac.loco
citato num.445. Nauar.in manual.cap.27. num.222.
Auila de cenſur. Eccleſiaſt. par.7.diſp.6.ſect.4.dub.2.

Sayr.

Sayr. eod. tract. lib. 7. cap. 3. num. 5. reprobato Maiol. in tract. de irregularit. cap. 48. §. 1. n. 3. verſ. ad hoc homicidij genus.

37 Amp. 6. vt irregularitas etiam incurratur à Medico, Chirurgo, venæ lectoribus Phlebotomantibus, ſi eorum imperitia, & negligentia infirmus moriatur, vel mors, & reſpectiuè mutilatio contingat, aut ſi ceperunt ægrotum curare, & poſtea deſerant, vel etiam ſi Medicus ex publico ſtipendiatus vocatus recuſet infirmum curare, vt latè comprobat *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. cap. 3. à nu. 1. cum ſeq. fol. 126. Farin. in par. 2. fragment. crim. in verbo irregularitas à num. 427. vſque ad 435. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 4. nu. 5. Suarez de cenſur. diſ. 47 ſect. 7. n. 1. & 2.*

38 Limitatur quidam non procedere ſi Medicus in nulla fuerit culpa ſubſecutæ mortis, omnemque ne ægrotus moriatur diligentiam adhibuit, *Maiol. de irregularit. lib. 2. cap. 12. rub. de Medicorum irregularit. num. 9 Sayr. de cenſur lib 6 cap. 6. n. 8.* vbi concludit, quod ad hoc vt medicus non teneatur morte infirmi tria exigantur primo,[1] vt ſit peritus in arte, 2. vt adhibeat omnem diligentiam ſecundum artis præcepta, 3 vt admoneat infirmum, vt præcaueat ab his quæ ſibi nocumento futura ſunt *Farinac. loco citato num. 436 & 437.* vbi quod Medicus non efficiatur irregularis ſi medicamenta ritè ordinauit, ſed Aromatarius ſi aliquid noxium intermiſcuerit, nam tunc ſolus Aromatarius ſecuta morte irregularis erit, tamen hæc ſententia laxior videtur, & contra praxim Romanæ Curiæ, quæ non admittit Medicos ad ordines abſque diſpenſatione Apoſtolica.

39 Amp. 7. vt irregularitas incurratur ex homicidio a pluribus commiſſo, etiam ſi quis occiderit incertus ſit, dummodo omnium præcedente tractatu, & conſilio ad hunc actum deuentum fuerit, cum omnes de occiſo teneantur, pœnaque ordinaria puniri poſſunt, ac proindè irregulares remanent *Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo irregularitas num 446.* & faciunt tradita per eundē *in quaeſt. 95. num. 72. & 73. Sayr de cenſur Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 4. num. 12. Auila eod. tract. par. 7. diſ. 6. ſect. 3. dub. 3. Bonac. in tit. de irregularit. diſ. 7. qu. 4. puncto 8. num. 29. tom 1.*

40 Amp. 8. vt irregularitas incurratur ex homicidio commiſſo in rixa etiam ab omnibus, qui vulnerauerunt, licet ex vulneribus illatis vnum tantum ſit letale, & neſcitur quis illum intulerit, ſed qui certo ſcit ſe non vulneraſſe tutus eſt in conſcientia, & irregularis non eſt, pro vt etiam ſi quis certo ſciret ſe non lætaliter, & animo non occidendi vulneraſſe ſed ſi quis dubitat, aut omnes dubitant ſe lætaliter vulneraſſe, in tali dubio tutius eſt in foro conſcientiæ ſe irregulares reputare, *Sayr. de cenſur. eccleſiaſt. lib. 7. cap. 4. num. 13. verſ. alij vero, & verſ. quando autem dubium Auila eod. tract. p. 7. diſp 6. ſect. 3 dub. 3. verſ. hinc ſequitur, & verſ. ſed quid quando plures Farinac. loco citato num. 429. & 450. Garz. de benef. par. 7. cap. 11. ſub num. 3. verſ quinimo quamuis bona*

41 Ita etiam irregularitas ex homicidio commiſſo in rixa incurritur ab omnibus, quando vulneratus ab omnibus, licet non lætaliter, obijt ex multiplicitate vulnerum, & non conſtet potius ex vno, quā ex alio vulnere obijſſe *Carrer. in pract. crim. in tit de homicid. §. 2. nu. 59. Couar. in Clement. ſi furioſus par. 2. §. 2. num. 4. verſ. quarto conſtituitur de homicid. Maiol. in tract. de irregularit. lib. 5. c. 4. 8 §. 4. rub. de opem præſtante homicid. nu. 7. ad fin. verſic. ex ijs conſequens eſt, & num. 8. Sayr. de cenſur lib. 7. c. 4 num. 14. Auila eod. tract. par. 7 diſp 6. ſect. 3. dub. 3. in fin. verſ. 5. concluſio Farinac. par. 2. fragment. crim. num. 451. fol. mihi 92. Bonac. in tit. de irregul. diſ. 7. q. 4. punct. 8. n. 30. tom. 1. fol. 578.*

42 Ampl. 9. vt irregularitas incurratur ab eo, qui videns aliquem vulnerari, & occidi valens homicidium impedire non impedit, ſi tenetur proximum defendere non ſolum ratione charitatis, (pro vt omnes proximum ſuum defendere tenentur quando commodè poſſunt) ſed etiam ratione iuſtitiæ, vt contingit in filijs, famulis, ſeruis, vxore, ſubditis, publicis officialibus, alijſque ſimilibus vel ratione obligationis ſtipendij, vel iuramenti, ſecus autem ſi quis tenetur tantum ratione charitatis, *Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 5. num 2. & ſeq.* vbi ſubdit, quod quando ratione iuſtitiæ proximum defendere tenetur, non intelligatur, vt debeat eripere à morte, ſed ſufficiat agere, quidquid adiuuando verbo, vel facto facere poteſt, vt mors euitetur *Tiraquell. de pœnis temperan. caſ. 44. num. 13. Suarez de cenſur. diſ. 45. ſect. 4. num. 3. & 5. & 6. Sayr. eod tract. lib. 7. cap. 4. nu. 3. & 4. Auila eod. tract. par. 5. diſp. 6. ſect. 2. dub. 7. verſ. inter has opiniones Farinac loca cit. num. 459. &*

43 462. vbi ita etiam diſtinguendum ſit cum eo, qui fameſcentem fame perire permittit & n. 456.

44 vbi quod cum eadem diſtinctione iudicandum ſit cum eo qui ſcit homicidium committendum illud reuelando non impedit latè *Bonac. in tit. de irregular. diſ. 7. q. 4. punct. 8. num. 37. & ſeq.*

45 Limit. verò principalem concluſionem, vt irregularitas non incurratur ab homine non baptizato, etiam ſi proprijs manibus alium interficiat, iuxta textum in *cap ſi quis poſt baptiſmum 51. diſtin. cap. ſi quis viduam 50. diſt. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib. 6. cap 16. num. 2. Auila eod. tract. par 7. diſ. 5 ſect. 1. in princ Bonac. in tit. de irregular. diſ. 7. q. 4. punc. 8 num. 4. fol mihi 557.*

46 Limit. 2. vt irregularitas non incurratur ex homicidio patrato ab infante dormiente, etiam doli capace, & furioſo, durante furore, ſecus ſi habeat dilucida interualla, & tempore ſanæ mentis occidat, aut mutilet *per textum in Clement. 1. de homicid.* per quem textum, quod attinet ad furioſum corrigi videtur *text. in cap. ſi quis inſaniēs & ſeq. 15. q. 1.* vbi dicitur Clericum in furore occidentem non peccare, ſed officium exercere non poſſe, *Auila de cenſur. Eccleſiaſt. par. 7. rub. de homicid. caſual. diſ 6. ſect. 1. dub. 12. Couar. in Clement. ſi furioſus par. 3. in princ Sayr. de cenſur. lib. 6 cap. 17. num. 29. 32. & 33. Bonac. in tit. de irregul. diſ. 7. qu. 4. puncto 7. num. 5 tom. 1. fol. 572. late Farinac. in par. 2. fragment. crimin. in verbo irregularitas à n. 417. vſque ad num. 420. & quaeſt. 92 num. 46. & q. 94. n. 26.*

47 Limit. 3. vt irregularitas non incurratur ab ebrio, ſi in ebrietate aliquem occidat, dummodo non ſe inebriaſſet data opera, vel niſi eſſet ſolitus in ebrietate arma ſumere, & homines percutere, *Suarez de cenſur. diſ. 45 ſect. 1 num. 12. verſic. nam communis Sayr. eod. tract. lib. 6. cap. 17. num. 33. verſ ſecunda opinio* vbi de verior, & ratio eſt,

quia

quia ebrius durante ebrietate caret vſu rationis, *Bonac. in tit. de irregul. diſ. 7. quaſt. 4. punct. 7. num. 4. tom. 1. fol. 572.*

48 Limit. 4. vt irregularitas non incurratur ab eo, qui hominem occidit ad ſui neceſſariam defenſionem, tum de iure, antiquo, & nouo, tum vigore Concilij Tridentini, etiam ſi cum odio homicidium perpatrauerit, nam licet ex dicti Tridentini decreto requiratur diſpenſatio, intelligi debet de homicidio patrato cum aliqua culpa, & exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ *Nauar. in conſ. 36. in tit. de homicid. Auila de cenſur. Eccleſiaſt. par. 7. diſp. 5. ſect. 3. dubio 1. verſ. loquendo de iure nouo benè Suarez. eodem tract. diſ. 46. ſect. 1. n. 3. Sayr. eod. tract. lib. 6. cap. 17. num. 10.* vbi teſtatur ita declaraſſe Sacram Congregationem Concilij de anno 1588. vbi etiam ſubdit quod Concilium intelligi debeat in dubio, vbi ſcilicet dubitatur an homicidium commiſſum fuerit ad neceſſariam defenſionem, an vero cum aliquo exceſſu, & culpa, nam tunc eſt neceſſaria diſpenſatio, ſecus quādo conſtat de neceſſaria defenſione, & de non exceſſu late *Farinac par. 2. fragment. crim. in verbo irregularitas num. 472. 473. vſque ad 476.* vbi hoc
49 procedere, etiam ſi aliquis inimicum occidat præueniendo, & non expectando ſe ab illo percuti, pro vt contingit ſi videret inimicum contra ſe venientem euaginato gladio.

50 Et ad euitandam irregularitatem ſufficit, vt quis ſit conſtitutus in periculo mutilationis alicuius membri, licet in periculo mortis non ſit conſtitutus, *Nauar. conſ. 31. in tit. de homicid. & in manual cap. 15. num. 3. Suarez in tract. de cenſur. diſ. 46. ſect. 2. num. 2. Nauar. in manual. cap 17. num. 211. Sayr. de cenſur. lib 6. cap. 7. num 3 & 4 cum alijs per Farinac. loco citato n. 480. fol. mihi 99.*

51 Sublim. non procedere in excedente moderamen inculpatæ tutelæ, *Suarez de cenſur diſput. 46. ſect. 1. num 7. Auila eod. tract par. 7. diſ. 5. ſect. 3. diſ. 2. Sayr. eod. tract. lib. 6. cap 17. num 7. Farinac. loco cit. num. 481. & quaſt. 120. num 418.*

52 Sublim. 2. vt irregularitas incurratur ab eo qui aggreſſorem occidit cum ſe ſaluare, & ab omni periculo ſe defendere potuiſſet fugiendo, ſiue ſumus in Clericis, ſiue in Laicis, ſecus ſi fuga eſſet ignominioſa, vel in ea adeſſet periculum caſuræ, vel periculum ne à tergo ab inimico velocioris curſus vulneretur, *Sayr. de cenſur lib. 6. cap. 17. num. 16. Suarez de cenſur. diſp. 46. ſect. 1. num. 4. 5. & 6. Couar. in Clement ſi furioſus par. 3. § vnico num. 4. cum alijs per Farinac. par. 2. fragment. crimin. num. 496 vſque ad 499. & 506.* vbi quod pariter
53 incurratur ab eo, qui aggreſſorem mutilat, cum poſſit mortis periculum euadere, & ſe defendere cum minori læſione, vt puta vulnerando, idem ſi occidit, cum poſſit mutilando ſe defendere, vt tradit etiam *Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 48. num. 6. verſ. ſecunda declaratio Suar. de cenſur. diſp. 46. ſect. 1. nu. 8. Auila de cenſur. par. 7. diſp. 5. ſect. 3. dub. 2. verſ. tertia concluſio.*

54 Sublim. 3. vt irregularitas incurratur ab eo, qui alium occidit non pro ſuæ vitæ defenſione, ſed aliorum tradunt *Doctores relati per Farin. p. 2. fragment. crim. in verbo irregularitas n. 487.*

55 Contrarium, quod non incurratur, præſertim ſi inſultatus fuerit aliquis ex illis, quos, quis defendere tenetur, non ſolum ex charitate, ſed etiā ex præcepto iuſtitiæ, ſeu obligatione *Couar. in Clement. ſi furioſus par. 3. §. vnico num. 5. de homicid. Viuald. in tract. de irregular. num. 228. Suarez de cenſur. diſ. 46. ſect. 3. per tot. Sayr. de cenſur. lib 6. cap. 17. num. 21. verſ. ſecunda opinio Auila de cenſur. par. 7. diſ. 5. ſect. 3. dub. 4. verſ. denique quantum, vbi ex Panormit.* ſubdit, quod licet probabile ſit dicere quod non incurratur irregularitas ab eo, qui occidit, puta inuaſorem Patris ſui filij, vel vxoris, probabilius tamen ſit dicere quod iſte occiſor irregularis remaneat priuilegium autem defenſionis de quo in *Clement. ſi furioſus* videtur quod ad ſe tantum reſtringatur non autem ad defenſionem propinquorum *gloſ. in Clem. 1. in vltima gloſ. per illum textum de homicid.*

56 Sublim 3. in eo, qui occidit puta furem pro defenſione rerum ſuarum, & ſi aliter eas recuperare nequeat, vel pro ſui honoris defenſione, quē aliter defendere, & conſeruare non poteſt, niſi occidendo eum, qui ignominiam infert, vt tradunt DD. relati *per Farinac. loco cit. n. 489.*

57 Contrarium de veriori affirmauerunt *Sotus, Fortunius, Garzias, Couar. Petrus Nauar. & Caietan. relatis per Gregor Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib. 6. cap 17. num. 21. Auila eod. tract. par. 7. diſp. 5 ſect. 3.*
58 *dubit* 4. non tamen à communi recedendum eſſe exiſtimat *Farinac par. 2. fragment. criminal nu. 490. verſ. ego tamen fol. mihi* 101. niſi agatur (vt ipſe ſubdit) de defenſione bonorum temporalium magni momenti, vel niſi etiam fur mihi exiſtenti in magna neceſſitate, raperet id, quod actu eſt neceſſarium ad vitæ ſubſtentationem, nam tunc defendendo panem dicor defendere vitam, & ſic concludit quod his duobus caſibus irregularitas non incurratur ab eo, qui inuaſorem rei ſuæ, cum aliter eam defendere nequeat occidit *ex Suarez, Sayr. & Auila in locis per eum relatis.*

59 Pro defenſione vero honoris abſque dubio irregularitas incurritur ab eo, qui occidit inferentem ſibi iniuriam verbalem, vel etiam ex interuallo, & poſt illatam iniuriam, cum ijs caſibus non videatur ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, ſed quod non incurratur ab eo, qui occidit ſibi inferentem iniuriam realem, quæ notabilem infamiam irrogat, pro vt eſt alapha, aut percuſſio virgæ, vel arundinis, vt voluit *Suarez de cenſur. Eccleſiaſt. diſ 46. ſect. 2. n 6. ante finem, ita Farinac. loco citato num. 491.*

60 Sublim. 4. vt irregularitas incurratur ab eo, qui clamat contra furem, aut alium malefactorem, vt capiatur, ſi captus ab alio occidatur, vel à Iudice decapitetur, ſi clamauit, aut percuſſit animo, vt occidatur, vel potuit prævidere quod ex clamore, vel alio actu poſſit ſequi homicidium, niſi fortè faciat propter ſui corporis periculum, *Speculat. in tit. de diſpenſat. §. iuxta nu. 39. ad med. verſ. ſed ſi inſiſteret, & num. 45. ac 50.* vbi
61 quod irregularitas non incurratur ab eo, qui procurauit propter delictum, non capitale aliquē capi, licet propter alia delicta à procurante non præuiſa deinde ſuſpendatur, *Farinac. loco citato num. 492.*

62 Eſt autem animaduertendum, quod quamuis homicidium appareat caſuale, adhuc tamen petenda ſit diſpenſatio à Summo Pontifice, non obſtan-

obſtante quod homicidium abſque culpa ſit perpatratum, tam ad ordines, quam ad beneficia, & dignitates, adeo vt ſi quis poſt tale homicidium ordines ſuſceperit, vel in ſuſceptis miniſtraret, non habita declaratoria, eſſet ſeuerè puniendus, ita *Maiolas de irregularrit. lib. 5. cap. 48. relat. per Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 5. cap. 1, num. 10. fol. 122,*

63 Irregularitas vlterius incurritur defectu lenitatis perfectæ, quæ contrahitur ab ijs, qui poſt baptiſmum in cauſa ſanguinis fuerunt Prætores, Iudices, Aſſeſſores, Aduocati, Procuratores, Notarij, Officiales, Teſtes, Scriptores, vel legentes, ſeù Lectores ſententiæ ſanguinis, aut alias ſe criminalibus immiſcuerunt in illiſque tulerunt ſententias, ex quibus ſecuta fuerunt vltima ſupplicia, vel mutilationes membrorum, vndè egent diſpenſatione ad ordines, & beneficia, *cap. Clerici, cap. ſententiam ſanguinis ne Cleric. vel Monac. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 2. cap. 8. nu. 31. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 5. cap. 2,*

64 *num. 3. & 4.* vbi quod Ordinarius in hac irregularitate diſpenſare non poſſit, & Doctores contrarium docentes, quod deuiant à praxi Romanæ Curiæ,

65 Ac proinde quod Clerici, Presbyteri, & Sodalitates, qui opera charitatis exercent hortantes, & auxiliantes condemnatos ad bene moriendum, quod debeant petere à Summo Pontifice diſpenſationem de non incurrenda irregularitate & abſolutionem quatenus incurſa fuerit, in huius charitatis actus exercitio, ad tollendum, & remouendum omne ſcrupulum, præcipuè ſi dederint ſignum carnifici, poſt diſpoſitum condemnatum ad bene moriendum, vt teſtatur de praxi *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib. 5. cap. 2. num. 6. 7. & 8.*

66 vbi quod ſi ſit occulta huiuſmodi irregularitas recurrendum ſit ad Sacram Pœnitentiariam.

SVMMARIVM.

1 Irregularitas incurritur propter membri mutilationem.
2 Incurritur ab eo, qui ſe ipſum mutilat, ſiue ob indignationem, ſiue ad euitandum peccatum.
3 Incurritur ab eo, qui abſcindit maiorem membri partem.
4 Non incurritur ab abſcindente membrum, quod non pertinet ad integritatem corporis.
5 Nec incurritur ab abſcindente membrum, quod eſt tantum ad ornatum, & non habeat per ſe propriam, & diſtinctam operationem ab alijs. Contrarium nu. 6.
7 Non incurritur ab abſcindente auriculam. Contrarium n. 8.
9 Incurritur ab abſcindente mammillam alicuius fœminæ.
10 Irregularis non efficitur, qui debilitat alterius membrum. Limita vt nu. 11.
12 Nec efficitur irregularis, qui reddit aliquem cæcum, vel claudum abſque membri abſciſſione.
13 Nec incurritur ex detruncatione membri aridi, ſecus ſi abſcindatur membrum viuum.
14 Neque incurritur ex vulneribus illatis cum magna ſanguinis effuſione.
15 Non incurritur ab eo, qui mutilat cadauer, etiamſi mutilet per ignominiam, & indignationem.
16 Contraria ſententia refertur, vbi quod etiam incurratur cauſa faciendi anathomiam.

ADNOTATIO VI.

Irregularitas an, & quando incurratur propter membri mutilationem.

1 IRregularitas incurritur non ſolum propter homicidium, ſed etiam propter membri mutilationem, *Clement. 1. de homicid. & ibi gloſſ. in verbo mutilet Couar. in Clem. ſi furioſus par. 3. in prin. num. 8. verſ. deinde de homicid. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 50. nu. 1. in fin. verſ qui vero mutilat Suar. in tract. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 3. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 15. num. 1. Auila eod. tract. par. 7. diſp. 5. ſect. 1. in princ. verſ. quarto ſupponendum eſt, Specul. in tit. de diſpenſat. §. iuxta num. 7. verſ. idem eſt ſi ſequitur Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. q. 4. punct. 8. num. 5. tom. 1.*

2 Amp. vt irregularitas incurratur ab eo, qui ſe ipſum mutilat, ſiue per indignationem, ſiue ad euitandum peccatum, vt ſi quis ſe ipſum caſtret ad ſeruandam caſtitatem, *cap. ſiquis abſciderit, cap. is qui diſ. 55.* & ratio eſt, quia nemo eſt ſuorũ membrorum dominus, *Nauar. in manual. cap. 27. n. 219. §. 3. verſ. ſeipſum Alfonſ. Vinald. in tract. de irregular. num. 201. Maiol. eod. tract. lib. 5. cap. 48. in princ. nu. 5. verſ. nam & ſi quis, & cap. 50. num. 1. Suarez de cenſur. diſ. 44 ſect. 2. num. 10. Sayr. eod. tract. lib. 7. cap. 1. num. 7. Auila eod. tract. par. 7. diſp. 3. dub. 1. verſ. ſed petis, & ſeq.*

3 Amp. 2. vt abſcindens maiorem membri partem, puta totam ferè manum fiat irregularis, quando pars, quæ remanet exigua eſt, cum hic moraliter cenſetur membrum abſcindere, vt ex *Suarez, Molin. & Fillinccio tradit Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 4. punct. 8. num. 9. tom. 1. fol. mihi 576,*

4 Limit. 1. vt irregularitas non incurratur ab eo, qui alteri abſcindit membrum, quod non ad integritatem, & conſiſtentiam totius integri corporis pertinet, ſed tantum ad decorem, & ornatum, prout ſunt capilli capitis, mentum, barba, & dentes, ſecundum communem omnium opinionem, de qua *Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 50, num. 3. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 15. nu. 11. Farinac. par. 2. fragment. crimin. in verbo irregularitas num. 585. fol. mihi 119.*

5 Limit. 2. vt nec incurratur irregularitas ex abſciſſione membri, quod licet ad corporis ornatum, decorem, integritatem, & perfectionem ſpectet, non habet tamen propriam, & per ſe diſtinctam operationem ab alijs, ſed coniunctam & acceſſoriam cum aliqua participatione, pro vt eſt digitus pedis, vel manus, qui non habent diſtinctam operationem, & ſuum peculiare actum, vt propriè membrum dici poſſit, prout ſunt oculi ad videndum, pedes ad ambulandum, lingua ad loquendum, manus ad palpandum, nares ad odorandum, *Couar. in Clement. ſi furioſus par. 3. in princ. num. 8. de homicid. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 50. num. 2. Sayr. de cenſur, lib. 6. cap. 15. num. 13. & 14. Auila eod. tract. par. 7. diſ. 5. ſect. 1. dub. 1. Iacob. de Craſſ. lib. 2. ſuarum Deciſionum cap. 62. num. 4. Farinac. par. 2. fragment. criminal. in verbo irregularitas nu. 587. Bonacia. in tit. de irregular. diſ. 7. q. 4. punct. 8. num. 8. tom. 1. fol. 576.*

Con-

9 Contrarium tenet *Calet. 2. 2. quæſt. 65. art. 1. Sot. lib. 5. de iuſtitia qu. 2. art. 1. Suarez de cenſur. diſp. 44. ſect. 2. num. 8.*

7 Limit. 3 vt irregularitas non incurratur in abſciſſione auriculæ, cum auricula ſit quædam cartilago, ad ornamentum auris, non tamen neceſſaria ad auditum, *Couar. in Clem. ſi furioſus par. 3. initio relect. n. 8. de homicid. Nauar. in manual. cap. 27. nu. 233. verſ ſeptimo infertur Lapez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 49. Lit. D. verſ. deducitur etiam Farinac. par. 2. fragment. criminal. in verbo Irregularitas nu. 590. & 592.* vbi quod ab hac ſententia non ſit recedendum, niſi forſan auricula non fuiſſet abſciſſa in pœnam culpæ, vel perforata, nam tunc qui ſic in pœnam abſciſſam habet auriculam, poſſet reputari irregularis ratione infamiæ.

8 Contrarium tenet *Maiol. in tract. de irregularit. lib. 1. cap. 25. num. 5 lib. 5. & cap. 50. num. 6. verſ. ille etiam Suarez de cenſur. diſ 44. ſect 2. num. 9.* ea ratione, quia auricula multum præſtat ad ornatum auditus, & quia talis abſciſſio inducit notabilem deformitatem.

9 Abſcindens vero mammillam alicuius fœminę irregularitatem incurrit, quia eſt membrum principale, habens ſuum proprium determinatum vſum independenter ab alijs membris, *Bald. in l. data opera num. 75. C. qui accuſar. non poſſ. Felin. in cap. cum illorum num. 3. de ſent. excommun. Suarez de cenſur. diſ. 44. num. 9. in fin. verſ. ſolet etiam Sayr. eod. tract. lib. 6. cap. 15. num. 18. Farinac par. 2. fragment. criminal in verbo irregularitas num 591. fol. 120.*

10 Limit. 4. vt irregularis non efficiatur, qui alterius membrum debilitat, aut inutile facit, puta per inciſionem neruorum, etiam quod illud reddat inhabilem ad vſum ordinum, quia in iure tantum abſciſſio, & non debilitatio eſt determinata ad incurrendam Irregularitatem *argument. Textus in cap. ſicut vrgeri 1 quæſt. 1. Felin. in cap. cum illorum num. 11. de ſent. excomm. Aufer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 207. Couar. in Clem. ſi furioſus par. 3. in princ. relect. num. 9. Tolet. in inſtruct Sacerdot. lib. 1. cap. 27. § mutilans verſ. ſecundo Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 50. num. 7. verſ irregularitas tamen, Suar. de cenſur. diſp. 44. ſect. 2. num. 5 Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 15. num. 6. vbi de veriori Auila eodem tract. par. 7. diſ. 5. ſect. 1. dub. 2. verſ. ſit concluſio, Farinac. par. 2. fragment. criminal. num. 594. fol. 120. Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 4. punct 8. num. 6. to. 1. fol. 576. contra Maiol. & alios apud Sayrum, & Suar. & Farinac. num. 596 in locis ſupra citatis,* vbi quod

11 hæc contraria ſententia procedere poſſit in eo, qui puta membrum occultum ita lædit, vt ex vi læſionis omninò areſcat, & ſiccetur, cum hoc caſu huiuſmodi areſcentia æquipolleat abſciſſioni.

12 Limit. 5. vt non efficiatur irregularis, qui reddit aliquem cœcum, non eruendo illi oculum, aut qui claudum aliquem reddit, abſque membri mutilatione, & ita de communi DD. ſententia eſſe *Molina tom. 4. diſ. 68. tradit Bonacin. in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 4. punct. 8. num. 7. tom. 1. fol. 576.*

13 Limit. 6. vt irregularitas nec etiam incurratur ex detruncatione membri aridi, ideſt mortui, cum non ſit talis truncatio corporis humani mutilatio, ſecus ſi truncaretur membrum vicinum licet debile, vel inutile, ad ſuum miniſterium, *Auila de cenſur. Eccleſiaſt. par. 7. diſ 5. ſect. 1. dub. 2. ad fin. verſ. ſequitur ſecunda Suarez de cenſur. diſ. 44. ſect. 2. num. 11. verſ. At vero Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo irregularitas num. 597.*

14 Limit. 7. vt neque irregularitas incurratur ex magna ſanguinis effuſione etiam ex multis vulneribus cauſata, ſecundum *Abb. in cap. 1. num. 8. qui Clerici, vel vouentes, Nauar. in manual. cap. 27. num. 223. Suarez de cenſur. diſ. 44. ſect. 2. num. 6. Auila de cenſur. par. 7. diſp. 5. ſect. 1. dubitat. 2. in fin. Fariaac. loco citato num. 598.*

15 Limit. 8. vt nec etiam incurratur ab eo, qui mutilat cadauer, etiam ſi per indignationem, vel ignominiam ipſi mortuo membrum abſcindat, tum quia hæc non dicitur hominis mutilatio, tum quia hæc irregularitas non eſt expreſſa in iure, *Archidiac. in cap. ſi quis 15. quæſt. 1. & in cap. periculosè de pœnit. diſt. 1 Couar. in Clement. ſi furioſus par. 2. in princ. num. 1. de homicid. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 15. nu. 9. verſ. ſecus autem Farinac. fragment. crim. par. 2. num. 599. Bonacin in tit. de irregularit. diſ. 7. quæſt. 4 punct. 8. num. 10. tom. 1. fol. 576.*

16 Contrarium tenet *Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. § 6. num. 8. & ſeq. & cap. 50. num. 8.* vbi tenet quod incurratur hoc caſu irregularitas, etiam ſi fiat pietatis cauſa, vt cauſa faciendi anatomiam, ac proinde ſubdit anathomiſtas non eſſe admittendos ad ordines ſi manu ſua inciderint, ſed à prima opinione non eſſe recedendum ſubdit *Fariaac. num 600. in fin.* cum *Maiolus* loquatur ſine iure, & ratione, vt etiam teſtatur *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 15. num. 8. in fin.*

PRÆNESTINA TESTAMENTI.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum an ſit ad pias cauſas non ex legatis, ſed ex hæredis inſtitutione deſumitur, vel ex ipſis legatis, ſi conſiſtat tantum in legatis pijs, vel abſorbeant maiorem partem hæreditatis, imperfectum ratione ſolemnitatum ſubſtinetur ad pias cauſas, ſecus ratione voluntatis, quæ imperfectio, ex quibus deducatur, prolixè oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 Teſtamentum an ſit ad pias cauſas non ex legatis, ſed ex hęredis inſtitutione deſumitur.

2 Legata pia non debentur ſi hęreditas ex eodem Teſtamento adiri nequeat. Contrarium nu. 3. remiſſiue.

3 Teſtamentum dicitur ad pias cauſas, ſi legata pia relicta abſorbeant maiorem partem bonorum Teſtatoris, & nu. 4.

5 Vel ſi contineat tantum legata pia etiam abſque hæredis inſtitutione ſubſtinetur.

6 Imperfectum ratione ſolemnitatum ad pias cauſas, & inter liberos ſubſtinetur. nu. 11.

7 Voluntas Teſtatoris non dicitur perfecta, dum Teſtator tractauit de præparatione ſui Teſtamenti, & non verſatur circa actum ipſum teſtandi, ſed ſolum voluntatem in pręparatione declarauit.

8 Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur neque inter liberos, neque ad pias cauſas.

9 Nunquam dicitur abſolutum niſi conſtet de voluntate Teſtatoris concluſiue, completa plenè enunciata, & declarata.

10 Nec integrè cenſetur Teſtatorem expreſſiſſe ſuam voluntatem, niſi conſtet non vltra voluiſſe aliud diſponere, addere, vel minuere.

Teſta-

12 Teſtamentum ad pias cauſas non eſt fauorabile, niſi conſtet conditum fuiſſe.
13 Teſtamentum ad pias cauſas fauorabiliter ſubſtineri debet, nec per apices iuris diſputandum.
14 Limit. procedere dummodo non recedatur à regulis iuris, & venientibus ab inteſtato non fiat iniuſtitia. n. 15.
16 Teſtis habens intereſſe in cauſa nihil probat.
17 Teſtamentum ad pias cauſas probari debet per duos Teſtes de iure canonico, ſecus de iure ciuili. nu. 18.
19 In Teſtamento ad pias cauſas ceſſat ſuſpicio falſi.

DECISIO XC.

Vincentius Roſicarellus agnoſcens grauiſſima, ac periculoſa corporis ægritudine, vexari anceps de ſalute, ſuum vltimum elogium condere diſpoſuit, vocato igitur ad hunc effectũ Notario, eidem cœpit ſuam aperire voluntatem de inſtituendo ſuas vniuerſales hæredes Angelam ſororem, & Franciſcam vxorem, & iure legati relinquendi ſcuta centum Venerabili Eccleſiæ Cathedrali Diui Agabiti, & ſcuta decem Eccleſiæ Sancti Hieronymi, & totidem nonnullis alijs Eccleſijs Prænestinę Ciuitatis, interea cum præfata Franciſca ſe oppoſuerit, recuſans hæredem inſtitui, ac inſuper redarguens virum, quod non haberet dictas pecuniarum ſummas dictis Eccleſijs relinquendas, Vincentius obmutuit, nec vlterius Teſtamenti celebrationem proſequi curauit, vnde Notarius non redacta eius voluntate ad ſcripturam, non vocatis Teſtibus, nulloque alio actu pro Teſtamenti validitate permiſſo receſſit.

Poſt obitum dicti Vincentij fuit coram me pro parte Rectorum dictarum Eccleſiarum introductum iudicium pro conſecutione præfatorum legatorum. Vnde diſceptatum fuit, An dictum Teſtamentum dici poſſit ad pias cauſas, & perfectum ratione voluntatis ad effectum conſequẽdi dicta legata, & negatiua præualuit reſolutio, nam quoad primam dubij partem non conſtat Vincentium teſtare voluiſſe ad fauorem piæ cauſæ, ſed ad fauorem propriæ Coniugis, & ſororis in nihilo refragante habuiſſe etiam volunta-
1 tem condendi ſupradicta legata pia, quia Teſtamentum an ſit ad pias cauſas] non ex legatis, ſed ex hæredis inſtitutione deſumitur, iuxta vulgatam regulam, quod Teſtamentum conſiſtat in hæredis inſtitutione, & non in legatis, *l. 2. §. fin. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. Teſtam. & docet Salyc. in Auth. caſſa nu. 7. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ferentil. in addit. ad Buratt. deciſ. 475. ſub nu. 17. & pulchrè dixit Rot. deciſ. 155. num. 7. de Teſtam. coram Caſ. de Graſſis.*

2 Ac proinde ſi ipſa diſpoſitio non ſit ad pias cauſas, neque debet gaudere priuilegio piæ cauſæ, adeo vt ſi non ſubſtineatur inſtitutio hæredis, & hæreditas ex eodem Teſtamento adiri nequeat, legata pia non debentur, ita ex *Salicet. Alex. Iaſ. ſubdit idem Cæſar de Graſſis dicta deciſ. 155. nu. 9. de Teſtam.*

3 Et quamuis non deſint aſſerentes, quod legata pia non corruant inſtituto extraneo ex Teſtamento imperfecto, quia vltra quod controuertitur inter Doctores articulus, veritas eſt, quod Teſtamentum dicitur ad pias cauſas, quando ipſa legata pia in eodem relicta abſorbeant maiorem partem bonorum Teſtatoris, eiuſque hæreditatis inſpecto effectu ad ſubſtinendam imperfectam diſpoſitionem abſque ſolemnitatibus, alias ſecus vt notabiliter firmauit *Rota dicta deciſ. 155. nu. 16. de teſtam. coram Caſ. de Graſſ. & animaduertit Ferentil. in addit. ad Burati. deciſ. 475. nu. 18.*

4 Et ratio eſt, quia aliter omnia Teſtamenta eſſent ad pias cauſas, cum regulariter quodlibet Teſtamentum contineat aliquod legatum pium, ita *Diana reſol. moral. par. 7. tract. de teſtam. priuil. reſol. 1.* vbi alios allegat.

5 Vel tunc valere poteſt Teſtamentum ad pias cauſas, etiam ſine hæredis inſtitutione vt diſpoſita ſubſtineantur, ſi contineat tantum legata ad pias cauſas, *Socin. conſil. 116. num. 25. lib. 1. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 15. Peregrin. de fideicomm. art. 2. num. 33. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 566. num. 23. & omnium clarius Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. q. 8. num. 3. & ex Theologis Cardinal. de Lugo de iuſt. to. 2. diſ. 22. ſect. 9. num. 271.*

6 Cum igitur prætenſa legata non abſorbeant maiorem partem hæreditatis Vincentij, nec ipſa diſpoſitio contineat tantum legata pia, ceſſat fauor piæ cauſæ, nec propterea applicabilis viſa fuit receptiſſima illa DD. ſententia, quod Teſtamentum imperfectum reſpectu ſolemnitatum fauore piæ cauſæ, & inter liberos ſubſtineatur, ita vt ſufficiat conſtare de certa voluntate Teſtatoris quibuſcumque indicijs, omiſsis omnibus ſolemnitatibus iuris poſitiui, exuberantibus ſolemnitatibus iuris naturalis, ac diuini in vtroque foro *Abbas in cap. relatum nu. 2. & 5. de teſtam. vbi Conar. num. 2. Dilect. de arte teſtan. tit. 2. caut. 3. num. 4. Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 6. per tot. Craſſ. de ſucceſſ. in §. Teſtamentum quæſt. 18. num. 2. Diana reſol. moral. par. 7. tract. 6. de teſtam. priuil. reſol. 2. verſ. de iure canon. & hanc ſententiam ſemper ſecuta fuit, Rota deciſ. 805. num. 5. coram Merlino deciſ. 74. à num. 12. vſq. ad 15. par. 2. diuerſ. deciſ. 121. num. 2. par. 4. to. 1. vbi copioſiſſime alij allegantur recent. Add. ad Mohed. in tit. de teſtam. deciſ. 2. alias 232. Lit. A.*

7 Quo verò ad ſecundam dubij partem præfata diſpoſitio, quatenus etiam eſſet ad pias cauſas, defectu tamen voluntatis neque ſubſiſtere videbatur, quia Vincentius vocato Notario tractauit tantum de præparatione ſui Teſtamenti, non autem verſatus fuit circa actum ipſum teſtandi, dum auditis obiectionibus factis à Coniuge remanſit in ſuſpenſo, nullumque deinde actum poſitiuum emiſit, ex quo argui poſſit verè, & cum effectu actualiter ratione perfectæ voluntatis condidiſſe Teſtamentum, & in eodem propoſito poſt vxoris verba permanſiſſe, propterea huiuſmodi voluntas in præparatione declarata, vti minus legitima non habetur pro perfecta, neque iuris ſortitur effectum, *Rota deciſ. 623. num. 3. coram Cardinali Seraphino.*

Valdè enim repugnare, & ab omni ratione diſſonum animaduertebatur, quod haberi debeat pro Teſtamento dicta ſimplex locutio habita cum Notario, ſine Teſtium interuentu, ſine reductione ad ſcripturam, ſine publicatione, nulla concurrente cauſa ſuperuenientis morbi, aut mortis impediente ſupradictorum executionem, vel actu poſitiuo, ex quo deducatur certitudo voluntatis Teſtatoris ad actum redactæ. Potiùs igitur
8 referenda eſt ad Teſtamenti præparationem, ex qua reſultat imperfecta voluntas, quæ non ſubſtine-

ſtinetur neque inter liberos, neque ad pias cauſas, *Couar. in cap. relatum num. 9. de teſtam. Alberic. in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem C. de teſtam. Ruin. conſil. 7. num. 6. & 7. Dec. conſil. 488. num. 15. Oldrad. conſil. 109. Sanchez conſil. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num. 5. latè Vaſquez de ſucceſſ. creat. lib. 3. par. 1. § 22. limit. 12. num. 6. Magdalen. de nomera Teſt. par. 2. cap. 5. num. 15. fol. 415. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 7. Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 7. num. 2. & 3. & quæſt. 9. num. 1. Paſqual. de patria poteſt. par. 2. cap. 8. num. 60. & 61. Gratian. diſcept. 895. num. 21. Boer. deciſ. 240. nu. 5 Rota deciſ. 620. nu. 4. & 5. par. 1. diuerſ. deciſ. 576. num. 2. & 3. par. 2. deciſ. 108. num. 4. par. 7. recent. & deciſ. 475. num. 9. coram Buratt. deciſ. 813. num. 2. & 3. coram Amat. Dunozet.*

9 Teſtamentum autem nunquam dicitur abſolutum, niſi conſtet de probatione voluntatis concluſiuæ, & non inſiſtentis in præparatorijs, ſeu in velleitate, cum ad eius perfectionem reſpectu voluntatis, non ſolum exigatur neceſſitas formæ ſubſtantialis conſiſtentis in hæredis inſtitutione, ſed etiam perfectio in materia reſultans ex voluntate Teſtatoris completa, & perfectè enunciata, & plenè declarata, vt verè argui poſſit, quod fuerit in facto eſſe, & non in fieri iuxta tradita per *DD. relati per Gratian. diſcept. 550. num. 10.*

10 Nec cenſetur Teſtatorem integrè expreſſiſſe ſuam voluntatem, niſi liquido conſtet quod non vltra voluerit aliud diſponere, addere, vel minuere, alias Teſtamentum non poteſt dici perfectum ratione voluntatis, ſecundum notata *in l. ſi quis cum Teſtamentum ff. de teſtam. ibique Bart. & ſcribentes Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 1. ar. 7. nu. 2. & 3. lo. 2. Gratian. diſcept. 550. nu. 12. & 13. Seraph. deciſ. 581. num. 1. & 9.*

11 Neque prædictis reſiſtunt firmata per *Rotam deciſ. 553. coram Canalerio deciſ. 475. coram Buratt. deciſ. 553. par. 1. deciſ. 74. & deciſ. 124. par. 2. diuerſ. & deciſ. 108. par. 7. recent.* & aliæ, quæ allegari poſſunt, quoniam in eorum caſibus conſtabat de perfecta teſtatorum voluntate principaliter facta ad pias cauſas quo ad hæredis inſtitutionem, & non propter ſingularia legata, vel per ſchedulam eorum propria manu ſcriptam, vel ſubſcriptam, vel de diſpoſitione facta coram teſtibus, & Notario, mortis verò, aut morbi impedimento non publicata, ac proindè cum non dubitabatur de certitudine voluntatis, defectus ſolemnitatum non obſtabat ad inficiendam diſpoſitionem, iuxta ſuperius deducta, quæ cum deficiant in præſenti, ſequitur, quod Vincentius omninò ab inteſtato deceſſerit,

12 Nunquam enim teſtamentum ad pias cauſas redditur fauorabile, niſi conſtet conditum fuiſſe, & appareat de perfecta Teſtatoris voluntate, alias ſi non ſit teſtamentum, ex qualitate piæ cauſæ non poteſt aſſumere naturam teſtamenti, quia qualitas non poteſt exiſtere ſine ſubiecto, *l. 1. ff. de vſufruct. l. eius, qui in Prouincia in fin. ff. ſi cert. petat. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 12. circa med. verſ. & ideò.*

13 Hinc non obſtat, quod teſtamentum ad pias cauſas pro ſalute animæ, & iuſtitia naturali fauorabiliter debeat ſubſtineri, neque per apices iuris ſit diſputandum, *cap. vltim. de re iudic. Bald. conſ. 301. in fin. lib. 1.* quia obiectum procedit quando
teſtamentum ad pias cauſas ſit perfectum ratio-
ne voluntatis, licet imperfectum ratione ſolem-
14 nitatum, etenim fauorabilibus cauſis ita debet
fauor exhiberi, vt cæteris, qui ſunt ſucceſſuri ab
inteſtato iniuſtitia non fiat, *cap. ex tenore de foro
competen. cap. nuper de donat. inter vir. & vxor.*,
15 nec fauori piæ cauſæ à rationibus legum eſt re-
cedendum, vt benè ponderat *Mantica de coniect.
vltim. volunt. lib. diſ. 1. num. 12.*

Nec contrarium deduci poteſt ex depoſitione
Notarij, & Franciſcæ coniugis Teſtatoris, &
aliorum, quia non deponunt fuiſſe conditum
teſtamentum per actum de præſenti, ſed ſolum
Teſtatorem manifeſtaſſe dictam ſuam volunta-
tem, quod non ſufficit, vt actus perfectus dica-
tur ratione voluntatis, ex ſuperius deductis, im-
16 mò cum dicta Franciſca deponat in cauſa, in
qua habet intereſſe, ex quo pro medietate erat
hæres inſtituenda, nihil probat, *l. omnibus C. de
teſtament. cap. inſuper in fin. eod. tit. D. Alberic.
de Miletis Papien. inter. tract. de teſtibus diuerſor.
cap. 4. num. 60. fol. mihi 402. Aym. conſ. 99. num. 2.
Ruin. conſ. 215. num. 6. lib. 3. Gratian. diſcept. 144.
num. 4. Borgnin. deciſ. 1. in ordine 47. num. 48. par. 2.
facit Cæſar. de Graff. deciſ. 72. de teſtament.*

17 Et certum eſt, quod teſtamentum ad pias cau-
ſas ſaltem per duos teſtes conteſtes probari de-
beat, cum non minori teſtium numero conficia-
tur, vt communiter tradunt *DD. in l. 1. C. de Sa-
croſanct. Eccleſ. Tiraquel. de priuil. piæ cauſ. in prin.
Cauar. in cap. relatum in princ. de teſtament. Clar.
in §. teſtamentum qu. 6. verſ. hinc infertur Maſcard.
18 de probat. lib. 3. concluſ. 1352. nu. 32.* Attenta præ-
cipuè diſpoſitione iuris Pontificij, licet contra-
19 rium ſit de iure ciuili, & ratio eſt, quia in hoc
teſtamento videtur ceſſare ſuſpicio falſi, propter
quam lex ciuilis ſeptem teſtium ſolemnitatem
introduxit, & propterea regitur tantum via di-
rectiua iuris naturalis, & diuini, latè *Mantic. de
coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 Teſtamentum factum in loco exempto non exigit ſtatuti ſolemnitates. Contrarium num. 2.
3 Limit. procedere in ſtatuto non confirmato à Papa.
4 Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus de iure canonico valet.
5 Amp. ſiuè teſtamentum ſit conditum ad pias cauſas, ſiuè ad prophanas.
6 Amp. vt in terris Eccleſiæ in vtroque foro ſit ſeruandum.
7 Parochus in vltimis voluntatibus fungi poteſt munere Notarij.
8 Diſpoſitio ad pias cauſas probatur ex depoſitione Parochi coram duobus teſtibus.
9 Teſtamentum coram Sacerdote, qui non ſit Parochus, & duobus teſtibus non valet de iure canonico.
10 Lim. procedere in foro iudiciali, non in foro conſcientiæ.
11 Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus ſi teſtator reconualuerit non valet vltra annum.
12 Nec valet, vbi ſtatutum iubet ſeruari ius ciuile.
13 Limit. procedere ſi ſtatutum ſit à S. Sede in forma ſpecifica confirmatum.
14 Statutum licet à Papa confirmatum non habet locum quando ius ciuile in caſu ſtatuti expreſsè reperitur correctū.
15 Textus in *l. hac conſultiſſima C. de teſtam.* diſponens ſeptem teſtes in teſtamentis adhiberi non eſt correcta per ius canonicum. *Declara vt num. 16.*
17 Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus habet locum in caſu grauis infirmitatis.
18 Factum coram vno Parocho, & teſtibus eſt validum, licet

plu-

plures Parochi eidem Eccleſiæ ſint præpoſiti.
19 Factum coram Confeſſario teſtatoris valet.
20 Factum coram Parocho, & teſtibus poteſt ad inſtantiam intereſſe habentium in publicam formam redigi, & quando facienda 21. eiuſque proceſſus coram quo Iudice ſit faciendum. 22. 23. & 24.

ADNOTATIO I.

Teſtamentum factum in loco exempto, vel coram Parocho, an, & quando ſit validum.

1 TEſtamentum factum in loco exempto puta in Monaſterio non ſubiacet ſtatuto, nec exigit ſtatuti ſolemnitates, *Angel. conſ. 233. num. 2. Natta conſ. 643. per tot. Rol. conſ. 32. per tot. vol. 3. Crau. conſ. 918. num. 6.* debent tamen ſeruari ſolemnitates iuris communis, licet Monaſterium ſit intra territorium ſtatuentium, *Rol. conſ. 33. num. 18. & 19. & ſenſit etiam Natta conſ. 643. num. 6. & ſequent. Antonel. de loco legali cap. 15. quæſt. 5. num. 74. lib. 2.*

2 Contrarium tenet *Cagnol. in l. ſi librarius nu. 58. ff. de reg. Iur.* & primam opinionem non eſſe tutam propter auctoritatem aliorum contrarium tenentium, inquit *Surd. deciſ. 129. nu. 18. qui alios allegat.*

3 Limit. primam opinionem procedere in ſtatuto non confirmato à Papa, ſecus ſi à Papa confirmatum fuerit, quia tunc ſtatuti ſolemnitas ſeruanda eſt etiam in loco exempto à iuriſdictione ſtatuentium, *Gratian. diſcept. 124. num. 15. & 16. Achil. deciſ. 2. de conſtit. Antonel. de loco legali lib. 2. cap. 15. quæſt. 5. num. 75.*

4 Teſtamentum verò factum coram Parocho, & duobus teſtibus de iure canonico valet, præcipuè ſi verſemur in ſubdito ditionis Eccleſiæ, vbi ius canonicum ſeruatur, *cap. cum eſſes de teſtament. cap. relatum il primo tit. eod. Sichard. conſ. 1. nu 57. & ſequent. Tiraquel. de priuil. pia cauſa priuileg. 4. Craſſ. de ſucceſſ. §. teſtamentum quæſt. 18. numer. 2. Boer. deciſ. 93. nu. 3. Rot. deciſ. 126. nu. 1. deciſ. 356. num. 6. part. 6. & deciſ. 115. num. 7. part. 7. recent.*

5 Amp. procedere ſiuè teſtamentum ſit conditum ad pias cauſas, ſiuè ad prophanas, *Ruin. vbi de commun. conſ. 14. num. 4. lib. 2. Corn. conſ. 137. in lit. A. lib. 5. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 57. nu. 1. circa med. Cenal. inter ſuas communes qu. 319. Duard. de teſtament. ordin. caut. 2. num. 2. Ioſeph. Ludon. concluſ. 68. poſt princ. Magon. deciſ. Lucen. 32. num. 5. Rot. deciſ 497. nu. 3. coram Cardinal. Caualer. & deciſ. 126. num. 2. part. 6. recent.*

6 Amp. 2. vt in terris Eccleſiæ in vtroque foro eſt ſeruandum, latè *Clar. in §. teſtamentum qu. 57. nu. 2. Rot. in Romana, ſeù Iannen. Locarum Montium 16. May 1650. §. Inſuper cum. coram Cardinal. Otthobono.*

7 In vltimis enim voluntatibus Parochus fungi poteſt munere Notarij, *Marchinus tract. de peſte*
8 *part. 3. cap. 3. num. 3.* diſpoſitio igitur præcipuè ad pias cauſas probatur ex depoſitione Parochi coram duobus teſtibus, tàm de iure canonico, vt diſponitur in *cap. relatum il 1. de teſtament. Sanchez reſponſ. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 7. Caualer. deciſ. 27. num. 1.* quam de iure ciuili, *Tiraquel. de priuil. pia cauſa priuileg. 1. Caualer. dicta deciſ. 27. num. 1. Merlin. deciſ. 805. num. 3. & 4.*

9 Limit. 1. vt teſtamentum cum duobus teſtibus coram Sacerdote, qui non ſit Parochus non valet, quia *cap. cum eſſes, & cap. relatum de teſtament.* expreſsè loquatur de proprio Parocho, vel ſuo Presbytero, vt benè animaduertit *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 2 tit. 14. num. 5. & 24. Rub. de teſtament. cap. 36. num. 20.*

10 Sublim. procedere in foro iudiciali non pœnitentiali, latè *Roman. in Auth ſimiliter num. 94. 95. ad l. falcid.* nec nouum eſt forum fori in iure canonico diſtingui à foro poli, & vbi canones diſtinguunt forũ conſcientiæ à foro iudiciali, tunc non ſequitur ius Canonicum hoc diſponit, ergo debet habere locum in foro conſcientiæ, *Abb. in cap. 1. num 9. verſ ſed quæro, an lex poſitiua de conſtitut. per text. in cap. tua noſ. de ſponſal. & cap. inquiſitioni de ſentent. excommun.* ita raciocinatur, *Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 2. tit. 14. num. 24. & 25.*

11 Limit. 2. vt teſtamentum conditum coram Parocho, & duobus teſtibus iuxta dictum *cap. cum eſſes de teſtament.* ſi Teſtator reconualuerit non valet vltra annum *Guid. Pap. deciſ. 593. nu. 12. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 32. num. 1.*

12 Limit. 3. in locis, vbi ſtatuta iubent ſeruari ius ciuile, nam tunc teſtamenta condita iuxta diſpoſitionem dicti *cap. cum eſſes* nõ ſubſtinentur, vt in terminis *Statuti Vrbis cap. 42. lib. 1.* mandantis ſeruari ius ciuile dixit *Rot. in Romana de Stocchis 27. May 1588. coram Cardinal. Hieronymo Panph. lio relat. per Fenſon. ad ſtat. Vrbis dicto cap. 42. num. 8. Antonel. de tempore legali lib. 2. cap. 32. nu. 5. Gratian. diſcept. 233. num. 52. & ſeq.*

13 Sublim. procedere ſi ſtatutum ſit à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica confirmatum, alias ſtatuentes defectu iuriſdictionis non poſſunt derogare diſpoſitioni iuris Pontificij ſtatuentis valere de iure naturali, & diuini teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus, non obſtante, quod de iure communi, & conſuetudine ad teſtamenti validitatem exigantur ſeptem teſtes, vt ad literam diſponit textus in *cap. cum eſſes de teſtament.* & Rota, & DD. ſupra relati loquuntur in terminis ſtatuti Vrbis in forma ſpecifica à Sancta Sede confirmati.

14 Quinimmò quando ius ciuile in caſu ſtatuti expreſsè reperitur correctum, tunc ſtatutum non habet locum etiam ſi à Papa confirmatum exiſtat, *Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 32. num. 5. ex Penia deciſ. 16.*

15 Quod vero diſpoſitio textus in *l. hac conſultiſſima C. de teſtament.* in qua præſcribitur ſeptem teſtes in teſtamento adhiberi, non ſit expreſsè correpta per dictum *cap. cum eſſes de teſtament.* docet, *Couar. in cap. ſilius de teſtament. Gratian. diſcept. 233. num. 52. & ſeq. Antonel. de tempore legal. lib 2. cap. 32. num. 4.*

16 Quod intelligendum videtur quando teſtamentum eſt factum ſecundum ius ciuile, nam tunc ſeruari debent eius ſolemnitates, non tamen per hoc ſequitur, quod ſi conditum ſit teſtamentum ſecundum diſpoſitionem iuris Canonici, non valeat, licet à iure canonico non fuerit correcta diſpoſitio *l. hac conſultiſſima C. de teſtament.*

17 Limit. 4. vt diſpoſitio *cap. cum eſſes de teſtam.* habeat locum in teſtamentis conditis tempore grauis infirmitatis, vt ex *Barboſ. in dicto cap. cum eſſes, & Guid. Pap. decif 593. num. 12. tradit Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 32. num. 2.*

18 Quod ſi vnius Eccleſiæ ſeruitio plures Parochi ſint præpoſiti, teſtamentum factum coram vno ex eiſdem Parochis valet, iuxta opinionem *Corn. conſ. 18. ſub num. 12. verſ. ponderandum eſt etiam lib. 2. quem refert, & ſequitur Dilect. de arte teſtandi titul. 2. caut. 2. num. 2. verſ. nam Sacerdos, Cened. ad decretal. collect. 119. num. 1. relat. per Rot. decif. 378 num. 7. coram Amat. Dunozet.*

19 Quod valeat etiam teſtamentum confectum coram Confeſſario Teſtatoris, licet non ſit proprius Parochus, docet *Rub. de teſtament. cap. 35. num. 152.*

20 Ad inſtantiam igitur hæredum, vel Legatariorum, & aliorum quorumcumque intereſſe habentium teſtamentum confectum coram Parocho, & duobus teſtibus poteſt, & debet ad perpetuam rei memoriam redigi, *Caſtr. conſ. 307. numer. 1. Neniz. conſ. 26. num 4. Craſſ. de ſucceſſ. in §. teſtamentum quæſt. 61. nu. 1. Simon. de Petr. de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. inter 1. dub. 2. ſolut. 3. nu. 3. Rot. decif. 126. num. 3. part. 6. recent.*

21 Et Iudex debet Notario mandare ſi præcedat Legatariorum, & aliorum intereſſe habentium petitio coram Iudice competente, vt ſcriptura redigat in publicam formam ad partis inſtantiam citatis intereſſe habentibus, & præuia receptione depoſitionis Parochi, & teſtium, qui interuenerunt ſuper voluntate Teſtatoris, quod ſit eadem, pro vt in ſcriptura continetur, *Bart. in l. teſtamenta C. de teſtament. Couar. practic. quæſt. cap. 8. nu. 1. Craſſ. in §. teſtamentum quæſt. 61. nu. 1. Hond. conſ. 77. num. 18. lib. 1. & conſ. 26. nu. 9. lib. 2.* & ita inoleuit practica, vt teſtatur *Ludouic. Lana conſ. 1. num. 3. Rot. decif. 126. num. 4. part. 6. recent.*

22 Proceſſus verò examinis Parochi, & teſtium fieri debent coram Iudice ſæculari non autem Eccleſiaſtico, ſecundum *Couar. pract. quæſt. cap. 8. num. 1. Carol. de Graſſ. de effectu Cleric. effect. 1. num. 961. Craſſ. in §. teſtamentum quæſt. 61. num. 2. Honded. conſ. 26. num. 11. lib. 2. per tex. in l. conſulta diualia C. de teſtament.*

23 Limit. non procedere quando ſcriptura contineat multa legata pia, nam tunc etiam coram Iudice Eccleſiaſtico formari poſſunt huiuſmodi proceſſus, etiam contra hæredem laicum per text. in *cap. relatum de teſtament. & in l. 1. C. de Epiſcop. audien. Tiraquel. de pia cauſa priuil. 149. Guttier. pract. quæſt. cap. 44. num. 2. lib. 1. Rot. decif. 126. num. 6. part. 6. recent. vbi num.* 7. ſubdit quod pro
24 alijs legatis non pijs intret priuilegij communicatio propter communem cauſam, & defenſionem.

SVMMARIVM.

1 Teſtamentum licet teſtator benè ordinauerit, & Notarius ſcripſerit, niſi fuerit lectum in præſentia Teſtatoris, & teſtium, & teſtator aſſerat illud eſſe ſuum vltimum teſtamentum non valet.
2 Teſtamentum coram teſtibus celebratum non dicitur perfectum, & abſolutum antequam teſtes fuerint licentiati.
3 Poteſt probari abſque ſcriptura ex ſola nuncupatione Teſtatoris coram teſtibus facta.
4 Perfectum ratione voluntatis, licet imperfectum ratione ſcripturæ probari poteſt per ſeptem teſtes.
5 Nuncupatiuum non requirit ſcripturas.
6 Si ſit perfectum ratione voluntatis, imperfectio quo ad ſcripturam non attenditur. Amp. vt num. 7.
8 Schedula teſtamenti ſcripta manu Teſtatoris continet voluntatem perfectam inter liberos, pro vt etiam fauore piæ cauſæ num. 9.
10 Subſcriptio Teſtatoris oſtendit perfectam voluntatem.
11 Schedula teſtamenti ſcripta manu Teſtatoris non probat, niſi recognoſcatur per teſtes, qui viderint illā ſcribi ſiuè ſit inter liberos, ſiuè ad pias cauſas, de ſtylo Rotæ ſufficit recognoſci per teſtes deponentes ſe habere notam manum iunctis adminiculis 12.
13 Recognitio manus Teſtatoris eſt neceſſaria in ſchedulis, alias fidem non facit.
14 Teſtamentum non habetur pro perfecto, ſi verba teſtatoris importent potiùs præparationem per actum de futuro, ſecùs ſi voluntas ſit diſpoſitiua licet non ſolemnis.
15 Voluntas Teſtatoris quando dicatur perfecta 27.
16 Verba laſcio, dichiaro, & ſimilia oſtendunt diſpoſitionem perfectam.
17 Teſtamentum non dicitur imperfectum, ſi Teſtator poſt ſcriptam eius ſubſtantiam dicat *tenete con, non ne voglio far altro tornate domane*.
18 Et quando non reddatur imperfectum ratione voluntatis, ſi Teſtator dicat *Quando lo faceſſe*.
19 Inſtitutio dicitur perfecta, quoties certa redditur Teſtatoris voluntas, licet verba imperfectam orationem contineant.
20 Pro vt etiam ſi fiat per verba truncata, vt ſi fuerit dictum *Titius hæres*, abſque verbo *Eſto*.
21 Amp. quod hodiè non requiritur illa verborum ſolemnitas pro vt de iure antiquo requirebatur.
22 Teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis, ſi teſtator plus voluit diſponere, quam diſpoſuit.
23 In dubio voluntas teſtatoris habetur pro perfecta.
24 Voluntas Teſtatoris, vbi non eſt determinata, vt alius prima operatio ſit perficienda per aliam ſecundam operationem, ea non ſecuta non dicitur perfecta, ſecùs autē ſi ſit abſoluta, & in dependens ab alio futuro actu 25.
26 Depoſitio Notarij dicentis teſtamentum publicatum non fuiſſe, quando Teſtator plenè ſuam voluntatem dictauit non elidit præſumptionem voluntatis perfectæ.
28 Teſtatoris diſpoſitio etiam imperfecta ratione voluntatis, quod ſuſtineatur ad pias cauſas referuntur DD. hanc ſententiam tenentes.
29 Intellige procedere quando voluntas eſt quidem imperfecta reſpectu totius diſpoſitionis, ſecùs verò reſpectu eius, de quo agitur.
30 Teſtamentum nuncupatiuum implicitum per relationem ad ſchedulam penes alium exiſtentem, vt valeat debet conſtare de identitate Schedulæ per comparationem manus.
31 Teſtandi modus per relationem ad aliam Schedulam eſt validus, licet non ſit ſcripta manu teſtatoris 32. Et ſi ſit ſcripta à Teſtatore ſufficit ſubſcriptio generalis 33.
34 Subſcribens cenſetur approbare omnia in ſcriptura contenta.
35 Recognitio per comparationem manus an, & quando ſit neceſſaria in teſtamentis nuncupatiuis implicitis factis per Schedulas 36. & 37.
38 Recognitio Schedulæ teſtamenti non eſt neceſſaria ſi per Notarium adhibeatur Cautela *Iulij Clari*.
39 Teſtamentum in quo adhibitus Notarius, ſi non fuit publicatum redditur imperfectum.
40 Præſumitur publicatum ſi Notarius ſcripſerit per actum coram me, & teſtibus.

ADNOTATIO II.

Teſtamentum quando dicatur perfectum tùm ratione voluntatis, tùm ratione ſolemnitatum.

1 TEſtamentum licet Teſtator benè ordinauerit, & pariter Notarius benè illud ſcripſerit, & optimè expleuerit, niſi demum ipſum

ſum legerit in præſentia Teſtatoris,& teſtium, & Teſtator aſſerat illud eſſe ſuum vltimum teſtamentum, non valet ne dum iure teſtamenti, nec etiam iure codicillorum, vel fideicommiſſi, licet in eo eſſet fideicommiſſum inſertum, per text. in *l. fideicommiſſum* §. *quoties de legat.* 3 nec poteſt huiuſmodi teſtamentum publicari, vt ibi notat *Bart. facit text. in l. Lucius ff. de teſtament. milit. & ex eodem Bart. in l. ſtiendum ff. de verb. obl gat. verſ. ſed quid Gram. deciſ 62. num. 5. & 6.*

2 Nunquam enim teſtamentum dicitur perfectum, & abſolutum ſi celebretur coram teſtibus, niſi poſt quam teſtes fuerint licentiati, *Caſtren. in l. ſi ijs, qui num. 6. verſ. nam teſtamentum ff. de teſtament. Burat. deciſ. 475. num. 10.*

3 Poteſt tamen teſtamentum probari etiam abſque ſcriptura ex ſola nuncupatione Teſtatoris coram teſtibus facta, in nihilo refragante ſi non fuerit lectum coram teſtibus, cum eius lectio requiratur quando abſentibus teſtibus ſcriptū fuit, non autem quando ipſis præſentibus ad id vocatis ſcripta fuit huiuſmodi vltima voluntas, licet non deinde lecta. *Paul. de Caſtr. conſ. 307. vol. 1. Cenar. in cap. relatum il 1. num. 1 t. de teſtament. Surd. deciſ. 292. num. 6.*

4 Hinc eſt, quod teſtamentum perfectum ratione voluntatis probari poteſt per ſeptem teſtes, licet fuerit imperfectum ratione ſcripturæ *gloſ. in l. hac conſultiſſima* §. *ſed quia in verbo octauo C. qui teſtament. facere poſſ. & hanc glaſ. communiter eſſe approbatam*, tradit *Didac. in cap. relatum il 1. num. 11. verſ. tertia concluſio de teſtament. Seraph. deciſ. 623. num. 4. & 5. verſ. vbi teſtamentum ex doctrina Bald. in l. Lucius de teſtam. militar.* vbi ſi Teſtator dictauit teſtamentum Notario, qui illum non ſcripſit, poteſt probari teſtibus, quia teſtamentum dicitur fuiſſe in facto, quo ad officium teſtantis, licet eſſet in fieri quo ad officium Notarij.

5 Et ratio eſt, quia teſtamentum nuncupatiuum non requirit ſcripturam, & ſi adhibeatur, cenſetur adhibita ad faciliorem probationem, non animo ſe reſtringendi, reprobata opinione, quod vbi partes adhibent Notarium, contractus ſine ſcriptura non valeat, *Seraph. deciſ. 623. num. 6. & 7.*

6 Imperfectio autem teſtamenti, ex illius non publicatione, ex parte tamen Teſtatoris perfecti reſpicit Notarium non autem Teſtatorem, & dicitur imperfectio ſolemnitatum, quæ non attenditur ad illud annullandum, vbi non agitur de probando teſtamentum per ſcripturam, ſed per teſtes, vt eſt communis opinio, *Seraph. deciſ. 581. num. 5. & 6.*

7 Perfectum verò dici debet Teſtamentum ratione voluntatis, ſi Teſtatore dictante ſcriptum ſit, & ad finem deductum coram ſufficienti teſtium numero ad id vocatorum, licet deinde totum teſtamentum ſimul non ſit lectum coram eiſdem, adeo vt hoc teſtamentum ita repertum in Protocollo Notarij, à quo dictante Teſtatore ſcriptum fuit, poteſt in publicam formam auctoritate Iudicis redigi receptis à Iudice teſtium depoſitionibus, vt deinde fidem faciat, etiam ſi ab initio per nuncupationem abſque Notario conditum fuerit Teſtamentum iuxtà proxime tradita.

8 Schedula Teſtamenti ſcripta, & ſubſcripta manu teſtatoris continet voluntatem perfectam inter liberos, *Bart. in l. ſi quis cum teſtamento 25. num. 4. verſ. quæro qui l ſi teſtator ff. de teſtam. &* ibi *Caſtr. num. 4. verſ quantum autem ad liberos Vaſquez. de ſucceſ creat. 5. 22. limit. 12. ante num 7. verſ. tertius caſus Menoch. conſ. 561. num. 14 Cabal. conſ. 106. num. 31. Burat. deciſ. 475. num. 13.*

9 Prout etiam ſumus in diſpoſitione perfecta ſi in ſchedula fuerit inſtituta pia cauſa cum electione ſepulturæ, & cum alijs diſpoſitis, quæ conueniant perfectioni completæ voluntatis, præſertim quando nihil fuit reſeruatum, ex quo cognoſci poſſit, quod eſſet aliquid addendum ad perfectam diſpoſitionem, vnde valet huiuſmodi diſpoſitio fauore piæ cauſæ, licet deficiant ſolemnitates, & non interuenerint teſtes, Notarius, quamuis teſtator iuſſerat accerſiri, cum iſta non impediant voluntatem perfectam, ſed adhibeantur ad finem perfectionis, & probationis, vt comprobat *Gratia diſcept. 895. num. 21. 22. & 23.*

10 Subſcriptio enim teſtatoris oſtendit perfectam voluntatem præcipuè in teſtamento inter liberos, cum ſit finis, & complementum teſtamenti, *Caſtr. in l. hac conſultiſſima num. 4. C. de teſtam Ruin. conſ. 11. in princ. vol. 3. Altrograd. conſ. 22. num. 16. Burat. deciſ. 475. num. 14.*

11 Limit. ſupradictam concluſionem vt ſchedula teſtamenti manu teſtatoris ſcripta, ſiuè inter liberos, ſiuè ad pias cauſas non probet, niſi legitime recognoſcatur per teſtes, qui viderint illam ſcribi, & ſubſcribi, vt docent *DD. relati per Gratia diſcept. 235. à num. 21. vſque ad 23. & per Rota deciſ. 124. in prin part. 2. diuerſ.*

12 Sed quidquid ſit de rigore iuris Rota de ſtylo tenet contrariam opinionem, quod in ſcripturis, in quibus teſtes non ſolent adhiberi, ſufficiat recognitio per teſtes deponentes ſe habere notam manum teſtatoris, iunctis adminiculis, *Menoch. de arbitrar. in addit. caſ. 114. Gratia diſcept. 895. nu. 31. & 32. & diſcept. 235. num. 20. Rot. deciſ. 47. num. 5. & 6. coram Buratto ibique Adden. lit. E. deciſ. 553. num. 2. & 3. coram Canaler. & deciſ. 124. numer. 2. part. 2. diuerſ.*

13 Generalis tamen regula eſt, quod recognitio manus teſtatoris eſt neceſſaria in ſchedulis teſtamentorum, alias fidem non faciunt, vt in terminis piæ cauſæ *Gratia diſcept. 895. num. 30. & 31. & diſcept. 969. num. 18. Canaler. deciſ. 553. numer. 2.*

14 Nunquam tamen teſtamentum habetur pro perfecto, ſi verba teſtatoris importent potius præparationem ad diſponendum per actum de futuro, puta *voglio far teſtamento &c.* ex quo reſultat impropria, & imperfecta voluntas, ſecus autem vbi voluntas fuit diſpoſitiua, licet non ſolemnis, in quibus terminis procedit diſpoſitio *Textus in l. 2. C. de fideicom. & in §. fin. inſtit. de fideicom. hered. late Vaſquez. de ſucceſ. creat. lib. 3. part. 1. §. 22. limit. 12. num. 6. Magdalen. de num teſt. part. 2. §. 5. num. 15. fol. 415. Gratia diſcept. 895. num. 21. 22. & 23. & plurib. ſequen. Rot. deciſ. 813. num. 2. & 3. coram Amat. Dunozet.*

15 Pro

15 Pro cuius faciliori intelligentia animaduertendnm eſt, quod aut teſtator conſtitutus eſt in ipſo actu teſtandi, & diſponendi adhibitis Notario, & teſtibus, & tunc ſi non apparet teſtatorem ſuſpendiſſe voluntatem in tempus publicationis, hoc caſu, ſi voluntas probatur, tenet, & eſt valida non ſolum inter liberos, & ad pias cauſas, ſed etiam omni reſpectu, licet ſcriptura publicata non fuerit, ſecus ſi appareat teſtatorem ſuſpendiſſe ſuam voluntatem in tempus futurum, vt probat *Text. in l. ſi ijs, qui cum ibi traditis de teſtam. & ex gloſ. in l. hac conſultiſſima §. ſed quia in verſ. 8. C. qui teſtam. facere poſſ. Seraph. deciſ. 623. num. 4. & 8.*

16 Verba *laſcio, dichiaro, è dico queſto eſſere il mio Teſtamento*, equipollent clauſulæ actum, & oſtendunt diſpoſitionem fuiſſe habitam prò perfecta, *Cabal. conſ. 106. num. 32. part. 2. Burat. deciſ. 475. num. 16.*

17 Et licet teſtator poſt ſcriptam teſtamenti ſubſtantiam dicat *tenete coſi, non ne fate altro, tornate domani* non tamen per hoc, quod teſtamentum dicatur imperfectum, tradit *Alex. con. 74. col. 1. Surd. deciſ. 292. num. 6.*

18 Immo quod verba *quando lo faceſſe* quamuis videantur reſolui in futurum tempus, & denotare teſtatorem non habuiſſe teſtamentum pro abſoluto, tamen ſi fuerunt appoſita ſolum ad oſtendendum, quod nolebat modo aliquo teſtari in ſcriptis, ſed quod ſi dimitteret illud clauſum, vel in ſcriptis, id faceret ad effectum, vt non innoteſcat eius voluntas, tunc tenet teſtamentum, nec redditur imperfectum ratione voluntatis *Burat. deciſ. 475. num. 10. verſ. alla vero imperfettio.*

19 Inſtitutio enim dicitur perfecta quoties certa redditur teſtatoris voluntas, licet verba imperfectam orationem contineant, per *Text. in l. 1. §. ſin autem in princ. & fin. ff. de hæred. inſtit*, vbi I. C.

20 inquit validam inſtitutionem contineri ſub verbis Lucius hæres, quamuis deficiat verbum eſto, quia ſubauditur, vt notat ibidem *Bald. ante n. 1.* vbi quod inſtitutio concepta per verba truncata perficitur ex ſubaudito verbo, & tradit ibidem

21 *Roman. num. 5.* eoque magis, quia hodiè non requiritur illa verborum ſolemnitas, quæ de iure antiquo erat neceſſaria prò hæredis inſtitutione, quæ proinde quibuſcunque verbis fieri valet, dùmodo ex illis teſtatoris voluntas colligatur, *l. quoniam indignum C. de teſt. quam ſingularem dicunt Rom. conſil. 179. ſub num. 9. verſ. quam verba ibique Mandoſ. in verbo ſingularem Socin. conſ. 33. num. 10. lib. 1. Craſſ. de ſucceſſ. §. inſtitutio quæſt. 14. num. 5. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 3. num. 1. Caual. deciſ. 388. num. 20. & diffuſe comprobat Rot. deciſ. 491. à num. 10. vſque ad 19. coram Amat. Dunozet.*

22 Dicitur vero imperfectum ratione voluntatis teſtamentum, quando teſtator plus voluit diſponere, quam diſpoſuit, itaut integre non potuerit explicare ſuam voluntatem, iuxta, notata in *l. ſi quis cum teſtamentum ff. de teſtam.* vbi *Bart. & ſcribentes, l. ſi ijs qui ff. de legat. 1. late Marta de ſucceſ. legal. part. 4. quæſt. 1. artic. 7. num. 2. & 3. tomo 2. Gratia diſcept. 550. num. 13. Seraph. deciſ. 581. nu. 9. tom. 1.*

23 In dubio tamen voluntas teſtatoris prò perfecta habetur, etiam ſi in actu teſtandi poſt hæredis inſtitutionem ſuperueniat impedimentum, concurrentibus præcipue coniecturis facti, per *Text. in l. ſi ijs, qui ff. de teſtam.* & ibi *Bald. in 3. notab. Imol. num. 9. Curt. Iun. conſ. 12. ante fin. Ruin. conſ. 1. poſt num. 22. lib. 1. Alex. conſ. 74. num. 3. lib. 1. Seraph. deciſ. 581. num. 1. 3. & 8. Burat. deciſ. 475. num. 15.*

24 Vbi enim voluntas teſtatoris non eſt ita determinata, vt eius operatio ſit perficienda per aliam eius operationem, puta in diſpoſitione ſic facta, *volo eligere, volo legare*, prout etiam ſi dixerit *tenete coſi ſino à domani*, donec prima operatio voluntatis perficiatur à ſecunda in eſſe ponente, voluntas dicitur imperfecta, & indeterminata, tamquam in abſtracto, & in fieri, & non in concreto, & in facto eſſe, vt docent *DD. relati per Menoch. de arbitrar. caſ. 496. num. 22. relat. in Romana Cenſus, ſeù fideicommiſſi 9. Aprilis 1666. §. nec autem argumenta coram Bourlemont.*

25 Si vero voluntas teſtatoris, ſeù prima operatio voluntatis conſtituit actum præſentem de per ſe abſolutum, ac independentem ab alio futuro eiuſdem voluntatis, tunc voluntas dicitur perfecta, cum tranſeat in diſpoſitionem, vt nullum conditionis euentum, quo ad ſuſtantiam expectet, nempe ſi teſtator dixerit *voglio, è deſidero, vt mea bona conſeruentur in filijs &c. l. etiam hoc modo 118. vbi cupio des. credo tè daturum l. & eo modo 121.* ibi *deſidero vt des ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa §. hac verba*, ibi, *vt poſſint ad filios peruenire ff. de legat. 3. l. filiam 17.* ibi *etiam filia mea reſeruetur ff. de aur. argent. legat. Rot. in Romana Cenſus, ſeù fideicommiſſi 9. Aprilis 1666. §. aut prima operatio coram Bourlemont.*

26 DepoſitioNotarij dicentis teſtamentum publicatum non fuiſſe, quando teſtator plene ſuam voluntatem dictauit, non elidit præſumptionem voluntatis perfectæ, nam præſumptio iuris per vnicum teſtem tolli non poteſt, *Seraph. deciſ. 623. num. 2. & 10.*

27 Quamuis præſumptio perfectæ voluntatis non habeat locum, quando quis poterat vlterius diſponere, & non diſpoſuit, non tamen valet argumentum à contrario ſenſu, nam eſſet directe contra *Textum in l. ſi ijs, qui de teſtam.* in qua non obſtante impedimento ſuperueniente in actu teſtandi voluntas pro perfecta habetur *Seraph. deciſ. 623. num. 8. & 9.*

28 Teſtatoris diſpoſitio imperfecta ratione voluntatis, quod etiã ſubſtineatur ſi ſit ad pias cauſas, tenuerunt *Bart. in l. in teſtamento ff. de fideicom. Bald. in l. in iure C. de manum. teſtam. Ancar. conſ. 337. Caſtr. conſ. 456. vol. 1. Anan. conſ. 57. Surdus deciſ. 292. num. 5.* vbi etiam allegat *Angel. Aret. Alex. Barbat. Socin. Calcan.*

29 Intellige quod præfati DD. loquuntur quando voluntas eſt quidem imperfecta reſpectu totius diſpoſitionis, ſed perfecta reſpectu eius, de quo agitur, puta ſi teſtator fecerit aliqua legata pia, vel inter liberos, & cum vellet inſtituere hæredem, morte præuentus non potuit perficere teſtamentum, nam ſi huiuſmodi teſtamentum in ſui integritate ſit imperfectum, ex quo recipiat

30 perfectionem ab vltimo puncto, & ſillaba concluſiua,

ſua, tamen ſubſtinetur fauore piæ cauſæ, vel liberorum, in eo capite in quo teſtator perfectè diſpoſuit, cum præſumatur deceſſiſſe cum hac voluntate, ſecus verò quando teſtamentum inperfectum non ſolum reſpectu totius integralis, ſed etiam reſpectu legatorum, ratione voluntatis, & tunc fauor liberorum, & piæ cauſæ illud non ſubſtinet, quia deficiente voluntate teſtatoris corruit relicti ſubſtantia, & Eccleſiæ non eſt fauendum vbi non concurrit teſtatoris voluntas *Dec. in cap. primo num.15. de fid. inſtrum. Surd. deciſ.292. numer.16.*

30 Teſtamentum nuncupatiuum implicitum nempe per relationem ad ſchedulam pœnes alium exiſtentem licet ſit validum, nec defectu voluntatis redargui nequeat, tamen indubitate conſtare debet illam ſchedulam, quæ producitur eſſe eadem ad quàm teſtator ſe retulit, & hoc per comparationem manus, *Craſ. de ſucceſ. in § inſtitutio quaſt.16. num.4. & in §. Teſtamentum quaſt. 16. num.10. verſ. ſin autem Pariſ. conſ 19. num.23. & ſeq. lib.3. Mantic. de conieƐt. vltim. volunt. lib.1. tit.7. num.7. ad med. relat. per Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ.475. num.20.*

31 Teſtandi vero modus per relationem ad aliam ſchedulam eſt validus, tam quo ad inſtitutionem hæredis, quam quo ad legata, cum habeat vim teſtamenti nuncupatiui impliciti, & habetur perinde ac ſi teſtator ore proprio hæredem nominaſſet, abſque eo quod teſtes legerint, viderint, aut alias certiores redditi fuerint de diſpoſitis in dicta ſchedula, & ſufficit quod dixerit ſe diſponere velle iuxta contenta in ea *Ferentil. ad Burat. deciſ.475. num.22.*

32 Amp. procedere etiam ſi ſchedula non ſit ſcripta manu teſtatoris, vt videtur requirere *Bart. in l. ſi ita ſcinero verſ. Ego dico ff. de condit. & demonſtrat.* vt ex *Corn. in l. hac conſultiſſima §. per nuncupationem num.3. C. de teſtam.* tradit *Ferentil. ad Burat. deciſ.475. num.23.*

33 Immo ſufficit quod ſit ſubſcripta manu teſtatoris, etiam per ſubſcriptionem generalem ſcilicet *Ego N. manu propria*, cum præſumatur teſtatorem bene prius vidiſſe inſtitutionem hæredis, ac omnia contenta in ipſa ſchedula manu aliena conſcripta, præcipuè ſi teſtator erat cautus, & perſona diligens, & tempore teſtamenti non ita infirmitatis agitatione opprimebatur, vt conten-
34 ta in ea videre non valeret, & hoc ipſo quod ſubſcripſit cenſetur confirmaſſe, & approbaſſe omnia in ſcriptura contenta, & ita firmaſſe *Rot. coram Vbaldo Mazanedo, & Decano refert Ferentil. ad Burat. deciſ.475. num.23. & num.24.* ſubdit eiſdem auctoritatibus ſufficere, quod ſchedulam, ad quam facta eſt relatio ſit certa, & indubitata licet non ſit ſcripta, vel ſubſcripta manu teſtatoris.

35 Quod ſi teſtator declarauerit coram Notario, & ſeptem teſtibus ſe feciſſe teſtamentum iuxta ſchedulam exiſtentem pœnes tertiam perſonam manu ſua tamen ſcriptam, & ſubſcriptam, quia ſchedula eſt abſens ab oculis Notarij, & ſic redditur incerta, eſt recognoſcenda per comparationem manus, vt certa reddatur, & ne tertius aliam ſupponat, vt tradunt DD. relati *per Ferentil. ad Burat. deciſ.475. num.21.* vbi ſubdit, quod Iudex hoc caſu poſſit recurrere ad coniecturas abſque comparatione.

36 Sed ſi teſtator referat ſe ad ſchedulam dimiſſam pœnes tertium, abſque eo quod dixerit eius manu ſcriptam, vel ſubſcriptam, tunc, quia non agitur de manu teſtatoris ſtatur iuramento tertij, de cuius integritate teſtator confidit, accedentibus coniecturis, ſecundum *Vaſq. de ſucceſ. creat. lib.2. §.17. num.53. circa med. cum alijs per Ferentil. deciſ.475. num.21. verſ. ſecundus caſus eſt.*

37 Vero ſi teſtator ſchedulam ſigillatam tradiderit Notario coram teſtibus, dicendo illam eſſe ſua manu ſcriptam, illudque eſſe ſuum teſtamentum nuncupatiuum, hoc caſu non requiritur alia recognitio, & comparatio literarum, cum reddatur certa ex viſione Notarij, & teſtium, & ex aſſertione teſtatoris, quod eius manu ſcripta ſit, & exuberat ſolus rogitus Notarij *Bart. in leg. 2. num.1. verſ. ſed ſi Notarius eſt rogatus ff quemadmodum teſtament aperiant. Fulgoſ conſ.56. num.1. verſ. ſed ſi teſtator. & num. 2. Ludouic. Lan. in tract. de forman. teſtam. nuncupat. num.22. 23. 33. quos ſecuta eſt Rota, vt in deciſionibus relatis per Ferentil in addit. ad Burat. deciſ.275. num 21. verſ. tertius ca-*
38 *ſus eſt* præcipue quando per Notarium adhibita eſt cautela tradita per *Clar. in §. teſtamentum q.4. verſ. ſed pone ad fin.* Nempe ſi Notarius à tergo eiuſdem ſchedulæ ſibi traditæ ſcripſerit rogitum traditionis, cum ſubſcriptione teſtium ac ipſiuſmet teſtatoris, quæ cautela probat identitatem, & excuſat à recognitione, ita etiam docet *Mantic. de conieƐt. vltim. volunt. lib.1. tit.7. num.7. verſ. vnde etiam Iulius Clarus*, cum alijs per *Ferentil loco proxime citato num.21. verſ. præſertim quando*.

39 Quando autem teſtator adhibuit Notarium creditur voluiſſe ex more publicari teſtamentum, & ideo ſi non fuit publicatum non valet tamquam inperfectum ratione voluntatis, vt copioſe comprobat *Ruin. conſ.1. num.7. cum plurib. ſequen. vol.3. Soccin. Iun. conſ 71. numer. 24. vol.4. Mantic. de conieƐt. vltim. volunt lib.2. tit.4. num.6. & 7.* vbi quod neque teſtamentum præ-
40 ſumitur publicatum, & lectum coram teſtibus, niſi Tabellio dixerit, prout perfectum, & publicatum præſumitur ſi Notarius ſcripſerit actum coram ſe, & teſtibus infraſcriptis, ex *Bart. in Auth. quod ſine num.1. C. de teſtam. Paul. de Caſtr. in l. ſi ijs, qui num.4. ff. eod. tit. Didac. in cap. relatum il primo num.11. verſ. primo equidem de teſtam. cum alijs per Mantic. loco citato num.7.*

PRÆNESTINA PRÆDICATIONIS.

ARGVMENTVM.

Concio Sacra tempore quadrageſimali habenda eſt in Eccleſia Parochiali, non obſtante conſuetudine habendi in Eccleſia Regularium, attenta præcipuè maiori Populi commoditate, legis rigor infringitur, & per Iudices fieri poteſt tranſgreſſio legum ex cauſa maioris vtilitatis, & neceſſitatis.

SVMMARIVM.

1 Concio Sacra audienda eſt in propria Parochia, limita procedere de iure ſecus de conſuetudine 10.

2 Ex cauſa maioris neceſſitatis, & vtilitatis legis rigor infringitur, & per Iudicem fieri poteſt legis tranſgreſſio.

3 Fauore publicæ vtilitatis multa quidem permitti, & concedi debent, quæ alioquin non conceduntur.

4 Tempore Sacræ Concionis retinendum eſt velum diuiſiuum Mulierum ab hominibus.

5 Conſuetudo aliqua legitima ſpatio longiſſimi temporis induci poteſt quamuis illi ius reſiſtat, adeout nec titulo opus ſit, ſed ſufficiat allegare dictum longiſſimum tempus ſine titulo.

6 Conſuetudo particularis ſeruanda eſt.

7 Standum eſt conſuetudini, & non diſpoſitioni iuris communis.

8 Præſcriptio centenaria æquiualet immemorabili, & affert meliorem titulum de Mundo.

9 Obligatio audiendi Sacram Concionem in Eccleſia ſuæ Parochiæ an deſcendat ex aliquo Eccleſiæ præcepto, vel de quadam congruentia.

11 Epiſcopus non poteſt multis, & pœnis cogere populum ire ad audiendam Sacram Concionem, & Miſſam in Eccleſia Parochiali.

DECISIO XCI.

EX antiquiſſima hactenus obſeruata conſuetudine in more poſitum fuit in Terra Zagaroli Prænestinæ Diœceſis habendi Sacræ Conciones tempore quadrageſimali diebus ferialibus, & qualibet Dominica tertia Menſis in Parochiali, ac Matrice Eccleſia Diui Petri, prima vero die quadrageſimæ, & qualibet feria ſexta, reliquiſque alijs diebus feſtiuis in Eccleſia Sanctæ Mariæ RR. PP. Minorum Conuentualium Ordinis Sancti Franciſci.

Verum ex quadam vetuſta fama prætendente Vniuerſitate eiuſdem Terræ huiuſmodi conſuetudinem introductam fuiſſe cauſa maioris capacitatis Eccleſiæ B. Mariæ vtporè quia dictis diebus Chriſti fideles maiori frequentia ad audiendam verbi Dei prædicationem confluere ſolent, & modo ceſſet dicta cauſa, ob redactam in ampliſſimam elegantis ſtructuræ formam Eccleſiam Parochialem Sancti Laurentij, porrectus fuit prò parte Maſſariorum, & Officialium dictæ Vniuerſitatis Sacræ Congregationi Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſitæ ſupplex libellus, quo inſtabant prò oportuniori Populi commoditate ſubrogari Eccleſiam Sancti Laurentij loco Eccleſiæ Sanctę Mariæ pro audiendis Sacris Concionibus in præfatis diebus mihique tranſmiſſo tempore, quo Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi Principis Rainaldi Cardinalis Eſtenſis, Prænestini Epiſcopi eius Vicarij Viceſgerebam, vt Eminentiſſimos Patres de huiuſmodi controuerſia plene instructos redderem, dubitatum fuit an ſit locus huiuſmodi ſubrogationi, ſeù an poſſit haberi concio, in noua Eccleſia Sancti Laurentij, & prò affirmatiua valde vrgere videbatur diſpoſitio *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.24. de reform. cap* 4. vbi habetur teneri vnumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe vbi id commode fieri poſſit ad audiendum verbum Dei, ac proinde cum commode huiuſmodi conciones haberi poſſunt in dicta noua Eccleſia Parochiali, æqum
1

non videtur priuari debere eius iure, & haberi in Eccleſia exempta, & ſic extra territorium, & plebanorum iuriſdictionem, ad tradita per *Suar. de Relig. tom.1. lib.2. cap.16. num.6. Azor. inſtit. moral. part.1. lib.7. cap.3. quæſt.7. & lib.2. cap.2. quæſt.1. verſ. deinde. cum alijs allegatis à Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.76. num.14 & in Concil. Trident. dicto cap.4. de reform. ſeſſ.24 num.15.*

Nec contrarium ſuadere poteſt conſuetudo habendi ſupradictas conciones in Eccleſia Sanctæ Mariæ, quia attenta maiori commoditate, & minori populi incommodo in audienda verbi Dei prædicatione in Eccleſia Diui Laurentij vti ſita in centro Terræ, & Eccleſia Sanctæ Mariæ longe diſtet de facili videtur recedi poſſe ab obſeruantia conſuetudinis, cum ex cauſa maioris
2 vtilitatis, & neceſſitatis, legis rigor infringatur, & per Iudices fieri permitti poſſit tranſgreſſio legum, *vt poſt Innocen. dixit Felin. in cap.1. num.49. & 50. de conſtit. cum alijs relatis per Bellet. diſquiſit. Clerical. part.1. tit. de diſciplina Clerical. §.4. numer.58.*

3 Siquidem fauore publicæ vtilitatis multa quidem permitti, & concedi debent, quæ alioquin non concederentur, neque permittuntur, late *Felin. in cap. nonnulli num.59. & ſeq. de reſcript. Bellet. diſquiſit. clerical. loco citato num.63.*

4 Suadentur quoque prædicta à conuenientia, dum ex oculari inſpectione Eccleſiæ Sancti Laurentij apparet ibidem opportune fieri poſſe diuiſionem Mulierum ab hominibus, & peractari velum diuiſiuum tempore concionum, quod ita exequi non poteſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ contra Decreta Sac. Congregat. relat *per Nicol. in ſuis floſcul. in verbo prædicator num. 20.*

5 Pro negatiua vero ſufficere videbatur RR.PP. allegare ius quæſitum ad fauorem eorum Eccleſiæ ex antiquiſſima obſeruantia, cuius in contrarium memoria non exiſtit habendi in eadem ſupradictas conciones, ex qua introducta fuit legitima conſuetudo, quamuis etiam illi ius reſiſteret, *cap. fin.* & ibi *gloſ. in verbo legitima de conſuetud. Gabr. de præſcript. concluſ.1. num.9. Rot. deciſ.155. num.2. part.1. recen.* Adeout neque titulo opus ſit, ſed exuberet patrocinari hoc longiſſimo tempore etiam ſine titulo, *Rot. coram Mantica deciſ. 227. num.11. & deciſ.11. num.2. part 2. relat. & recent. deciſ.224. num.27. part.6.*

6 Conſuetudo enim particularis ſeruanda eſt, *gloſ. in cap. ſuper eo in verbo vicinis in fin. de ceaſib. l. quibus ff. de leg. l. venditor §. ſi conſtat ff. commun. prædior. l.1. C. quæ ſit longiſſ. conſuetud. Rot. dec.165. num 11. part.1. & deciſ.169. num.3. part.5. tom.1. recent.*

7 Immo ſtandum eſt conſuetudini, & non diſpoſitioni iuris communis, cum ſit optima legum interpres, iuxta *Text. in l. ſi de interpretatione, l. de quibus ff. de legat. & tradunt DD. relati per Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.62. à num.8. vſque ad 16. part.2.*

8 Præcipue quia obſeruata fuit centum, & vltra annorum curſu, vnde RR. PP. nituntur præſcriptione centenaria, quæ æquipollet immemorabili, & affert meliorem titulum de mundo *Theſaur. quæſt.27. num.2 lib.2. Vermigliol. conſ. crim.25. num.11. Rota deciſ.707. num.2. deciſ.1141. num.1. coram Cardinal. Seraph. & in Beneuentana Iuriſdi-*

ctionis

ctionis 13. Maij 1652. §.ope igitur coram Zarate. Et cenſetur ex eadem obſeruantia diuturna ſublatum totum id, quod in contrarium facere poteſt *Rot. deciſ.224. num.29.part.6.recent.*

9 Quibus non aduerſatur diſpoſitio Sacri Concilij, quia quidquid ſit an Concilium loquatur de obligatione, quæ deſcendat ex præcepto Eccleſiæ, vel de quadam congruentia, ſeu lege charitatis, qua quis tenetur habere curam animæ ſuæ, itaue huiuſmodi obligatio non pertineat ad aliquod

10 Eccleſiæ præceptum; Certum eſt hodie, prout vſus obſeruat, vt quiſque extra Parochiam ſuam Concionem audire valeat, vt alijs relatis animaduertit *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.4. num.15. & de offic. Paroch. cap.14. num.14. in fin.*

11 Hinc eſt non poſſe ordinarium mulctis, & pœnis cogere populum ire ad audiendum Sacram Concionem, & Miſſam in Eccleſia Parochiali, ità deciſum referre *Zer.Hyer. Roder.& Steph.Vvcyms*, *teſtatur Barboſ. loco citato num.17.*

Ex quibus rationibus, referente Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinali Cybo, Sacra Congregatio diſcuſſo articulo decreuit, vt infra videlicet *Præeſtiaa Prædicationis inter Fratres Minores Conuentuales Ordinis Sancti Franciſci Oppidi Zagarola ex vna, & Maſſarios, & Communitatem eiuſdem loci ex alia.*

Sac. Congregatio Eminentiſs. S. R. E. Cardinalium negotijs, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita. cenſuit poſſe haberi Concionem in noua Eccleſia S.Laurentij.

Ita reperitur in paruo regeſto autographo Sac. Congregationis negotijs, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ. In quorum fidem &c. hac die 17. Martij 1672.

C. de V. Archiepiſcopus Athenarum

Loco † ſigilli.

SVMMARIVM.

1 Prædicatio licet ſit audienda in propria Parochia, non tamen ex obligatione præcepti, ſed ſuppoſita commoditate 2.

3 Prædicandi munus ſpectat ad Epiſcopos.

4 Et habent Priuilegium prædicandi per vniuerſum Mundum ſed hodie intelligitur hoc munus exercere poſſe intra limites ſuæ iuriſdictionis 5. & 6.

7 Prædicare poteſt in quacunque Eccleſia ſuæ Diœceſis, etiam ſi regularis ſit.

8 Per ſeipſum prædicare tenetur, vel legitimè impeditus alios idoneos aſſumere.

9 Non tamen poteſt prætendere ſolitam eleemoſinam.

10 Et ſumptibus ſuis manutenere debet in Cathedrali concionatorem, habenda eſt tamen ratio conſuetudinis.

11 Dum prædicat Epiſcopus omnes alij tacere debent etiam Regulares 12.

13 Parochi etiam ſolemnia diebus feſtiuis tenentur prædicare, & contrafacientes quomodo puniantur.

14 Amp. etiam ſi Epiſcopus prædicet.

15 Non poteſt prætendere ſolitam Eleemoſynam

16 Clericus habens curam animarum prædicare poteſt etiam ſi non ſit Sacerdos.

17 Presbyteri Sæculares curam Animarum non habentes prædicare non poſſunt abſque Epiſcopi licentia.

18 Regulares in Eccleſijs ſuorum ordinum prædicare poſſunt ſi ab eorum Superioribus approbati fuerint, & petierint benedictionem ab Epiſcopo, licet ... 27

19 Limit. procedere ſi Epiſcopus ſe habeat mere negatiue, ſecus ſi expreſſe prædicare prohibeat.

20 Lim.2. procedere vbi agitur de limitato tempore, & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit.

22 Regulares in Eccleſijs, quæ eorum ordinis non ſunt, non poſſunt prædicare abſque licentia Epiſcopi obtenta 27.

23 Epiſcopus quando poſſit prohibere ne Regulares in Eccleſijs ſuorum ordinum non prædicent, & num.24.

25 Regulares attentantes prædicare in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ſine Epiſcopi licentia à quibus puniri debeant 26. 27. & 28.

28 Regulares ſi in confeſſionibus audiendis delinquant puniri poſſunt ab Ordinario.

29 Prout etiam ſi errores ſcandala, & hæreſes diſſeminent, & miracula falſa, aut alias relationes prædicent.

30 Prædicatores miracula falſa, prophetias non approbatas prædicantes, vel Eccleſiarum Prælatis nominatim detrahentes incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam.

ADNOTATIO I.

Sacræ Conciones vbi, per quos, & quomodo haberi debent.

1 Licet pro audienda prædicatione teneatur vnuſquiſque Parochiæ ſuæ intereſſe, ſi id commodè fieri poſſit, vt per Decretum *Sac. Concily Trident. ſeſſ.24. de reform. cap.4* tradunt *Zerol. in prax. Epiſcop. part.8. verb.prædicatio §.4. Suar. de Relig. tom 1. lib.2. cap.1. Azor. inſtit moral. part.1. lib.7. cap.3. quæſt.7 & lib.12. cap.2. quæſt. 1. verſ. deinde Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.76. num.14.* & audire verbum Dei in Parochia præceptum eſſe, multis probare conatur *Theoph. Parochor. part.1. artic. 4. cum ſequenti.*

2 Hæc autem obligatio ſi in rigore ſumatur pro obligatione præcepti non videtur abſoluta, ſed ſuppoſita commoditate, & doctrinæ neceſsitate, ſine qua præceptum affirmatiuum non ſolet obligare, quando lex ipſa tempus non determinat, vt ratiocinatur *P.Suar.ad 3.part. D.Thom.diſp.88. ſect.2. & late Barboſ. de offic. Paroc. cap. 14. numer. 4.*

3 Prædicandi vero munus præcipue ſpectat ad Epiſcopos, vt declarauit *Sac. Concil. Trid.ſeſſ.5.de reform. cap.2.& ſeſſ.24. de reform cap.4. & docent Campan. in diuerſ.iur Canon.rub.12.cap.13.num.13. Barboſ. alleg.76.num.1.in Concil.Trid dicto cap.2.& dicto cap.4. vtrabique num.2.* adeout habeant Pri-

4 uilegium Prædicandi per vniuerſum Mundum iuxta illud *Matth 9. & Marc. vlt. & cap. in nouo*

5 *diſt.21.* Quod licet permittebatur in primitiua Eccleſia, hodie vero, quia fuit facta diuiſio Parochiarum, & ſingulis Epiſcopis attributa, conſtituta que propria Diœceſis, intelligitur hoc munus tantum exercere poſſe intra limites ſuæ iuriſdictionis, cum extra illam non concedatur prædicatio Epiſcopo, abſque conſenſu Ordinarij, cuius eſt Diœceſis, nemini enim permittitur ponere falcem in Meſſem alienam iuxta diſpoſita *in cap. cum ſis de auctoritate, & vſu Pallij Fuſc. de viſitat.lib.2.cap.20.num.23. Ric.in deciſ.Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.180. part.2. & in prax. rerum for.Eccleſ. deciſ.343. in prima editione alias reſ.465. per tot.Gratia diſcept.393.d num.9 cum plurib. ſeqq.*

6 vbi *num.11.* reſoluit Priuilegium Epiſcoporum

con-

concionandi per vniuerſum Mundum procedere in terminis habilibus, & diſcere ſuo modo, nempe niſi in alienis Diœceſibus prohibeatur, ab Epiſcopis locorum, quaſi poteſtas prædicandi intelligenda ſit in proprio populo non alieno, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 36. num. 3. & in Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. num. 2. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 23. in fin.* & idem prius ſenſit *gloſ. in ſcriptum in verbo admonendo 6. quæſt. 1. cap. hortamur. 71 diſtin. cap. Epiſcopum 9. quæſt. 2. cap. 1. 15. quæſt. 1. cap. interdicimus 16. quæſt. 1.* & ſic fuiſſe per Clementem VIII. reſolutum ait *Piaſec. in prax. Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 6. Ganan. in manual. Epiſcop. in verbo Concio Sacra num 4. Nicol. in ſuis floſculis in verb. prædicator. num. 14. vbi ita declaſſe Sac. Congreg. Epiſcop.*

7 Hinc eſt poſſe Epiſcopum prædicare in quacunque Eccleſia, etiam Regulari ſuæ Diœceſis, nec ab vllo prohiberi poſſe, tradit *Ganan. in Encheridion. ſeu Manual. Epiſcop. in verbo Concio Sacra num. 1. vbi ſic fuiſſe deciſum per Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. 17. Ianuarij 1584. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. num. 3. Nicol. in ſuis floſcul. in verbo Prædicator. num. 14. verſ. in Eccleſijs.*

8 Debet igitur Epiſcopus, vel per ſe ipſum prædicare, vel legitimo detento impedimento alios aſſumere tenetur ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum, idoneos potentes in opere, & ſermone, *cap inter cetera de offic. Ordinar. innouatum per Concil. Trid. ſeſſ 5. de reform. cap. 2 vbi Barboſ. num. 3. Stephan. Vveymſ. ad 24. conſtitutiones ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit. 5. numer. 2. pag. 40. cum ſequenti.*

9 Non poteſt tamen Epiſcopus ſi concionetur in propria Eccleſia prætendere eleemoſynam ſolitam dari alijs Concionatoribus, & ita declaraſſe *Sacram Congregat. Epiſcopor. & Regular. teſtatur Ganan. in Manual. Epiſcop. in verbo Concio Sacra nu. 2. Sel. in ſelect. Canon. cap. 23. num. 18.* vbi ita fuiſſe reſolutum *in Veſtana 20. Martij 1621. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. num. 4.*

10 Immo ſumptibus proprijs conducere debet Epiſcopus Prædicatorem in Eccleſia Cathedrali non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, & immunitatibus, vt refert *Armendar. in addition. ad recompil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 30. l. 3. de prædicator. Sacræ Scripturæ num. 5. vbi num. 16.* ſubdit ſic declaraſſe Pium V. ſed poſtea Gregorium XIII. ſtatuiſſe deinceps rationem habendam eſſe conſuetudinis immemorabilis, & Epiſcopum hac ratione poſſe cogere.

11 Quando vero ipſe met Epiſcopus prædicat ſilere debent alij Concionatores, illiſque poterit inhibere, vt eo tempore à prædicatione ſe abſtineant, & ita deciſum fuiſſe *in Biſuntina 2. Martij 1619. refert Sel. in ſelect. Canon. cap. 23. num. 19. relat. per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 4.*

12 *num. 5.* Adeo vt nemo alias neque Regularis concionem haberi poſſit, ita ex Decreto Clementis V. tradit *Ganan. in Manual. Epiſcop. in verb. Concio Sacra num. 3.* & ita in vna Bituntinen Vrbanus VIII. facta ſibi relatione per Sacram Congregationem Concilij obſeruari mandauit ſub die 8. Maij 1629. refert idem *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 14. num. 2.*

13 Parochi verò inter Miſsarum celebrationem diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnibus tenentur exponere ea, quæ in Miſsa leguntur, & præcipue Euangelium, & inter cætera Sanctiſsimi Sacrificij Miſſæ Miſterium aliquod declarare, & inſuper vim, & vſum Sacramentorum iuxtà formam Chathechiſmi Romani, vt ex varijs locis Sacri Concilij Tridentini colligitur, nempe *ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. ſeſſ. 25. de reform. cap. 2. ſeſſ. 22. de Sacrificio Miſſæ cap. 8. ſeſſ 23. de reform. cap. 1.* vbi licet loquatur de Epiſcopis inferius tamen intelligit omnia etiam de Curatis, & docent *Stephanus Vveyms in conſtit. 24. de iure antiquo deſumptas, & per Concilium Tridentinū ſpeciatim innouatas conſtit. 5. num. 7. Vgolin de offic. Epiſcop. cap. 16. §. 3. num. 1. & 2. Piaſech. in prax Epiſcopal. part. 2. cap. 3. num. 16. Barboſ de offic. & poteſt. Parochi cap. 14. num. 1. & in Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. num. 16. verſ. diebus ſaltem feſtiuis, & ſeſſ. 24 cap. 7. num. 3.* Et fuiſſe ſuſpenſum ab officio ſuæ curæ quendam Parochum per ſex Menſes, quod rudimenta fidei ſuos Parochianos non docebat refert idem *Barboſ. in Concil. dicta ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. num. 24 ex Ric. quem allegat in deciſ. Curia Archiepiſcopal. Neapol. part. 1. deciſ. 12. num. 2. in fin. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 76. num. 37. 38.*

14 Vnde poſſunt Parochi per ſe ipſos inter Miſſarum ſolemnia ſermonem habere etiam quando ipſemet Epiſcopus prædicat, & ita cenſuiſſe *Sac. Congregat. in cauſa Terulen. 11. Iunij 1631. teſtatur Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 14. num. 3. & in Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. num. 16. Lezana in Summa quæſt. Regular. cap. 20. num. 6.*

15 Non tamen Parocho per ſe ipſum concionanti licet etiam ſub prætextu paupertatis prætendere ſibi præſtari eleemoſynam ſolitam dari Prædicatoribus alias ab Vniuerſitate electis, vt ex *Alb. deciſum refert Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 14. num. 4. & in Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. num. 15.*

16 Quod ſi Clericus curam animarum habens prædicare poteſt etiam publice, quamuis Sacerdos non dum ſit, Laicis vero omnino interdicitur, *cap. ſicut 14. de heret. gloſ. in cap. adijcimus cap. Sacerdos 16. quæſt. 1. & ita declaraſſe Sac. Congregat. in Cauen. 9. Iunij 1592. vt in reg fol. 92. refert. Nicol. in ſuis floſcul. in verbo prædicator num. 8.*

17 Alij vero Presbyteri Sæculares, qui curam animarum non habent, abſque licentia Epiſcopi prædicare nequeunt, neque Vicarius ſi non ſit in Sacris, vel non approbatus, vt ex *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de reform. tradit Nicol. in ſuis floſcul. in dicto verbo Prædicator num. 9.*

18 Regulares vero in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare volentes debent approbari, & licentiam obtinere à ſuis Superioribus, & cum ea perſonaliter coram Epiſcopo ſe præſentare, ab eoque petere benedictionem, etiamſi illam non obtinuerint, *Fiat, Emanuel. quæſt. Reg. tom. 3. quæſt. 32. art. Galet. in Margarit. caſ. conſcien. verb. licentia, Miranda in Manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 50. artic. 3 concl. 1. Armend. in addit. ad Recom. leg. Nauarræ lib. 3. tit. 8. l. 7. de Relig. num. 56. Valer. Reginald. in prax. for. pœniten. lib. 1. num. 123. Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccl. Cat. reſol. 633. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ. 219. part. 2. Gauant. in Manual. Epiſcop.*

in

in verbo Contio Sacra num.12. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.76. num.19. & expreſſe diſponitur per Concil. Trid. ſeſſ.5. cap.2. de reform. ibi Regulares vero cuiuſcunque Ordinis ibique idem Barboſ. nu.18. & ſeſſ.24. de reform. cap.4. num.19. & ſeq. vbi quod benedictio petenda ſit etiam ab Abbate, quatenus ſit nullius, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat.

19 Et quauis in præfatis Eccleſijs ſuorum ordinum ſufficiat licentia Epiſcopi petita, licet non obtenta, hoc tamen procedit modo Epiſcopus, ſe habeat mere negatiue licentiam petitam non concedendo, ſecus ſi expreſſe prædicare prohibeat, & ita cenſuiſſe Sac. Congreg. patet ex reſolutionibus relatis per Nicol. in ſuis floſculis in verb Prædicator. num.16.

20 Intellige 2. quod decretum Concilij Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. de non prædicando contradicente Epiſcopo quo ad Regulares intelligendum eſſe ad limitandum de illo tempore, & hora qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe facere ſolemniter prædicari, cum qua diſtintione diſpoſitio dicti capit. non videtur contrariari diſpoſitioni alterius cap.2. in ſeſs. 5. de reform. concedentis Prædicatoribus Regularibus in Eccleſijs ſuorum ordinum cum ſola Epiſcopi benedictione poſſe prædicare, etiam non habita expreſſa licentia, ita Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap.2. n. 18. verſ. aduerto decretum.

21 Vero quod ſufficiat benedictio petita licet non obtenta, ita vt ſi Epiſcopus denegauerit, vel Regularibus expreſſe prohibuerit, quo minus prædicent, tunc illo contradicente, in ſui quidem Ordinis Eccleſijs licet illis prædicare, declaraſſe Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. ſub die 30. Ianuar. 1629. refert Aldan. in compend. canon. deciſ. lib.1. tit.4. num.10. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 9. de reform cap.2. n.19.

22 In ijs vero Eccleſijs, quæ ſui ordinis non ſunt vltra licentiam ſuorum ſuperiorum, etiam requiritur Epiſcopi licentia obtenta, & hoc caſu poſſe Epiſcopum examinare Regulares, vt contra Henriq. Ludou. Mirand. Campan. Hierom. Roderiq. reſolutum refert Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap.2. num.20. ex Aldan. quem allegat, & patet ex alijs declarationibus relatis per Nicol. in ſuis floſculis in verbo Prædicator. num.16. verſ. in Eccleſijs vero Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo Concio Sacra num.13. & expreſſe diſponitur per Sacrum Concilium Trid. dicta ſeſſ.5. de reform. cap.2. ibi Regulares vero cuiuſcunque ordinis.

23 Quinimo licet non poſſit Epiſcopus prohibe-
re in genere, quo minus Regulares in Eccleſijs
ſui ordinis concionari valeant, cum non præſu-
matur adeſſe iuſta cauſa pro omnibus ſubiectis
vnius Religionis, vt in vna Salernitana ſub die 19
Nouemb. 1610. deciſum referat Nicol. in ſuis floſcu-
lis in verbo Prædicator. num.16. verſ. Ordinarius ta-
24 men. Poteſt tamen in ſpecie ex aliqua iuſta cau-
ſa, puta ſi quid in concione dicant, quod hære-
ſim ſapiat, vel quod offenſioni, & ſcandolo ſit,
vel quando propter proceſſionem. vel aliquam-
piam cauſam cuperet confluentiam ad Cathe-
dralem, vt pariter deciſum refert idem Nicol. lo-
co citato verſ. ſed bene, & verſ. vel quando.

25 Regulares igitur, abſque Epiſcopi licentia

prædicare attentantes in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum non ſunt à ſuis ſuperioribus Regularibus, non vero ab Epiſcopo puniendos eſſe deciſum referunt Portel. in dub. Regul. in verbo Prædicatores num.1. Hier. Roder. in compendio quæſt. Regular. reſol.112. num.3. Quaranta in ſum. Bullar. verb. priuilegia Regular. Zerol. in prax. Epiſcop. par. 1. verb. excommunicatio cauſa Materialis §.4. Campan in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 10. Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ.5. de reform. cap.2. n.21. & ſeſſ.24. de reform. cap.4. n.21.

26 Sed quidquid ſit de iure communi contrarium eſt dicendum vigore conſtitutionis Gregorij XV. incip. ineſcrutabilis ſub datum 9. Februarij 1622. dum ibi diſponitur, Ac demum habeat Epiſcopus auctoritatem coercendi ac puniendi quoſcunque exemptos, tam ſæculares, quam Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum ordinum non ſunt abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint, de qua Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.5. de reform. cap.2. num. 22. & ſeſſ.24. de reform. cap.4. n.21. verſ. ſed nouiſſime.

27 Sed Vrbanus VIII. per ſuas literas in forma breuis directas clar. memor. Eminentiſs. Cardinal. de Sandoual. Epiſcopo Gienn. ſub die 30. Ianuar. 1629. hac de re ita reſcripſit. Ad hæc quod in eiſdem præinſertis literis dicitur, Regulares non poſſe verbum Dei prædicare ſine Epiſcopi licentia id locum ſibi vendicare in ijs tantum Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſunt, cum in alijs Eccleſiis ſui Ordinis ſufficiat Epiſcopi benedictio petita licet non obtenta, ita tamen vt ſi Epiſcopus non modo benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quo minus prædicent, tunc illo contradicente in ſui quidem ordinis Eccleſiis liceat illis prædicare quemadmodum Sac. Trid Conc. decret.
28 ſalubriter eſt cautum, quod ſi Regularis ſiue in confeſſionibus audiendis ſiue in prædicando aduerſus ea, quæ ſuperius declarauimus quoquo modo deliquerit in vim earundem præinſertarum literarum ab Epiſcopo Gienn. coerceri, & puniri poſſint etiam cenſuris Eccleſiaſticis &c. de quibus, Barboſ. dicto cap. 4. numer. 23.

29 Quod ſi prædicator errores, & ſcandala diſſeminauerit in Populum, etiam ſi Regularis ſit, & in Monaſterio ſui, vel alterius ordinis prædicet ſubicitur iuriſdictioni Epiſcopi, qui hac de cauſa eidem prædicationem interdicere debet, ſi vero hæreſes prædicauerit, contra eundem etiam quomodolibet exemptum tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ſecundum iuris diſpoſitionem, & loci conſuetudinem procedere valet, curando tamen ne falſis informationibus, vel alias calumnioſe aliquis eorum vexetur, vt expreſſe diſponitur per Sacrum Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap.2. ibi ſi vero quod abſit ibique Barboſ. num.24. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.76. num. 48. & 49. Marcel. Vulpe in prax. iud. ſac. Eccleſ. cap.42. nu. 13. in fin. vbi poſſe Epiſcopum procedere contra Regulares errores prædicantes & num. 14. contra eos, qui relationes, aut miracula non authentica prædicauerint Fr. Emanuel. quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 32. art. 8. Gallet. in Margarit. caſ. conſcient. verb. prædicare vult. Campan. in diuerſ. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 24. Miranda in Manual. Prælator.

tom.1.quaſt.50. art.7. Portel. in verbo Prædicatores num.12. Tamburin.de iure Abbat.tom.3.diſ. 5.qu.11 num.60.

30 Immo Prædicatores miracula falſa, vel incerta, vel Prophetias per Sacram Scripturam non approbatas prædicantes, vel Eccleſiarum Prælatis nominatim detrahentes incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam in *Concilio Lateranenſi ſeſſ.11.Nicol.in ſuis Floſculis in verbo Prædicator num.25. & latius in Explic. can. lib. 5. tit.39. de ſenten.excom.num.178.§.4.*

SVMMARIVM.

1 Ius deputandi Prædicatorem in qualibet Eccleſia ſuę diœceſis ſpectat ad Epiſcopum.

2 Pro vt etiam approbare prædicatores, licet electio ſpectaret ad alios.

3 Electio Prædicatoris in Eccleſia Cathedrali ſpectat ad Epiſcopum, & non ad Canonicos, & Capitulum non obſtante quacunque conſuetudine.

4 Eſt tamen in Electione Epiſcopi, vel ſeruare conſuetudinem, vel eligere prædicatorem ſed eligendo non poteſt compellere ad expenſas.

5 Sumptibus proprijs debet Epiſcopus Prædicatorem in Eccleſia Cathedrali conducere, ſi non adeſt conſuetudo immemorabilis in contrarium, quæ ab Epiſcopo probanda eſt 6. & 7.

7 In Parochialibus, & Collegiatis ad prædicatoris eleemoſynę præſtationem qui teneantur.

8 Electio prædicatoris in Eccleſijs inferioribus ſpectat ad Epiſcopum eorum impenſis, qui præſtare tenentur.

Vbi viget conſuetudo quod Epiſcopus eligat, & Populus ſoluat eſt ſeruanda ibidem.

9 Non tamen eſt ſublata conſuetudo immemorabilis nominandi prædicatorem in Eccleſijs, non Cathedralibus aliis quam Epiſcopo, qui ſi vellet eligere contra conſuetudinem alimenta, & eleemoſynas præſtare debet.

10 Vniuerſitas conſuetas eleemoſynas Concionatoris diminuere non poteſt.

11 Si dubitatur quorum ſumptu ſit conducendus Concionator tenetur Epiſcopus interim ſubire hoc onus.

12 Sed ſi vniuerſitas fuit ſolita ſoluere eleemoſynam, & controuerſia ſit de iure eligendi, tunc Vniuerſitas tenetur ad hanc præſtationem.

13 Conſuetudo attendenda eſt in materia ſolutionis eleemoſynæ Concionatori.

14 Ceſſante verò conſuetudine quis teneatur.

15 Vniuerſitas vbi habet ius nominandi intra quod temporis ſpatium nominare debet. Lim. vt n.16.

17 Electus in tempore ab Vniuerſitate ſi nolit, vel non poſſit accedere ad prædicandum non amittit Vniuerſitas ſuum ius.

ADNOTATIO II.

Prædicatoris electio, & ſolutio eleemoſynæ, quibus pertineat.

1 IVs deputandi Prædicatorem in qualibet Eccleſia ſuæ diœceſis ſpectat ad Epiſcopum, & non ad Parochos, ſeu alios vt bene deducitur ex decretali Epiſtola *Innocentij III. in cap. excommunicamus §. quia vero de hæretic.* vbi anathemate feriuntur prædicationis officium vſurpantes ſine licentia Epiſcopi, vel Sedis Apoſtolicæ. *& in cap.cum ex iniuncto eod. tit. cap. ſicut eod.tit.cap.adiicimus 16.quæſt.1. & ſtatutum fuit. in concil.Lateranen.in cap.inter cætera de offic. Ordina. & in Concilio Trident.ſeſſ.5 de reform.cap.2.& ſeſſ. 24.de reform. cap.4. & ita fuiſſe à Congregatione Epiſcoporum decisum, ſeque ita practicaſſe teſtatur Leo in Theſaur.fori Eccleſ.cap.8.num.4. Zerol. in prax.Epiſcop.par.1.verb.prædicatio §.7. Armendar. in addit.ad recompillat.legum Nauarra lib.4.tit.30. l. 3. de prædicator. ſacra ſcript. num.2. Campan. in diuerſ.iur.Canon.rub.12.cap.13.num.14. Barboſ.in Concil.Trid.ſeſſ.5.de reform.cap 2 num.5.& ſeſſ.24 de reform.cap.4.num.2.& de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.76.num.5 & Magiſtraliter firmauit Rot.coram Merlino deciſ.234. à num 60. vſque ad 74. par. 6. recent.*

2 Amp. vt etiam approbare Prædicatores ſpectet ad Epiſcopos, licet electio ſpectaret ad alios vnde Sacra Congregatio cenſuit Communitatibus ac Dominis temporalibus locorum, ſi ſint in quaſi poſſeſſione nominandi Concionatores non licuiſſe, ſeu licere eoſdem deputare, ſeu conſtituere ſed tantum nominare, ſeù præſentare locorum Ordinarijs, ac proinde Epiſcopus reijcere poteſt patentem nominationis conceptam his verbis, *Eligimus, & deputamus, ac electum, & deputatum declaramus* vt in vna, *Caſenaten. 17. Septembris 1655. vt in Regeſt.eiuſdem Sac.Congreg.Epiſcop.fol.252.* deciſum refert *Nicol. in ſuis floſculis in verb. Prædicator. n.15.*

3 Amp. 2. vt in Eccleſijs Cathedralibus electio, & deputatio Prædicatoris ſemper ſpectat ad ſolos Epiſcopos, nulla habita ratione cuiuſcunque conſuetudinis, etiam immemorabilis, adeo vt Capitulum, & Canonici non poſſint ſe de cætero intromittere in huiuſmodi deputatione, & ita Sac. Congreg. Concil. cenſuiſſe teſtatur, *Steph. Vzeyms ad 24. Conſtitutiones ex iure antiquo deſumptas, & per Concilium Trident. innouatas conſtit.5.num.10. Armendar. in addit.ad recompil. legum Nauarra lib.4. tit.30.l.3. de prædicator. ſacra ſcriptura num.21. Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.76.num.6 cum ſeq. & in Concil.Trid. ſeſſ.5. de reform.cap.2.num.6. & 8. Ganant. in Manual. Epiſcopor.in verbo Concio ſacra n.21.*

4 Erit tamen in electione Epiſcopi vel eligere, & deputare Prædicatorem in ſua Cathedrali, vel ſeruari conſuetudinem etiam ab immemorabili tempore introductam nominandi Prædicatorem ab Vniuerſitate, ſeu alijs, adeo vt ſi ipſe non ſeruando conſuetudinem eligat non poſſit alios compellere ad expenſas, prout è conuerſo compellere poteſt ſi alijs relinquat nominationem, vt deciſum refert *Armendar.in addit. ad recompil. leg.Nauar.lib.4.tit.30.l.3.de prædicator.Sacra ſcriptura num.11.& 17.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop alleg 76.num.11.& in Concil.Trident. ſeſſ.5. de reform.cap. 2. num.7. Ganant. in Manual. Epiſcopor.in verbo concio ſacra n.22.*

5 Sumptibus vero proprijs debet Epiſcopus Prædicatorem in Eccleſia Cathedrali conducere non obſtante quibuſcunque conſuetudinibus, & immunitatibus, & ita decreuiſſe *Pium V.* refert *Armendar loco citato num.5. & 16.* ſubditque poſtea *Gregorium XIII.* ſtatuiſſe deinceps rationem habendam eſſe conſuetudinis immemorabilis, *Barboſ.in Concil.Trid.ſeſſ.5.de reform.cap 2.*

6 *num.9.* Ac proinde ſi Epiſcopus prætendat etiam in Cathedrali communitatem teneri præſtare eleemoſynam, ad eundem incumbit onus probandi immemorabilem, & ita in vna Sutrina reſolutum fuiſſe teſtatur *Sel.in Select.canon.cap.23 num.*

*num.22.quem allegat Barboſ.in Concil.Trident.ſeſſ. 24.de reform.cap.4.num.*10.

7 Ceſſante vero conſuetudine dare Prædicatoribus eleemoſynam in Cathedrali ſpectat ad Epiſcopum, in Parochiali vero ad Parochos, & in Collegiatis ad Capitulum, ſi qui curam habent animarum per ſe prædicare vel nolint, vel nequeunt, *Diana reſol.moral.par.3.tract.5. Miſcellan. reſol.71.in princ.* vbi ſubdit eos, *qui decimas percipiunt teneri ad ſalarium, Parochianos vero ad expenſas victus Nicol.in ſuis floſculis in verb. Prædicator n.22.*

8 Amp. 3. vt in alijs Eccleſijs inferioribus ad Epiſcopum quoque pertinet electio, eorum impenſis, qui illas præſtare tenentur. nam vbi viget conſuetudo quod Populus ſoluat Concionatori ab Epiſcopo deputato, ea eſt ſeruanda, & poteſt hoc caſu Epiſcopus communitatem cogere alias non niſi Prædicator electus fuerit ab ipſa Vniuerſitate, *Nicol.in explicat.canon.lib.1.tit.31.de offic. ord.n.6.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.alleg.76.n.12. & in Concil.Trid.ſeſſ.5. de reform.cap.2.n.11. & 12. Aldan.in compend.canon.dec.lib.1.tit.4.num.5. Gallet.in Margarita caſuum conſcientiæ verb. Prædicare Gauant. in manual.Epiſcoporum in verbo concio Sacra num.23.& ita ſæpe declarauit Sacra Congregatio Concilij, & ſignanter in Prœneſtina 13. Ianuarij 1618. ſcilicet Sacra Congregatio audita Vniuerſitatis Ienazzani Procuratore cenſuit ex ſcripturis ac Iuribus exhibitis adhuc non conſtare de legitima conſuetudine eligendi Concianatorem, ac proinde Illuſtriſſimũ Epiſcopum eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione eligendi. interimque Vniuerſitatem teneri eidem Concionatori electa conſuetam eleemoſynam erogare.*

Et in Nepeſina 18.Ianuar.1636.Sacra Cong. cenſuit electionem Prædicatoris in terra Mazzani eſſe faciendam ab Epiſcopo ſumptibus Communitatis, ſi illas, alias non probauerit, ideoque præfigendum eſſe illi terminum ad probationes faciendas; prout etiam cenſuit in Squillacen.3. Septembris 1623. & in Senogalien. 23. Nouembris 1630.

Prout etiam cenſuit Sac.Congreg.Epiſcoporũ & Regularium ſub die 15.Aprilis 1603.Ordinare alla Cõmunità, che paghi il Prædicatore mandato dall'Ordinario ſenza pregiuditio delle ſue raggioni, & in alia Vrbeuetana 16. Febr. 1604. Il Veſcouo deue eſſer manutenuto in poſſeſſo di nominare il predicatore, e la Communità sforzata à pagare l'elemoſina.

9 Non tamen ſublata eſt immemorabilis conſuetudo, quà facultas nominandi Prędicatorem in Eccleſijs non Cathedralibus alteri quam Epiſcopo competat, vt dixit *Rot. deciſ. 234. num. 80. par. 6 recent.* & tradunt *Armendar. in addit. ad recompil.legum Nauarræ lib.4.tit.30.num.15. Stephan Vveymſ.ad 24.conſtitutiones ex iure antiquo deſumptas, & per Concil.Trid. innouatas conſt.5. num.13. Barboſ.in Concil.Trid.ſeſſ.5. de reform.cap.2.nu.10. Gauant.in Manual.Epiſcop.in verbo Concio Sacra nu.24.& num.25.* ſubdit quod ſi Epiſcopus velit eligere Concionatorem contra conſuetudinem, alimenta, & eleemoſynam eidem præſtare debet, vbi ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Epiſcop. 6. Februarij 1618.*

10 Vniuerſitas verò conſuetas eleemoſynas ſoluere tenetur, nec illas poteſt diminuere, eaſque ad certam paruam quantitatem reducere, & ita deciſum *in Viterbien. Ciuitatis Vetulæ de Menſe Septembris 1620. refert Sel. in ſelectis canon. cap. 23. num.22.& ita etiam reſpondiſſe Sac. Congreg. Epiſcopo Caſſanen. Nuncio Neapolitano 3.Iulij 1590.teſtatur Nicol. in ſuis floſc. in verbo Prædicator. num.21. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ.5. de reform. cap.2. num.11.*

11 Si autem dubium ſit quorum ſumptu ſit conducendus Concionator pro quadrageſima tenetur Epiſcopus interim ſubire hoc onus, & proprio ſumptu conducere Concionatorem, vt deciſum refert *Zerola in prax.Epiſcopal.par.1.verb.prædicatio §.7. Gallet. in margarit. caſ. conſcienſ. verb. eleemoſyna 1.Aloyſ.Ric.in coll. deciſ.col.1776. & in prax.for.Eccleſ.deciſ.546. in 1. edit. alias reſol.468. in 2.edit.Barboſ. de offic.& poteſt.Epiſcop. alleg.76. num.15.& in Concil.Trident. ſeſſ.5.de reform.cap.2. num.12.Diana reſol.moral.par.3. tract.5.Miſcellan. reſol.71.verſ.ſed quod dictum eſt.*

12 Sed ſi Vniuerſitas fuit ſolita ſoluere eleemoſynam, & ſubminiſtrare huiuſmodi ſumptus, & controuerſia ſit de iure eligendi, tunc Vniuerſitas tenetur ad hanc præſtationem, vt cenſuit *Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in vna Nolana die 16.Decembris* 1582. nempè, *Mentre ſi fanno le proue del quaſi poſſeſſo, il Veſcouo può elegere, e la Communità deue pagare*, iuxta tradita per *Dian. loco citato*

13 Semper tamen conſuetudo attendenda eſt in
materia ſolutionis eleemoſynæ Concionatori vt
14 obſeruat *Diana loco citato*, ſi verò nullum adeſt
ſolitum in Parochialibus Parochus debet ſoluere, ſi habeat redditus ſufficientes, cum ſit proprium onus ipſius Parochi per ſe ipſum, vel per alium idoneum verbum Dei prædicare vt diſpoſuit *Concil.Trid.ſeſſ.5. de reform. cap.2.* ac proindè ſi per ſe ipſum non poſſit debet per alium proprijs expenſis ſupplere, ſi vero ſit pauper, & exiguos habeat redditus Populus ſupplere tenetur, cum ſit rationi conſonum ſi recipit ſpiritualia, contribuat temporalia, *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop.alleg.76. num.16.*

15 Vbi autem Vniuerſitas habet electionem, nominare debet coram Ordinario per totum Menſem Nouembris Quadrageſimæ præcedentem, & ſi præſentatus fuerit reiectus alium per totum ſequentem Menſem Decembris nominare poteſt, alias tranſacto dicto tempore ius amittit, & deuoluitur ad Epiſcopum, & Communitas nihilominus tenetur expenſas ſubminiſtrare iuxta ſolitum, vt deciſum refert *Nicol.in ſuis floſculis in verbo Prædicator num. 1. in vna Roſſanen. pro Vniuerſitate Coriolani 10. Decembris 1591. in Regeſt. fol.385.& in Caſſanen.11.Iunij 1627.in Regeſt.277. & in Marſicen.13.Aprilis 1612.Regeſt.42.ac in Meliten.22.Iunij 1621. eodem Regeſt. 87.*

16 Si verò electio notificaretur re integra parum poſt terminum elapſum admitti debet ſaltem ex gratia, vt in vna *Nocera die 29. Ianuarij 1627. Regeſt. fol. 36. deciſum refert Nicol. loco citato num. 2.*

17 Quando verò electus in tempore nolit, vel non poſſit accedere ad prædicandum, non debet Vniuerſitas priuari ſuo iure, cum non proueniat eius culpa, vt in *Narnien. 24.Februarij 1612. Regeſt. fol.22.pariter deciſum refert Nicol.eod.loco n.3.*

vbi

vbi ſubdit niſi id accideret in vltimis diebus ante quadrageſimam, quia tunc prouidebit Epiſcopus, nec Communitas recuſare poterit Prædicatorem recipere, & ſolitam eleemoſynam contribuere, iuxta reſolutionem *in vna Montis Phaliſcorum emanata ſub die 18. Septembris 1648. Regeſt. fol.7.*

PRÆNESTINA HOMICIDII.

ARGVMENTVM.

Clericus ceſſante incorrigibilitate pro ſimplici homicidio non traditur Curiæ Sæculari, ſed hodie ad triremes tranſmittitur, & ab ordinibus beneficijs, & priuilegijs deponitur.

Homicidium calore iracundiæ commiſſum mitius, & extra ordinem punitur, dummodo ira ſit magna, exorta ex iuſta, & non ex iniuſta cauſa.

SVMMARIVM.

1 Clericus pro ſimplici homicidio qua pœna puniatur, 2. & 3.
4 Teſtis omni exceptione maior, quis ſit.
Duo teſtes non ſufficiunt ad condemnandum, ibidem.
5 Teſtes duo non omni exceptione maiores ſupplentur ex adminiculis.
6 Vulnus fuiſſe mortale, & ex eodem vulneratum deceſſiſſe ſtatur relationi Medici, vel Cherurghi.
7 Teſtis minor 20. annorum non probat præcipuè in criminalibus Contra. n. 8.
9 Impubes, & Pubes an, & quando ad teſtificandum admittantur. 10. & 11.
12 Teſtis inimicus non probat.
13 Inimicitia vt operetur non ſufficit probatio in genere, ad agnoſcendum an ſit grauis, vel leuis.
14 Inimicitia leuis, & non capitalis oritur ex altercatione verborum.
15 Leuis inimicitia etiam in criminalibus non repellit teſtem.
16 Sed arbitrio Iudicis relinquitur an ſit repellendus, vel admittendus.
17 Inimicitia an ſit grauis, vel leuis arbitrio Iudicis relinquitur.
18 Reconciliatio tollit iudicium inimicitiæ.
19 Producens articulos, interrogatoria, exceptiones cenſetur tacitè fateri omnia in his contenta.
20 Inconſulto iracundiæ calore quando quis delinquere dicatur.
21 Delictum ira commiſſum mitius punitur.
22 Amp. etiam ſi delinquens modum inculpatæ tutelæ exceſſerit.
23 Prouocatus delinquendo non dicitur in dolo, ſed in culpa & extra ordinem puniendus.
24 Amp. etiam pro offenſione facta Cognatis, & Socijs.
25 Offenſio facta vni ratione affectus cenſetur facta alteri.
26 Ira non præſumitur niſi probetur, ſed ex cauſa præambula præſumitur.
27 Calor iracundiæ ad hoc vt excuſet à pœna ordinaria debet prouenire ex iuſta cauſa.
28 Iracundia affectata, & orta ſine cauſa, & natura vitio non excuſat delinquentem.
29 Ira qualis eſſe debet ad excuſandum delinquentem.
30 Declaratur conſ. 2. Farinac.
31 Pater, & Maritus occidens filiam, & vxorem non in ipſo actu adulterij, vel ſtupri non excuſentur à pœna.

DECISIO XCII.

IOannes Clericus Prænestinus monitus Birruarios Curiæ Sæcularis iniurijs, & contumelijs male Agabitum germanum fratrem vexaſſe, ſubitanea ira commotus illico ad Plateam Prænestinæ Ciuitatis ſe contulit, vbi turmatim præfati Birruarij permanebant, & dicto adſtantibus, *alla larga chi non ci hà che fare*, manuale tormentum quod geſtabat aduerſus eoſdem exonerauit, ex cuius ictu lethaliter vulneratus remanſit vnus ex præfatis Birruarijs, qui die immediatè ſequen. ex eodem vulnere ex hac vita migrauit; vnde animaduerſa criminis grauitate, de cuius perpatratione ex proceſſus reuolutione plenè docebatur, ad triremes per quinquennium condemnan-
1 dum fore duxi. Etenim pro ſimplici homicidio ceſſante incorrigibilitate omnes concludunt Clericos non eſſe Curiæ Sæculari tradendos, *Farinac. in tit. de homicid. quaeſt.* 119. *num.* 46. *Vermigliol. conſ. crim.* 64. *num.* 5. *Cartar. deciſ.* 66. *num.* 48. ſed ad triremes hodie apud nos tranſmittendos, vt teſtatur *Farinac. dicta quaeſt.* 119. *num.* 55.

2 Et iuxta diſpoſitionem ſacrorum canonum Clericus propter ſimplex homicidium non degradatur actualiter vt tradunt *Abb. in cap. at ſi Clerici num.* 39 *de Iudic. Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 97. *Rol. conſ.* 4. *num.* 23. *lib.* 1. *Farinac. in prax. crim. quaeſt.* 8. *num.* 80. *& de communi*, ita vt in hoc caſu nulla ſit controuerſia teſtatur, *Bellet. diſquiſit. cleric. par.* 2. *tit. de pæn. Cleric.* §. 23. *num.* 2.

3 Et ſi poſt collationem beneficij cōmiſerit homicidium non punitur pœna ſanguinis, ſeù Curiæ Sæculari tradendus, ſed beneficijs eſt priuandus, à Clericalibus ordinibus, eorumque exercitio, omnique officio, deponendus, & in arctum Monaſterium, vel carcerem detrudendus, *cap. minor, cap. ſi Epiſcopus, cap. ſi quis viduam* 50. *diſ. cap. cum non ab homine* §. *conſultationi tuæ de iudic. vbi Abb. num.* 26. *gloſ. in cap. ſicut dignum* §. *Clericos verſ. conſilium de homicid. Abb. in cap. at ſi Clerici n.* 39. *de iudic. Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 97. *vbi Lopez. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 110. *num.* 10. *Farinac. quaeſt.* 8. *num.* 79. *Bellet. diſquiſit. clerical. part.* 2. *tit. de pæn. Cleric.* §. 23. *num.* 1. *Ego ipſe in meo Plauſinimo conſtitut.* 44. *à num.* 5. *& plurib. ſequen. Farinac. quaeſt.* 8. *num.* 79. *&* 80.

Conſtat de delicto per depoſitiones octo teſtium, quorum duo ſignanter deponunt de viſu Ioannem ſcilicet exoneraſſe Cherubinam aduerſus Birruarium, eumque in terram vulneratum acclamantem Gieſu, Confeſſione cecidiſſe, qui
4 cum ſint omni exceptione maiores, eo quod nulla legitima exceptione repelli poſſunt, *Farinac. qui alios copiosè allegat. in tit. de teſtib. quaeſt.* 62. *in prælud. num.* 1. *& plurib. ſequen.* exuberant ad condemnandum reum etiam ad pœnam ordinariam, *Bero. in cap. at ſi Clerici de iudic. in pract.* §. *fin. qu.* 66. *verſ. debes etiam ſcire*, *Maſcard. de probat. lib.* 1. *concluſ.* 461. *num.* 1. *Farinac. conſ. crim.* 139. *num.* 14. *tom.* 2.

Quorum dicta adminiculantur atteſtationibus ſex aliorum teſtium deponentium de cauſa homicidij, de acceſſu Ioannis ad locum commiſſi criminis cum delatione Archibuſej, de eius exoneratione, & vulnere Birruario illato, de arrepta fuga poſt exonerationem, & confugio habito ad Cathedralem Eccleſiam Diui Agabiti,
5 & ſimilibus concernentibus facti ſeriem, vndè ſuppletur defectus aliorum duorum teſtium, quatenus etiam non eſſent omni exceptione maiores, ſecundum *Alexand. in l. ſi duo Patroni nu.* 7.

ff. de

ff.de iure iurand. Farinac. qui alios allegat.conſ.crim. 139.num.15.tom.2.

6 Vulnus autem illatum B[illegible]uario fuiſſe mortale, & ex eodem [illegible] decesſiſſe deducitur ex relatione Chirurghi, cui ſtandum eſt, *Boſ.in tit. de homicid.num.115.Clar.in §.homicidium num.34. in prin.Maſcard.de probat.lib.[illegible] concluſ.1034 nu.5. & ſeq.Farinac.quæſt.127.num.10[illegible]. & 105.* & hanc ſententiam ab omnibus receptam ait *Planc.lib.1. del[illegible]or.cap.[illegible] num.6.*

[illegible] prætendatur Carolum Piſtoiam primum te[illegible], qui de viſu depoſuit eſſe minorem 20. an-
7 norum, ac proinde nullam fidem mereri, *ad textum in l.teſtimonium ff.de teſtib. gloſ. in l.inuiti la 2. verb.ſed nec pupillis, verſ.in cauſa criminali ff.eod. tit.cum alijs congeſtis per Farinac.de teſt. in tit.de op-*
8 *poſit.contra perſon.teſt.quæſt.58.num.10.* quia quid, quid ſit de iure communi contrarium ſeruatur in praxi vigore *Conſtitutionis Marchiæ in lib. 4. cap.17.* [illegible] expreſsè diſponitur, quod in omnibus maleficijs, vel quaſi mulieres, ac minores 20.annorum,maiores autem 14.ad teſtimonium per[illegible]bendum admittantur,& eorum dicto, & at[illegible] plena fides detur, non obſtantibus filiatione, ſexu, & minori ætate, *Farinac. dicta quæſt.[illegible] num.11.*

9 Impuberes autem ad hoc vt à teſtificando non [illegible] tam in ciuilibus, quam in criminalibus, [illegible] quod ſit pubertati proximus, cum [illegible] capax à iure reputetur, per *text in §. in ſum[illegible] de oblig.quæ ex delict.naſcunt, & in l.extr[illegible] ff.ad S[illegible]llan. Farinac.de teſtib.quæſt.58.n.15. [illegible] crim.29. num.2.tom.[illegible].*

10 [illegible] immo pubes factus non prohibetur teſtificari de ijs, quæ vidit in pupillari ætate, dum[illegible] ea, ſuper quibus deponit, talia ſint, vt [illegible]re pupillaris ætatis cadèrent in ſenſu, & [illegible] pupilli, nam tunc bene poteſt de eis [illegible]cari, ſecus autem ſi deponeret de ijs, quę [illegible] cadunt in pupilli ſenſu, & intellectu, tunc [illegible] ius teſtimonium non valet, *Maſcard. de pr[illegible].lib.3.conclu.1245.num.12.Clar.in prax.§.fin. qu.[illegible]4.verſ.vidi quandoque in fin. Campeg. de teſtib. reg.112.in 6.fallen.& reg.250. verſ.quod intelligas, [illegible] verſ 2. latiſſimè in fin. cum alijs per Farinac. quæſt.58. num.53. vſque ad 66.*

11 Et ad probandum factum quod ęque cadit ſub ſenſu impuberis, ſicut ſub ſenſu maioris teſtis impubes admittitur, vt ſi agatur vt in præ[illegible] de viſu perſonæ bene notæ, & cognitæ ab ipſo impubere, vel minore, nam tunc ceſſat omnis ratio impeditiua teſtimonij ipſius impuberis, quod ſcilicet quidquid videt, aut audit ignoret, *Ignæus in l.excipiuntur num.36. verſ.ſed vltra, & poſt. num.38. ff. ad Syllanian. Campeg. de teſtib. reg 250.n.2.& ſeq.Farinac.qui alios allegat.conſ.29. num.7.tom.1.*

12 Prout neque aduerſatur exceptio inimicitiæ, quæ obijcitur contra Ioannem Polidorum alium teſtem ad repellendum eius dictum,iuxta textum *in l.3. vbi DD. ff de teſt.l.8. §. præterea ff.de quæſt. Authen.ſi teſtis productus C. de teſt. & tradunt DD. copioſe relati per Farinac.in tit.de teſt.quæſt.53. n.3. & conſ.60. num.13. ac conſ.79. num. 6. Vermigliol. conſ.crim.90. num.10.*

13 Quia de ea non conſtat, & teſtes ad defenſam examinati cum deponant de eadem tantum in genere non remanet planè, & perfectè probata, vt cognoſci poſſit, an grauis, vel leuis inimicitia inter Clericum Bellezzam, & dictum Ioannem exoriri potuerit, *Gram. conſ.12. num. 10. & vot.34.num.4. Io.Zilet.conſ crim.110.num.25.to.1. Farinac.conſ.104.num.17.tom.1.& conſ.193. n.23. tom.2.Vermigliol.conſ.15.num.10.*

14 Et in omnem caſum, ex verborum ſimplici altercatione inter eoſdem ſecuta cauſa nonnullorum computorum, inimicitia leuis, & modica non autem capitalis reſultare potuit, *Farinac. conſ.130. num.8. & 9.& conſ.147. num.28 tom.2.*

15 Quæ leuis inimicitia etiam in criminalibus non
16 repellit teſtem, ſed arbitrio Iudicis relinquitur an velit repellere, vel admittere, *gloſ.in cap. 2.in verbo arrogatorei 3.quæſt.5.& in cap. cum oporteat in verbo inimicos de accuſ. Francis.Curt.Papienſ. inter tract de teſt.diuerſ concluſ.52.n.102.fol.mihi 190.*

17 prout etiam, quæ ſit grauis inimicitia, & quæ non Iudicis arbitrio relinquitur an velit repellere, vel admittere, *Menoch. de arbitrar. caſ. 110. num 3. Farinac. in tit. de indic. & tortur. quæſt. 49. num.85.& in tit.de teſtib. quæſt.51. num 57. & conſil.102.num.14.tom.1.* cuius arbitrium in præſenti debet eſſe pro admiſſione, cum poſt dictam altercationem, Bellezza, & Ioannes nunquam pro inimicis habiti fuerunt, nec ſe pro inimicis
18 tractauerunt, vnde potius amicitia, & reconciliatio reſultat, quæ tollit inimicitiæ indicium, *Farinac.conſ.127.num.2. Vermigliol. conſ. crim.30. num.8.& 20.& conſ.33.num.16.& conſ.382. n.12. idem Farinac. conſ.138. num.8. in fin. & conſ. 193. num.25. tom.2.*

Et demum ceſſare videtur omnis difficultas, quia concurrit confeſſio eiuſdem Clerici Bellezzæ, quæ (licet ipſe in ſuis conſtitutis ſteterit in negatiua) ſatis reſultare animaduertebant ex proceſſu defenſiuo, ex productione articulorum, & teſtium depoſitionibus ad defenſam examinatorum, quibus probare voluit ad relationem Nicolai Martinucij de inſulto facto à Birruarijs Agabito germano fratri, vehementi ira commotum illico arrepto Archebuſeo, è vinea vbi reperiebatur diſceſſiſſe, & ad Plateam Ciuitatis Præneſtis præceps ad delinquendum feſtinaſſe,
19 producens enim poſitiones, & articulos, exceptiones, interrogatoria, & ſimilia cenſetur tacitè fateri omnia in eis contenta, *L.rum precum C. de liberal.cauſ. Authent.ad hæc C. de fid.inſtrument. cap. cum olim in fin. de Cenſib. Maſcard. de probat. concluſ.347.num.16.& concluſ.348. num.48. lib.1. Farinac.conſ.crim.50. num.30. tom.1.*

20 Adhanc autem pœnam euitandam deducebatur homicidium inconſulto iracundiæ calore commiſſum fuiſſe vtpotè quia inconſulto delinquere dicatur, qui abſque præmeditatione, vel ratiocinatione, calore iracundiæ, vel iuſto dolore, aliquo animi affectu, impetu, vel inflammatione ad delinquendum trahitur, vt comprobat *Menoch. de arbitrar. caſ. 361. numer. 8. & 9.Cabal.tract.de omni genere homicid.num.173.*

21 Ac proinde delictum tamquam ira commiſſum mitius puniendum eſſe, cum dolo careat, quod inconſulto iracundiæ calore fit, ira autem ſæpè etiam innocentes ad crimen adducit, propterea ex-

excuſat à culpa, & minuit delictum, *l.2. ibi ſeù calorem C. de abolit. l. aut facta §. cauſa*, ibi cum quis per iram ab extraneo pulſatus, *ff. de pæn. cap. ſi quis iratus vbi gloſ. 12. quæſt. 3. & cap. ira 11. qu. 3. latè Tiraq. de pæn. temperan. caſ. 1. n. 1. Boſſ. in tit. de homicid. n. 60.* vbi auctorit. D. Auguſtini ſubdit difficilius eſſe iram temperare, quam miracula facere *Clar. in §. fin. quæſt. 60. verſ. eſt etiam Vermigliol. conſ. 41. num. 3. Farinac. in tit. de pæn. temperan. quæſt. 91. num. 1. & plurib. ſequen. & conſ. 66. num. 5. in fin. tom. 2.*

22 In nihilo refragante ſi delinquens inculpatæ
tutelæ modum exceſſerit, cum ignoſcendum ſit
ei, qui prouocatus verbis, aut facto ſe vlciſci
23 voluit, quia prouocatus delinquendo non dici-
tur in dolo, ſed in culpa, & ſic non de dolo pœ-
na ordinaria, ſed de culpa extra ordinem puni-
tur, *l. qui cum minor §. libertus ff. de bon. libert. No-
uel. in tract. ad defenſ. num. 79. verſ. prouocatus, Ti-
raq. de pæn. temperan. caſ. 1. num. 3. 5. & 6. Clar. in
§. fin quæſt. 60. verſ. tunc quæro, Farinac. quæſt. 91. n. 7.
Grati. deciſ. 5. num. 1.*

24 Quamuis calor iracundiæ, iuſtuſque dolor
emanauerit ex offenſione, & iniuria illata
agnatis, Cognatis, & Socijs, vt in præſenti, ex
25 regula generali quod offenſio facta viri, cenſea-
tur ratione affectus facta alteri, *Vermigliol. con-
ſil. 44. num. 2. & 3. Farinac. quæſt. 126. num. 214. &
quæſt. 105. num. 38. & ſeq.*

26 Et licet ira non præſumatur niſi concludenter probetur, tamen quando conſtat de iræ occaſione, abſque alio præſumitur quis motus ex eadem cauſa præambula, vt Philoſophorum, & Medicorum auctoritatibus, probant *Dec. & Cagnol. in l. quidquid ff. de reg. iur. cum alijs adductis per Farinac. quæſt. 91. num. 43. par. 3.*

27 Quæ licet vrgere videbantur, ceſſant nihilominus in præſenti, quia calor iracundiæ ad hoc vt excuſet a pœna ordinaria debet prouenire ex iuſta cauſa, & Doctores agentes de hac excuſatione loquuntur de iracundia iuſta vt ſi maritus occidat vxorem repertam in adulterio, vel quid ſimile, iuxta terminos *l. ſi adulterium §. Imperatorem ff. ad l. Iuliam de adulter.* ſecus autem ſi ira proueniat ex cauſa iniuſta, *Felin. in cap. ſicut nu. 3. poſt med. verſ. & maximè quando de iure iuran. Couar. in pract. tract. de homicid §. 7. excuſat calor iracundiæ num. Clar. in §. fin. quæſt 60. num. 6. verſ. eſt etiam, Maſcard. de probat. concluſ 1157. num. 08. ex Dec. & Cagnol. in regul. quidquid calore iracundia de reg. iur. Menoch. de arbitrar. caſ. 319. nu. 33. caſ. 361. num. 1. & lib. 5. præſumpt. 1. num. 117. Giurba conſ. crim. 17. num. 15. Spada conſ. 110. num. 2. & 14. tom. 1. Farinac. quæſt. 91. num. 13. & 38. Theſaur. deciſ. 178.*

28 Præcedens autem cauſa in præſenti caſu penitus redditur iniuſta, quia ex prætenſis leuibus offenſis illatis à Birruarijs Agabito fratri ad ſimplicem relationem Nicolai Mattenucci, re maturius non digeſta, non exoriri debebat ira adeo vehemens, vt eundem præcipitanter induceret ad occidendum, & ſi exorta fuit, cum eius vitio emanauerit, ex quo adeo ſine cauſa ad iram prorumpat, non efficitur proportionata iniuriæ, & ſufficiens ad excuſandum, & euadendam pœnam ordinariam vt benè exemplificat, *Spad. conſ. 110. num. 14. verſ. non obſtat tom. 1. Giurba conſ. crim. 17. num. 15. Farinac. quæſt. 91. num. 39.*

29 Vlterius adhuc effectum ira debet eſſe magna, ſcilicet quando quis ita concitatur, vt in totum à mente alienetur, & ſuus non ſit, & velut ebrius, & fatuus ad delinquendum trahatur, *Dec. in l. quidquid num. 8. verſ. & quantum ad iuſtam ff. de reg. iur. Nouel. in tract. ad defenſ. num. 83. Gail. obſer. 106. num. 12. lib. 2. Carrer. in pract. in tract. de homicid. §. 7. excuſat calor iracundiæ num. 6. Farinac. quæſt. 91. num. 40. Spada conſ. 110. num. 7. tom. 1.*

30 Quibus non aduerſatur, *Farinac. in conſ. 2. n. 3.
tom. 1.* quia in eius caſu frater videns in ipſo actu
inſultus alium fratrem ſanguilenentum, & pæne
mortuum Archibuſci ictu, & ſtoccæ pluribus, &
læthalibus vulneribus ab inimico affectum, non
eſt mirum ſi iuſto dolore motus ſpadone arepto
facto inſultantis vim vi repellendo ad delinquen-
dum proruperit, vt à pœna ordinaria eſſet ex-
cuſandus, quæ non ſunt applicabilia in præſenti,
dum ira, & dolor non emanauit in continenti in
ipſo actu inſultus, ſed ad ſimplicem tertij rela-
tionem, nulla legitima concurrente cauſa, dum
Agabitus à Birruarijs nullam in perſonam re-
31 ceperat læſionem, vnde non reputatur iuſtus,
nec excuſat etiam Patrem, aut Maritum ſi non
ipſo actu occidant filiam, aut vxorem repertam
in adulterio, *DD. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Fa-
rinac. de homicid. quæſt. 121. num. 116. & conſ. 141. à
num. 4. tom. 2.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Clericus non eſt beneficijs priuandus niſi ob graue crimen depoſitione dignum.

2 Priuatio beneficij ipſo iure non inducitur niſi ſit ipſo iure cautum.

3 Priuatus ipſo iure beneficijs, an teneatur ſtatim in conſcientia illa dimittere

4 Male alienans bona beneficij afficitur pœna priuationis beneficij ipſo iure, & quomodo hoc procedat 5.

6 Clericus homicida non eſt priuatus beneficijs ipſo iure, ſed per ſententiam priuandus tum in ſimplici tum in qualificato homicidio. 7. & 8. Contrar. in qualificato, 9. Diſtingue vt nu. 10. etiam attenta diſpoſitione Sacri Concilij 11.

12 Committens homicidium efficitur irregularis, & incapax beneficij acquirendi, acquiſitum ſe inere poteſt donec priuetur. 13. & interim facit fructus ſuos 14. & poteſt etiam in Choro canere 15. Contrarium quod non faciat fructus ſuos 16.

17 Clericus ſi commiſerit aſſaſſinium vacat ipſo iure beneficium.

18 Vacat ipſo iure beneficium in occidente, ſeù percutiente Cardinalem.

19 Vel in percutiente Epiſcopum, vel occidente.

20 Vel in occidente Rectorem ſuæ Eccleſiæ.

21 Beneficiatus occidens Prælatum, vel conbeneficiatum eſt priuatus ipſo iure beneficio.

22 Clericus deflorator Monialis deponitur ab omni ordine, & officio, & priuatur beneficijs.

23 Deflorator Monialis de iure ciuili punitur pœna mortis.

24 Falſificantes literas Apoſtolicas ſunt excommunicati, & beneficijs priuantur ipſo iure.

25 Beneficium vacat ipſo iure propter crimen hereſis, & impetrari poſſunt etiam ante ſententiam 26. Contrarium num. 27

28 Amp. vt comprehendat filios hereticorum natos, ſiuè ante, ſiue poſt Patris delictum.

29 Amp. vt vacent etiam penſiones filiorum hereticorum.

30 Contrarium quod præfati filij non ſint priuati, nec priuandi beneficijs, & penſionibus.

32 Be-

32 Beneficium vacat ipſo Iure per crimen ſimoniæ.
33 Simonia vero ad hunc effectum debet eſſe realis.
34 Conuentionalis inhabilem reddit ad beneficia obtinenda, ſed non inducit vacationem obtentorum ipſo iure.
35 Eſt tamen ſimonia concludenter probanda, vbi agitur de priuatione beneficij.
36 Simonia conuentionalis non inducitur ex ſola pollicitatione.
Simonia mentalis non eſt punibilis.
37 Beneficium vacat ipſo iure ob crimen læſæ maieſtatis.
38 Limit. in crimine læſæ Maieſtatis commiſſo in Principem laicum.
Clericus non committit crimen læſæ Maieſtatis in Principem Laicum ibidem.
39 Beneficium vacat ipſo iure propter crimen ſodomiæ.
40 Et licet impetrari poſſit ante ſententiam retinere tamen valet vſque ad eius promulgationem.
41 Vacat etiam ipſo iure per crimen falſitatis, vt ſi quis examini ſe pro alio ſupponat, & alij caſus recenſentur, qui etiam incurrunt excommunicationem.
43 Vacant ipſo iure beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, & alios iuxta conſtitutionem Alexandrinam.
45 Amp. procedere etiamſi offenſio ſit facta extra Curiam dummodo lis ſit in Curia.
46 Bulla Alexandrina per bandimenta generalia eſt extenſa per totum ſtatum Eccleſiaſticum.
47 Adhoc vt habeat locum, quæ requirantur.
48 Beneficium vacat ipſo iure, quando quis inſordeſcit in excommunicatione poſt annum.
49 Quod quomodo, & quibus caſibus procedat declaratur.
50 Hæreticus an priuetur beneficijs.
51 Beneficium in quibus caſibus ipſo iure vacet remiſſiuè.

ADNOTATIO I.

Clericus ob delictum an, & quando priuatur beneficijs.

1 CLericus non priuatur beneficijs ob omne delictum, ſed in ijs tantum, quibus imponitur pœna depoſitionis, & ſic propter graue delictum, ſcilicet homicidium, ſimoniam, periurium, & in alijs caſibus à iure expreſſis, latè *Silua de Benefic. 3. part. quæſt. 2. & 3. Rebuf. in prax. tit. de mod. amitten. benef. num. 61. & 62. Mandoſ. de Signatur. gratiæ in tit. de priuat. in princ. Abb. in cap. at ſi Clerici num. 34. de iudic. cum alijs relat. per Garz. de benef. part. 11. cap 10. à num. 1. cum ſeqq. vbi num 4.* ſubdit quod in hac materia iudices non multum deferre debeant diſpoſitioni antiquorum canonum, quia illi de facili imponebant pœnam depoſitionis.

2 Nullum vero crimen etiam priuatione dignum inducit priuationem beneficij ipſo iure, niſi ſit iure cautum, ſed eſt priuandus per ſententiam, *cap. presbyter 81. diſtinct. cap. Clericis ne Cleric. vel Monac. cap. ex literis de exceſ. Prælat. Abb. in cap. fin. num. 2. eod. tit. & in cap. querelam num. 3. verſ. ſed in illis dubito de iure iur. & in cap. cum in noſtris num. 22. de conceſ. præben. Felin. in cap. 2. num. 3. de reſcript. & in cap. inquiſitionis num. 3. & 4. vbi etiam Anan. de accuſat. Mandoſ. de Signatur gratiæ tit. de priuat. in princ. & verſ ſciendum eſt, Plaue. de delict. cap. 11. n. 2. Couar. in Clement. ſi furioſus part. 2. §. 3. num. 6. de homicid. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 88. num. 6.* vbi confutat *gloſſ. & Archidiac. in cap. ſtudeat 50. diſtinct.* prout etiam docent *Gabr. conſ. 166. lib. 1. & conſ. 187. lib. 2. Farinac. in prax. crim. quæſt. 19. num. 46. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 23. n. 3. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 5. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 18. in princ. & part. 3. lib. 2. cap. 16. quæſt. 1. Capel. Tholoſ. deciſ. 208. nu. 1. Achil. deciſ. 366. de pœn. Rot. deciſ. 769. nu. 2. part. 1. diuerſ.*

3 Qui autem commiſit crimen, ſeu delictum propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij ipſo iure, an amittat ſtatim titulum, ita vt teneatur ſtatim in conſcientia illud dimittere hinc indè referuntur Doctorum ſententiæ *à Garz. de benefic. part. 11. cap. 10. à num. 7. vſque ad 37.* ſed ipſe *num.* 8. de veriori credit, quod ita priuatus ipſo iure, vel ipſo facto beneficijs, ſeu officijs publicis teneatur in conſcientia illa dimittere, non ſolum poſt ſententiam, ſed etiam ante.

4 Malè alienans bona beneficij afficitur pœna priuationis eiuſdem beneficij ipſo iure, non tamen habet locum hæc pœna, niſi præcedat ſententia declaratoria facti, ſcilicet alienationem factam fuiſſe, vndè reſultat effectus iuris, ſcilicet pœna priuationis ex relatis *per Sanchez ad præcepta Decalog. lib. 2. cap. 202. num. 20. Quaranta in ſum. Bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 49. verſ. in pœna vero, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 57. num. 226. Farinac. conſ. 205. ſub nu. 32. Rot. deciſ. 705. num. 7. coram Amat. Dunozet. tom. 2.*

5 Limit. non procedere quando factum alienationis eſſet notorium, nec aliquod probetur, quod excuſationem præbeat, cum in notorijs ad executionem deueniri poſſit abſque alia ſententia declaratoria, *Abb. in cap. peruenit il primo num. 7. & ibidem Præpoſ. num. 8. de appell. Bero. conſ. 176. num 96. lib. 1. Gratian. diſcept. 589. nu. 19. tom. 3. Rot. deciſ. 705. num. 8. coram Amat. Dunozet.*

6 Clericus homicida non eſt priuatus beneficijs ipſo iure, ſed priuandum per ſententiam *cap. cum non ab homine de iudic. cap. Clericis ne Cleric. vel Monac. cap. ex literis de except. Prælat. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num 39. tom. 3.*

7 Quod procedit non ſolum in ſimplici homicidio, *Couar. in Clement. ſi furioſus 2. part. §. 3. num. 6. Clar. in § homicidium num. 21. Io: Vela de pœn. delictor. cap. 15. pag. 74. Zerol. in prax. Epiſc. 1. part. verb. priuatio §. 1. & 2. part. verb. Clericus §. 0. & verb. homicida §. 11. Diaz. in prax. crim. canon. cap 94. cum alijs per Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 40.*

8 Sed etiam in homicidio qualificato *Ioan. Ign. in l. neceſſarios §. non alias ff ad Sillanian.* dicens, quod omnes Canoniſtæ, & Legiſtæ ita tenent *Rufin. de benef. cap. 1. num. 59. Clar. in §. homicidium num. 21. Gabr. conſ. 196. lib. 1. & 187. lib. 2. P. Greg. de benef. cap. 26. à num. 7. Gonzal. ad reg 8. Cancellar gloſ. 15. num. 79. & 80. Azor. inſtit. moral. 2. part. lib. 7. cap. 17. quæſt. 1. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 41.*

9 Contrarium vero, quod in homicidio qualificato beneficium vacet ipſo iure docet *Felin. in cap. inquiſitionis num. 5. de accuſat. Farinac. conſ. 14. num. 5.* & in parricidio *Rebuf. in prax. in tit. de modis amitten. benef. num. 47.*

10 In hac igitur materia, an beneficium vacet per homicidium diſtinctio eſt, quod aut non exprimitur in ſententia, & non vacat, ſecus autem è contra, *ad text. in cap cum ſecundum de hæret. in 6. cum concordan. per Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 98. Lotter. de re benefic lib. 3. quæſt. 33. num. 48. & ſeqq. de Luca in ſuo Theatr. veritat. tom. 12. tit. de benefic. diſ. 73. num. 3.* & ita diſtinguendo dixit

Rot. in Peruſina penſionis 29. Ianuarij 1663. coram Cardinal Cerro, vbi firmando regulam, quod per homicidium quoties non habeat qualitatem aſſaſſinij, vel aliam, ob quam de iure iſta pœna expreſsè ſtatuta non ſit, illa non intrat, ſecus è contra, quoniam tunc amiſſio beneficij non reſultat à delicto, ſed à ſententia.

11 Quod procedit etiam attenta diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.14. de reformat. cap. 7. Nauar. conſ.13. de homicid. Emanuel Roderiq. quaſt. regular. 1. tom. quaſt. 24. artic. 16. & in ſumm. tom. 1. cap. 179. num. 1. Auila de cenſur. 7. part. diſ. 6. ſect. 5. dub. 3. in fin. Maiolus de irregularitate lib. 5. cap. 48. num. 1. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. nu. 45. & 46.* vbi quod verba Concilij ſunt accipienda ſecundum ius antiquum, cum non exprimant contrarium, ſed tantum diſponant de incapacitate homicidæ ad acquirenda beneficia de nouo.

12 Et licet committens homicidium efficiatur irregularis, & ſic incapax beneficii, hoc tamen intelligitur de beneficio acquirendo, ſecus de
13 iam quæſito ante irregularitatis incurſum, cum retineri poſſit, antequam priuetur per ſententiam, *Rebuſ. de pacif. poſſeſ. num. 282. alias 326. Nauar. in manual. cap. 27. num. 251. alias 249. verſ. 5. & in cap. cum contingit de reſcript. 2. rem. num. 5. & conſ. 13. 41. & 43. de homicid. & conſ. 10. de tempor. ordin. num. 2. & conſ. 69. & 91. num. 2. & conſ. 97. num. 14. de ſimonia Flamin. Pariſ. lib. 5. de reſignat. quaſt. 3. à num. 182. Vgolin. de irregularit. cap. 65. §. 2. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 2. num. 24. cum alijs per Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 47.*

14 Immo homicida antequam beneficio per ſententiam priuetur facit fructus ſuos irreuocabiliter, *Felin. in cap. de quarta de praſcript. ex num. 33. Nauar. conſ. 41. de homicid. & conſ. 69. & conſ. 97. n. 1. de ſimon. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. quaſt. 16. nu. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſs. 15. num. 150. Azor. inſtitut moral. 2. part. lib. 7. cap. 17. quaſt. 2. 2. effect. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 48. Boer. dec. 98. num. 4.*

15 Etſi eſſet Canonicus poteſt etiam Canonicatui deſeruire, ſtando, & canendo in Choro, vt per *Nauar. conſ. 14. de reſcript. quod eſt 43. de homicid. Vgolin. de irregularit. cap. 65. §. 4. num. 1. Garz. de benefic. part. 11. cap. 10. num 50. 51. 52. & 53.* vbi ſubdit, quod ſuſpenſus ab ordine, ſeu ab officio poſſit canere in Choro, ſicuti poſſunt laici, & alios allegat.

16 Contrarium quod poſt priuationem teneatur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi delicti, vel quos percipere potuit, ſiue extent, ſiue ſint conſumpti, & ſiue effectus ſit locupletior, ſiue non, tenet *Iul. Clar. in § fin. quaſt. 73. num. 9. vbi allegat. Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 3. C. de ijs, quib. vt indig. & de communi Diaz. in pract. crim. canon. cap. 123. Anton. de Burgos in cap. ad noſtram de empt. & vendit. num. 34. Gram. conſ. crim. 54. num. 43.*

17 Vacat tamen ipſo iure beneficium ſi Clericus commiſerit aſſaſſinium *cap. 1. de homicid. in 6. Bernard. Diaz. in prax. crim. cap. 96. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 15. num. 76. Gabriel. conſ. 190. n. 5. lib. 1. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 54. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 23. num. 4. latè Farinac. quaſt. 123. per totam Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 57. num. 238.*

18 Ita pariter in occidente, ſeu percutiente Cardinalem. *cap. Felicis §. ſi qua vero feuda de pœnis in 6. Rebuſ. in prax. tit. de modo amitten. benef. n. 39. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſs. 15. num. 74. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. n. 55. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 23. num. 4. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 235.*

19 Prout etiam in occidente Epiſcopum, vel eundem percutiente, *Clement. 1. § à feudis de pœn. Petr. Gregor. Tholoſ. de benef. cap. 26. num. 10. Rebuſ. in prax. in tit. de mod. amitten. benef. num. 39. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſs. 15. num. 39. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. nu. 56. ex Tolet. cap. 88. verſ. 7. & 8. & Molina, quos allegat. de iuſt. tract. 3. diſ. 65. nu. 7. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn Cleric. §. 23. num. 4. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 57. num. 237.*

20 Vlterius vacat ipſo iure beneficium in Occidente Rectorem ſuæ Eccleſiæ, ſeu alterius proditoriè, *cap. in quibuſdam 12. de pœnis Rebuſ. in prax. tit. de modo amitten. benef. num. 45.* quod etiam extendit *Felin.* ad occidentes quemlibet Clericum, vel parentem, aut fratrem *in cap. inquiſitionis num. 3. 4. & 5. de accuſat. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſs. 15. nu. 77. & ſeq. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 23. num. 4. Barboſ. loco citato num. 239.*

21 Quod etiam extenditur ad beneficiatum occidentem Prælatum, vel Conbeneficiatum, is enim eſt priuatus ipſo iure beneficio, quod obtinet in ea Eccleſia, *cap. ex quibuſdam. de pœn Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 23. num. 4. Garz. de benef. part. 11. cap. 10. num. 57.* vbi contra Felinum docet, quod textus *in dicto cap. inquiſitionis*, non ſolum loquatur de beneficio temporali, ſcilicet de feudo, ſed etiam de beneficio Eccleſiaſtico, *ex Rebuſ. Gabr. P. Greg. Tolet. Abb. Alex. de Neuo. quo. allegat.* & hac ſententia etiam pariter tenuit *Rot.* patet ex deciſionibus per eum relatis, *à num. 58.*

22 Amp. Vt Clericus deflorator monialis cuiuſcumque gradus, & dignitatis ſit deponendus de iure canonico ab omni ordine ſacro, & officijs, ac beneficijs omnibus priuatur ipſo iure, & vlterius intruditur in arctum Monaſterium ad agendam pœnitentiam, *cap. ſi quis Epiſcopus & cap. ſi qua Monacharum 27. quaſt. 1. ita Paul. Grillan. de pœnis omnifar. coitus quaſt. 1. num. 18. inter tractat. crim. diuerſ. fol. mihi 418. Diaz. in pract. canon. tit. de Monialibus cap. 81. col. 3. in fin. verſ. vndè concludendo Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 20. de cognoſcente Monialem num. 6. poſt princ. verſ. de iure autem canonico, Marſil. in repetit. l. vnica num. 56. poſt med. verſ. ſi autem eſt Clericus C. de rapt. Virgin. Farinac. in tit. de delict. carn. tit. de ſacrileg. commiſſo cum Moniali per carnalem cognitionem quaſt. 146. num. 26. Franc. Marc. deciſ. 964. num. 4. part. 1. Vermigliol. conſ. crim. 113. num. 1.* vbi quod hæc ſit pœna ordinaria, & non extra ordinem, & nouiſſimè *D. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit de benef. diſc. 75. num. 3.*

23 De iure vero ciuili pro iſto crimine eſt pœna mortis *l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſc. & Cleric.* vt per hunc textum probat *Paul. Grilland. de pœnis omnifar. coitus quaſt. 1. num. 18. verſ. de iure autem ciuili inter tract. crim. diuerſ. fol. mihi 418.*

24 Falſificantes literas Apoſtolicas per ſe, vel per alios

alios excommnnicati ſunt cum ſuis fautoribus,
& defenſoribus, & beneficijs priuantur ipſo iu-
re, cap. ad falſariorum de crimine falſi, Rebuf. in
prax.tit.de mod.amitten.benef.num.43. Petr.Gregor.
rei beneficiaria cap.26. num. 12. Azor. inſtit. moral.
part.2.lib.7.cap.17. quaſt.1. verſ. quintum crimen,
Ganzal.ad reg 8.Cancel. gloſs.15.num.73. Garz. de
benefic.part.11.cap.10.num.170. Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſcap.alleg.57.num.234. D. de Luca in ſuo
Theatro veritatis tom. 12. tit. de beneficie diſ. 75.
num.13.

25 Propter crimen hæreſis ipſo iure vacat benefi-
cium, cap. ad abolendum §. 1. vbi ſic omni bene-
ficio ſpoliatus, vbi gloſ. de haret. Conar.lib.2.var.
cap.8.num.4. & 5. Azor. inſtit. moral.part.2. lib.7.
cap.17. in princ.Rebuf. in prax.in tit.de modis amit-
tendi beneficia à num.4.vſque ad 23.Gregor.Tholoſ.
de benef. cap.26.num.5. Diaz. in prax. crim. canon.
cap.114.num.2. Royas in ſingularibus in fidei fauorem
ſing.23. Flamin.Pariſ.de reſignat.benef.lib.3.quaſt.1.
num.31.& 32.Petrus Ledeſma in ſum.part.2.tract.1.
cap.4.conclus.14.Iul.Clar.in §.hareſis num.14. & in
§.fin. quaſt.73. num.7. verſ. item Clericus haretieus
Franciſcus Penna in Comment. ad Director. Inquiſit.
comment. 112. verſ. mihi tamen, paulo diligentius
Gonzal.ad reg.8.Cancellar.gloſs.15.num.65.Garz.de
benef.part.11.cap.10.num.60.& 66.cum pluribus ſe-
quent. & ita dixit Rot.decis.707.num.2. & dec.728.
num.1.lib.3.part.3.diuerſ. in quibus firmatur, quod
26 beneficia hæretici poſſint tamquam vacantia
impetrari ante ſententiam declaratoriam, cum
dicta ſententia non priuet, nec aliquid addat, ſed
priuatum declaret.

27 Contrarium vero quod Clericus hæreticus non
ſit ipſo iure beneficijs priuatus, ſed priuandus
per ſententiam, cum in iuribus, quibus hæc pœ-
na ſtatuitur non inueniantur verba ſignificantia
priuationem, & ſententiam ipſo iure latam, vt
in cap. ad abolendum de haret. & in cap. excommu-
nicamus §. credentes eod. tit. & hanc ſententiam
de iuris rigore veriorem credit, Barboſ. de offic.&
poteſt. Epiſcap. alleg.57. num. 228. verſ. ſed contra-
rium, & in hac ſententia reſident Alphonſus à Ca-
ſtro lib.2. de iuſta hareticor. punit. cap.9. Zerola in
prax.Epiſcop.1.part.verb.priuatio in princ, Simanch.
de Catholic.inſtit.cap.46.num.72.Candelabr.aureum
in append. cap.1.num.15. Aragon.22.quaſt.11.art.3.
verſ.ſecunda pœna.

28 Amp. primam ſententiam, vt non ſolum Cle-
rici hæretici eorumque receptatores, defenſores,
& fautores, ſed etiam eorum filij, & nepotes
priuantur ipſo iure beneficijs obtentis tempore
commiſſi criminis, itaút non ſint ſolum inhabi-
les ad obtinenda in futurum late comprobat
Garz. de benef. par.11. cap.10. num.78. iuncto nu-
mer.72.cum duobus ſequen. & num.77. & hanc ſen-
tentiam vti veriorem amplexa eſt Rot.in Conchen.
Penſionis 6. Martij 1598. coram Peregrino impreſ.
29 penes eũdem Garz.poſt num.79. vbi quod hoc pro-
cedat, & comprehendat filios hæreticorum na-
tos, ſiue ante, ſiue poſt Patris delictum itaut
30 propter hæreſim Patris vacent ne dum filij bene-
ficia, ſed etiam penſiones, & quod etiam hoc
diſponatur in Bulla 2 Nicolaij III. in fin. tradit
Gonzal.ad reg.8 Cancellar.gloſ.15. n.67. ita etiam
concludit Heieda de incompatibilit. benef. cap.23.
num.11. Royas de haret. aſſertion.44. Io: Guttier. in
quaſt.canon.30. ex num.37. lib.2. latè Menoch.lib.5.
praſumpt.33.à num.16. vſque ad fin.

31 Contrarium quod filij, & nepotes hæretico-
rum ob patris hæreſim non ſint priuati, nec pri-
uandi beneficijs antea obtentis tenent Abb. & Fe-
lin.in cap vergentis num.3.de haretic. Rebuf.in prax.
tit.de moda amittendi beneficia num. 25. Pœna in
comment. ad director. inquiſitor. comment.163. Suar.
de cenſur. tom.5. diſ.43. ſect.3. num. 2. & videtur
tenere Pariſ.de reſignat.benef.lib. 3. quæſt.1.num.34.
& 35. Villad. de haret. quaſt.23. repertorium inqui-
ſitorum verbo filij, Aufer ad Capell.Toloſ. dec.120.
ad fin. Rebuf. in prax tit.de modis amittendi beneficia
num.25. Simanc. de Cathol inſtit. tit. 29. num.20.
& in enchir. iudicum violata Religionis tit.20 nu.9.
Ottalara de nobilit. 4.par, cap.9.num.9. & hanc ſen-
tentiam mitiorem, ac benigniorem dicit Iul. Clar in
§.hareſis num.6. Salcedo ad Bernard.Diaz.in prax.
crim. canon.cap.114. addit. in fin. & tenendam in-
quit Heieda de incompatib l.benef cap 23. num.100.
& cum eo Io: Guttier. canon. quaſt. lib. 2. cap. 30.
num. 38.

32 Per crimen realis ſimoniæ commiſſæ vacat
etiam ipſo iure beneficium, vt diſponitur in extra-
uaganti cum deteſtabile de ſimonia inter communes,
Conar.in reg. peccatum 2 par. cap.8. num.8. Nauar.
in cap.ſi quando in exceptione 4. de reſcript. Bernard.
Diaz.de Luge in prax.crim. cap.91. propè fin. & ibi
Ignatius de Salcedo in addit ſub litera D. Menoch.
de recuperand poſſeſ. remed.1. num.135. & 136 &
remed.5.num.68. & conſ 67.num.4.late Io:Guttier.
quaſt. canon 9. num.15. & per to:. par 1. Rebuf. in
prax.tit.de modis amitten. beneficia ex num.33. Re-
doan.in tract.de ſimonia 4 par cap 9. num 30. & 3.
par. cap 9. num 10. Flamin.Pariſ. de reſignat.benef.
lib.7. quaſt. 2. à num.12. Paul.Comitel reſponſ mo-
ral.lib.6.cap.41. Gonzal.ad reg.8. Cancellar.gloſ.15.
num.69. Farinac. in prax. crim. par.7. in fragment.
lit.C. num.299. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.
alleg 57. num.231. Caſſador. decis.5. num.1. de ſi-
monia.

33 Ad hoc autem vt ſit locus vacationi ipſo iure,
ſimonia debet eſſe realis, ſcilicet quod ex vtra-
que parte adimpleatur, & non ſufficit ex vna
tantum parte, cum debeat intercedere promiſſio,
ſeù datio ex vna parte, & acceptatio ex altera,
Gonzal.ad reg.8.Cancel. gloſ.15.num.69. in fin. Rot.
decis.405.par.1 diuerſ.

34 Sola autem ſimonia conuentionalis inhabilem
reddit ad beneficia obtinenda, non autem indu-
cit vacationem obtentorum ipſo iure, per textum
in cap. cum Clerici de pactis, vbi qui promittit au-
gere penſionem vt ad Eccleſiam promoueatur
debet ſpoliari, Soar.de religione tract de ſimonia lib.4
cap.53. & cap.55.num.4 Frater Emanuel. q. Regu-
lar. tom.1. quaſt.20. artic.13. Henriq.in ſum.lib 13.
cap.37. §.3. lit.X. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib.7.
cap.17. quaſt.1. verſ.nonum, Gonzal.ad reg.8 Can-
cel.gloſ.15. num.70. Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſc.
alleg.57. num.232. Put. decis. 80. lib. 2. Achil. de
Graſs.decis.2. de ſimon. Creſcen. decis.3. de ſimonia,
Achil.decis.2. eod.tit.

35 Vbi enim agitur ad effectum priuationis exa-
cta, & concludens probatio ſimoniæ eſt neceſſa-
ria, ſecus autem ad effectum repellendi aliquem

ab aſſecutione beneficij obtinendi, vel in iudicio prælationis, *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 35. numer. 19. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 238. num. 13. Ferentil in addit. ad Burat. deciſ 445. nu. 15. Seraph. deciſ. 516. num. 3. & 4.*

36 Simonia autem conuentionalis non inducitur ex ſola pollicitatione, ſed tantum mentalis, quæ eſt ſpecies fictæ ſimoniæ, & non eſt punibilis, ſecus autem ſi pars, aut pollicitationem acceptauerit, aut ſaltem in illam conſenſerit, late *Rot. deciſ. 34. num. 4. 5. & 6. poſt primum vol. conſil. Farinac.*

37 Ob delictum, & crimen læſæ maieſtatis vacat pariter ipſo iure beneficium, vt firmat *Rebuf. in prax. in tit. de mod. admitten. benef. num. 32. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. num. 72. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 233.*

38 Lim. in crimine læſæ maieſtatis commiſſo in Principem Laicum, in quem Clericus non dicitur committere huiuſmodi crimen, cum non ſit eius ſuperior, & communis opinio eſt, quod propter conſpirationem in Principem Laicum, Clericus non tradatur curiæ Sæculari, nec propterea priuari poſſe beneficijs videtur ſenſiſſe *Rot. deciſ. 241. num. 5. iuncto num. 6. & 8. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

39 Propter crimen ſodomiæ vacat quoque ipſo iure beneficium, vt tradit *Rebuf. in prax in tit. de mod. amitten. benef. num. 38.* & licet de iure communi hæc vacatio expreſſa non reperiatur, hodie tamen per Conſtitutionem Pij V. *incip horrendum ſub datum 3. Kalen. Septembris* 1568. hoc crimen expreſſe punitur pœna priuationis ipſo iure, *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. num. 83. Ignatius Salcedo in addit. ad prax. Bernard. Diaz. cap 86. ſub lit. C. Garz. de benef. par. 11. cap. 10. num. 191. & 196. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 44. numer. 29. & alleg. 57. num 242. Quaranta in ſumm. bullar. in verb. ſodomia ad fin. Cherubin. ad dictam conſtitut. Pij V. ſcol. 2. Rot. deciſ. 728. par 3. lib. 3.*
40 *diuerſ.* & licet hoc caſu etiam ante ſententiam poſſit impetrari, retineri tamen non prohibetur quouſque ſententia declaratoria intercedat, vt reſoluit *Lap. alleg. 16.*

41 Vt tamen habeat locum pœna dictæ conſtitutionis huiuſmodi crimen non debet eſse ſemel, aut iterum perpatratum, ſed vſu continuo reiteratum, vt tradunt *Doctores relati per Garz. de benef. par 11 cap. 10. à num. 198. vſque ad num. 202.* vbi refert contrarium tenentes, & contrarijs reſpondet.

42 Vacāt inſuper ipſo iure beneficia per falſitatis crimen commiſſum cauſa obtinendi eadem beneficia, ſcilicet omnia illorum beneficia, qui pro ipſis obtinendis ſe ipſos pro alijs examini ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab ijs, aliquod conſequantur, vel quando pro ſe ipſis impetrant beneficia cum intentione illa reſignandi reſeruata ſibi penſione, vel non reſeruata ad fauorem aliorum, iuxta conſtitutionem Pauli IV. *incip. inter cæteras ſub die 26. Decembris* 1557. relatam per *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 15. num. 89. & 90.*
43 in qua vltra dictam priuationem, irrogatur pœna excommunicationis in tales, à qua abſolui nequeunt niſi à Pontifice præter quam in mortis articulo, *Flamin. de reſignat. lib. 9. quæſt. 10. num. 4. & 5. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 57. num. 246.*

44 Vacant quoque ipſo iure beneficia offendendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Aduocatos, Procuratores, Teſtes, vel Notarios, vt cauetur in Conſtitutione Alexandrina, quæ eſt 11. inter Conſtitutiones Alexandri VI. *incip. in eminenti ſedis, de qua Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 15. num. 100. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 250. Mandoſ. conſ. 60. & 61. vbi plura ad materiam, Puteus deciſ. 102. 103. & 104. lib. 1.*

45 Et diſpoſitio dictæ bullæ comprehendit offendentes, ſiue in Curia, ſiue extra curiam, quando lis eſt in Curia, *Guazin. de confiſcat. concluſ. 13. amp. 87. num. 2. Rot. deciſ. 102. lib. 1. coram Puteo, deciſ. 21. num. 2. poſt primum, vol. conſ. Farinac.*

46 Et licet diſpoſitio dictæ bullæ videatur localis ad Vrbem, tamen per bannimenta generalia totius Status Eccleſiaſtici eſt extenſa ad totum Statum Eccleſiaſticum, *Guazin. de confiſcat. concluſ. 13. ampliat. 87. num. 2.*

47 Ad hoc autem vt habeat locum ea copulatiue requiruntur, primo quod in offenſione, ſeù minis, & iniurijs dolus interueniat, ſecundo quod eadem offenſio, ſeù iniuriarum illatio ex cauſa litis prouenerit, tertio quod ex parte offenſi, ſeu iniuriati nulla interuenirit prouocatio, & vno ex dictis requiſitis deficiente ceſsat diſpoſitio præfatæ Bullæ, *Guazin. in tract. de confiſcat. concluſ. 13. ampliat. 87. num. 4. Farinac. conſ. 67. num. 1. tom. 1. & firmauit Rot. in Roman. incurſus Alexandrina 10. Nouembris 1581. coram Blanchetto impreſ. poſt dict. conſil. Farinac.*

48 Demum vacat ipſo iure beneficium, quando aliquis inſordeſcit in excommunicatione per annum, quoniam tunc præuia citatione ad allegandum quas defenſiones habeat, vt hæreticus declari non debeat iuxta *text. in cap. cum contumacia de heret. in 6.* & nulla allegata cauſa, vel impedimento, quod releuet, & ſuffragari poſſit, declarari debet hæreticus, & conſequenter priuatus beneficijs, prout ipſo iure hæretici priuantur, vt docet *Gundiſal. Villadiego in tract. de hereticis q. 12. in fin. Ignat. de Salcedo in addit. ad prax Bernardi Diaz. cap. 16. num. fin. in fin. Seraph. deciſ. 1285. num. 3.*

49 Limit. Quod excommunicatus ob cauſam ciuilem, & in excommunicatione perſeuerans per plures annos non amittit ipſo iure beneficia, nec illis priuari debet, vt reprobato *Menoch. de arbitrarijs par. 2. centur. 5. caſ. 416. num. 52. 53. 56. & 61. & Ignatio de Salcedo, dixit Rota coram Seraph. deciſ. 1285. num. 1. & 2.* ſed ſi excommunicatio lata fuit propter crimen, quod ipſo iure priuet Clericum beneficio, & tunc per inſordeſcentiam habetur pro confeſſo, & cenſetur ipſo iure priuatus, aut lata fuit ob crimen propter quod non eſt priuatus beneficijs ipſo iure, ſed venit per ſententiam priuandus, & tunc poterit, poſt contractam inſordeſcentiam puniri, aut crimen non eſt tale, vt multari poſſit pœna priuationis, & tunc propter ſolam inſordeſcentiam talis pœna imponi non debet, ſed alia arbitraria, & iuxta hanc diſtinctionem intelligendum eſſe decretum

Con-

Concilij Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. in fin. dixit *Rot. dicta deciſ. 1285. num. 1. & 2. coram Seraph. & animaduertit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloſ. 15. à num. 104. vſque ad 108. Rub. in ſingular. Rota tomo 2. par. 3. ſub verbo Menochius §. 1. pag. 202. Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 3. num. 38.*

50 Periurus vero non priuatur niſi præcedente declaratoria ſuper periurio, neque priuatur obtentis licet reddatur inhabilis ad obtinenda, *Seraph. deciſ. 1285. num. 6. & 7.*

51 Plures alij caſus enumerantur *à Gonzal. ad reg. 8 Cancel. gloſ. 15. à num. 1. vſque ad num. 134. & à Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 57. à num. 199. vſque ad num. 252. & à Maſſobr. de habendo concurſ. ad Paroch. tit. de deputat. Vicarij requiſit. 1. dub. 2. à num. 4. vſque ad 74. fol. mihi 281.* in quibus de vacationibus non ſolum ob commiſſum crimen, ſed etiam ob cauſam ciuilem.

SVMMARIVM.

1 Clericus pro homicidio in pura rixa non eſt puniendus pœna ordinaria.
2 Nec priuatur beneficijs ipſo iure.
3 Ad incurrendam pœnã priuationis beneficiorum cauſa debet eſſe magna, manifeſta, & delictum perfectum.
4 Pro qualificato homicidio Clericus eſt actualiter degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus, etiam non expectata incorrigibilitate. Contrarium n. 5. diſtingue, vt n. 6.
7 Clericus quando dicatur incorrigibilis, vt ſubijciatur Curiæ ſæculari, & an requiratur actualis traditio, 8.
9 Clericus aſſaſſinus poteſt à Iudice ſæculari puniri etiam morte non ſecuta. Amp. etiam in defenſoribus, & receptatoribus.
10 Clericus aſſaſſinus etiam non expectata incorrigibilitate tradi poteſt Curiæ ſæculari.
11 Limit. procedere conſtito de qualitate aſſaſſinij, & poſtquam tanquam aſſaſſinus fuerit à Iudice Eccleſiaſtico condemnatus.
12 Et ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat declaratio huius criminis à Clerico commiſſi, Contrarium de conſuetudine ſeruari n. 13. ſed dicta conſuetudo tanquam contra Sacros Canones reijcienda, 14.
15 Proceſſus fabricatus contra Clericum de crimine aſſaſſinij coram Iudice Laico non valet.
16 Quid in antiquis, & occultis.
17 Clericus alicui propinans venenum qua pœna puniatur.
18 Procurans abortum fœtus animati, vel inanimati qua pœna puniatur,
19 Excommunicatio incurſa à procurantibus abortum à quolibet Confeſſario abſolui poteſt.
20 Clericus pro homicidio deliberato, & qualificato eſt ipſo iure priuatus beneficijs, requiritur tamen declaratoria homis facti.
21 Clericus priuatus ipſo iure beneficijs, illa etiam nulla expectata ſententia conferri poſſunt ſi delictum ſit qualificatum 24. Et quid in condemnato in contumaciam. num. 22.
23 Reus condemnatus in contumaciam habet annum ad comparendum.
25 Clericus condemnatus in contumaciam in pœnam priuationis beneficiorum, an per admiſſionem ad nouas defenſiones, & comparitionem recuperet beneficia, nu. 26 & ſequen.
Bannitus comparens infra annum ſponte admittitur ad nouas defenſiones ſecus ſi captus, vel poſt annum, niſi ex gratia Principis, ibidem, & ſequent.
28 An, & quando admiſſus ad nouas defenſiones recuperet bona confiſcata, n. 27.

ADNOTATIO II.

Clericus pro homicidio, & ſimilibus delictis quomodo puniatur.

1 Clericus propter homicidium commiſſum in pura rixa redditur exemptus à pœna ordinaria, *Vermigliol. conſ. 69. num. 2. verſic. altero quia, & num. 3.* vbi reddit rationem quia Clericus à pœna ordinaria homicidij excuſatur in ijs caſibus, in quibus laicus homicida mortis pœna multari nequit, *Petrus à Planc. in epit. delictor. lib. 1 cap. 19. in fin. verſ. ipſe tamen, & num. 20. et vltimo Diaz prax. crim. canon. cap. 94. num. 1. verſ. crederem tamen.*

2 Nec pro ſimplici homicidio priuatur beneficijs ipſo iure, ſed venit per ſententiam priuandus, attentis delicti qualitatibus, *Clar. in §. fin. quæſt. 73. num. 7. verſ. item Clericus committens homicidiũ qualificatum Farinac. conſ. 14. n. 5. circa med. verſ. nam Clericus tom. 1 Vermigl. conſ. 69. n. 1.*

3 Ad incurrendam autem pœnam priuationis beneficiorum, cauſa debet eſſe nedum magna, ſed etiam manifeſta, & non ex præſumptionibus, & argumentis deducta, & vbi flagitia quantuis attentata perfecta non ſint, *Abb. in cap. 1. num. 2. de conceſſ. præben. Farinac. conſ. crim. 25. num. 48. prope fin. verſ. neque auferenda ſunt tom. 1.*

4 In qualificato vero homicidio puta per inſidias, & induſtriam, appenſatè, & deliberatè perpatrato, aut proditorio, aut parricidio, & ſimilibus enòrmiſſimis delictis, pro vt etiam in conbuſtione Eccleſiæ, & alijs Clericus eſt actualiter exauctorandus, ſiue degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus, etiam non expectata incorrigibilitate, cum ſatis incorrigibilis cenſeatur, & deprauatam malæ voluntatis procliuitatem ad flagitia peragenda oſtendat per actum grauiſſimi qualificati homicidij commiſſi, vt voluerunt *Abbas in cap. 1. de ijs. qui filios occidunt, & in cap. at ſi Clerici num. 39. de iud. & in cap. 1. ad fin. de homicid. & in cap. nouimus de verbor. ſignif. Felin. in cap. 1. num. 49. de conſtit. & in dicto cap. at ſi Cleric. num. 50. in fin. & de communi, & ſæpiſſimè ſeruata teſtatur. Guid. Pap. deciſ. 121. Alciat. in cap. cum non ab homine num. 22. de iud. Dec. in cap. at ſi Cleric. tit. eod. Anchar. conſ. 58. col. 2. Corrad in pract. tit. de inquiſit. n. 8. in 23. Fallen. Gulielm. de Benedict. qui de communi poſt tertiam partem repet. ad cap. Raynutius in quæſt. de homicid. n. 40. in fin.* & hanc opinionem ſæpius ſeruata in diuerſis Mundi partibus per plura exẽpla teſtatur *Epiſcopus Scalen. in tract. de cenſur. & irregularit. tit. de depoſit. & degradat. cap. 14. per tot.* accedente tamen Pontificis auctoritate, & non alias, vt idem ſubdit *Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 14. vbi de communi cum alijs per Farin. in tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 81. verſ. contrarium, quod, & per Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 23. num. 5.*

5 Contrariũ verò, quod nec etiam in iſtis enormiſſimis criminibus Clericus Curiæ ſæculari tradatur, niſi incorrigibilis fuerit tuentur, & cõmunem dixerunt *Aret. in cap. cum non ab homine num. 80. col. 9. Villalob. in commun. opin. verb. Clericus nu. 288. Decian. in cap. at ſi Clerici num. 283. col. fin.*

fin. de iud. & ibi Berous nu.181. Diaz in prax.crim canon cap.90. verſ contrarium tamen Foller.in pract. crim.canon. in verbo audiantur excuſationes num.45. Boſſ in tit.de foro competen.num.136.& 141. Couar var. reſol.lib.2. cap.20. ſub n.7. verſ.ea tamen.Planc. in epitom.delict. lib.1.cap.22. num.43. vbi de magis communi, & cap.21. num.7.& 13. Scacc.de iudic. cauſ.ciuil. crim. lib.1.cap.11.num.60. & 65. vbi de iure veriori, cum alijs per Farinac. quæſt.8.num.81. & per Bellet. diſquiſit cleric.par.2.tit.de pæn. Cleric. §.23.num.5. verſ.nihilominus alij negant. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc.alleg.110. n.13.p.3.

6 In hac opinionum conflictu prima opinio licet ſæpius ſeruata fuerit, ſecunda tamen magis iuri conſona reputatur, idcirco id totum Iudicis prudentis arbitrio remittendum, qui benè penſaris loci, temporis, perſonarum, qualitatibus,& delicti circunſtantijs ſi adeò Reipublicæ perniciosum crimen iudicauerit, vt neceſſe ſit ob ſcandali timorem Clericum Curiæ ſæculari tradere, deuenire debeat ad hunc actum ſemper tamen Pontifice conſulto iuxta tradita per Epiſcopum *Scalen.loco citato* præcipuè ſi agatur de Clerico ſacris initiato, cum facilius ad hanc Curiæ ſæcularis traditionem deueniri poſſit in Clerico primæ tonſuræ, in dubio tamen non eſt facienda huiuſmodi traditio, vt ex *Planca, Couar. Foller. Clar. tradit. Farinac. quæſt.8.nu.83.verſ. ego in hac opinionum contrarietate. quibus non videtur diſſentire Sigiſmond.Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. crimin. lib.1. cap.11. num.66.*

7 Incorrigibilitas verò Clerico duobus præcipuè modis adſcribitur, effectiuè ſcilicet, vel præſumptiuè, primo enim modo, quando Clericus ita obdurato corde in crimine, & peccato perſeuerat, ex facti euidentia, & à parte rei, vt nullo modo velit ad pœnitentiam perduci; præſumptiuè vero ad effectum, vt Curiæ ſæculari tradi poſſit, & per laicam poteſtatem iudicetur, & comprimatur, quando ſcilicet in graui crimine deprehenſus, depoſitus fuit,& deindè propter contumaciam excommunicatus, iuſuper illa creſcente anathematis mucrone percuſſus, & tandem impęnitens, ac obduratus in profundum malorum veniens contemnit, & tunc cum Eccleſia vlterius non habeat, quid faciat abſque eo, quod expreſsè exuatur priuilegio clericali, aut alia ſequatur expreſſa Curiæ ſæculari traditio, nam tunc per ſæcularem poteſtatem comprimi poteſt *Menoch.de arbitrar.conſ.415.num.vlt.Clar. in §.fin. quæſt.36.nu.32.* & ita intelligendum eſſe textum in *cap.cum non ab homine de iudic.* annuūt DD. relati *per Barboſ.de offic. & poteſt.Epiſcop. alleg.106. ſub num.16.*

8 Verum quod non ſufficiat, quod Clericus ſit actualiter degradatus ad effectum, vt ſine alio à Curia ſæculari puniri poſſit, ſed requiratur etiā vltra degradationem, actualis traditio, diſponit *tex. in cap.nouimus 27.de verborum ſignif.iuncto cap. degradatio 2. de pæn.lib.6.cap.ad falſariorum de crimine falſi*, ibi poſtquam per Eccleſiaſticum Iudicē fuerint degradati, ſæculari poteſtati tradantur, *cap.ad abolendum 9.de haret. verſic. praſenti*, quod etiam videtur diſpoſuiſſe *Sac.Concil.Trid. ſeſſ.13. de reform. cap.6. & teſtatur Couar.pract.quæſt.c.32. num. 2. verſ.primum etenim illud conſtat Rol.conſ.4. num.22.& ſeq.vol.1.Sigiſmund.Scaccia de iudic.cau. ciuil.crim &c. lib.1.cap.11.num.58.Decian. tractat. crim.tom.1. lib.4.cap.9. num.18.Farinac.q.8.nu.74. Barboſ de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.110.num.17.*

9 Clericus aſſaſſinus, qui cum ſit à toto Populo diſſidatus poteſt à Iudice ſæculari puniri, etiam abſque alia declaratione, *cap. 1. de homicid in 6. vbi Gemin.Fran. & alij Auſer.in repet.Clement.ſape de offic.ordinar. num.18.de communi. Lambert. in cap.1. quæſt.11. num.88.de haret.in 6.Clar in §. aſſaſſinium verſ.ſed quaro, & in §. fin, quæſt.36. verſ. item quaro Couar.pract.quæſt.cap.22.nu.2. verſ. primum etiam illud in fin. Brunor à Sole in ſuis quæſt. legal. quæſt.34.num.25. Decian.in tract.crim.p.6.lib.9. cap.28 num.18. Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.crim. &c. lib.1.cap.11.num.55.Epiſcop Scalenſ.in tract. de cenſur. & irregularit. cap.14.ad fin.verſ. immo aliqui voluerunt cum alijs per Farinac. quæſt.8.num.82. vbi in fin.* ampliat etiam ſi non eſſet ſecuta mors, ac etiam in defenſoribus, receptatoribus,& occultatoribus bannitorum, & non ſolum in ſimplici Clerico, ſed etiam in Principe, Prælato, & qualibet Eccleſiaſtica perſona, reiecta diſtinctione ſcilicet, quod hoc procedat, quando Clericus miniſterio aſſaſſinorum infidelium aliquem fidelem occiderit, ſecus ſi miniſterio Chriſtiani, cum vtroque caſu regula ſibi locum vindicet, vt ex *Decian. Brunor à Sole ſubdit idem Farin.n.89.*

10 Immo Clericus aſſaſſinus etiam non expectata incorrigibilitate poſſe tradi Curiæ ſæculari, vt probat tex. *in cap. vnico de homicid.in 6.* dum expreſsè diſponit quod Clericus aſſaſſinus abſque vlla diſpoſitione, vel ſententia ipſo iure,& facto relinquatur Curiæ ſæculari, à qua non curatur de incorrigibilitate, vt ex *Boſſ. Planch. Clar. aui madnertit Farinac.q.8.n.84.*

11 Limit. hanc concluſionem, vt procedat, quando conſtat Clericum cōmiſiſſe aſſaſſinium[,] alias non poteſt puniri à Iudice Laico, niſi prius conſtet de qualitate aſſaſſinij, & niſi poſt quam vti aſſaſſinus fuerit ab Eccleſiaſtico Iudice bannitus, diffidatus, & condemnatus, vt pulchrè conſuluit *Cardinal.Alban. ſuo conſ. 13.cum alijs per Farinac quæſt.8. num.88. & ſeq.*

12 Hinc eſt quod declaratio criminis aſſaſſinij cōtra perſonas Eccleſiaſticas ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, *Lopez ad Diaz in prax.crim.canon. cap.110. verſ.notabis tamen Scaccia in tract.de iud. cauſ.ciuil.crimin. &c. lib.1.cap.11. nu.90. cum alijs per Bellet. diſquiſit.Cleric. par.2.tit.de pæn.Cleric.§. 23.num.6.* vbi ita decreuerit *Clemente VIII. in ſua conſtit.37. incip. Æqua.*

13 Contrarium, quod etiām ſi de iuris rigore huiuſmodi declaratio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, non tamen hoc ſeruari de conſuetudine, tradit *Iul. Clar.in §.fin.quæſt.36.num.26. pracipuè circa fin.* vbi quod hoc caſu reiecta exceptione Clericatus procedatur ad vlteriora contra talem Clericum imputatum de aſſaſſinio, & retineatur in Curia ſæculari iudicandus, vbi conſtito de aſſaſſinio feratur per ipſum Iudicem ſæcularem ſententia declaratoria vna cum ipſa cōdemnatione, & ita etiam obſeruatum fuiſſe per Conſilium Neapolitanum teſtatur *Capy.deciſ.112.n.4 & 5. deciſ.155. poſt nu.25.verſ.ſed hanc ſententiam; & Gram.voſ.8. & vot.11.*

14 Hanc tamen obſeruantiam vti non iuridicam,
ac contra iura Canonica, & ciuilia, nullo pacto
eſſe ſequendam, ſed in conſulendo, & iudicando
innitendum eſſe primę opinioni reiecto contrario
abuſu, admonet *Farin.q.8.n.86. circa fin.ex Sigiſm.
Scaccia quem allegat de iudic.lib.1.cap.11.n.70.*

15 Hinc eſt, quod proceſſus fabricatus contra
Clericum de crimine aſſaſſinij accuſatum coram
Iudice laico non valeat, eique Iudex Eccleſiaſti-
cus ſtare non debet; ſed denuo teſtes examinare,
& aſſumere informationes, tenetur non obſtante
etiam confeſſione ipſius Clerici coram Iudice
laico ſpontè facta, cum omnia defectu iuriſdi-
ctionis reddantur inualida, & nulla, vt alijs re-
latis comprobat *Bellet.diſquiſit. Cleric. par.2. tit.de
pœn. Cleric.§.23.nu.6.verſ.vnde proceſſus,* vbi ſub-
16 dit quando delictum ſit antiquum, vel fuit com-
miſſum in longinquis partibus, & adeo occultũ,
vt denuo probari non poſſit corã Iudice Eccleſia-
ſtico, niſi per proceſſum fabricatũ in Curia ſæcu-
lari, quod hoc caſu certioranda eſt Sacra Con-
gregatio, & iuxta eius reſolutionem proceden-
dum.

17 Venenum autem ſi à Clerico alicui propinetur
non minori pœna erit feriendus, quam homicida
licet homicidium non fuerit ſecutum, ſed ſi fue-
rit ſecutum, inter atrociſſima crimina eſt annu-
merandum, cum proditoriè committatur, &
plus ſit occidere veneno, quam gladio *Couar.in
Clemen.ſi furioſus par.2.num.11. Decian.tract.crim.
lib.9.cap.23. Gomez in epit.delict.tom.3. cap.3.n.7.
in fin.Bellet.diſquiſit.Cleric.par.2.tit.de pœn. Cleric.
§.23.num.10.Farinac.conſ.14.n.4.* vbi quod incur-
rit pœnam priuationis beneficiorum ipſo facto,
& *num.5. prope fin. tom.1.*

18 Et licet ex conſtitutione *Sixti V. 87. ex ordine
Bullar.incipit effrenatum* Clerici, qui venenis, me-
dicamentis potionibus, vel alijs modis abortus
maturi, ſiuè immaturi, animati, ſiue inanimati,
fœtus eiectionem procurauerint, vel venena, aut
potiones ne mulieres concipiant propinauerint
vel conſilium præſtiterint veniant degradandi, ac
deponendi à Iudice Eccleſiaſtico, & ſæculari Iu-
dici tradendi ad mortis pœnam ſubeundam.

19 Dicta tamen conſtitutio moderata, & fuit re-
dacta ad terminos iuris communis, ſacrorum ca-
nonum, & Concilij Tridentini à Gregor. XIV.
vt in ſua bulla *ex ordine 19. incipit. Sedes Apoſto-
lica*, qua tribuitur facultas confeſſarijs tam ſæ-
cularibus, quam cuiuſcunque ordinis ab Ordina-
rijs tamen approbatis abſoluendi in foro con-
ſcientiæ tantum à peccato, & excommunicatio-
ne contra perſonas ibi expreſſas huius criminis
reas lata, non obſtante reſeruatione facta à Six-
to V. ſibi, & ſucceſſoribus, ſalua reductione
quo ad alias pœnas in foro contentioſo infligen-
das ad terminos iuris communis, ſacrorum Ca-
nonum, & Sacri Concilii Tridentini, de quibus
conſtitutionibus *Bellet. diſquiſit. cleric.par.2.tit. de
pœn. cleric. §.23. num. 10. verſ. ſanctiſſimus igitur
Sixtus V.*

22 Inſuper Clericus pro homicidio deliberato, &
qualificato licet cenſeatur ipſo facto beneficijs
priuatus, requiritur tamen ſententia declaratoria
huius facti, *ex Igneo in l. neceſſarios § non alias in
lectura num.13. & in repet.num.7.verſ.& dicant, &
num.15.22.48. & 52. ff. ad Senat.Conſult. Syllan.
Clar.in §.fin. qu.73.num.7. ante fin. verſ.item Cleri-
cus committens homicidium, Vermiglioli conſ. crimin.
69. num.2.*

21 Vbi tamen Clericus ipſo iure priuatur benefi-
cijs, illa etiam nulla expectata ſententia conferri
poſſunt, ſecundũ *Tiraq.* qui concordantes allegat
in *l.ſi vnquam in verbo repetantur num. 333. & ſeq.
C. de reuocan.donat. Farinac.conſ.14. num.5. prope
fin. verſ. tamen homicidium tom.1.*

22 Quod licet de plano procedat quando Cleri-
cus in fortijs curiæ exiſtens condemnatus fuerit,
ſed ſi in contumaciam, non videtur, quod ipſo
facto conferri poſſint beneficia condemnati, cum
vigore conſtitutionum Pij IV. & Pij V. Reus bã-
23 nitus, & in contumaciam condemnatus habeat
annum ad comparendum, & docendum de ſua
innocentia, & non niſi elapſo anno ſententiæ
contra contumaces latæ poſſunt ſiue realiter, ſiue
perſonaliter exequi, licet benè poſſint eadem be-
neficia pendente dicto tempore ſub ſequeſtro, &
in ſuſpenſo retineri, vt dixit, *Rot.dec.254. coram
Seraph.num.4.per text.in l.fin.de requirend.reis Fa-
rinac.conſ.14. num.5. tom.1.*

24 Sed vbi delictum eſt qualificatum, ita vt indu-
cat beneficiorum vacationem ipſo iure, illa ſta-
tim poſſunt conferri, etiam nulla expectata ſen-
tentia, & ſic quod ſubſtineatur collatio facta
etiam pendente termino vnius anni competenti
condemnato in contumaciam ad comparendum,
& ſe defendendum, docet *Farinac. conſil.14.nu.5.
tom. 1.*

25 An autem Clericus condemnatus in contuma-
ciam, in pœnam priuationis beneficiorum per
comparitionem, & admiſſionem ad nouas defen-
ſiones recuperare poſſit beneficia, diſtinguenda
ſunt duo tempora, ante annum, vel poſt annum,
nam ſi bannitus compareat infra annum ſponte,
quo caſu cenſetur admiſſus ad ſe defendendum,
& tunc delictum ſi ſit plenè probatum, compa-
rens infra annum non recuperat bona confiſcata,
niſi docuerit de ſua innocentia per cõtrarias pro-
bationes, ſi verò delictum non eſt plenè proba-
tum, niſi ex indicijs iuncta contumacia, & tunc
quod per ſimplicem comparitionem etiam non
probata innocentia recuperet bona confiſcata, &
conſequenter beneficia tenet *Rota vt in deciſioni-
bus coram Achille, Cotta, & Seraphino relatis per
Farinac.in prax. in tit.de inquiſit. quæſt.11.poſt n.92.*
ſed contrarium defendit *Farinac.in prax.crim. tit.
de inquiſit.q.11.à n.89.cum ſeq.Famian.Centolin. in
adnot.ad conſ. Farinac.14. lit.A. tom.1.*

26 Sed quod opinio Farinacij indubitanter pro-
cedat extra Vrbem, & ſtatum Eccleſiaſticum, in
quo rei non declarantur incidiſſe in pœnis in
monitorio contentis ſed tamquã culpabiles poſt
primum bannum definitiuè condemnantur, pro
vt etiam ſi reus compareat ante ſententiam, &
condemnationem, quod tunc ſine dubio per ſim-
plicem comparitionem non expectata alia abſo-
lutione recuperet bona adnotata ſubdit idem *Fa-
rinac. dicta quæſt. 11. n.98. verſ.hæc opinio, & 97.*

27 Quod ſi reus fuerit captus etiam infra annum,
vel ſpontè compareat poſt annum, cum ſenten-
tiæ in contumaciam latæ crimen notorium fa-
ciant, & tamquam in rem iudicatam tranſierint,
rea-

realiter, & perſonaliter executioni demandari debeant, nec à Iudicibus ad nouas, aliaſque defenſiones admittendi ſunt niſi obtenta à ſignatura Sanctiſſimi deſuper ſpeciali gratia, iuxta Conſtitutionem Pij IV. *ſub datum* 22. *Iunij* 1566. *& aliam ſub Idus Septembris* 1571. *ex ordine Bullarij* 137. *tom.*2.*ſol mihi* 1133. *pro vt etiam prius ſanciuit Pius IV.*12. *kalendas Iunij* 1565.*ex ordine Bullar.conſtit.* 128. *tom.*1.*fol.mihi* 860. de quibus *Farinac.dicta quaſt.*11.*num.*4.*poſt med.vſque ad fin.*vbi admonet has conſtitutiones tamquam odioſas, & pœnales ſtrictiſſimè eſſe intelligendas.

38 Si vero contumax, ſeù condemnatus compareat vel capiatur poſt annum, & admittatur per ſignaturam gratiæ ad nouas defenſiones, ſiue doceat, ſiue non doceat de ſua innocentia, & ſiue abſoluatur, ſiue non, bona non recuperat, tum attenta diſpoſitione iuris communis, tum bullarum Apoſtolicarum, tum etiam ſtylo Signaturæ, quæ ſi admittit poſt annum cōdemnatum ad nouas defenſiones, non niſi hoc facere ſolet, niſi ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum, latè *Farinac. dicta quaſt.*11. *num.*89. & in puncto beneficiorum incorporatorum *in coaſ.crim.*14.*n.*7. *vbi Famian. Centoliu. in adnot. lit.A. in fin.*

SVMMARIVM.

1 Clericus non eſt degradandus, nec curiæ ſæculari tradendus, niſi in caſibus in iure expreſſis ſcilicet pro hæreſi, Limit. procedere in Clerico relapſo 2. Sublim. ſi ſponte redeat 4. & 5.

3 Hæreticus relapſus in quibus caſibus dicatur remiſſiuè.

6 Relapſus punitur pœna mortis naturalis.

7 Clericus propter falſificationem literarum Apoſtolicarum eſt actualiter degradandus, & curiæ ſæculari tradendus, licet literæ eſſent nullæ 8. debens tamen de hoc crimine eſſe conuinctus 9. & ſi vſi fuerint, quas alias pœnas incurrunt.

10 Ad committendum falſitatis crimen tria requiruntur.

11 Clericus eſt degradandus, & curiæ ſæculari tradendus propter conſpirationem in Epiſcopum, ſi ſit incorrigibilis. 12,

13 Etiam pro crimine nefando, pro quo etiam beneficijs priuatur 14. etiam propter ſolam diffamationem 15. & attentationem 16. Limit. propter oſcula, & blanditias 17.

18 Non ordinatus celebrans, vel confeſſiones audiens, eſt degradandus, & curiæ ſæculari tradendus.

19 Faciens ſe Clericum pęna arbitraria punitur.

20 Faciens ſe militem, vel doctorem tenetur pęna falſi, pro vt etiam faciens ſe Comitem, vel ducem 21. & ſi ſimul cum titulo vſurpet iuriſdictionem cōmittit crimen læſæ maieſtatis 22. & ſi vlterius exerceat actus iuriſdictionales ad mortem eſt damnandus 23.

24 Pœna falſi hodie eſt arbitraria, & ad hoc vt inferat pœnā mortis debet eſſe magna. 25.

26 Confeſſarij ſollicitantes Mulieres in confeſſione quomodo puniendi.

27 Pœna degradationis, vbi impoſita eſt intelligitur de verbali, non de actuali.

28 Verbalis degradatio pro quibus criminibus imponatur

29 Clericus conficiens ſortilegia bono, vel malo zelo an, & quando, & quomodo puniantur. 30.

31 Sortilegia in foro pœnitentiali quomodo puniantur.

32 Quomodo de iure ciuili, & canonico ſi commiſerint ſortilegia non hæreticalia, & facta ad bonum finem 33 quomodo verò vbi ſecuta ſit mors maleficiati 35. vbi etiam quando impeditur vis generandi, & ſimilia

36 Hæreticus ſortilegus etiam ſi in ſortilegijs commiſerit homicidium non eſt per Inquiſitores tradendus curiæ ſæculari ſi penitus paratus ſit publicè abiurare.

37 Sacerdos ſortilegos, qui miſſam defunctorum ſuperſtitioſè celebrauerit quomodo puniatur, & quomodo cauſa vt moriatur 38. & quomodo ſi celebrauerit ſuper rebus prophanis, vel abutatur veſtibus, aut ſacris veſtibus pro ſortilegijs. 39.

40 Aſtrologi prædicentes futura ex aſtrorum curſu tamquam ex cauſa neceſſaria ſunt hæretici, & vt tales puniendi, ſecùs ſi tantum demonſtratiuè, Amp. in Chiromanticis. 41.

42 Quomodo ex conſtitutionibus Sixti V. & Vrbani VIII. puniantur.

ADNOTATIO III.

Clericus pro quibus delictis veniat degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus.

1 CLericus non eſt actualiter degradandus ab Epiſcopo, neque Curiæ ſæculari tradendus, niſi in caſibus à iure canonico expreſſis, cuius vigore in tribus caſibus permiſſa eſt, primò ſcilicet pro hæreſi, *cap. ad abolendam* §. *præſenti de hæret. cap.*1. *cap.ſuper eo de hæret. in* 6. *Farinac. quæſt.*8. *num.*75. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.*110. *num.*11. *in Concil. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.*6. *nu.*2. *Bonacin. tit. de cenſur. in genere, in tit. de degradat. diſ.*4. *punct. vnico num.* 2. *& ſeq. Carol. de Graff. de effect. Cleric.* 1. *num.* 836. *Clar. in* §. *fin. quæſt.*36.*num.*31. *Gulielm. de Benedict. poſt* 3. *part. repet.cap.Raiantius in quæſt. de homicid. num.*3.*&* 4. *Boſſ. in prax. tit. de foro competen. num.*135. *Foller. in prax.crim.canon.fol.*272.*num.*23. *& tradunt communiter DD. in cap. at ſi Clerici de Iudic. Rot.deciſ.* 241. *num.* 7. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.*

2 Limit. procedere in Clerico relapſo, ſecùs in non relapſo, qui vult ſe corrigere, quia tunc non traditur Curiæ ſæculari, ſed in carcerem ad pœnitentiam peragendam detruditur, *cap. penult. extra de hæret. Boſſ. de foro competen. numer.* 137. *Scaccia de iudic. cauſ. ciuil.crim. &c. lib.*1. *cap.*11. *poſt num.*60. *Farinac. quæſt.*8. *num.*76.

3 Relapſus in quibus caſibus dicatur, latè *Sanctarel. in tract. de hæreſi cap.*42. *dubio vnico per tot.*

4 Vndè relapſus ſi in iudicio non præuentus ſponte redeat, & coram Inquiſitoribus compareat, eſt admittendus, & pœna mortis relaxanda *Loaſ. in prax. Inquiſitor. in verb abiurare num.* 4. *Pegnia in director. Inquiſitor. part.*3. *comment.* 12. *Menoch. de arbitrar. lib.*2. *cent.*4. *caſ.*374. *num.*6. *&* 7. Secus autem ſi poſt accuſationem, aut per metum accuſationis, *Decian. tract. crim. lib.* 5. *cap.*56. *num.*12. *Diana reſol. moral. part.*4. *tract.*7. *de pœn. delictor. reſol.* 26. *in princ. fol. mihi* 248.

5 *vbi propè fin.* ſubdit, quod Clerici huius criminis rei, ſunt prius realiter degradandi, & poſtea tradendi Curiæ ſæculari:

6 Hæreticus autem relapſus, vt ſi in eandem hæreſim, vel aliam diuerſæ ſpeciei reincidat omninò punitur pœna mortis naturalis, quoniam amplius non auditur *cap. ſuper eo de hæret. in* 6. & genus mortis eſt ignis concrematio, & inſuper huius bona confiſcantur, vt alijs relatis tradit *Menoch. de arbitrar.dicto caſ.*374.*num.*1.2.3.*&* 4.

7 Secundus caſus, in quo permittitur actualis degradatio, & Curiæ ſæculari traditio, eſt pro falſificatione literarum Apoſtolicarum, *cap. ad falſariorum de crimine falſi. & tradunt DD. ſupra relati num.*1. Sed quod hoc regulariter non ſeruetur, teſtatur *Farinac. quæſt.* 8. *num.* 77. *ex Anania in rub. de falſi circa fin. & Clar. in* §. *fin. quæſt.*36. *num.*34.

8 Puni-

8 Puniri tamen debet falſificans huiuſmodi literas, etiam ſi eſſent nullæ, *Abb. per textum ibi: in cap. olim num. 6. de reſcript. vbi Anton. de Butr. & alij Iaſ. in l. vbi pactum ſub nu. 25. verſ. 4. facit, C. de tranſact. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 57. num. 45.*

9 Clerici verò propter falſitatem commiſſam in literis Apoſtolicis ad hoc vt veniant degradandi, & Curiæ ſæculari tradendi, non ſolum debent eſſe deprehenſi, ſed etiam de huius criminis perpatratione conuincti, & ſi vſi fuerint falſis literis omnibus officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis erunt ſpoliandi, iuxta diſpoſitionem *cap. ad falſariorum de crim. falſi*, quod procedit, ſiuè per ſe ipſum, ſiuè per alium deuenerint ad hanc literarum falſificationem, *Socin. in dicto cap. ad falſariorum num. 19. de crim falſi Belles. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 22. num. 4 & 14.* vbi quod etiam incidant in pœnam excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ Domini, *Diaz. in prax. crim. canon. cap. 119. vbi etiam Lopez.*

10 Ad committendum autem falſitatis crimen tria ſubſtantialia requiruntur, primum veritatis mutatio, 2. quod ſit dolo facta, 3. quod alteri ſit nocitura, vt ex *Sylu. Hoſtien. Gregor. Tholoc tradit Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 2. tit. de pœn Cleric. §. 44. num. 1. Honded. conſ. 100. num. 55 lib. 1. Farinac. conſ. 114. num. 12. & 36.* vbi quod hoc ſit vulgatum ore omnium *vol 2.*

11 Tertius caſus eſt propter conſpirationem in Epiſcopum, ſeù calumniam, contumeliam, ſeù inſidias erga eundem illatas, *cap. ſi quis Sacerdotum 11. quæſt. 1.* & tradit *Boſſ. in prax. in tit. de foro competen. num. 135. Dec in cap at ſi Clerici num. 243. de Iudic. cum alijs relatis ſupra num. 1.*

12 Limit. procedere ſi Clericus ſit incorrigibilis, alias ſecus. *gloſ. in cap. cum non ab homine in gloſ fin. extra de Iud*, quæ tanquam mitior communiter recepta eſt, *Socin reg. 55. in 3. Fallen. Clar. in §. fin. quæſt. 36. num. 33. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 11. poſt num. 60. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg 110. nu. 12. circa med.* vbi quod in alijs duobus primis caſibus dicta incorrigibilitas non requiratur, *Farinac. quæſt. 8. num. 78.*

13 In multis alijs criminibus vltra prædicta tria, & alia relata in antecedenti adnotatione Clericus degradari, & Curiæ ſæculari tradi poteſt, nempe pro crimine nefando vigore *Conſtitutionis Pij V. ex ordine Bullar. 5. §. ſi quis crimen nefandum fol. 926. de qua Famianus Centolin. in adnot. ad conſ. 25. Farinac. lit. B tom 1. Rot. deciſ. 241. num. 7. in fin. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

14 Vlterius venit officijs, & beneficijs priuandus, textus eſt in *cap. vt Clericorum de adulter. & in cap. Clerici de exceſ. Prælat. vbi notant omnes Canoniſtæ, & tradunt DD. relati per Farinac. in tit. de delictis carnis quæſt. 148. num. 25. Ghirlan. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 2. num. 2. in fin. & quæſt 6. num. 6. Rebuf. in pract. benef. part. 3. tit. de mod. amitten. benef. num. 28. Menoch. de arbitrar quæſt. caſ. 286. num. 3. Farinac. conſ 25. num. 3. 30. & 58. tom. 1. Bonaccina de cenſur. tit. de degradat. diſ. 4. punct. vnico nu. 2. & ſequent.*

15 Immò non ſolum beneficijs priuatur, qui de ſodomia, vel confeſſus, vel conuinctus eſt, ſi qui tantummodò, de illa, vel ſuſpectus, vel diffamatus repetitur *Abb. in cap. licet, ibique Felin. nu. 2. de ſimon. & in cap. ex tuarum num. 1. 2. & 3. de purgat. canon. & in cap. inter eod. tit. Farinac. conſ. 25. num. 58. tom. 1.*

16 Et quod magis eſt ex ſola attentatione nefandi criminis Clericus priuandus eſt beneficijs, vulgaris enim in iure regula eſt, quod pro quocumque graui crimine Clericus deponendus eſt, de qua per *Abbat. in cap. at ſi Clerici num. 34. de Iudic. Rebuſ. in prax. benef. part. 3. tit. de modo amitten. benef. num. 16. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 266. num. 6. & in punct. Farinac. conſ. 25. num. 1. tom. 1.*

17 Limit. vbi agitur de oſculis, & blanditijs, quo caſu ceſſat pœna priuationis, nec de ea tractandum eſt, cum hoc caſu non reperiatur iure cautum, quod Clericus beneficijs priuetur, & pœna priuationis non imponitur, niſi lex hoc expreſsè dicat *gloſ. & Doctor. in cap. fin. de iurepatron. & ex Dec. Bald.* tradit *Farinac. conſ. 25. num. 30. verſ. aut volumus dicere tom. 1. & in tit. de delict. carn quæſt. 148. num. 31.*

18 Non ordinatus celebrans, vel Sacramentum Confeſſionis audiens ab Inquiſitoribus, vel Ordinarijs, tanquam abutens Eccleſiæ miſericordia, à foro Eccleſiaſtico abijcitur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit ritè degradatus Curiæ ſæculari eſt tradendus, vt debitis pœnis puniri debeat, iuxta *Conſtitutionem Clementis VIII incip. & ſi alias datum Romæ ſub . Decemb. 1601. de qua Quaranta in ſum Bullar. in verbo Ordo pag. 387. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 110 num. 18. Rot. deciſ. 241 num. 7. in fin. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

19 Faciens ſe tamen Clericum cum non ſit non pœna mortis, ſed arbitraria punitur *Felin. in proœm. Decretal. num. 38. Menoch. de arbitrar. caſ. 318. num. 12. Tiraquel. de nobilitat. cap. 13. num. 14. in fin. Farinac. conſ. 73. num. 5. tom. 1.*

20 Pro vt faciens ſe militem, vel Doctorem tenetur pœna falſi, *DD. in l. eos §. fin. ff. de falſ. vbi præcipuè Bart. & Alberic. num. 3. Felin. in proœm. decretal. num. 37. ad fin. verſ. & idem eſt, Caſſan. in conſuetud. Burgund. col. 2. num. 10. fol. 214. Bon. de Cortil. de nobilitate part. 3. num 165. Tiraq. eod. tract. cap. 13. num. 2. Farinac. conſ. 73. nu. 5. tom. 1.*

21 Ita etiam faciens ſe Comitem, vel Ducem incurrit crimen falſi *ad text. & ibi gloſ. in cap. ad Apoſtolica in verbo dignitatum de priuil. in 6. Decian. reſponſ. 19. numer. 159. & 241. vol. 3. Hond. conſ. 110. n. 17 vol. 2. Cabal. reſol. crim. 126. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 13. num. 179. 223. & 224.*

22 Et ſi ſimul cum titulo vſurpet iuriſdictionem etiam committit crimen læſæ Maieſtatis *Maſtril. loco citato num 224.* & ſi puta tanquam Comes
23 Palatinus baſtardos legitimauerit, vel tanquam Notarius inſtrumenta celebrauerit, cum non eſſent, poſſunt ad mortem condemnari, cum tunc vltra nomen Comitis, & Notarij, quod falſo aſſumunt, exercuerunt etiam actus iuriſdictionales, & ſic Principis iuriſdictionem vſurpauerunt, *Bald. in l. data opera nu. 50. C. qui accuſare poſſunt, Farinac. conſ. 73. num. 6. vbi in fin.* ſubdit dicta doctrina *Bald.* non ſit extendenda ad alios caſus.

24 Hodie enim pœna falſi eſt arbitraria quandoque maior, vel minor pro diuerſitate cauſarum, adeò vt aliquando imponatur pœna pecuniaria, aliquando corporalis, aliquando mortis, vt latè alijs congeſtis tradit *Farinac. in tit. de falſitat. & ſimulat. quæſt. 150. num. 21. & 52.*

25 Falſitas tamen debet eſſe magna ad hoc, vt pœna mortis imponi poſſit per text. *in l. vbi falſi in fin. C. ad l. Cornel. de falſar.* vbi ſupplicio capitali ſi id exigit magnitudo commiſſi, *Diaz. in prax. crim. canon. cap. 117. in verbo falſary ſub nu. 1. Giaccar. in addit. ad Clar. in §. falſum lit. B. la. 2. & in verbo alij caſus in fin. addition. verſ. qui verò multa acta, ibique Baiard. nu. 249. Afflict. deciſ. 404. nu. 17. verſ. 2. reſpondetur Boer. deciſ. 82. poſt num. 8. Capic. deciſ. 130. in 3. dubio ſub nu. 11. poſt verſ. ſed altiùs aliquanda Farinac. dicta quæſt. 150. nu. 24. vbi in verſ. hæc autem pœna* ſubdit, quod hæc pœna mortis poteſt etiam imponi quando pluries eſt reiterata, *Iodoc. in pract. crim. cap. 123. rub. de falſit. per abuſum num. 23.*

26 Confeſſarij etiam, ſiuè Regulares, ſiuè ſæculares ſollicitantes mulieres in confeſſione, ſi delicti qualitas petat, poſſunt præuia præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendi tradi, ſed ſi grauitas delicti non expoſtulet, pro criminis qualitate, & circumſtantijs, ſuſpenſione ab executione ordinis, priuatione beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetua inhabilitate ad illa, nec non voce actiua, & paſſiua ſi Regulares fuerint, exilio, damnatione ad triremes, & carceres etiam perpetuas, abſque vlla ſpe gratiæ, alijſque pœnis multare debent, vt expreſsè ſanciuit *Gregorius XV. ſuo motu proprio datum ſub die 30. Auguſti 1622. de qua Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 105. nu. 60. & alleg. 110. nu. 21. & in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 4. de reform. num. 2. verſ. crimen ſollicitantium.*

27 Eſt autem animaduertendum, quod quando in iure, vel aliqua conſtitutione reperitur impoſita pœna degradationis, eſt intelligenda de leuiori, ſcilicet de verbali degradatione, non autem de actuali, vtpotè quia hæc pœna imponi non debet niſi de ea in conſtitutione fiat expreſſa mentio, vt ex *Faller. Bonacin Bellet. tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 110. num. 9.*

28 Verbalis autem degradatio imponitur propter adulterium, ſimoniam notoriam, ſtuprum, inceſtum, furtum, periurium, homicidium, licet ſolo conſilio patratum, propter perſeuerantiam in concubinatu poſt canonicam monitionem, ob delictum, quo incuria, ſeù Parochi culpa Parochianum decederet abſque baptiſmo, & ob alia crimina atrocia, quæ inferant irregularitatem. *Bonacin. de cenſur. tit. de degradation. diſ. 4. punct. vnico nu. 6. tom. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 110. num. 10. qui alios allegant.*

29 Clericus verò conficiens ſortilegia, ſi bono zelo, & cum ſimplicitate non cum dolo conficiat ſortilegia non hæreticalia, puta ſi pro inueniendis rebus Eccleſiæ furto ſubtractis deuenerit ad hunc actum ſuſpendendus eſt à diuinis, & miniſterio Altaris per annum, & iuxta Iudicis arbitrium, ſecundum facti, & facinoris qualitatem, & turpitudinem, vt probat textus in *cap. 2. & ibi gloſ. in verbo viſum, & Abb. nu. 4. in fin. de ſortileg. Girland. tract. eod. quæſt. 11. num. 2. & 8. Menoch. de arbitrar. caſ. 388. num. 8. & 9. Farinac. quæſt. 20. num. 91. & 101.*

30 Sed ſi non bono zelo, ſed dolo malo conficiat ſortilegia non hæreticalia deponendus eſt ab ordine ſacro, omnibus beneficijs priuandus, & perpetuo Monaſterio includendus, *cap. ſi quis Epiſcopus 26. quæſt. 5. & ibi gloſ. Girand. dicta quæſt. 11. num. 3. 8. & 10.* & amplius efficitur infamis, *cap. quiſquis 2. quæſt. 8.* Immò eſt degradandus, *cap. admoneant 26. quæſt. 7.* verbali tamen non actuali degradatione, *Farinac. quæſt. 19. num. 49. & quæſt. 20. num. 92.*

31 Et de iure canonico in foro pœnitentiali ſortilegi conficientes ſortilegia non hæreticalia ſiuè Clerici, ſiuè laici ſint, & ſiuè ſortilegia fiant ad mortem, ſiuè ad venificandum homines, ſiuè ad præſciendum præterita, vel præſentia occulta puniuntur pœna 40. dierum *cap. 1.* vbi notant omnes *de ſortileg. Girland. tat. tract. quæſt. 11. nu. 2. 6. & 9. Menoch. de arbitrar. caſ. 388. numer. 6. & 7. Farinac. quæſt. 10. nu. 90.* vbi quod hodie pœna eſt arbitraria, cum Sacerdotibus omnes pœnitentiæ ſint pariter arbitrariæ.

32 Et licet de iure ciuili ſortilegi cuiuſcumque generis ſint, pœna mortis naturalis, & bonorum confiſcatione puniantur *l. nemo. l. multi, l. ſi excepta, l. eorum C. de malifi. & mathem. Girland. de ſortileg. quæſt. 2. num. 10. & quæſt. 11. num. 5. 7. 11. 12. & 20. Menoch. de arbitrar. caſ. 388. num. 5. Clar. §. fin. quæſt. 68. verſ. ſortileg. & malefici.*

33 Hodie tamen de conſuetudine etiam de iure canonico tàm in Clericis, quàm in laicis pœna ſortilegiorum non hæreticalium eſt arbitraria regulanda tamen iuxta iuris diſpoſitionem attentis delicti qualitatibus, perſonarum conditione, & ſcandalo *Girland. de ſortileg. quæſt. 11. num. 7. verſ. & circa præmiſſa, & num. 10. in fin. verſ. & in hoc tamen non recederem, & num. 23. in fin. iuncto num. 26. verſ. Abbas tamen dixit, & qu. 16. n. 3. in fin. & quæſt. 17. n. 4. & 5. Farinac. qu. 20. n. 89.* vbi, quod ſortilegi conficientes ſortilegia non hæreticalia, vel fuſtigantur, vel mittantur in publico, & deindè banniuntur, vel ad triremes tranſmittuntur, vel pœna pecuniaria multantur, *& num. 94.*

34 Amp. etiam ſi ſortilegia eſſent facta ad bonum finem, puta ad ſanandos homines maleficos, & etiam ſi miſceantur deuotæ orationes Dei, B. M. Virginis, ac Sanctorum, verba Pſalmorum, & ſimilium, cum nominibus tamen ignotis, vel cum aliqua obſeruatione, modo ſcribendi ligandi, vſu chartæ virgineæ, alijſque modis non concernentibus diuinam reuerentiam, cum totum hoc eſſet ſuperſtitioſum, illicitum, & peccaminoſum, reddens totum opus ſuperſtitioſum, & punibile, propterea Clerici deponuntur, Laici excommunicantur, & moniti, vel fuſtigantur, vel mitrantur ſi ſint ignobiles, & ſi nobiles relegantur, vt probatur in *cap. admoneant 26. quæſt. 7. cap. ſi quis Epiſcopus, cap. nec mirum §. ad hæc omnia. cap. aliquanti cap. ſortes, & ſequent. 26. quæſt. 5. Girland. de ſortileg. quæſt. 1. nu. 2. & quæſt. 11. num. 23. & 24.* vbi concludit hoc caſu pœnam eſſe arbitrariam *Farinac. quæſt. 20. à num. 96. vſque ad 101.*

35 Vbicumque tamen ex ſortilegio ſequuta ſit

mors

mors maleficiati, tunc ſibi locum vindicat pœna *l. Cornelia de ſicar.* quia plus eſt hominem veneno, quam ferro necare, *l. 1. C. de maleſ. & Mathem.* immò hoc caſu ſortilegus comburendus eſt, quod idem ſeruandum eſt, quando ſortilegijs impeditur naturalis generandi vis in viris, ac mulieribus, aut efficiatur ne mulier concipere ... aut alia ſimilia maleficia in corpore per ...um, & potum, aut extra corpus conficiantur, ... homicida tenetur *cap. & ſi quis, & ibi ſcriben. extra de homicid. l. ſi quis aliquod §. abortionis, & ibi DD. ff. de pœn. l. eorum C. de maleſ. & Mathem.*

35 Non tamen hæreticus ſortilegus per Epiſcopum, aut inquiſitorem tradi debet Curiæ ſæculari, vt illum morti condemnet, etiam ſi confeſſus fuerit in ſortilegijs feciſſe homicidium, vel aliud grauiſſimum delictum, pro quo ſecundum leges ciuiles deberet vltimo ſupplicio damnari, ſi pœnitens paratus ſit publicè abiurare, & condignam ſubire pœnitentiam, nam hoc caſu abſoluendus eſt ab excommunicatione incurſa, & ad reconciliationem admittendus, vt latè comprobat *Arnal. Alb. in tract. de agnoſcen. aſſert. Cathol. & hæret. quæſt. 25. num. 56. & ſequent. per totam illam ſeptimam concluſionem Farinac. quæſt. 20. num.* 105.

37 Sacerdotes ſortilegi, qui cauſa doloris ſpoliant aras, luminaria extinguunt, ſumpta lugubri veſte Miſſas defunctorum ſuperſtitiosè celebrant, honore, & dignitate priuantur, & ſic efficiuntur infames, vt in *cap. quicumque in primo reſpōnſ.* 26. 38 *quæſt.* 5. Si verò ſumpta veſte lugubri Miſſas defunctorum celebrant pro viuentibus cauſa inimicitiæ, vt ille, pro quo ſacrificium offerunt moriatur, à proprij ordinis gradu priuantur, & perpetui exilij, Ergaſtulo, vna cum eo, qui ipſum ſacerdotem conſuluit, aut præmiſſa fieri mandauit releganrur, *cap. quicumque in fin. 26. quæſt. 5. Girland. de ſortileg. qu. 10. num. 12. & qu. 11. nu. 17. Menoch. de arbitrar. caſ. 388. nu. 15. Farinac. qu. 20. num.* 106. & 107.

39 Quod ſi Sacerdos celebrauerit Miſſas ſuper rebus prophanis aptis ad ſortilegia peragenda, nempe ſuper calamita, ſuper cuti indumenti pueri naſcentis, quam appellant virginem pelliculam, ſuper paſta, & ſimilibus ſimplicibus, aut mixtis, aut ſi vaſibus, vel veſtibus Sacris, & ijs ſimilibus in ſortilegijs abutatur, pœna depoſitionis priuationis beneficiorum, & perpetui carceris punitur, *Girland. de ſortileg. quæſt. 16. num. 3. Menoch. caſ. 138. num 12. 13. & 14. Farinac. qu. 20. nu. 107. verſ. 14. ſit concluſio, & num. 108. ac* 109.

40 Aſtrologi verò, ſi ex cœleſtibus ſignis, & aſtrorum curſu, tanquam ex cauſa imponentes futuris rebus neceſſarium euentum, ipſa futura prædicant, ſunt hæretici, & vti hæretici puniendi ſunt, quia futurorum notitia certa pro vt eſt in ... eſt ſolius Dei, ſecus verò ſi prædicant demonſtratiuè, præſumptiuè, ſeù inclinatiuè, & non per modum neceſſitatis, nam tunc non peccant, nec ſunt puniendi, ſigna enim cæleſtia non ſunt cauſæ rerum finales imponentes neceſſitatem humanis rebus agendis, ſed quandam tantum inclinationem circa res futuras, ſecundum communiter accidentia per quaſdam regulas, & naturas corporum cæleſtium, quæ vt plurimum decipiunt, & vigore liberi arbitrij à natura humana euitari poſſunt, iuxta vulgatum dictum, ſapiens dominabitur aſtris, eſt textus in *cap. conſuluiſti 2. qu. 4. & in cap. ſciendum 26. qu. 3. cum alijs per Barber. in ſuo viator. iur. rub. 8. de ſortileg. nu. 5. & 6. Girland. tit. eod. quæſt. 11. num. 16. & 22. & in quæſt. 3. num 13. & 14. Farinac. quæſt. 20. num. 111.*

41 & 112. vbi quod hac eadem diſtinctione procedendum eſt in Chiromanticis, qui per lineamenta manus futura, vel præterita ſe dignoſcere profitentur.

42 Hodie verò operam dantes Aſtrologiæ iudiciariæ, Chiromantiæ, & alijs pernicioſis diuinandi artibus excepta agricultura, nauigatione, & arte Medica ex *Conſtitutione Sixti V. ex ordine Bullar. Cherub. 17. tom. 2. fol. 388. innouata ab Vrbano VIII. ex ordine eodem Bullar. 113. tom. 4. fol.* 118. mulctantur pœna excommunicationis latæ ſententiæ non reſeruatæ, vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, Eccleſiaſtici verò excommunicationis prædictæ, priuationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis ad eadem obtinenda, & vltimi ſupplicij, Epiſcopi demum, ac maiores Prælati eiſdem pœnis citra vltimum ſupplicium, de quibus *Gauant. in Enchirid. ſeù Manuale Epiſcopor. in verb. Aſtrologia per tot.*

PRÆNESTINA STVPRI.

ARGVMENTVM.

Pœna ſtupri etiam violenti, hodie de iure ciuili eſt arbitraria, de iure verò canonico ſtuprator, aut tenetur dotare, aut ducere in vxorem, & aliam pœnam Fiſco ſoluere; in crimine ſtupri, & copulæ carnalis ſocij criminis ad probandum admittuntur, ſi cum tortura maculam complicitatis purga uerint. Copula carnalis, an probetur ex confeſſionibus extraiudicialibus, & teſtibus ſingularibus large examinatur.

SVMMARIVM.

1 Pœna ſtupri hodie apud nos eſt arbitraria, & non extenditur ad triremes.
2 Arbitrium regulatur à iure.
Stuprator ſi fuerit honeſta perſona quomodo puniatur ſi non adſit violentia, ibidem, & quomodo ſi adſit violentia 3. & interueniat raptus 4.
6 Violentia ad exigendam pœnam ſtupri qualis eſſe debeat.
7 Stuprator de iure canonico tenetur ſtupratam dotare, vel vxorem ducere, licet ad vtrumque teneatur ex cap. 1. de adulter. & num. 8.
9 Quæ requirantur ad hoc vt ſecundum ius canonicum ſit locus pœnæ ſtupri.
10 Pœna ſtupri vt exigi poſſit requiritur honeſtas in perſona ſtuprata.
11 Habet locum ſiue mulier ſtuprata, conſenſerit, ſiue renuerit.
12 Dos ſtupratæ quomodo conſtitui debeat.
13 Stuprator ſi nolit ſtupratam in vxorem ducere vltra dotem eidem ſoluendam, alia etiam pœna non corporali puniri debet.
14 Tenetur etiam dotare ſi parentes, vel ſtuprata renuant in virum ducere.
15 In dubio puella præſumitur ſeducta.
16 Mulier an ſit virgo, vel corrupta probatur per inſpectionem obſtetricum, & matronarum.

17 Ex quorum etiam iudicio, & depo[illegible]tione probatur prægnantia.
18 Socij, & participes criminis admittuntur in probatione ſtupri, adulterij, & copulæ carnalis.
19 Socius criminis non facit indicium ad torturam, niſi ſuum dictum confirmauerit in tortura.
20 Ex prægnantia probatur commiſſio, & præcedens copula carnalis.
21 Quod eſt veriſimile pro veritate habetur.
22 Copula carnalis probatur per teſtes de auditu à partibus.
23 Contrarium ſi confeſſio fuerit facta parte abſente.
24 Sed hoc limita procedere alijs non concurrentibus indicijs.
25 Confeſſio copulæ habitæ facta ab amaſio iunctis alijs adminiculis valde vrget contra eundem.
26 Confeſſio extraiudicialis non probatur, niſi per teſtes conteſtes.
27 Copula carnalis non probatur per teſtes ſingulares de diuerſis actibus, ſed requiruntur conteſtes de ſingulo actu Contrarium num. 35.
28 Teſtes ſingulares ſi conueniunt in confeſſione partium, & in facto principali probant.
29 Teſtes deponentes de diuerſis confeſſionibus loco, & tempore factis coniunguntur ad probandum.
30 Teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, & non obſtatiua probent.
31 Teſtes de loco, & tempore non conteſtes probant ſi locus, & tempus non ſit de ſubſtantia neq; eij actus.
32 Teſtes deponentes de diuerſis confeſſionibus, vel delictis diuerſo loco, & tempore factis non coniunguntur.
33 Duæ ſemiplenæ probationes non coniunguntur ad faciendam plenam probationem.
34 Limita procedere vel in cauſa ciuili ardua, vel in criminalibus, vbi agitur de pęna ſanguinis, ſecus ſi de pœna pecuniaria.
36 Copula carnalis probatur per teſtes inhabiles, & domeſticos.
37 Et probatur etiam præſumptionibus, & coniecturis.
38 Copula carnalis, & ſtuprum probatur per publicam vocem, & famam.
39 Item ex fuga ſtupratoris.
40 Adminicula quibus probatur ſtuprum, & copula carnalis ſufficiu[illegible] ad tranſmittendam inquiſitionem.
41 Stuprum probatur præſumptionibus ſimul iunctis.
42 In occultis, & difficilis probationis plura imperfecta coniunguntur ad faciendam plenam probationem.
43 Virginitas præſumitur etiam in dubio.

DECISIO XCIII.

1 POENA ſtupri quidquid dixerint Doctores, hodie apud nos arbitraria eſt, vt modo grauior, modo leuior pro vt ex aliqua cauſa Iudici viſum fuerit imponenda veniat, & ita ſeruari latè relatis Doctorum opinionibus teſtatur *Farinac. in tit. de delictis carnis qu. 147. nu. 96. in fin. ex Gram. vot. 4. num. 23. & 24. & vot. 17. num. 3. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 288. num. 6. & caſ. 420. num. 110. Gutter. quæſt. canon. cap. 37. nu. 5. in fin. verſ. ego vtroque caſu Card. Tuſch. concl. 709. in fin. vol. 7.*

2 Verum quia arbitrium regulatur à iure, cuius diſpoſitioni, & æquitati conſonum eſſe debet *l. fin. §. ſed & ſi C. de legat. vbi Bart. num. 16. Cabal. reſol. crim. caſ. 220. nu. 144. Gratian. diſcept. 510. num. 23. & diſcept. 462. num. 32. Caualer. deciſ. 63. nu. 1. Seraph. deciſ. 1017. nu. 1. Greg. XV. deciſ. 189. nu. 3. deciſ. 221. nu. 1. Rot. deciſ. 15. nu. 1. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & in Compoſtellana Parochialis prima Iulij 1650. in princ. coram Pentingerio.* Ac proindè ſtupratores ſi fuerint honeſtæ perſonæ, publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi humilioris conditionis fuſtigatione pecuniaria, ac etiam relegatione plectendi veniunt, adeò vt ſtupri non violenti pœna nullatenus mortis naturalis eſſe debeat, & hoc ſibi locum vindicare, quamuis interuenerit conſenſus Puellæ tradit *Guazzin. de confiſcat. concluſ. 13. amp. 12. nu. 1. & 2. per text. in §. item lex Iulia de adulter. verſ. ſed eadem lege Iulia de publ. Iudic. & ibi gloſ. in figurat. caſus in verbo ſi humiles Gram. vot. 4. num. 23. & conſ. 17. num. 1. & 3. Clar. in §. ſtuprum ſub num. [illegible] verſ. quæro, quæ ſit pœna in fin. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 288. num. 7. 8. & 9. & in addit. num. [illegible] Theſaur. deciſ. Pedem. num. 1. iuncto num. 3. in [illegible] concluſ. verſ. neque vnquam, Farinac. quæſt. 147. nu. 6. & 7. & num. 43.*

3 Vbi autem concurrit violentia, pe[illegible]a[illegible]ato flagitio intrat pœna capitis, ſeù mo[r]tis, *l. [illegible] §. qui puero ff. de extraord. crim. Hoſtienſ. in ſumm. rub. de adulter. nu. 11. verſ. nam ſi violenter Menoch de arbitrar. caſ. 288. num. 10. in fin. & in addit. nu. [illegible]2. Card. Tuſch. concluſ. 209. num. 9. vol. 7. Farinac qu. 147. num. 9. & 22. Peguer. deciſ. crim. 7. num 6*

4 Vlterius quod etiam copulatiuè requirat[ur] raptus, vt pœnæ capitis fiat locus, etiam i[illegible] qui plura ſtupra commiſit, *Caſſer. in pract. in [illegible] tio tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur nu.*
5 *Farinac. loco citato nu. 60.* quibus aggrauan[illegible] qualitatibus non concurrentibus, ſtupr[illegible] corporales hodie nullatenus extendi a[illegible] mes, etiam in humilioribus perſonis [illegible] *Vermigliol. conſ. crim. 396. nu. 15. ex Menoch. de a[r]bitr. quæſt. caſ. 288. num. 6. & Farinac. dicta qu. 1[illegible] num. 6. & 96.*

6 Violentia verò ad hunc effectum debet [illegible] cum vi, & metu, ita quod ſtuprum comm[illegible] blanditijs, promiſſionibus, perſuaſionibus, datione pecuniarum, & munerum, licet compar[e]tur coactioni, & vi, tamen eſt puniendum, a[c] ſi nulla interueniſſet vis, vt in practica ſeruari [illegible] diſſe ſubdit *Farinac. quæſt. 147. §. ſtuprum num.* [illegible] & ſi antecedenti contrarium tenentes refert qu[illegible]rum opinio in praxi non ſeruatur *Gram. vot. 4. ſub num. 23. ad med. verſ. & ibi ſubdit Boſſ. in t[it]. de coitu damnato, & punib. num. 66. verſ. ſed [illegible] uerte.*

7 De iure verò Canonico iuxta diſpoſitio[nem] *cap. 1. de adulter.* ſtuprator tenetur deflora[tam] dotare, & in vxorem ducere, vt etiam [illegible]o I[u]dicis auctoritate cogi poſſit ad matrimoni[um] contrahendum, cum ratione delicti [illegible], vt quis inuito nuptias iure cogatur, vt [etiam] tenuerunt veteres Canoniſtæ, *Innocen. Hoſtien. Anton. de Butr. Zabarel. in dicto cap. 1. de adulter. Hoſten. in ſumma de adulter. nu. 11. verſ. ſed ſecundum canones, Nauar. in manual. Confeſſ. cap. 1[illegible] num. 16. verſ. ſecundo dicendum Clar. in §. ſtuprum ſub num. 3. verſ. locus autem.*

8 Sed quamuis *cap. 1. de adulter.* ſit deſumptum ex veteri teſtamento *Exod. cap. 22.* & relat[illegible] ius canonicum ab habente poteſtatē, ac propt[er]ea eſſet præcisè ſeruandum, nihilominus cum [illegible] idem legiſlator ſub eodem *tit. de adulter. in cap. 2.* appoſuit aliam diſpoſitionem cum disiunctiua, ſcilicet quod aut dotare, aut in vxorem [du]cere teneatur, temperare voluit rigorem dicti *cap. 1.* vt eius diſpoſitio veniat ſeruanda cum qualitate, & temperamento dicti *cap. 2.* ac proindè deflo-

rans

rans nequit praeciſè cogi ad ducendam deſloratam; ſed tantum, vel ad dotandam, vel ad ducendam, & hanc ſententiam vſu Iudiciorum eſſe receptam teſtatur *Anton. Gomez. in l. Tauri nu. 8. verſ. ſed ijs non obſtantibus Anch. in dicto cap. 1. nu. 4. & 5. in 5. notab. de adulter. Entr. in cap. peruenit, num. 1. verſ. nota tit. eod. Clar. in §. ſtuprum num. 3. verſ. ſed quidquid ſit de iure, vbi quod ita in practica ſeruetur Menoch. de arbitrar. quaeſt. lib. 2. caſ. 288. num. 15. in addit. Card. Tuſch. concluſ. 709. nu. 28. & ſequent. vol. 7. Farinac. quaeſt. 147. §. dos num. 98. vbi num. 99.* ſubdit quod ſi vult ducere tenetur etiam dotare *Ruin. conſ. 189. num. 8. lib. 2. Gutter. lib. 1. canon. quaeſt. cap. 37. num. 1. Rot. deciſ. 74. nu. 4. & 5. poſt primum vol. conſ. Farinac.*

Ad hoc autem, vt ſit locus diſpoſitioni *cap. 1. & 2. de adulter.* tria potiſſimum copulatiuè concurrere debent primo virum ſeduxiſſe, 2. ſtupratam puellam fuiſſe, virginem iuxta *conſ. Grat. 93. num. . lib. 1. Rot. deciſ. 74. num. 6. poſt princ. conſ. Farinac*

11 ... exigitur honeſtas in perſona ſtupratae, ... mulieri inhoneſtè viuente ceſſet poena ſtu... mulier inhoneſtè viuat publicè, & mere... more, ſiue occultè viros admittere con... ueuerit, vt animaduertit *Farinac. quaeſt. 147. §. ſtuprum num. 82. vſque ad 85. & nu. 88. Guazzin. de confiſcat. concluſ. 13. ampliat. 12. num. 3. verſ. ſed ... uiritur Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1248. num 21. Clar. in §. ſtuprum num. 3. verſ. ſed quare, ... ut poena ante fin. Gram. deciſ. 107. nu. 9. Ioſeph. Ludon. deciſ. Lucenſ. 61. num. 8. vbi de ſeruata opi... ne in omnibus Crrys Theſaur. deciſ. Pedemon. 3. ... 3. verſ. quarta concluſio Card. Tuſch. concl. 209. ... 22. & 45. vol. 7. Menoch. de arbitr. quaeſt lib. 2. ... 288. num. 17. in addit.*

12 Parumque refert ſi puella ſtuprata ſtupro re... erit huc conſenſerit, cum ſemper ſtuprum pu... dici debeat, praecipuè quia in dubio mulier praeſumitur ſeducta, & decepta, non autem ſponte ... ſentire, *Anchà in cap. 1. num. 1. in pr. notab. vbi Marian. Socin. num. 5. Abb. num. 2. de adulter. Gram. tot. 4. ſub num. 23. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. in verbo ſtupri lit. A. in fin. princ. Farinac. quaeſt. 147. num. 54.* quidquid ... *Anton. Gomez. in l. Thauri 80. num. 10.*

13 Circa vero dotis quantitatem ſtupratae conſtituendam, eſt animaduertendum, quod ſi ſtuprator deflorataum in vxorem ducat, & tunc ſatis ſit ... n conſtituere dotem, quam iuxta qualitatem puellae, & conſuetudinem regionis foret habitura, ſi verò in vxorem ducere recuſauerit iuxta *cap. 2. de adulter.* dos à ſtupratore eſt ſupplenda, & augenda, vſque ad quantitatem, vt verè dos de paragio dicatur, quia pluris indiget corrupta ad facilius inueniendum intuitu pinguioris dotis virum ſibi aequalem, vtpotè quia puella per deflorationem fuerit effecta deterioris conditionis, & ideò maiori dote indiget, vt magiſtraliter firmauit *Rot. deciſ. 74. num. 2. & 3. poſt pr. vol. conſ. Farinac.* immò quod illo caſu etiam dari poſſit iuramentum in litem puellae ſtupratae ſuper eo, quod ipſi plus dari debet occaſione perditae virginitatis, latè *Plot. de in lit. iuran. §. 34. nu. 1. & ſequent. Famian. Centolin. in addit. ad dictam deciſ. 74. lit. A. poſt prim. conſ. Farinac.*

13 Quod ſi ſtuprator noluerit ſtupratam puellam in vxorem ducere, vltra pinguiorem dotè adhuc alia poena, non quidem corporali, ſed exilij, pecuniaria, aut ſimili arbitrio Iudicis puniri debet, & ita apud nos ſeruari teſtatur *Farinac. in citata quaeſt. 147. §. dos num. 104.*

14 Sed ſi puella ſtuprata, vel eius parentes recuſent ſtupratorem in virum ducere, licet nequeant ad id cogi, non tamen eximitur à praeſtatione dotis ad *Text. in cap. 1. verſ. ſi vero pater de adulter. vbi gloſ. in verbo dotabit verſ. & ſi enim ea Hoſtien. in ſumma in tit. de adulter. num. 11. verſ. ſed ſi pater Clar. in §. ſtuprum num. 3. Menoch. de arbitr. quaeſt. caſ. 288. num. 19. verſ. ſecundus eſt caſus in addit. idem Farinac. dicta quaeſt. 147. §. dos numer. 105.*

Quibus ita diſpoſitis Andream Lanciottum ob ſtuprum abſque violentia, aliaque qualitate aggrauanti commiſſum in perſonam Eliſabettae de Olibano cenſui teneri eandem dotare, vel in vxorem ducere, & quatenus ducere recuſauerit vltra pinguiorem dotem arbitrio boni viri taxan. vlterius ſoluere ſeuta quinquaginta in poenam commiſſi flagitij, operibus pijs applican. nam quo ad primum requiſitum adhoc vt ſit locus diſpoſitioni *cap. 1. & 2. de adulter.* in dubio

15 puella ſemper praeſumitur ſeducta, etiamſi vir aſſerat ſè non ſeduxiſſe *Ruin. conſ. 189. num. 9. lib. 2. Canoniſtae cõmuniter in dicto cap. 1 de adulter. Gutter. lib. 1. can. quaeſt. cap. 37. num. 11. & de communi Rot. deciſ. 74. ſub num. 6. poſt prim. vol. conſ. Farinac.*

16 Praetatam vero puellam ſtupratam fuiſſe conſtat ex obſtetricum relationibus, & iudicio per inſpectionem, & contactum eiuſdem puellae diligenter factum *Paccian. de probat. lib. 2. cap. 2. n. 12. 13. & 17. 20. & 32. Maſcard eod. tit. lib. 3. concluſ. 313. num. 5. Menoch. de praeſumpt. lib. 6. praeſumpt. 89. num. 11. 12. Clar. in §. fin quaeſt. 4. num. 3. ſub verſ. quando vero in fin. Farinac. in tit. de delict. carn. quaeſt. 147. §. probatio à num. 141. vſque ad 147. part. 4. to. 2. Famian. Centolin. in Addit. ad deciſ. 27. num. 1. poſt primum vol. conſ. Farinac.*

17 Ex quorum etiam iudicio, & depoſitionibus conſtat de eiuſdem puellae praegnantia, *Boſſ. in tit. de partu ſuppoſito num. 10. in princ. verſ. item facilius eſſet, & verſ. tamen teſtes Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1147. num. 16. verſ. nam facillimè Farinac. in tit. de falſit. quaeſt. 150. num. 267. & ſeq.*

18 Conuincitur quoque ipſe Andreas de perpatrato ſtupro inter alia ex ſpontanea confeſſione ipſius ſtupratae, cui propterea eſt credendum, vtpotè quia in crimine ſtupri, adulterij, & probatione copulae carnalis ſocij, & participes criminis admittantur *Alex. conſ. 13. in fin. lib. 7. Paul. de Caſtr. conſ. 348. num. 3. lib. 1. Giurb. conſ. crim. 37. n. 17. Boſſ. de indic. & conſiderat. ante tort. num. 160. verſ. & facit prò hac opinione Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 158. & concluſ. 165. num. 14. & lib. 2. concluſ. 1063. num. 26. 27. & 38. Farinac conſ. 38 num. 2. lib. 1. & in tit. de indic. & tort. quaeſt. 43. num 90.* Immo quod ad depoſitionem ſocij criminis in huiuſmodi delictis, quae nè dum occultè, ſed occultiſſimè committi ſolent etiam ad condemnationem deueniri poſſit, tradit *Spada inter conſ. Farinac 156. num. 38. tom. 2.*

19 Praecipue quia omnem maculam per criminis com-

complicitatem contractam tortura purgauerit, eiuſque dictum ad ſtuprumautem afficiendum confirmauerit *Farinac. quæſt.43.num.101.& num.134. vbi copioſe alios allegat, & in puncto conſ.38 nu 10. in fin. tom.1. Hond. conſ.100. num.2 puncto num.16. Boſſ.in tit.de indic. & conſiderat. ante tort. num.151. Clar. in pract. §.fin. quæſt.21. verſ.ſcias etiam Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ.474.num.50. Maſcard. de probat. lib.1. concluſ.158. num.3. & concluſ.462. num 28.& ſeq. & lib.2.concluſ.857.nu.14. & lib.3. concluſ.1311. num.38. Puteur. deciſ. crim. 5. num.36. Rot.deciſ.284.ſub num.8.poſt 2.vol.conſ. Farinac.*

20 Coadiuatur eiuſdem confeſſio ab euentu prægnantiæ, quæ de neceſſitate viri commiſtionem, & præcedentem carnalem cognitionem præſuppouit, vnde veriſimilis redditur huius criminis rei nominatio, cum nulla ratio aſſignari valeat,
21 quare potius alium taceat, & Andream falſo inculpet, quod autem veriſimile eſt, prò veritate habetur, vt in puncto animaduertit *Farinac. conſ. 38.num.3.vol.1.*

22 Comprobatur fuſius ex geminatis confeſſionibus extraiudicialibus de commiſso ſtupro factis per dictum Andream, de quibus deponunt plures numero teſtes, nec eſt dubium, quod copula carnalis probetur etiam per Teſtes de auditu à partibus *gloſ. in cap.præterea in verb. conſcios ext. de teſt. vbi Hoſtien. num.1. in verbo conſcios Dec. conſ. 577. num.9. verſ.3. principaliter Pariſ. conſ.160. ſub num.23.lib 4. Rum.conſ.144. num.34. & ſeq. Neſtor. Aemil.in tract. de teſt. in verbo teſtis adulterium num.47. Farinac. quæſt.69. num.200.* Rot. *deciſ.72. num. 1. in fin. poſt 2. vol. conſ.* Farinac.

23 Et quamuis non deſint Doctores, qui in contrariam ferantur ſententiam, ſcilicet quod ex confeſſione extraiudiciali non probetur carnalis copula, etiam ſi teſtes deponant de extraiudiciali confeſſione eorum, qui dixerunt sè carnaliter cognouiſse; præcipue ſi confeſſio fuerit facta parte abſente, & nullo acceptante, *Grat. conſ.50.ante num.1. & num.4. verſ.immo in caſu noſtro, & nu.33. verſ. nec obſtat lib.2.Pariſ. conſ.54. num.50. verſ. nec etiam probari lib.4. Bertrazol. conſ.228. num.7. Maſcard. de probat. lib.1. concluſ 02. num.4. verſ: etiam ſi deponerent Hector. Aemil. in tract. de teſt. in verb. teſtis Adulter. num.45. Sanchez. de matrim. lib.10. tit. de diuortio diſ. 12. quæſt. 3. num.48. Farinac. conſ.147. num.21. & 22. lib.2. & in prax.inſt.. de delict. carn. quæſt.136. cap.2. num.43. part.2. tom.2.*

24 Tamen hæc contraria opinio procedit, ſi alia non concurrant indicia, nempe fama, & alia adminicula, ſecus autem alijs concurrentibus indicijs, vt in præſenti, nam tunc debet præualere prima opinio præcipuè ſi agatur contra ipſum confitentem, & non contrà tertium, vt animaduertit idem *Farinac. dicto conſ.147.num.23.lib.2.* Vn-
25 de quod confeſſio extraiudicialis Amatij probata per teſtes iunctis alijs quod valde vrgeat teſtatur etiã *Cyriac. controuerſ 171.n.14. Ciarlin.controuerſ.174. num.22. & dixit Rot. deciſ.95. num.3. part.2. diuerſ. & in Romana nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651.ſub §. dictum vero coram Eminentiſsimo Cardinal. Otthobono inter eius impreſ. deciſ.*

26 Quibus non aduerſatur quod dicti teſtes in huiuſmodi probatione ſint ſingulares, & de iure confeſſio extraiudicialis non probetur, niſi per teſtes conteſtes de loco, & tempore, *Caſtren.conſil.296.num. lib 1. Bero in cap.ſi Clerici num.135. verſ.requiritur etiam, & num.130.& 137.de Iudic. Foller. in pract. crim. verb. & ſi confitebuntur par. 2. num. ſol.316.Farinac.conſ.60.num 44.tom.1. Vermigliol conſ.395. num.3. & 4. Pedemon. deciſ. 79. num.29. Afflict.deciſ.375.n.2 & 3.Franc.deciſ.105. num 21.Cæſar de Graſſ.deciſ.97.alias 41. num.4. de re iudic.*

27 Immo quod ex teſtibus ſingularibus deponentibus vno de aliquo actu, & tempore, & alio, de alio actu, & tempore quod non probetur copula carnalis, ſed quod exigantur duo teſtes pro ſingulo actu, *Grat.conſ.50 num. 10.verſ.ut ſit præſuppoſitum, & num.23. lib.2. Hector Æmil. de teſt. in verbo teſtis adulter.num.35.Sanchez.de matrim.lib.1. diſ.12 quæſt.3.num.51.cum alijs per Farinac.in prax. quæſt.136.cap.2.num 3.par.2.tom.2.*

28 Quoniam dicti teſtes concluſiue vnus deponat idem quod alius, quo ad confeſſionem ſtupri commiſſi per prætarum Andream diuerſis vicibus factam, ex qua diuerſitate cum non oriatur, repugnantia, aut facti diuerſitas, ſed idem ſemper emergat effectus, licet ſint ſingulares de loco, & tempore, dummodo conueniunt in confeſſione, & facto principali vtrique bene probant, latè *Maſcard. de probat. concluſ.379. à num.11.12. & ſeq.Riminald.conſ.660.nu. .vol.6. Alex.conſ.21 num.4. lib.2.Petra de fideicomm.quæſt.12.num.489. & 515.verſ ſed iſte effectus Gabriel. in tit.de probat. lib.1.concluſ.1.num.5. & 6.cum alijs copioſe per Farinac.de teſt. in tit.de oppoſ. con. perſon. teſt. quæſt 64. num.114. & 116 vbi teſtatur de veriſſima, & quod ab ea non ſit recedendum.*

29 Quinimo teſtes deponentes de varijs confeſſionibus diuerſis loco, & tempore factis quod coniungantur ad faciendum probationem, præcipue ſi tendant ad eundem finem, *Bero. in cap.at ſi Clerici num.110.verſ.ſed pro opinione contraria de iudic. bene Maſcard.de probat.concluſ.379.à num.9 & ſequen & num 14, & 15 Gabr in tit. de teſt. concluſ.2.num.53.cum alijs copioſe relat per Farinac.citata quæſt.64. num. 1.*

30 Quod nititur fortiſſima ratione quia hoc caſu huiuſmodi ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, quæ non aduerſatur, ſed confert ad faciendam plenam probationem, vt animaduertit *Maſcard.& Doctores per eum relati dicta concluſ 379.num.10.ad late tradita per Farinac.dicta quæſt.64.num.112.*

31 Tum quia locus, & tempus non eſt de ſubſtantia negocij actus, de quo agitur, quo caſu probant teſtes, licet de loco, & tempore non ſint conteſtes vt tradunt Doctores late relati per *Farinac.dicta quæſt.64.num.96.*

32 Et penitus ſubuertitur motiuum, quia quod in criminalibus teſtes deponentes de diuerſis cõfeſſionibus rei, de delictis diuerſo loco, & tempore factis non coniungantur, nec faciant indi-
33 cium, & quod duæ ſemiplenæ probationes, neque pariter vniantur ad faciendam plenam probationem, iuxta tradita per *Farinac. quæſt. 64.*
34 *num.145.* procedit vel in cauſa ciuili ardua, pro

vt

ſi agatur de diſſoluendo matrimonio, & in criminalibus, vbi agatur de pœna ſanguinis, ſecus vt in præſenti, vbi agitur de pœna pecuniaria *Menoch.lib.4.præſumpt.41.num.8.& 9. Farinac.eadem quæſt.64.ſub num.119.*

35 Et vlterius quod copula carnalis probetur etiam per teſtes ſingulares docet latè *Bruſat. conſil.69.num.12.& conſ.218.num.2. Rimin.conſil.274.num.1.& 2.lib.3. Fertet. conſ.163. num.8. verſ.non obſtat ſecundo, & num.9. Baiard.ad Clar.in §.adulterium num.33.cum alijs relatis per Farinac.quæſt.136. cap.2.num.29.par.2.tom.2.*

36 Et cum huiuſmodi crimen ſecrete, & occulte committatur, non ſolum probatur per teſtes etiam inhabiles, & domeſticos, *Clar. in pract. crim.§.ſtuprum verſ. quæro nunquid ſtuprum, vbi dicit hanc opinionem eſſe veram, & in practica obſeruari cum alijs per Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ.1337.num.4.*

37 Verum etiam præſumptionibus, & coniecturis iuxta *text.in cap.literis cap.3. loco de præſumpt. Maſcard.lib.3.concluſ.1337. num.1. Menoch.lib.4.præſumpt. 58. num.3. l.b.5. præſumpt.41. num.1.& 4. Sanchez. de matrim. diſp.12. num.40. cum alijs per Farinac.quæſt.136.cap.1,num.2.par.2 tom.2.*

38 His accedit publica vox, & fama perpatrati ſtupri, de qua teſtantur fere omnes teſtes pro Curiæ informatione examinati, *Socin. conſ. 32. poſt num.20.verſ.item, & ter.10, & num.ſeq.ac num.24. verſ.maximè attento lib.2.Baiard.ad Clar.§ ſtuprum num.5. Corrad.in pract.in tit de ſtupret.num.8. Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.819.num.10.& nu.20.* vbi quod ſaltem iuncta cum alijs præſumptionibus, & probationibus probat, prout hoc idem voluit *lib.1.concluſ.62.num.5.& ſeq.& concluſ.63. num.1.& 2. Farinac. quæſt 116. cap. 3. num 107. & quæſt.147.n 133.Rot.deciſ.72. num.2.poſt 2.vol. conſ. Farinac.*

39 Vrget inſuper fuga Andreæ poſt detectam, Eliſabettæ prægnantiam, & tentatum abortum,
40 *Farinac.conſ.27. num.12.lib.2.* quæ adminicularia licet ſucceſſerit poſt accuſationem, & aſſumptas informationes, nihilominus quod ſit ſufficiens etiam ad tranſmittendam inquiſitionem comprobat idem *Farinac conſil. 5. num. 104. lib. 1. ex Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.819.num.17.qui alios allegat.*

41 Ex quibus præſumptionibus, & probationibus ſimul iunctis non videtur negari poſſe quin ſtuprum ſufficienter iuſtificetur, *gloſſ.in cap.tertio loco verb.dicta ſunt de præſumpt. Rom conſ.22.num.21.*
42 *Giurb.conſ.crim.37.num.20.* Ex generali regula quod in ijs, quæ occulte patrantur, & ſunt difficilis probationis plura imperfecta coniungantur ad faciendam vnam plenam probationem, vt ſi non proſunt ſingula, multa collecta iuuent, *Bald.in l.quicunque col.6 verſ.octauo nota C.de ſeru. fugit. Maſcard. de probat. lib.1. concluſ.62. num.6. concluſ.496.num.4. & lib.3. concluſ.1010. num.22. & 27.& in puncto Farinac.conſ.38.num.8.lib.1. & quæſt.36.num.244.Cabal.reſol.crim.caſ.200.n.137. Ciarlin. controuerſ. 174. num. 9. Merlin. deciſ.100. n.10. & in Romana Nullitatis Matrimonij 28.Iunij 1651.§.& vlterius coram Eminentiſſ.Card.Otthobon. inter eius impreſſ. dec.*

43 Eliſabetham verò fuiſſe virginem tempore commiſſi ſtupri non eſt in dubium retorquendum tum in odium delinquentis. tum quia puella etiam in dubio præſumitur virgo, ſicut virgo naſcitur, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, alias Mulieri aſſerenti ſe fuiſſe virginem tempore ſtupri creditur eius iuramento quia talis aſſertio habet præſumptionem naturæ pro ſe, *Abb.in cap.1.num.5.de adulter.vbi Ancar. nu.2. Clar.in § ſtuprum num.4. verſ. ſed pone quod ſtuprator, Diaz.in pract.crim. canon. cap.81.in verbo ſtupri lit B.verſ.nec ab huiuſmodi dotis præſtatione, Nauar.in manual.conf ſſ.cap.16.n.16.in fin.Maſcard de probat.lib.2.concluſ.1337. num.6. & concluſ.1410. num.2.Anton.Faber.in ſuo codic.lib.9.tit.7.diffit.6.in allegat.n.10.Menoch.de præſumt.lib.9.præſumpt.89. num.1.& ſeq. Card.Tuſch.concluſ.709. num.37.43. & 44.vol.7.* vbi de communi, & quod procedat tam in ciuilibus, quam in criminal. *Farinac. quæſt.147.§.probatio num.135.Theſaur. deciſ.Pedemont.3.num.2.verſ & in dubio, Rot.deciſ.74.num.6. poſt prim. conſil. Farinac. vbi Centolin. in addit. lit.B.*

De honeſtate demum eiuſdem Eliſabettæ conſtat exuberanter ex totius proceſſus reuolutione, vt nihil videatur ſupereſſe, quod præfatam pœnam impedire valeat.

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Stuprum non probatur ex aſſertione ſtupratæ.
2 Mulieri aſſerenti ſibi illatam fuiſſe violentiam non creditur.
3 Et aſſerenti ſe fuiſſe tentatam de ſtupro, aut ſtupratam non creditur. Contrarium 4.
5 Puella in dubio tempore ſtupri præſumitur virgo, ſiue ſtuprum ſit violentum, ſiue non 7.
6 Limit. procedere quando puella erat bonæ famæ.
8 Præſumptio virginitatis oriens ex iurata aſſertione puellæ tollitur per actus inhonestatis.
9 Stuprum an probetur præſumptionibus ſicut adulterium.
10 Non probatur per teſtes domeſticos niſi indicia aliundè.
11 Stupri non modicum argumentum ex fama deſumitur.
12 Probatur ex vociferatione, & clamore mulieris.
13 Probatur ex repertione interulæ Mulieris ſanguine aſperſæ, ſed iſta probatio redditur fallax. 14.
15 Copula carnalis probatur præſumptionibus, & coniecturis etiam ad effectum diuidendi matrimonium, ſi ſint efficaces, & violentæ.
16 Præſumitur ex vehementi amore, ex oſculis, alijſque actibus laſciuis.
17 Ex concubitu viri, & Mulieris in eodem lecto oritur præſumptio copulæ carnalis.
18 Concubitus probatur ex dicto vnius teſtis etiam impuberis.
19 Præcipuè ſi adminiculetur ex alijs teſtibus de publica voce, & fama.
20 Impedimentum ex illicita copula contractum probetur teſtibus licet non ſint omni exceptione maiores.
21 Præſumptio copulæ carnalis oritur ex commoratione Viri, & Mulieris in cubiculo alijs prohibito acceſſu.
22 Vehemens indicium copulæ carnalis deſumitur ex confeſſione extraiudiciali amaſij.
23 Copula carnalis probatur per teſtes domeſticos.
24 Ex depoſitione teſtium dicentium vidiſſe hominem ſupra mulierem oritur indicium ad torturam pro habenda veritate ſecutæ copulæ.
25 Ex confeſſione iudiciali iurata ipſarum partium quando deſumatur probatio copulæ carnalis.
26 Indicium copulæ carnalis deſumitur ex reciproco amore inter virum, & mulierem.
27 Oritur etiam ex tranſmiſſione nunciorum, & literarum amatoriarum præcipuè ad torturam.
28 Oritur etiam, & allocutione viri, & mulieris in loco, &

& horis ad fornicatinoem accomodatis concurrentibus aliis actibus venereis 29. & quod ſaltem ex hoc oriatur indicium ad torturam, 30.

31 Oritur etiam præſumptio ſi quis viſus fuerit eum muliere ſolus, eum ſola, nudus eum nuda.

32 Oritur etiam ſi vir per annum abſens reperit vxorem prægnantem.

33 Copola carnalis, & Adulterium ex præſumptionibus tantum violentis probatur.

34 Præſumptiones, & coniectoræ ſufficientes ad probandam copulam carnalem, quæ ſint relinquitur arbitrio Iudicis.

35 Probatur præſumptionibus, & coniecturis ſi ciuiliter agatur, ad impediendum matrimonium, vel ad Thori ſeparationem, vel ad dotis amiſſionem, ſeus ſi agatur criminaliter ad pœnam 36. Contrarium 37.

38 Deſtingue quod prima opinio procedat in præſumptione hominis, 2. in præſumptione iuris, à quo ſufficit vt præſumptio approbata ſit 39.

40 Diſting. 2. vt prima opinio procedat quo ad pœnam ordinariam. 2. quo ad extraordinariam.

41 Copola carnalis probatur multis præſumptionibus, & coniecturis ſimul iunctis.

42 Non probatur per ingreſſum tantum ad domum alicuius mulieris, præcipuè ſi dari poteſt alia cauſa 43.

44 Fama ſola non probat copulam carnalem ſecus iuncta cum alijs.

45 Præſumptio excluſiua copulæ carnalis oritur ex conſanguinitate propinquioris gradus, ſecus remotioris, prout etiam ſi vrgeat alia præſumptio fornicationis 46.

ADNOTATIO I.

Stuprum, & copula carnalis quomodo probetur.

1 EX aſſertione Mulieris aſſerentis ſe ab alio ſtrupratam non probatur ſtuprum, nullumque reſultat indicium, neque ad capturam, *Vulpel. conſ. 30. num. 1. cum alijs per Farinac. in prax. crim. quaſt. 46. num. 19. & 20. in tit. de indicijs, & tort.*

2 Amp. vt neque credatur mulieri aſſerenti ſibi violentiam illatam, *Vulpel. conſ. 94. num. 3. & 4. Gram. conſ 45. num. 1. & decis. 40. num. 16. Boer. decis. 319. numer. 7. Farinac. de indic. & tortur. quaſt. 43. num. 94. circa fin. Vermigliol. conſ. crim. 113. num. 7.*

3 Amp. vt neque credatur Mulieri aſſerenti ſe fuiſſe tentatam de ſtupro. vel vim paſſam, aut ſtupratam, *Iaſ. conſ. 72. vol. 1. Pariſ conſ. 14. & 160. num. 24. vol. 4. Crau. conſ. 41. num 2. Grat. conſil. 52. num. 28. Gram. conſ. 45. num 1. & conſ. 40. Bertraz. conſ. 3. vol. 1. Burſat. conſ. 69. num. 19. Vulpel. conſ. 30. num. 1. 5. & 6.* vbi ampliat etiamſi deponat in tortura, *Baiard ad Clar. in §. ſtuprum numer. 6. & 40. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1129. num. 5. ad fin. Farinac. in tit. de indic. & tort. quaſt. 43. num 94.*

4 Contrarium quod credendum ſit mulieri aſſerenti ſe fuiſſe defloratam, *Pariſ conſ. 160. vol. 4. Foller. in pract. crim. verſ. & ſi confitebuntur numer. 146. fol. 127. relat. per Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum num. 41.*

5 Amp. vt ſtupratore aſſerente tempore ſtupri puellam non fuiſſe virginem, ipſa verò aſſerente fuiſſe talem tempore concubitus, in hac contrarietate, & dubio puella præſumitur virgo, niſi ſtuprator probet contrarium, *Abb. in cap. 1. nu. 5. de adulter. Clar. in §. ſtuprum num. 4.*

6 Limit. hoc procedere quando puella erat bonæ famæ, ſecus ſi malæ famæ, *Foller. in pract. crim. in verbo capiat informationes num. 21.* & multo magis ſi conſtaret, de eiuſdem puellæ inhoneſta vita, etiam per præſumptiones, *Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1063. num. 19. cum alijs per Famian. Centulin. in addit. ad decis. 74. lit. B. poſt primum vol. conſil. Farinac.*

7 Quæ ſibi locum vindicant tam in ſtupro violento, quam non violento, quia in vtroque militat eadem ratio, odium nempè delinquentis, & præſumptio naturæ niſi in contrarium adſint coniecturæ, *Farinac. in prax. crim. in tit. de delict. carn. quaſt. 147. §. probatio num. 138.*

8 Præſumptio enim virginitatis oriens ex iurata aſſertione puellæ, tollitur per alias contrarias inhoneſtatis coniecturas, ac proinde in hoc eſt maximè attendenda qualitas vitæ, & morum puellæ, & quale nomen habeat, quia ſi habet malum nomen, & pro virgine non reputatur, tunc vtique eius iuramento non eſt ſtandum, etenim mulieres facile iuris iurandi contemtrices ſunt, *Pariſ. conſ. 160. num. 28. lib 4. Menoch. lib. 6. praſumpt. 80. num. 4. & 5. Farinac. dicta quaſt. 147. num. 139. Theſaur. decis. Pedemont. 3. num. 2. verſ. niſi adſunt coniectura.*

9 Stuprum verò præſumptionibus non probatur ſicut adulterium, vt docet *Corrad. in prax. rub. de ſtupro num. 2. in fin. & num. 8.* ſed contrarium de veriori teſtatur, *Farinac in tit. de delictis carnis quaſt. 147. §. probatio numer. 131. ex allegatis per Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1337. num. 1. & 2.*

10 Nec probatur per teſtes domeſticos, qui propterea non faciunt niſi indicium, ſecundum communem, *Corrad. in prax. rub. de ſtupro num. 8. Clar. in pract. §. ſtuprum n. 2. verſ. quaero nunquid. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1337. num. 4. Farinac. in tit. de delictis carnis quaſt. 147. num. 132. & in tractat. de teſtib. quaſt. 55. num. 4.*

11 Stupri non modicum argumentum ex fama deſumitur, *Aym. conſ. 205. num. 13. relatum, & ſecutum per Corrad. in prax. in tit. de ſtuprat. num. 8. Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum num. 5. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1337. num. 5.* vbi quod è contra ceſſet omnis mala ſtupri ſuſpicio, quando in vicinia non adſit aliquis rumor, vel fama de ipſo ſtupro, *Farinac in prax. in tit. de delict. carn. qu. 147. §. probatio num. 133.*

12 Probatur verò, ſeù magni indicium ſtupri oritur ex vociferatione, & clamore mulieris ſtupratæ, *Afflict. in conſtit. de rapt. virg. num. 24. fol. 78. Maſcard. de probat. lib 3. concluſ. 1409. num. 27. Baiard. ad Clarum in §. ſtuprum num. 8. Farinac. in tit. de delict. carn. quaſt. 147. §. probatio num. 150.*

13 Vlterius probatur, quando conſtat Mulieris interulam tempore ſtupri repertam fuiſſe ſanguine aſperſam, vel linteamina, quibus cum viro cubauit ſanguilonenta, *Faller. in prax. crim. in verbo capiat informationes num. 20. verſ. & examinantur teſtes, Maſcard. de probat. lib. 3 concluſ. 1313. num. 6. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 2 num. 38. Menoch. lib. 6. praſumpt. 89. num. 12. Farinac. in tit. de delict. carnis quaſt. 147. n. 148. Rot. coram Seraph. decis. 893. num. 4.*

14 Sed iſta probatio redditur fallax, quia ſanguinis conſperſio quandoque procedere poteſt à meſtruo, & quandoque etiam ex prouocatione va-

vaſtamenti calidarum mulierum, quæ diuerſis artibus, & fraudibus vtuntur ad faciendum credere viro, & ad oſtendendum, quod tempore carnalis cognitionis erat virgo, *Foller. in prax. crim. in verbo capiat informationem num. 24.* vbi tamen videtur ſentire, quod hoc probare ſpectet ad virum, *Farinac dicta quæſt. 147. num. 149.*

15 Copula vero carnalis tamquam difficilis probationis iuſtificatur etiam ad effectum dirimendi matrimonium ex præſumptionibus, & coniecturis, quando ſcilicet ſint efficaces, & violentæ, *cap. literis de præſumpt. Gigas conſ. 29. num. 21. Farinac. qui alios copioſe allegat. in tit. de delictis carnis qu. 136. nu. 2. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 57. num. 7. & 8. concluſ. 312. num. 19. concluſ. 412. num. 5. & 17. lib. 2. Rot. deciſ. 92. n. 12. & ſeq. par. 2. diuerſ. & in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651. §. copula verò coram Card. Ottbobono.*

16 Et ad hunc effectum conſiderantur præſumptiones, quæ oriuntur ex teſtium depoſitionibus, de ardenti ſcilicet amore, de oſculis, alijſque actibus laſciuis, qui actus plurimum conferunt ad inducendam vehementem copulæ præſumptionem, alijs præſertim adminiculis concurrentibus, *Burſat. conſ. 218. num. 3. Maſcard. de probat. lib. 1 concluſ. 64 num 1. Sanchez de matrim. lib. 10 diſ. 12. num 47. Rot. in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651. ſub §. copula verò, coram Card. Ottbobono.*

17 Amp. vt oriatur quoque vehemens copulæ præſumptio ex concubitu viri, & mulieris in eodem lecto, & ex laſciuis amplexibus per multum temporis ſpatium inter eos factis, prout etiam ex oſculis libidinoſis, vt probat textus *in cap. literis de præſumpt. Gigas conſ. 29. num. 13. Farinac. in prax. in tit. de delictis carnis quæſt. 136. num. 18. Sanchez de matrim. lib. 10. diſ. 12. num. 43. Rot. in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij §. accedit depoſitio coram Cardinal. Ottbobono cum alijs per Farinac. in tit. de delict. carnis quæſt. 136. num. 143. vſque ad 146.*

18 Et ad probandum huiuſmodi concubitum attenditur teſtis vnicus de viſu, etiam ſi ſit impubes, quia in ijs, quæ occultè fiunt, etiam impuberes admittuntur, *Farinac. conſ. 31. ſub num. 7. Rot. in dicta Romana Nullitatis Matrimonij coram Card. Ottbobono dicto §. accedit depoſitio.*

19 Præcipuè ſi dictum dicti vnici teſtis de viſu deponentis de concubitu, adminiculetur, & illius fides ſuppleatur ex alijs teſtibus deponentibus de publica voce, & fama, *Socin. iun. conſ. 32. num. 20. et ſeq. lib. 2. Rot. coram Caputaquea. dec. 288. num. 1. & deciſ. 296. par. 3. & in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651. §. dictum verò coram Card. Ottbobono*, cum alijs copioſe relatis per *Farinac. in tit. delictis carnis quæſt. 136. cap. 2. num. 40.*

20 Quod ſignanter procedit vbi agitur de probando impedimento ex illicita copula contracto, in quo non requiruntur teſtes omni exceptione maiores, vt diſtinguit *Gigas conſ. 29. n. 20. conciliando textum in cap. 1. de conſanguinit. & affinit. & in cap. diſcretionem de eo qui cognouit conſanguin. vxor. ſua, Rot. in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij §. accedit depoſitio in fin. coram Card. Ottbobono.*

21 Ampl. vt etiam adminiculetur, ſi conſtet quod vir, & mulier ſæpè remanſerint ſoli in cubiculo, alijs prohibito acceſſu, cum nulla cauſa aſſignetur frequentis acceſſus niſi inhoneſti amoris, ex quo vehementem præſumptionem copulæ deduci tradunt *Menoch. lib. 5. præſumpt. 41. num. 11. Ciarlin. controuerſ. forenſ. 174. num. 18. Rot. deciſ. 95. num. 7. & 8. par. 2. diuerſ.*

22 Amp. vt etiam deſumatur vehemens indicium, ex confeſſione extraiudiciali Amaſij probata per teſtes, quæ iunctis alijs valdè vrget, *Socin. Iun. conſ. 32. num. 17. lib. 2. Cyriac controuerſ. 171. nu. 14. Ciarlin. controuerſ forenſ. 174. num. 22. Rot. deciſ. 95. num. 3. par. 2. diuerſ. & in Romana Nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram Argaell. & in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651. ſub §. dictum verò coram Ottbobono.*

23 Amp. vt per teſtes domeſticos probetur etiam copula carnalis, *l. conſenſu §. ſin autem C. de repud. Hector. Æmil. in tract. de teſt. in verbo teſtis adulterium numer. 49. cum alijs relatis per Farinac. dicta quæſt. 136. num. 2. & 45.*

24 Amp. vt ex depoſitione teſtium dicentium vidiſſe hominem ſupra mulierem oritur indicium ad torturam pro habenda veritate ſecutæ copulæ, & conſumpti coitus, indubitanter tenet *Farinac. in prax. crim. in tit. de delict. carnis quæſt. 136. num. 63.*

25 Amp. vt pariter copula carnalis, & adulterium probetur ex confeſſione iudiciali, & iurata facta ab ipſis partibus, quando tamen ipſa confeſſio ſit præiudicialis ipſi confitenti, ſcilicet, ſi quis ita confitens inſtaret pro non ſeparatione Thori, ſecus ſi pro eo inſtaret, cum non debeat eſſe in poteſtate coniugis Thorum ſeparare confitendo adulterium, *Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 64. num. 12. & lib. 2. concluſ. 810. num. 18. Farinac. dicta quæſt. 136. num. 51.*

26 Amp. vt vlterius oriatur præſumptio copulæ carnalis ex reciproco amore inter virum, & mulierem, *Rot deciſ. 95. num. 6. par. 2. diuerſ. & in Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651. ſub §. copula verò coram Card. Ottbobono.*

27 Amp. vt etiam oriatur ex tranſmiſſione nunciorum, & literarum amatoriarum, & earum receptione, *Hoſtien. in cap. præterea num. 5. verſ. ſed de adminiculis de teſt ibique Anna num. 3. Anton. de Butr. num. 9. ad fin. verſ. adminicula autem Abb. n. 7. Felin. num. 3. Pariſ. conſ. 45. num. 64. lib. 4 Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 64. num. 10. in fin. Menoch de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. num. 39. Sanchez. de matrim. lib. 10. in tit. de diuorſ. diſ. 12. quæſt. 3. nu. 48. Farinac. quæſt. 136. num. 126. & 127.* vbi quod ex dictis literis oriatur indicium ad torturam, ſi ita conceptæ, ſint, vt ex earum tenore delictum arguatur.

28 Amp. vt pariter præſumptio copulæ carnalis, & adulterij oriatur ex allocutione viri, & mulieris in loco, & horis ad fornicationem accommodatis, vel ſi inuenti fuerint in loco ſecreto, & abdito, vel in locis inuijs, vel in nemore conuacantes, aut inuenti fuerint in latebris, & ſic in locis obſcuris, concurrentibus alijs actibus venereis, ſcilicet oſculis, & amplexibus, alias huiuſmodi præſumptio non ſufficit, nec ad condemnandum, nec in pœnam criminalem, nec

etiam in pœnam amiſſionis dotis, ſeù ſeparationis Thori, *Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 64. n. 11. cum alijs diffuſe congeſtis per Farinac. in tit. de delict. carnis qu. 136. à num. 113. vſque ad 136. & à nu 148.*
29 *vſque ad 151.* vbi præcipuè ſi vltra prædicta fuerit etiam inuentus vir diſpectoratus diſſolutis caligis, nam quod hoc caſu etiam deueniri poſſit ad aliquam pœnam extraordinariam adulterij, *& num. 165.* vbi quod oriatur maxima præſumptio fornicationis, & copulæ ſi vir fuerit repertus in Camera cum Muliere clauſa ianua di-
30 ſpectoratus, & diſſolutis caligis, & quod indubitanter, ex hoc oriatur indicium ad torturam concludit, *num. 168. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. num. 11. & 12.*

31 Amp. vt oriatur præſumptio violenta, & certa, ex eo quod repertus, ſeù viſus fuerit quis cum muliere iacens in lecto ſolus cum ſola, nudus cum nuda, & quod talis probatio operetur quo ad omnem effectum tam ad ſeparandum, quam ad impediendum matrimonium, quam etiam ad pœnam pro crimine imponendam, tenent *Lap. alleg. 53. Dec. conſ. 577. num. 9. 10. & 12. Natta conſ. 205. num. 3. Campeg. de teſtib. reg. 385. num. 7. Roland. conſ. 50. num. 2. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 59. num. 6. & 7. & concluſ. 312. num. 1. & 2. ac num. 21. & concluſ. 452. num. 1. & 8. & lib. 2. concluſ. 810. num. 5. & 7. Menoch. lib 5. præſumpt. 41. num. 12. & 13. Angel. de maleſ. in verbo che hà adulterato num. 41. Boſſ. in tit. de coitu damnat. & punib. num. 58. Franch. March. deciſ. 898. num. 8. Boer. deciſ. 297. num. 9. Farinac. in tit. de delict. carnis qu. 136. num. 171. 173. & 174.* vbi ſubdit quod licet hæc præſumptio non concludat perneceſſe, ſed tantum præſumptiuè, quod tamen exuberet in hac materia, *& num. 175.* concludit, quod ex hoc oriatur indicium ad torturam contra virum, & mulierem.

32 Amp. vt euidens, & concludens probatio deſumitur, quando maritus benè ſcit vxorem ſuam ab anno citra propter abſentiam, vel alia cauſa carnaliter non cognouiſſe, & tamen prægnantem inuenit, vel in Domo infantem natum, *Hoſtien. in cap. literis in fin. verſ. eſt autem de præſumpt. vbi Io: Andrea num. 3. Felin. in cap. præterea num. 3. verſ. et item ſi maritus de teſtib. Menoch. lib 5. præſumpt. 41. num. 5. & 6.* vbi quod ex hac præſumptione deueniri poſſit ad criminaliter puniendum ad pœnam capitalem, *Farinac. qu. 136. num. 200.*

33 Limit. 1. vt carnalis copula, & adulterium non ex omni præſumptione dicitur probata, ſed tantum ex ea, quæ ſit violenta, & certa, & valdè vrgens, ita vt rectè dicatur violenta, & certa quando oritur ex pluribus coniecturis, ſecus ſi ex paucis, & non ita proximis ad copulam, vt comprobat, *Farinac. in tit. de delictis carnis qu. 136. num. 13. & 14.* adeò vt vna præſumptio non ſufficiat, ſed debent eſſe plures, vt ibidem ſubdit *nu. 8. & 9. Felin. in cap. præterea num. 3. ante med. verſ. & iſtis extra de teſtib. gloſ. in cap. literis in figuratione caſus in fin. verſ. nota de præſumpt. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 57. num. 6. Rot. deciſ. 95. n. 13. par. 2. diuerſ.*

34 Quæ autem præſumptiones, & coniecturæ ſufficiant ad probandam copulam carnalem ſtatur arbitrio circumſpecti Iudicis, qui in hoc arbitrando debet eſſe circumſpectus, & diſcretus, adeo vt arbitrium debeat co[illegible] mare ſecundum iuris diſpoſitionem, & non ſecundum ſuam certitudinem, *cap. præterea de teſtib. vbi Hoſtien. num. 5. in fin. & not. gloſ. in verbo de auditu verſ ex his autem, & communiter ibidem Canoniſtæ, Dec. conſil. 577. num. 2. Socin. iun. conſil. 12. num. 10. & 11. lib. 1. Maſcard de probat. lib. 2. concluſ. 810. num. 22. Farinac. quæſt. 136. num. 6. & 7. Rot. deciſ. 95. num. 17. part. 2. diuerſ.*

35 Limit. 2. quod præſumptionibus, & coniecturis probatur copula carnalis, fornicatio, & adulterium, quando agitur ciuiliter, vel ad impediendum matrimonium ne contrahatur, vel ad Thori ſeparationem, vel ad dotis amiſſionem, vt loquitur textus in *cap. literis de præſumpt. vbi Hoſtien poſt num. 4. in verbo diuortij, Ancar. num. 1. Anton. de Butr. num. 6. in 3. notab. Io: de Anan. num. 3. Bertaz. conſ. 20. num. 8. lib. 1. Polidor. Ripa in tract. de nocturna tempore cap. 36. num. 27. & 47. Boſſ. in tit. de partu ſuppoſit. num. 31.*

36 Secus ſi agatur criminaliter, & ad pœnam, quo caſu non ſolum non probatur per remota indicia, verum etiam nec per venereos actus, nec per propinqua præparatoria, etiam ſi præſumptiones ſint violentæ, etiam ſi concurrant ea, quæ oriuntur ex ſolitudine, & nuditate in eodem lecto, & quamuis teſtes deponerent de auditu proprio tergiuerſationem viri, & mulieris in aliqua Camera, iuncta fama, & alijs adminiculis, quia vbi agitur criminaliter, & ad pœnam, huiuſmodi probationes non ſunt ſufficientes, *Adden. ad Bart. in l capite 5. num. 2. verſ. nota ergo ff. de adulter. Roman conſ. 167. num. 1. Aym. conſil. 205. num. 20. & 21. Gratian. conſ. 50. num. 16. in fin. verſ. & ratio eſt, & num. 17. & 18. lib. 2. Menoch. conſ. 31. num 25. lib. 1. Corn. conſ 191. in fin. lib. 4. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 57. num. 5. verſ. quæ tamen ſententia, & concluſ. 59 num. 8. 9. & 20. verſ. limita ſupradictam concluſionem, & num. 21. Farinac. in tit. de delict. carnis quæſt. 136. num. 19. & conſ. crim. 30. num. 10 & 52. tom. 1*

37 Contrarium quod concurrentibus ſupradictis probationibus, & in ſupradictis caſibus copula ſufficienter probata cenſeatur etiam ad effectum imponendi pœnam criminalem, tenet *Lap. alleg. 53. per totam Abb. in cap. literis in fin. verſ. vltra alias de præſumpt. Aret in cap. præterea num. 5. qui de communi de teſtib. Marſil. conſ. 116. num. 15. Hect. Æmil in tract. de teſtib. in verbo teſtis adulterij n. 12. 13. & 14. Boſſ. in tit. de part. ſuppoſit. num. 31. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 452. num. 1. Petrus Barbaſ. in repetit. l. 2. in princ. part. 1. ff. ſolut. matrim. num. 76. verſ. item, & bis inſurgit, & num. 77. 78. 85. & ſeq.*

38 Diſtingue quod prima opinio procedat in præſumptione hominis, ſecunda in præſumptione iuris, *Matthaſ. ſing 118. in fin. Menoch. conſ. 31. num. 25. verſ. præterea fatetur, Hector Aemil. in tract. de teſtib. in verbo teſtis adulterium num. 14. Baiard. ad Clar. in §. adulterium num. 39. Farinac. dicta*
39 *quæſt. 136. num. 21. & num. 22.* vbi quod hoc caſu non ſit neceſſe, quod ſit præſumptio approbata à lege, expreſsè mandante ex ea, quem condemnari debere iuxta terminos *l ſi qui C. de adulter.*

ter. ſed ſufficere quod ſit præſumptio approbata à iure, ex qua animus Iudicis inducatur ad non aliter credendum, *Petrus Barboſ. in repetit. l.2. in princ. ff ſolut. matrim. part. 1. num. 85. & 86.* Et ſatis eſt, quod iſtæ præſumptiones ſint à iure conſiderátæ, vt eſt pernoctatio, cohabitatio, *Menoch. conſ. 31. num. 22.* ſed quod hæc opinio non tranſeat abſque difficultate ſubdit idem *Farinac. loco ſupra citato.*

40 Limit. 2. vt prima opinio procedat, vbi agitur ad pœnam ordinariam, ſecunda verò intelligi debet quoad pœnam extraordinariam, adeout ex præſumptionibus fornicationis, & copulæ carnalis ex actibus propinquis reſultantibus deueniri poſſit etiam in criminali iudicio ad pœnam adulterij, ſeu alterius delicti, quod carnali copula committitur, non tamen ordinariam, ſed extraordinariam, mitiorem, ſeu pecuniariam, & ſic quod hæc pœna imponi poſſit primo quando fuit repertus vir in Camera cum muliere clauſo oſtio habens caligas diſſolutas, ſecundo quando vir, & mulier fuerunt viſi in eodem lecto nudi, tertio, quando inuenti fuerunt in loco ſecreto, & abdito, concurrente vlterius aliquo actu venereo, alias in hoc 3. caſu non intrare pœnam extraordinariam contra *Menoch. lib. 5. præſumpt. 41. à num. 11. vſque ad 16. tenet Farinac. in prax. crim. in tit. de delictis carnis quæſt. 136. num. 24. circa fin. Polidor. Ripa de nocturno tempore cap. 36. num. 14. & 15.*

41 Ad probandam vero copulam carnalem ſupradictæ præſumptiones, & ſimiles iungi debent, adeout ſimul iunctis negari non poteſt, quin copula ſufficienter iuſtificetur, tamquam materia difficilis probationis, *gloſ. in cap. tertio loco in verbo dicta ſunt de præſumpt. Roman. conſ. 22. num. 21. Valez. conſ. 28. num. 12. lib. 1 Ciarlin. controuerſ. forenſ. 174. num. 9. Rot. deciſ. 95. num. 17. part. 2. diuerſ. & in Romana nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. § ex quibus coram Argulies, & in alia Romana nullitatis matrimonij 28. Iunij 1651. §. & vlterius coram Ottobono.*

42 Non tamen probatur copula carnalis per ingreſſum ad domum alicuius pulchræ mulieris, niſi ingreſſus deprehendatur in actibus venereis, ſed benè ex tali ingreſſu præſumitur voluntas ad carnalem cognitionem, *Abb. in cap. tertio loco nu. 10. de probat. & in cap. cum non ab homine n. 19. verſ. immo plus dicit de iudic. Aret. in cap. præterea num. 5. de teſt. Aym. conſ. 215. num. 21. Farinac. conſ. 78. num. 17. & 34. tom. 1.* ſed ſi poteſt dari alia

43 cauſa ingreſſus, quam carnalis cognitionis, tunc non eſt præſumenda mala cauſa, ſed ea, quæ delictum excludit, *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 2. num. 2. Farinac. dicto conſ. 78. num. 17. in fin. tom. 1. Gram. deciſ. 18. num. 5.*

44 Prout nec fama ſola facit plenam probationem fornicationis, & copulæ carnalis, ſed tantum coadiuuat, & adminiculatur alias probationes, & præſumptiones, quibus iuncta probat, *Petrus Barboſ in repetitione l. 2. in princ. part. 1. num. 83. in fin. & nu. 48. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 6. n. 5. & 6. & concluſ. 63. num. 1. & 2. & lib. 2. concluſ. 810. n. 20. Farinac. quæſt. 136. nu. 107. Rot. deciſ. 72. n. 2. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

45 Inſuper copulæ carnalis, & fornicationis præſumptio excluſiua oritur ex conſanguinitate; etiamſi vir, & mulier in eodem lecto iacuerint, ſi ſint in gradu proximiores, vt ſunt parentes, fratres, filij, & ſorores, ſecus in conſanguineis in remotiori gradu, ſecundum *Antonium Gomez in l. Tauri 80. num. 17. in fin. verſ. quod tamen, Menoch. lib. 5. præſumpt. 17. num. 7. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 312. num. 4. 7. & 8. Farinac. quæſt. 136. num. 209.*

46 Rurſus conſanguinitas tunc excludit ſupradictam præſumptionem, quando contra eam non vrget aliqua violenta præſumptio fornicationis, ſecus ſi vrgeat. *Anton. Gomez. in l. Tauri 80. n. 17. in fin. verſ. item etiam intelligerem, Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 312. nu. 5. & 6. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 34. Menoch. lib. 5. præſumpt. 17. nu. 4. & num. 6. Farinac. quæſt. 136. num. 210.*

SVMMARIVM.

1 Stuprum commiſſum cum perſona vili non eſt punibile. Contrarium num. 2.

3 Ceſſat pœna ſtupri commiſſi, vt puellam in vxorem ducat, ſecuto matrimonio.

4 Cognoſcens puellam corruptam communiter pro virgine habitam ad quid teneatur.

5 Stuprum commiſſum de conſenſu ſtupratæ liberat à pœna dotandi, non autem à criminali.

6 Præcipuè ſi interuenerit conuentio pretij.

7 Stuprator an, & quando teneatur dotare ſtupratam vehementibus ſeductam precibus, vel leuibus, vel abſque vlla perſuaſione.

8 Stuprator ſi ob paupertatem dotare nequeat eſt faſtigandus, & exiliandus.

9 Si ſit vxoratus tenetur dotare, & ſoluere aliam pœnam Fiſco.

10 Clericus ſtuprator tenetur dotare ſtupratam, & ſoluere etiam pœnam extraordinariam, & ſi per vim ſtuprauerit eſt deponendus, & in carcerem detrudendus 13.

11 Dos eſt præſtanda ſtupratæ in actu Matrimonij, nec tranſmittitur ad hæredes.

12 Contrarium quod ſtatim deflorans teneatur præſtare dotem parentibus.

14 Proſtrans in terram aliquam puellam cauſa carnaliter cognoſcendi non eſt pœna capitis puniendus.

15 Stuprans virginem immaturam qua pœna plectendus ſit.

16 Ingrediens ſub nomine curiæ domum alicuius mulieris cauſa eandem carnaliter cognoſcendi, qua pœna plectendus ſit.

17 Pœna ſtupri eſt irroganda ſecuto ſtupro, ſecus in attentato.

18 Sed ex Statuto Vrbis pœna ſtupri habet locum etiam in ſtupro attentato.

19 Stuprata ſi poſt ſtuprum inhoneſtè viuat non poteſt petere dotem.

20 Stuprator præſumitur innocens ſi poſt longum tempus accuſetur.

21 Dolus, & calumnia ex tarditate præſumitur.

ADNOTATIO II.

Pœnâ Stupri an, & quando ſibi locum vindicet.

1 POena ſtupri non intrat, ſi commiſſum fuerit cum aliqua perſona vili, vt puta cum aliqua famula, vel alia humilis conditionis exiſtente in Caupona, in hoſpitijs, vel alijs ſimilibus locis abiectis, *Petrus Gregor. in ſintag. iur. lib. 16. cap. 9. rub. de ſtupro num. 9. Cardinal. Tuſch. concluſ. 709. num. 17. vol. 7. & nu. 46.* vbi quod iſto caſu agatur actione iniuriarum, & non ad ſtuprum *Menoch.*

ſe arbitrar quaſt. lib. 2. caſ. 294. num. 17. in addit. Farinac. quæſt. 147. § ſtuprum num. 70. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 60. num. 12. Et ratio eſt quia hujuſmodi fantillaſtræ potius præſumantur corruptæ, quam virgines, propterea coitus cum eiſdem non eſt punibilis, quando non ſunt alteri nuptæ, nec viduæ honeſtæ, ſecundum Franc. Veg. conſ. 66. num. 229. & 244. relat. per Baiard. ad Clar. in § ſtuprum num. 2. Gram. deciſ. 107. num. 1.

2 Contrarium quod pœna ſtupri habeat etiam locum in muliere paupere, tenet Abb. in cap. peruenit num. 5. in fin. de adulter. Baiard. ad clarum, in §. ſtuprum num. 24. verb. ſed quidquid ſit Tuſch. dicta concluſ. 709. num. 19. vol. 7. vbi quod ſtuprum cum vili perſona, vt eſt fantillaſtra impunibile ſit, quando fuit ab alio cognita alias ſecus Farinac. dicta quæſt. 147. num. 71. & latè conſ. 90. Gram. deciſ. 107. num. 1.

3 Ceſſat etiam pœna ſtupri in eo, qui ſtuprauit puellam, vt in matrimonium duceret, quo ſecuto non eſt amplius de pœna agendum non tamen ceſſat pœna dotandi, & iſto caſu creditur ſtupratori, & ſtupratæ aſſerentibus ſic ante ſtuprum inter eos præceſſiſſe promiſſionem Matrimonij. Et quod hodiè hoc tranſeat abſque difficultate, cum de iure canonico ſecuto matrimonio inter ſtupratorem, & ſtupratam aliud non quæratur, teſtatur Farinac in tit. de delict. carnis quæſt. 147. num. 92. 93. & 94. Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum n. 9. & 22. Marſ. ſing. 22 Angel. de malefic. in verbo che hai adulterato la mia donna num. 58. Alex. conſ. 24. nu. 15 lib. 2. Gabr. conſ. 173 num. 13. Corrad. in pract. rub. de ſtuprat. num. 13.

4 Cognoſcens vero puellam iam corruptam, communi tamen exiſtimatione pro virgine reputatam, licet in foro conſcientiæ ad nullam pœnam teneatur, ſatisfacere nihilominus debet boni viri arbitrio hoc damnum infamiæ ſua culpa contractum, Nauar in manual. confeſs cap. 16. in princip. & numer. 19. in fin. verſ. ſeptimo dicendum.

5 Vbi vero puella fuit de eius conſenſu ſtuprata, ac de eiuſdem libera voluntate, liberatur ſtuprator à pœna præſtationis dotis, non tamen à pœna criminali, nempè fuſtigationis ſi ſit pauper, vel pecuniariæ, exilij, relegationis, & ſimilium ſi ſit diues, Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. in verbo ſtuprum num. 4. & 5. Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum num. 28. Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 19. nu. 12. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 147. num. 119.

6 Sed ſi vlterius non ſolum interuenerit conſenſus puellæ, ſed etiam parentum, & conuentio pretij ipſius ſtupri, tunc ſoluto pretio non eſt vlterius quærendum de dote, aut alio intereſſe quia pactum conueniſti mecum, ſed ſolum remanebit pœna criminalis, Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. in verbo ſtupri num. 6. & cap. 77. verſ. quantum autem, Farinac. quæſt. 147. §. dos num. 120. Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum num. 28. vbi quod Pater puellæ hoc caſu agere poterit actione iniuriarum, & damni exiſtimationem ſibi prouenientis petere, quia maiori eget pecunia ad eam dotandam; vt ratione maioris dotis facilius inueniat virum.

7 Diſtingue quod ſi mulier conſenſerit ſtupro vehementibus tamen allecta perſuaſionibus, ac importunis ſeducta precibus, & tunc de communi Theologorum, & Canoniſtarum concordia ſtuprator, aut dotare, aut in vxorem ducere tenetur, ſi vero ſtuprata abſque vlla perſuaſione ex parte viri præcedente ſtupro conſenſerit, vt ſi virum ad concubitum attraxerit, & tunc ſtuprator ad nihilum tenetur in vtroque foro, ſi vero deficiente ſeductione, & nimia perſuaſione mulier blandis verbis, parce, & leuiter rogata ſtupro conſenſerit, & tunc in foro exteriori tenetur aut dotare, aut in vxorem ducere, ſecus in foro interiori, Farinac. quæſt. 147. §. dos num 122.

8 Si autem ſtuprator ſit inops, & ſtupratam dotare nequeat, tunc cum non habeat in ære luere debet in corpore, & ſic eſt fuſtigandus, & exilio damnandus, Petrus Gregor. in Sintag. iur. lib. 36. cap. 9. rub. de ſtupratoribus num. 5. in fin. verſ. inops fuſtigetur Farinac. dicta quæſt. 147. §. dos num. 109.

9 Etſi ſtuprator ſit vxoratus tenetur dotare ſtupratam, Corrad. in prax. in tit. de ſtuprator num. 16. & vlterius tenetur aliqua alia pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum num. 10. in verbo laicus autem, Farinac. q. 147. num. 110. & 111.

10 Ita etiam Clericus ſtuprator tenetur dotare ſtupratam, & vlterius perſoluere aliquam aliam pœnam pecuniariam, ſeu aliam extraordinariam arbitrio Iudicis, & quandoque depoſitionis aut ſuſpenſionis, non tamen fuſtigationis tamquam ignominioſa Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 288. n. 6. & in addit. num. 8. Abb. in cap. peruenit num. 1. de adulter. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. in verbo ſtupri ſub num. 2. Baiard. ad Clar. num. 10. Farinac. quæſt. 147. §. dos num. 65. & 107.

11 Ipſa vero dos non eſt præſtanda, niſi in actu matrimonij, adeout non ſufficiat cautio de nubendo, nec tranſmittitur ad hæredes defloratæ non nuptæ Borgen. in repert. ſuarum deciſ. in verſ. matrimonium num. 7. & 8. & in tit de vltim. volunt. deciſ. 10. num. 38. verſ. dotem autem part. 3. fol. 67. vbi quia dos non poteſt ſtare abſque matrimonio.

12 Contrarium quod ſtatim deflorans cogendus ſit ad ſoluendam dotem parentibus puellæ, quibus facta fuit iniuria, vel ad deponendum, alias ſi deflorans non cogeretur ſoluere dotem poſſet multis fraudibus impedire vt maritum non inueniat, prout facilius inueniri poteſt, ſi dos ſoluta, & parata ſit, Baiard. ad Clar. in §. ſtuprum ſub num. 24.

13 Quod ſi Clericus per vim ſtuprauerit aliquam puellam, non ſolum eſt deponendus, ſed etiam in Monaſterium, vel in carcerem detrudendus, Farinac. in tit. de delict. carnis quæſt. 147. n. 68.

14 Proſtrans vero in terram virginem ſi conatus ſit illam cognoſcere non debet per hoc pœna capitis puniri, Dec. in l. ſi fugitiui num. 46. C. de ſer. fugit. Corn. conſ. 95. Baiard. ad Clar. §. ſtuprum nu. 37. Afflict. deciſ. 276. num. 7.

15 Stuprans tamen virginem immaturam ſi factũ fuit abſque violentia non pœna mortis, ſed arbitraria plectendus eſt, ſi vero cum violentia, & tunc intrat pœna mortis naturalis, & ita apud nos ſeruatum fuiſſe, teſtatur Farinac. quæſt. 147. §. ſtuprum num. 41. relatis in antecedentibus numeris aliorum ſententijs, Boſſ. de coitu damnat. & punib. nu. 67.

num.67. Adden.ad Guid Pap.deciſ.555.lit.A.& C.Anton.Gomez.in l.Tauri 80.num.40. Bermon. de punib. concub.rub.de ſtupro num.40.

16 Ingrediens ſub nomine curiæ domum mulieris animo eandem carnaliter cognoſcendi non poteſt de iure communi pœna mortis puniri, præcipuè ſi mulier non fuerit cognita, nec ſit honeſta, ſed publica meretrix, & ita in facti contingentia ſaluaſſe, ſuum principalem à pœna mortis, non tamen à pœna triremium tradit *Farinac. conſ.crim.74.num.4.& 11.& in fin.tom.1.*

17 Tunc demum intrat pœna ordinaria ſtupri, quando ipſum ſtuprum ſecutum fuit, ſecus ſi fuerit tantum attentatum, & deuentum ad aliquem actum, iuxta *text.in cap.1.de adulter, vbi omnes Canoniſtæ*; etiam ſi fuerit attentatum per vim, nihilominus non intrare pœnam ordinariam mortis tradunt DD.relati *per Farinac.quæſt 147.§.ſtuprum num.73.& 74. Peguer.deciſ.crim.7.per totam Afflict.*

18 *deciſ.276. num. 7.* Ex ſtatuto tamen Vrbis *lib.2. cap.51.* ſancitur, furca ſuſpendendum eſſe eum, qui ſtuprandi cauſa honeſtæ mulieri vim intulerit, etiamſi ſtuprum non ſequatur.

19 Ceſſat vero pœna ſtupri, ſeu dos peti non poteſt, ſi mulier poſt ſtuprum patiatur ab alijs cognoſci, ſeu meretrix efficiatur, *Farinac.qui alios allegat.quæſt.147. § ſtuprum num.79.* licet contrarium teneat *Baiard.ad Clar.in §.ſtuprum n.16.*

20 Ceſſare etiam debet, ſi mulier diu diſtulerit, & tacuerit accuſare ſtupratorem, quia ſi poſtea accuſetur præſumitur innocens, ex quo ex tardita-

21 te præſumatur dolus, & calumnia *Baiard.ad clarum in §.ſtuprum num.40.verſ.& vti in fin.ad tradita per Boer. deciſ.42.num.20.*

PRÆNESTINA FVRTI.

ARGVMENTVM.

Clericus Sacriſta, & generaliter Cuſtos, Depoſitarius, Commodatarius an, & quando teneantur de cuſtodia rerum à Latronibus derobatarum, furtum, an & quando reputetur inter caſus fortuitos. Dominus an & quando teneatur pro delicto ſui famuli, fuſiſſimè diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 Adminiſtrator tenetur reddere rationem, & ſoluere.
2 Cuſtos, ſeu depoſitarius non tenetur ad reſtitutionem rerum incurſu Latronum deperditarum.
Incurſus Latronum reputatur inter caſus fortuitos 2.
3 Allegans caſum fortuitum probare tenetur.
4 Furtum non reputatur inter caſum fortuitum.
5 Limit. concurrente fractura.
6 Cuſtodi, Depoſitario, Commodatario dicentibus etiam cum iuramento res ſibi furto ſubtractam fuiſſe non creditur, niſi probauerint.
7 Cuſtos rei non excuſatur ſi non probet concludenter abeſſe culpam.
8 Non ſuffragatur ad hunc effectum ſimplex probatio amiſſionis rerum, niſi copulatiuè probetur quod ſine culpa res amiſſa fuerit.
9 Qui tenetur ad cuſtodiam ſi de ea non doceat tenetur emendare damnum.
10 Cuſtos mercede conductus ſi res ad cuſtodiam datæ furto ſubtractæ fuerint tenetur tam de dolo, quam de lata culpa, & leui.
11 Cuſtos tenetur de caſu, de quo aliàs non teneretur ſi culpa præcedat caſum.
12 Furtum non reputatur inter caſus fortuitos quando concurrit culpa cuſtodis.
13 Caſus fortuitus eſt inopinatæ rei euentus, qui præuideri non poteſt.
14 Culpa lata incurritur ab eo, qui non cogitauit euentum caſum.
15 Dicitur in dolo, qui non fecit, quod facere debebat.
16 Dominus non tenetur pro delicto ſui famuli.
17 Limit. vt Dominus teneatur pro delicto famuli, ſi delinquat in officio, in quo deputatus eſt à Domino.
18 Publicus officialis tenetur de delictis commiſſis per eius miniſtros, & famulos.
19 Dominus tenetur pro delicto famuli delinquentis in officio ciuiliter ad intereſſa, ſecus criminaliter.
20 Qui facit, quod conſuetum eſt, non dicitur in culpa, nec tenetur de furto.
21 Limit. procedere, vbi concurrit fractura, vel opportunè res fuerit cuſtodita.

DECISIO XCIV.

Viſum fuit R. D. Hieronymum Vitalem teneri ad reſtitutionem lampadis, turibuli cum ſua nauicula argentea, ſeu ad emendandum reficiendumque damnum Eccleſiæ Parochiali S. Viti præfatarum rerum amiſſione paſſum, etenim cum vti Clericus, ſeu Sacriſta eiuſdem Eccleſiæ habebat præfatarum rerum cuſtodiam, vtique de

1 illis, prout quilibet adminiſtrator tenetur immo abſtrictus eſt de iure ad reddendam rationem, & ſoluendum *l.2.ff.de negoc.geſt.l.quadam cum gloſ. ff.de eden. Ruin.conſ.29.num.11.lib.5. Pariſ. conſ.96. num.1.tom.1. Dec.conſ.510.num.7. Menoch.de arbit. caſ.209.num.1.& ſeq. Rot.dec.470.num.1.part 1.recent.deciſ.412.num.3.coram Card. Canale.deciſ. 51. num.1. poſt Zacch.de oblig.Cameral. & in Piſan. ex redditionis rationis 5. Aprilis 1666. §. iniuſtitia pariter coram R.P.D. Albergato.*

2 Hinc patet non ſubſiſtere quod dictæ res deperditæ fuerint incurſu Latronum, qui caſus reputari debet inter fortuitos *l.in rebus verſ.incurſu latronum ff.commodat.* Et propterea illarum amiſſio debeat cedere damno Eccleſiæ dominæ *l. quæ fortuitu C.de pignor.action.l.2. C. de naufrag. lib.11. l.2.§. ſi quis ff. ſi quis cautio, l.ſcire oportet §.ſufficit ff. de excuſat.tutor. Petrus de Vbald. de duob. frat.8. part.principali num.14.fol.mihi 125. Rot.deciſ.208. num.1.poſt ſecundum vol.conſ.Pariſac.*

3 Quia vltra quod allegans caſum fortuitum tenetur probare manifeſtiſſimis probationibus *l. creditor C. de pignor. action. l. 2. C. de naufrag. lib. 11. l. 2. §. ſi quis cum poſſit ff. ſi quis cautio l. ſcire oportet §. ſufficit ff. de excuſat. tutor. Petrus de Vbald. de dub.frat.8.par.principali num.14. fol.mihi 125.*

4 Certum eſt, quod furtum non reputatur caſus fortuitus, cum nunquam committatur ſine culpa eius, qui rem furatam retinebat, vtporè quia ſi benè clauſiſſet domum, vel armarium, benèque cuſtodia ſtuduiſſet, furtum non paſſus fuiſſet *Bart.in l. ſi creditor num.6.verſ.ratio quia præſumptio eſt ibique Paul.de Caſtr. num.6. C. de pignor. action. Odofred. in Auth.ſed nouo iure num.4. C. de ſer. fugit. Corn.conſ.318. num.6.lib.4. Petrus de Vbald. in tract.de duob.frat.part.8.principali quæſt.15.num.16. Maſcard.de probat. concluſ.466.num.1. concluſ.467. num.5. & 16. lib.1. concluſ.829.num.10. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo furtum concluſ. 561. num.1.cum alijs per Farinac. in tit.de furt.quæſt.169. num.12.*

Præ-

5 Præcipuè vt in præſenti, quia prætenſum furtum factum fuit abſque fractura, quidquid ſit concurrente fractura, ad reputandum inter caſus fortuitos, vt cuſtos de furto non teneatur ex allegat *per Petrum de Vbald. de duob. frat. par. 8. principali quæſt. 14. num. 15. Boniſ. in tract. de furt. §. vel etiam vſum num. 35. verſ qua tamen probatio, & num. 44. Farinac. d. quæſt. 169. n. 34.*

6 Quinimò Cuſtodi, Depoſitario, Commodatario dicentibus ſibi rem furto ſubtractam fuiſſe etiamſi iuramento affirmaret non creditur niſi probauerit, ſiue agatur, ſiue excipiatur, *l. ſi creditor C. de pignorat. action. Corn. conſ. 318. num. 4. vbi de communi Pariſ. conſ. 156. num. 2. & 3. lib. 4. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 829. num. 1. & clarius nu. 9. vbi de communi Farinac. dicta quæſt. 169. n. 28. & 29.*

7 Quæ probatio concludenter tendere debet ad culpæ excluſionem, alias ſi ex eadem manifeſtè non reſultaret abeſſe culpæ defectum non excuſarentur *l. ſi quis ex Argentarijs §. penult. & ibi Bart. & omnes ff. de eden. Bald. conſ. 476. num. 5. lib. 1. Corn. conſ. 136. col. 1. in fin. lib. 5. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 466. num. 16. & concluſ. 469. num. 1. 2. & per tot. Card. Tuſch. in verbo cuſtos animalium concluſ. 118. num. 6.*

8 Nec ad hunc effectum ſuffragatur ſimplex probatio amiſſionis rerum, vel earum ſubtractionis, vel interitus, niſi copulatiuè probetur, quod ſine culpa res illa perierit, vel amiſſa fuerit, ſiquidem amiſſio à furto cauſata infert iuris præſumptione culpam, contra eum, penes quem res amiſſa eſt, ideò debet docere non culpa, ſi nolit ſuccumbere *l. ſi quis damnum §. Imperator ff. locat. l. fin. ff. de cuſtod. reorum Caroc. de locat. & conduct. par. 4. q. 4 de Imperit. Capror. num. 6. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 239. num. 2. & 3. Medic. de caſ. fortuit. 2. part. quæſt. 10. num. 2. latè Paitel. expedit. cauſ. ciuil. expedit. 23. num. 2. & expedit. 48. num. 3. 4. 12. & 13.*

9 Vlterius qui ratione officij publici, vel priuati tenetur ad cuſtodiam, eandem cuſtodiam iuſtificare debet, alias ſemper contra eum viget præſumptio, quod non benè cuſtodiuerit, & ſic damnum emendare tenetur, *l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio l. item quæritur § ſi fullo ff. locat. vbi gloſs. in verbo cauere Bald. in l. cum ita §. ſpecies in fin. verſ. ſed hoc fallit ff. de legat. 2. Paitel. expedit. cauſar. ciuil. aduot. 23. num. 7.*

10 Quæ fortius obtinene in caſu noſtro, quia Hieronymus ratione beneficij, cuius intuitu tenebatur ad cuſtodiam præfatarum rerum recipiebat mercedem, ſeu ſtipendium ex fructibus eiuſdem beneficij. & ideò ſi res ad cuſtodiam datæ furto ſubtractæ fuerint, tenetur non ſolum de dolo, vel culpa lata, ſed etiam de leui *l. ſi vt certo §. nunc videndum ff. commodat. l. 1. §. ſi veſtimenta ff. depoſiti Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 469. nu. 5. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 169. num. 24. & 26.*

11 Qua ratione cum culpa præceſſit caſum ſubuertitur penitus motiuum, quod rerũ amiſſio cedere debeat damno Eccleſiæ, cum tota culpa adſcribatur rerum Cuſtodi, cuius defectu tenetur de caſu, de quo alias non teneretur *l. ſi vehenda 10. §. ſi ea conditione ff. ad l. Rhod. de iactu l. ſi vt certo §. quod vero ff. commod. §. item is eni verſ. ſi modo inſtit. quib. mod. re contra oblig. Farin. conſ. 35. num. 25. tom. 1. Vermigliol. conſ. 329. n. 5. Rot. dec. 203. num. 4. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* furtum au-
12 tem ijs concurrentibus nunquam reputatur in-
13 ter caſum fortuitum, qui eſt inopinatæ rei euentus, qui præuideri non poteſt, *l. quæ fortuitis C. de pignor. action. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. part. 1. quæſt. 12. num. 7. & 8. Paitel. expedit. cauſ. ciuil. expedit. 23. num. 9.*

Culpa redditur ineuitabilis, quia Hieronymus ratione ſui officij tenebatur penes ſe retinere, & benè cuſtodire clauem Armarij, vbi præfatæ res recondebantur, & non relinquere extraneo, qui loco ſui inſeruire faciebat, tanto magis, quia non erat approbatus ab Ordinario, prout requirebatur iuxta formam decreti S. Congregationis Concilij Tridentini ſuper ſeruitio Eccleſiæ per alium præſtando, alias ad eius fauorem obtenti; Tum quia idem extraneus ſolitus erat relinquere Clauem in loco recondito Sacriſtiæ eiuſdem Eccleſiæ, qui modus benè præuidere poterat, quod non erat tutus, cum de facili inueniri poterat, præcipuè à furibus, qui ſolent eſſe callidi, aut ſubtilis, perſpicacisque ingenij ad promptè malum perpatrandum, prout exitus demonſtrauit, dum apertum fuit, armarium, vt colligitur cum eadem claue, ſubtractæ res, & poſtea reclauſum abſque vlla vi, fracturæque veſtigio,
14 in culpa quidem lata non eſt dubium quod conſtituatur ille, qui non cogitauit euenturum caſum, ex traditis *per Farinac. conſ. 153. num. 7. 23.*
15 *& 43. tom. 2.* Immo dicitur in dolo, qui non fecit, quod facere debebat *l. ſi procuratorem §. dolo, l. dolus ff. mandat. l. 3. item ijs ff. de ſicar. Natta conſ. 574. num. 11. lib. 3. Decian. conſ. 100. num. 13. lib. 2. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 531. nu. 24. Farinac. in tit. de pæn. temperan quæſt. 89. num. 92. part. 3. Surd. deciſ. 216. num. 1. 2. 18. & ſequent.*

16 Nec ad euitandam reſtitutionem præfatarum rerum, applicabilis viſa fuit concluſio illa, quod dominus non teneatur pro delicto ſui famuli, ſi deputatus per eundem dominum ad exercenda ſuo loco munera puta domus, vel vt in præſenti Sacriſtiæ, minus cautè clauem cuſtodiuerit, vt non propterea adnotari debeat eiuſdem culpæ, *l. 1. §. deieciſſe, & §. quoties, l. 3. ff. de vi, & vi armat cap. cum ad ſedem de reſt. ſpoliat. cap. cum quis de reſt. ſpoliat. in 6 cap. notum 2. quæſt. 1. Clar. in prax. quæſt. 36. verſ. hinc infertur cum alijs per Farinac. quæſt. 24. num. 48. tom. 1.*

17 Quia receditur à regula quando famulus delinquat, vel malè verſatur in officio, in quo à domino deputatus fuit, cum tunc Dominus pro eius delicto, ſeu culpa teneatur, vt probat text. *in l. 1. in princ iuncto §. familiæ, vbi Bart. & Doctor. ff. de publican. l. ne quid vbi Bart. Bald. & alij ff. de incend. ruin. & naufrag. l. ait Prætor ff. de vi, & vi armat. Archidiac. & omnes in cap. ſi Epiſcop. de offic. Ordin. in 6. Menoch. de arbitrar. caſ. 345. n. 3. Boſs. in tit. de furt. num. 55. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 892. num. 7. cum alijs per Farinac. quæſt. 24. num. 50. tom. 1.*

18 Eoque fortius quia verſamur in publico officiali, pro vt eſt Reuerendus Hieronymus vti Clericus Sacriſta dictæ Eccleſiæ, qui propterea non excuſatur de delicto, ſeù culpa commiſſa per miniſtrum in ſui locum ab eodem deputatum, vt

pro-

probat text. in *l. 1. C. ad l. Iul. repetun. l. 1. § familia ff. de publican. vbi ſcribunt Bart. & Doctor. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 40. in fin. Menoch. de arbitrar. caſ. 345. num. 1. & ſequent. Add. ad Cappel. Tholoſ. deciſ. 196. nu. 3. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 24. num. 53.*

19 Cæterum in omnem caſum quidquid ſit, an teneatur criminaliter, certum eſt, quod ciuiliter tenetur pro intereſſe ab Eccleſia paſſo, iuxta *gloſ. in l. obſeruare §. proficiſci ff de offic. proconſ. & lega. Bart. in l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufrag. Add. ad Cappel. Tholoſ. deciſ. 196. numer. 2. Clar. in prax. quæſt. 86. num. 6. Farinac. citata quæſt. 24. num. 89*

20 Minuſque refragatur pro culpæ excluſione allegatio, quod præfatæ res retinebantur, & cuſtodiebantur in loco conſueto, ac ſolito, à quo ſi ſubtractæ fuerint, non propterea tribuendum eſt culpæ dicti Sacriſtæ, vt de furto teneatur, vt potè quia, qui fecit quod conſuetum eſt non poteſt dici in culpa, *l. 3. ff. ad Macedon. l. pignus C. de pignor. actio. l. quis ſit fugitiuus §. apud Labeonem ff. de edilit. edict. Vbald. de duob. frat. 8. part. princ. quæſt. 14. num. 15. verſ. ſed poſito ſine præiudicio, Menoch. lib. 5. præſumpt. 31. nu. 2. in fin. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 467. num. 20. & 21. Farinac.*

21 *in tit. de furt. quæſt. 169 num 38.* Quia hoc benè procederet ſi adeſſet fractura armarij, vel ſi clauis eiuſdem opportunè retenta, & cuſtodita fuerit, in præſenti autem non ſolum abeſt fractura, ſed apparet apertum cum eadem claue, quæ imprudenter in Sacriſtia relinquebatur, ex quo præcipuè reſultat culpa ex allegatis.

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Furtum reputatur inter caſus fortuitos contra. num. 18.
2 Periculum caſus fortuiti ſpectat ad rei dominum.
3 Caupones, Stabularij, & Nautæ tenentur de furto facto in eorum ſtabulo, caupona, & naui. Amp. vt num. 4.
5 Amp. quod ſi non probauerint caſum fortuitum tenentur de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa.
6 Amp. etiam ſi bona furto ablata non fuerint ſupradictis conſignata, ſed eiſdem ſcientibus in ſtabulo repoſita, ſecus non ſcientibus 7. & 8.
8 Limit. non procedere ſi caupo, & nauta proteſtati fuerint nolle recipere ſub eorum periculo.
9 Limit. 2. vt non teneantur ſi res conſignatæ naufragio, aut latronum vi deprædatæ fuerint.
10 Limit. 3. vt neque teneantur ſi res furto ablatæ reconditæ fuerint in loco tuto, & conſueto.
12 Limit. 4. vt neque teneantur ſi caupo à principio dederit hoſpiti claues Cameræ, & proteſtatus fuerit ſe nolle teneri de furto, & quid ſi dederit claues non à principio & dando claues an liberetur à cuſtodia 12.
13 Limit. 5. ſi caupo, & alij proteſtati fuerint quod non intendunt habere curam rerum viatorum. Contrarium num. 15. & 16.
17 Depoſitarius cui ſubtracta fuerit res depoſitata tenetur Domino ſi concurrat dolus, vel lata culpa 19. ſecus vero ſi leuis, vel leuiſſima, 20. niſi depoſitarius non rogatus ſponte receperit depoſitum 22.
23 Depoſitarius, commodatarius, & creditores ſi vtantur re depoſitata, commodata, & pignorata furtum committunt.
24 Limit. non procedere ſi pecunia depoſitata fuerit ad numerum, & non vt ſpecies.
25 Commodatarius tenetur domino rei commodatæ furto ſubtractæ etiam de leuiſſima culpa.
26 Limit. non procedere in furto commiſſo à perſona coniuncta.
27 Limit. 2. ſi furtum committatur à famulo accommodato.
28 In contractu precarij quis non tenetur niſi de dolo, & lata culpa.
29 Mulio, vel Vecturalis qui rem deferendam recepto pretio receperit ſi furto ſublata fuerit tenetur de dolo, lata, & leui culpa, ſecus de leuiſſima 30.
31 Mutuatarius tenetur ad reſtitutionem rei mutuatæ, quomodocunque res mutuata ſubtracta fuerit.
32 Rapina reputatur inter caſus fortuitos.
Excuſat vt quis rem furatam detinebat non teneatur ad aliquid illius Domino ibidem.
33 Furtum factum cum fractura reputatur caſus fortuitus, & pro eo quis non tenetur.
34 Cuſtos commodatarius, & ſimiles non tenentur de furto paſſo, ſi cum rebus alienis ſubtractæ quoque fuerint res propriæ ipſius cuſtodis.
35 Neque tenentur de furto, ſi res retinebant in loco ſolito recondita.
36 Furtum non præſumitur factum culpa cuſtodis, ſi conſtat ipſum eſſe diligentiſſimum.
37 Cuſtos ad nihilum tenetur ſi conſtat furtum commiſſum fuiſſe ſine eius culpa.
38 Amplia etiam ſi cuſtos in ſe ſuſceperit caſus fortuitos.
39 Limit. ſi res fuerit data æſtimata.
40 Furti præſumptio recipit probationem in contrarium.
41 Cuſtos ad nihil tenetur ſi imminente incendio potius curauit ſaluare res proprias, quam alienas.
42 Sartor, & Sutor ad nihil tenentur pro furto pota veſtium, retentarum in Taberna, ſi probetur eius fractura.
43 Amp. procedere etiam non probata fractura ſi ſartor retinebat veſtes ſicut alij ſartores retinere ſolent.

ADNOTATIO I.

Caupones, Stabularij, Nautæ, Commodatarij, Depoſitarij, & Cuſtodes an, & quando teneantur de furto rerum alienarum.

1 Licet furtum reputetur inter caſus fortuitos, *l ſi quis fundum §. Imperator ff. locati, l. quæ fortuitis C. de pignorat. actio, Hond. conſ. 90. num. 10. lib. 2. Vermigliol. conſ. crim. 421. num. 2.*

2 Et conſequenter periculum caſus fortuiti ad rei dominum ſpectet, *l. quæ fortuitis C. de pignorat. action. l. cum duobus §. damna, & ibi gloſ. in verbo ſubreptum ff. pro ſocio Butr. in cap. 1. num. 1. commodat. Caſtren. conſ. 471. lib. 1. Pariſ. conſ. 131. vſque ad num. 24. & conſ. 156. per tot. lib 4. Aym. conſ. 247. num. 2. Menoch. conſ. 353. num. 9. & 10. lib. 4. Hond. conſ. 90. num. 10. lib. 2. Vermigliol. conſ. crim. 421. num. 3.*

3 Nihilominus Caupones, Stabularij, & Nautæ tenentur de furto facto in eorum ſtabulo, Naui, & Caupona, *l. 1. in fin. princ. ibi ſiue eorum, & §. nauigandi autem cauſa, & §. caupo autem ff. furti aduerſus naut. & caupon. & ibi gloſ. in figuratione caſus in princ. & verſ. item exercitor. & verſ. item caupo, Boſſ. in tit. de furt. ad verſ. nautae in princ. Ludouic. Pegner. deciſ. crim. 45. num. 6. Farinac. fragment. crim. par. 1. lit. E. num. 16. fol. mihi 48. &*

4 *nu. 23.* vbi ampliat procedere licet gratis aliquem in naui, caupona, vel ſtabulo receperit, vt voluit etiam *Baiard. ad Clar. in §. furtum num. 135.*

5 Et niſi probauerint caſum fortuitum tenentur ne dum de dolo, lata, & leui culpa, verum etiam leuiſſima, & amplius contra eos eſt præſumptio, aut doli, aut culpæ, niſi dolum, aut culpam abfuiſſe probando, caſum fortuitum interueniſſe legitime iuſtificauerint, *Bertaz. conſ. 68. num. 4. & 5. & conſ. 313. num. 4. & conſ. 338. num. 3. & 4.*

Marſil.

Marſil.conſ.23.num.2.in fin. Gratian.conſ.95.nu.42. & conſ.100.num.15. & 16. lib.1. Boniſac. de furt. §.8. num.35. & 36. & num.41. cum alijs per Farinac. par.1. fragment. crim. lit. E. numer.16. fol. mihi 48.

6 Amp. procedere quamuis bona, quæ dicuntur ablata non fuerint cauponi Nautæ, vel ſtabulario conſignata, ipſis tamen ſcientibus fuerint in caupona, Naui, aut ſtabulo repoſita, *Marſil. conſ.23. num. 4. 7. & 8. Anton. Gomez. var. reſol. tom.2.cap.7. Rub. de commodat.& depoſit. verſ.licet ſecus, Farinac.loco citato num.29. fol.mihi 49.*

7 Secus vero ſi caupo, & ſupradicti nullam habuerint ſcientiam rerum in caupona repoſitarum, quo caſu non tenentur, *Alex. in addit. ad Bart. in l.1.§.fin.in verbo illata ff. nautæ, Caupon. & ſtabular. Alber.in rub.ff.eod num.6. in fin verſ. gloſ.videtur tenere Plot de in lit. iuram. §.10. num 12 verſ. tamen iura volunt Farinac.par.1.fragment crim.lit.E. num.70.*

8 Limit. vt non teneantur pro furto perpatrato ab alio viatore, ſeu ab aliquo extraneo quando bona ſubtracta eiſdem conſignata non fuerint, ſecus autem ſi eiſdem conſignata fuerint, proút etiam non tenentur ſi proteſtati fuerint nolle recipere ſub eorum periculo, ſecus autem ſi non proteſtati fuerint, *gloſ.in l.1 in verbo non præſtat ff. naut.caupon. & ſtabul. & ibi Bart. in §. ſerui num.1. Cabal reſol. crim. caſ 70. num.9. Aretin. in §.item exercitor num 1. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicta naſcuntur Farinac. lib.1. fragment.crim. lit.E.n.34. Pueger.deciſ.crim.45.num.4.*

9 Limit.2. vt non teneantur quando res iſdem conſignatæ naufragio, aut latronum vi derubatę fuerint. *Cabal.reſol crim caſ.70. num 12. Farinac. loco proximè citat.n.35. Pueger.deciſ. crim.45. nu.3. & 4.*

10 Limit.3. vt neque teneantur, ſi res furto ablatæ reconditæ fuerint in loco tuto, & conſueto, vbi aſſeruari huiuſmodi viatorum res conſueuit, *Pariſ. conſ.74. num 28. verſ.cum ag tur lib 1. Plot. de in lit. iurand. §.10. num.8. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ.208. num.4. Farinac. par.1. fragment.crim.lit.E. num.38.fol mihi 50.*

11 Limit.4. vt neque ſupradicti teneantur, ſi puta caupo a principio dederit hoſpiti claues cameræ eidem conſignatæ, & ſi etiam proteſtatus fuerit ſe nolle teri, ſecus ſi non proteſtatus fuerit, quia tunc per ſolam traditionem clauium non cenſetur liberatus á cuſtodia, licet mitius cum eo agendum ſit, cum non teneatur de leuiſſima culpa, ſed ſi dederit claues non á principio, ſed poſtea, & tunc indiſtinctè tenetur etiam ſi proteſtatus fuerit, *Odofred. in l.fin.num.2. & 3.ibique Alberic.num.2. ff nauta, caupon. & ſtabul. Menoch. de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.208. num.39. Petrus Cabal. reſol.crim caſ.70.num.21. vſque ad 31. Farinac. loco citato num.40.fol.50.*

12 Et licet caupo dando claues non liberetur à cuſtodia, non tamen poterit contra ipſum iurari in litem, *Plotus de in litem iurand. §.10. num. 10. verſ. & licet caupo, Menoch. de arbitrar. quæſt.lib.2. caſ.208. num.39. in fin.* ſecus vero ſi forſan caupo haberet ſimilem clauem, nam tunc contra eum datur iuramentum in litem *Bertaz.conſ.313. nu.7. Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.832.num.13. Farinac.lib.1.fragment.crim.lit.E.num.71.fol.50.*

13 Limit.5. vt Caupo, & alij ſupradicti non tenentur de furto facto in eorum caupona, naui, & ſtabulo, quando ipſi expreſſe proteſtati ſunt, quod non intendunt habere aliquam curam, ſeu cuſtodiam de rebus viatorum, *l fin. §.item ſi prædixerint ff.nautæ, caupon. & ſtabular. & ibi gloſ. in*
14 *verbo item ſi prædixerint in verbo conſenſerit*, vbi ampliat procedere licet viator contradixerit proteſtationi cauponæ, *Plot.de in lit.iuran.§.10.n.13. Farinac. lib.1. fragment. criminal. num.42. fol. mihi 50.*

15 Contrarium quod huiuſmodi proteſtatio non releuet eum, qui de neceſſitate cuſtodire tenetur, ad euitandas fraudes ne cauponi ſub clypeo proteſtationis præbeatur anſa alienum fur[illegible], *Bart omnino videndus in l fin. in §.item ſi p[illegible] ad[illegible]erit vbi Addentes ff.nauta,caupon.& ſtabul. vbi de communi.*

16 Et ſecundum *Cabal. reſol. crim. caſ.70 num.20.* quod huiuſmodi proteſtatio ſaltem releuaret cauponem ſi fuerit facta à principio ſecus ſi poſtea, immo *num.35. & 36.* comprobat quod talis proteſtatio ad nihilum releuet hoſpite contradicente, vel eodem expreſſe non conſenſiente, in tantum, quod non ſufficiat ſola non contradictio niſi fuerit facta proteſtatio à principio, quia tunc ſola non contradictio non ſufficit.

17 Amp. in depoſitario, cui ſi furto ſubtracta fuerit res depoſitata, tenetur domino illius rei ſi eius dolo furtum commiſſum fuerit, *§. ſed, & ſi vt inſtit de action. quæ ex delict. naſcunt. & ibi gloſ. in figuratione caſus, & in verbo dolo, & eſt textus in l.cum qui §.ijs autem ff. de furt. Grat.conſ.95.n.10. lib.2. Anton.Gomez. reſol.crim. cap.7. rub. de commodat num.2.verſ.item adde, & num.3. in fin.Gabr. lib.3. rub. de rebus credit.concluſ.2. num.3. Farinac. in tit. de furtis quæſt. 169. par.2. num. 12. part.3. tom. 2.*

18 Iuxta regulam, quod furtum non reputatur caſus fortuitus, cum nunquam committatur abſque culpa, eius qui retinebat rem furto ſubtractam, nam ſi bene clauſam domum retinuiſſet, & diligentiorem cuſtodiam adhibuiſſet furtum non paſſus fuiſſet, *Bart. in l.ſi quis ex argentarijs §. an hac heredi in fin.poſt nu 6.ff.de eden. Corrad.in pract. rub.de furtib.nu.14. ad fin. verſ.item dicas, Maſcard. de probat.lib 1. concluſ.466. num.1. & concluſ.467. num.5. & 10. & lib.2 concluſ.829. num.10. Boniſac. in tract.de furtis §.eſt etiam vſus num.35.36.41. 42.& 51. Cardinal. Tuſch. pract, concluſ. in verbo furtum, concl.561.nu.1.Farinac.in tit.de furt q.169. par.2. num.12.*

19 Et ſic Depoſitarius tenetur de lata culpa, ad *text in l.quod nerua ff. depoſit. gloſ. in l.cum qui § ijs autem in verbo dumtaxat ff. de furt vbi Bart.num 1. Anton.Gomez.var.reſol.tom.2.cap.7.rub. de commodat.num.3 in fin.verſ.item adde. Viuius commun. opin.192.num.2. Farinac.quæſt.169.num.15.*

20 Non tamen tenetur de leui, & leuiſſima culpa,
21 quia in contractu celebrato ad vtilitatem tantú dantis, & non recipientis, proút eſt contractus depoſiti, recipiens non tenetur niſi de dolo, & lata culpa, *Anton.Gomez.var.reſol.tom.2.cap.7.rub. de commodat. num 3.in fin. verſ.item adde Viuius opin.192.num.3. Gabr.in tit.de rebus credit.concluſ.2.*

ſub

ſub nu.5. & 17. Boniſac.in tract.de furt. §.vel etiam vſus num. 58.

22 Secus vero ſi depoſitarius] ſponte non rogatus ſe obtulerit recipere depoſitum, cum tunc contractus videatur factus, & depoſitum ſecutum gratia recipientis tantum, ac proinde tenetur etiam de leui, & leuiſſima, ſecundum communem, *Vtinini opin. 192. num.4. Villalob. commun. opin. lit.D. num.63. Boniſac. in tract.de furt.§.vel etiam vſus num.63. 64. & 65. Farinac. dicta quaeſtion.169. num.18.*

23 Si vero depoſitarius, commodatarius, & creditores vtantur re depoſitata, commodata,& pignorata, furtum committunt, *l. ſi pignori ff. de furt. l.fullo, vel ſarcionator ff de furt. §.furtum autem inſtit de oblig.quæ ex delicto naſc.Vermigliol conſil.466 num.7.verſ.dum igitur.*

24 Sed hoc limita vt depoſitarius non committat furtum negando depoſitum, vbi pecunia non ſit depoſitata vt ſpecies, ſed ad numerum, vt explicat *Alber.in l.inficiando 69. num.4. ff.de furt.& eſſe firmiſſimam concluſionem dicit Vermigliol. conſ. crim. 266. num.16.*

25 Amp. in commodatario, cui ſi res commodata furto ſubtracta fuerit, tenetur Domino rei furatæ, non ſolum ſi furtum factum fuerit eius dolo, aut lata culpa, ſed etiam ſi leui, & leuiſſima, quia in contractu facto gratia recipientis tantum, prout eſt in commodato, recipiens tenetur,etiam de culpa leui, & leuiſſima, *l. ſi vt certo §. nunc videndum ff.commodati §. item ijs inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2 caſ.390. num.7. Maſcard.de probat.lib.1. concl.467. num. 12. Boniſac. in tract. de furt. §. vel etiam vſus num.62. Farinac.in tit.de furt.quæſt.169.par.2.n.20 par.3. tom.2.*

26 Limit. non procedere, quando furtum fuit factum ab aliqua perſona coniuncta ipſius commodatarij, vel tali, de qua diligentiſſimus quiſque vir ſuſpicari non poterat, nam tunc commodatarius de furto non tenetur, quia reputatur furtum caſus fortuitus, ex allegatis per *Capram conſil.78.num.61. Maſcard. de probat. lib.1. concl.467. num.13. Farinac.dicta quæſt.169.num.21.*

27 Limit.2. non procedere quando furtum fuiſset factum à ſeruo, vel famulo accomodato, vna cum re accommodata, vel commodans tranſmiſiſset famulum ad cuſtodiendam rem accomodatam, nam tunc commodatarius non tenetur de cuſtodia, *l. ſi vt certo §.ſide me, & §.ſeq. ff. commodat.l.ſi ſolitarius ff.de ſol.* ac proinde nec tenetur etiam de furto dictæ rei etiam commodatæ *Maſcard.de probat lib.1.concl.467. num.14. & 15. Farinac. in tit.de furt.quæſt.169. par.2. num.22. par.3. tom. 2.*

28 Ampl. in contractu præcarij, in quo quis non tenetur niſi de dolo, & lata culpa licet præcarium ſit gratia recipientis, *Farinac. loco citato, num.23.*

29 Amp. in Cuſtode vt demoſtraui in *deciſione numer.10.* vnde mulio, vel victuralis, qui rem defferendam recepto pretio acceperit, ſi res tradita furto ſublata fuerit tenetur ne dum de dolo, ſed etiam de lata, & leui culpa, vt in ſpecie tradit *Corn.conſ.318.ſub num.6. Gratian.reſponſ.94.nu.30. lib.2. Boniſac.in tract.de furt.§.vel etiam vſu n.71.*

30 Limit. vt cuſtos non teneatur de leuiſſima culpa, quia in contractu facto gratia vtriuſque contrahentis, dantis ſcilicet, & recipientis, pro vt eſt emptio venditio, locatio conductio, traditio in cuſtodiam, & ſimilis alterius generis, recipiens non tenetur niſi de dolo, & culpa lata, aut leui, *l.ſi diuiſa C. locati l.ſi vt certo §. nunc videndum verſ.fin.ff.commodat.Vtinini oppin.192 nu.5. Boniſac.in tract. de furt. §. vel etiam vſus num.60. 71. 76. & 77. Farinac.in tit.de furt.quæſt.169.n.27.* licet contrarium tueatur *Corneus conſ.318.num.6. verſ.& appellatio culpæ lib.4.*

31 Amp. in mutuo, ſeù mutuatario, & mutuo recipiente, qui tenetur ad reſtitutionem, quomodocunque res mutuata ſubtracta fuerit, etiam caſu fortuito, quia contractus mutui reſpicit tantum ſauorem recipientis, & in eundem transfertur dominium rei mutuatæ, vnde eiuſdem etiam periculo res perire debet, vt ex *Dec. Alciat. Burſat.tradit Boniſ. de furtis §. vel etiam vſus num.66. & 74.*

32 Limit. primo generaliter ſupradictas regulas vt procedat in furto, ſecus in latrocinio, & rapina per vim commiſsa, nam tunc furtum reputatur caſus fortuitus, ac proinde is, qui rem furatam detinebat non tenetur ad aliquid illius Domino, *Bart. in l ſi quis ex argentarijs §. nec hæredi num.6.verſ.ſunt alij caſus fortuiti ff.de eden Gandin.in rub. de furib. & latron.num.2. Farinac.in tit. de furtis quæſt.169.par.2.num.34.par.3.tom.2.*

33 Limit. 2. in furto facto cum fractura, cum etiam cenſeatur caſus fortuitus, vt de eo non teneatur, *ex allegatis per Petrum de Vbald.de duob.frat. in 8.par.prin.quæſt.14.num.15.Boniſ.in tract.de furt. §.vel etiam vſus num.35. verſ. quæ tamen probatio, & num.44. Farinac. in tit.de furt. quæſt.169. par.2, num. 34.*

34 Limit.3. ſi cum rebus furto ſubtractis ad alios ſpectantibus fuiſsent etiam ſubtractæ aliquę res depoſitarij, comodatarij, aut cuſtodis, quorum culpa hoc caſu excluditur, & propterea non tenentur de huiuſmodi furto, ex allegatis per *Petrum de Vbald.de duob.fratrib.par.8.princip.quæſt.14 num.15. verſ.ſed poſitio ſine præiudicio Farinac.dicta quæſt.169. num.36.& 37.* vbi quod è contra valde præſumatur contra ſupradictos ſi alienę res ſubtractæ fuerint, & ſuæ non.

35 Limit.4. vt à ſupradictis excludatur omnis culpa,quando res eiſdem tradita, fuerit recondita in loco ſolito, & conſueto, à quo ſi ſubtracta fuerit, furti propterea non tenetur, etenim qui facit quod conſuetum eſt non poteſt dici in culpa *l.3.ff.ad Macedonian.l.pignus C.de pignor.actio l.quis ſit fugitiuus §.apud Labeonem ff.de edilit. edit. Petrus de Vbald.de duob.fratrib.8.par. prin.quæſt.14.nu.15. verſ. ſed poſito ſine præiudicio, Menoch. lib 5. præſumpt.31.num.2.in fin. Maſcard. de probat. lib.1. concl.467. num.20.& 21. Farinac. dicta quæſt.169. num.38.*

36 Limit.5. quod furtum non præſumatur factum culpa cuſtodis, ſeu alterius,quando coſtat ipſum eſse diligentiſſimum, & probatiſſimum, itaut ſi ab eodem adhibita fuerit ſolita diligentia. quam quis diligens Paterfamilias adhibuiſset excluditur præſumptio omnis culpæ, ac proinde ſi probatum fuerit oſtia domus bene fuiſſe clauſa, & fir-

firmata, ſed noctu perforata, eo magis debet ceſſare incuriæ, & malæ cuſtodiæ ſuſpicio, præcipue ſi rei cuſtodia commiſsa fuerit, viro communi exiſtimatione bonæ fidei, & famæ, *Maſcard. de probat.lib.2.concl.829.num.13.verſ.item quoque erit, & lib.1.concl.467.num.20.& 21. Boniſac. in tract.de furt. §.vel etiam vſus num.40. 43.& 44. Cardinal Tuſch. practic. concluſ. in verbo furtum concluſ.561. num.4.Farinac.quæſt.169.par.2. num.39.*

37 Limit.6. vt licet in dubio furtum præſumatur factum non caſu furtuito, ſed culpa illius, qui rem furatam penès ſe retinebat, vbi tamen conſtat, quod vere furtum factum fuerit ſine vlla prorſus culpa cuſtodis, depoſitarij, & ſimilis rem alienam retinentis, & conſequenter caſu fortuito contigiſse, & tunc ad nihil tenetur, *l. quæ fortuitus, l.ſi nulla, l.pignus C.de pignorat.action.l.4.C. locat. Carn.conſ.318.num. 1. & 2. lib. 4. Grat. conſil.94.num.38.lib.2.& conſ.95.num.8.Anton.Gomez var.reſol lib.2.cap.7.rub. de commodat. num.1. verſ. de caſu autem fortuito, & num.2. verſ. item adde Gabr.lib.1. in tit.de reb.credit. concl.2.num.3. Fa-*
38 *rinac.in tit.de furt.quæſt.169.nu.40.& 42.* vbi ampliat procedere etiamſi cuſtos in ſe ſuſceperit caſus fortuitos, nam nihilominus quod non teneatur de caſu fortuito inſolito, & inaudito, late comprobat, *Grat. reſponſ. 94. numer. 42. & 43. lib. 2.*

39 Sublim. quando res data fuerit æſtimata, quia huiuſmodi æſtimatio operatur vt recipiens quando de iure tenetur de culpa lata, leui, & leuiſſima, teneatur etiam de caſû fortuito, tamquam agatur de contractu facto ad fauorem tantum recipientis, vt in commodato, quando vero non tenetur niſi de lata, & leui culpa, tunc tenetur etiam de leuiſſima, *l.ſi vt certo §.nunc videndum verſ. & ſi forte ff. commodat.l. cum duobus §. damna ff pro Socia Anton Gomez. var. reſol. tom.2 cap.7.rub.de commodat.num.1.verſ.vnum tamen Farinac.d.q.169 par.2.num.44.par.3.tom.2.*

40 Limit,7. vt licet furtum præſumatur commiſſum culpa eius, penès quem res furata retinebatur, hæc tamen præſumptio recipit probationem in contrarium, late *Maſcard.de probat. lib.2. concluſ 829.num.12,* vbi quando furtum commiſſum fuit in loco, qui de ſui natura non poteſt bene cuſtodiri, & ſaluari a furibus & *num.13.vbi circa med.* ſubdit quod ceſſet præſumptio culpæ ſi probetur cuſtodi, vel ei, cui factum fuit furtum aliquam ſomniferam potionem datam fuiſſe, *& lib.1.concluſ.467.num.4,* vbi quod culpæ præſumptio tollatur, quando quis in cuſtodia rei furatę adhibuiſſet eam diligentiam quam ſolitus erat adhibere in rebus ſuis, *& num. 20. & 21.* vbi ſi adhibuiſſet eandem diligentiam, quam per alios adhibetur, & docet *Farinac.in tit.de furtis, qu.169 num. 35,*

41 Prout etiam excluditur præſumptio doli, & culpæ, vt ſi imminente incendio ipſe Cuſtos, vel depoſitarius cum non poſſet ſaluare res ſuas, & depoſitatas, maluerit res ſuas incolumes tueri, cum quis teneatur magis ſe diligere, quam aliũ, etiam ſi res ſuæ eſſent viliores, & depoſitatæ pretioſiores, vt alijs relatis tradit *Maſcard.de probat. lib.1.concluſ.508.n.4.5.& 6.*

42 Ita etiam probata fractura ſtationis, ſeu Tabernæ ſartoris, ſeu ſutoris vbi retinebat veſtimẽta, ſi derubata fuerint, non tenetur emendare, *l.1. ff. locat. l. 3. §. effractura ff. de offic. præfect. vigil. Petruſ de Vbald. de duob. fratib. 8.par. princip.num.14. circa med.fol.mihi 125. & num.15.* ſubdit, quod ſi ſutor furtum abſque fractura paſſus fuerit, adhuc veniat excuſandus, ſi retinebat, & cuſtodiebat veſtes in ſtatione ſicuti alij ſutores, & ſartores retinere, & cuſtodire ſolent, quia tunc furtum eſſet abſque culpa, *l.pignus ff.de pignorat. actio, l quod fugitiuus §.apud Labeonem ff.de ædilit.edict.§.1.in tit.ad l.aquil.*

SVMMARIVM.

1 Quantitas rerum ablatarum ſi non poſſit probari ſtandum eſt iuramento damni paſſi, ſi præceſſit conſignatio 6.
2 Iuramentum in litem datur vbi concurrit dolus rei conuenti.
3 Datur contra Cauponem pro rebus deficientibus in valiſia, ſeu ſardello ſi ab eodem apertum reſtituatur, vel non reſtituatur.
4 Limit.procedere ſi perſonæ qualitas ſit talis, vt eidem fides veniat adhibenda.
5 Limit.2.ſi Caupo reconſignet valiſiam clauſam, prout conſignata fuit, nam tunc aliter, quam iuramento probari debet quod claue adulterina aperta fuerit.
7 Limit.3 vt neque detur iuramentum in litem, contra Cauponem quando conſtat à quo furtum commiſſum fuerit.
8 Limit.4. ſi valiſia potuit caſu diſſigillari.
9 Limit.5. ſi probetur per teſtes quod in valiſia non adeſſent res quæ ab Hoſpite prætenduntur.
10 Limit.6. vt hoc caſu multum verſetur Iudicis arbitrium.
11 Limit.7.vt deferatur ad effectum ciuiliter agendi, ſecus criminaliter.
12 Limit.8.non procedere, nec dari in dolo præſumpto Contrar.n.13, Declar.vt n.14.
15 Limit.9.vt non detur ex præſumptionibus irreleuantibus, quæ potius denotent latam culpam, quam dolum.
16 Iuramentum in litem non datur ſi non concurrat dolus.
17 Datur pro damno paſſo contra ſubtrahentem, vel comburentem alienas ſcripturas.
18 Non defertur propter dolum in omittendo conſiſtentem.

ADNOTATIO II.

In furto an detur iuramentum in litem, & probetur iuramento damni paſſi.

1 PRobato furto, puta quod Titius aperuit crumenam, vel valiſiam, aut capſam, vel horreum, vel cellam vinariam, vel apothecam, & non poſſit probari quantitas rerum ablatarum deferendum, & ſtandum eſt iuramento illius, qui paſſus eſt furtum, ſuper quantitate, valore & exiſtimatione rerum, quæ ſubtractæ dicuntur, & ſecundum delatum iuramentum debet fur condemnari, tum propter odium furis, tum propter difficultatem probationis, etiam ſi vis, violentia, vel violentiæ timor non interueniſſet, ſed clandeſtinę furtum perpatratum fuiſſet. *Bart. in l. In actione num.1.ff.de furt. & in l. qui tabularum nu.2. ff.eod.Paul. de Caſtr. in l. ſi creditor C. de pignorat. action.Grat.conſ.61. num.16.& conſ.100.nu.9. vol. 2.Plot.de in lit.iuran.§.4.num.5.Ancar.Regien.quæſt. 61.num. 9. vſque ad fin.par.1. Maſcard. de probat. lib.2.concluſ.832. num.1.& 2.* & de communi, & *in praxi ſeruari teſtatur Boſſ. tract. crim.in tit. de rapina n.30.*

2 Vbicunque enim concurrit dolus rei conuenti,

ti, & difficultas probationis poteſt contra doloſum conuentum iurari in litem, & per iuramentum contra eundem probatur damnum, & intereſſe, vt ex *Bald. Ant. de Butr. Anchara. Aret.* comprobat *Plot. de in lit. iuran §. 4. num. 7.* licet contrarium teneat *Cepol. in tit. de actione redhibitor. cap. 523. n. 3. & 4.*

3 Amp. vt à Caupone ſi valiſia ſibi clauſa, & ſigillata conſignata aut non reſtituatur, aut aperta reſtituatur, datur contra ipſum iuramentum in litem ſuper quantitate, qualitate, & valore bonorum, quæ in valiſia deficiuntur, adeo quod non ſit neceſſe, vt cauponi in conſignatione valiſiæ, ſeu fardelli clauſi oſtendantur ſingulę res in fardello exiſtentes, ſecundum communem Doctorum opinionem vt teſtantur, *Alber. in l. 1. §. fin. in fin. ff. naut. Caupo. & ſtabular. Bart. in l. in action. num. 23 ff. de in lit. iuran. ibique Adden. lit. I. Diaz. reg. 136. Boſſ in tit. de furt. aduerſ. Naut. n. 4. late Plot. de in lit. iuran. §. 10. num 6. Clar in §. furtum num. 28. verſ. pro complemento Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 208. num 26. 27. 33. & 34. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 914. num 6. & concluſ. 832. numer. 8. & 9.* vbi de communi, *Farinac. fragment. crim par. 1. lit. E. num. 43. iuncta numer. 45. & 47.* vbi quod multo magis detur iuramentum in litem quando conſtat de eius dolo fol. mihi 51.

4 Limit. 1. vt furatæ rei pretium iuramento illius, cuius res ſubtracta fuit profertur, ſi perſonæ qualitas diligenter conſiderata præbeat argumentum an fides adhibenda ſit, & ſic eſt animaduertendum an ſcilicet ſit diues nec ne, & an veriſimile ſit quod in loco commiſſi furti tot res haberet, & res ſubtractas retineret *gloſ. in l. ſi quando in verbo qualitate C. vnde vi Bald. in l. in actionibus §. plene verſ conſiderabit tamen ff. de in lit. iuran. vbi Rom. num. 8.* qui de communi cum alijs congeſſis per *Maſcard. lib. 2. concluſ 832. n. 3.*

5 Limit. 2. vt Caupo quando conſignauit hoſpiti valiſiam clauſam, pro vt ipſi à principio data fuit, tunc ipſe hoſpes nihil habet de quo conqueri poſſit, ac proinde ſi dixerit valiſiam apertam fuiſſe cum claue adulterina, & in ea deficere bona non iuramento ſuo, ſed per teſtes hoc probare debet, *Bart. in l. 1. §. ſerui ff. furti aduerſ. Naut Plot. de in litem iuran. §. 10. num. 9. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 208. num. 30. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 7. rub. de commodat. & depoſit. num. 2. verſ, item adde Farinac par. 1. fragment. crim. lit. E. n. 48.*

6 Limit. 3. quod tunc defertur iuramentum in litem, quando præceſſit conſignatio rerum fardelli, vel valiſiæ, ſecus ſi nulla præceſſerit conſignatio, niſi Caupo eſſet in aliquo dolo, vel lata culpa, *Bart. in l. 1. num. 4. ff. furti aduerſ. naut. Menoch. de arbitrar. qu. lib. 2. caſ. 208. num. 38. Mard. de probat. lib 2 concluſ. 832. numer. 7. cum alijs allegatis per Farinac. loca citato num. 49. iuncta n. 50. fol. mihi. 52.*

7 Limit. 4. vt non detur contra Cauponem iuramentum in litem, quando in dolo non exiſtit, vt ſi conſtat à quo commiſſum fuerit furtum, licet eidem valiſia conſignata fuerit, *Roman. in l. actionibus ſub num. 24. & 25. ff. de in litem iuran. vbi Iaſ. num. 41. verſ. tertius caſus Plot. de in litem iuran. §. 10. num. 6. ante fin. verſ. fallit. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 208. num. 31. Farinac. lib. 1. Fragment crim. lit. E. num. 51. fol. mihi 52. Ancar. Regien qu. 61. num. 12. par. 1.* vbi quod quando quis tenetur ex facto alieno, opus eſt contra eundem probatione teſtium, adeo vt deferatur tantum iuramentum in litem contra aperientem, vel non reſtituentem.

8 Limit. 5 vt nec deferatur iuramentum in litem quando valiſia potuit ſic faciliter aperiri, & diſſigillari caſu, & ſine facto hominis, ſcilicet ſi valiſia eſſet tantum cum cera ſigillata, *Boſſ in tit. de furtis aduerſ. Naut. num. 4. ante fin. Plot. de in litem iuran. §. 10. num 8. verſ. fallit. vbi valiſia Farinac. qui alios allegat. lib. 1 fragment. crim. lit E. n. 2 fol. mihi 52.*

9 Limit. 6. vt à Caupone impediri poſſit delatio iuramenti in litem, quando paratus eſt probare, vel probauit, quod aperta valiſia coram teſtibus, ibi recondita non erant res, vel bona, quæ furto ſubtracta prætenduntur, vt ſi valiſia fuiſſet aperta ab officialibus, ſeu Miniſtris, exactoribuſque gabellæ, & ſic contrarium quod aſſerit viator, & hoſpes, *Pariſ. conſ 74. num. 18 in fin. & 19. lib. 1. Plot. de in lit. iuran. §. 10. num 17. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 208. num. 44. Farinac. lib. 1 fragment. crim. lit. E. n. 53. fol. 52.*

10 Limit. 7. Vt Caupones, Stabularij, & Nautæ licet propter malam iuris præſumptionem, quam contra ſe habent ſint ſubiecti probationi iuramenti in litem contra eos deferendi ad effectum probandi quantitatem, qualitatem, & valorem bonorum ſubtractorum, in hoc tamen verſatur, & multum operatur iudicis arbitrium, quod regulandum eſt ſecundum facti circumſtantias, bene penſata qualitate, & conditione hoſpitis, & hoſpitantis, quantitate numero, ac genere pecuniarum, ſeu bonorum, ac rerum derobatarum, & ſecundum id, quod erit probabile, ac veriſimile, ſeu non veriſimile, eius arbitrio eſt deferendum, vel denegandum iuramentum in litem, ex allegatis per *Bart. in l. 1 §. ſerui num 4. ff furti aduerſ Naut. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ 208 num. 29. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 832. nu 3. & 15. Boniſac. de furt. §. 8. num 31 Farinac. lib. 1. Fragment. crim. lit. E. num. 54. fol. mihi 52. Vermigliol. conſ. 270. num. 7.*

11 Limit. 8. vt huiuſmodi iuramentum in litem detur tantum ad effectum eiuſdem rei perſecutorium, non autem quando agitur criminaliter ad effectum puniendi furem pœna corporali, vel pecuniaria applicanda fiſco, vt declarat, & diſtinguit, *Farinac. in tit de furtis, quæſt. 176. num. 32. & 35. ac ſeq. Vermigliol. conſ crim. 270. n. 6.*

12 Limit 9. vt in dolo præſumpto non detur iuramentum in litem, cum probatio per huiuſmodi iuramentum ſit ex priuilegio ſpeciali, volente credi ipſi parti in cauſa propria; vnde admitti nequit in dolo præſumpto, ne detur concurſus plurium ſpecialium, *Decius in l. in actionibus n. 28 ff. de in lit. iuran Iaſ. conſ. 174. num. 26. verſ. ſed ex dolo præſumpto lib. 1. Corn conſ. 81. num. 5. verſ. imo attentari, Bertraz. conſ. crim. 17. num. 3. & conſ. 18. num. 20. lib. 1. & de vrriari,* & magis recepta opinione teſtatur *Vermigliol. conſ. crim. 431. n. 20.*

13 Contrarium quod etiam ex dolo præſumpto de-

detur iuramentum in litem, *Conar. var. reſol. lib. 1. cap. 14. num. 5. & 6. Farinac. conſ. crim. 96. num. 15. lib. 1. & conſ. 207. num. 11. tom. 3. ad textum iul. videamus in fin. & in l. 2. verſ. interdum, & in l. in actione § ſed in ijs ff. de in lit. iuran. & eſt communis vt in Syntag. commun. opin. par. 1. tit. de iure iuran. cap. 10. rub. de iurament. in lit. verſ. ob culpam.*

Sed hæc ſecunda opinio quatenus etiam eſſet 14 verior procedit dumtaxat vbi agitur de dolo præſumpto reſpectu propriæ eſſentiæ ex diſpoſitione legali, puta in tutore non conficiente inuentariũ, vel librũ rationum, ſicut loquitur *Conar loco citato*, ſecus autem vbi agitur de dolo præſumpto reſpectu probationum ex præſumptionibus hominis, vt diſtinguit *Phanuc. in tract. de iure iuran. in lit. par. 2. cap. 1. num. 8. ad med. verſ. ſecundo autem modo Plot. de in lit. iuran. §. 50. num. 7. limit prim. num. 30. verſ. decimo quinto limita, Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 47. num. 12.* quibus non videtur diſſentire *Farinac. conſ. 96. num. 16. lib. 1.* relat per *Vermigliol. conſ crim. 431. n. 21.*

15 Sublim. 2. vt iuramentum in litem non detur ex præſumptionibus doli irreleuantibus, & leuibus, quæ magis ſonent in latam culpam, in qua non iuratur, præcipue ſi huiuſmodi præſumptiones non perfecte concludant, *Bero conſ. 195. nu. 12 Plot. de in lit. iuran. §. 50. num. 33. Menoch. lib. 1. præſumpt. 47. verſ. vel cum leuis, Farinac. conſ 96. n. 17. verſ. primo lib. 1. Vermigliol. conſ. crim. 431. numer. 22.*

16 Vbi autem non concurrit dolus non datur iuramentum in litem etiam ſtante difficultate probationum, *l. ſi quando C. vnde vi l. in actionibus ff. de in lit. iuran. & ita dixiſſe Rot. patet ex deciſ. relat. per Vermigliol. conſ. crim. 431. n. 18.*

17 Comburens vero ſeu ſubtrahens ſcripturas alicuius, probata combuſtione, ſeu ſubtractione cum teneatur ad damna, & intereſſe damni paſſi, pro cuius conſecutione, & liquidatione defertur iuramentum in litem eidem damnum paſſi etiam non probato tenore ſcripturarum, *Bald in l. 1. ſed hic dubitatur C. de fid. inſtrument. Plot. in l. ſi quando num 653. 707. & 714. C. vnde vi Dec. conſ. 521. num 18. Ajn. conſ. 6. ſub n. 8, Farinac. conſ. 43. num. 1. & 2 tom. 1.*

18 Propter dolum in omittendo conſiſtentem non defertur iuramentum in litem, ſecundum *Bald. in l. argentarius §. cum autem num. 1. ff. de eden. vbi Iaſ. num. 6. Decin. l. 1. num. 19. in prima lectura, & num. 59. in 2. lectura C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt Menoch de arbitrar. quæſt. lib. 2 caſ. 208. numer. 14. cum alijs per Farinac. conſ. crim. 207. n. 12. tom. 3.*

SVMMARIVM.

1 Pœnæ ſtatutariæ, & Bandimentales rigoroſæ magis ad terrorem, quam vt realiter exigantur cenſentur publicatæ.
2 In praxi tamen executioni demandari poſſunt.
3 Per pœnas ſtatutarias penitus tolluntur pœnæ de iure communi.
4 Omnes pœnæ iuris communis, ſtatutariæ, & Bandimentales ſunt Iudici arbitrariæ.
5 Arbitrium regulari debet ſecundum diſpoſitionem iuris communis.
6 Et debet eſſe iuri, & æquitati conſonum.
7 Arbitrium in cauſis criminalibus intelligitur conceſſum non liberum, ſed iure, & ratione regulatum.
8 Furtum, ſeu fur pro primo ſimplici furto quomodo puniatur.
9 Pro vnico magno furto imponi poteſt pœna mortis Contrarium n. 10.
11 Fur vltra corporalem pœnam condemnari poteſt ad reſtitutionem rei ſubtractæ.
12 Fur pro ſecundo furto quomodo puniatur.
13 Furtum commiſſum de nocte per vim ſpoliando tranſeuntes per viam ſi bis hoc commiſſum fuerit pœna furcarum punitur.
14 Zingari etiam pro paruo furto rigoroſius ſunt puniendi.
15 Fur pro tribus ſeu pluribus furtis, quomodo puniatur.
16 Furta commiſſa extra territorium connumerantur cum vltimo furto ad effectum imponendæ pœnam mortis. Contrarium n. 17.
18 Limit. habere locum quando proceditur per viam accuſationis, ſecus per viam Inquiſitionis.
19 Limit. 2 procedere ſi ſtatutum imponens pœnam mortis iſto caſu reſpiciat factum, ſecus ſi pœnam, & n. 20.
21 Fur qui commiſit tria furta damnari poteſt ad mortem per Iudicem ſiue delicti, ſiue originis, ſiue domicilij.
22 Limit. 3. procedere ſi fur ſit inquiſitus pro vltimo furto ſecus ſi eſſet inquiſitus pro primo furto.
23 Limit. 4. non procedere ſi fur de primis furtis punitus fuerit, nam tunc non debet cumulari cum vltimo.
24 Contraria reſertur ſententia, & n. 26.
25 Diſtingue vt prima opinio procedat ſi prima furta poſita eſſent leuia, ſecus ſi grauiora.
27 Limit. 5. procedere ſi tria furta ſint diſtincta re, & tempore.
28 Furtum commiſſum continuato tempore licet diuerſo quando dicatur vnicum. & n. 29.
30 Committens cõmiſiſſe puta furta diuerſis temporibus non poteſt condemnari in pœnam mortis, niſi verificentur furta commiſſa fuiſſe diuerſis temporibus diſcontinuatis.
31 Pro tribus paruis furtis non eſt irroganda pœna mortis Contrarium n. 32.
33 Limit. 7. ſi reus de alijs furtis inquiſitus, fuerit abſolutus.
34 Limit. 8. vt regula procedat in furtis proprie, & non improprie ſumptis.
35 Graſſatores viarum pro vnica graſſatione quomodo puniantur.
36 Publici Latrones quomodo puniantur
37 Furtum commiſſum a pluribus in ſolidum puniendum.
38 Abigei quomodo puniantur. 39
40 Abigei, qui ſint.
41 Abigeatus criminis pœna quando ſibi locum vindicat.
42 Abductio vnius animalis non ſufficit ad irrogandam pœnam ordinariam abigeatus.
43 Limit. in eo, qui animalia furatur, quaſi artem exercens.
44 Abigeatus committitur ex furto vnius equi, vel Bouis.
44 Secus ex furto vnius porci, Capræ, vel veruecis.
46 Suscipiens oues errantes non committit abigeatum.
47 Honeſtiores perſonæ in crimine Abigeatus mitius puniuntur.
48 Suſcipiens animalia, quæ ſua eſſe putauit, non punitur pœna abigeatus.
49 Pro vnico furto facto in Eccleſia non imponitur pœna mortis.
50 Nec etiam pro furto commiſſo in Palatio Principis.
51 In puniendo furto ſunt ſeruanda ſtatuta.
52 Statutum imponens pœnam mortis pro paruo furto non ligat manus Iudicis vt non poſſit temperare.

ADNOTATIO III.

Furtum quomodo puniatur.

Licet contra perpatrantes pernicioſiſſimi furti crimen, vel ex municipali iure, vel Principum, aut Prætorum edictis, ac generalibus bannimentis fere in omnibus locis, & regionibus pœnæ ſtatutę reperiantur, nihilominus 1 quando pœnæ ſunt rigoroſæ magis ad terrorem cenſeri poſſunt publicatæ, quam vt, realiter exigantur, & effectum rigoroſum contra regulas iuris ſortiantur, *Rol. conſ. 46. n. 60. lib. 2. Rimin. iun. conſ.*

conſ.327.n.2.lib.3.Maſtard de probat.lib.1. concluſ. 162.n.33.Farinac.lib.1.fragment.crim.lit.B.in verbo bannimenta n.1.fol. mihi 118. Scanderol. in tract. de viſitat. carcerat. lib.3.§.9. n.19.fol.541. Vermigliol.conſ.269.n.6. & conſ.270.n.10.

2 Et quamuis etiam in praxi huiuſmodi bannimenta, & pœnæ rigoroſæ executioni demendari poſſint, *Farinac.lib.1.fragment.crim.lit.B.in verbo bandimenta n.2.*

3 Immo per pœnas ſtatutarias penitus tollantur pœnæ iuris communis, ita vt ſola ſtatuti diſpoſitio attendatur, etiam ſi pœnæ ſtatutorum ſint maiores, vt de veriori, & magis recepta, etiam de communi conſuetudine teſtatur, *Burſat. conſ. 94.n.4 lib.1.Bertaz.cauſ crim,237.n.1.lib.1. Cabal. reſol.crim.caſ. 2.n.3.& 4 & per tot.Vermigliol.conſ. crim.217.n.1.*

4 Tamen non ita ligantur manus Iudicis, quin poſſit à banni rigore recedere, ſi ex aliqua alia cauſa hoc iure facere poſſe ſibi viſum fuerit,quia omnes pœnæ iuris communis, ſtatutariæ,& bannimentales, ſunt ipſi Iudici arbitrariæ, *Farinac. lib.1 fragment.crim.lit.B. in verbo bannimenta n.3. fol.118.*

5 Verum quia arbitrium regulari debet ſecundum diſpoſitionem iuris communis, *l.fin.§.ſed & ſi C.commun.de legat.Gratia diſcept.550.num.23.& diſcept 462.n.32.Gregor.XV.dec.189.n.3.dec.221. n.1.& dec,465.n.1.Seraph. dec.1017. n.1 .Canaler. dec.63.n.1.dec. 88. n.1. dec. 183.n.3. dec.185. n.1. dec.278.n.1.dec.474.n.1.Caſar.de Graſſ. dec. 7.n.7. de re iudic.Peregrin.dec.239.lib.2.Rot,dec.450.n.1 dec.587.n 1.dec.669.n.1.par.2.recent & dec.15.n.1 poſt Zach.de oblig.Cameral.*

6 Ita vt debeat eſſe iuri, & æquitati conſonum, *Capal.reſol crim.caſ.220.num. 145 Rom.conſ. 376. num.7.Alex.conſ.217.num.5.lib.2.Cacher.dec.79 num.57 & 58.Rot.in Conpoſtellana Parochialis prima Iulij 16.9.in princ.coram Peutinger.*

7 Præcipue in cauſis criminalibus, in quibus arbitrium ſemper intelligitur conceſſum non liberum, & abſolutum, ſed iure, & ratione regulatum, *Iaſ.in l. ſic legatum num.24 ff de legat.primo, Dec.conſ.100.num. 1.Marſil ſing.397.cum alijs per Menoch.de arbitrr.quaſt.9.num.3.& quaſt.77. n.1. lib.1.*

8 Vt igitur arbitrium reguletur in puniendo delicto furti ſecundum iuris diſpoſitionem,eſt animaduerrendum, quod pro primo ſimplici furto, pro prima vice non ſemper fuſtigatur,ſed quandoque mitius punitur, vel tribus ictibus funis, aut pœna exilij, & quandoque vtraque pœna, iuxta furti quantitatem, & ipſius furis qualitatem arbitrio Iudicis, vt de praxi teſtatur, *Farinac.in tit. de furt quaſt.167.num.37.par.3.tom.2.*

9 Pro magno vero furto etiam imponi poſſe pœnam mortis, tradunt Doctores relati per *Farinac.quaſt.167. num.45 par.3.tom.2.in tit. de furt.*

10 Contrarium, quod pro vnico furto licet magno imponi non poſſit pœna mortis, teſtatur *Farinac.loco citato num. 47.* vbi ſubdit hoc apud nos ſemper ſeruatum fuiſſe, etiam à Iudicibus Gubernatoris Vrbis, adeo vt ſi aliqui ſuſpenſi fuerint pro magno furto, id euenire ex aliqua alia qualitate aggrauanti, quæ concurrebat, ſcilicet aut quia commiſſum fuit cum fractura,aut de nocte, aut cum ſpoliatione tranſeuntium per viam, & ſimilibus, & conſequenter non quia ſic eſſet de iure communi, ſed vigore bannimentorum, quibus ceſſantibus, aut vbi non adſunt ſtatuta contraria, hæc opinio videtur ſeruanda, & quod non errabitur ſi hoc caſu reus condemnetur ad triremes, aut per decennium, aut in perpetuum, per cuius pœnæ irrogationem iuſtitia non remanebit deluſa.

11 Vlterius fur vltra corporalem pœnam, condemnari poteſt in conſequentiam ad reſtitutionem rei ſubtractæ, etiam ex officio, & parte non petente, pro vt notabiliter dicit *gloſ.in conſtit.Regni de deſcuſis impoſitis in Notarios per text. in l.1.ff. de condiſſion.§.quod ſi delinquentes Auth.de mandat. Princ.Bart.in l.interdum §.qui furem ff.de furt. Angel.in l.1.ff.de priuat.delict.Aret.in tract. de maleſic. in verbo etiam veſtem eceleſtem num.4 fol.196. late Paris de Put.de ſyndicat.cart.72.verſ.ſequitur modo alia quaſtio Hierom.de Federic.reſol. crim.20.nu.1. & 6.impreſ.poſt ſecundum vol.conſ.Farinac.*

12 Pro ſecundo vero furto apud nos neque imponitur pœna vltimi ſupplicij, ſed ſi furta ſint modicæ quantitatis, vel etiam cum aliqua aggrauanti qualitate, aut fures fuſtigantur, & in exilium mittuntur,aut ad triremes ad tempus transmittuntur, vt concordat etiam *Statutum Vrbis lib.2.cap.59.Farinac.in tit.de furt.quaſt 167. par.3. n.44.par.3.tom.2.*

13 Sed ſi furtum commiſſum fuerit de nocte per vim ſpoliando tranſeuntem per viam, vt faciunt vulgo nuncupati Cappegiatori ſi reus bis hoc commiſerit pœna furcarum punitur vigore *Statuti Vrbis lib.2.cap.58.de quo Farinac. dicta quaſt. 179. num.44.*

14 Zingari, vero etiam pro furto minimo, vt gallinarum rigoroſius ſunt puniendi, quia mira arte res alienas ſurripiunt, *Baiard.ad Clar.in §.furtum num.9. Farinac.quaſt.168. par.1.num.30.par.3. tom. 2.*

15 Pro tribus autem, ſeù pluribus furtis, ſi fuerint non modicæ quantitatis, vel perpatrata fuerint cum aliqua aggrauanti quantitate,fures furca ſuſpenduntur, aliter ceſſantibus qualitatibus aggrauantibus,aut fuſtigantur,& in exilium mittuntur, aut ad triremes ad tempus, vel in perpetuum damnantur arbitrio Iudicis, *Farinac.in tit. de furt. q.167.par.4.num.50.p.3.tom.2.*

16 Amp. vt furta commiſſa extra Territorium connumerentur,& faciant numerum cum vltimo furto ad effectum, vt fur pœna mortis puniri poſſit, *Bart.in l.ſi enti §.fin.ff de accuſat. Anton. Gomez de delict. cap.5.rub.de furto num.8.Conar.var. reſol. lib.2.cap.9. num.7.verſ.idem erit obſeruandum Clar. in §.furtum num.11.verſ.ſed pone ſtatutum, ibique Baiard.num.54. & 55.Cardinal Tuſch. pract. concl. in verbo ſtatutum concl.160. num.19.24.25. & 26. Menoch.de arbitr.quaſt.caſ.295.num.18.lib.2. Farin. dicta quaſt. n.51.*

17 Contrarium voluit *Bal.conſ.348.col.2 in princ. verſ.ſecundo quia lib.5. Angel.de malef.in verbo exiſtens Florentia Lit. A. & in verbo veſtem eceleſtem poſt num.14.*vbi quod *Bartoli* opinio ſit rigoroſa *Caldin.in tract.de iudic. quaſt. 144. alias 160. num. 97. 98. 99. cum alijs per Farinac. loco citato num. 52.*

Li-

18 Limit. 1. hanc ampliationem, vt habeat locũ quando proceditur per accuſationem, ſecus ſi per inquiſitionem, quia tunc de furtis etiam extra Territorium commiſſis non poteſt Iudex cognoſcere, n.ſi fur eſſet vagabundus, *Gandin. in rub. de furib. & latron. num. 4.* quæ limitatio non approbatur à *Farinac. in tit. de furt. q. 167. num. 53. in fin. par. 3. tom. 2.* cum non videatur ratio diuerſitatis.

19 Limit. 2. dictam primam ſententiam procedere quando ſtatutum diſponens iſto caſu imponi pœnam mortis reſpiciat factum, puta ſi diceret, qui commiſit tria furta moriatur, nam tunc ſecundum delictum aggrauatur à primo, adeò, vt furta etiam extra Territorium commiſſa aggrauant vltimum, ſecus ſi reſpiciat pœnam, vt ſi dicat pro tribus furtis fur moriatur, *Alciat. in cap. cum non ab homine nu. 35. de iudic. Villalob. commun. opin. lit. S. num. 108. Clar. in pract. §. furtum num. 11. circa med. verſ. alij vero diſtinguunt Card. Tuſch. pract. concl. in verbo ſtatutum concl. 560. num. 31. Farinac. in tit. de furt. quæſt. 164. num. 54. & 57.* vbi ſubdit,

20 quod regula procedat ſiue ſtatutum loquatur pro tribus furtis, ſiue pro tertio furto, reprobato *Clar. in §. furtum num. 11. poſt med. verſ. ſed diſtinguerem* tenente pœnam mortis non habere locum in primo caſu, ſed in ſecundo.

21 Immò per quemcumque Iudicem, ſiue originis, ſiue domicilij, ſiue delicti, qui tria furta commiſerit ad mortem damnari poteſt, licet prima perpatrata fuerint extra Territorium, quia Iudex licet non habeat principaliter, & directè Iuriſdictionem, quoad furta commiſſa extra Territorium, eam tamen habet in conſequentiam, cum huiuſmodi delicta reſpiciant perſonam, & eundem ſequantur quocunque progrediatur, & ſe recipiat, intereſt enim Reipublicæ, & ad publicam vtilitatem, fures extirpari, & puniri, vt alij terreantur, ita reprobato, pariter *Claro in §. furtum num. 11. ad med. verſ. mihi placet prima opinio,* tenet *Farinac. in tit. de furt. quæſt. 167. num. 59. par. 3. tom. 2. ſecundum Baiard. in addit. ad eundem Clar. loco citato num. 54. & 55.*

22 Limit. tertio dictam ampliationem procedere quando fur eſt in manibus Iudicis inquiſitus, & carceratus pro vltimo furto, nam tunc præcedentia furta, etiam alibi commiſſa aggrauant hoc vltimum, ſecus ſi eſſet carceratus, & inquiſitus pro primo furto, quia tunc poſteriora furta alibi commiſſa non aggrauant primum, vt de communi teſtatur *Anton. Gomez de delict. cap. 5. rub. de furtis num. 9. verſ. ex quibus deducitur Bertaz. conſ. 39. num. 20. in fin & 21. lib. 1. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo ſtatutum concl. 560. num. 22, & in verbo furtum concl. 564 num. 33. Farinac. dicta q. 167 num. 60. & 61.* vbi quod ab hac communi non diſcederet, licet *Baiard. ad Clar. in §. furtum num. 54. & 55.* contrarium defendere conetur.

23 Limit. 4. non procedere ſi fur de primis furtis punitus fuerit, nam tunc non debent, cumulari, & connumerari cum vltimo furto, ad hoc vt pœna mortis puniatur. *Gandin. rub. de furib. & latron. num. 3. Bald. conſ. 354 lib. 5. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ in verbo furtum concl. 504. n. 34. Farin. in tit de furt. quæſt. 167. num. 65.*

24 Contrarium quod regula procedat etiam ſi de primis furtis fur alias punitus fuerit, *Clar. in §. furtum num. 13. verſ. quæro etiam ibique Baiard. in addit. num. 63. Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 9. nu. 7. verſ. quæ obtinent Corrad. in pract. in rub. de furt. n. 25 Angel. de maleſ. in verbo etiam veſtem caleſtem n. 14. & ibidem in prima addit. lit. A. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 295. num. 19. Cardinal. Tuſch. pract. quæſt. in verbo ſtatutum concluſ. 560. num. 20. vbi de communi, & num. 27. & in verbo furtum quæſt. 564. num. 8. cum alijs per Farinac. quæſt. 167. n. 64.* etenim delicta punita, & non obſtante pœna irrogata, reiterata, & frequentata indicant malam qualitatem perſonæ, quæ in perpatrandis flagitijs nec formidine pœnæ paſſæ reſipiſcit, vndè rigoroſius eſt in eundem animaduertendum, cum interſit

25 Reipublicæ impios extirpare, & prima opinio ſaltem procedere poteſt, quando prima furta punita eſſent leuia, ſine vlla qualitate aggrauante,

26 adeo vt Iudicis arbitrio temperanda eſſet pœna, alias quod tria furta ſufficiant ad condemnandum furem in pœnam mortis, ſiue quis de primis furtis condemnatus fuerit, ſiue non, docent *Baldus conſ. 247. col. 1. in fin. verſ. conſiderandum eſt ergo* [illegible] *Anton. Gomez de delict. cap. 5. rub. de furt. num.* [illegible] *iard. ad Clar. in §. furtum num. 59. & 60. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 167. n. 68. & 7*[illegible] hæc opinio ſibi magis placet.

27 Limit. 5. regulam procedere generaliter quando ſingula tria furta ſint diſtincta re, & tempore, ſecus vero quando quis eodem tempore [illegible] res furatur, quia tunc vnicum furtum reputatur, vt animaduertit *Farinac. quæſt. 167. num. 71. iuncto num. 72. ex Clar. in §. furtum num. 15. vbi de communi, & ibi Giaccar. in addit. lit. G. Cardinal Tuſch. pract. concl. in verbo ſtatutum concl. 560 num. 29. vbi late, & in verbo furtum concluſ. 504. num. 29. Boniſ. in tract. de furt. §. fin. n. 37.*

28 Prout etiam vnicum reputatur furtum ſi quis continuato tempore, & ſucceſſiuo licet diuerſas vnam rem, ex eodem loco, et ſi plures [illegible], ſiquidem continuatio temporis vnitatem importat, *Giaccar ad Clar in §. furtum lit. O. & Baiard. in addit. ad eundem num 66. & 67 Boſſ in tit. de furto num. 17. Boniſac. tract. eodem §. fin. num. 37. Menoch. de arbitr. quæſt. lib 2. caſ. 295. num. 20. Couar. var reſol. lib. 2. cap. 10. num 8. verſ. quando ab eadem radice Farinac. in tit. de furt. q. 167. num. 74. late Boer. deciſ. 219. per tot.*

29 Et idem dicendum eſt ſi quis vnica nocte continuatò tamen tempore fecerit plura furta in diuerſis locis, etiam diuerſarum rerum, *Cepol. in Auth ſed nouo iure nu. 82. C. de ſer. fugit. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 19. num. 8. verſ. quinto ab eadem radice Baiard. ad Clar in § furtum. n. 66. Farinac. dicta quæſt. 167. num 75. Boer. dec. 219. in fin.*

30 Hinc eſt, quod ſi quis confiteatur cōmiſiſſe plura furta diuerſis temporibus non per hoc dicitur cōſtare quod plura furta commiſerit ad effectum imponendi pœnam mortis, quia talis confeſſio, niſi verificetur, quod dicta furta fuerint commiſſa diuerſis temporibus diſcontinuatis, intelligēda eſt, vt commiſerit plura furta diuerſis temporibus continuatis, & non ex interuallo, cum ſemper facienda ſit interpretatio pro excluſione delicti, ſeù maioris delicti, *ex allegatis per B. ff. in tit. de furt, num. 17. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in*

verbo

verbo ſtatutum concl.560.num.1.Farinac.dicta quaſt. 167. num. 76.

31 Limit. 6. quod pro tribus paruis furtis non eſt imponenda pœna vltimi ſupplicij.& ita apud nos practicatum vidiſſe, teſtatur Farinac.in prax.in tit. de furtis quaſt.167.num.79. & 81.par.3.tom.2. Bonifac.in tract.de furt.§.fin.un.44. Card.Tuſch.pract. concl.in verbo ſtatutum concl.560.nu.15. & in verbo furtum 564.num.20.27.& 35.in fine.

32 Contrarium voluerunt Baiard.ad Clar.in §.furtum num. 28.29. & 88. Maſcard.de probat. lib.2. concl.838. nu.6, Menoch.de arbitrar. quaſt.lib.2. caſ. 295. num.17. Gram.vot.9.num.25.& voto 17.n.25. Iodoc.in pract.crim.cap.110.rub.de furt. n.35.

33 Limit.7. in furtis, in quibus licet reus inquiſitus fuit, tamen habuit abſolutionem, quę propterea non faciunt numerum, nec aggrauant alia ſubſequentia furta, nam ex abſolutione excluditur, quod perpatrata fuerint, & ab hac ſententia non eſſe recedendum, & pro indubitato, reprobato Celſo Nugone conſ.85. contrarium tenente, tenet Farinac quaſt. 167.num.81.verſ.limit.5.Bonifac.in tract.de furt.§. fin n.38.

34 Limit. 8. vt regula procedat in furtis proprie ſumptis, non autem in furtis improprie Farinac. eadem quaſt. 167. num.84. & ſic per furta duo, cũ receptatione furis, non ſunt cumulanda. vt tria furta dici poſſint ad effectum ſuſpendendi, vt idẽ ſubdit in antecedente num.82.

35 Graſſatores pro vnica graſſatione modo ad triremes in perpetuum, aut ad tempus apud nos condemnari conſueuit, niſi interuenerint vulnera, aut occiſio, vt teſtatur Farinac.in tit. de furt.q. 167.par.5. num.88. & in præcedentibus numeris refert hinc inde opiniones.

36 Publici vero latrones, & famoſi, qui in ſtrata publica, & alibi ſæpius graſſati fuerint, in loco commiſſi delicti furca ſuſpenduntur, licet ſine homicidio furtum commiſerint, vt tradunt Doctores copioſè relati per Farinac.quaſt.167. n.89. & 90.

37 Si demum plures fuerint ad furandam aliquam rem omnes inſolidum tenentur, nec vnius pœna alios liberat, Cyril.in ſum.crim.par.2.rub de priuat. delict. num. 3. 9. & 17. verſ.ſed ſi plures, Boſſ. in tit.de rapin. num. 4. vbi remiſſiue Couar. in reg. peccatum par.2. §. 12, ſub num. 2.& 3. de reg.iur.in 6. Baiard.ad Clar.in §. furtum num.38. Farinac.in tit. de furtis quaſt. 167. n.94.

38 Ambigei vero extra ordinẽ puniri docet Azor. in rub.de ambigeis ante num.1. Anton.Gomez. de delict.cap.5.rub.de furto nu.13.verſ.adde tamen Farin. in tit.de furt. q.167.p.7.n.106.p.3 .tom.2.

39 Vbi tamen frequentius hoc maleficij genus cõmittitur ambigei puniuntur etiam pœna mortis, l.1.in princ.vbi gloſ ff.de ambigeis Azor.in ſumm.rub. de ambigeis num.3.verſ.ſed vbi frequentius Cyril.in ſum.crim.rub.25.de extraordinar.crim.§.4.nu.1. cum alijs per Farinac.in tit.de furt.q.167.n.111 & ſeq.

40 Sunt enim ambigei illi qui pecora in paſcuis, vel ex armentis oues ſurripiunt, vel ſunt illi,qui conſuetudinem habent inſidiandi, ſeù abducendi animalia aliena, vel ſunt illi, qui totam gregem, vel partem cum ferro, vel panno rubeo furantur, vt declarat Farinac.in tit.de furt.quaſt.166 num.39.40.& 41.p.3. tom.2.vbi alios allegat.

41 Ambigeatus crimen, & pœna ſibi locum vindicat non ſolum, quando quis ambigit animalia ex agro, vel ſylua, ſeu gregre, verum etiam ſi à ſtabulo, vel domo, l.fin in princ.verſ.cum quoque ff.de ambigeis Azor.in ſum.rub.de ambigeis nu.2. in fin.verſ.nec diſtinguitur Cyril.in ſumma crim. rub. 25.de extraordinar. crim.§.4.num.1.in fin.verſic.cum quoque Farinac.de furt.quaſt. 167. par.7. num. 113. par.3. tom.2,

42 Limit.1. principalem regulam, quod vt ambigeatus crimen, & illius pena locum habeat neceſſe eſt vt à fure abducatur non vnicum animal, ſed ex ouibus, capris, & ſimilibus decem,ex porcis quinque, aut ſaltem quatuor, alias minorem numerum furans pœna ambigeatus non tenetur, l.fin.ff. de ambigeis vbi gloſ.in figurat.caſus,et in verbo, & canc. & Bart.in vltim.notab. Azor.in ſum. in tit.de ambig. num.2.Cyrill.in ſumma crim.rub.25.de extraord.crim. §.4.num.1.verſ.ambigeus à fure Cabal.reſol.crim.caſ.160.num.3. Bonifac.de furt. §.mobilia num.54. Farinac.tit.eod.quaſt.167.nu.115.Peguer. deciſ crim. 29. num.2.

43 Sublim. in caſu, quo quis animalia furatur quaſi artem exercens furandi, nam tunc ſi reiteratis vicibus, & frequenter hoc commiſerit,etiã ſi vnicam ouem ſingula vice ſurripuerit,ambigeatus pœna incurrit, facit text.in l.fin.§.qui ſæpius ff. de ambigeis gloſ.in l.1.§. ambigei, in verbo non eſt ambigeatus, & in verbo abduxerint, & in l.fin. in verbo faciunt, & in verbo vel ff.eod tit. Azo in ſum. rub.de ambigeis num.2.verſ. & eſt illud notandum, Cabal.reſol.crim.caſ.160. num.4.Farinac.d. qu. 167 num.116. Ludou. Peguer.dec.crim.29.n.2.

44 Sublimit. 2, quod ex furto vnius equi, vel bouis ambigeatus committatur, Cyril. in ſum.crim. rub.55. de extraordinar.crim §.4. num.1. verſ. ambigeus à fure Iodoc.in pract.cap.113.rub.de ambigeatus num.1. Anton.Gomez de delict.cap.5.rub. de furt. nu. 13.Cabal. reſol.crim caſ.160.num.3.Farinac.in tit.de furt.quaſt.167.p.7.n.117.p.3. tom.2. Ludou.Peguer. deciſ.crim. 59.num.2.

45 Secus autem in eo, qui porcum, vel capram, vel veruicem abduxerit, nam ijs non tam grauiter punitur, quam qui maiora animalia ambigunt, l.1.§.1.verſ.ſed qui porcum ff.de ambig. Iodoc. in pract.crim.cap.113. rub.de ambigeatu n.4. Farin. in tit.de furt.q.167.num.120.

46 Limit.2. in ſurripiente oues errantes,vel equos in ſolitudine repertos, qui ſi abduxerit non cenſetur ambigeus, ſed fur l.1. §.1. verſ.caterum ſi quis, & ibi gloſ.ff.de ambig.Cyril.in ſum.crim. rub. 25.de extraordinar.crim.§.4. num.1. verſ.caterum ſi quis Cabal. reſol.crim caſ.160. num.6. Bonifac. de furt. §.mobilia num. 25. Farinacc. in tit. de furt. q.167.n.119. p.3, tom.2.

47 Limit. 3. in honeſtioribus perſonis, quæ in crimine ambigeatus mitius puniuntur,quam viliores, adeo vt ratione honeſtioris conditionis non in pœnam mortis, metalli, aut operis publici veniunt plectendi, ſed vel relegandi. aut ordine amouendi, per tex. in l.1. verſ.quamquam autem, & ibi gloſ.ff.de ambig.ibique notat Bart. Cyril in ſum.crim.rub.25.de extraord.crim.§.4. num.1. verſ. quamquam autem Petrus Cabal. reſol.crim. caſ. 160.num.7.Farinac.in tit.de furt. q.167.n.118.

48 Lim.4. in ſurripiente animalia, quæ ſua eſſe pu-

putauit, quia ob bonam fidem, & credulitatem ad ſe animalia ſpectare excluditur dolus, & conſequenter excuſatur à pœna ambigeatus, iuxta textum *in l.1.§.qui pecora, & ibi gloſ.ff.de ambig.* vbi loquitur licet animalia ſubtracta eſſent in lite coram Iudice ciuili, ad quem ſic ſubtrahentem remittendum eſſe ibidem ſancitur, *Boſſ.in tit.de ambig.num.2.Cabal.reſol.crim.caſ.160.n.5. Ludouic. Peguer.deciſ.crim.29. num.6. Farinac in tit.de furtis quæſt. 167. num.122.* vbi quod ſufficiat ad excludendum dolum, & ambigeatum crediditſe ſuas eſſe etiam non iuſtis rationibus, ſed errore etiam iuris, *Petrus Cyril.in ſum.crim.rub 25.de extraord. crim.§.4.num.1.verſ.idem ſi non iuſtis*, licet contrarium ſcilicet. quod iniuſta credulitas non excuſet doceat *Cabal. loco citato num.5. Bonifc.de Vital.in tit.de pœna plagiarij num.2.in fin.verſ.ſi autem crederet.*

49 Pro vnico furto facto in Eccleſia non imponitur pœna mortis, quando præſertim res non ſa-
50 cra fuerit in eadem ſubrepta, ac proinde multo minus poterit pœna mortis imponi, quando furtum eſt factum in palatio Principis cum Domus Dei ſit maioris exiſtimationis, ita *Farinac.in tit. de furtis q.167.n 39.* reprobato *Claro in §.furtum n.9.verſ.ſcias tamen in fin. Petr.Greg.ſyntagm.iur lib. 17.cap.2.rub.de pœn.extraordin.fur.n.11. in fin. verſ. ego ſæpe* contrarium tenẽtibus, cum quibus etiam concordat *Caball.reſol.crim.caſ.18.poſt n.8.*

51 Et licet in hac materia ſeruanda ſint ſtatuta, vt communiter tradunt DD. omnes, nihilomi-
52 nus, etiam ſi ſtatutum mandet, quod pro vnico paruo furto, quis furca ſuſpendatur, poſſit Iudex non obſtante ſtatuto pœnam diminuere *Bonifac.de furt.§. fin.q.45. Couar.var.reſol. lib.2. c.9. n.8.Cabal.reſol.crim.caſ.18.n.13. in fin.Card.Tuſch. pract.concl.in verbo furtum concl.555.n.35. cum alijs per Farin.in tit.de furt.q.167.p.2.nu.40. iuncto n.41. par.3. tom. 2.*

PRÆNESTINA GRASSATIONIS.

ARGVMENTVM.

Graſſatores viarum vt priuentur immunitate Eccleſiaſtica non ſufficit vnica graſſatio, ſed requiritur plena, & concludens probatio quoad trinas graſſationes. Confugiens ad Eccleſiam, nec per viam expulſiuam, neque compulſiuam, nec malis artibus, nec blandis verbis directè, nec indirectè extrahi poteſt, etſi extractio ſequatur, extractus veniat reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 Graſſator vt priuetur immunitate Eccleſiaſtica requiritur trina graſſatio, nec ſufficiunt duo actus, nu.2.
3 Parietes exteriores Monaſteriorum Religioſorum in circuitu 30.paſſuum à foribus Eccleſiæ gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
4 Monaſteria Religioſorum gaudent immunitate Eccleſiaſtica quoad partes interiores, ſecus quoad exteriores.
5 Eccleſia maior gaudet immunitate quoad confines intra 40. paſſus, & inferior intra 30. præcipuè extra Ciuitatem, num.6.
7 Confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi poteſt, nec malis artibus.
8 Extractus blandis verbis, & cum promiſſione ſecuritatis eſt reſtituendus Eccleſiæ. Contrarium nu.9.
10 Confugiens ad Eccleſiam non poteſt eius immunitati renunciare, & conſentire ad ſuam extractionem.
11 Sponte ab Eccleſia recedens, ſi capiatur non eſt reſtituendus, num.12.
13 Exiens ab Eccleſia ex ſimplici ſuaſione, abſque dolo, fraude, aut machinatione non eſt Eccleſiæ reſtituendus, ſecus autem vbi concurrit dolus. num.14.
Deceptus ex falſo ſuppoſito habetur pro non conſentiente, ibidem.
15 Fraus nemini debet patrocinari.
16 Extractus per fraudem, etiam Curiæ miniſtris ignorantibus eſt reſtituendus reprobato Remig. de Gon. Contrarium tenente, & Thom.del Bene, nu.17.
18 Exiſtenti in Eccleſia ſi promittetur ſecuritas eſt ei ſeruanda.
19 Nutus æquiperatur verbis.
Per nutus etiam homines loquuntur, ibidem.
20 Extractus ab Eccleſia, qui debet gaudere priuilegio immunitatis ſi ex gratia Pontificis concedatur, vt puniri poſſit alia pœna, quam mortis executio fieri debet à Iudice Eccleſiaſtico.

DECISIO XCV.

DOminus Sergeus maior Arcis Terræ Paliani cum demandatum à ſuo Principe in temporalibus Domino habuiſſet ordinem carceribus mancipandi Ioannem Carolum inquiſitum cum alijs ſocijs in Tribunalibus Illuſtriſs. D. Gubernatoris Vrbis de perpetrata graſſatione, comperto adhuc profugere, & vagari per Territorium eiuſdem Terræ, non obſtante quod paucis ante diebus ob ingreſſum factum in dicta arce ſub mentito nomine obiurgatus, & expulſus fuerit, iuſſit Maſtrillo publico Mandatario vt ipſum Ioannem ſub ſecuritatis promiſſione ad ſe accedere curaret, eoque reperto propè mœnia eiuſdem Terræ, & habita negatiua reſponſione, tranſmiſit ad eundem finem Clementem intimum eiuſdẽ amicum, qui non inuento propè dicta mœnia proſequendo itinere ab eminenti loco, ſeù Ara, vulgo nuncupata *l'Ara de Capuccini* cum adhærentem parieti hoſtij hortus Conuentus RR. PP. Capuccinorum permanere videns, ſigno manus accerſiuit ad ſe, pro vt acceſſit, & de ſicuritate, quæ à dicto Sergente maiori pollicebatur ſi accederet ad Terram Paliani certum reddidit, iuxta depoſitionem eiuſdem Clementis, ibi, *Viddi il ſudetto Gio.Carlo, che ſtaua appoggiata al Portone dell' Horto di detti Padri Cappuccini, allora io ſenza andare più auanti da detta ara, l'accennai con la mano, acciò lui veniſſe da me, e lui ſubito che mi vidde al ſudetto cenno, ſe ne venne à trouarmi in detta ara, e giunto che fù mi diſſe, ſe che voleuo, ed io li riſpoſi, mi hà detto il Sig.Maggiore che venite alla Terra di Paliano, sù la ſua parola, e che non dubitate di niente, & eſſo mi riſpoſe Iddio mi aiuterà, e ſono innocente, e così ſe ne venne verſo Paliano in mia compagnia*. Sed cum peruenit ad dictam Terram ab eodem Sergente blandis verbis ductus ad Arcem, carceribus detruſus, & ſucceſſiuè ad Vrbem tranſmiſſus fuit.

Verùm quia in primo conſtituto allegauit loco immuni doloſis blandiſque verbis extractũ fuiſſe in caſu delicti in Bulla ſan. me. Greg.XIV. non excepto, de qua exceptione declinatoria per eundem D.Vrbis Gubernatorem facto verbo cum S.D.N.Clem.IX. de eiuſdem ordine, tamquam extractio ſecuta in Diœceſi Prænestina, vbi

ego

ego Vicarij Generalis vices gerebam, mihi demandata fuit huius articuli immunitatis Eccleſiaſticæ cognitio, ad effectum declarandi an præfato extracto tum catione delicti, tum ratione loci ſuffragetuc immunitas, compilato igitur proceſſu, & diſcuſſo dubio, affirmatiuè reſpondendum duxi.

1 Ratione quidem delicti, quia verſamur in vnica graſſatione, & graſſator vt Eccleſiæ immunitate priuetur, non ſufficit vt ſemel graſſatus fuerit, ſed quod fuit ſolitus, & frequenter graſſare, adeo vt ad effectum priuationis immunitatis Eccleſiaſticæ requiratur plena, & concludens probatio quo ad trinas graſſationes, vt cenſuit *Sacra Congregatio Immunitatis in Leodien. 17. Nouembris 2651. & in alia Beneuentana reſpondit Vincentio Vicario Apoſtolico oretenus inſinuetur Agenti ipſius Vicarij Graſſatores non priuari Immunitate Eccleſiaſtica niſi reiteratis vicibus delictum graſſationis commiſerint 20. Nouembris* 1640. & tradunt *Ambroſin. de immunit. Eccleſia cap. 2. num. 3. & 4. & cap. 3. num. 5. & 6. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 2. verſ. atque adeo, Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 5. ante fin. & in Append. de Immun. Eccl. cap. 12. num. 164. Barboſ. de iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 3. numer. 84. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dubit. 18. num. 2. tom. 2. Ludou. Peguer. deciſ. crim. 40. per totam.*

2 Immò quod neque ſufficiant duo actus, vt quis publicus Latro, & Graſſator dicatur, etiamſi publicè, & cum violentia in via publica deprædatus fuerit, vt exinde à priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ excludatur, traditur à tota caterua, *Canoniſtarum*, vt teſtatur *Diana reſol. moral. par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 15. ſed hoc Megalij ex Igneo in l. 3. §. ſubuertitur num. 107. ff. ad Syllan. Farinac. de immunit. Eccleſ. cap. 10. num. 154. Ambroſin. eodem tract. cap. 6. num. 8. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 84. reprobatis Martha de iuriſdict. par. 2. cap. 55. num. 22. & Megal. in 3. par. lib. 4. cap. 2. q. 1. n. 10.* Contrarium tenentibus.

3 Ratione vero loci, quia liquido conſtat, quod Cherubinus permanebat in loco immuni, dum ſigno manus accerſitus fuit à Clemente, vtpotè quia adhærebat parieti Ianuæ Horti Patrum Capuccinorum exiſten. in circuitu triginta paſſuum à foribus Eccleſiæ eiuſdem Conuentus, quo caſu etiam parietes exteriores Monaſteriorum, & Domorum Religioſorum intra dictos triginta paſſus gaudent Eccleſiaſtica immunitate, tradit *Farinacc. in append. de immunit. Eccleſ. cap. 18. numer. 291.*

4\. Et licet ſit tantum de iure certum, quod huiuſmodi Religioſorum Monaſteria Domus, ac Conuentus gaudeant huiuſmodi immunitate, quoad partes interiores, non autem quoad exteriores, *Tho. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 9. ſect. 1. nu. 1. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauor. Cleric. real. §. 4. num. 37. Diana reſol. moral. par. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 1. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 12. num. 44. & 45. cum alijs per me copiosè relatis in deciſ. 24. à num. 74. cum plurib. ſeqq.*

5 Eſt etiam de iure certum quod Eccleſia gaudeat priuilegia immunitatis quoad confines intra circuitum quadraginta paſſuum ſi ſit maior, & Cathedralis, & intra triginta ſi ſit minor, & inferior, & plus & minus prout aditus, & Eccleſiæ circuitus ſe extendit, aut reſtringitur iuxta textum *in cap. ſicut antiquitus 17. quæſt. 4. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num 29. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 10. num. 4. Farinac. in prax. crim. qu. 28. num. 12. & in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 18. numer. 283. & 284. Thom. del Bene eodem tract. cap. 16. dub. 9. ſect. 8. num. 1. 2. & 3. tom. 2. cum alijs à me copiosè allegatis in deciſ. 27. à num. 2. cum plurib. ſeqq.* vbi de materia.

6 Ac proinde cum paries vbi Cherubinus adhærebat tempore vocationis exiſtat in circuitu dictorum paſſuum, ſi non ratione Conuentus, ratione tamen Eccleſiæ redditur immunis, tanto magis quia huiuſmodi Eccleſia exiſtit extra mœnia Terræ Paliani, & ſic abſque dubio gaudet hac paſſuum immunitate (quidquid ſit in Eccleſijs in Ciuitatibus, & intra ambitum Caſtellorum conſtitutis, de quo latè tradidi in dicta *deciſ. 27. à num 7. cum pluribus ſeqq.* prout fatentur omnes, *Hoſtien. in ſumm. de immunit. Eccleſ. num 8. verſ. capella verò Sarpus de iure Aſylorum cap. 4. fol. 39. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 9. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 10. num. 4. Villalob. in ſumm. lib. 2. tract. 29. diffinit. 5. num. 3. Farinac quæſt. 28. num. 12. Germon de immunit. Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num. 40. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16 dub. 9. n. 6. tom. 2. Bonacin. in tit de immunit. diſ. 3. quæſt. 7. §. 2. num. 5. Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo immunit. in addit num. 1.*

7 Patet igitur ex ijs omnibus Eccleſiam reintegrandam eſſe de perſona extracta, etiam ſi nulla interuenerit violentia, quia confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi poteſt, & ſic nec per viam compulſiuam, nec per viam expulſiuam, nec malis artibus, vt tradunt DD. relati per *Farinac. quæſt. 81. nu. 282. & de immunit. Eccleſ cap. 19. num. 195. & ſeq. Hoſtien. in ſumma tit. eod. num 8. ad fin verſ. & nota quod quandiu Ambroſin. eodem tract. cap. 11. num. 7. Vermigliol. conſil. 99. num. 15. & conſil. 101. num. 7.* alias immunitas redderetur facilè eluſoria, ac proinde non eſſe huiuſmodi malis artibus adhærendum, ſubdit idem *Farinac. de immunit. cap. 20. num. 324. & ſupra citati Doctores.*

8 Propterea exiſtens in Eccleſia gaudere debet eius immunitate ſi à miniſtris, & alijs priuatis ſæculari Curiæ fauentibus, dolo, & malis artibus, blandiſque verbis extrahatur mediante aliqua promiſſione, ſeù ſecuritate, vel ſub ſpe tutæ fugæ, & deinde in fortijs Curiæ Sæcularis tradatur, vt in præſenti, cum huiuſmodi deceptiones & corruptiones dicantur violentiæ factæ Eccleſiæ & doloſa promiſſio hoc caſu vi æquiparetur per *Text. in cap. id conſtituimus 26. ante med. verſ. quid ſi ijs, ibi, actus timore ab Eccleſia diſceſſerit 17. quæſt. 4. Cynus in l. præſenti num. 5. Cod. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. Giurb. conſil. crimin. 100. num. 123. Vermigliol. conſil. crimin. 99. num. 14. & conſil. 101. num. 6. & 7. Marius Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 82. Farinacc. eodem tract. cap. 19. numer. 301. & 304. & cap. 20. numer. 307. & in prax. crimin. quæſt. 81. num. 282. Diana reſolut. moral. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 16. & reſol. 26. par. 1. & clarius par. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 34. verſ. notandum eſt etiam, Villadieg. cap. 11. num. 222, Bo-*

bedil.in Polianthea tom.1. lib. 2. cap. 14. num. 80. & cap.79.num.14.Donat.Anton.de Marin. reſol.quotid. cap.175.num.5. Ciarlin.controuerſ. forenſ. cap. 163. num.37.lib.2 Pignatell.concluſ.99. num. 2.& 4.circa med.tom.1. Maſtrill. deciſ.169. num.12. & 13.lib.2. Fontanel.deciſ.339.num.4. & plurib.ſeqq.lib.5. Cortiad.deciſ.Catalon.76.num.2.& 3.tom.2. Azor.inſtit. moral.par.2. lib.9.cap.9. quæſt.11. Remig.de Gon.de immunit.Eccleſ.fol.26.in fin.inter tract.diuerſ.to.13. Lezana in verbo immunitas num.19.& 78.Nouar.in ſumma Bullar. tom.1. tit.44. num.5.6.& 7.& lib.2. cap.78.Burz.de Paz in pract. tom.1. cap.3. §.3. numer.166.& 167.Villadieg in Polit. cap 3.ſub n.221. & ſeq.Ric.in prax.par.5.reſol.32.num.2.& 3.Sperel. deciſ.104.num.78.par.2. vbi latè probat, neque volentem capi poſſe in loco immuni,*& deciſ.150. num.2.& 65.eadem par.2.* vbi ita fuiſſe reſolutum à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium controuerſiarum iuriſdictionalium Præpoſitorum.

9 Et licet contrarium conentur defendere *Abbas in cap.fin.num.10.de immunit.Eccleſ. Nauar.cap.25. num.21.Remig de Gon.de immunit.fallent.12. to.13. par.1.Decian.lib.6.cap. 26.num.11.& lib.19.cap.16. num.11.tom.2.Suarez lib.1.cap.13.num.2.Silueſter in ſumm.verbo immunitas 3.quæſt.6.num.6.Fillinc.to.1. tract.15.cap.6.num.114.Duard.in Bulla Cœnæ lib.2. conſ.15.quæſt.16.num.34. Facundez lib.4.cap.4. numer.66.Suar.de relig. tom.1.lib.3. cap.13.num.2.Bonacin.in tit de legib diſ.3.quæſt.7.de immunit.§.1.numer.10.Caſtropal.par.2.tract.11.de ren. deb. loc. ſac. diſ.vnica punct.11.nu.3. Layman.lib.4.tract.9.cap.3. num.13.Cartel.de immunit. Eccleſ.lib.1.quæſt.26.Facundez in præcept.Decalog. lib.4.cap.4. caſ.4.nu.56. Peregrin.de immunit.Eccleſ. cap.14.num.1.& 2. Villagut.de extenſ.leg.cap.fin.num.4. & tradunt alij Doctores relati per Farinac.de immunit.Eccleſ. nu.302. cum quibus concordat Thom.del Bene de immunit.Eccleſ.cap.16.dub.25.ſect.5. num.1.& per tot. to.2. vbi nu. 4.* hanc ſententiam dicit eſſe multo probabiliorem tum ob canonum, & iurium verba, quæ violentam tantum extractionem damnant,& improbant, tum quia ad Eccleſiam confugiens, ſi conſentiat ſe extrahi videtur ſpontè immunitati Eccleſiæ renunciare, & ideo nonniſi de ſe ipſo conqueri debet, cum volenti non fiat iniuria, & beneficium non conferatur in inuitum, tum quia Eccleſiæ ſolum intereſt, vt eius fines non violentur, ſed remaneant illæſi, & illibati, adeo vt non debet curare de damno, quod inde ſequitur cõfugientibus,ſi recedant,ac proinde cõcludunt,quod exiſtens in Eccleſia ſi ab eadẽ abſque violentia,ſed tantum blanditijs extrahatur, & deinde extra eius confines capiatur illius immunitate non gaudeat, ac proinde Eccleſiam non remanere læſam, nec eſſe reintegrandam, vt tradit etiam *Anton.de Butr.in cap.inter alia num.5.in verb.violenter de immunit.Eccleſ. Hoſtien.in cap. fin. num.1. in fin.verſ. quod ſi aliqui tit.eod.*

10 Non eſt tamen recedendum à prima ſententia, quia confugiens ad Eccleſiam, non poteſt eius immunitati renunciare nec tacitè, nec expreſsè, eo quia huiuſmodi priuilegium conceſſum eſt loco, & non perſonæ,ac proinde ſemper immunitas Eccleſiaſtica ſuffragatur confugienti ad Eccleſiã, ſi in eadem Eccleſia conſentiat ſe extrahi, quocunque modo conſenſus emanauerit, ſiue ob incuſſum timorem, vel factam violentiam, ſiue ob blanda verba, vel alias deceptiones, vt latè reprobatis contrarijs comprobat *Maſtril. deciſ. 169. num.8.par.2.Mar.Ital.de immunit. lib.1. cap.6. §.2. num.84.& ſeq.Vermigliol.conſil.101.num.5.Sperell. deciſ.59.num.2.tom.1.& deciſ.150.num.2.& 3.to.2. Farinac.in Append.de immunit.Eccleſ. cap.19.n.304.* vbi de veriori.

11 Et contraria ſententia ſaltem procedit, quando confugiens ſpontè, & ex propria voluntate ſine aliorum perſuaſionibus ab Eccleſia recedat, nam tunc poſt egreſſionem ſi conſentiat ſe capi, & ſic renunciet immunitati, qua dum ad Eccleſiam confugerat gaudebat, vtique talis renunciatio valet, quia non habuit initium in ipſa Eccleſia, & conſequenter eius immunitas non cenſetur violata, & hanc veritatem eſſe credit, *Farinac.loco citato nu.304.in fin.verſ.ſed ſi idem Sperel. deciſ.59.nu.2.to.1.& deciſ.150.nu.3.& 4.*

12 Sponte autem exiens non videtur reſtituendus, cum poſſit liberè exeundo ſe priuare ipſius Eccleſiæ beneficio,quo in ea exiſtens potiri poterat, vt latè exornat *Mar.Ital.de immunit. Eccleſ. cap.6. §.2.num.84.& ſeq Sperell.deciſ.59. num.2. par.1.& deciſ.104 num.3.tom.2.*

13 Quinimmò in hac ſententiarum contrarietate eſt diſtinguendum inter ſimpliciter ſuaſum blandis verbis dumtaxat exire è loco immuni, & ſuaſum verbis doloſis, ac fraudolentis, continentibus mendacium, deceptionem, falſaque ſuppoſita ad circumueniendum fallendum, & decipiendum confugientem, & exiſtentem in loco immuni, in primo enim caſu etiam forſan ſibi locum vindicare poteſt contraria ſententia, quod i[illegible] egreſſus ab Eccleſia, & è loco immuni amittat beneficium immunitatis, quoniam volenti non fit iniuria, ſi nimia facilitate, & lenitate ſeipſum oblatis verbis decepit,& ſe ad exeundum induxit, vnde neque ipſi reo fit iniuria, cum eius receſſus non ſit inuitus, & inuoluntarius, neque Eccleſiæ quia re vera non extrahitur, ſed ipſe ſpontaneè egreditur,cum poſſit recedere abſque culpa etiam Clericis, & Miniſtris Eccleſię inuitis, *Nauar. in manual.cap.15. num.21. ex Hoſtien.in cap. vltim.de immunit.Eccleſ.Suarez de Relig. tom. 1.lib.3.cap.13. num.2. quos refert, & ſequitur Iacob.Pignatell.conſult.canon.99.num.3.Sperel.deciſ.150.num.66.tom.2.* vbi quod in ijs terminis recipi poſſunt relati per *Farinac.de immunit.Eccleſ.cap.19.n.302.*

14 In ſecundo vero caſu, quia receſſus non eſt voluntarius, ſed coactus, & ſubortus ex ſuaſionibus mendacijs, & ſuppoſitis veris, & ſic per fraudem, dolum, & machinationem, quæ violentiæ æquiparantur, vtique eſt reſtituendus, tum quia concurrit iniuria facta Eccleſiæ, tum quia non concurrit voluntas eiuſdem rei extracti, vtpote quia doloſè deceptus ex falſo ſuppoſito habendus ſit pro non conſentiente, quod ex veriſimilitudine comprobatur, etenim ſi ſciuiſſet rem aliter ſe habere, veriſimiliter non permiſiſſet ſe ad exeundum induci, nec periculo capturæ ſe expoſuiſſet, dum ad eam euitandam, ad Eccleſiam confugium habuit, & in tutum ſe ponere curauit, adeo vt huiuſmodi actus præcedens oſtendit voluntatem diſſentientem callidis, & doloſis perſuaſionibus.

15 bus ſubſequentibus ; fraus enim nemini debet patrocinari, immò punienda eſt, *l. verum eſt, §. tempus autem ff. pro ſocio, l. tranſactione C. de tranſactionibus, & in hac ſententia reſidet Maſtrill. deciſ. 169. num. 13. Vermigliol. conſil. crimin. 99. nu. 14. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 99. nu. 3. & 4. verſ. in terminis vero ſecundi caſus.*

16 Et in puncto ſi priuatus ſub ſpecie amicitiæ reum blanditijs induxerit ad egrediendum ab Eccleſia, vt eundem in manus Curiæ tradat, eo quia ex huiuſmodi dolo, & deceptione reſultat coacta voluntas, vtique eſt Eccleſiæ reſtituendus, etiam ſi Iudex, eiuſque Miniſtri non fuerint conſcij, & participes huiuſmodi fraudis, cum exuberet quod ſic per fraudem extractus, Iudex retineat, cuius vigore non firmatur, nec per eum acquiritur iuriſdictio in reum, vt comprobat *Sperel. deciſ. 48. à num. 61. to. 1. & deciſ. 150. à num. 70. vſque ad fin. reprobato Remig. de Gon. de immunit. Eccleſ. fallen. 26 ſub num. 7. propè fin. verſ. ſi vero, & Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13. num. 17.* vbi tenet, quod ſi quis à miniſtris iuſtitiæ, vel priuatis perſonis ab Eccleſia extrahatur per vim, Iudex qui huiuſmodi violentiæ non fuit particeps non incurrat excommunicationem, nec illum reſtituere teneatur, cum loquatur ſine lege, & ratione

17 ſed *Tho. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 25. ſect. 5. num. 14. & 15.* docet hoc caſu, quod Iudex ſi deceptioni conſentiat teneatur Eccleſiæ reſtituere, ſecus ſi particeps deceptionis non fuerit, cum tunc reum ſic deceptum extra Eccleſiam inuenerit poteſt illum capere, & contra illum procedere *tom. 2.* ſed pariter loquitur ſine lege, & ratione.

18 Quibus accedit, quod præfato Cherubino promiſſa fuit ſecuritas prius extra locum ſacrum per Maſtrillum publicum Baiulum nomine præfati Sergentis Maioris, qua non obſtante immediatè, & directo tramite habuit confugium ad locum immunem, in quo dum permanebat demum à Clemente nomine eiuſdem Sergentis reiterata fuit eadem promiſſio ſecuritatis, ſub qua è dicto loco immuni egreſſus fuit, vnde puniri, nec retineri poteſt, cum priuilegio immunitatis ceſſerit pro ſecuritate promiſſa, vndè Iudex tenetur, & ſi nolit per Epiſcopum cogi poteſt hanc ſecuritatem ſeruare pro reintegranda Eccleſia, cum alias talis ceſſio immunitatis redditur nulla *ita Tho. del Bene de immun. Eccleſiaſt. cap. 16. dub. 25. ſect. 5. num. 13. tom. 2. Nauar. cap. 25. num. 22. in fin. Cyn. in l. præſenti nu. 5. C. de ijs, qui ad Eccleſiam confug. Baiard. ad Clar. quæſt 30. num. 2. & 27. Barboſ. de vniuerſ. iure Eccleſ. tom. 2. cap. 3. num. 54. Cutel de immunit. Eccleſ lib. 1. quæſt. 27. num. 11. Lezana in verb. immunit. Eccleſiaſt. num. 19. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 12. Farinac. quæſt 81. num. 282. & in Append. de immunit. cap. 19. num. 301. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 11. Maſtril. deciſ. 169. num. 12. lib. 2.*

Nec quidquam facit Cherubinum receſſiſſe è loco immuni ad nutum Clementis amici, & ſic per ſignum puræ, & ſimplicis vocationis, & non per malas, doloſas, & callidas artes, & deceptiones, adeout ſi poſt regreſſum, in Ara extra locum immunem acceptauerit, & conſenſerit promiſſioni ſecuritatis ſibi factæ, dici nequeat è loco immuni malis artibus extractum fuiſſe, quia huiuſmodi ſignum cum emanauerit cauſa vocandi Cherubinum, ad effectum eidem promittendi fraudolentam, & deceptoriam ſecuritatem, redditur deceptorium, & doloſum, prout fuerunt ſubſecuta verba falſæ promiſſionis, tamquam continuatiua, & clarè expreſſiua, quod tacitè per nutum Clemens exprimere, & perſuadere intendebat, vnde nulla differentia conſtituenda eſt inter ipſum ſignum, ſeu nutum, & ſubſequentia verba, tamquam initium inchoatiuum ſub-

19 ſecuti ſermonis, per nutus enim etiam homines loqui dicuntur, ac proinde nutus verborum vim tenent *Franciſc. Salern. conſil. 41. §. 1. ſub nu. 10. lib. 1. Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 31. num. 2. Onnat. de contract. tract. 2 diſ. 6. ſect. 3. n. 49.*

Ex quibus licet nõ fuerit denegatum Cherubino beneficium immunitatis Eccleſiaſticę, ob criminis tamen grauitatem facto verbo cum Sanctiſſimo condemnatus fuit in pœnam extraordinariam, ſcilicet ad triremes per ſeptennium, alij vero ſocij criminis fuerunt ſuſpenſi.

20 Eſt autem animaduertendum, quod extractus ab Eccleſia, qui gaudere debet priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, & ex gratia à Summo Pontifice concedatur vt puniri poſſit alia pęna, quam mortis, & mutilationis membrorum, executio demandatur, & fieri debet à Iudice Eccleſiaſtico, & ita Vrbanum VIII. obſeruari iuſſiſſe in vna Ianuen. 14. Ianuarij 1634. & Archiepiſcopo Ianuen. demandaſſe 2. Ianuarij 1643. & Epiſcopo Cremonen. 16. Decembris 1647. quæ reſolutiones referuntur de verbo ad verbum per *Pignatell. conſult. canon. 127. num. 19. & 20.*

S V M M A R I V M.

1 Nemo inuitus extrahi poteſt è loco immuni, & ſi de facto extrahatur reſtituendus eſt.

2 Amp. vt neque poſſit reus in Eccleſia carcerari, aut vinculis alligari.

3 Egreſſus ab Eccleſia cauſa exonerandi corpus quando gaudeat immunitate.

4 Extractus per metum eſt reſtituendus Eccleſiæ, & num. 5.

6 Epiſcopus non poteſt extrahere confugientes ad Eccleſiam ad effectum examinandi in cauſa criminali.

7 Exiſtens in Eccleſia non poteſt obſideri, nec denegari neceſſaria ad ſubſtentationem.

8 Confugiens ad Eccleſiam ſi non habeat vnde ſe ſubſtentare valeat Eccleſia tenetur in ſubſidium eidem ſumminiſtrare neceſſaria.

9 Curia ſæcularis obſidens reum in caſu excepto extra confines Eccleſiæ, non cenſetur attentare contra Bullam Gregorianam.

10 Confugiens ad Eccleſiam in caſu excepto poteſt retineri in bona cuſtodia donec cognoſcatur an gaudere debeat immunitate.

11 Reus exiſtens in Eccleſia armis prohibitis ſpoliari non poteſt, & non facta reſtitutione non abſoluitur à cenſura.

12 Confugiens ad Eccleſiam cum armis prohibitis gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

13 Contrarium in caſu delationis archebuſetrorum, pro cuius delatione eſt impoſita pæna capitis, quæ ſententia reprobatur.

14 Reus rebus ſuis iuſte poſſeſſis, & ad Eccleſiam tranſlatis ſpoliari non poteſt.

15 Sine licentia Iudicis Eccleſiaſtici neque reus ſpoliari poteſt bonis alienis, alijs obligatis, vel furto ablatis. Contrarium num. 16. præcipue recuſante Iudice Eccleſiaſtico, ſed hæc ſententia reprobatur num. 17.

18 Licentia extrahendi bona aſportata ad Eccleſiam per confugientes obtinenda eſt à Sacra Congregatione.

19 Extractus per Iudicem Laicum in caſu renitentiæ Iudicis Eccleſiaſtici eſt reponendus ad carceres Eccleſiaſticas ad effectum expectandi ſententiam declaratoriam.

20 Sine Epiſcopi licentia non poteſt fieri extractio cadauarum, vulneratorum, ad effectum examinandi, & faciendi recognitionem, ſed ſi huiuſmodi actus eſſent faciendi in ipſa Eccleſia licentia eſt obtinenda à Sede Apoſtolica.

21 Regulares non poſſunt concedere hanc licentiam.

22 Confugiens ad Eccleſiam ſi libere egrediatur amittit priuilegium immunitatis.

23 Facinoroſi, & debitores non ſunt in Eccleſia recipiendi.

24 Semel confugiens ad Eccleſiam per eius receſſum non amittit priuilegium immunitatis declara vt num.25.

26 Sponte recedens ab Eccleſia damnari poteſt per Iudicem Laicum.

27 Reus confugiens ad Eccleſiam in caſibus non exceptis in contumaciam damnari poteſt per Iudicem Laicum.

28 Exiſtens in Eccleſia ſi detineatur in carceribus donec cognoſcatur an gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica, ſi aufugiat, & à Curia ſæculari capiatur immunitas eidem non ſuffragatur.

29 Detentus à Birruariis ſi ita detentus traxerit ſecum eoſdem ad Eccleſiam, non gaudet eius immunitate, niſi liber cunfuerit 31. Contrarium num. 30.

32 Qui liber aufugit à triremibus, & ad Eccleſiam confugiat gaudet eius immunitate.

33 Ligatus ferreis catenis ſi confugiat ad Ecclaſiam gaudet eius immunitate,

34 Exemptus ab alijs è manibus curiæ, ſi ad Eccleſiam confugiat gaudet eius immunitate.

ADNOTATIO I.

An reus è loco Sacro, inuitus, vel conſentiens extrahi poſſit, & quibus caſibus extractio reddatur illicita.

1 INdubitatum eſt apud omnes orthodoxos quod non poſſit reus è loco ſacro extrahi inuitus, quod ſi inuitus extractus fuerit reſtituendus ſit Eccleſiæ, vt habetur, *leg. 2. C. de ijs, qui ad Eccleſiam confug. & in cap. inter alia de immunit. Eccleſ. cap. de his, qui ad Eccleſ. confug. cap. ſicut antiquitus cap. minor. cap. frater cap. reum, & cap. definiuit 17. quæſt. 4.*

2 Amp. vt neque poſſit reus in Eccleſia incarcerari, vinculis alligari, vel alio quocumque modo vexari, etiam reo conſenſiente immo de facto captus ſtatim Eccleſiæ, cui dicitur vis illata erit reſtituendus, quia immunitatis priuilegium Eccleſiæ vniuerſali proprie, & principaliter conceſſum fuit, non autem perſonis confugientium, quibus indirecte propter localem exiſtentiam huiuſmodi beneficium impartitur, & communicatur, *leg. præſenti C. qui ad Eccleſ. confug. cap. definiuit 17. quæſt. 4. Tuſch. in verbo Eccleſia concluſ. 10. nu. 12. & 16. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 27. num. 6. Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 51. Scortia Theor. 385. Bobadil. in ſua Polit. lib. 2. cap. 14. ſub nu. 80. verſ. vndecimo à eſto tom. 1. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 25. ſect. 3. n. 1. iuncto dub. 27. num. 1. tom. 1. ex late deductis per Maſtril. deciſ. 169. num. 9. & 10. Farinac. quæſt. 28. num. 9. & in Append. de immunit. cap. 19. num. 297.* & reprobato *Ia. de Vectbis, & Franciſco Molina in tract. de ſacra homicid. amitten. immunit num. 185. & ſeq. late tradit Sperel. deciſ. 104. num. 79. tom. 2.*

3 Amp. 2. vt reus egreſſus ab Eccleſia ad exonerandum ventrem ſtatim regreſſurus, cum moraliter non cenſeatur egreſſus è loco ſacro, gaudere debet immunitate Eccleſiaſtica, dummodo in domibus extraneorum non ſe recipiat, ſed tantum progrediatur per ſpatium 30. paſſuum, *cap. definiuit 17. quæſt. 4. Curtellius de immunit. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 26. nu. 11. Diana par. 1. tract. 1. reſol. 36. Suar. reſol. moral. cum alijs relat. per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 25. ſect. 2. num. 1. & 2. tom. 2.*

4 Amp. 3. vt etiam ſit Eccleſiæ reſtituendus reus extractus per metum eidem incuſſum, puta ob perſuaſam extractionem de eo faciendam à Iudice ſæculari, cuius timoris incuſſione ſi ab Eccleſia recedat, ad effugiendam extractionem, non poteſt à Iudice laico incarcerari, & puniri, cum tali caſu moraliter non tam egredi, quam per violentiam extrahi ex Eccleſia cenſeatur *Lezana in verb. immunitas Eccleſiaſt. num. 18. Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 2. num. 55. ex text. in cap. ſicut antiquitus, & cap. minor. 17. quæſt 4.* & reprobatis *Abb. Syluestr. & alijs apud Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 14. num. 2. docet Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 25. ſect. 4. num. 1. tit. 28. num. 1. tom. 2.* vbi quod Iudex laicus nec mittere
5 poteſt ſatellites, vel milites in locum immunem, vt ob metum reus inde diſcedat, vt capi poſſit, reprobatis contrarium tenentibus.

6 Amp. 4. vt neque poſſit Epiſcopus extrahere confugientes ab Eccleſia ad effectum examinandi in cauſa criminali, vt cenſuit *Sacra Congregatio Immunit. in vna Mutinen.* ſcilicet *Epiſcopo Mutinenſi, vt Rynaldum extractum reſtituat loco immuni, & ipſe conſulet propria conſcientia, quia non erat locus extractioni, nec de iure permittitur extractio ad effectum examinis in cauſa criminali 13. Iulij 1638.*

7 Ampl. 5. vt reus dum in Eccleſia exiſtit non poſſit obſideri neque denegare, minuſque prohibere ne eidem ſumminiſtrentur neceſſaria pro victu, & veſtitu, aliaque ad vitæ ſubſtentationem opportuna alioquin eſſet illum per indirectum ab Eccleſia extrahere, & contra Eccleſiaſticam immunitatem operari, vnde ad hunc finem obſidentes, & prohibentes tamquam immunitatis Eccleſiaſticæ violatores varijs pœnis afficiuntur tum de iure ciuili vt habetur in *leg. 2. & in leg. præſenti C. de ijs, qui ad Eccleſ confug.* tum etiam de iure canonico, vt *in cap. definiuit 17. quæſt. 4. cap. nullus, cap. ſi quis contumax. cap. minor, cap. id conſtituimus eadem 17. quæſt. 4 Anton. Gom. de delict. tom. 3. cap. 10. tit. quando reus gaudeat immunit. num. 1. Clar. in §. læſa Maieſt. num. 21. Scortia Theor. 384. Lezana in verb. immunitas Eccleſiaſt. num. 18. Farinac. de carcer. & carcerat. quæſt. 28. num. 9. cum alijs per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 19. num. 1. & 2. cum ſeq. tom. 2.* vbi ſubdit, quod ſi reus in Ec-
8 cleſia exiſtens non habeat neque de ſuo, neque de bonis conſanguinei, aut amici vnde viuat teneatur Eccleſia alimenta illi præſtare, ſecus ſi habeat propria, nam tunc ex eis ſe ſubſtentare debet, *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 29. nu. 3. Farinac. quæſt. 28. num. 9. & in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 19. nu. 299. Peregrin. eodem tract. cap. 13. num. 12. Boer. deciſ. 303. num. 1.* à quibus diſſenſit *Sarpus* contrarium tenens *in tract. de iure Aſylorum cap. 2. fol. 30.*

9 Sed hoc limita vt non procedat quando Curia ſecularis obſideret Eccleſiam extra eius fines, ne reus, qui ad eam confugit, inde fugam arripiat, ſi perpatrauit crimen exceptum, dummodo

de-

delinquenti nullum damnum inferatur dum exiſtit in loco ſacro, & hoc non eſſe contra, vel præter conſtitutionem Gregorij XIV. tradit *Farin.& DD. per eum relati in Append. de immunit. Eccleſ.cap.19. num.299. circa med. Ambroſin. tract. eod. cap.11.in fin. Mar. Ital. tract. eod. lib.1. cap.6. §. 2. num.52.*

10 Quinimo licet confugiens ad Eccleſiam non poſſit in vinculis retineri, *Anton. Germon. de ſacror. immunit. lib.3. cap.16. num.93. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Eccleſia concluſ.10. num.12. & 16.* nihilominus quando agitur de caſu excepto in Bulla Gregoriana poſſunt rei, qui ad Eccleſiam confugiunt poni in compedibus, vel cum bona cuſtodia donec cognitum fuerit, an gaudere debeant immunitate Eccleſiaſtica, *Anton. Germon. loco citato num.93. verſ. & licet Clar. in §. fin. quæſt.30. verſ. quarto modo Farinac. quæſt.28. num.10. & in apped. de immunit. cap.19. num.298.*

11 Amp.6. vt neque reus dum exiſtit in Eccleſia armis prohibitis ſpoliari poteſt, vt determinauit *Sac. Congregatio immunit. in vna Regien. 24. Iulij 1634. relat per Dian. poſt partem 5. reſol. moral. fol.1. num.2. verſ. & laicos, & in alia Venuſina 16. Ianuarij 1635.* vbi, *cenſuit arma etiam prohibita non poſſe auferri à Curia laicali, & ideo bene proceſſum ad cenſuras contra eos, qui abſtulerunt, & non reſtituerunt*, adeo vt niſi facta reſtitutione armorum Sac. Congregatio Immunitatis non concedit facultatem abſoluendi à cenſura incurſa vt cenſuit *in vna Ianuen.9. Decembris* 1638.

12 Confugiens enim ad Eccleſiam geſtando ſecum archebuſium, aliaque arma prohibita vtique gaudent immunitate Eccleſiaſtica, quia ſolum delicta homicidij, & mutilationis membrorum excluduntur ab immunitate in conſtitutione Gregorij XIV. non autem alia grauia delicta etiam in Eccleſia perpatrata non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium, *Ciarlin. controuerſ. foren. cap.10. num 16. Marant. in controuerſ. iur. num.2 par.2. reſponſ.37. num.1. Nouar. in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num.6. Ambroſin. eod. tit. cap.5. num.5. Guazin defenſ.1. cap.29. num.7. Peregrin. de immunit. cap.12. num.11. Diana reſol. moral. par.1. tract.1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol.17. & late par.6. tract.1. eod. tit. reſol.8. verſ. vnde ſic confugiens Cartar. deciſ. crim.74. num 8. & deciſ.46. num.15. & 16. Sperel. deciſ.59. num.11. & ita declaraſſe Sacram Congregationem Immunitat. in vna Salernitana 30. Septembris 1616. refert Diana poſt partem 5. reſol. moral. fol.1. num.2.*

13 Contrarium docent *Rebuf. in conſtit. Gallic tom. 2. tit. de immunit. Eccleſ. gloſ.1. num.28. Villadieg. in Polit. cap.2. num.244. Sarpus in tract. de iure Aſylor. cap.5. fol.43. Farinac. quæſt.28. num.66.* vbi loquitur in confugiente ad Eccleſiam cum armis prohibitis, pro quorum delatione impoſita eſt pœna capitalis vigore particularium conſtitutionum, vt in Vrbe pro delatione archebuſettorum vigore conſtitutionum SS. Pontificum, quia tunc delatio armorum non leue, ſed graue delictum reputatur, vnde credit bene armatum poſſe in Eccleſia capi tamquam in ea delinquentem ſecus in eo, qui propter armorum delationem non poſſit ita grauiter puniri, quæ *Farinacij* doctrina in terminis conſtitutionis Gregorianæ non ſubſiſtit, cum huiuſmodi caſus non fuerit in eadem exceptus ac proinde reus non eſt priuandus priuilegio immunitatis Eccleſiæ.

14 Amp.7. vt neque poſſit reus in Eccleſia bonis ſuis, iuſte poſſeſsis, quæ ſecum ad Eccleſiam tranſtulit ſpoliari *cap. definiuit, ibi, aut quodcunque nocibilitatis 17. quæſt.4. Couar. lib.2. var reſol. cap.20. num.16. Scortia Theor.385. Lezana in verbo immunitas num.18. & 19. Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 19. num. 100. & ita declaraſſe Sacram Congregationem refert Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.30. num.1. tom.1.*

15 Amp.8. vt abſque licentia Iudicis Eccleſiaſtici neque ſpoliari poteſt confugiens ad Eccleſiam bonis alienis, vel alijs obligatis, vel furto ſublatis, quia Iudex laicus non poteſt exercere iuriſdictionem in Eccleſia, & ita determinaſſe *Sac. Congreg. Epiſcop. in Salernitana die 30. Septembr. 1616. refert Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16 dub.30. num.5. tom.2. & docet Marant. in controuerſ. iur. par.2. reſponſ.37. num.1. Nouar. in ſumm. Bullar. tit. de immunit. an.6. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap.10. num.16. Lezana in verbo immunitas num. 19. Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap.16. num.248.* vbi ait quod contraria ſententia procedat de iure ciuili, ſecus de iure canonico.

16 Contrarium quod poterit à Iudice ſæculari ſpoliari, non per modum iuriſdictionis exercendæ, ſed per modum facti, & iuris defenſionis naturalis. *Curtellus de immunit. Eccleſ. lib.2. quæſt.8. Suar. lib.3. cap.12. nu.3.* vnde quod raptor ſpoliari poſſit fœmina capta ſi ad Eccleſiam ſecum traxerit, vt docent *DD. relati per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub. 30. num.2. cum ſequen. tom.2.*

17 Sed quidquid ſit an prima, vel ſecunda opinio, vel ſententia in puncto iuris ſit probabilior in praxi ſequendum exiſtimauit *Thom. del bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.30. num.8. tom.2.* quod ſemper Eccleſiæ ſuperior requirendus ſit, quod ipſe hoc præſtet, & ſi renuat præſtare, quod per laicos miniſtros armorum prohibitorum, & rerum furtiuarum ablatio fieri poſſit, ea motus ratione, quia vigore Gregorianæ conſtitutionis in caſu renitentiæ Iudicis, ſeu Superioris Eccleſiaſtici permittitur laicis extractio confugientis ad Eccleſiam, ac proinde ſi permittitur in perſonæ extractione, multo magis permitti debet in armorum prohibitorum, & rerum furtiuarum ablatione.

18 Non eſt tamen recedendum à prima ſententia non obſtantibus allegatis per *Thomam del Bene*, quia ex Bulla Gregoriana in caſibus tantum exceptis, & in quibus confugientes ad Eccleſiam non gaudent eius immunitate permittitur extractio confugientium in caſu renitentiæ Iudicis Eccleſiaſtici, ac proinde in alijs caſibus non exceptis huiuſmodi facultas cenſetur denegata, & cũ non militet eadem ratio, neque debet militare eiuſdem Bullæ diſpoſitio, immo abſque licentia Sacræ Congregationis Immunitatis, neque Ordinarius poteſt deuenire ad hanc extractionem vt cenſuit in vna *Neritonen.* ſcilicet, *Bona confugientium aſportata in loco immuni poſſe extrahi per Ordinarium loci, ſed pro licentia ad Sacram Congregationem recurrendum 17. Ianuarij 1628.*

Et

Et in alia Neapolitana, *detur facultas extrahendi bona debitorum à locis immunibus non autem perſonas 1. Septembris 1643.*

Vlterius in Ciuitatis Caſtellanæ cenſuit, *concedendam eſſe Epiſcopo facultatem extrahendi bona à locis immunibus ſolitis literis circularibus 31. Maij* 1650.

Rurſus in vna Milanen. cenſuit, *dandas eſſe literas in forma pro extractione librorum, & ſcripturarum à loco immuni, quo vero ad perſonam Franciſci Battalia præſcribendum terminum quatuor Menſium 6. Decembris* 1650.

19 Immo ſi Laicus Iudex in caſibus exceptis, & ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici extraxerit reum ad Eccleſiam confugientem vigore Gregorianæ conſtitutionis, debet extractum ad Epiſcopales carceres ducere, ad effectum expectandi ſententiam declaratoriam an ſcilicet intret nec ne immunitatis Eccleſiæ priuilegium ita *Sperel. deciſ. 104. num. 2. tom. 2.*

20 Amp. 9. quod neque Iudex laicus poteſt è loco immuni extrahere cadauera, ad faciendam recognitionẽ pro probando corpore delicti, minuſque exhumare cadauera, vt fiat recognitio, in ipſa Eccleſia, vel extra eam ſine Epiſcopi licentia, & ita declaraſſe *Sac. Congregat. Immunit. 2. Maij* 1629. *refert Dian. poſt 5. par. reſol. moral. in tit. Delarat. Sac. Congreg. num. 64. vbi quod quæſitum fuit à Sacra Congregatione Immunitatis declarari an Epiſcopus tamquam ordinarius poſſit concedere licentiam Iudici laicu vt examinet præſertim cum iuramento, & formaliter aliquem reum, vel teſtem in Eccleſia aliòque loco immuni, & Epiſcopus teneatur etiam inuitus licentiam concedere eidem Curiæ exumendi cadauer occiſi ad recognitionem faciendam* Sac. Congregatio die 2. Maij 1629. cenſuit *Epiſcopum non poſſe huiuſmodi licentiam concedere etiam vigore literarum Sacrarum Congregat. ſuper electione, ſed petendam à Sede Apoſtolica, nec quod cadauera exhumentur vt fiat recognitio in ipſa Eccleſia, ſed extra, & arbitrio ipſius Epiſcopi, prout etiam determinauit in vna Nullius die 2. Maij* 1629. quæ declaratio confirmata fuit *in vna Recanaten.* ſcilicet, *Sacra Congregatio præuia matura diſcuſſione, & communi omnium Patrum conſenſu cenſuit ſtandum eſſe in deciſis ſub die 2. May 1629. ſcilicet Epiſcopos poſſe corpora exhumenda, vulneratas, & teſtes extrahi facere extra Eccleſias, & loca immunia ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti per Iudices, & Miniſtros laicos faciendam, eorundem ipſorum Epiſcoporum arbitrio recte tamen regulato, non autem poſſe facultatem concedere eiſdem Iudicibus, & Miniſtris laicis faciendi in dictis Eccleſijs, & locis immunibus actum aliquem recognitionis cadauerum, ſeu examinis vulneratorum, & teſtium, niſi in caſu vrgẽtis neceſſitatis, quando Summus Pontifex commode adiri non poteſt, idque per eorundem Epiſcoporum arbitrio recte tamen regulato,*

21 *Superioribus vero regularibus minime licere etiam in Eccleſijs, & locis immunibus ipſorum Regularium, ſed id ad Epiſcopos ſolum ſpectare 8. Auguſti* 1645.

Et in *Fauen.* eadem Sacra Congregatio cenſuit *detur facultas Epiſcopo pro aliquibus caſibus faciendi recognitionem cadauerum ad effectum procedendi etiam in Eccleſijs, & Conuentibus Regularium iuxta declarationes huius Sacræ Congregationis 20. Aprilis* 1629. de quibus, & de materia latè *Sperel. deciſ. 51. num. 16. 17. & 18. & per totam tom. 1.*

22 Limit. 1. quod ſi reus libere egrediatur poterit eum ſic egreſſum extra locum Sacrum Iudex ſæcularis capere, & punire, cum immunitas reo ſit tantum conceſſa ratione loci, & ſic tamquam localis non ſequitur perſonam quocunque progrediatur, ſed tantum quatenus permaneat in loco immuni, vbi etiam reo conſentiente extrahi nequit, cum non ſit in eius arbitrio renunciare priuilegio locali. *Decian. reſol. crim. lib. 6. cap. 26. n. 11. Farinac. in Append. de immunit. cap. 19. n. 306. Lezana in verbo immunitas Eccleſiaſt. num. 18. cum alijs per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 25. ſect. 1. num. 2. tom. 2.*

23 Limit. 2. quod licet reus ad locum Sacrum confugiens in caſibus non exceptis gaudeat immunitate Eccleſiæ, & expelli non poſſit, nec à Clericis, nec à Regularibus ab eorum domibus, vel Conuentibus immunitate gaudentibus *cap. minor. cap. reum, cap. id conſtituimus, cap. definiuit, cap. ſicut antiquitus 17. quæſt. 4. cap. de raptoribus 36. quæſt. 1. cap. inter alia de immunit. Eccleſ. leg. præſenti C. qui ad Eccleſ. confug. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub 48. num. 1. cum ſeq. tom. 2.* tamen quia Eccleſia non debet eſſe receptaculum malorum in in præiudicium iuſtitiæ, & contra mentem Sacrorum canonum, Rectores, & Superiores dictarum Eccleſiarum, condemnatos, Bannitos, fures, aliaſque perſonas facinoroſas, ac etiam debitores fugitiuos non debent eos in Eccleſijs alijſque locis immunibus recipere, & quatenus confugiant eos dimittere, nec illis permanere facere ſub pœnis arbitrio Sanctiſſimi reſeruatis, vt iuſſit Clemens VIII. quibuſdam literis ſub datum 7. Maij 1595. & 11. Aprilis 1602. relatis per *Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 22. num. 148. & ſeq. vbi late comprobat per has literas non fuiſſe derogatum Bullæ Gregorij XIV. de immunitate.*

24 Et quamuis reus eo quod ad Eccleſiam ſemel confugerit per eius receſſum non amittat Priuilegium immunitatis, ac proinde puniri nequeat per Iudicem laicum *Oldrad. conſ. 154. in fine Silueſt. in verbo Immunitas quæſt. 4. Angel. eodem verb. quæſt. 16. Armil. eodem verb. quæſt. 12. Io: de Viſcb. de immunit. Eccleſ. num. 54. Decian. conſ. 80. num. 9. lib. 3. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 12. Fagundez part. 2. lib. 4. num. 43. Perſius de Offic. Sacerdot. lib. 1. cap. 9. dub. 12. num. 121.* vbi de veriori in iure, & quod hoc ſit immunitatis Priuilegium.

25 Hoc tamen ſibi locum vindicat in tribus caſibus primo quando reus condemnatus fuit à Iudice, Eccleſiaſtico ſecundo quando delinquens extrahitur ab Eccleſia in caſibus non exceptis, in quibus delinquentes confugientes gaudent; tertio quando reus extrahitur ab Eccleſia abſque Epiſcopi licentia in caſibus exceptis, vt declarat *Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 33. verſ. ſed quidquid ſit Thom del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap. 16. dub. 31, num. 14. tom. 2.*

26 Cæterum, quod quandiu quis in Eccleſia perſeuerat tutus ſit, ſed ſi inde exeat, & capiatur corporaliter damnari poſſit, firmat *Franciſ. Suarez. de Statu Religion. lib. 3. cap. 12. num. 5. verſ. dixi autem reprobata Silueſtrina in locus per eum relata* contrarium ſentiente *Raſel. in verb. immunitas il 2. num. 4.*

num.4. Decian. in tra&. crim. lib.9.cap.26. nu. 11. vbi pariter reprobat *Io: de Vſcbis*, & hanc Sententiam veriorem credit *Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap.19. num.306.* & licite ab Eccleſia extractum, ſine poſt ſpontaneum receſsum captum, ſemper vidiſse puniri perinde ac ſi nunquam ad Eccleſiam confugiſset teſtatur *Clar. in §. fin. quæſt.30. num.21.* & ita etiam de ſtylo Franciæ ſeruari tradit *Boer. deciſ.109. num.8. in fine.*

27 Et quod conſuetudine nunc receptum ſit, vt reus ſi ad Eccleſiam confugiat in caſibus non exceptis Iudex Sæcularis eum inquirat, & citari faciat, & ſi non compareat, in contumaciam condignæ iuxta delicti qualitatem pœnæ etiam capitalis proferat Sententiam, licet ob exiſtentiam in loco Sacro executioni mandare non poſsit ob eius immunitatem, vt ex *Claro, & Farinac. tradit Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.21. num.11. & 16. tom.2.*

28 Limit.3. vt exiſtens in Eccleſia, ſi detineatur in carceribus etiam Curiæ Sæcularis nomine tamen Epiſcopi donec cognoſcatur an gaudere debeat Eccleſiaſtica immunitate, ſi interim fugam arripiat, & ſucceſsiue à Curia Sæculari captus fuerit, poteſt ab eadem condemnari, etiam non expectata Epiſcopi Sententia quia per actum arreptæ fugæ, voluntarie cenſetur receſsiſse è loco immuni, cuius nomine in carceribus retinebatur, & ſic amiſiſse Priuilegium immunitatis, quod tantum exiſtentibus ratione loci ſuffragatur *Farinac. in Appen. de immunit. Eccleſ. cap.19. num.306. in fin. Mar. Ital. eod.tract. lib.1.cap.6. §.7.num.38. Thom. del Bene eodem tract. cap.16. dub.31. nu.17. tom.2.*

29 Limit.4. vt detentus à Birruarijs, ſi traxerit ſecum vim faciendo intus Eccleſiam birruarios non gaudeat immunitate, niſi liber, & ſolutus euaſerit manus familiæ *Nouar. in Summa Bullar. tit. de Immunit. Eccleſ. num.14. Ambroſin. eod. tract. cap.10. num.10. Gram. deciſ.141. Peguer. dec.251. & ità ſæpe firmauit Sacra Congregatio Immunit.* & ſignanter *in vna Florentina ſub die 6. Nouembris 1634. in qua cenſuit Oratorem non gaudere immunitate Eccleſiæ, quia ligatus vna cum birruarijs ad Eccleſiam confugit*, & in alia *Geracen.* in qua quædam Mulier dum ad carceres ducebatur, & fugam arripuerit verſus Eccleſiam, & ante quam ad eam perueniſſet, fuit à birruarijs detenta per faldam, quæ nihilominus vim faciendo ingreſſa eſt Eccleſiam remanendo medius intra, & medius extra, & extracta à birruarijs, *eadem Sacra Congreg. cenſuit ſupradictam Eliſabetham non gaudere Priuilegio immunitatis, ſicut ſupponit Epiſcopus, quod fuerit prius apprehenſa, & ſemper retenta à birruarijs die 26. Septembris 1651.*

30 Contrarium vero, quia nec *in cap. inter alia*, nec in Conſtitutione Gregoriana excipitur hic caſus, ac proinde ita confugiens non eſt à Priuilegio Immunitatis excludendus, tanto magis quia dicta Bulla habet clauſulam ſublata, & Decretum irritans, cuius vigore ſicut non ſunt amplianda, vel extendenda eius verba, ita non ſunt limitanda, aut declaranda, ſed intelligenda prout ſonant, ita *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.33. num.30. & 32. tom.2. Diana reſol.moral.par.3. tract.1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol.36. & part 4. tract.1. eodem tit. reſol.106. verſ. ſed ego alibi ex Italia, Farinac. & Caſtro Palao in opere moral.tom.2. de immunit. diſ. vnica punct.7. num.11. quos allegat.*

31 Sed ſi liber euadat è manibus familiæ vtique gaudet Eccleſiaſtica immunitate ſi ad Eccleſiam confugiat, vt cenſuit Sacra Congreg. Immunit. ſcilicet *Oratorem debere gaudere immunitate Eccleſiæ, quotenus liber è manibus cuſtodis extaret dum portam Eccleſiæ apprehendit die 29. May 1646. Cariati, & in Opidanen. 25. Martij 1645. cenſuit, il-*
32 lum, qui liber aufugit à triremibus, & ad Eccleſiam confugit gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica.

33 Et ligatus ferreis catenis ſi confugiat ad Eccleſiam gaudet eius immunitate, quia cenſetur libere euaſiſſe è manibus familiæ, vt cenſuit *Sacra Congregatio Immunitatis in Beneuentana 15. Nouembris 1638.*

34 Et non ſolum, qui ſe eximit à fortijs Curiæ, ſed etiam ſi ab alijs exemptus fuerit, & ad Eccleſiam confugiat gaudere debet Eccleſiaſtica immunitate, cum vtroque caſu liber, & ſolutus, non autem detentus, & captiuus ad Eccleſiam confugiat etenim per libertatem quocunque modo acquiſitam confertur ius confugiendi ad Eccleſiam, vt latè comprobat *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.16. dub.33. à num.21. 23. 24. & plurib. ſequen. tom.2.*

SVMMARIVM.

1 Graſſatores viarum non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.
2 Publici Latrones veniunt nomine graſſatoris, & in quo differant ſ.
4 Publici Latrones, & Graſſatores viarum qui ſint, & n. ſ. 6. 7.
8 Differentia quæ ſit inter ſimplicem, & publicum latronem.
9 Graſſator vt Eccleſiaſtica immunitate priuetur non ſufficit præſumptio, & dubitatio,
10 Publicus Latro priuatur immunitate Eccleſiaſtica propter notorietatem tàm facti, quàm iuris.
11 Et requiritur, vt deprædetur in vijs publicis, & itineribus frequentatis.
12 Item requiritur vt pluties, ſaltem per tres vices delictum fuerit conſumatum.
13 Depopulatores Agrorum non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
14 Dummodo pluties depopulatus fuerit.
15 Depopulatores agrorum qui dicantur.
16 Tàm nocturnus, quàm diurnus excluditur à Priuilegio immunitatis. Contrarium num.17. quæ opinio reijcitur num.18.
19 Incendiarij gaudent immunitate Eccleſiæ.
20 Captiuantes perſonas, & eas componentes, an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica.
21 Raptores virginum gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
22 Furantes in Eccleſia non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.
23 Contrarium quòd furantes in Eccleſia res alienas, & etiam res Sacras gaudeant dicta immunitate. Diſtingue vt num.24.
24 Furantes in Eccleſia Pixidem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ non gaudent immunitate Eccleſiæ.
25 Contrarium tamquam caſus non exceptus.
26 Fur ſimplex ſi ad Eccleſiam confugiat cum re furata gaudet eius immunitate.

ADNOTATIO II.

Graſſatores viarum publici Latrones, Incendiarij, Depopulatores agrorum, & furantes in Eccleſia, an, & quando gaudeant eius immunitate.

1 GRaſſatores viarum priuantur Eccleſiaſti-
ca immunitate ob criminis atrocitatem
Reipublicæ pernicioſiſſimi, vt expreſſe diſpo-
nitur *in cap. inter alia*, ibi *qui dum itinera frequen-*
tata, vel publicas ſtradas obſidēt aggreſſionis inſidijs de
immunit. Eccleſ. & in Conſtitutione Gregorij XIV. de
immunit. Eccleſ. ibi *viarumque Graſſatores, qui dum*
itinera frequentata, & publicas ſtradas obſident, ac
viatores ex inſidijs aggrediuntur Farinac. qui alios al-
legat. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 12. nu. 162.
Thomas del Bene eodem tract. cap. 16. dub. 18. num. 1.
tom. 2.

2 Et nomine Graſſatoris viarum veniunt etiam
publici Latrones ex citato *cap. inter alia de immu-*
nit. Eccleſ. & cap ſicut antiquitus 17. quæſt. 4. &
dicta Conſtitutione Gregoriana Angel. de Maleſ. in
verbo quod fama publica præcedente num. 59. in fine
verſ. idem quando Farinac. quæſt. 28. num. 50. licet
3 differre videantur quod publicus latro dicatur,
qui vias extra Vrbem obſidet, Graſſator vero
in Vrbe *l. capitalium §. graſſatores ff. de pœnis Decian*
tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. Ambroſin. de immu-
nit. Eccleſ. cap. 2. num. 4. Thom. del Bene de immu-
nit. Eccleſ. cap. 16. dub. 18. num. 1. in fin.

4 Publici vero Latrones, & Graſſatores viarum
dicuntur illi, qui deprædantur in vijs publicis, &
itineribus frequentatis, adeout non ſufficiat quod
per inſidias furentur, licet non ſit in loco publi-
co, vt expreſſe cauetur in Bulla Gregoriana, in
illis verbis *itinera frequentata, & publicas ſtradas*
obſident Nouar. in Sum. Bullar. tit. de immunit. Ec-
cleſ. num. 47. Ambroſin. eodem tract. cap. 3. numer. 5.
Farinac. eod. tract. cap. 12. num 165. cum alijs relatis
per Dian. reſol. moral. part. 6. tract. 1. reſol. 15. verſ. no-
5 *tandum eſt tuam.* Item dicitur ille, qui palam, &
publice, & non clamdeſtine furatur *Farinac. dicto*
6 *tract. cap 10. num. 150.* Item dicitur ille, qui non
ſolum publice, & palam deprædatur, & graſſatur
in vijs publicis, ſed etiam, qui non palam, & pu-
blice, ſed ſecreto, & per inſidias, dummodo non
ſemel, aut bis, ſed frequenter hoc faciat, vt ab
omnibus publice prò latrone habeatur, & publi-
ce ſit diffamatus *Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28.*
num. 2. verſ. primo vt ſit publicus, & verſ. ſed poſſet
dubitari Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 2. num. 3.
& 5.

7 Prout etiam dicitur ille, qui vias obſidet, vt
viatores deprædetur, & ſpoliet, & ex inſidijs
aggrediatur, vel etiam vt retinentes occidat,
Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 12. num.
163. qui alios concordantes allegat.

8 Differentia autem inter ſimplicem, & publicum
latronem conſtituitur, quod ſimplex latro eſt, qui
deprædatur palam, & publice, vel per inſidias in
via publica, vel etiam mari, vel flumine, vel per
vim publicè in domibus priuatorum *Decian. lib. 6.*
tract. crim. cap. 28. num. 2. Ambroſin. de immunit. Ec-
cleſ. cap. 2. num. 3. & 4. Farinac. de carcer. quæſt. 28.
num. 5. & in Appen. de immunit. cap. 10. nu. 15. Bar-
boſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 79. & 80.
Thom del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 13.
num. 2 & 3. tom. 2.

9 Ad hoc autem, vt quis ex cauſa graſſationis, &
perpatrati furti, immunitate priuetur, conſtare
debet eſſe latronem publicum, cum non ſufficiat
præſumptio, vel dubitatio *Sanchez. tom. 1. conſ. mo-*
ral. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 14. Lezana in verbo Im-
munitas Eccleſia num. 8. Thom. del bene dicto cap. 16.
dub 13. num. 4. circa fin.

10 Et priuatur hac Eccleſiaſtica immunitate pu-
blicus latro non ſolum propter notorietatem fa-
cti, vt ſi ex multis latrocinijs publicis, vel ſecretis
diffamatus ſit, vt publice latro reputetur, ſed etiã
propter notorietatem iuris, vt ſi in iudicio hoc
crimen confeſſus, vel propter illud damnatus
fuit, quia in vtroque caſu verè dicitur latro pu-
blicus, ſecus autem ſi latro non ſit publicus, vel
notorietate iuris, vel notorietate facti, nam tunc
non priuatur priuilegio immunitatis, vt tradunt
DD. relati per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.
cap. 16. dub. 13. num. 4. tom. 2.

11 Requiritur vero ad hunc effectum primo quod
deprædetur in vijs publicis, & itineribus frequen-
tatis, & non ſufficit, quod furetur per inſidias in
loco non publico, quia textus *in cap. inter alia de*
immunit. tàm iuris communis, quàm Conſtitutio-
nis Gregorianæ expreſſe dicit, *itinera frequentata,*
& publicas ſtradas obſident, niſi fortaſſe ex præfa-
tis furtis in loco non publico perpatratis orire-
tur notorietas facti, vel iuris, vt prò publico la-
trone, quis apud omnes habeatur, vt alijs relatis
docēt *Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap. 16.*
dub. 13. num. 7. tom. 2.

12 Secundo requiritur, quod pluries ſaltem per
tres vices delictum fuerit conſumatum, adeout
non ſufficiat quod pluries fuerit attentatum, nec
quod ſemel fuerit conſumatum, & pluries atten-
tatum, cum dicti actus coniungi non debeant ad
effectum, vt excludatur à Priuilegio immunitatis
Eccleſiæ, vt vltra in deciſione allegatos docet
etiam *Igneus in l. 3. §. ſubuertitur num. 107. ff. ad*
Syllan. Abb. in cap. 1. num. 24. de iudic. Giurba conſ.
50. num. 27. Nouar. in Sum. Bullar. in tit. de immu-
nit. num. 45. Barboſ. de iure Eccleſia lib. 2. cap. 3.
num. 84. & pluribus exornat Thom. del Bene de im-
munit. Eccleſ. cap. 16. dub. 13. num. 8. cum plurib. ſe-
quen. tom. 2.

13 Amplia ſupradicta, vt etiam depopulatores
agrorum non gaudeant immunitate Eccleſiaſti-
ca, *ex Textu in cap. inter alia de immunit. Eccleſ. &*
Bulla Gregoriana, & tradunt Canoniſtæ in dicto cap.
inter alia Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. nu. 5.
cum alijs per Farinac. in tit. de carceribus, & carce-
rat. quæſt. 28. num. 50. & in Append. de immunit. Ec-
cleſ. cap. 11. num. 158.

14 Non tamen ſufficit, quod ſemel depopulatus
fuerit, ſed quod pluries ſimul actu depopulatio-
nes commiſerit *Thom del Bene de immunit. Eccleſ.*
cap. 16. dub. 13. num. 14. tom. 2.

15. Depopulator agrorum proprie dicitur, qui de
nocte ſegetes extruit, dum ibi ſe aſcondit vel la-
ter, vel propter homicidia, aut rapinas factas in
ſtrada comburit, & deſtruit agros eorum, qui eos
non

non ſeruiunt, ſunt verba *Textus in cap. inter alia in verbo nocturnus de immunit. Eccleſ. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 3. verſ. depopulatores autem* dicuntur qui ſegetes in agris deprædantur, & fructus, & vineas vaſtant, *Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num. 4. Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 20. num. 50. & de immunit. Eccleſ. cap. 11. num. 159.*

16 Ampl. quod tàm diurnus, quàm nocturnus depopulator agrorum non gaudet dicta immunitate, quia licet *Textus in cap. inter alia* loquatur de nocturno, non tamen loquitur taxatiue, ſed demoſtratiue, quia vt plurimum, & frequentius hoc delictum nocturno tempore perpatratur; tum quia Bulla Gregoriana abſolute excipit agrorum depopulatorem, ac proinde vtrumque comprælendere voluit *Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 87. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num. 5. Farinac. tract. eod. cap. 11. num 261. Bonacin. tom. 2. tit. circa primum Decalogi præceptum diſ. 3. quæſt. 7. punct. 6. §. 1. num. 5. fol. 239.* vbi quod per præfatam Bullam ſit facta extenſio etiam ad diurnum depopulatorem agrorum.

17 Contrarium vero, quod ſolus nocturnus non gaudeat immunitate, eo quia de iure communi in *cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* tantum nocturnus, & non diurnus excluditur, ac proinde cum ius commune non cenſeatur correptum, Bulla Gregoriana ſecundum eiuſdem iuris communis diſpoſitionem eſt intelligenda *Caſtrus Palaus to. 2. tract. 11. diſ. vnica punct. 9. num. 5. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Eccleſia cap. 11. ſub num. 1. & hanc Sententiam probabilem dicit Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 14. num. 2. & 3. tom. 2.*

18 Sed quod huic opinioni non ſit adherendum inquit *Diana reſol. moral. part. 6. tract. de immunit. reſol. 15. verſ. ſed tu caue. Nouar. in Sum. Bullar. tit. de immunit. num. 2.* vbi quod dicta conſtitutio deroget iuri communi contra *Peregrin. de immunit. cap. 2. num. 11.* qui tantum aſſerit tollere priuilegia, ſed non derogare iuri communi.

19 Incendiarij vero gaudent immunitate Eccleſiaſtica, & quamuis hoc crimen ſit ſimile depopulationi agrorum, tamen tam in *cap. inter alia de immunit. Eccleſ. quam in Bulla Gregoriana* non excipitur, & cum ſit diuerſum, exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, & poſt Bullam aliter tenendum non eſſe tradit *Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 16. §. ſed hæc opinio, & ſeq. ex Bonacin. tom. 2. tit. circa primum Decalogi præceptum diſ. 3. quæſt. 7. punct. 6. §. 1. nu. 6. in fin. Caſtrus Palaus tom. 2. tract. 11. diſ. vnica punct. 10. num. 9.* licet contrarium teneat *Peregrin. de immunit. cap. 12. num. 6. Guazin. tom. 1. defenſ. 1. cap. 38. num. 44.*

20 Captiuantes perſonas, & eas componentes non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ſi vt publici latrones in ſtradis, & vijs publicis, vel in campis, ſiuè vt graſſatores etiam intra Vrbium vias huiuſmodi perſonarum captiones, & compoſitiones vulgo ricatti commiſerint, & hoc pluries, & non ſemel tantum perpatrauerint, ſecus autem ſi priuatim, ac ſecreto captiuarent perſonas, vel miſſis aliquibus nuncijs aliquas compoſuerint, etiam minis per literas, vel per eoſdem nuncios comminatis, quo caſu ab immunitate non erunt excludendi, quia ſic priuatim, & non publice captiuantes, nec publici latrones, nec graſſatores dici poſſunt, & conſequenter debent immunitate Eccleſiaſtica gaudere, vt reprobato *Nouar. in Summa Bullar. in tit. de' immunit. num. 44. in fin.* docet *Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 15. §. ſed hæc opinio Thom. del Bene eod. tract. de immunit. cap. 16. dubit. 15. num. 1. & 2. tom. 2. ex Carol. Marant. in controuerſ. iur. part. 2. diſ. 46. num. 10. & ſeq. 16. & 17.*

21 Raptores vero Virginum pariter gaudent immunitate Eccleſiaſtica, quia raptus huiuſmodi virginum, non eſt inter crimina exceptuata a Gregoriana Conſtitutione, & hoc procedere etiam de iure communi, vt habetur in *cap. de raptoribus 30. quæſt. 1.* tenet *Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 14. §. ſed negatiuam Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 9 cap. 9. quæſt. 9. §. quid vero Farinac. in Append. de immunit. cap. 6. num. 88.* vbi mutauit Sententiam, dum in *tit. de carceribus, & carcerat. quæſt. 28. num. 17.* conatur comprobare hoc procedere tantum vigore Conſtitutionis Gregorianæ, ſecus vero de iure communi.

22 Furantes in Eccleſia, quod eius immunitate gaudere non debeant tradunt *Doctores relati per Farinac. in Appen. de immunit. Eccleſ. cap. 16. n. 215. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 26. num. 5. tom. 2. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Eccleſia, concluſ. 11. numer. 19.*

23 Contrarium, & verius, quod furantes in Eccleſia res alienas, qui hodie vocantur *Taglia borſe*, immò furantes res Sacras gaudeant eiuſdem Eccleſiæ immunitate, cum in Bulla Gregoriana excipiatur tantum homicidium, vel mutilatio perpatrata in Eccleſia, ſecus autem alia ſacrilegia alterius generis vt docet *Diana reſol. moral. part. 1. tract. 1. de immunit. reſol. 17. ante fin. verſ. ex ſupradictis infertur cum alijs copioſe relatis per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dubit. 24. ſect. 8. num. 1. tom. 2.* vbi hoc procedere licet ſacrilegium crimen grauiſſimum ſit, & ſpecialiter contra reuerentiam Deo debitam tendat *Ambroſin. tract. eod. cap. 5. num. 6. Lezana in verbo Immunitas n. 8. & 16. Riccius part. 1. deciſ. 110. Chartar. deciſ. crim. 7. num. 7. & deciſ. 9. num. 7. Sperel. deciſ. 59. ſub nu. 11. circa med. tom. 1.*

24 In hac contrarietate prò reſolutione animaduertit *Farinac. in Append. de immunit. cap. 16. num. 217.* quod furantes in Eccleſia inter perſonarum multitudinem res alienas, indubitanter gaudeant Eccleſiaſtica immunitate vigore Conſtitutionis Gregotij XIV. hunc caſum non excipientis, ſi vero furentur res ſacras, & ſic ſacrilegium committant, furando ſcilicet ſacrum de ſacro, non ſacrum de ſacro, aut ſacrum de non ſacro, & tunc ſubdit quod puniri poſſint à Iudice Eccleſiaſtico, ratione delicti commiſſi in Eccleſia, etiam ſi gaudeant immunitate Eccleſiæ, quod ſi forte, aliquis ita nefarius reperiatur, qui pixidem, vbi reconditur, & ſeruatur Sacroſancta Eucharistia furetur, & tunc abſque dubio non debere gaudere immunitate Eccleſiæ concludit, quia de hæreſi ſuſpectus eſt, ac proinde quod extrahi, & curiæ ſæculari tradi poſſit ex *Mar. Ital.*

de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 68. & ſeq. & num. 75. & ſeq. cuius opinioni libenter ſe ſubſcribit.

25 Contrarium quod furantes in Eccleſia Pyxidem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti gaudeant eius immunitate, quia ſacrilegium tantum homicidij, & mutulationis commiſsæ in Eccleſia excipitur, non autem alia crimina, caſus autem excepti non ſunt extendendi ex maioritate rationis *Gauant in Manual. Epiſcopor. in verbo Immunitas Eccleſiaſt. in addit. num. 8. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 125. Diana reſol. moral. part. 6. tract. 1. de immunit. reſol. 9. ſub verſ. ſed non indigemus*, nam omnes ſacrilegi gaudent Eccleſiæ immunitate *Chartar. deciſ. crim. 7. num. 6. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub 24. sect. 3. nu. 4. circa fin. verſ. id etiam extendunt tom. 2.*

26 Hinc eſt quod multo magis fur ſimplex ſi ad Eccleſiam confugiat cum re ſurata reddatur tutus, & gaudeat eiuſdem immunitate, licet ratione contractationis dicatur in Eccleſia delinquere *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28 num. 4. Guttier. practic. quæſt. Ciuil. quæſt. 1. num. 21. vbi alios refert concordantes, & de communi teſtatur Farinac. in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 16. num. 218. Diana reſol. moral. part. 1, tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 17. circa fin. Anton Gamma deciſ. Luſitan. 171. num. 1. & ſeq.*

NVLLIVS DECLARATORIÆ CENSVRARVM

ARGVMENTVM.

Edictum laicorum prohibens annonam extrà territorium deferri non ligat Eccleſiaſticos, etiam ſi reſpiciat commune bonum, adeout vtentes eodem edicto contra perſonas immunes ſunt ipſo iure excommunicati. Declaratoria cenſurarum ob violatam iuriſdictionem, vel immunitatem Eccleſiaſticam an & quando fieri poſſit abſque citatione, vel canonica monitione perſpicuè ponitur,

SVMMARIVM.

1 Declaratoria cenſurarum præſumitur de iure valida.
2 Præcipue ſi lata fuerit prò defenſione immunitatis Eccleſiaſticæ, vel iuriſdictionis.
3 Violantes immunitatem Eccleſiaſticam Epiſcopo quo ad pœnam cenſurarum ſubijciuntur cuiuſcunque dignitatis ſint.
4 Ad cenſurarum iuſtificationem ſufficit probatio actuum in præiudicium immunitatis Eccleſiaſticæ geſtorum.
5 Edictum laicorum prohibens extractionem frumenti vini, & ſimilium non ligat Clericos.
6 Statutum, & Edictum non poteſt ligare non ſubditos defectu iuriſdictionis.
7 Statutis ligari, & forum ſortiri a pari procedunt.
8 Ratio communis boni non tribuit iuriſdictionem in Eccleſiaſticos.
9 Poteſtas laica non poteſt prohibere Clericis aſportationem rerum extra territorium.
10 Condentes, & vtentes Statutis laicorum contra Clericos ſunt ipſo iure excommunicati.
11 Clericus ſi prætendatur committere fraudes recurrendum eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum, nec per miniſtros laicos eſt recognoſcenda 12.
13 Eccleſiaſtici ſi directiue ob publicam, & communem vtilitatem ſeruare debeant diſpoſita per Edictum ſæcularem Epiſcopus poteſt facere ſimile Edictum, & compellere ad eius obſeruantiam Eccleſiaſticos.
14 Monitio, ſeù citatio non requiritur in excommunicatione lata à canone ſeù lege, ſed in excommunicatione ab homine ferenda.
15 Nec etiam requiritur vbi delictum eſt notorium.
16 Nec etiam requiritur ſi cenſuræ ferantur pro defenſione violatæ iuriſdictionis ad reſiſtendum executioni de facto ſecutæ.
17 Nec requiritur vbi Ordinarius procedit vti pars vim vi repellendo ad defendendam ſuam iuriſdictionem.
18 Declaratio cenſurarum ex aliquo capite nulla, ſi denuo fieri deberet non eſt reuocanda
19 Violantes immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam ſunt excommunicandi.
20 Epiſcopus prò violata iuriſdictione, & immunitate Eccleſiaſtica poteſt ad excommunicationem procedere ſine monitione,
21 Excommunicatus à iure prò delicto, poteſt iterum ab homine prò eodem delicto excommunicari abſque monitione,
22 Excommunicatio tenet, licet omiſſa fuerit monitio.

DECISIO XCVI.

CArceratus fuit quidam vector, & ſimul arreſtatum frumentum, quod perſona Eccleſiaſtica aſportare faciebat, prætendentibus Miniſtris laicis frumentum cecidiſſe in commiſſum iuxta formam Edicti, ſeù Bandimenti alias promulgati prohibentis huiuſmodi extractionem prò publica loci vtilitatè, ad occurrendum imminenti inopiæ, vt annona Ciuibus, & incolis conſeruaretur, non obſtante quod Birruarijs in actu capturæ exibita fuerit licentia, & atteſtatio Vicarij Generalis quod frumentum ſpectabat ad perſonam immunem, ſub prætextu, quod talis aſportatio non fuerit facta in die datæ licentiæ, ſed poſt lapſum nonnullorum dierum, & conſequenter, quod vector doloſè, & fraudolenter in ſui ipſius, vel aliorum commodum eadem licentia vti potuit, recuſantibus propterea frumentum reſtituere, fuerunt à Vicario Generali ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam denunciati excommunicati, & affixi cedoloni, ſuper cuius validitate orta controuerſia, & deſuper ab Eminentiſs. Cardinali Abbate Commendatario requiſitus, reſpondi pro ſubſtentatione cenſurarum.

1 Quoniam declaratoria incurſus Magiſtratus laici in cenſuras per Ordinarium lata præſumitur de iure valida ex cumulatis per *Gabr. de ſentenſ.*
2 *concl. 5. num. 6. in princ.* taliſque præcipuè probatur dum apparet lata, vt in præſenti vim vi repellendo pro neceſſaria defenſione ſuæ iuriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ, iuxta terminos *cap. dilecto de ſenten. excommunication. in 6. vbi poſt alios notat Gemin. num. 7. Innocen. in cap. venerabili ſub num. 4. de cenſur.*

3 Vbi enim agitur de declaratoria cenſurarum à lege, certum eſt Epiſcopum procedere poſſe ad dictam declarationem prò defenſione immunitatis Eccleſiaſticæ eiuſque iuriſdictionis etiam contra Principem, & Magiſtratum ſæcularem, qui eo ipſo, quod violat iuriſdictionem Epiſcopalem, & immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam remanet ex dicta cauſa Epiſcopo ſubiectus *cap. 1. de pœniten. in 6. cap. fin. in princ. de foro competen. Dec. conſ. 694. in fin. Riccial. de iure perſonar. lib. 4. cap. 61. num. 32. 40. & 44. vbi ita fuiſſe*

reſo.

reſolutum à Sacra Congregatione Epiſcoporum faciunt tradita per Genuen, in prax Curia Epiſcol. Neapol. cap.10. & per Farinac.in tract.de hæreſi quæſt.188. num.4.

De iuſtitia cauſæ, quæ dedit occaſionem huiuſmodi cenſurarum dubitari non poteſt, nam
4 præter quod prò cenſurarum iuſtificatione, ſufficiat probatio actuum in præiudicium iuriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ geſtorum per Magiſtratum, & Miniſtros laicos, explorata eſt
5 etiam iuſtitia cauſæ, quia edictum laicorum prohibens annonam, ſcilicet frumentum, vinum, blanda, legumina, cæteraque huiuſmodi extra territorium deferri ad hoc vt conſeruetur abundantia in Ciuitate, non ligat Clericos, quo minus extrahere valeant, vt firmat *Caccialup. in l. cunctos populos num.186. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Ripa in tract.de peſte tit.de remed.ad conſeruan. libertat. num.122. Marta in tract. de iuriſdiction. part.4. caſu 2.num.13.& caſ.83 num.1.& 2. Bellet. diſquiſit.Cleric. part.1.tit.de exempt.Cleric. à Statut. Secular. §.3. num.1. Carol. de Graſſ.de effect. Cleric.effect.2.num.290 & ſeq.Baiard ad Clar. in §. fin. quæſt 82.verſ. Statutum ſeptimum num.87. Plot. in tract. de in litem iuran. num.189. Duard. in Bulla Cœna lib.2.canon.15. quæſt.17.num.45. & 46.Cramat.deciſ.100.num.15. Sperel.deciſ.12.nu.21.tom.1. vbi in fin.* ſubdit hanc eſſe veram, & communem opinionem à qua nullatenus ſit recedendum, in nihilo refragante ratione publici, & promiſcui boni, propterquam huiuſmodi edicta promulgantur, vt etiam fatetur *Cala in opuſc. de contrahend. Clericor. num.70.* quamuis plurimos contrarium ſectantes adduxerit *nu.69.*

6 Quod certiſſima, & ineuitabili nititur ratione, nempe defectus poteſtatis in ipſis ſtatuentibus, ſeù edicta promulgantibus, qui non poſſunt eorum lege ligare eos, in quos nullam habent iuriſdictionem, Clericos autem omni iure à laicorum iuriſdictione, ſubiectione, & poteſtate exemptos eſſe, nemo Catholicorum in dubium refricare audet *cap. decernimus de re iudic.cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit.cap.ſæculares de foro competen. Alex. conſ.4.vol.4.Natta conſ.495 Surd conſ.301. nu.53. cum plurib.ſequen.vol.3 Burſat.conſ.42. Leo in Theſaur.fori Eccleſiaſt.part.3.cap.38.Garz.de vltimo fine iuris num.160.Comitol.lib.1.reſponſ. moral.quæſt.92. & ſeq.Sperel.deciſ.12. à num.22. & pluribus ſequen. & deciſ.37. & conferunt firmata per Rot. deciſ.42. num.4.& ſeq.part.6.recen.*

7 Ac proinde, qui non ſubijcitur non ligatur Statutis, aut forum ſortitur, cum hæc omnia à pari procedant *gloſ. in cap. quod Clericus de foro competen.Dec.in cap.Eccleſia Sancta Maria nu.18. de conſtit.& in l fin.in princ ff. de iuriſdict. omnium iud. Alex. conſ.211.num.5.in fin.lib.2. Bero conſ.63. num.99.lib.1. Surd.conſ.2.num.14.in fin.& conſ 338. num.26. ad fin. Menoch. conſ.350. num.47. vol.3. Suar. in tract. defenſ. fidei lib 4. cap.16. num.1. & in tract. de legibus lib.3. cap.34. num.1. Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de exemption. Cleric. à Statut. Sæcular. §.1. num.7. Sperel. deciſ.10. nu 41. deciſ.12.num.24.& deciſ.16. num.17.Rota deciſ.42. num.7. part.6. recen.*

8 Nec releuat ratio publici, & communis boni ad ſubijciendos, & ligandos Eccleſiaſticos Statutis, & laicorum edictis, vbi deficit legiſlatoris, & ſtatuentium poteſtas, quæ ex publica tantum vtilitate etiam reſpiciente ipſos Eccleſiaſticos non tribuitur, nec poteſt ſubſtinere actum, qui nullus eſt ex defectu formæ, & iuriſdictionis, vt late comprobat *Butr.in cap.Eccleſia Sancta Maria ſub num.20.de conſtit. ibique Dec. num.55. verſ.nec obſtat quod Statutum ſecundum impreſſionem antiquam, ſecundum vero nouam ſub num.219. & numer.233. Surd. conſ.30.ſub num.18. & 19. vol.3. Azor. inſtit. moral. part.1. lib.5. cap.12. verſ.tertio quæro, & in puncto Duard. in Bulla Cœnæ Domini lib.2. canon.15. quæſt.17. num.45.46. & 47.Sperel.dec.12. num.25. & plurib. ſequen. tom.1 & pluribus exornat Thom.del Bene de immunit. Eccleſiaſt.cap.9.dub.16. à num.3. & pluribus ſequent. tom.2. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit.de exemption.Cleric. à Statut.ſæcular. §.1. num.2. circa med.*

9 Hinc eſt quod poteſtas laica non poteſt priuare Eccleſiaſticos rebus, quas extra Ciuitates, Prouincia, & Regnum exportant contra legem Principis, & Sæculare Edictum id prohibens ſub pœna commiſſi, ſine fractione libertatis Eccleſiæ, & excommunicationis incurſu, iuxtà Decretum Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ. 25.de reform.cap.20.* vbi expreſſe diſponitur, permittendum non eſſe, vt officiales laici Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonibus ſanctionibus inſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeù inconſideratione aliqua violetur, ſub pœnis à Sacris Canonibus, aliiſque Apoſtolicis ſanctionibus in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, & Eccleſiaſticæ libertatis, & contra eius violatores editis, & reprobato *Io:de Heuia in Curia Philippica part.3. §.3. num.11. & Bobadilla in Polit. tom.1. lib.2. cap.8. num.117.*docet *Thom. del Bene de immunitat. Eccleſ. cap.9.dub.16. num.1. & 2. tom.2. & paſſim docent DD. Alterius de Cenſuris tom.1. diſ.16. lib.5. cap.19. in fin. Valerus in differentijs vtriuſque fori verſ.Clericus diff.3. num.4. Azor. inſtit. moral. part.3. lib. 5. cap.19. quæſt.13. Megalius in 3. part. lib.3. cap.11. numer.36.*

10 Quapropter non modo concedentes huiuſmodi ſtatuta, vel edictum, verum etiam eo vtentes contra Eccleſiaſticas perſonas, eorumque bona directè, vel indirectè ſunt ipſo iure excommunicati *cap. graue, cap. nouerit* vbi *Butr. & Abb. extra de ſenten. excomun. in 6. Nauar. in manual. cap.27. num.118. & 119. late Lancellot. Gallia conſ. 59. num.86.* & incidunt *in Canonem* 15. *Bullæ Cœnæ, vt ibi habetur in textu Sperel.deciſ.12.num.44.tom.1* vbi late contrarijs reſpondet.

11 Nec releuare viſa fuit prætenſa ſuſpicio fraudis, & doloſæ aſportationis frumenti, quia ſtante licentia, & atteſtatione ſuperioris Eccleſiaſtici, ad eundem recurrendum erat, vt fraudem recognoſceret, prout recurrere debent Communitates, eorumque Miniſtri, & laici Magiſtratus, & interim non erat nomine Curiæ, & Fiſci Sæcularis deueniendum ad capturam, & ad arreſtum frumenti ſpectan. ad perſonam Eccleſiaſticam, ſed obſeruandæ erant exemptiones, & franchitiæ debitæ eiſdem Eccleſiaſticis, *Pignatel. conſult. canon. 49. num.18. verſ. at ſtatim*, & ita cenſuiſſe Sacra Congregat. Immunitatis patet ex reſolutioni-

bus in ſimilibus per eundem relatis ibidem à n. 4. vſque ad num. 16. & per totam.

12 Et licet verum ſit quod fraudibus ſit obuiandum, tamen cauendum eſt, ne donec ſeculares aliorum fraudibus remedium adhibere velint, ipſi fraudem maiorem committant excedendo limites propriæ iuriſdictionis in præiudicium immunitatis Eccleſiaſticæ, vt dixit *Rota in Barchinonen. exemptionis die 13. Iunij 1646. §. neque obſtat coram Card. Corrado.*

13 Immo vbi etiam Statutum reſpiciat ex æquo tàm Eccleſiaſticos, tàm Laicos, inde tamen non ſequitur, quod laici in Clericos acquirant iuriſdictionem coactiuam, ſed ſi directiuè etiam ab Eccleſiaſticis ob publicam vtilitatem, & neceſſitatem obſeruandum eſſet, debent Iudices ſæculares adire Epiſcopum, vt condat ſimile Statutum, & per eundem ad illud ſeruandum compelli *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap 9. dub. 16. num. 6. tom. 2.* qui alios allegat.

14 Sicuti nec obſtare animoduertebam obiectum defectum nullitatis cenſurarum, ex quo non preceſſit citatio, ſeù canonica monitio, tum quia non requiritur huiuſmodi monitio, nec præmittenda eſt in excommunicatione lata á canone, lege, vel Statuto, ſed tantum in excommunicatione ab homine ferenda, nam ipſa lex, quæ mature cenſuram indixit interpellat prò homine, & quotidie admonet ſubditos ne prohibitum crimen committant, vel rem lege vetitam agant, ideo alia ſpecialis monitio non eſt neceſſaria, cum ſibi imputare debet, qui temerario auſu contra legis prohibitionem, & ſancitam pœnam attentare auſus fuit, vt tradunt *DD. in cap. Sacro de Senten. excommunic. & in cap. 1. eod. tit. in 6. Socin. in cap. perpendimus num. 202. de ſenten. excomm. ex late congeſtis per Suarez. de cenſuris diſ. 3. ſect. 8. n. 14. Meno. h. de arbitrar. Iudic. caſ. 541. num. 7. & caſ. 543. num. 26. Alterius de Cenſur. diſ 3. lib. 3. cap. 1. circa princ. Ciarlin. controuerſ. forenſ cap. 164. n. 20. Sperel. deciſ. 48. num. 54. tom. 1. & deciſ. 160. n. 37. & 38 tom. 2.* eſt textus expreſſus *in cap. reprabenſibilis extra de appel. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. prima tit. de fauor. Cleric. canon. num. 39. & 40. §. 4.*

15 Tum quia quando delictum eſt notorium, & publicum poteſt ad declaratoriam deueniri etiam abſque citatione, vt probat *gloſ in cap. cum ſit Romana §. præterea verſ. requiritur de appellat. Felin. in cap. Rodulphus ſub num. 41. verſ. intellige primo de reſcript.* & in puncto notoriæ violationis tradunt *DD. relati per Iacob. Pignatel. conſult. canon. 162. num. 10. Sperel. deciſ. 48. num. 54. in fin. verſ. imo in hoc notorio tom. 1. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. canon. §. 4. num. 26.*

16 Tum etiam quia quando cenſuræ feruntur prò defenſione violatæ iuriſdictionis, & ad reſiſtendum executioni de facto ſecutæ contra Eccleſiaſticam perſonam, ſubſiſtunt etiam ſi de facto relaxentur non ſeruata tela iudiciaria iuxta textum *in cap. reprabenſibilis vbi gloſ. in verbo proferatur, & Abb. num. 13. extra de appel. plene Soyr. de cenſur. lib. 1. cap. 12. num. 26. Sperel. deciſ. 48. num. 32. tom. 1.*

17 Tum demum quia nec monitio requiritur, quando per Ordinarium proceditur extraindicialiter vti pars vim vi repellendo prò defenſione ſuæ iuriſdictionis, vel immunitatis Eccleſiaſticæ, vt in præſenti dum in contemptum licentię Ordinarij factæ perſonæ Eccleſiaſticæ de aſportando frumento deuentum fuit ad capturam, & arrehationem, alias enim Epiſcopus eſſet deterioris cōditionis, quam laicus, ſi de facto attentanti reſiſtere non poſſet armis cenſurarum, quæ ſunt propria Eccleſię, ac proinde vt ſeruetur ęqualitas non videtur repræhenſibilis fulminatio cenſurarum abſque monitorio ſeù citatione ad textum *in cap. dilecto de ſenten. excommunicat. in 6. vbi Gemin. n. 7. Io. Andrea in princ. Felin. in cap. Sacro num. 6. de ſenten. excom. Dec. in cap. reprabenſibilis num. 3. de appel. Ricciul. de iure perſonar. lib. 4. cap. 61. nu. 18. & 20. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 62. numer. 9. Lap. allegat. 73. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauor. Cleric. canon. part. 1. §. 4. num. 29.*

18 Et quatenus etiam huiuſmodi declaratoria ex aliquo capite redderetur inualida, ex quo tamen denuo fieri deberet, non eſt reuocanda, & annullanda præcipue quando fieri poteſt probatio ex poſt, vt cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum die 19. Iulij 1619. *ſcilicet Sacra Congregatio reſpondit nullitatem cenſurarum non attendi, quando quod factum eſt, ſi factum non eſſet, denuo fieri deberet*, de qua *Pignatel. dicta conſult. canon. 162. num. 32. fol. mihi 348.*

19 Denuo autem fieri deberet, quia de iure violantes immunitatem, & libertatem Eccleſiæ debent excommunicari *cap. miner. cap. ſi quis contumax cap. quiſquam 17. quæſt 4. Gonnen. in prax. Archiepiſcop. Neapolit. cap. 17. num. 1. circa med.*

20 Quinimo quod poſſit Iudex Eccleſiaſticus prò violata iuriſdictione, & immunitate Eccleſiaſtica ſine monitione ad excommunicationem procedere tradit *Sperel. deciſ. 48. num. 51. tom. 2. qui alios concordantes copioſe allegat per textum in cap. dilecto de ſenten. excommunicat. in 6. vbi gloſ.*

21 Præcipue quando quis prò delicto commiſſo remanet excommunicatus à iure, prout remanet violator immunitatis Eccleſiaſticæ, ex ſupra deductis, nam tunc poteſt per ſuperiorem ſine monitione iterum excommunicari pro eodem delicto, etiam non concurrente contumacia alıter de nouo contracta *cap. ita quorundam §. ſales vbi gloſ. verbo crebis, & DD. de Iudæis cap. reprabenſibilis vbi gloſ. in verbo ipſo ſuo genere, & Abb. num. 6. & 8. de appellat.* Excommunicatus enim à iure poteſt etiam ab homine excommunicari *gloſ. in cap. granem verb. promulgare vbi Abb. num. 5. & Felin. num. 1. de ſenten. excommunicat. Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de fauor. Cleric. canon. num. 34.* vbi quod hoc fieri poteſt ad maiorem terrorem, & vt multiplicato vinculo excommunicationis obtineatur abſolutio cum maiori difficultate, *& n. 39. cum ſeq.*

22 Additur ex ſuperabundanti, quod quamuis omittatur monitio, teneat tamen excommunicatio, licet non fuerit rite lata *Bellet. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 4. num. 42. Guttier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 4 num. 4. Rot. deciſ. 7. de ſenten. excommun. in nouiſ. deciſ. 10. eodem tit. in antiquiſ. & deciſ. 51. num. 3. in nouiſ.*

Et ita &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Excommunicatio eſt pœna grauiſſima.
2 Cenſuræ non niſi ex grauiſſima cauſa ſunt ferendæ.
3 Nemo eſt excommunicãdus niſi præmiſſis debitis monitionibus canonicis.
4 Et monitiones debent eſſe tres cum congruo dierum interuallo 5.
6 Formula citationis ad declarandum aliquem excommunicatum.
7 Canonica monitio debet continere temporum interualla arbitrio Iudicis.
8 Eſt facienda perſonaliter, & non domi dimiſſa copia, ſecus ſi dolo latitaret reus citandus.
9 Sufficit quod ſemel quis perſonaliter fuerit citatus.
10 Quando non datur tutus acceſſus ſufficit citatio per affixionem.
11 Sicut etiam quando profertur excommunicatio contra perſonas, quarum nomina ignorantur.
12 Iudex Eccleſiaſticus ſi proferat ſententiam excommunicationis abſque citatione, quam pœnam incurrat.
13 Ad declaratoriam excommunicationis à iure latæ non eſt deueniendum niſi conſtito de facto, ac præuia citatione.
14 Limit. vbi exceſſus ſit notorius.
In notorio non requiritur ſententia ibidem.
15 Sublimit. ſi cenſura feratur in contumaciam ſecus ſi ipſo facto contracta ſit, & adeo ſit notorium crimen, vt nulla competat excuſatio 16. & hoc caſu neque requiritur citatio 17.
18 Crimen quando dicatur notorium.
19 Notorium iuris quid ſit.
20 Notorium facti quid ſit.
21 Notorium facti tranſeuntis, & facti permanentis quid ſit.
22 Ad inducendum notorium ſufficit ſcientia etiam viciniæ, vel decem hominum.
23 Excommunicari quis poteſt abſque citatione, vbi periculum eſt in mora, vel quando dubitatur de fuga citandi 24. Vel quando delictum eſt commiſſum in præſentia Iudicis. 25.
25 Prælatus Regularis poteſt excommunicare ſuum ſubditum non præmiſſa citatione.
26 Ob crimen mere præteritum, & emendatum non eſt deueniendum ad declaratoriam excommunicationis.
28 Limit. procedere in excommunicatione facienda ſecus à iure lata amp. vt num. 29. Contrarium num. 30. Declara vt num. 31.
32 Ordinarius, & Inquiſitores non poſſunt excommunicare Officiales, ſeu Vrbium Gubernatores inconſulto Summo Pontifice.
33 Limit. procedere in officialibus Papæ per breue Apoſtolicum conſtitutis, ſecus per ſimplices literas.
34 Sententia excommunicationis prohibetur oretenus fieri, & tenens in ſcriptis, quam pœnam incurrat, nec ſuffragatur ignorantia 35.
36 Limit. procedere, vbi viget ſtylus in contrarium, & in tribus alijs caſibus.
37 Limit. ſi ſententia excommunicationis ex ignorantia textus in cap. cum medicinalis de ſententia excomm. in 6. oretenus lata fuerit abſque dolo.
38 Limit. 6. Quando copia Notarij haberi non poſſit.
39 Limit. 7. non procedere quando cenſura fertur per viam ſtatuti, ſeu ordinationis generalis.
40 Limit. 8. procedere, vbi Iudex iudicialiter procedat, ſecus autem ſi Prælatus procedat, vbi pars ad defendendam ſuam iuriſdictionem.
41 Limit. 9. vt diſpoſitio dicti textus non comprehendat Epiſcopos.
42 Limit. 10. vt neque procedat in Prælatis Regularibus.
43 Limit. 11. vt procedat in excommunicatione ferendæ ſententiæ, ſecus in denunciatione excommunicationis.
44 Limit. 12. vt neque comprehendat facientes ſimplicem prohibitionem.
45 Limit. 13. vt nec procedat in monitione aliquid faciendi ſub pœna excommunicationis.
46 Ratio aſſignatur cur excommunicatio ſit facienda in ſcriptis.

ADNOTATIO I.

Declaratio cenſurarum in caſu violationis immunitatis Eccleſiaſticæ quomodo fieri debeat.

1 QVoniam excommunicatio eſt pœna grauiſſima, & omnium pœnarum apud Eccleſiam exiſtentium maxima *cap. corripiatur 24. quæſt. 3. latè Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 1. num. 13. cum alijs allegatis per Sperell. decif. 160. num. 3. cum pluribus ſequent. tom. 2.*

2 Ideo cenſuræ Eccleſiaſticæ nonniſi ex grauiſſima cauſa ſunt ferendę, vbi ſcilicet concurrit peccatum mortale præcedens, aut contumacia non parendi præcepto facto præcedente mora, culpa, vel offenſa, *cap. nemo 11. quæſt. 3. cap. ſacro §. caueat de ſentent. excommunic. cap. 1. §. quiſquis eod. tit. in 6. Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 9. num. 1. de ſentent. excommun. in 6. Nauar. in manual. cap. 27. num. 9. Baron. tom. 1. Annal. fol. 451. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de fauor. Cleric. can. § 4. n. 9. & 10. Sperel. decif. 190. num. 1. & 2. tom. 2.*

3 Et niſi præmiſſis debitis monitionibus canonicis nemo eſt excommunicandus, *cap. de illicita 24. quæſt. 3. cap. de excommunicationis 24. quæſt. 2. cap. reprehenſibilis, & cap. cum ſpeciali de appellat. cap. peruenit de decimis cap. in præſentia cap. ſacro de ſentent. excommun. cap. ſtatuimus, cap. Romana §. porro, cap. conſtitutionem eod. tit. in 6. latiſſimè Sayr. Theſaur. caſ. conſcienſ. lib. 1. cap. 12. per totum.*

4 Monitiones autem debent eſſe tres, vel vnica, quæ tres amplectatur, tum ex diſpoſitione ſacrorum canonum *in cap. contingit 2. & ibi gloſ. in verbo tertio, & Hoſtien. num. 2. & 3. cap. ſacro de ſentent. excommunicat cap. conſtitutionum §. ſtatuimus tit. eod. in 6. cap. de illicita §. quicunque 24. quæſt. 3.* Tum ex Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 3. Hoſtien. cap. contingit 1. num. 10. de ſentent. excommunicat. Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 9. num. 5. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cler. can. §. 4. num. 22. Sperell. decif. 43. num. 14. tom. 1.*

5 Et dicta canonica monitio debet continere congrua aliquorum dierum interualla, nec debet eſſe coarctata, & reſtricta ad paucos dies, vndè ſtylus eſt vt ſaltem qualibet monitio ſpatium trium dierum contineat, iuxta formam *Gregorij X.* præſcriptum *in cap. conſtitutionem 9. de ſentent. excommun. in 6. vbi notant ſcribentes, Couar. in cap. alma Mater part. 1. §. 6. num. 5. de ſenten. excommunicat. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 12. num 32. & ſeq. Bellet. diſquiſit. Cleric tit. de fauor. Cleric. can. §. 4. num. 22.* vbi quod in prima citatione, ſiue monitione præfigendus ſit terminus ad quid faciendum, ſeu ab eo abſtinendum, in ſecunda vero alius terminus ad dicendum cauſam, quare non debeat excommunicari, in tertia denique ad videndum, & audiendum ſe excommunicari, & excommunicatum declarari.

6 Quando vero exceſſus eſt exemplaris inoleuit ſtylus in Curijs Epiſcopalibus tranſmittendi citationem huius tenoris. *Citetur N. ad comparendum coram Domino intra triduum, quorum primus*

pro

pro prima, reliqui duo pro 2. & tertia ac vltima, & peremptoria dilatione, & termino ſibi aſſignantur, & allegandum, deducendum, & probandum quidquid vult, poteſt, & intendit quare declarari non debeat excommunicatus ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam propter extractionem violenter factam in perſonam Titij ab Eccleſia Sancti Nicolai vbi confugit, & permanebat, ipſumque non reſtitutum, & reſpectiuè Eccleſiam ſpoliatam, & non reintegratam, quo termino elapſo, & nihil releuanti deducta videndum prima die immediatè ſequen. ſe declarari excommunicatum, & pro excommunicato publicè denunciari, cedulones decerni, & affigi per loca ſolita, & conſueta Ciuitatis, ipſo vlterius non monito, nec citato, niſi quatenus opus fuerit, & expediat, & ad valuas Eccleſiæ Cathedralis, vbi &c. datum &c. de qua praxi teſtatur *Bellet.diſquiſit.Cleric.part.1.tit.de fauor. Cleric.can.§.4. ſub num. 25. Genuen.in prax.Archiepiſcopal. Neapol. cap. mihi 23. num. 19. iuncto numer.23.*

Vel. *Citetur N. ad reſtituendum B. violenter ab Eccleſia extractum ipſamque reintegrandam alias ad comparendum legitimè coram Domino infra triduum, quorum primus pro prima, reliqui duo, pro 2. & 3. ac vltima, & peremptoria dilatione, & termino ſibi aſſignantur, & deducendum, & probandum quidquid vult, & poteſt per omne genus probationum, & allegandum, & dicendum cauſam quare declarari non debeat excommunicatus, ſeù incidiſſe in excommunicationem latam in conſtitutione Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiæ, alijſque Summorum Pontificum, ac Sacrorum Conciliorum Conſtitutionibus, contra violantes Eccleſiaſticam immunitatem, & libertatem, quo termino elapſo &c.* vt ſupra, de qua *Sperel.deciſ.48.in princ.tom.1.*

7 Congrua vero dierum interualla ipſius canonicæ monitionis ſunt iudici arbitraria, adeout non ſemper ſeruanda ſint dierum curricula, ſed temporis interuallum inter vnam, & aliam pro facti, rerumque qualitate arbitrio Iudicis augeri, & minui poſſit, vt colligitur *in cap. conſtitutionem §. fin. de ſentent.excommun. in 6.* vbi niſi facti neceſſitas aliter ſuaſerit moderanda, *Hoſtien. in cap.reprahenſibilis num 2 de appell.Tiraquel. in l. ſi vnquam, verſ.ſuſceperit liberos num.256.C.de reuocan.donat.Suarez de cenſur.diſ.3.ſect.9.num.4.Sayr. de cenſ. cap.12. num. 36. Bonaccin. de cenſur. diſ.1. punct.9.num.7.Sperel.deciſ.48.nu.58. & 59. tom.1. & deciſ.160. num.39. tom.2. Bellet.diſquiſit.Cleric. part.1.tit.de fauor. Cleric.can. §.4. num.23. in fin. & 43. in fin.*

8 Huiuſmodi autem monitio, ſeu citatio eſt facienda perſonaliter, & non ad domum dimiſſa copia, *Couar.in cap.alma mater part.1.§.9. num.4. de ſentent.excommunic. in 6. Innocen.in cap.fin.n.3. & Abb.num.14. de eo qui mitt. in poſſeſ. Bellet. diſquiſit.Clericor.part.1. tit. de fauor. Cler.canon. §.4. num.48.& ſeq.Pignatel.conſult canon.29.n 2.Caſſad. deciſ.12.n.2.de reſcript.& deciſ.2.num.4.de penſion. Rot deciſ.1.num.4.de ferijs in non.& deciſ.90.num.1. part.1.recent.Sperel.deciſ.48.num.3.tom.1.*

9 Sed ſi excommunicandus dolo latitaret, vel ſubterfugeret citationem perſonalem, vel alio modo eius abſentia ſit malitioſa, tunc ſufficit citatio ad domum ſolitæ habitationis, vel ſi domum non habeat per affixionem ad valuas Eccleſiæ, ſeu alterius loci publici, *Clement.cauſam, & ibi gloſ. in verbo loco, de elect. cap. fin. & ibi gloſs.1. vbi Innocen. num. 3. de eo qui mitt.in poſſeſ. cum alijs congeſtis per Bellet.diſquiſit.Clerical.par.1. de fauor. Cleric.can.§.4 num.54. vbi in fin.* ſubdit, quod ſufficit, quod ſemel quis perſonaliter fuerit ad cauſam citatus *Alterius de cenſur.diſ.3.lib.3. cap.3.verſ.ſic excipiuntur Sperel. deciſ.48. num.34. Rot.deciſ.48.num.21.part.4 tom.2.*

10 Prout etiam quando non datur tutus acceſſus, ſiue non ſit tutum reum citari domi dimiſſa copia, tunc ſufficit etiam citatio per edictum affigen. vicinis partibus, vt doctorum, & Rotæ auctoritate comprobat *Bellet.diſquiſit.Cleric. part.1. tit.de fauor.Cleric.canon.§.4.num.54.verſ.vel quando non datur.*

11 Siue etiam quando profertur excommunicatio generaliter contra perſonas, quæ commiſerunt aliquod delictum, quarum nomina ignorantur, nam tunc exuberat ſi citatio fiat per edicti affixionem in loco publico, vt ad earum notitiam perueniat, *Suar.de cenſur.diſ.3.ſect.11.num.5.Bellet.loco citato num.54.verſ vel quando aliqua citatio, Rot.deciſ.1.de ferijs, & deciſ.11.de dolo, & contumac. in nouiſ.*

12 Si igitur Iudex Eccleſiaſticus præſumpſerit ſine monitione excommunicationis ſententiam ferre, quantumuis ex iuſta cauſa ſit, per menſem ab Eccleſia interdictus, & arbitraria pœna plectendus venit, iuxta textum expreſſum *in cap. ſacro in princ. de ſenten. excommun. & cap. Romana eod.tit.in 6.*

13 Vbi igitur allegatur, quod aliquis percuſſerit Clericum, vel inciderit in ſententiam excommunicationis à iure latam, tunc ſi exceſſus non ſit notorius nõ debet Iudex prius procedere ad executionem, ſeu declarationem, ſcilicet illum incidiſſe in ſententiam iuris, ſed eſt permittenda citatio, & conſtito de facto procedere ad declaratoriam, *cap. cum ſecundum de hæret. in 6. gloſſ. in Clement. præſenti in verbo conſtiterit de cenſibus, & in Clement. 1. in verbo quam cito de pœn. & ex Felin. Abb. Hoſtien. tradit Bellet.diſquiſit.Cleric par.1. tit.de fauor.Cler.can.§.4.num.24.Ciarlin.controuerſ. 164 num.29.*

14 Quod tamen non procedit, vbi exceſſus ſit notorius, quo caſu poteſt Iudex abſque alia monitione, & ſine ſententiæ prolatione ob incurſum in cenſuram à iure latam excommunicatum publicè denunciare, appellatione aliqua non obſtante, *cap. reprahenſibilis, & ibi gloſſ. in verbo genere, & Hoſtien.num.2.verſ.pœnam de appellat.cap. cum ſit Romana §. præterea vbi Felin. num. 8. Præpoſit.num.29.& Dec.num.76.& communiter DD.de appell.Suarez de cenſur. diſ.3. ſect. 8.num.3. Ric. in prax.part.2. reſol.394.num.2. cum alijs congeſtis per Bellet.diſquiſit.Cleric.part.1.tit.de fauor.Cleric.can. §.4. num.26. Sperel. deciſ.48. num.54. in fin. tom.1.* quoniam in notorio non requiritur ſententia *Bellet. vt ſupra.*

15 Declara, quod ſi cenſura feratur ob contumaciam, & tunc etiam in notorijs excommunicationis ſententia, niſi permiſſa citatione, & canonica monitione ferenda eſt, vt ex *Couar. tradit Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap.2.dub.4. ſect.22.num.17 fol.mihi 121. tom.1.* quia non poteſt

teſt

ceſt apparere an reus contumax ſit, niſi moneatur.

16 Sed ſi cenſura ipſo facto contracta ſit, adeout ſolum declaranda, & denuncianda ſit à Iudice, tunc citatio omitti poteſt, ſi crimen adeó notorium ſit vt manifeſtò conſtet nullam defenſionem, aut excuſationem reo competere, quia tunc exceſſus notorius examinatione non indiget, *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 23. num. 19. verſ. declaratur primo, Nauar. lib. 5. conſ. 20. de haret. num. 5. in 2. edit. Andreas Gail. lib. 1. pract. obſeruat. 77. num. 9. cum alijs per Thom del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 2. dub. 4. ſect. 22. num. 18. tom. 1. fol. 121.*

17 Vndè quando præſupponitur factum pro indubitato, & quis declaratur excommunicatus, vt magis innoteſcat, vel vt hodiè euitetur ab alijs, ex quo ipſo facto remanſit illaqueatus excommunicatione latæ ſententiæ à iure contrauenientibus inflicta, non eſt opus citatione, vt ex *Felin. & Roman. conſ. 482. tradit Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 23. num. 19. verſ. declaratur tertio.*

18 Factum autem, ſeu crimen tunc redditur notorium, quando innititur ſcientia Populi non per quamliber cognitionem, ſed ſolum prout dicit cognitionem certam, ſcientificam, & excluſiuam omnis dubitationis, & negationis, adeout ita clarum, & euidens ſit, vt latere minimè queat, & cuius teſtis ſit populus per ſcientiam inductam mediante aliquo ſenſu, nempè per viſum, aut tactum *l. teſtium 17. C. de teſtibus, cap. teſtes 3. quaſt. 2. Panormit. in cap veſtra num. 6. de cohabit. Cleric. & mulier. Specul. in tract. de notor. crim. in §. iam in notorio num. 5. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 2. caſ. 166. à num. 1. & per tot. Marcb. Paul. Leon. in prax. ad literas Maior. pœnit. part. 2. de form. diſpenſ. Matrim. tit. quid & quotuplex ſit notorium fol mihi 159.*

19 Aliud enim eſt notorium iuris probatum, quando ſcilicet inſurgit ex propria, & ſpontanea confeſſione, vel ex clara probatione in vero iudicio facta, & canonica condemnatione, *l. ingenuum 25. ff. de ſtatu hom num l. res iudicata ff. de regul. iur. cap. fin. de tempor. ordinat. vbi gloſs in verbo notorium, cap veſtra vbi Panormit. num. 5. & cap. fin. de cohabit. Cleric. & mulier. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cleric. canon. §. 4. num. 17.*

20 Aliud vero eſt notorium facti, nempè quando inſurgit ex operis euidentia, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt, & cuius teſtis eſt populus, *cap. cum dilectis 15. de purgat. canon. Archidiac. in cap. de manifeſta 2. quaſt. 1. Panormit. in cap. veſtra num. 14. de cohabit. Cleric. & Mulier. Paul. Leon. loco proximè citato, Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cleric. can. num. 27.*

21 Vlterius aliud eſt notorium facti permanentis, quando ſcilicet habet continuationem, vt eſt retentio concubinæ, aliud eſt facti tranſeuntis, nempè quando aliquid ſemel ita notoriè actum fuit, vt nulla potuerit tergiuerſatione celari, vndè adhuc per continuam memoriam hominum, & ſcripturarum notorium communiter reputatur, puta ſi quis in platea publica aliquem necauerit, *Specul. de notor. crim. §. notorium num. 10. Marcb. Paul. Leo. in prax. ad liter. Maior. Pœnit. part. 2. de form. diſpenſ. matrim. tit. quotuplex ſit notorium facti fol. mihi 180.*

22 Ad inducendum verò notorium quod ſufficiat ſcientia etiam non populi, ſed viciniæ, vel decem hominum, *cap. cum dilectus de purgat. canon. per text. in l. prætor 2. §. 4. ff. de vi bon. rapt. Bald. in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſdar. cogunt. Menoch. de arbitrar. quæſt lib. 2 cent. 2. caſ. 160. nu. 2.* vbi quod notoriè quis occiſus fuit, ſi coram decem homicidium committatur, *Bellet diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. can. § 4. num. 28. Marcb. Paul. Leon in prax. ad literas Maior. Pœniten. par. 2. tit. de form. diſpenſ. Matrim. §. quid ſit notorium facti, verſ. aliqui demum dicunt fol. mihi 177.*

23 Poteſt etiam quis excommunicari ſine monitione quando periculum eſt in mora, etiam in excommunicatione ab homine ferenda, *gloſ. in cap. cum medicinalis in verb. temerarius de ſenten. excommunicat. in 6. Abb. in cap. cum non ab homine de iudic. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 2. tit. de fauor. Cleric. canon §. 4. num. 37. Sperel. deciſ. 48. n. 60. tom. 1.*

24 Amp. quando dubitatur de fuga citandi, quia tunc poteſt declarari omiſſa citatione, latè *Felin. in cap. Rodulphus de reſcript. & Abb. in cap. cum non ab homine de iudic. quos refert, & ſequitur Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 23. num. 19. verſ. declaratur ſecundo.*

25 Amp. vt neque requiratur monitio quando delictum eſt commiſſum in præſentia Iudicis, vt ex *Felin. & Butr. tradit Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 4. num 38.*

26 Amp. vt Prælatus Regularis ſuum ſubditum excommunicare poſſit non præmiſſa monitione, quia Prælati Religioſi corrigẽtes ſuos Monachos non procedunt vti Iudices formaliter, neque ſeruato iuris ordine, & tela iudiciaria adhibita, *Lap. alleg 71. num. 4. & ex Gemin. Felin. Tollet. tradit Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 4. num. 41.*

27 Ob crimen verò aut culpam merè præteritam, aut emendatam, itaut penitus ceſſauerit, nullamque præſentem contumaciam, ſeù inobedientiam coniunctam habeat infligi non poteſt, cum tantum pro contumacia, inobedientia, & inſordeſcentia in tali peccato contra Eccleſiæ præceptum, vel pro mora in exhibenda ſatisfactione ferenda ſit, alias ſi feratur reddatur nulla, & inualida, vt puta ſi à Miniſtris laicis extractus fuit aliquis è loco immuni, vel in caſibus non exceptis, vel in exceptis abſque tamen Iudicis Eccleſiaſtici auctoritate, & non ſeruata forma Gregorianæ conſtitutionis, ſi fuerit facta reſtitutio, & reintegrata Eccleſia, extrahentes non ſunt denunciandi, declarandi excommunicati, cedolones affigendi, ſtante ſatisfactione, & reintegratione ſecuta, licet ipſo facto inciderint in excommunicationem latam in eadem Conſtitutione Gregoriana, quia tunc potius procedendum eſt ad ſolutionem cenſuræ incurſæ, & non pro culpa præterita, & emendata deueniendum ad declaratoriam cenſurarum iuxta textum in *cap. qua fronte de appel. & tradit Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 2. dub. 4. ſect. 22. à num. 11. vſque ad 15. tom. 1. & pulchre, ac latè Suarez tom. 5. de cenſur.*

ſur.diſ.4.ſect.5.per totam, & ſignanter num.6. & 7. & communiter tradunt canoniſtæ in cap.reprehenſibilis 26. de appel.& in cap. Romana §.caueant de ſentent.excomm.in 6. Bellet.diſquiſit.Cleric.par.1.tit.de fauor.Cleric.can.§.4.num.36. ex auctoritate D. Thomæ 4.diſ.18.quæſt.2.art.1.quæſtiuncula 3. Sperel.deciſ.160.num.10.& 11.tom.2.

28 Sed hoc limita procedere in excommunicatione ferenda, quæ regulariter ferri nequit pro culpa præterita, ſecus tamen in declaratoria cenſuræ à iure propter aliquod illicitum commiſſum latæ, cum huiuſmodi declaratoria nihil noui contineat, ſed tantum pœnam iuris incurſam ſimpliciter enunciat, nec amplius ligat, ſed tantum declarat ligamen iam incurſum, vt delinquens ab alijs euitetur, & purè reſpicit præteritum delictum in cuius pœnam datur, etiam ſi noua contumacia non concurrat, vt pulchrè declarat, *Rom.in conſ. 482.ſub num.5. & 6. Abb. in cap.peruenit 13.dub.4.de appel.Suar.de cenſur. diſ.3. ſect.10.num.13.cum alijs relatis per Sperel.deciſ.160. num.44.& plurib.ſequen.tom.2.*

29 Nec releuare poteſt quod Iudex Laicus putà Clericum carceratum, excarcerauerit, vel extractum ab Eccleſia reſtituerit, quia non per hoc aufertur cenſura propter commiſſum crimen lata, vnde cum delinquens adhuc permaneat in ſtatu excommunicationis denunciari poteſt excommunicatus vt euitetur, quouſque à Summo Pontifice fuerit abſolutus, vt magis confundatur, & erubeſcat, & alijs præbeat exemplum à ſimilibus abſtinendi, & ita paſſim emanare à Sacra Congregatione Immunitatis reſcripta refert *Sperel latè hanc ſententiam comprobando deciſ.160. à num.44. vſque ad 48. tom.2. & ſignanter num.47.*

30 Contrarium tamen tenet *Suarez. de cenſur. tract.3.ſect.10.num.17.* quaſi id ſit contra Eccleſię intenſionem, quæ dumtaxat emendationem ipſius rei quærit; etenim cedulones affiguntur, vt excommunicatus videns ſe ab alijs vitari aſpiciens confuſionem ſuam, erubeſcat, & conuertatur *cap.1. de except.in 6. Clement.1. de pœnis, & ibi notat Anear. num.15.* qui finis in excommunicato conuerſo purgando contumacia, & petendo abſolutionem ceſſat, vndè non eſt vlterius denunciandus, ſed abſoluendus, ex quo fruſtatoria redditur affixio cedulonum, ſi ſtatim abſolutio ſequi debet, *Genuen.in prax.Archiepiſcop.Neapol. cap.23. num.1.*

31 Declara pro conciliatione præfatarum ſententiarum, quod in caſibus exemplaribus vbi ſententia excommunicationis iam ſit lata deueniri poſſit ad declaratoriam, & affigi cedulones ad aliorum terrorem, & exemplum, & remanere affixi donec ſequatur abſolutio, ſecus verò in caſibus leuibus præcipuè ſi ſententia lata non ſit, nam tunc non debet, publicari excommunicatus comparens paratus ſatisfacere, ita *Genuen. in prax. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. cap. 23. num. 1. verſ.contrarium fuit pluries, iuncto num.3.* vbi quod ita pluries ſeruatum fuit in dicta Curia Neapolitana, *Sperel.deciſ.160.num.50.tom.2.faciunt tradita per Rot.coram Achil.de Graſſ.deciſ.1.de ſentent. excommun.*

32 Ordinarius, & Inquiſitores hæreticæ prauitatis non poſſunt inconſulto Summo Pontifice excommunicare officiales, ſeù Vrbium Gubernatores, vt diſponitur in *extrauag. cum Matthæus de hæret.*

33 Limit.vt diſpoſitio præfatæ *Extrauagan.* procedat vbi agitur de Officialibus Papæ, qui per Breue Apoſtolicum ſunt conſtituti, non autem in Officialibus, & Gubernatoribus inferioribus, qui per ſimplices literas,vel patentes conſtituuntur, & quod ita ſeruet Sacra Congregatio Immunitatis, & Sacra Conſulta teſtatur, *Sperel.deciſ.160.num.52.53.& 54.tom.1. Nauar.lib.5.tit.de ſenten.excommunic.conſ.mihi 19. Rodriquez in ſumm. cap.76. num. 6.* Immò ſi aliquis Vicarius ad cenſuras procederet aduerſus Officialem per Breue conſtitutum bona fide, & ex ignorantia dictæ *Extrauagantis* non publicè notę excuſaretur aduerſus cenſuram in eadem Extrauag. comminatam prout Vicarium Vrbeuetanum in hunc errorem lapſum defendit *Nauar.in conſ.mihi 32.num.7. & 8.de ſenten.excomm.tom.2.Sperel.deciſ.39.nu.14. par.1.& deciſ.160.num.54.tom.2.*

34 Sententia verò excommunicationis, & aliarum cenſurarum prohibetur oretenus fieri, & inter cęteras ſententiæ excommunicationis conditiones requiritur vt ea proferatur in ſcriptis alias proferens remanet interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, iuxta formam *cap.1. cum medicinalis de ſentent.excommun.in 6. vbi communiter DD.Piaſec. in prax.Epiſc.par.2.cap.4.tit.de pœnis num.77. Ric. in prax.reſol.par.1.reſol.30.num.1.et 2.Bellet.diſquiſit.Cleric par.1.tit.de fauor.Cleric.can. §.4.num.23. Sayr.de cenſur.lib.1.cap.28.ſub num.2.in fin.Suarez. de cenſur diſ.2.ſect.13.num.2.Sperel.deciſ.39.num.1. cum pluribus ſequentibus tom.1.vbi à num.10. vſque*
35 *ad 13.* comprobat quod ignorantia dicti *cap. 1. de ſentent.excommunic.in 6.* non excuſet Iudicem, quominus ſi ſententiam excommunicationis ſine ſcriptis tulerit, incidat in pœnis eiuſdem canonis, *Bonaccin.de cenſur.in comm.diſ.1.qu.1.punct.8. num.1.tom.1.fol.405.*

36 Limit.vt diſpoſitio dicti textus in *cap.1.de ſentent.excommun.in 6.* non procedat vbi eſt ſtylus in contrarium, ſecundo vbi deficit dolus, 3. vbi ſententia non fuit pura, 4. vbi illa effectum non habuit, vt latè comprobat, *Sperel.dec.39.à n.22. vſque ad 42.tom.1.*

37 Limit.5. non procedere quando ſententia excommunicationis lata eſt oretenus ex ignorantia, dummodo non concurrat dolus, vel ingens temeritas,quę requiritur ad incurrendam pœnam eiuſdem canonis, itaut non ſufficiat ignorantia iuris culpabilis, neque craſſa, neque ſupina, ſtantibus illis verbis dicti textus *ſi quis autem Iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officijs nouerit ſe ſuſpenſum*, vt pulchrè declarat *Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. can.1. quæſt.36. vbi contrarijs reſpondet, Bonaccin.de cenſur.quæſt.2. punct.2. ſub num.11. in fin. & num.12. Graſ.par 1. deciſ. lib.4. cap. 2. ſub numer. 20. verſic. nec eos, cum alijs per Sperel. deciſ. 39. numer. 43. & 44. tom. 1.*

38 Limit. 6. quando copia Notarij, vel alia ad ſcribendum neceſſaria haberi non poſſit, & periculum ſit in mora, *vt per gloſ. communiter receptam*

ptam in eodem cap.cum Medicinalis 1. de ſentent. excommun. in 6. & ex hac ratione excuſatum fuiſſe Vicarium Generalem Neapolitanum, qui cum interceſſet Choro, præcepit cuidam oretenus, vt ſub pœna excommunicationis latę ſententię Eccleſiæ Claues retineret, & refert *Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. mihi 24. num. 5. Lap. alleg. 73. ſub num. 7. Bonaccin. de cenſur. diſ. 1. quæſt. 1. punct. 8. ſub num. 2. verſ. 3. Sperel. deciſ. 34. num. 45. & 46. tom. 1.* iuxta generalem regulam, quod impotentia faciendi, quod ſub cenſura præcipitur excuſat à peccato, & à contumacia, & conſequenter ab ipſa cenſura, *Suarez. de cenſur. diſ. 20. ſect. 2. num. 14.*

39 Limit. 7. non procedere quando cenſura fertur non per viam ſententiæ iudicialis, ſed per viam ſtatuti, ſeù ordinationis generalis, *Lap. alleg. 73. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. mihi 24. num. 4.* vbi ponit exemplum ſi Vicarius præciperet ſine ſcriptura, vt omnes Clerici accedant ad proceſſionem ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, *Io: Andr. Gemin. & Franc. in cap. Romana §. caueant de ſentent. excommun. in 6. Menoch. de arbitrar. Iud. caſ. 543. num. 30. Sperel. deciſ. 39. num. 47. & 48. tom. 1.*

40 Limit. 8. vt diſpoſitio dicti textus procedat in Iudice iudicialiter procedente, ſecus verò quando excommunicatio fertur à Prælato non tanquam Iudice, ſed tanquam parte pro tuitione ſui iuris contra turbantem iuriſdictionem, tunc enim omitti poſſunt ſolemnitates dicti *cap. 1. de ſentent. excomm. in 6. ita Lap. alleg. 73. iuxta notata per Innocen. in cap. venerabili de cenſib. et in cap. ſacro de ſentent. excommun. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 24. num. 4. verſ. idem cenſet Lap. Menoch. de arbitrar. Iud. caſ. 543. art. 29. Sperel. deciſ. 39. n. 49. tom. 1. Bonaccin. de cenſur. in commun. diſ. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 2. tom. 1. fol. 405.*

41 Limit. 9. vt talis pœna ſuſpenſionis non comprehendat Epiſcopus, quia de illis non fit expreſſa mentio, cum propter eorum dignitatem ſint ſpeciali nota digni, vt tradit *Io: Monach. in eodem cap. cum Medicinalis Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 24. num. 6. Graſ. par. 1. dec. lib. 4. cap. 3. num. 19. & 20. Sperel. deciſ. 39. numer. 50. tom. 1.*

42 Limit. 10. vt neque procedat in Prælatis regularibus ſecundum *Lap. dicta alleg. 73.* ſed contrarium tenent *Io: Monach. Franc. Io: Andr. Hoſtien. Petrus de Anch. in dicto cap. 1. de ſenten. excommun. in 6. Bonaccin. de cenſur. diſ. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 2. verſ. 5. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 24. num. 6. in fin.*

43 Limit. 11. procedere in excommunicatione ferendæ ſententiæ, ſecus in Iudice denunciante aliquem excommunicatum, quia textus in dicto *cap. 1. de ſentent. excommun. in 6.* facit tantum mentionem de excommunicatione, non autem de denunciatione, *Abb. in cap. reprehenſibilis num. 6. de appel. Soc. in cap. ſacro num. 263. de ſentent. excommun. Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 4. num. 23. & poſt Nauar. quem citat aduertit, Auila de cenſur. 5. par. dub. 3. col. 4. Bonaccin. de cenſur. quæſt. 1. punct. 8. ſub num. 2. verſ. 2. Sperel. dec. 39. num. 51.*

44 Lim. 12. in ferentibus ſimplicem prohibitionem, qui non intendunt proprie ferre cenſuram ſtrictè ſumptam, vt quando Chori præfecti abigunt, & repellunt aliquem Canonicum à Choro, ſed non intendunt illos proprie ſuſpendere à Choro, vt ex Auila, & alijs recentioribus communiter tradit *Bonaccin. de cenſuris in communi diſp. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 2. verſ. 6. ex numer. Sperel. deciſ. 39. num. 52. tom. 1.*

45 Limit. 13. in monitione aliquid faciendi ſub pœna excommunicationis, non enim in illa requiritur ſcriptura, ſed ſufficit factam fuiſſe coram perſonis, à quibus probari poſſit, *Abb. in cap. ſacro num. 3. de ſentent. excommun. Tabien. in verbo excommunicatio in princ. Soar. de cenſur. diſ. 3. ſect. 11. num. 8. Sperel. deciſ. 39. num. 53. tom. 1.*

46 Ratio autem cur cenſura excommunicationis ſit ferenda in ſcriptis, cum expreſſione cauſæ eſt, vt Iudex procedat cum maiori cautela, & circumſpectione in ferenda cenſura, ex iuſta, vrgenti, & non ex leui cauſa, tum quia ligatus cenſura poteſt habere recurſum ad ſuperiorem, qui vt conſtet de grauamine, debet ſcire cauſam ob quam lata eſt cenſura ex eiſdem actis, *Bonaccin. de cenſur. in commun. diſ. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 1. to. 1. fol. 405. vbi in fin.* quod aliter ferens excommunicationem peccet mortaliter, quia facit contra ius in materia graui à lege præſcripta.

S V M M A R I V M.

1 A Sententia excommunicationis iam latæ non datur appellatio ſoſpenſiua.
2 Amp. in ſuſpenſione, & interdicto.
3 A declaratoria excommunicationis à iure lata datur appellatio ſoſpenſiua.
4 Excommunicatio lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla.
5 Et pendente appellatione non ſunt affigendi cedulones.
6 Limit. procedere in appellatione legitima, ſecùs in friuola.
7 Quando appellatio dicatur friuola, & num. 8.
9 Limit. 2. vbi agitur de excommunicatione lata à iure, ſeu per viam ſtatuti.
10 Limit. 3. vt de conſuetudine à declaratoria non detur appellatio, præcipuè vbi agitur de violata immunitate Eccleſiaſtica.
11 Limit. 5. in facto notorio.
12 Si reus ſit contumax, qui non poteſt appellare.
13 Sublim. procedere in vero contumace, ſecùs verò in ficto.
14 Sed hoc procedit de iure communi, ſecùs vigore conſtitutionum Summorum Pontificum, & de generali conſuetudine totius Italiæ.
15 Verus contumax quis dicatur.
16 In contumaciam condemnatus an, & quando ſit admittendus ad nouas defenſiones vigore conſtitutionum Summorum Pontificum, & quid de iure communi 17.
18 Appellatio non datur à ſententia Epiſcopi declaratoria reum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica.
19 Pro vt neque datur ſi ſententia ſit data ad fauorem rei.
20 Abſolutio ab excommunicatione non datur niſi ſatiſfacta parte, ad cuius inſtantiam lata fuit.
21 In contumaciam excommunicatus abſolui debet præſtita cautione de ſatiſfaciendo, pro vt etiam ſeruandum eſt quando offenſio ſit dubia 22.
23 Excommunicatus ſi non poteſt ſatiſfacere pro manifeſta offenſa, aut dubia, aut præſtare ſufficientem cautionem, ſufficit ſi iuratoriam tantum præſtet cautionem.
24 Excommunicatus ad tempus puta donec ſatiſfecerit elapſo tempore indiget abſolutione.
25 Pro vt etiam de ſuſpenſo, & interdicto. Contrarium n. 26.
27 Abſoluendo ab excommunicatione poteſt Epiſcopus imponere pœnam pecuniariam.

ADNOTATIO II.

A ſententia excommunicationis eiuſque declaratoria, an detur appellatio.

1 A Sententia excommunicationis iam latæ non datur appellatio ſuſpenſiua, quia huiuſmodi ſententia cenſuræ ſecum trahit executionem, *cap. Paſtor. §. verum, & ibi gloſ. & DD. de appell. Io. Andr. in cap. is, cui num. 4. de ſentent. excommunic. in 6. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 5. num. 20.* vbi quia ſententia excommunicationis eſt medicinalis, & relaxatur principaliter ad corrigendum, & propterea excommunicatus ab Ordinario poteſt denunciari excommunicatus non obſtante eius appellatione, quæ hoc caſu operatur tantum affectum deuolutiuum non autem ſuſpenſiuum, *Abb. in dicto cap. Paſtoralis §. verum num. 1. 6. 7. & nu. 23. Hoſtien. num. 10. verſ. noi itaque de appell. Ricciul. de iure perſonarum lib. 4. cap. 64. nu. 1. 2. 10. & 11. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 21. nu. 16. Scaccia de appell. quaſt. 17. limit. 22. num. 1. 4. & 7. Gabr. in tit. de regul. iur. lib. 6. concluſ. 3. num. 59. Suarez. de cenſur. diſ. 3. ſect. 16. num. 5. Capel. Toloſ. deciſ. 300. Bellamer. deciſ. 313. Sperel. deciſ. 48. num. 8. tom. 1. Rot. deciſ. 3. num. 1. part. 2. in recent.*

2 Amp. vt neque ſuſpenſio, ſeù interdictum ſuſpendatur per appellationem, quia quantum ad hunc effectum non differunt ab excommunicatione, *cap. ad hæc vbi gloſ. 1. de appel. cap. cui. vbi gloſ. in verbo ſequentem, & DD. de ſent. excom. Lancellot. de attentat cap. 12. limit. 23. num. 12. Ricciul. de iur. perſon. lib. 4. cap. 64. nu. 4. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit de fauor. Cleric. can. §. 5. n. 24. Rot. deciſ. 19. num. 2. de ſenten. excommun. in antiq.*

3 A declararatoria verò, ſeù ſententia Iudicis declarantis appellantem incidiſſe in ſententiam excommunicationis à iure latam datur appellatio ad vtrumque effectum tàm ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum, ita vt interim impediatur denunciatio, quia cum huiuſmodi ſententia habeat annexum factum, & Iudex decipi potuit, ideò appellatio ſuſpendit, *cap. peruenit il primo de appel. vbi Abb. num. 6. Franch. in cap. Paſtor. §. verum quia num. 27. de appel. Gemin. in cap. is, cui, & ibi Ancar. & Franch. de ſent. excom. in 6. Felin. in cap. cum non ab homine num. 12. de Iudic. Scaccia de appel. quaſt. 17. limit. 22. num. 36. Vgolin. de cenſ. tab. 1. cap. 20. §. 2. nu. 10. Auila. de cenſur. part. 2. diſ. 5. dub. 11. conclu. 2. Ric. deciſ. 102. num. 1. & 2. part. 3. Capic. deciſ. 1. nu. 19. Achil. de Groſ. deciſ. 4. de ſenten. excommun. Puteus. deciſ. 271. lib. 3. Sperel. deciſ. 48. nu. 9. tom. 1. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 5. nu. 26. Rot. deciſ. 100 num. 3. & 31. in fin. part. 1. diuerſ. & deciſ. 3. ſub num. 1. part. 2. in recentior.*

4 Excommunicatio igitur lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla, vt ex *Genuen. tradit Sperel. deciſ. 48. num. 7. tom. 1. Achil. de Graſſ. de ſenten. excommun. deciſ. 4.*

5 Pendente enim appellatione Iudex non poteſt appellantem denunciare excommunicatum per cedulonorum affixionem, vel alio quouis modo, *Franch. in cap. Paſtor. 53. §. verum quia numer. 27. de appell. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. de attent. & innouat. appell. penden. limit. 21. num. 21. Scaccia de appell. quaſt. 17. limit. 22. nu. 4. Sperel. deciſ. 48. num. 9. verſ. ac proindè tom. 1.*

6 Limit. 1. ſupradicta procedere in appellatione legitima, ſecùs in friuola, quæ non annullat excommunicationem poſtea latam *Marian. Socin. in cap. nulli num. 40. de ſenten. excommun. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 13. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 16. num. 27. Sperel. deciſ 48. num. 39.*

7 Et dicitur friola quando interponitur ad denegandam, vel ad protrahendam obedientiam. quo caſu eſt reijcienda, *cap. cum appellationibus de appell. in 6. Veral. deciſ. 328. num. 2. part. 1. Sperel. deciſ. 48. num. 39. verſ. friula verò.*

8 Vel quando in ea nulla fuit expreſſa cauſa, vt requiritur ad hoc vt appellatio non cenſeatur friuola, *Marian. Socin. in cap. à nobis 48. num. 39. & in cap. Sacro 48. num. 166. de ſenten. excommun. Sperel. deciſ. 48. num. 40. tom. 1.*

9 Limit. 2. vbi agitur de excommunicatione lata à iure, ſeù per viam ſtatuti, à qua non datur appellatio, quæ non poteſt impedire declarationem excommunicationis iam incurſæ, & à lege inflictæ, eſt textus in *cap. Paſtoralis §. verùm, & ibi Franch. num. 3. de appell. in 6. Anchar. in cap. quicunque num. 3. de ſenten. excommun in 6. Lancellot. de attentat. cap. 12. limit. 21. numer. 3. Sperel. deciſ. 48. num. 41. Rot. deciſ. 59. de appell. in nouis,* ſententia enim iuris ſemper præſumitur iuſta argumento, *cap. erit autem lex diſ. 4.*

10 Limit 3. vt quidquid ſit de iure hodie à declaratoria non datur appellatio, cuius vigore impediatur affixio cedulonorum ad effectum ſuſpenſiuum, præcipuè à declaratoria lata ob violatam Eccleſiæ immunitatem, & ita ſæpè declaraſſe *Sacram Congregationem immunitatis teſtatur Sperel. deciſ. 48. num. 42. & 49. in fin. tom. 1.*

11 Limit. 4. in facto notorio, in quo procedi poteſt ad denunciationem appellatione non obſtante, *Franch. in cap. Paſtoralis §. verum quia nu. 27. de appell. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 2. num. 3. tit. de attentat. appell. penden. Scaccia de appell. qu. 17. limit. 22. ſub n. 37. verſ. confirmatur quarto Sperel. deciſ. 48. num. 43. & 44.* vbi quod à declaratione Notarij datur appellatio *tom. 1.*

12 Limit. 5. quando reus eſt contumax, qui de iure non poteſt appellare, præcipuè quando quis incurrit excommunicationem à iure latam, nam tunc capta informatione, & reo citato ad dicendum cauſam, quarè iuxta praxim ſupra traditam, ſi non compareat contra eum procedendum eſt ad declaratoriam, & affixionem cedulonorum, reiecta appellatione, quæ attenta contumacia ad impediendum tantum iuſtitiæ curſum attendi non debet, iuxta textum in *l. properandum §. ſin autem C. de iudic. l. 1. C. quando appell. non recipiat. & in puncto tradit Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cleric. canon. § 5. num. 27. Scaccia, qui alios congerit in tract. de Appell. qu. 17. limit. 3. num. 1. & ſequent. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 164. nu. 4. part. 2. & de communi teſtatur Sperel. deciſ. 48. num. 46. tom. 1.* vbi ita declaraſſe *Sacram Congregationem Epiſcopor. & Regular.* vt ex decreto approbato à Clemente VIII. de quo *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. in cap. 28, in addit. nu. 9.*

nu.9. & in cap.88. in addit. in fin. nu. 47. & Bellet. loco ſupra citato num.29.

13 Et licet ſupradicta videantur procedere in verò contumace, ſecùs verò in ficto, qui ſi interponat appellationem videtur audiendus, *gloſ. communiter recepta in Clement.1.vbi Imol. de dolo, & contum. Granat. ad Veſtrium. lib.7.cap.3. nu.54. Rot. deciſ. 2. & deciſ. 16. per tot. de dolo, & contumac.*

14 Tamen in Vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico vigore conſtitutionis, ſeù motus proprij Pij IV. & Conſtitutionis Marchiæ, abſens, bannitus, & in contumaciam condemnatus minimè eſt audiendus, nec appellare poteſt etiam quod non ſit verus. contumax, ac etiam ſi à ſtatuto habeatur ſolum pro confeſſo, *Carthar. de execut. ſenten. capto Bannit. cap.1. num. 54. & ſequent. & num.162. & ſeq. Farinac. quæſt.11.num.48.verſ. apud nos*, & turſus *num.3.* teſtatur hoc ſeruari de generali conſuetudine totius Italiæ *Clar. in §. fin. quæſt. 44. num.3. Ric. collect. deciſ. part.5. deciſ.1855. Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1.tit.de fauor. Cleric. can. §.5.nu.31.* vbi ita in Signatura Iuſtitiæ obtinuiſſe de anno 1618,

15 Dicitur autem verus contumax non ſolum is, cui perſonaliter facta eſt citatio, ſed etiam is, qui mendicato receſſu poſt delictum fugam arripit, & in tutum ſe ponit, ne in fortijs Curiæ deueniat, vel citetur, nam in ſui odium habetur pro præſente, & verus contumax reputatur, pro vt generaliter cenſetur, qui præcedentibus neceſſarijs citationibus, vel monitorio, in quo comminatio fuiſſet appoſita non comparuit, neque docuit de aliquo legitimo impedimento, vt alijs relatis tradit *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 5. num. 32.*

16 Sublim. quod ſic in contumaciam condemnati ſi infra annum ſponte compareant à Iudice ad ſe defendendum admittuntur, ſi verò fuerint capti etiam infra annum, vel ſponte compareant poſt annum, ſententia in contumaciam lata crimen notorium facit, & tanquam in rem iudicatam tranſierit realiter, & perſonaliter executioni demandatur, nec à Iudice reus ad nouas defenſiones admittitur, niſi habita à Signatura Sanctiſſimi deſuper ſpeciali gratia, iuxta *Conſtitutiones Pij IV. par.1. Bullar. ex ordine 128.fol. mihi 869. & pij V. emanat. ſub die 22. Iunij 1566. & alla ſub datum idibus Spetembris 1517. in 2. part. Bullar. ex ordine 137.fol. mihi 1133.* de quibus *Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt.11. num.4. poſt med. verſ. qui ſi non comparet vſque ad fin. & ſignanter num. 68. & 69. verſ. ſi verò Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit de fauor. Cleric. canon. §.5 num.37.*

17 Iure tamen communi inſpecto comparens infra annum, ſiuè poſt annum admitti debet ad nouas defenſiones à ſolo Principe, *Boſſ. de remed. contra Ban. num 3. & tit. de liter. Princip. bannit. admit. num.3. Clar. in §. fin. quæſt. 44. num. 10. ibique Barard. num.57. Farinac. dicta quæſt.11.nu.14. verſ. reſpondeo ſecundo. & num.49. verſ. apud nos, & nu.64. cum ſeq. Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. canon. §.5. num.37. verſ. licet iure communi.*

18 A ſententia verò Epiſcopi declaratoria reum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica non datur appellatio, etenim ſi Epiſcopus cognouerit verè confugientem exceptum crimen commiſiſſe, tunc quacumque appellatione remota, idem confugiens per Eccleſiaſticum Iudicem de mandato Epiſcopi Curiæ ſæculari conſignandus eſt, vt expreſſis verbis habetur in conſtitutione Gregorij XIV. *Farinac. de immunit. Eccleſiaſt. num.372. Guazin. ad defenſ. part.1. cap. 31. nu.11. Bonacin. de legib. diſ.3. quæſt.7. punct.7. n.11. Diana reſol. moral. par.4. tract.1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol.97. verſ. an verò detur.*

19 Prout neque datur ſi ſententia ſit lata ad fauorem rei *Peregrin. de immunit. Eccleſiaſt. cap.16. num. 33.* Et cenſuit *Sac. Congregatio Immunit. in Marianen. 19. Maij* 1648. per hæc verba *Sac. Congregatio cenſuit non dari appellationem à declaratione Epiſcopi, circa quem gaudere debere immunitate Eccleſiaſtica, & ideò Epiſcopum vti poſſe remedijs à Sacris Canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis permiſſis, oretenus tamen cum Agente iuxtà mentem.*

20 Abſolutio verò ab excommunicatione dari non debet, niſi pars læſa fuerit vocata pro ſatiſfactione ſua, ſi ad inſtantiam partis fuerit lata excommunicatio, & ſic præuia eiuſdem partis ſatisfactione, niſi periculum eſſet in mora, nam tunc eſt danda abſolutio abſque partis citatione, vt copioſè alijs congeſtis docet *Bellet. diſquiſit. cleric. part.1. tit. de fauor. cleric. canon. §.5. num. 41. Ricciul. de iure perſonar. lib.4. cap.70. num. 1. & 2. & 12, Ric. in prax. reſol. part.2. reſol.15. num.1. & 3.*

21 Sed ſi pro contumacia quis fuerit excommunicatus, tunc ille abſolui poteſt præſtita cautione de ſatisfaciendo; *cap. ex parte 1. de verb. ſignif. Sayr. in theſaur. caſ. conſcien. de cenſur. lib.2. cap. 18. num.14. Ricciul. de iure perſon. cap.70. nu.11. Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. canon. §.5.*
22 *num.43. & 44.* vbi quod idem dicendum ſit quando offenſa ſit dubia per textum *in cap. ex parte 1. cap. venerabilibus §. 1. de ſenten. excommun. in 6. Sayr. de cenſur. lib.2. cap.18. num.16.*

23 Quod ſi excommunicatus pro manifeſta offenſa, aut pro dubia non poſſet ſatisfacere, aut præſtare ſufficientem cautionem, tunc ſatis erit ſi iuratoriam tantum præſtet cautionem, vt ex Conar. tradit *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. canon. §.5. num.45,*

24 Excommunicatus verò ad tempus præſtitutum, puta donec ſatisfecerit elapſo tempore indiget abſolutione, *gloſ. in Clement. 1. in verbo donec de decim. Abb. in cap. cum. deſideres num. 2. de ſenten. excommun. & in cap.1. nu.6. de Iud. vbi etiam Ripa Couar. in cap. Alma Mater. part.1. cap.11. nu.5. de ſenten. excom. in 6. Ricciul. de iure perſonar. 25. lib. 4. cap.65. nu.25. & 27.* vbi idem dicendum de ſuſpenſo, & ſimiliter interdicto *cap. quamquam in fin. de cenſib. in 6. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauor. Cleric. canon. §.5. num.53.*

26 Contrarium quod in ſuſpenſo, & interdicto, donec ſatisfecerit, ſecuta ſatisfactione non ſit neceſſaria abſolutio, ſed ſufficiat declaratio ſuper ſatisfactione docent *Ricciul. de delictis, & pœnis quæſt. 18. num.39. verſ. & ſi contumax.*

27 Poteſt tamen Epiſcopus in abſolutione ab excommunicatione imponere abſoluendo pœnam pecuniariam locis pijs applicandam, *Sayr. de catholic. inſtit. tit. 27. num. 50. Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. canon. §.5. num. 50.*

PRÆNESTINA CENSVS.

ARGVMENTVM.

Eccleſia ſi contrahat cum minoribus, vel mulieribus non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatutariæ, priuilegiatus vero quando agit cum æquè priuilegiato potior eſt cauſa illius, qui agit de damno euitando, & conuenitur, rectè tunc opponit de defectu ſolemnitatum ſtatuti, an autem hoc caſu teneatur ad reſtitutionem receptorum, & an Vniuerſitates, & Barones poſſint condere ſtatuta ampliſſimè declaratur.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia ſi contrahat cum minore, & muliere non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatuti. Contrarium num. 4.
Limit. quod qui agit de damno euitando, & conuenitur poſſit opponere de defectu ſolemnitatum, nu. 2. Limit. 2. vt in num. 3.

5 Statutum Vrbis propter Summi Pontificis confirmationem comprehendit perſonas Eccleſiaſticas, Collegia, & Conuentus Religioſorum.

6 Vbi adeſt ſtatutum particulare non attenditur ſtatutum Ciuitatis dominantis, & num. 7.

8 Eccleſiaſtici vti poſſunt ſtatutis Laicorum actiuè ad eorum fauorem, non autem è contra.

9 Statutum Laicorum nihil diſponere poteſt, quod iuramentum, nec poteſt comprehendere contractus iuratos.

10 Statutum Vrbis comprehendit loca, Ciuitates, & perſonas diſtrictuales.

11 Obligatio mulieris de iure communi iuramento valleto ſuſtinetur.

12 Quilibet populus etiam non liber poteſt facere ſibi ſtatutum.
Contra tamen ius commune populi ſubiecti Sedi Apoſtolicæ non poſſunt condere ſtatuta abſque confirmatione Apoſtolica, ibidem.

13 Baro recognoſcens ſuperiorem non poteſt ſtatuere contra ius commune, nec huiuſmodi ſtatuta confirmare. 14. Poteſt tamen ad publicam vtilitatem præter ius ſtatuere. num. 15.

16 Legatus de Latere non poteſt ſtatuere contra ius commune, neque Vicarius perpetuus recognoſcens ſuperiorem, num. 17.

18 Confirmatio Apoſtolica ſtatuti curſu 30. annorum præſumitur, etiam non data ſcientia Papæ, num. 19.
Limit. vt dicta confirmatio præſumatur tantum in forma communi, 20. ſecus autem ſi ſtatutum diſponat contra ius commune cum exiget confirmationem in forma ſpecifica, 21. quæ debet eſſe expreſſa, & non præſumpta. nu. 22.

23 Præſumptio confirmationis ſtatuti contra ius commune ceſſat, ſi non probatur obſeruantia cum ſcientia Papæ, præcipuè attento decreto irritante in Aegidiana, & confirmatione Pauli III. nu. 24.

25 Præſumptio confirmationis Apoſtolicæ remanet ſublata per Conſt. Vrbani VIII.

26 Statuta contra ius ſeruari non debent in vim conſuetudinis.

27 Minoris contractus nullus defectu ſolemnitatum, de quo donec opponatur dicitur eſſe in ſuſpenſo ſtatu validitatis, & tenetur ad ſolutionem fructuum puta Cenſus,

28 Minor, vel mulier impugnans contractum ex capite nullitatis tenetur ad reſtitutionem receptorum,

29 Limit. ſi contraxerit non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti, niſi ſit effecta locupletior, & num. 30.

31 Et locupletior dicitur facta, ſi pecunias recipit.

32 Vbi agitur de reſtitutione receptorum magis debet præualere æquitas, quam apices iuris.

33 Et conueniri poſſunt minores, & mulieres ex æquitate legis naturalis, ſi non ex contractu nullo.

34 Et quando ceſſat præſumptio fraudis, & doli minor, ciuiliter, & naturaliter obligatur, licet non fuerint adhibitæ ſolemnitates.

35 Minor enormiſſimæ læſus, vel contrahens abſque ſolemnitatibus, quamuis renunciauerit cum iuramento beneficio minoris ætatis, ſtatuto, legum, auxilijs, & poteſt venire contra propriam renunciationem.

Et eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum eadem quoque inducitur ad renunciandum priuilegijs minoribus, & mulieribus competentibus. ibidem.

DECISIO XCVII.

Diſcuſſo dubio ſuper ſubſiſtentia vnius annui perpetui Cenſus aliàs impoſiti à Felice Trolij ad fauorem Capellæ, ſeu Rectoris pro tempore Sanctæ Mariæ Magdalenæ, reſpondendum cenſui pro nullitate eiuſdem Cenſus, ipſam tamen Felicem teneri ad reſtituendam ſummam receptam, & vlterius ad ſolutionem fructuum decurſorum vſque ad diem motæ litis, ſeù declaratæ, & acceptatæ nullitatis.

Nullitas deducebatur, quia in huiuſmodi Cenſus impoſitione non fuerunt ſeruatæ ſolemnitates ſtatuti *Vrbis lib. 1. cap. 151.* requiſitæ in contractibus mulierum, & minorum, in nihilo
1 refragante, quod Cenſus fuerit impoſitus ad fauorem Capellæ Sanctæ Margharitæ, & ſic in contractu mulieris priuilegiatæ cum Capella, ſeù Eccleſia æquè priuilegiata, in quo non exiguntur ſolemnitates ſtatutariæ, iuxta *Verall. deciſ. 172. num. 9. & deciſ. 194. par. 3.* quam *Veralli* opinionem pro conſtanti retinendam eſſe dixit *Rota deciſ. 190. num. 27. & 28. par. 6. recent.* prout etiam ſecuta fuit *deciſ. 461. num. 11. par. 1. pariter recent. & in Toletana Pecuniaria 26. Ianuarij 1590. coram Comitulo, & in Romana Dotis 29. Maij 1602. coram Ortembergo, & comprobat Cephal. conſil. 109. n. 108. Graunt. theorem. 25. num. 37. Cabal. conſil. 180. nu. 11. par. 1. cum alijs allegatis per Rota deciſ. 610. num. 10. par. 4. to. 2. recent.*

2 Quoniam viſum fuit in caſu præſenti intrare limitationem, quod quando agitur inter æquè priuilegiatos, potior ſit cauſa illius, qui agit de damno euitando, & conuenitur, nam tunc conuentus rectè opponit de defectu ſolemnitatum ſtatuti, *Lambertengh de contract. minor. ad fin. n. 125. latè Picus ad ſtatut. Vrbis gloſſ. 7. num. 83.* qui plures caſus diſtinguit *Gregor. XV. deciſ. 164. num. 6. vbi Beltram. in addit. num. 12. & deciſ. 473. nu. 13. & 14.*
3 vbi quod regula non procedat, quando vnus tractat de lucro captando, alter de damno euitando, vel quando vterque agit de damno euitando alter tamen conuenitur, quia tunc potior eſt cauſa eius, qui conuenitur *Rota deciſ. 282. num. 10. par. 4. diuerſ. & deciſ. 218. num. 6. par. 2.* & in puncto contractus initi inter minorem, & Eccleſiam, *Rota deciſ. 190. num. 29. & 30. par. 6. deciſ. 610. n. 11. par. 4. tom. 3. recent.*

4 Quinimmò quod huiuſmodi ſtatutum obliget etiam perſonas Eccleſiaſticas propter Summi Pontificis confirmationem, comprobat *Picus ad ſtatut. Vrbis gloſſ. 7. num. 81. & dixit Rota in Tuſculana Donationis 19. Ianuarij 1633. coram Merlino poſt Tamburin. de iure Abbatis deciſ. 28. num. 3. iuxta generaliter tradita in deciſ. 452. in princ. par. 1. diuerſorum, Seraph. deciſ. 1170. num. 3. Fenzon. ad ſtatut. Vrbis in cap. 149. num. 21. Canaler. deciſ. 616. num. 3.*
5 vbi quod comprehendat etiam Collegia, & Conuentus Religioſorum etiamſi ſint perſonæ fictæ,

Rota

*Rota deciſ.240.num.1.& deciſ.104.nu.1.& deciſ.98.
num.1.par.3.recent.*
6 Nec prædictis reſiſtit, quod huiuſmodi Cenſus
contractus celebratus fuerit ſeruatis ſolemnitati-
bus requiſitis à ſtatuto municipali Terræ Paliani
exigente tantum pro actus validitate præſentiam
& conſenſum duorum proximiorum, ac proinde
non ſit attendendum ſtatutum Vrbis, dummodò
adeſt ſtatutum particulare, *Rota deciſ.330.num.3.
par.2.diuerſ.deciſ.378. num.6. par.4. tom.2.recent.&
deciſ.538.num.20.coram Buratto*, ſiquidem quando
7 Ciuitas ſubiecta non habet particulare ſtatu-
tum recurrendum ſit ad ſtatutum Ciuitatis do-
minantis, *Roman conſil.218. Soccin.conſil.81.lib.1.
Adden.ad* Buratt.*deciſ.834.nu.15.Seraph.deciſ.1161.
num.2.*

Et conſequenter non videatur dictam Felicem
opponere poſſe de defectu ſolemnitatum ſtatuti,
vtpotè quia eadem Felix vti ſubdita ſubiacet, &
8 ligatur ſtatuto propriæ patriæ, & Clerici, & Ec-
cleſia, cum qua contraxit vti poſsint ſtatutis, &
priuilegijs Laicorum actiuè, & ad eorum fauo-
rem, non autem è contra *gloſſ.in cap.quacunque in
verſ.nouit.de Iud.Abb.in cap.conſtitutus nu.4. de re-
ſtit.in integr.Honded.conſ.20.n.2.lib.1. Cranett.con-
ſil.401.n.6.l.1.Molpheſ.in conſuet.Neapol.to.1 pa.s.
quæſt.7.num.41.& tom.2.conſuet.23.numer.7. Diana
reſol.moral.par.3.tract.1.de immun.reſol.43.ante fin.
Vinc.de Franch.deciſ.283.num.5.*
9 Non enim obſtat obiectum, quia dictum ſta-
tutum non eſt aptum comprehendere contractus
iuratos, cum Laicorum poteſtas nihil diſponere
poſsit quoad iuramentum, vt in ſimili ſtatuto
conſuluit *Aldobrand.conſil.8.num.52.lib.1. Bart.in
l.omnes populi num.25.ff.de iuſt.& iur.Alex.conſ.27.
num.7.lib.1.& dixit Rota deciſ.44.num.4.coram Bu-
ratt.& deciſ. 953. num. 11. coram Amat. Dunozet.
tom.2.*
10 Vnde ſibi locum vindicat ſtatutum Vrbis, à
quo annullantur contractus celebrati non adhi-
bitis præſcriptis ſolemnitatibus etiamſi iuramen-
to firmati exiſtant, ex quo iuramentum dolo, &
metu extortum præſumatur, & conſequenter po-
teſt Felix, quæ conuenitur, & agit de damno
euitando opponere de defectu ſolemnitatum ex
ſuperiùs deductis, vtpotè quia de quibus non
diſponit, nec defectu poteſtatis diſponere poteſt
ſtatutum municipale, bene recurri poteſt ad ſta-
tutum Vrbis, quod comprehendit Ciuitates, lo-
ca, & perſonas in diſtrictu, *Seraph. deciſ. 1161.
per totam, Caualer.deciſ.616.num.2.* & hoc eſſe de
iure ciuili tradit *Roman. conſil.218. & Soccin.con-
ſil.81.lib.1.*
11 Quod fuſiùs comprobatur, quia præfatum ſta-
tutum eſt contra ius commune, cuius vigore mu-
lieris obligatio iuramento vallata ſubſtinetur,
præcipuè de iure canonico, non obſtante *Auth.ſi
qua mulier C.ad Velleian.ex gloſſ.communiter recepta
in cap.ex reſcripto de iure iuran. Curt.Iun. conſil.47.
num.2.& 5.par.1.Burſat.conſil.56.num.15.lib.1.Se-
raph.de iuram.priuil.118.num.4.Theſaur.deciſ.223.
num.10.Afflict.deciſ.311 num.4. Rota deciſ.363.nu-
mer.3.coram Greg.XV.& in Fulginaten. Pecuniaria
25.Iunij 1621.coram Manzanedo deciſ. 91. num.2.
poſt Gilian. ad ſtatut.Peruſin.& deciſ.100. nu.2. poſt
Zucch.de obligat. Cameral. & in Romana Societatis
Officij 4. Februarij 1603. coram Penia poſt Marcheſ.
de commiſſ.tom.1.fol.911. num.4. ſub verſ.& hæc lo-
cum habent, & deciſ.171.num.10.poſt Pacif.de Salu.
interdict.deciſ.775.nu.6.& 7.par.2.& deciſ.88.nu.7.
par.6.recent.*
12 Ac proinde redditur nullius roboris, & mo-
menti, quia licet quilibet populus etiam non li-
ber poſsit facere ſibi ſtatum, *Nutta conſil.12.n.1.
Coler.de proceſſ.execut. par.1.cap.1. num.13. & 14.*
Tamen contra ius commune Communitates, &
Populi ſubiecti Sedi Apoſtolicæ non poſſunt con-
dere huiuſmodi ſtatuta abſque auctoritate, ſeù
confirmatione Pontificis, & condita non valent,
*Bald.in l.omnes populi num.6.col.2.verſ.præterea nul-
lus de iuſt.& iur.& conſil.407. num.2.lib.2.Surd.con-
ſil.48.num.9.lib.1.Gratian.diſcept.245. num.37. di-
ſcept.300.à nu.48.vſque ad fin. & diſcept.469.n.13.
& 16. & 17.* vbi quod res ſit ſine difficultate
ſtante *Conſtitutione Aegidiana lib.2.cap.36.* quæ fuit
extenſa *per Paulum III.* ad totum ſtatum Eccle-
ſiaſticum *Ferentil.ad Buratt.deciſ.758. num.13. Po-
ſtiui reſol.130. num.24. Honded. conſil 13. num.17.
lib.2.Greg.XV.deciſ.267.num.1 vbi Adden. nu.14.
Seraph.deciſ.1004.num.8. Merlin.deciſ 09.ſub nu.1.
& 4.Penia deciſ.35.num.13.& deciſ.495.nu.4. Rota
deciſ.536.num.1.& deciſ.580. num.1. 2. & 4. par.1.
diuerſ.deciſ.373.num.1.par.3.deciſ 177.n.15.par.5.
tom. 1.* & in puncto *ſimilis ſtatuti Terræ Poli. de-
ciſ.540.num.9.par.5.tom 2.deciſ. 227. num.1. par.7.
recent.& in Corduben. Dimidiæ portionis 30. Ianua-
rij 1654. §.reſpectu vero circa med.coram Meltio.*
13 Prout nec etiam Barones, & Domini in tem-
poralibus Ciuitatum, & locorum recognoſcen-
tes ſuperiorem, & non omnino liberi poſſunt ſta-
tuere coarctando libertatem ſubditorum contra
ius commune, *Caccialup.in l.omnes populi quæſt. 4.
in princ.ff.de iuſt.& iur.Soccin.conſil.272.nu.8.lib.2.
Gratian.diſcept.245.nu.46.* Neque eiſdem permit-
14 titur confirmatio ſimilium ſtatutorum contra
ius commune, *Gratian.diſcept.245. num.45.& diſ-
cept.469.num.20.*
15 Siquidem ſolum permittitur Baroni, & Domi-
no in temporalibus facere in ſuo dominio pro-
clamata, Ordinationes, & ſtatuta ex iuſta cau-
ſa, & propter publicam vtilitatem, iuſta tamen,
& honeſta, ac præter ius, non autem contra ius,
*Bart.in l.omnes populi num.8.verſ.aut quæris de alijs
ff.de iuſt.& iur.ibique Crot. num.32. Curt.iun.in l.1.
num.18.ff.quod quiſque iur. Bald. conſil. 459. in fin.
vol.2.Aym.conſil.314. num.1. Alex.in l.nemo poteſt,
num.4. de legat.1. Rota deciſ.427. num.2. coram Bu-
ratto.*
16 Quinimmò neque Legatus de Latere poteſt
ſtatuere contra ius commune, nec huiuſmodi
ſtatuta confirmare, *gloſſ.in cap. fin. in verb. figura
de hæret.in 6. quam ſingularem dicit Imol.in l.ex duo-
bus 34.§.fin.num 7.verſ.tu adde ff.de vulgar. & pu-
pillar.Gratian.diſcept.300. num.50.tom.2.& diſcept.
245.num.47.& diſcept.469.num.20.Rota deciſ.780.
num.7. par.1. diuerſ.* & de Vicario perpetuo reco-
17 gnoſcente ſuperiorem, quod neque poſsit ſta-
tuere contra ius commune, ſicut nec poteſt Præ-
fectus Prætorius, *l.2.C.de offic.Præfect.Prætor.Rota
deciſ.6.num.6.coram Buratto.*
18 Nec infringit quod in Terris Eccleſiæ curſu
30.annorum præſumatur confirmatio Apoſtolica
ſtatu-

ſtatuti *Addeu.ad Greg.XV.deciſ.354.num.18. Rota deciſ.671.num.1. et deciſ.792. num.1. coram Seraph. deciſ.45.num.8.coram Buratto deciſ.56.num.2.coram Durano deciſ.202.nu.5.deciſ.107.nu.24.par.7.recent. et deciſ.193.num.14 poſt Merlin. de legit. et in Interamnen.vſusfructus 18. Iunij 1649. §.nec facit coram Celſo adnotata per DD. in cap. illud de præſumpt. et*
19 *in cap. ſicut de re iudic.* etiam non data ſcientia Papæ *Seraph.deciſ.497.num.2.*

20 Quia huiuſmodi confirmatio Apoſtolica, quæ ex curſu temporis inducitur præſumitur tantum in forma communi, *Rota deciſ.6.num.4.coram Buratto, et deciſ.780.ſub num.5.par.1.diuerſ.* quæ non
21 poteſt comprehendere ſtatutum diſponens contra ius commune tamquam iniuſtum, quod propterea exigit confirmationem in forma ſpecifica, *Pariſ. conſil. 19. num. 14. lib.1. et magiſtraliter dixit Rota dicta deciſ.780. num.6. par.1. et deciſ. 103. numer.12. par. 2. diuerſ. et coram Buratto deciſ. 6. numer.5.*

22 Hinc eſt, quod requiratur expreſſa confirmatio, nec ſufficit, aut ſuffragatur præſumpta etiam ex lapſu 30.annorum, vt docet *Beltram. in addit. ad Greg.XV.deciſ.267.num.15.poſt princ.*

23 Præcipuè ſi non probetur obſeruantia cum ſcientia Papæ, ſine qua in ſtatutis contra ius commune ceſſat præſumptio confirmationis, *Alex. conſil 8.num.9.lib.3. Menoch.lib.3. præſumpt.13.numer.70. et 71. Afflict. deciſ.108. num.8. Buratt.deciſ.6.num.2.*

24 Tum quia repugnat decretum irritans adiectum in Aegidiana *lib.2.cap.36.* declarãte ipſo iure nulla ſtatuta, quæ per Rectorem Prouinciæ publico Inſtrumento approbata non apparent, & in confirmatione Pauli III. ad tradita per *DD. in cap. cum de beneficio de præben.in 6.Gabr.in tit. de clauſ. concluſ.3.num.40.& 44. Buratt.deciſ.6.nu.3.*

25 Tum quia refugium præſumptæ confirmationis remanet hodie ſublatum ex Conſtitutione Vrbani VIII. præſeruatiua iurium Eccleſiæ edita de anno 1641. ſub die 5. Iunij, qua quæcumque præſumptæ confirmationes, & obſeruantiæ, ac beneplacita Apoſtolica ex temporis curſu deducta iure optimo fuerunt reiecta, & reprobata, vt dixit *Rota in Cordubeu. Dimidiæ Portionis 20. Iunij 1653.§.nec aliqua confirmatio, verſ.dicitur etiam coram Meltio*, vbi aliæ Deciſiones allegantur.

26 Neque huiuſmodi ſtatuta ſeruari debent in vim conſuetudinis, ſiquidem quando conſuetudo eſt contra ius commune, non eſt attendenda, nec ſeruanda ſine confirmatione Pontificis, vel Principis Supremi, ſine quorum confirmatione, ſicut non valet ſtatutum, & condi nequit, ita nec etiam conſuetudo, aut obſeruantia induci poteſt; nam quod fieri expreſsè prohibetur, nec tacitè licitum eſſe debet, & cum conſuetudo æquiparetur ſtatutis, ideo cum militet eadem ratio idem ius ſtatui debet *iuxta notata in l.de quibus ff.de legibus, Bald.in l.2.num.3. Cod.quæ ſit longa conſuetud. Alex. conſil. 173. num.12. lib.6. & ita concludit Oinotom.ſuper inſtit. §.ex non ſcripto de iure natur. & firmauit Rota deciſ.177.num.54.55. & 56.par.5. tom.1. recent.& deciſ.497. num. 2. coram Canaler.& in Cordubeu.Dimidiæ Portionis 20. Iunij 1653.§.nec aliqua confirmatio verſ. accedit quod veniamus coram Meltio.*

27 Quod vero præfata fœlix teneatur ad ſolutionem fructuum Cenſus decurſorum vſq; ad diem motæ litis, patet, quia Muliere volente, & tacente tenet contractus nulliter geſtus, & propterea debentur fructus Cenſus, pro tempore quo habuit implicitum ſtatum validitatis, & ſic ante oppoſitionem de nullitate, modo tantum obiecta ab eadem fœlice, *Gratia diſcept. 559. num. 64. Rot.deciſ.29.num.5.poſt Cenc. de cenſib. & clarius in noſtris terminis deciſ.119.num.25.& 27.par.7.& deciſ.41.nu.26.par.6.& deciſ.378.nu.19. par.9.tom.2. recent.*

28 Pro vt etiam viſum fuit teneri ad reſtitutionem receptorum, quia mulier, vel minor impugnans contractũ à ſe geſtum ex capite nullitatis non eſt audiendus, niſi prius reſtituat, id quod ex contractu accepit, & cum effectu ad eius manus peruenit, late *Odd. de reſtit. in integr. qu. 47. art.3.n.1.& 2.Gratia diſcept.555.num.25.Rot.deciſ. 111.in fin.par.1.diuerſ.& deciſ.464. poſt Cenc. de cenſib.ſecundum nouam impreſſionem, & ſecundum veterem poſt addit.deciſ.141.num.26.cum alijs à me allegatis in dec.15.Adnot.6.n.1.2.& 3.*

29 Nec aduerſatur, quod minor, vel Mulier non teneatur ad pretij, ſeù receptorum reſtitutionem ſi contraxerit non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutarijs niſi quatenus ſit effecta locupletior, *l.ſi fundus §.fin.ff.de reb.eorum vt egregiè notat Bald. conſ. 285.verſ.nec aliter vol.3.ex cumulatis per Rutin.conſ.5.num.76* etenim quando minor, vel mu-
30 lier efficitur locupletior actus ſaltem valet de iure gentium, quia habet voluntatem, & conſenſum partium, licet non ſit ſeruata forma à iure poſitiuo, vt late comprobat *Rot.dec.18. per totam coram Durano*.

31 Quia cum doceatur præfatam Mulierem cum effectu recipiſſe, & ad ſe traxiſſe pecuniam in cenſus emptionem ſolutam, vtique dicitur effecta locupletior, & ex huiuſmodi actu iuſtificatur quoque verſio in eius vtilitatem, ac proinde eſt locus reſtitutioni receptorum ob præſumptam locupletationem, etiam ſi agatur ad nullitatem contractus, *Gratian.diſcept. 555. num. 30. & 31. Couar.var.reſol.lib.2.cap.17. num.3. Bocac. ad conſtit.March.gloſ.8.nu.52. Ferentil.in addit. ad Buratt. deciſ.814.n.5.Rot.dec.11.n.1.& 2.poſt Pic. ad Stat. Vrbis.*

32 Tum etiam quia huiuſmodi cenſus celebratus fuit bona fide, ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti loci. ſub credulitate quod ſufficerent ad eius ſubſiſtentiam, ac proinde non debet retorqueri in damnum ipſius Capellæ, etenim vbi agitur de reſtitutione receptorum, magis debet præualere æquitas, quam apices iuris, quia nemo debet locupletari cum iactura alterius, *Odd. de reſtit. in integ.quæſt.47.artic.4.num.20.verſ. ſecundo hac ratione, Fenſon.ad Statut.Vrbis in cap.151. inſpect.3. n.13.& 27. fol.mihi 421.Rot.dec.60.n.1.poſt Picum ad Statut.Vrbis.*

33 Ex contractu igitur nullo defectu ſolemnitatum mulieres, & minores tenentur, & conueniri poſſunt ex æquitate legis naturalis, & alia actione ex lege, ſi non ex contractu nullo, ex quo ex eodem nulla actio oriatur, vt alijs congeſtis ſubdit *Fenſon. ad Statut. Vrbis in cap.151. numer. 15, fol.419.*

34 Vlte-

34 Vlterius quia obiectum procedit attenta præſumptione fraudis, & doli, quæ in præſenti caſu ceſſat ex pluribus circumſtantijs, quod nempe dicta felix tempore contractus erat maior, & fœmina ſagax, & Capellanus emptor cenſus nomine Capellæ Presbyter, Canonicus bonæ conditionis, & famę adeo vt attenta conditione venditricis, & emptoris, & ſubſecuta ſolutione fructuum cenſus per multorum annorum curſum abſque vlla controuerſia, doli, & fraudis excluſio probetur, vt bene in noſtris fere terminis dixit *Rot. deciſ. 119. num. 7. & pluribus ſequen. par. 7. recen. ex Bald. in conſ. 63. in fin. vol. 3. & dec. 478. n. 9. par. 4. tom. 2. recen.*

35 Quibus non obſtat quod dicta felix cum iuramento renunciauerit beneficio ſtatuti Vrbis, omnibuſque alijs legum auxilijs, quo caſu nec mulier, nec minor poteſt contra proprium iuramentum venire, quia eadem facilitate, qua quis fuit inductus ad contrahendum, eadem præſumitur inductus ad renunciandum, præſertim, quia dicta verba potius apponi ſolent de ſtylo. Notariorum quam de præmeditata voluntate partiũ, quæ tamen ſe in aliquo decipi non putant, & propterea non obſtante dicta renunciatione, mulierem poſſe contractum impugnare ob defectum ſolemnitatum, alias ſtatutum eluſorium redderetur, tenuerunt *Cagnol. in l. ſi quis maior num. 38. de tranſact. Corn. conſ. 288. num. 15. in fin. vol. 3. Crauet. conſ. 192. num. 10. Curt. iun. conſ. 13. num. 9.* quos refert, & ſequitur *Rot. deciſ. 318. à n. 2. vſque ad 8. par. 4. tom. 2. & dec. 610. n. 13. & 14. ead. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 729. par. 4. diuerſ.*

SVMMARIVM.

1 Confirmatio ſtatuti in dubio præſumitur in forma communi.
2 Confirmatio ſtatuti in forma communi non extenditur ad ſtatuta contra ius commune, & n. 6. & 7. Limit. vt n. 8.
3 Ex clauſula dummodo licita redditur in forma communi, & num. 4.
5 Confirmatio in forma communi nihil de nouo tribuit.
8 Statutum habens fomentum rationis eſt ſeruandum licet ſit contra ius commune, & in forma communi tantum à Papa fuerit confirmatum.
9 Statutum excluſiuum fœminarum eſt ſeruandum licet ſit contra ius commune, & confirmatum in forma communi.
10 Non eſt odioſum odio irrationabili, nec in fœminarum odium editum, ſed ad conſeruationem familiarum 11.
12 Lim. procedere quando fœminæ excluduntur a deſcendentibus maſculis ſecus ſi à remotiſſimis agnatis.
13 Confirmatio in forma communi non ſufficit, ſi ſtatutum ſit contra ius, & non habeat motiuum æquitatis, aut publicæ vtilitatis.
14 Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur.
15 Dicitur in forma ſpecifica ſi fuerit inſertus tenor, vel ſaltem ſubſtantia rei, ſeu ſtatuti confirmati.
16 Nec ſufficit Clauſula ex certa ſcientia in confirmatione inſerta ſi non conſtat Principem informatum fuiſſe.
17 Ad hoc vt ſit in forma ſpecifica requiritur vt totum factum ſit Principi narratum, Contractum 18. & præcipue ſi adſit Clauſula Quorum tenores 19.
19 Clauſula quorum tenores quid operatur.
20 Confirmatio dicitur ex certa ſcientia, ſi præcedat citatio partis, limit. vt n. 21. & 22.
23 Confirmatio ex certa ſcientia procedit quo ad ea quæ ſunt iuris, non quo ad factum.
24 Nihil operatur, quando Princeps ignorauit rem confirmatam fuiſſe antiquatam.
25 In dubio confirmatio præſumitur ex certa ſcientia.
26 Confirmatio Apoſtolica non ſupplet defectum poteſtatis.
27 Clauſula ex certa ſcientia in confirmatione Apoſtolica adiecta operatur circa ea, quæ ſunt iuris, & non facti Declara, vt n. 28.
29 Confirmatio ex defectu intentionis corruit licet reſcriptum fuerit motu proprio, & n. 39. 40.
30 Confirmatio ſtatuti amplis verbis concepta habet vim nouę legis.
31 Non operatur vltra voluntatem legislatoris.
32 Nec egreditur confines confirmati, nec extendit, ſed tantum roborat 33.
34 Non extenditur ad ſtatutum emanatum pro declaratione alterius.
35 Comprehendit omnes alios caſus, ſi aliquos tantum excipiat.
36 Non cenſetur derogare iuri canonico ſi non fuerit expreſſum in confirmatione non obſtante Clauſula ex certa ſcientia 37.
38 Statuta laicalia ad hoc vt in vim confirmationis Apoſtolicæ liget Clericos debent de illis facere expreſſam mentionem.
41 Clauſula dummodo licita, & honeſta in confirmatione appoſita referri poteſt ad alias qualitates ibi non expreſſas.
42 Et dicta Clauſula circa ea, quæ Papa ſciuit ſtat cauſatiue & non conditionaliter, præcipue ſi fuerit inſertus tenor alias ſtat conditionaliter 43.
44 Et quando fuit expreſſus tenor dicta Clauſula reddit gratiam in forma ſpecifica.

ADNOTATIO I.

Confirmatio ſtatuti ex certa ſcientia in forma communi, & in forma ſpecifica an, & quando inducatur.

1 Confirmatio ſtatuti in dubio præſumitur
2 in forma communi, quæ tanquam generalis, non extenditur ad ſtatuta niſi quatenus iuſta, & honeſta ſint, & non contra ius cõmune, *Gratia diſcept. forenſ. cap. 245. n. 39. tom. 2. Burat. deciſ. 0. n. 4. Rot. dec. 780. n. 5. par. 2. diuerſ.*

3 Immo ſi in confirmatione adiecta fuerit clauſula *dummodo licita*, ipſa confirmatio redditur in forma communi, *Rot. deciſ. 1198. num. 7. coram Seraph. & deciſ. 222. num. 1. coram Mantica*, quia
4 attenta dicta clauſula dici non poteſt Papam habuiſſe notitiam veram rei confirmatæ, ſed potius ignoraſſe, *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 47. num. 1.*

5 Hæc autem confirmatio in forma communi nihil de nouo tribuit, nullumque defectum ſeu obſtaculum tollit, *cap. 1. vbi gloſ. 2. cap. cum dilecta, cap. examinata de confirmat. vtil. vel inutil. Mandoſ. in reg. 22. quæſt. 10. num. 2. & de Signatura gratiæ tit. de confirmat. in fin. Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 7. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 45 §. 1. nu. 76.*

6 Nec comprehendit ſtatutum contra ius commune tamquam iniuſtum, *Pariſ. conſ. 19. num. 14.*
7 *lib. 1. Burat. deciſ. 6. num. 5.* & ratio eſt quia confirmatio generalis, & in forma communi non trahitur ad ſtatuta illicita, & inhoneſta, *Bart in l. 1. num. 1. verſ. generali C. de monipol. Caccialup. in l. omnes populi num. 12. ff. de iuſt. & iur. Dec. conſ. 17. num. 2. poſt med. verſ. nam in generali confirmatione late Pariſ. conſ. 19. num. 14. lib. 1. conſ. 33. num. 53. lib. 3. & conſ. 107. num. 6. & 7. lib. 3. Rot. deciſ. 780. num. 6. par. 2. diuerſ. & dec. 84. num. 7. vſque ad 10. par. 7. recen.*

8 Si tamen ſtatutum habeat fomentũ rationis,& publicæ vtilitatis, vt ſcilicet fraudibus obuietur eſt ſeruandum, licet ſit contra, vel præter ius ſtante confirmatione Summi Pontificis, licet in forma communi, *Rot.deciſ.*510.*num.*9. *par.* 4. *diuerſ.& deciſ.*51.*num.*10.*verſ.qua confirmatio par.*1. *& deciſ.*227.*num.*22.*&* 23. *par.*7. *recen.* vbi aliæ deciſiones allegantur.

9 Hinc eſt quod ſtatutum excluſiuum fœminarũ ſufficit ſi ſit confirmatum in forma communi, licet ſit contra iuris communis diſpoſitionem, nempe contra textum *in l. maximum vitium C. de liber præter Gratian. diſcept.*300. *n,*55. *tom.* 2. *Rot. dec.*780.*n.*4.*&* 5.*par.*1.*diuerſ.*

10 Non tamen dicitur odioſum odio irrationabili iuxta magis veram, & communem opinionem, quam ſequitur *Rot.* vt teſtatur in *deciſ.*452. *num.*38.*&* 39.*par.*5,*tom.*2.*recent.*vbi aliæ referuntur.

11 Etenim mens ſtatuentium fuit reſpicere vtilitatem publicam, in qua ſtatuti diſpoſitio fundatur, nempè in motiuo conſeruandi agnationem maſculorum, & priucipaliter, ac primario non intendit excluſionem fœminarum, nec in earum odium cenſetur promulgatum, ſed in fauorem familiarum, quæ diuitiarum præſidio deſtitutæ ſordeſcunt, quod conſiderari debet, ad effectum iudicandi an aliquid ſit odioſum, vel fauorabile iuxta textum *in l.qui exceptionem ff. de condit.indeb. Altograd.conſ.*141.*num.*10.*lib.*7.*Surd. conſ.*153.*num.*6 *Iacob.Mynſ.centur.*3.*obſer.*26.*n.*2. *Gratian.diſcept.*449.*num.*23.*Adden.ad Burat. dec.*6. *num.*15.*Caputaqnen.dec.*15.*num.*6.*par.*2. *Rot.deciſ.* 217.*num.*1.*par* 1.*diuerſ.deciſ.*51. *par. & deciſ.*177. *num.*6.*par.*5.*tom.*1.*recen.*vbi *num.*7. pluribus comprobat huiuſmodi ſtatutum eſſe fauorabile, *Brun de ſtatut.art.*8.*n.*127.hinc eſt quod exuberet confirmatio in forma communi.

12 Limit.ſupradicta procedere quando fœminæ excluduntur per municipalem diſpoſitionem à deſcendentibus maſculis, ſecus vero à traſuerſalibus, vnde ſi ſtatutum excludat fœminas ſtantibus etiam remotiſſimis agnatis, ex quo vocet proximiores in gradu conſanguinitatis, reputatur de iure communi iniuſtum, & inhoneſtum,& conſequenter redditur odioſum odio irrationabili, ac proinde non ſuffragatur confirmatio cũ clauſula quatenus iuſta, & rationabilia vt comprobat *Rot.deciſ.*180.*num.*6.7.*&* 8.*par.*1.*diuerſ.& late deducit Corn.conſ.*97.*ſub num.*4.*&* 5.*lib.* 3.

13 Quando enim ſtatuta ſunt contra ius commune, non habentia motiuum æquitatis, aut publicæ vtilitatis non ſufficit confirmatio Apoſtolica in forma communi, ſed debet eſſe expreſſa, & in forma ſpecifica, *cap.venerab.vbi gloſ. in verbo tenore de confirm.vtil.vel inutil.cap. paſtoralis* §. *præterea in verb.ex certa ſcientia de offic.deleg.Gabr.conſ* 200.*num.*3.*lib.*1.*Poſtius reſol.*130.*num.* 28.*Gratian. diſcept.*245.*num.*45.*tom.*2. *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.*267.*num.*14.*circa med. Adden.ad.Burat. deciſ.* 6.*num.*1.*&* 4.*Rot.dec.*103.*num.*12.*par.*2.*diuerſ.deciſ.*331.*num.*10.*circa med.par.*4.*tom.*1. *recen. & in Corduben.dimidiæ portionis* 30. *Ianuarij* 1654. §.*re-*
14 *ſpectu vero in fin coram Meltio* confirmatio autem in forma communi parum aut nihil operatur. *Rot.deciſ.*608.*num.*18.*par.*4.*tom.*3.*recen.*

15 Vt autem confirmatio ſit in forma ſpecifica exigitur vt à Pontifice, vel Principe ſupremo diſcutiatur tenor ſtatuti diligenti cauſæ cognitione adhibita, adeo vt Principi ſupremo innoteſcat an ſtatuta iuſta ſint, atque honeſta, quæ confirmantur, *gloſ.in cap.*1.*verſ. de quaſt. de confirmat. vtil.vel inutil. Abb.conſ.*102.*num.*3.*lib.*3. *Alex.conſ.* 123.*num.*18.*lib.*4.*Merlin.deciſ.*140.*nu.*4.*&* 5. *Rot dec.*608.*num.*19.20.*&* 21.*par.* 4. *tom.* 3. *recen.* vbi quod tunc adeſt cauſæ cognitio, & ſic confirmatio eſt ex certa ſcientia, ſi nimirum fuerit inſertus tenor, vel ſaltem ſubſtantia rei, ſtatuti confirmati.

16 Adeo vt neque ſufficiat clauſula ex certa ſcientia ſi fuerit in confirmatione inſerta, dum aliunde non conſtet ex præcedentibus, & ſubſequentibus Principem informatum fuiſſe de validitate, & iuſtitia actus ſtatuti confirmandi, *Alex conſ.*15.*num.*2.*in fin.& num.*3.*lib.*5. *Ferret.conſ.*38. *num.*7.*&* 8.*Gabr.in tit.de clauſ.concluſ.*1.*num.*52. *Negnſ.iun.reſponſ.*403.*nu.*23.*Rot. deciſ.*166. *n.*4.5. *&* 6 *par.*5.*recen.& dec.*740.*num.*5. *coram Merlino, & dec.*951.*num.*2.*coram Scraph.dec.*192.*nu.*3.*prope fin.par.*1.*recen.Garz.de benef.par.*3.*cap.*2.*num.*231. vbi in antecedentibus numeris refert contrarium tenentes.

17 Et licet *Abb.in cap.quia diuerſitatem num.* 9. *in fin.de conceſ.præbend.* voluerit ad iſtum effectum requiri vt totum factum ſit narratum Principi, nec ſufficiat narratio generalis, vt etiam voluit, *Cardin.conſ.*44.*num.*6.*Aret.conſ.*8.*ſub num.*3. *verſ. ſecundo pro deciſione, Pariſ. conſ.*3. *num.*48. *& ſeq. lib.*4.

18 Tamen confirmatio dicitur ètiam ex certa ſcientia facta, quamuis totus tenor rei confirmatæ non fuerit inſertus, ſi tamen tenor,& ſubſtantia rei fuerit narrata, *gloſ.in cap. Paſtoralis* §. *præterea in verbo ex certa ſcientia de offic. delegat. Rot. dec.*297.*num.*16.*&* 17.*par.*4.*tom.*2.*& d. dec.* 608. *n.*21.*eadem par.*4.*tom.*3.*dec.* 166.*n.*3. *par.*5.*tom.*1. *rec.Dunoz.Iun.dec.*209.*n.*8.*tom.*1.

19 Quæ concluſio de plano procedit quando adeſt clauſula quorum tenores, quæ operatur, ac ſi eſſet facta mentio ſpecialis de ſtatuto, ac de omnibus, & quibuſcunque contrarijs *Ruin.conſil.*31 *num.*5.*ad fin. lib.*5.*Aym. conſ.*126.*ſub num.*6. *verſ. ſed tamen in caſu iſto Rot. deciſ.*137.*num.*6. *par.*1. *diuerſ. & deciſ.*297.*num.*18.*iuncta num.*25.*& deciſ.* 485.*num.*12.*par.*4 *tom* 2.*recen.* & in terminis ſtatuti Ferrariæ *Bauacurſ.inter conſ.Rim. ſen.conſ.*775 *num.* 94.

20 Dicitur etiam confirmatio ex certa ſcientia, ſi præcedit citatio partis, vt per *Afflict.in tit.de iure ſua Curia obſeruan.num.*5. *rub.*4.*lib.*3. *Mandoſ. ad reg.*22. *Cancellariæ.quaſt.*10. *num.*11.*Rot.deciſ.*166
21 *num.*15.*par.*5.*tom.*1.*recen.* tamen ſi aliunde conſtet confirmationem fuiſſe factam ex certa ſcientia ſubſiſtit etiam abſque citatione, præcipue
22 quando Papa proceſſit per viam gratiæ, non autem per viam iuſtitiæ, quo caſu non requiritur partis citatio, vt benè declarat *Emanuel à Coſta in l.Gallus* §. *& quid ſi tantum num.*158.*ff.de liber.et poſthum. Bellam. in cap.inter.quatuor. num.*3. *de maiorit. & obedien. & eleganter comprobat. Rim. conſil.* 369. *num.*29. *Dec.conſ.*498.*num.*31.*& ſeq. Rot. dec.* 297.*n.*20.21.*&* 22.*par.*4.*tom.*2.*dec.*166.*n.* 16.*par.*5 *tom.*1. *rec.*

23 Præ-

23 Præfata vero confirmatio ex certa ſcientia procedit, quo ad ea, quæ ſunt iuris, non autem quoad factum *Aſſiſt. de iure ſua Curiæ obſeru. nu. 6. rub. 4. lib. 3. Rot. coram Seraphino deciſ. 981. num. 5. et deciſ. 608. num. 26. par. 4. tom. 3. deciſ. 2. num. 2. p. 5 tom. 1. recen.*

24 Et nihil operatur, quando Princeps ignorauit rem confirmatam fuiſſe antiquatam *Rot. dicta deciſ. 608. n. 25. p. 4. tom. 3. recen.*

25 In dubio verò confirmatio præſumitur ex certa ſcientia ſecundum communem opinionem, de qua per *Dec. in rubric. de confirmat. vtil. vel inut. Mandoſ. ad reg. 22. Cancellar. q. 10. num. 10. Rot. deciſ. 297. n. 19. par. 4. tom. 2. recen.*

26 Non tamen cenſetur confirmatio Apoſtolica velle ſupplere defectum poteſtatis, ſeu ius poteſtatis, ſi non fuerit narratum, nec ex verbis colligi poſſit, *Rot. dec. 2. de confirmat. vtil. vel inutil. in nouis Brun. conſ. 37. num. 2. Rot. dec. 455. n. 4. par. 1. diuerſ. & decis. 370. n. 6. p. 5. tom. 1. rec.*

27 Quinimò licet in confirmatione fuerit adiecta clauſula ex certa ſcientia, nihilominus confirmatio non cenſetur facta cauſa cognita, & ſic ex certa ſcientia, cum ſupradicta clauſula operetur circa ea, quæ ſunt iuris, non autem circa ea, quæ ſunt facti, *Aſſlict. de iure ſua curia obſer. n. 5. rub. 4. nu. 6. lib. 3. Rot. dec. 166. nu. 8. & 9. p. 5. tom. 1. recen. & dec. 981. n. 2. coram Seraph.*

28 Intellige procedere quando Papa ignorauit ſubſtantiam, & tenorem rei confirmatæ, ſeu præiudicium tertij, tunc enim clauſula ex certa ſciētia operatur, quo ad ius, non quoad factum, vt declarat *Aſſlict. loco citato, & Caſtren. conſ. 84. n. 4. & 5. lib. 2.* ſecus vero quando fuit inſerta ſubſtātia ſtatuti, vel priuilegiorum, & ſimilium, nam tunc clauſula ex certa ſcientia operatur *gloſ. in cap. ſtatutum in verbo literarum de reſcript. in 6. Abbas in cap. cum inter num. 8. ibique Felin. nu. 1. Dec. num. 15. de except. Pariſ. conſ. 3. num. 55. & 57. vol. 4. Alex. conſ. 122. n. 23. lib. 4. Rot. dec. 166. n. 10. & 11. par. 5. tom. 1. recen.*

29 Corruit etiam Principis confirmatio ex defectu intentionis ceſſante præſuppoſito, puta ſcilicet ſi Pontifex commiſerit executionem alicujus gratiæ, ſeù breuis Archidiacono, & Vicario Generali, & Archidiaconus ſit Vicarius Generalis, qui ſi exequatur, vtpotè quia ambas dignitates habeat duaſque perſonas repræſentet, duorumque vice fungatur confirmatio, ſeù ſententia lata per Vicarium Generalem, corruit, quia ſatis apparet, quod Pontifex non fuerit confiſus de vna perſona tantum, ſed de duabus, ac proindè ſi Pontifici fuiſſet narratum, quod Archidiaconatus, & Vicariatus reſidebat penes vnam, eaſdemque perſonam, vtique duas dignitates ſeparatas dediſſet, & alium ſubrogaſſet, vt firmauit *Rot. deciſ. 204. num. 1. & ſeq. iuncto n. 9. & 10. par. 5. tom. 1. recen.*

30 Si autem confirmatio ſtatuti in forma ſpecifica amplis verbis concepta ſit, habet vim nouæ legis, *Rot. deciſ. 438. num. 54 & ſeq. par. 4. tom. 2. rec. & in Bononien. Bonorum 17. Martij 1649. §. gratis vero in fin. coram Bichio, & in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij coram Bichio.*

31 Non tamen operatur vltra voluntatem Legiſlatoris *Bart. in l. Iulianus nu. 15. ff. de condit. indeb. Burat. dec. 52. num. 5.*

32 Nec egreditur confines confirmati, ſed reſtringitur ad ejus limites, nec extenditur ad ea, quæ in confirmato non includuntur, nec aliquid de nouo tribuit, ſed quod iam tributum eſt ſolum roborat, remanentibus omnibus in eiuſdem ſtatu, & terminis iuxta textum in *l. Aurelius §. teſtamento ff. de lib. legat. cap. 1. vbi gloſ. in verbo confirmat, & in cap. 2. de confirmat. vtil. vel inutil Sard. conſ. 349. num. 7. Bero conſ. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. conſ. 75. num. 32. Bald. in l. nominationes in fin. C. de appell. Dec. in l. more num. 31. ff. de iuriſdic. omnium Iud. Pariſ conſ. 23. num. 8. lib. 1. Abb. in cap. 1. num. 6. & in cap. examinata num. 3. & 6. de confirmat. vtil. vel inutil. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 45. 5. 1. num. 76. Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed. 7. nu. 73. Aſſlict. deciſ. 404 num. 4. Oſaſch. dec. 39. num. 13. Canale. deciſ. 385. num. 1. Duran. dec. 146. num. 6. & 7. Seraph. dec. 675. num. 15. dec. 671. num. 7. & deciſ. 981. num. 5. Rot. deciſ. 604. num. 1. par. 4. tom. 1. deciſ. 269. num. 45. par. 4. tom. 2. dec. 552. num. 11. & 12. par. 4. tom. 3. deciſ. 177. num. 53. & 175. num. 8. par. 5. tom. 1. deciſ. 58. num. 29 & 30. par. 6. dec. 226 num. 20. & 24. par. 7. recen. & in Vicen. Parochialis 20. Iunij 1650. §. inſtrumenta verſ. immo aliquibus coram Bichio; & in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. §. minus ſuffragatur in fin. & §. ſi, in fin. coram eod. & in Todurtina Succeſſionis 29. Maij 1654 corā Meltio, & in Calaguritano Decimarum Sancti Aſcenſij, & Danalillo 17. Aprilis 1654. §. vltra quod in fin. coram Zarate.*

33 Propterea nulla poteſt fieri extentio ad ea, quę non fuerunt expreſſa in confirmatione *Rota. deciſ. 299. num. 11. & dec. 508. num. 16. par. 4. tom. 3. recen. et in Corduben. dimidiæ portionis 30. Ianuarij 1654. §. ſubſiſtere neque coram Meltio.*

34 Adeo vt ſi ſecundum ſtatutum emanauerit, & fuerit conditum ad maiorem declarationem alterius præcedentis confirmatio vnius non ſufficiat pro confirmatione vtriuſque, tanto magis quando ſecundum ſtatutum emanauit poſt alterius confirmationem, quæ ad illud extendi nequit, ad euitandum abſurdum, ne detur confirmatio abſque confirmabili, cum confirmari nequeat, quod non eſt, *Tiraq. de legib. connub. gloſ. 4. num. 26. in fin. Vincen. de Franch. deciſ. 204. num. 24 Rot. in dicta Corduben. dimidiæ portionis 20. Iunij 1653. §. neque valet circa med. confirmata 30. Ianuarij 1654. §. ſubſiſtere nequit in fin. coram Meltio.*

35 Ipſa vero confirmatio videtur comprehendere omnes caſus ſi excipiat tantum ea puta quæ ſint contra libertatem Eccleſiæ, cum exceptio faciat extendere diſpoſitionem ad omnes caſus non exceptos, *Rot. deciſ. 51. n. 10. par. 1. recen.*

36 Nunquam vero cenſetur derogatum iuri Canonico, dum illud in confirmatione non legitur regiſtratum. & ſtatutum non ſit conditum de mandato Papæ, *Poſt. reſol. 130. num. 34. Rot. in Peruſina releuationis teſtamenti 7. Maij 2632. coram Pirouano impreſ. penes Gilian. ad ſtatut. Peruſin. in verbo teſtamentum num. 17. 18. & 38.* quod procedit

37 etiam ſi in confirmatione adeſſet clauſula ex certa ſcientia. vt ſubdit *Poſtus loco citato num. 35. ex Seraph. quem allegat dec. 981. n. 3.*

38 Et ſtatuta laicalia ad hoc, vt in vim confirmationis à Sede Apoſtolica obtentæ in forma ſpe-

cifica liget Clericos, eorumq;bona debet in ipſo ſtatuto fieri expreſſa mentio de Clericis eorumq; bonis, vel ſaltem debet continere verba vniuerſalia apta Clericos includere, alias ex defectu voluntatis, non cenſetur ſtatuentes illa comprehendere voluiſſe, *Hond.conſ.20.num.6. verſ. ſed etiam, & nu.7, verſ.qua concluſio Rot.in Romana dotis 11, Februarij 1647. §.addebant coram Bichio, & in Bononien, hæreditatis 28.Iunij 1652. §.nihil ſuffragante coram eodem.*

39 Certi enim iuris eſt, quod confirmatio Papæ propter defectum intentionis nihil operatur, licet reſcriptum fuiſſet motu proprio, & ex certa ſcientia, *Garzia de benef.par.3.cap.2.num.232. Puteus deciſ.70. num.4.lib.3. Canale deciſ.612. nu.29. Seraph. dec.981.num.1. & deciſ.998. num.12. Rot. deciſ.451.num.1.p.1.diuerſ.*

40 Et defectus intentioniss reſultat, ſi ea, quæ fuerunt narrata Papæ non ſubſiſtant, & non ſint vera, vt animaduertit, *Rot.dec.612.n.29.verſic.in primis enim coram Caualerio.*

41 Clauſula vero dummodo licita, & honeſta in confirmatione appoſita poteſt referri, vel recipere alias qualitates, & conditiones, ibi non expreſſas, & quas alibi contineri poſſunt *Barboſ.cla. 51. num.3. Rota deciſ. 339.num.5.par.2.recen. & deciſ. 124. num.2.& 3.poſt Cinc.de cenſib.*

42 Quo enim ad ea, quæ, Papa ſciuit, verba prædicta non ſtant conditionaliter, quatenus ſcilicet licita ſint, & honeſta, ſed cauſatiue, eo quia ſint talia, *Rot.deciſ.20.num.4.par 6.recen. & in Mediolanen.Parochialis 15.Februar.1664.§. non obſtat coram Albergato.*

43 Immo quando in confirmatione inſeritur tenor rei confirmatæ dicta verba ſtant cauſatiue, quando vero non inſeritur ſtant conditionaliter, *Ferret. conſ.38.num.5.Mareſcot.var.reſol.lib.2.c.47 num.2. & 7.*

44 Et quando eſt expreſſus tenor huiuſmodi clauſula non reddit gratiam in forma communi, ſed in forma ſpecifica, cum tunc eadem clauſula non referatur puta ad ſtatutum, & alia in ſpecie confirmata, de quibus Papa explicitam ſcientiam habuit, ſed ad confirmata in genere, *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num.238. Seraph.deciſ.460 num. 2,*

SVMMARIVM.

1 Statutum faciens mentionem de aliquo actu non comprehendit actum iuratum.
2 Statutum diſponens contra iuramentum non valet.
3 Statutum annullans contractum mulieris, vel minoris ob non ſeruatas ſolemnitates non comprehendit contractum iuratum.
4 Amp, ſiue verba ſtatuti concipiantur in rem, ſiue in perſonam.
5 Refertur contraria ſententia.
6 Declara procedere quando ſtatutum adimit viam probatoriam, ſi contractus celebratur non adhibitis præſcriptis ſolemnitatibus.
Iuramentum probatur per ſcripturam, cui per ſtatutum eſt adempta vis probatoria ob non ſeruatas ſolemnitates ibidem, ſecus ſi de eo conſtaret aliter, quam per inſtrumentum. num. 7.
8 Et in hoc etiam Notarius rogatus admittitur in teſtem,
9 Iuramentum non validat contractum, ſi à ſtatuto præſumatur fraudolentus, & ſimulatus non adhibitis ſolemnitatibus.
10 Iuramentum ſupradicto caſu præſumitur ſimulatum, ſicut contractus.
11 Statutum confirmatum à Papa poteſt tollere vim iuramenti.
12 Statutum poteſt adimere vim iuramenti indirectè præſumendo dolo, & metu extortum non ſeruatis ſolemnitatibus ab eodem præſcriptis legitima tamen concurrente cauſa, Contrarium num. 13.
14 Abſolutio à iuramento requiritur, etiam ſi à ſtatuto cenſeatur nulliter præſtitum non ſeruatis ſolemnitatibus.
15 Iuramentum de iure communi ſupplet defectum ſolemnitatum Curatoris, & Iudicis.
16 Iuramentum reddit minorem maiorem, & validat cõtractũ nullum defectu minoris ætatis. 17.
18 Iuramentum aſſertorium validat contractum ratione minoris ætatis, ſecus reſpectu ſolemnitatum, & impedit reſtitutionem in integrum.
19 Actus non operatur vltra intenſionem agentis.
20 Iuramentum promiſſorium validat contractum ob defectũ minoris ætatis, ſed non ſupplet defectum aliarum ſolemnitatum, nec impedit reſtitutionem in integrum.
21 Iuramentum confirmatorium validat contractum alias inualidum defectu minoris ætatis.
22 Auth. Sacramenta puberum procedit tam in minore pubere, quam impubere proximo pubertati.
23 Iuramentum impuberi an deferri poſſit.
24 Iuramentum debet ſemper ſeruari quando fieri poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ.
25 Contractus impuberis iuratus tenet abſque alijs circumſtantijs.
26 Mulieris obligatio iurata tenet de iure communi etiam ſi à Notario non fuerit certiorata de Velleiano.

ADNOTATIO II.

Statutum an poſſit tollere fidem inſtrumento, vt neque contractus, neque iuramentum in eo appoſitum probetur.

1 GEnerale eſt, quod ſtatutum faciens mentionem de aliquo actu non comprehendat actum iuratum, adeò vt ſi conſtitutio ſimpliciter loquatur non trahitur ad caſum iuratum *Innocen.in cap.cum inter circa fin.de renunc. Alciat. in cap.cum contingat.num.57.de iure iuran.Alex.conſ. 125.num.18.lib.1.Gozad.conſ.32. num.10. Gabr.in tit.de ſtatut.concl.1.num.1.Seraphin.de priuil. iuram priuil.22.num.41.circa fin. Rot deciſ.375.ſub num.3. par.3. recent*

2 Imo ſi ſtatutum diſponat contra iuramentum non valet defectu poteſtatis, *Bart. in l. omnes populi queſt.2.de iuſt.& iur.Imol.in cap.cum contingat de iure iuran.Bald.in Auth.ſacramenta puberum n.5. vbi Salyc.nu.26.C.ſi aderſ.vend.Seraph.de priuil.iuram. priuil.34. num.2. Gratian.diſcept forenſ.c.233. num.57.Boet.deciſ.247. num.8. Rot.dec.375.num.4 par.3.recen.Amat. Dunozet.deciſ.81. num.7. & 8. tom. 1.*

3 Hinc eſt, quod ſi ſtatutum annullet contractum minoris, vel mulieris ob non ſeruatas ſolemnitates non comprehendit contractum in quo mulier vel minor interpoſuit iuramentum, quia non obſtante ſtatuto contractus ſubſtinetur vigore iuramenti ex diſpoſitione *Auth.ſacramenta puberum C.ſi aduerſ.vendit.* & ratio eſt, quia ſtatutum ſimpliciter annullans contractum non habet locum in iurato *Rom.conſ.143.conſ.104.et conſ.436.Pariſ. conſ.36.num.88.vol.2. Ruin.conſ.100.num.8. vol. 3. Io: Lup.in rub.de donat.inter vir.& vxor.§.86. col. penult.in fin.Afflict.dec.307.num.19.Seraph. de priuil.iuram.priuil.22.num.42.* vbi de communi contra *gloſ.in auth. ſi qua mulier C. ad Velleian* cum aliis congeſtis *per Borgnin.dec.30.n.12.p.1.*

4 Quod

4 Quod procedit ſine verba ſtatuti concipiantur in rem, ſiue in perſonam, vt de communi reprobato *Bart.* teſtatur *Seraph. de priuil.iuram.priuil.*22 *num.* 43.

5 Contrarium quod ſtatutum requirens certam ſolemnitatem, diſponendo, quod ſine ea contractus, & inſtrumentum non faciat fidem procedat etiam in actu iurato, nam ſtatuta inducentia ſolemnitatem probatoriam dicuntur continere publicam vtilitatem, ob quam non licet illi derogare pacto, aut priuatorum iuramento *Socin. conſ.* 97.*in fin.lib.*1.*Gozad.conſ.*16.*num.*14.*Alex. conſ.*95 *in fin.lib.*1. *Caputaquen. deciſ.*190. *par.*3. vbi quod hoc procedat tam de iure ciuili, quam canonico, quos refert *Gratia diſcept.*27.*num.*28.

6 Sed hæc contraria opinio procedit vt cõtractus iuratus non valeat non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutarijs, quando ſtatutum nõ ſolum dat formã celebrandi cõtractus certis adhibitis ſolemnitatibus. verum etiam vlterius progrediatur expreſſe adimendo viam probatoriam, ſeu fidem ſcripturis, & inſtrumentis deſuper confectis, tunc enim ſuper iuramento interpoſito nullum conſtitui poteſt fundamentum, quia quando ſtatutum non diſponit ſuper iuramento, ſed ſuper contractus probatione ex motiuo publicæ vtilitatis pro euitandis fraudibus, vtique ſibi locum vindicat etiam in contractibus, & inſtrumentis iuratis, non quia ſtatuentes laici poſſint directè, vel indirectè lędere Religionem iuris iurandi ſuper eodem expreſſe diſponendo, ſed quia adempta fide inſtrumentis à ſtatuto, quemadmodum contractus non probatur, nec etiam probatur iuramentum in contractu contentum, nec ideo iuramentum tangitur à ſtatuto, ſed ſola probatio, & ſic tota vis ſtatuti verſatur circa probationẽ, quæ tamquam iuris poſitiui ſubijcitur iuriſdictioni ſtatuentium, *Bart.in leg.omnes populi num.*25.*de iuſt.& iure Corn.conſ.*121.*ſub num.*20. *& ſeq. verſ. vltimo eſt aduertendum lib.*2.*& conſ.*64.*ſub num.*7.*verſ.hinc eſt lib.*3.*Gabr.conſ.*61.*n.*2.*lib.*2.*Rol.conſ.*43. *num.*2. *in fin.& num.*3.*lib.*3.*Giouagn conſ* 83.*num.*31.*lib.*1. *Cephal.conſ.*180.*num.*38.*&* 9.*lib.*1.*Mareſcot.var. reſol.lib.*1.*cap.*43.*num.*6.*Seraph de priuil. iurament. priuil.*22.*num.*31.*& duob.ſequen.& priuileg.*83. *nu.* 84.*Cabal.conſ.*180.*num.*40.*Gratia diſcept.* 27.*nu.*29. *tom.*1.*Mohed.deciſ.*5.*num.*1. *de præſcript. Pute deciſ.* 114. *num.*2. *lib.*1. *Rot. deciſ.*81 *num.*7. *&* 8. *coram Amato Dunozeto deciſ.*104.*num.*2 *par.*2.*diuerſ.deciſ.* 8.*par.*3.*lib.*1.*num.*4. *diuerſ. deciſ.*153. *num.*1. *par.*1. *deciſ.*104.*num.*6.*&* 7.*par.*5. *tom.*2. *recen. deciſ.*227. *num.*24.*&* 25.*par.*7.*recen.& deciſ.*422. *num.*15. *coram Buratt.*

7 Sublim. quod ſi iuramentum fuiſſet vere interpoſitum, & de eo conſtare poſſet aliter quam per inſtrumentum, puta per teſtes, per confeſſionem partis, vel aliam probationem, vtique ſubſtineretur contractus etiam non ſeruatis ſolemnitatibus, & ſuum conſequeretur effectum propter religionem iuramenti, *Corn. conſ.*121. *ſub num.*22. *lib.*2.*conſ.*32. *columna penult. & final.lib.*3.*Caſtren. conſ.*61.*num.*1.*& num.*2.*circa fin.& conſ.*75. *num.*2. *&* 5. *in fin.lib.*2. vbi quod etiam Notarius de in-
8 ſtrumento rogatus admittatur in teſtem, *Seraph. de priuil.iuram.priuil.*22.*num.*32.*& priuil.*83. *n.*84. *cum alijs per Cabal.conſ.*180.*num.*41.*&* 42.*Altian.*

in cap. cum contingat num. 140. *de iureiuran. Caſtr. conſ.*61.*num.*2.*&* 3.*lib.*2. *Amat. Dunozet. deciſ.*81. *num.*9.*tom.*1.& in terminis ſtatuti Vrbis, *lib.*1 *cap.* 158. *de præſcript.eadem Rot.deciſ.*199.*num.*6.*par.*4. *diuerſ. Ferentil.in addit.ad Burat.deciſ.*422. *num.*19.

9 Limita primam opinionem quando ſtatutum præſumit contractum ſine requiſitis ſolemnitatibus celebratum fraudolentum, & ſimulatum, nam tunc ſi deficiant ſolemnitates contractus non validatur iuramento, etiam ceſſante confirmatione Papæ, & ratio eſt, quia vbi concurrit ſimulatio deficit conſenſus, ac proinde iuramentum nihil operatur, *ad notata in leg. omnes populi ff.de iuſt. & iure, & in cap. cum contingat de iure iuran. Cabal. conſ.*180.*num* 32.*lib.*1.*Barbat.conſ.*28 *nu.*14. *vol* 1. *Socin.iun. conſ.*3. *num.*34 *&* 35. *lib.*2. *Rol. conſ.*99. *num.*19. *lib.*3. *Gabr. conſ.*13. *num* 6. *lib.*1. *Anchar. conſ.*138. *num.*3. *Corn. conſ.*135. *num.*3. *&* 4. *lib.*2. *Seraph.de priuil. iurum priuil.*53.*num.*55.*Gram.deciſ.*76.*num.*11.*Burat deciſ.*622. *num.*7. *Ferentil. in addit.ad eundem Burat. deciſ.*422. *num.*19. *verſ. ſecundo limitatur Borgnin.deciſ.*10 *num.*22.*par.*1.

10 In nihilo refragante quod ſtatutum laicorum non comprehendat actum iuratum, quia non procedit, quando ſtatutum pręſumit ſimulationẽ, quia tunc etiam iuramentum præſumitur ſimulatum, & non obligat iurantem, quin venire poſſit contra promiſſionem, vt notant *DD. in cap.cum contingat de iure iuran.* vbi præcipue *Abb. poſt Butr. num.*11. & quod iſta ſit vera, & communis, concluſio teſtatur *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 73. *num.*55.*Curt.iun.conſ.*123.*num.*7.*& conſ.*119.*nu.*6. *Rom.conſ.*12.*num.*1 *Tobias Nonnis conſ.*103. *n.*28. *verſ.nec eſſet Burat.deciſ.*612.*num.*8.

11 Limit.2. ſi ſtatutum laicorum ſit confirmatum à Papa, nam tunc cum dicatur Papale poteſt tollere vim iuramenti, cum Summus Pontifex in abolendo iuramentum habeat ſupremam auctoritatem, *Felin.in cap. conſtitutus* 19. *col.*10. *ad med. verſ.generaliter autem n.*18. *de reſcript. Cephal.conſ.* 463.*num.*34.*Parſ.conſ.*40.*num* 12. *lib.*3. *Gratia diſcept.*233.*num.*55.*&* 56.*Canaler.deciſ.*257.*num.*3.

12 Limit.3. quod licet ſtatutum directe non poſſit adimere vim iuramenti, poteſt tamen per indirectum, præſumendo ſcilicet iuramentum dolo, vel metu extortum non obſeruata ſolemnitate ab eodem laicorum ſtatuto præſcripta, nam tunc valet iſta limitatio iuramenti per ſtatuentes facta, & poteſt talis præſumptio induci, cauſa tamen legitima ſubſiſtente ita præſumendi ex qualitate negotij ex ſui natura impliciti, & de quo minor, vel mulier contrahentes tamquam non habentes notitiam poſſunt lædi, ſecus autem legitima non exiſtente cauſa, nam tunc ſicut non poteſt annullari iuramentum directe, ita neque indirecte, ita diſtinguendo late declarat, *Ruin.conſ.*135.*num.*1. *iuncto num.*14.*lib.*1.*poſt Anchar.in cap.quæ in Eccleſiarum quæſt.*9. *de conſtit.& conſ.*330.*col.*4. *poſt med. num.*9.*verſ.vltimo iſta quietatio relat.per Gratia diſcept.*233.*num.*58.*tom.*2.

13 Contrarium vero quod ſtatuentes laici neque poſſint indirectè tangere Religionem iuramenti, faciendo de eo mentionem, vel infringendo, vel præſumendo quod dolo fuerit extortum, vel alio modo adimendo vim & efficaciam iuramento, & ſic eidem reſiſtendo, dixit *Rot. deciſ.*81. *num.*8.

verſ.& Doctores coram Amato Dunozet.tom.1.
14 Ad effugiendum tamen periurium etiam in
ſtatuto annullante iuramentum tamquam dolo-
ſum, & metu extortum, requiritur abſolutio,quæ
petenda venit, cum nemo poſſit eſſe Iudex pro-
prij iuramenti, ex quo etiam nulliter præſtito
contrahitur periurium, vt ex *Bald.& Aym. tradit.
Gratia diſcept.576.num.21*
15 De iure enim communi per iuſiurandum actus
firmatur etiam non ſeruatis ſolemnitatibus, nam
per iuramentum ſuppletur defectus curatoris, &
Iudicis, *gloſ.in leg.1.& in Auth.ſacramenta puberum
C.ſi de aduerſ.vendit.vbi Iaſ. & Salycet.* dicunt ita
totum mundum practicare. *Aym.conſ.7. in fin.
Gabr.conſ.13.num.2.lib.1.Gabr.in tit. de minor. con-
cluſ.5.num.10.Gratia diſcept.27.num.30.tom.1.*
16 Iuramentum enim reddit minorum maiorem,
& validat contractum alias inualidum reſpectu
17 minoris ætatis ſiue iuramentum ſit aſſertorium,
ſiue promiſſorium, ſiue confirmatorium, *Seraph.
de priuil.iuram.83.num.2.& 23.in fin. verſ. præſup-
poſita tamen Gratia diſcept. 27. num 31. & ita nota-
tur, & habetur per omnes ſcribentes in Auth. Sacra-
menta puberum C. ſi aduerſ. vendit. & late tradit.
Bart.in leg.ſi quis pro eo in princ. ff.de fideiuſſor.*
18 Declara quod iuramentum aſſertorium,ſcilicet
iurans ſe eſſe maiorem tactis ſcripturis repræ-
ſentat minorem maiorem, &,validat contractum
inualidum ratione minoris ætatis, & licet ſecun-
dum magis communem non validet contractum
quoad defectum ſolemnitatum à iure communi,
vel municipali requiſitarum, impedit tamen be-
neficium reſtitutionis in integrum quod datur
minoribus,vt in *leg.1.& tot.tit.de in integ. reſtit.mi-
nor.* ita late alijs congeſtis tradit *Seraph.de priuil.
iuram.priuil.83.num.3.vſque ad 7.* & ratio eſt quia
taliter iurans, intelligit ſolum aſſerere ſe eſſe
maiorem, vnde non poteſt operari obligationem
19 vel confirmationem, quia actus non operatur
vltra agentis intentionem, *leg. obligationum ſub-
ſtantia de action. & oblig.leg.non omnis ſi cert. petat.*
20 Iuramentum vero promiſſorium, ſcilicet ſi
minor iuret contractum obſeruare, & non con-
trauenire ratione minoris ætatis, repræſentat
minorem maiorem, & validat contractum ratio-
ne defectus minoris ætatis inualidum, & ſupplet
eundem defectum ætatis, non autem defectum
aliarum ſolemnitatum, nec impedit, quin mi-
nor poſſit petere beneficium reſtitutionis in in-
tegrum, habita abſolutione à iuramento, ſtante
enormi læſione, probata minori ætate, vt late
comprobat *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.83. à
num.8.vſque ad 13.*
21 Demum iuramentum confirmatorium, quan-
do minor ſimpliciter iurat confirmando contra-
ctum, & nihil dicit de minori ætate, de quo iu-
ramento loquitur textus in *Auth. Sacramenta pu-
berum C.ſi aduerſus vendit.& textus in cap.cum con-
tingat de iure iuran.& in cap.licet mulieres eod.tit. &
in cap.quamuis de pact.in 6.*repræſentare minorem
maiorem,& validare contractum alias inualidum
ratione minoris ætatis concludunt ſcribentes in
locis citatis,& ab hac opinione neminem diſſen-
tire teſtatur *Seraph.de priuil.iuram. priuileg. 83. à
num.14.& ſeq.*
22 Amp. ſupradictam concluſionem, vt *Auth.Sa-
cramenta puberum C.ſi aduerſ. venditione.* ſibi locum
vindicet non ſolum in minore, qui pubes ſit, ſed
etiam in pupillo impubere proximo pubertati, &
23 doli capace, ſcilicet in maſculo ætatis decem
annorum cum dimidio, & in fœmina nouem an-
norum cum dimidio, iuxta *gloſ. in cap. pupillum
inſtit.de inu.ſtip.* quia ſupradicti minores ſunt ca-
paces periurij, quod cum dolo perpatratur *cap.1.
de delictis puer.* vnde quod pupillus proximus
pubertati obligetur iuramento, voluit *Bald.in leg.
fin.§.filius C.de bon.quæ liber.in l.2.C.de reſtit. in in-
teg.Paul.de Caſtr.in Auth.Sacramenta puberum C.ſi
aduerſ.vendit.& ibi late Iaſ.num.15.cum plurib.ſe-
quen.* quamuis ipſe contrarium cenſuerit,ſed ma-
le *in conſ.105.*& Canoniſtas communiter firmare
hanc concluſionem, & propterea in practica eſſe
ſeruandam teſtatur, *Cara.conſ.240.vol.1.& conſ.
36.col.2.in fin.& ſeq.vol.2.ac conſ.587.col.penult.ad
fin.vol.3. et de communi Dec. 582. et in leg. pupillus
de reg.iur.Seraph.de priuil.iuram.priuil.83. num.24.
et 25.* vbi ſubdit, quod licet iuramentum impu-
beribus non ſit deferendum,*cap.paruul.22.quæſt.5.*
tamen, quod hoc procedat in ijs, qui non ſunt
proximi pubertati, & licet non poſsint cogi ad
iurandum,non autem interdicitur, quod nequeat
deferri, vt etiam *in cap. pueri 22. quæſt. 5. Anton.
Gabriel. in tit.de minori concluſ.5. num. 46. Afflict.
deciſ.322.à num.2.vſque ad num.5.* vbi contrarium
tenentes allegat,& ibi *Vrſil.à num.5.*vbi de com-
muni, & quinque limitationibus hanc concluſio-
nem exornat.
24 Et ratio prædictorum eſt, quia iuramentum
debet ſemper ſeruari, quando fieri poteſt ſine di-
ſpendio ſalutis æternæ, *cap.ſi vero cap. cum con-
tingat de iure iur.cap.quamuis de pact. in 6.* Vnde
25 contractus impuberis iuratus tenet abſque alijs
circumſtantijs *Rot.deciſ.365.num.3.in fin. part.3.
recent.*
26 Hinc eſt quod Mulieris obligatio, & fideiuſ-
ſio iurata de iure communi valeat,etiam ſi à No-
tario non fuerit certiorata de Velleiano ſecun-
dum veriorem opinionem contra *Couar.* canoni-
zatam à *Rota deciſ.375.num.2.& per totam par.3.
recent.*

PRÆNESTINA DISTRIBVTIONVM.

ARGVMENTVM.

Canonici ſupranumerarij debent habere omnia iura
canonicalia, & vocem in Capitulo ſi noua ſupe-
raddirio pure emanauerit, ſecus ſi ſub aliquibus
reſtrictionibus, de emolumentis maſſæ commu-
nis,de diſtributionibus quotidianis,anniuerſarijs,
exequijs, & mortuarijs an, & quando participa-
re debeant medullitus pertractatur.

SVMMARIVM.

1 Canonici ſupranumerarij debent habere omnia iura cano-
nicalia ſicut antiquiores.
2 Et etiam vocem in Capitulo.
3 Declara procedere quando noua ſuperadditio pure emana-
uerit ſecus ſi cum reſtrictione.
4 Canonici noui nihil differunt ab antiquis, ſi eorum electio
purè emanauerit.
5 Lex & reſtrictio præſcripta in receptione Canonicorũ ſupra
nume-

numerum eſt ſeruanda licet iuri contraria.

6 Canonici ſupranumerarij nihil prętendere poſſunt in præiudicium antiquorum, qui ad eorum fauorem iura reſeruauerunt.

7 Canonici ſupranumerarij participant emolumenta antiquę maſſæ ſi admiſſi fuerunt abſque proteſtatione.

8 Pro vt etiam de diſtributionibus quotidianis.

9 Præcipuè ſi ſubtracta emolumenta fuerint aliter recompenſata.

10 Canonici noui etiam admiſſi cum proteſtatione non participant de mortuarijs pręteritis, ſecus de futuris Declara vt num.11.

12 Sacerdos, qui recepit elemoſinam pro Miſſæ celebratione, ſi per alium celebrare faciat nihil poteſt pro ſe retinere, ſed totam elemoſynam celebranti tradere debet.

13 Declara procedere in elemoſynis manualibus ſecus in elemoſynis, quæ per Capitulum redactæ fuerunt ad maſſam communem.

DECISIO XCVIII.

CApitulum Cathedralis Eccleſiæ Prænestinæ formatur ex vnica dignitate Archidiaconatus nomine nuncupata, & ſexdecim alijs Canonicis, quorum octo vna cum Archidiacono ſunt de antiqua maſſa communi, & de numero, alij vero ſupranumerarij de iurepatronatus laicorum ex fundatione, & dotatione, ex qua particulares, & proprias præbendas obtinent, & poſſident.

A primæua tamen eorum erectione recepti fuerunt à Canonicis numerarijs expreſſo adiecto pacto, ſeu conditione, ſcilicet. *Che quanto alli peſi debbiano, e ſijno tenuti tutti li Canonici venturi, e ſuoi ſucceſſori far l'eddomada per giro, come fanno l'altri Canonici de nove, e di ogn'altra coſa debbiano ancò adempire l'oblighi, delle Meſſe, Anniverſarij, eſſequie, & altri oblighi laſciati al Capitolo da' Benefattori, e da altri, e per qualſiuoglia capo apparteneſſero al Capitolo fino al preſente giorno, come qualſiuoglia altro Canonico ſenza poter pretendere coſa alcuna dell'entrate, & emolumenti laſciati al Capitolo per detti peſi, & oblighi fino al preſente giorno, &c.*

Quod pactum licet multorum annorum curſu obſeruatum fuerit, nihilominus multis ex nouiſſimis Canonicis ſupranumerarijs videbatur de iure ſubſtineri non poſſe, vtpotè quia tribuat onus, & prohibeat participationem emolumentorum, hinc orta lite, & diſcuſſo dubio pactum ſubſtineri cenſui.

1 Siquidem quamuis Canonici ſupranumerarij debeant habere omnia iura Canonicalia, ſicuti, & cæteri ſiue auctoritate Papæ, ſiue Capituli fuerint recepti, *Felin. in cap. M. Ferrarienſis num.3. de conſtit. Tondut. quæſt. benef. cap.111. num.3. tom.1. vbi num.4. & 5. ſubdit*, quod etiam habeant vo-

2 cem in Capitulo, etiam in electionibus, & ad eas vocandi ſunt, *Federic. de Sen. conſ.290. col.3. verſ. an iſti recepti.*

3 Attamen hoc procedit quando noua ſuper additio pure emanauerit, nam tunc noui Canoni-

4 ci in nihilo differunt ab antiquis, ſed omnibus præeminentijs, & emolumentis gaudent, cum faciant vnum corpus, & dicatur vnum, & idem Capitulum, ſecus vero vt in præſenti quando ſub aliquibus reſtrictionibus, & legibus noua electio

5 facta fuerit, quia tunc adiecta reſtrictio, & lex præſcripta in limine fundationis eſt ſeruanda, quamuis iuri contraria, adeo vt nouiter admiſſi nequeant plus prætendere, quam eis conceſſum fuit, ſed intra limites admiſſionis, & inſtallationis, ſe continere debent, iuxta magiſtralem doctrinam, *Abbatis in cap. cum M. Ferrarienſis ſub num.29. de conſtit. Fagnan. in cap. dilectus il primo de præben. num.21. & 24. quos refert, & ſequitur D. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom.12. tit. de Canon. & Capitul. diſ.6. num.2. verſ. ſcribens pro Canonicis, & num.3. faciunt tradita per Rot. in Piſtorien. Prioria coram Veroſpio in recen. deciſ.720. par.3. & coram Buratto deciſ.193. inter eius impreſ.*

6 Eſt enim in facultate Canonicorum antiquæ fundationis, in noua Canonicorum receptione proteſtandi, & ad eorum fauorem antiqua iura reſeruandi, quod ſicut eiſdem non reperitur interdictum, ita Canonici nouiter introducti adiectam reſeruationem impugnare non poſſunt nihilque prætendere in præiudicium antiquorum, *Tondut. quæſt. benef. cap.111. num.9. tom.1. ex Lotherde re benefic. lib.1. quæſt.19. num.46. & 47.*

7 Hinc eſt quod Canonici ſupranumerarij participationem emolumentorum antiquæ maſſæ, & diſtributiones quotidianas conſequuntur, ſi Ca-

8 pitulum eos admiſit abſque proteſtatione, & conſenſerit numerum frangi, *Moneta de diſtribut. quotidian. par.2 cap.1. num.9. & 10. Tondut. quæſt. beneficial. cap.111. num.10. & 11. tom.1.* ſecus vero ſi antiqui in limine fundationis proteſtati ſint, quod nouos admittebant ſine præiudicio ſuorum iurium, vt late comprobat, *Gratia diſcept.867. nu.11. & 12. tom.5. ex Caſtren. conſ.170. num.11. verſ. hæc omnia lib.1. Tondut. quæſt. benefic. loco citato D. de Luca in ſuo Theat. veritat tom.12. tit. de Canon. & Cap. diſ.6. num.12. verſ. ſuper ſecundo dubio.*

9 Qui fortius in caſu noſtro obtinere viſa fuerunt, quia in recompenſationem ſupradicti emolumenti, nouis Canonicis conceſſum fuit ſtallum, vox in Capitulo, omneſque aliæ prærogatiuæ antiquis competentes, & rurſus admiſſi ad participationem futurorum emolumentorum, quæ omnia ſunt pretio æſtimabilia, præcipue quia eorum inſtitutio emanauit ex laicorum fundatione, & non ex immediata Pontificis, aut Ordinarij auctoritate, & conſequenter minoris perogatiuæ, & inferioris notæ, adeo vt Canonici antiqui habuerunt laxiores habenas emolumenta, & iura ad eorum fauorem pinguius, & efficacius reſeruandi.

10 Nec dicatur quod noui Canonici etiam abſque præiudicio veterum admiſſi, licet non participent de mortuarijs præteritis, ſeu de anniuerſarijs pro mortuis antecedentis temporis relictis Capitulo, nihilominus participare debent de mortuarijs futuris eodem Capitulo relictis, & ſic non multum releuare, quod præfatis Canonicis, indulta fuerit futurorum emolumentorum participatio, nec conſiderabile, quod in hoc antiquis fiat aliquod præiudicium, ex quo aliquod minus percipiant, cum ius publicum priuato præferendum ſit *Tuſc. in litera D. concluſ.514. num. 12. & 13. Gratia diſcept.867. num.39. tom.5. Tondut. quæſt. beneſ. cap.69. num.15. tom.1.*

11 Nam hoc procedit dummodo mortuaria noua, quæ de cætero obueniunt ſint talia, de quibus noui poſſint participare abſque damno veterum, vt ſunt illa, quę afferuntur cum mortuis ſingulariter cuilibet Canonico, vt Cerei, Candelæ, & nummi,

mi, qui ſingulis diſtribuuntur abſque diminutione, & damno antiquorum, tamquam per iſta potius onerentur ſoluentes, ſeù adſtringantur ad maiorem impenſam volentes huiuſmodi functiones Eccleſiaſticas facere ſecus verò quando concurrit præcisè damnum veterum, vt animaduertit, *Gratian, diſcept.* 867. *à num.* 39. *vſque ad* 42. *de Luca in ſuo Theatro veritatis tom.*12.*tit.de Canon.& Capitul.diſ.*6. *num.*14. ac proinde cum noui Canonici ex ſubſecuta obſeruantia admittantur ad participationem emolumentorum etiã vbi præcisè adeſſet veterum damnum, vtique huiuſmodi participatio redditur conſiderabilis in recompenſationem ſupradicti pacti.

12 Minus officit quod dicta reſeruatio ſit tollerabilis, & ſeruari poſſit quo ad anniuerſaria, funeralia, exequias, aliaſque functiones, quæ à Canonicis ſimul Congregati inChoro perſoluuntur,à quo noui Canonici tempore dictarum functionum non debent recedere, dum à primeua eorum fundatione ex lege fundatorum adiecta fuit obligatio perſoluendi horas canonicas,aliaſque functiones, prout alij Canonici veteres perſoluere tenentur, ſecus verò quo ad alias miſſas lectas, quæ pro rata ſingulis Canonicis diſtribuuntur, pro quibus non videntur Canonici veteres retinere poſſe attributam eleemoſynam dum imponunt onus nouis Canonicis pro rata ipſis tangen præfatas miſſas celebrandi, iuxta decretum *Sacræ Congregat. Concilij Vrbani VIII. auctoritate editum de celebratione miſſarum emanatum ſub die* 21. *Iunij* 1625. *in* §.*ac ſimiliter, & declarationes ſuper eodem decreto ſubſecutas ad* 9. *dubium*, quia dictum decretum loquitur tantum

13 de eleemoſynis manualibus, non autem de eleemoſynis, quæ à Capitulo, & Canonicis redactè fuerunt ad maſſam communem vt in præſenti, quæ propterea non amplius cenſentur manuales eleemoſynæ.

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Canonicatus in Cathedralibus, & Collegiatis inſtituere in actu erectionis ſpectat ad Papam, poſt erectionem poteſt etiam Epiſcopus augere.
2 Canonicatus eſt beneficium.
3 Epiſcopus habet auctoritatem creandi quæuis beneficia.
4 Canonici vltra numerum poſſunt auctoritate Epiſcopi, & Capituli recipi.
5 Præcipuè ſi agatur de Eccleſia non numerata.
6 Et ſi purè fiat noui Canonici in nihilo differunt ab antiquis, ſecus ſi cum reſtrictione.
7 Canonicorum numerus in Eccleſia numerata an & quando, & à quo augeri poſſit.
8 Augeri non poteſt niſi augeantur Eccleſiæ prouentus.
9 Augere poteſt tantum Pontifex, ſi ab eodem numerus determinatus fuit, vel Canonici iurauerunt non augere. Contrarium n. 10. 11. & 12. vbi ſecus ſi adſit Clauſula decreti irritantis.
13 Sublim. vt erectio fieri poſſit ex nouis redditibus non obſtante decreto irritanti.
14 Noui Canonici non ſunt recipiendi ad futuram præbendam.
15 Canonicus ſupranumerarius an & quando habeat ius canonicæ, & ea, quæ ſunt Capituli, & num. 16.
17 Non præcedunt, ſed ſedere debent poſt vltimum Canonicum antiquum, ſi ita prouiſum fuerit in eorum receptione, ſecus de iure communi, 18.
19 Noui Canonici præcedere debent coadiutorem veteris Canonici.
20 Canonicorum numerus minui poteſt ſi redditus Eccleſiæ diminuuntur.
21 Epiſcopus ſi Canonicatus, & præbendæ ſint tenues an, & quomodo ſupprimere poſſit, declara vt n. 22.
22 Beneficia de ſui natura præſumuntur congrua.
23 Epiſcopus ſolum in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus in quibus præbendæ ſunt tenues poteſt diſmembrare, ſecus in Eccleſijs inferioribus.
24 Collegiata an, & quando dicatur inſignis, & quando non 25
26 Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum decreto irritanti non poſſunt ſupprimi per Epiſcopum.
27 Neque quando bona Epiſcopi, & Capituli ſint communia, & quamuis eſſent diuiſa n. 28.
29 Declara procedere vbi Epiſcopus applicaret præbendas ſuppreſſas Capitulo, ſecus vero Canonicis, vti ſingulis.
30 Facultas ſupprimendi præbendas tenues competit ſolum Epiſcopis, non autem Prælatis inferioribus, neque Vicarijs, neque Capitulo ſede vacante.

ADNOTATIO I.

Canonicatus inſtituere, ad quem ſpectat, & Canonicorum numerus an augeri, & minui poſſit, & de Canonicis ſupranumerarijs.

1 CAnonicatus in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſtituere in actu erectionis ſpectat ad Papam, poſt erectionem verò, & Canonicorum numerum præſcriptum, poteſt etiam

2 Epiſcopus alios de nouo creare, etenim cum Canonicatus ſint beneficia, & illorum appellatione in materia non odioſa comprehendantur, ex citatis per *Barboſ. in tract. de appellati verbo-*

3 *rum vtriuſque iuris ſignif. appellat.*32.*num.*11. dubitari non poteſt de poteſtate Epiſcopi quoad auctoritatem creandi quæuis beneficia, vt latè comprobat *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 5. *num.*7. *Lotter. de beneſ. re lib.*1. *quæſt.*5. *nu.*40. *& in noſtris terminis Barboſ. de Canonicis, & dignitat. cap.* 2. *num.*21. *& ſeq. Cæſar. de Graſſ. deciſ.*124. *alioqui* 13. *num.*5. *&* 9. *de præbend. & dignitat. Caualer. dec.*639. *num.* 8.

4 Adeo vt Canonici vltra numerum poſſunt auctoritate Epiſcopi, & Capituli recipi, in Cathedralibus, & ad diuini cultus augumentum Canonicorum numerum augeri, *Menoch. conſ.*1179. *num.*7. *Lotter. de re beneſic. quæſt.*19. *nu.*4.46. *&* 47. *Garz. de beneſ. tom.*2. *par* 12. *cap.*1. *num.*9. *Azor. inſtit. moral. par.*1. *lib.*3. *cap.*11. *Io: Milazo. aſſert. inr.* 1. *num.*7.8.14. *&* 15. *Rot. deciſ.*2. *alias* 251. *de elect. in antiq.*

5 In hac autem materia diſtinctio eſt, quod ſiaur agitur de Eccleſia non numerata, & tunc deneniri poteſt ad augendum numerum Canonicorum, cum nihil repugnet immò pietas ſuadeat, vt per nouam ſuperadditionem Eccleſia feliciter regatur, & diuinus cultus miniſtrorum copia

6 maiorem recipiat incrementum, adeo vt ſi noua ſuperadditio pure fiat per Ordinarium cum conſenſu Capituli tunc noui Canonici in nihilo differunt ab antiquis, ſed omnibus prærogatiuis, & emolumentis gaudent, cum dicatur vnum, & idem Capitulum, niſi ſub aliquibus conditionibus, ac limitationibus, ſeù legibus noua erectio facta ſit, quia tunc adiecta conditio, ſeù lex eſſet

ſer-

ſeruanda, vt in deciſione demoſtrauimus, &
eradit *de Luca in ſuo Theatro veritat. tom.12. tit. de
Canon. & Capitul diſ.6. num.2. verſ. ſcribens pro Ca-
nonicis*.
7 Aut verò agitur de Eccleſia numerata, vbi
ſcilicet certus præfixus fuit Canonicorum nume-
rus, & tunc ſi Ordinarius præfiniuit certum Ca-
nonicorum numerum, & eidem denegata non
videtur poteſtas illum augendi de conſenſu Ca-
pituli, ſi verò præfinitus fuit per Papam, & tunc
abſque einſdem Pontificis auctoritate denegata
videtur poteſtas inferioribus numerum augendi
ſecundum *D. de Luca in ſuo Theatro veritatis to.12.
tit. de Canonicis, & Capitul. diſ.6. num.4. ex Abbat.
in cap. cum acceſſiaſcat de conſtitut. Barboſ. in tract.*
8 *de Canonicis, & dignitat. cap.3. num.3.* vbi præcipuè
quod non liceat augere numerum determinatum
9 Canonicorum niſi augeantur prouentus, & tale
augumentum à Papa tantum fieri debeat, ſi Ca-
nonici in erectione facta coram Papa iurauerint
non angere, vel numerus determinatus fuit à
Papa.
10 Contrarium quod licet Capitulum ſtatutum
fecerit, & iuramento illud firmauerit de non au-
gendo numero Canonicorum, nihilominus
quod poſſit frangere numernm, & augere etiam
ſi à Papa eſſet confirmatum dictum ſtatutum;
cum poſſit eidem renunciari, dummodo à Papa
non fuerit adiecta clauſula, quod ſi aliter fiat
non valeat, docent *Gabr. in tit. de iure iuran. con-
cluſ.1. num.16. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.
cap. 17. num.8. & 9. tom. 2, Io: Melazo aſſert.*
11 *iur.1. num.9. Sperel. deciſ.180. num.8. to.2.* vbi quod
receptio facta à Canonicis de aliquo in Canoni-
cum vltra numerum taxatum per ſtatutum iura-
mento vallatum valet, etiam ſi Canonici ſcien-
ter dicto ſtatuto controuenientes incidant in
periurium ex *Alex. Io: Andrea Ant. de Butrio quos
allegat. Silua in tract. de benef par.3. quæſt.27. Seraph.*
12 *de priuileg. iurament. priuileg.75. num.14.* & quod
numerus augeri etiam ſi numerus antiquus eſſet
à Summo Pontifice confirmatus, ſi in confirma-
tione non fuerit adiecta clauſula decreti irritan-
tis, comprobat *Melazo aſſertion. iur. 1. num. 10.
& 11. in fin.*
13 Limita hanc ſecundam ſententiam vt proce-
dat durante Eccleſia in eodem ſtatu, ſecus ſi po-
ſtea excreuerint Eccleſiæ facultates, nam tunc ex
illo augumento poteſt augeri Canonicorum nu-
merus non obſtante decreto irritante, quod ope-
ratur rebus in eodem ſtatu permanentibus, non
autem vbi erectio fiat ex nouis redditibus, ex
quibus omnino ceſſat ratio prohibitiua, quæ ta-
citam videtur habere conditionem niſi fructus
excreſcant, vt ex *Abb. Butr. Imol. & alijs in cap.
M. Ferrarienſis de conſtit. tradit Gratian. diſcept.819.
num. 21. Melazo aſſert. iur.1. num. 13. De Luca in
Theat. veritat. tom.12. tit. de Canonicis, & Capitul.
diſ.6. num.8.*
14 Limit. 2. quod facultates Eccleſiæ ita augeri
debent vt ſufficiant pro facienda noua Canoni-
corum electione, adeo vt minimè recipi debeant
ad futuram præbendam, vt expreſsè prohibetur
*à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 19. de re-
form.* ſecus vero abſque aſpectatiua futuræ præ-
bendæ ab Epiſcopo, & Capitulo recipiantur, &
ita cenſuiſſe Sacram Congregationem Concilij
refert *Barboſ. de Canon. & dignitat. cap 2. num.24.
ex Garz. de benef. par.6. cap.1. num.5. Gonzal. ad reg.
8. Cancellar. §.1. proem nu 64. & 65. Franc. Marcb.
deciſ.16. num 2. par.1. Melazo aſſert. iur.1. nu.23.24.
& 25.* vbi quod ita ſit intelligendus, *Aldan. in
compend. canon. deciſ. lib.2. tit.29. num.6.*
15 Cæterum Canonicus ſupranumerarius rece-
ptus ſimpliciter de mandato Papæ in Eccleſia,
in qua adeſt certus numerus Canonicorum non
illi derogando, aut non mandando recipi cum
plenitudine iuris canonicalis, non habet ius ca-
noniæ, ſtallum ſcilicet in Choro, & vocem in
Capitulo, & alias omnes prerogatiuas, quibus
cæteri Canonici gaudent, ſecus autem ſi rece-
ceptus fuerit, cum expreſſa Papæ derogatione
de certo Canonicorum numero cum plenitudine
iuris canonicalis, nam tunc habet ius canoniæ,
*Lel. Zecb. de re public. Eccleſiaſt. cap.24. de Canon.
num.4. verſ. cauſa verò Monet de diſtrib. quotidian.*
16 *par.2. quæſt.1. num.5. cum multis ſequen.* vbi ſubdit,
quod tales Canonici ſupranumerarij ſi ſolum
fuerint inſtallati in Choro, conſequuntur ea, quæ
ſunt Chori, & ſi fuerint inſtallati in Capitulo,
habent ea, quæ ſunt Capituli, *Barboſ. de Canon.
& dignitat cap.1. num 14. & 15.*
17 Quo verò ad præcedentiam Canonici nouiter
erecti ſedere debent poſt antiquos, ſeù poſt vlti-
mum ex Canonicis antiquis, tam quando con-
ueniunt in Choro, & Capitulo, ac proceſſioni-
bus, alijſque actibus, qui in perſoluendis fun-
ctionibus Eccleſiaſticis à Canonicis exercentur,
ſi in eorum receptione ita diſpoſitum fuerit, vt
neque in præcedentia in aliquo antiquis Cano-
nicis cenſeatur præiudicatum, quod nititur opti-
ma ratione, quia totum corpus Canonicorum
antiquorum debet ſtare vnitum, abſque eo quod
aliquis ex nouis Canonicis poſſit prætendere ra-
tione antiquitatis ante eos ſtare, *Gratian. diſcept.
867. num.23. 24. 56. & 57. vbi ita firmaſſe Rot. in
Panormitana Præeminentiarum 9. Ianu. 1621. coram
Coccino.*
18 Quod procedit vbi concurrit particulare ſta-
tutum, diſpoſitio, ſeù conſuetudo, ſecus verò
de iure communi, cuius vigore non eſt conue-
niens, vt poſtea receptus præferatur antiquiori
Canonico, qui potius debet præcedere propter
maiora onera, & ſeruitia, quæ in Eccleſia ſubijt,
& ratio eſt, quia iſtę præeminentiæ ſunt fructus,
& emolumenta poſſeſſionis Canonicatus, tum
etiam quia antiquiori debetur præcedentia, vt
animaduertit *Gonzal. ad reg.8. Cancellar. in proem.
§.3. num.25. & 26. Gratian. diſcept.867. num.25. 26.
& 27. tom.5. vbi alios allegat.*
19 Noui tamen Canonici præcedere debent Co-
adiutorem veteris Canonici, quamuis antiquio-
rem, ex eo quod viuente coadiuto non dicatur
verus Canonicus, prout efficitur ſecuta coadiu-
ti morte, ex quo tempore ius canoniæ aſſequi-
tur, vt apud *Martin. Andr. deciſ. 102. deciſ.456.
par.1. recent. deciſ.259. num.11. par.9. recent. D. de
Luca in ſuo Theat. veritat. tom.12. tit. de Canon. &
Capitul. diſ.6. num.9. & 10.*
20 Vbi verò agitur de diminuendo numero Ca-
nonicorum ſibi locum vindicant ea, quæ dixi-
mus de augendo numero determinato Canoni-
corum,

corum, vnde ſicut ſi augentur fructus Eccleſiæ permittitur augeri Canonicorum numerum, ita ſi annui redditus non ſufficiant ad commodam Canonicorum ſubſtentationem, licet præbendarum numerum minui, ſeruata forma *Sacri Con-*
21 *cilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 15.* vbi diſponitur. *In Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus vbi frequentes adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſubſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia non tamen regularia ijs vnire, vel ſi hac ratione prouideri non poſſit aliquibus ex ijs ſupreſſis cum patronorum conſenſu ſi de iurepatronatus laicorum ſint, quorum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commode valeant reſpondere.*

22 Ad valide tamen faciendam huiuſmodi diminutionem conſtare debet de tenuitate Eccleſiæ, & & de eius redditruum diminutione, cum beneficia de ſui natura præſumantur congrua, & eorum redditus potius aucti, quam diminuti, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 67. num. 5. & in tract. de Canon. & dignit. cap 3, num. 20. & eſt textus in cap. ex parte de conſtit. Felin, in cap. conſtitutus num. 1. de reſcript.*

23 Limit. 1. vt decretum Sacri Concilij Tridentini ſupra relatum procedat, & locum habeat ſolum in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis inſignibus, ſecus verò in alijs Eccleſijs inferioribus, in quibus nulla videtur data Epiſcopis poteſtas extinguendi præbendas, vt augeantur diſtributiones etiam ad augumentum cultus diuini, vt deciſum refert *Monet. de diſtribution. quotidian. quæſt. 5. num. 28. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg. 67. num 2. & 3. par. 3. & in tract. de Canonic. & dignitat. cap. 3. num. 20. in fin. & in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 15. num. 2.*

24 Quæ autem dicatur Collegiata inſignis licet non ſit in iure determinatum, tamen in dijudicatione huiuſmodi inſignitatis, fieri poteſt conſideratio, ex qualitate loci, vbi ſita reperitur, ſcilicet ſi locus reddatur conſpicuus tum ex numero familiarum, & Incolarum, tum ex qualitate, & nobilitate Ciuium, ſapientia doctorum, factis perſonarum egregiarum, tum ex exiſtentia Monaſteriorum Regularium, & ſanctimonialium, tum etiam ex copia peritorum, vt animaduertit *Ioan. Anton. Moſſobr. in tract. de Synodo Epiſcopi cap. 4. dub. 14. num. 9. & ſeq. Barboſ. in collect. ad cap. vltim. num. 3. de verbor. ſignif. & in tract. de Canon. & dignitat. cap. 2. num. 13. verſ. in dijudicatione.*

25 Prout etiam probatur non eſſe inſignem ex exiguo Canonicorum numero, modicis redditibus qualitate ſeruitij, & depoſitionibus teſtium & quod hoc ſit arbitrarium dixit, *Rot. deciſ. 175. num. 2. coram Cord. Mantica, & tradunt ſcribentes in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. Alberic. de diction. in verbo inſignis, Menoch. de arbitrar. caſ. 158. nu. 4. qui alios allegat. quos refert, Barboſ. de canonic. & dignit. cap. 2. num. 18.*

26 Limit. 2. vt Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum præfinitione numeri, & decreto irritanti non poſſunt ſupprimi per Epiſcopum, *Barboſ. de canonic. & dignitat. cap. 3. num. 19.*

27 Limit. 3. vt procedat ſi Epiſcopus ſit auctor huiuſmodi diſmembrationis, ſecus autem quando bona Epiſcopi, & Capituli ſint communia, vt ex *gloſ. Cardin. Abb. Gamb. de offic. legati lib. 5. rub. de diſmemb. nu. 22. tradit Barboſ. de offic. & poteſt.*
28 *Epiſcop. alleg. 67. num. 9.* vbi quod neque etiam hoc poſſet Epiſcopus quamuis bona illius, & Capituli eſſent diuiſa, & ſi id redundaret in vtilitatem Capituli, ex *Butr. & Imol. in cap. cum acceſſiſſent de conſtit. ibique Felin. num. 22. & Dec. num. 57.*

29 Sublim. quod licet non poſſit Epiſcopus applicare Menſæ Capituli fructus præbendarum ſuppreſſarum, cum agatur de intereſſe ipſius Capituli, & ipſum auctorizare non poſſit in facto proprio, poteſt tamen applicare ſingulis Canonicis, ſeù ſingulis de Capitulo, diſtribuendo, & aſſignando cuique certam portionem vt ex *Imol. & Dec. in cap. cum acceſſiſſent à num. 54. de conſtit. & Gabr. conſ. 186. lib. 2. tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 67. num. 10. par. 3.*

30 Hanc autem facultatem faciendi huiuſmodi ſuppreſſiones Epiſcopis tantum conuenire, & non alijs Prælatis inferioribus etiam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, & licet exemptis, neque Vicario Epiſcopi, neque Capitulo ſede vacante, eiuſque Vicario Capitulari, cum Concilium vtatur particula Epiſcopis, tradit *Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 69. & ſeq. & num. 75. & 76. Monet. de diſtribut. quotidian. par. 1. cap. 5. num. 30. & cap. 12. num. 117. & 122. & 129. & ſeq. Gratian. diſcept. 278. num. 35. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 67. num. 3. & 4. & latè de Canon. & dignitat. cap. 3. à num. 12. vſque ad 24.*

SVMMARIVM.

1 Legatum relictum Canonicis etiam ab extraneo non videtur relictum Eccleſiæ, & inter Canonicos eſt diuidendum 2. & 4. Contrarium n. 3.

5 Legatum relictum Collegio Templi cenſetur relictum in dubio contemplatione perſonarum.

6 Declara quod legatum relictum Canonicis non habentibus adminiſtrationem Eccleſię intuitu perſonarum, & non Eccleſiæ relictum cenſeatur, ſecus ſi habeant adminiſtrationem, vel totet ipſos ſint Eccleſiæ adminiſtratores.

Idem ſi exprimatur cauſa, quæ potius reſpiciat Eccleſiam, & non canonicos ibidem.

8 Legatum relictum Canonicis ſub nomine collectiuo cenſetur relictum Capitulo, niſi ex coniecturis aliud appareat.

9 Verbum Canonici indefinitè prolatum idem ſignificat, quod Capitulum contrarium num. 10. Declara vt num. 11.

12 Legatum factum pro miſſis celebrandis in dubio videtur factum intuitu Eccleſiæ, & non perſonæ habentis adminiſtrationem Eccleſiæ, & ſecus ſi perſona nullam habeat Eccleſiam, vel eius adminiſtrationem 13.

14 Et ſi verba legati ſint directa principaliter perſonæ cum onere celebrandi in aliqua Eccleſia, & tunc cenſetur factum intuitu legatarij.

15 In hac tamen materia recurrendum aſt ad conjecturas.

16 Legatum relictum fauore, vel intuitu Eccleſiæ dignitatis, vel officij debetur etiam ſucceſſori, ſecus ſi non fuerit relictum intuitu dignitatis, vel officij 17.

18 Non cenſetur relictum intuitu dignitatis ſi perſona ſit affinitate coniuncta, etiam ſi fuerit expreſſum ſolum nomen officij 20.

19 Le-

16 *Legatum factum conſanguineo pauperi potius intuitu ſanguinis, quam paupertatis cenſetur factum.*
19 Ex qualitate rei legatæ colligitur coniectura voluntatis legantis, an legatum fuerit factum perſonæ, vel Eccleſiæ, & num. 22.
23 *Legatum relictum amico cenſetur perindè, ac ſi relictum fuiſſet conſanguineo, ſi amicitia ſit maxima, ſecus ſi leuis.*

ADNOTATIO II.

An legatum, quod relinquitur Canonicis pro miſſis cenſeatur relictum contemplatione tam veterum, quam nouorum, vel Eccleſiæ, vel Capituli.

1 Legatum relictum Canonicis, vel quibuſdam Canonicis alicuius Eccleſiæ etiam ab extraneo, Eccleſiæ relictum non videtur, ſed debetur ipſis Canonicis, vt dicit *gloſs. in cap. 12. quæſt. 2. Abb. in cap. requiſiſti de teſtament. ibique Canar. num. 10. & de communi Soccin. in l. 2. ff. de reb. dub. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapolit.*
2 *cap. 57. num. 6.* vbi quod huiuſmodi legatum ſit diuidendum inter eos, eo pacto, quo cætera ipſius Capituli bona diuiſibilia diuidi ſolent, & iuxta ſolitum, ac proindè de huiuſmodi legato ſubdit, quod non debeatur quarta Epiſcopo, latè *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. n. 21, in fin. verſ. vndè manifeſtè colligitur.*

3 Verum ſi legatum omnibus Canonicis, vel Canonicis alicuius Eccleſiæ indefinitè relictum ſit, ipſi Eccleſiæ relictum videri multi ſentiunt, vtpote qnia legatum relictum Ciuibus intelligitur relictum ipſi Ciuitati, iuxta textum *in l, Ciuibus de rebus dub., & ita Bart. concludit ibidem num. 3. ac Cuma Paul. de Caſtr. & Ludo. Luſita. Surd. de alimen. tit. 5. quæſt. 6. num. 7.*

4 Sed contraria ſententia crebrior eſt, quod immo legatum relictum Canonicis alicuius Eccleſiæ, intuitu perſonarum, & non Eccleſiæ relictum videatur, & ideò ipſis Canonicis, & Eccleſiæ acquiritur, *cap. requiſiſti in fin. & ibi gloſs. in verbo nec eſt de teſtament.* prout etiam ibidem tenent *Antan. Abb. & Barbat. ac Didac. num. 10.* qui de communi teſtantur prout etiam comprobat *Soccin. Sen. in l. Ciuibus num. 12. de reb. dub. per textum in l. pater filium §. Tuſculanus, & ibi*
5 *Bart. de legat. 3.* vbi legatum relictum Collegio templi cenſetur relictum in dubio contemplatione perſonarum, ſi cauſa non fuerit expreſſa, latè *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit 6. num. 22. verſ. ſed diuerſa ſententia, & de veriori Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 6. num. 7.*

6 Declara primo, quod ſi legatum ſimpliciter relictum ſit Canonicis, qui non habent adminiſtrationem Eccleſiæ, & tunc intuitu perſonarum, & non Eccleſiæ relictum videtur *cap. requiſiſti in fin. de teſtament. l. pater §. Tuſculanus cum ibi notatis per Bart. in fin. de legat. 3. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 23. verſ. ſecundo reſpondeo.*

7 Declara 2. quod ſi legatum relictum ſit omnibus Clericis, inter quos ſint adminiſtratores eiuſdem Eccleſiæ, & tunc legatum cenſetur relictum intuitu Eccleſiæ, vt eſt caſus *in l. annua §. 1. de annual. legat.* prout etiam ſi exprimatur cauſa, quæ potius reſpiciat Eccleſiam, & non Canonicos, vt ex *Bart. Soccin. & Abb. tradit Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 23. verſ. ſecundo reſpondeo, & num. 24.* vbi declarat textum *in l. Ciuibus de rebus dubijs*, ſcilicet quod legatum relictum Ciuibus, ideò cenſetur relictum Ciuitati, quia Ciuitas ab ipſis Ciuibus repræſentatur, ſed Eccleſia à Canonicis non repræſentatur, ſed coniunctim à Prælato, & alijs de Clero.

8 An autem legatum relictum Canonicis cenſeatur relictum Collegio, ſeu Capitulo, vel Canonicis vti ſingulis, adeout in primo caſu diuidi debeat eo modo, quo reliqua bona ipſius Collegij diſtribuuntur, vt plus vni Canonico, quàm alteri tribuatur ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta Eccleſiæ, in ſecundo vero caſu pro æquali portione diuiſio facienda ſit, & quod huiuſmodi legatum intelligatur relictum Collegio, ſeu Capitulo docet *Cardin. in cap. requiſiuiſti de teſtament.* ibique *Imol. num. 30. Didac. ſub num. 10.* & in hac ſententia etiam reſidet *Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8 tit. 6. num. 24. verſ. item textus*, vtpotè quia legatum eſt factum omnibus Canonicis ſub nomine collectiuo, & ſic potius a teſtatore cenſetur contemplatum Collegium, ſeu Capitulum, quam Canonici vti ſinguli, niſi ex coniecturis aliud concipi poſſit,
9 nam verbum Canonici indefinitiuè prolatum idem ſignificat, quod Capitulum, *cap. cum omnes, cap. cum acceſſiſſent de conſtit.*

10 Contrarium ſcilicet, quod relictum Canonicis intelligatur relictum ſingulis de Capitulo, ac propterea quod diuidi debeat inter eoſdem, & non ſit applicandum menſæ Capitulari tenet *Felin. in cap. auditis num. 37. verſ. ſecunda reſponſio de præſcrip.*

11 Sed *Henric. Bouhic. in cap. nos quidem in fin. de teſtament.* diſtinguit, aut præcellerunt merita Collegij, & tunc præſumitur relictum Collegio *l. nec adiecit ff pro ſocio*, aut merita ſingulorum, vt ſi erant conſanguinei, vel amici, & tunc præſumitur eis vti ſingulis relictum eſſe, quam diſtinctionem ſequitur *Soccin. Sen. in l. Ciuibus nu. 13. de reb. dub.*

12 Legatum vero factum pro miſſis celebrandis in dubio videtur factum intuitu Eccleſiæ, & non perſonæ particularis, quæ miſſam dicat, vel dicere faciat, *Imol. in cap. officij num. 26. de teſtament. Petrus de Vbald. in tract. de canonic. port. cap. 7. num. 57.*

13 Declara quod legatum pro miſſis dicendis, aut eſt factum alicui Presbytero nullam habenti Eccleſiam, vel titulum, ſiue adminiſtrationem, & tunc cenſetur factum contemplatione illius perſonæ Presbyteri, aut factum eſt Rectori habenti Eccleſiam, vel adminiſtrationem in aliqua Eccleſia, & tunc cenſetur factum contemplatione Eccleſiæ, potius quam perſonæ *Ancar. in cap. cum officij num. 16. Imol. num. 26. Barb. nu. 35. de teſtament. Abb. in cap. fin. num. 2. eod. tit. Petrus de Vbald. in tract. de canon portion. cap. 7. num. 55.*

14 Quod ſi verba legati principaliter ſint directa ali-

alicui perſonæ, cui deindè onus adiectum fuit celebrandi miſſas in ſua Eccleſia, & tunc præſumitur legatum factum intuitu legatarij, *Couar. in cap. requiſiuiſti num. 10. de teſtam. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 18. & lib. 8. tit. 6. nu. 23. Petrus de Vbald. in tract. de canon. port. cap. 7. num. 57. Rot. deciſ. 1149. num. 10. & 11. coram Card. Seraph.* vbi quod hoc præcipue procedat, ſi expreſſio loci, in quo celebrandum ſit, non fuerit facta ſub nomine proprio Eccleſiæ, ſed ſub demonſtratione ipſius Eccleſiæ præfati Presbyteri, ex qua adiectione potius videatur contemplata perſona, quam locus, & potius fauore perſonæ locus adiectus, quam fauore ipſius loci.

15 Recurrendum tamen eſt in hac materia ad coniecturas, & præſumptiones ad agnoſcendum, an legata, quæ relinquuntur Canonicis pro miſſis, & alijs operibus pijs ſint relicta contemplatione omnium Canonicorum, tam veterum, quam nouorum, vel intuitu Eccleſiæ, vel Capituli, vel an fuerint contemplati Canonici vt ſinguli, vel vt Collegium, ſeu reſpectu ordinis, vel antiquitatis, vel alterius qualitatis vniuſcuiuſque ſecundum ſtatutum Eccleſiæ, etenim ijs omnibus maturè conſideratis erit facienda diſtributio potius vni, quam alteri, & plus alteri, quam vni, & applicabuntur talia relicta aliquando Eccleſiæ, aliquando menſæ Capitulari, iuxta coniecturas, & præſumptiones, quæ colliguntur ex mente relinquentium huiuſmodi legata, vt latè diſtinguunt *DD. in cap. cum M. Ferrarienſis, vbi Ripa num. 11. de conſtit. & in cap. requiſiuiſti vbi Card. num. 3. quæſt. 10. ad fin. Couar. num. 10. de teſtam. Alphonſus Perez de anniuerſar. & Capellanijs lib. 1. cap. 17. cum alijs congeſtis per Gratian. diſcept. 867. num. 54. tom. 5.*

16 Quando autem relinquitur, ſeu legatur fauore, vel intuitu Eccleſiæ dignitatis, vel officij tunc debetur etiam ſucceſſori, vt inquit *Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 6. num. 7 in fin.*

17 Limita vt locum non habeat ſi non fuerit relictum intuitu dignitatis, vel officij, ſed contemplatione perſonæ, nam tunc legatum extinguitur cum ipſa perſona cui debetur, *Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 6. num. 7. verſ. limitatur tamen.*

18 Et intuitus dignitatis ceſſat ſcilicet, quando is cui legatum eſt, remanet affinitate coniunctus, tunc enim videtur relictum contemplatione conſanguinitatis, etiamſi eſſet expreſſum nomen dignitatis, cum præſumatur teſtatorem magis dilexiſſe perſonam, & reſpexiſſe qualitatem conſanguinitatis, & ſanguinis coniunctionem, quam dignitatem, & officij prærogatiuam, *gloſſ. in cap. fin. de teſtament. in 6. eſt textus in l. penultim. ff. de reb. dub. vbi Bart. Surdus de alimentis tit. 5. quæſt. 6.*
19 *num. 8. & 9.* vbi quod legatum factum conſanguineo pauperi pariter cenſetur factum potius
20 intuitu ſanguinis, quam paupertatis, & propterea, quando fit Rectori Eccleſiæ, qui ſit conſanguineus præſumitur factum contemplatione affinitatis, etiamſi ſolum nomen officij fuerit expreſſum, *Alciat. de præſumpt. 28. num. 1.*

21 Declara quod ex qualitate rei legatæ colligitur coniectura voluntatis legantis, nam licet legatum relictum Rectori, vel Epiſcopo à conſanguineo præſumatur relictum intuitu perſonæ, & non Eccleſiæ, *cap. requiſiuiſti de teſtament.* tamen hoc locum non habet ſi teſtator legauit Calicem, vel patenam, vel tintinabulum, vel quid ſimile, quod potius conueniat Eccleſiæ, quam perſonæ, quia tunc ex qualitate rei legatæ præſumitur legatum relictum Eccleſiæ, vt communiter tradunt ſcribentes *in cap. requiſiſti de teſtam.*
22 ſimiliter etiam è contra quamuis legatum relictum Epiſcopo ab extraneo intelligatur eſſe relictum contemplatione Eccleſiæ, eique acquiratur *dicto cap. requiſiuiſti de teſtament.* id tamen non habet locum quando aliud ex qualitate rei legatæ conijci poteſt, nempe ſi aliquis legauit Prælato Falconem, vel Canes, vt pariter tradunt *DD. in dicto cap. requiſiſti Soccin. in l. Ciuibus de reb. dub. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 12. num. 4.*

23 Vlterius legatum non cenſetur intuitu officij factum, quando relinquitur valde amico, nam tunc legatum cenſetur eiuſdem naturæ, perinde ac ſi conſanguineo factum fuiſſet, quia quæ diſponuntur in conſanguineis, locum habent in valde amicis, *gloſſ. in cap. requiſiſti de teſtam. in 6. vbi Didac. num. 6. & ex Cyn. Iaſ. Alciat. Marſil. Abb. Soccin. Tiraquel. Cotta tradit Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 6. num. 10. vbi in fin.* ſubdit quod hoc procedat, vbi amicitia ſit maxima, & ſingularis, adeout comparari poſſit fere in omnibus conſanguinitati, perinde ac ſi produceret eoſdem effectus, ſecus vero ſi amicitia ſit leuis, modica, & vulgaris.

PRÆNESTINA SVCCESSIONIS.

ARGVMENTVM.

Statutum laicorum excludens fœminas propter maſculos non comprehendit hæreditatem Clerici, cum ſit contra libertatem Eccleſiæ, prout ſi auferat Clericis ea, quæ de iure communi eiſdem competunt.

SVMMARIVM.

1 Alimenta, & ſumptus litis denegantur ſi copulatiuè non concurrat præſumptio boni iuris, & paupertas.
2 Denegantur quando quis operando poteſt aliquid lucrari, nec eidem ſit indecorum, ſecus ſi lucrum ſit tenue 3.
4 Nepotes tenentur alere patruum egenum, & è contra.
5 Statuta excluſiua fœminarum non extenduntur de perſona ad perſonam.
6 Limit. quando datur maior ratio in perſona, quam in excluſa, quia tunc dicitur comprehenſio, & non extenſio.
7 Statutum ſi excludit filias propter maſculos, excludit etiam ſorores.
8 Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos non eſt odioſum odio irrationabili.
9 Quando eſt fauorabile admittit non ſolum interpretationem comprehenſiuam, ſed etiam extenſiuam.
10 Sunt tamen reſtringenda vbi agitur de dote competente, vel de alimentis.
11 Extenſio de vna perſona ad aliam admittitur, quando eſt conformis intentioni ſtatuentium.
12 Statutum conditum à laicis non habet locum in hæreditate Clerici.
13 Clericus condendo teſtamentum cenſetur reſpexiſſe ius commune, & non ſtatutorum.

14 Soror præfertur patruo, & alijs in ſucceſſione fratris.
15 Soror, & frater de iure ciuili ſunt in ſecundo gradu.
16 Patruus vero in tertio.
17 Soror excludit patruum ab hæreditate fratris.
18 Statutum Laicorum non efficit perſonas Eccleſiaſticas licet emanauerit ad publicam vtilitatem.
19 Statutum excluſiuum fœminarum non habet locum in hæreditate Clerici, & num. 24.
20 Statutum excludens fęminas propter maſculos eſt contra libertatem Eccleſiæ.
21 Et iudicatur conditum poſt quam quis effectus fuit Eccleſiaſticus.
22 Et licet in capite excluſiuo fęminarum ſit læſiuum, ſecus in capite incluſiuo maſculorum.
23 Includens patruum excluſis fęminis prodeſt patruo in Religione profeſſo.
24 Statuta quando cenſeantur contra libertatem Eccleſiaſticam.
26 Si auferant ius competens Eccleſiaſticis de iure communi, aut alio priuilegio ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam,
27 Et non afficiunt Clericos.
28 Siue directè, ſiue indirectè, ſiue ſub inuolucro verborum auferant Clericis, id, quod de iure communi conceditur.

DECISIO XCIX.

PRætendente D. Hieronymo Colorſio ad ſui fauorem delatam fuiſſe hæreditatem quondam Agabiti Colorſij ab inteſtato defuncti, vigore ſtatuti Præneſtinæ Ciuitatis excludentis fœminas propter agnatos maſculos, in *cap 22. lib. 2.* inſtabat pro ſubminiſtratione alimentorum, & ſumptuum litis ad effectum inchoandi, & proſequendi iudicium ſuper immiſſione in poſſeſſionem præfatæ hæreditatis aduerſus ſororem, & nepotes ex alia ſorore prædefunctę eiuſdem Agabiti, hinc in Tribunali Epiſcopali diſcuſſo dubio, pro denegatione petitæ præſtationis reſponden-
1 dum cenſui, ea motus ratione, quia ſumptus litis, & alimenta denegantur ſi copulatiue non concurrat præſumptio boni iuris, & paupertas. *l. ſi inſtituta §. de inofficioſo ff. de inof. teſtam. vbi gloſ. l. fin. §. ſi et, & §. cum ſi tales C. de ordinar. cognit. l. penultima ff. vt in poſſeſ. legat. Couar practicar. quæſt. cap. 6. ſub num. 5. & ſeq. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. Surd. de aliment tit. 1. quæſt. 110 num. 8. & quæſt. 120. num. 3. & 4. Lancellot. de attentat. cap. 4. limit. 21. num. 45. Creſten deciſ. 8. de iudic. Veral. deciſ. 20. num. 2. lib. 1. Seraph. deciſ. 426. nu. 1. & deciſ. 1098. num. 2. Caualer. deciſ. 518. numer. 1. Gregor. XV. deciſ. 189. num. 1. ibique Adden. num. 7. & deciſ. 543. num. 1. Burat. deciſ. 15. & deciſ. 707. vbi Adden. vtrobique lit. A. & deciſ. 906. num. 5. Rot. deciſ. 748. num. 1. par. 2. recen. deciſ. 617. num. 6. par. 4. tom. 3. recent. & in Romana alimentorum 12. Iunij 1651. in princ. coram Royas, & in Romana bonorum, ſeù vſusfructus 19. Ianuarij 1652. §. deficiunt ſiquidem coram Zarate, & deciſ. 275. num. 4. deciſ. 469. num. 1. deciſ. 473. num. 7. & 11. deciſ. 797. num. 1. coram Amato Dunozet.*

2 Quorum neutrum in præſenti concurrere videbatur, non quidem paupertas, quia conſtat præfatum Hieronymum poſſe ſuo opere, & artificio ſibi victum parare, prout hucuſque parauit, nec eidem ſit indecorum continuare artem, quam habet, vnde alimenta non debentur, paupertas enim ad hunc effectum non cenſetur ſufficienter iuſtificata, quando quis poteſt operando aliquid lucrari, licet quando id eſſet indecorum litigantis, tunc alimenta ſine dubio eſſent eidem decernenda, cum non liceat vilia vnicuique exercere. *Aretin. in l. alimenta num. 3. de negot. geſt. Abb. in cap. ſuam nobis num. 10. verſ. ſi vero deſunt. de ſim. Bart. de aliment. num. 12. & in l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius num. 1. ff. de liber. agnoſcen. Bordel. conſ. 4. num. 82. vol. 1. Soccin. ſen. conſ. 121. num. 47. & 48. Gabr. conſ. 25. num. 15. & 17. lib. 1. Rolan. conſ. 54. num. 48. & 49. vol. 2. Menoch. conſ. 321. num. 26. lib. 4. Burſat. conſ. 62. num. 11. in fin. & num. 12. & ſeq. lib. 1. Falcon. conſ. 59. ſub num. 10. Leoncil. de priuil. pauper. par. 1. quæſt. 3. num. 45. & 62. Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 6. num. 2. & 3. Guttierez. de iurament. confirmat. quæſt. 3. cap. 15. num. 6. & 7. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 189. num. 7. verſ. paupertas circa fin. Paulus Rubeus in adnot. ad deciſ. 617. num. 112 & ſeq. par. 4. tom. 3. recent. Burat. deciſ. 41. num. 7. Amat. Dunozet. deciſ. 469. nu. 7. tom. 1. Rot. deciſ. 470. ſub num. 5. deciſ. 532. num. 4. in fin. par. 2. deciſ. 170. num. 4. par. 4. in recent. & in Romana bonorum, ſeu vſusfructus 19. Ianuarij 1652. §. paupertas autem coram Zarate, & deciſ. 170. n. 3. par. 4. tom. 1. recent.* vbi quod alimenta non ſunt præſtanda Doctori Medicinæ, qui ex exercitio medendi poteſt ſe ipſum alere.

3 Neque pariter fuit iuſtificatum lucrum ex proprio Hieronymi artificio quærendum, adeo limitatum eſſe, vt vix ſufficiat ad alimenta, vt ſaltem decerni debeant ſumptus litis, prout arbitrata fuit *Rot. in Romanà Matrimonij 1. Iulij 1643. verſ. non obſtat quod Iacobus coram Bichio, relat per Paulum Rubeum in addit. ad deciſ. 617. num. 114. par. 4. tom 3. recent.*

4 An autem alimenta debeantur eodem Hieronymo iure ſanguinis, eo quia nepotes teneantur alere patruum egenum, & pauperem, & è contra iuxta *Magiſtralem deciſionem 449. Amati Dunozetti tom. 1.* non videtur diſcuſſio huius articuli cumulanda in præſenti iudicio, in quo vltra paupertatem concurrere debet bonum ius, ſed alio particulari iudicio experienda.

Præſumptio vero boni iuris nec etiam concurrere viſa fuit ad effectum de quo agitur, nam totum fundamentum conſtituebatur in diſpoſitione præfati ſtatuti excludentis filias, eiſque præferentis agnatos maſculos, prout eſt dictus Hieronymus, pro cuius parte animaduertebatur quod quamuis dictum ſtatutum loquatur de filiabus, & non de ſororibus, quæ modo concurrunt ad aditionem huiuſmodi hæreditatis, adeo
5 vt extendi nequeat de filia ad ſororem, cum ſtatuta excluſiua fœminarum non extendantur de perſona ad perſonam etiam ex identitate rationis, vt ex *Bald. in l. illam C. de collat. vbi alij ſcribentes, & in l. 1. C. de ſucceſs. edict. late Gabr. in tit.*
6 *de ſtatut. concluſ. 7.* tamen deducebatur quod hoc non procedat quando datur maior ratio in perſona, de qua agitur, quam in excluſa à ſtatuto. *Gabr. dicta concluſ. 7. num. 43. cum ſeq.* ſiquidem quidquid ſit in caſu, in quo adeſt tantum paritas rationis, vbi vero adeſt maior ratio non tam dici poteſt extenſio, quam comprehenſio, vt tradit *Alex. poſt Petr. Cyn. Bald. & Caſtr. conſ. 75. nu. 3. & ibi concordantes in addit. lib. 5.* & licet *in conſ. 97. num. 9. lib. 2. teneat contrarium* tamen reprobatur ibidem per *Adden. vt dixit Rot. deciſ. 496. à num. 1.*

cum plurib.ſequen. coram Cardinal. Seraphin. cum
7 valde eſſet abſurdum, quod filia fratris defuncti
excludatur, propter agnatos, & ſoror, ac nepo-
tes licet maſculi ex ſorore admittantur, vnde ſi
ſtatutum excludat filias, multo magis debet ex-
cludere ſorores ex maioritate rationis, vt pon-
derauit *Rot.dicta deciſ.496.num.3.coram Seraph.*
8 Imo cum verſemur in ſtatuto non odioſo odio
irrationabili, ex quo fundetur in bono publico,
nempe in motiuo conſeruandi agnationem maſ-
culorum, & principaliter, & primario non in-
tendit excluſionem fœminarum, nec in earum
odium cenſetur promulgatum, ſed in fauorem
familiarum, quæ diuitiarum præſidio deſtitutæ
ſordeſcunt, iuxta *textum in l. qui exceptionem ff.
de condit. indeb. Iacob.Mynſ. cent.3. obſer.26. nu.2.
Gratian. diſcept.449. num.20. cum ſeq. Caputaquen.
deciſ.15. num.6. par.2. Rot. deciſ.117.num.1. par.1.
diuerſ. deciſ.177.num.6. par.5. tom.1. & deciſ.452.
num.38.& 39. eadem par.5.tom.2.recent.*
9 Stante dicto fauore admittitur non ſolum in-
terpretatio comprehenſiua, quæ habet locum
etiam in diſpoſitione odioſa, ſed etiam inter-
pretatio extenſiua, tam reſpectu caſus proprij,
10 quam improprij, tunc enim huiuſmodi ſtatuta
admittunt reſtrictionem, quando ſcilicet agitur
de dote competente, ſeu alimentis fœminis præ-
ſtandis, in reliquis ad fauorem aliorum pro con-
ſeruanda agnatione laxiorem recipiunt interpre-
tationem, vt plene declarat *Molin.de primogenit.
Hiſpan.lib.1. cap 18. num.6. & 7. Gratian. diſcep-*
11 *tat.449. num.23. tom.3.* quod valde conformat ſe
cum intenſione ſtatuentium, quæ facit, vt talis ex-
tenſio admittatur, vt per *Soccin. iun. conſ.129.
num.3.lib.3. Pariſ. conſ.66. num.66. lib.3. Seraph.
deciſ.496. num.7.* & ita clare inſinuare, verba
ſtatuti. patet ibi, *riſguardando, che li beni delli
Agnati ſpeſſe volte per le ſucceſſioni delle femine eſſe-
re transferiti à cognati &c. & però per conſeruatione
delle famiglie de Cittadini, ordiniamo che le figlie fe-
mine ab inteſtato non ſiano ammeſſe alli beni de Padri,
e Madri eſſendoui alcuni dell'agnati maſchi ſino al ſe-
condo grado incluſiuamente da computarſi de iure ca-
nonico*, & conſequenter huiuſmodi interpretatio
vtique videbatur admittenda ad fauorem Hiero-
nymi tamquam patruus, & agnatus ad excluſio-
nem ſororum, dum etiam excluderet filias, ſi
adeſſent, ex ſupra deductis.

Quæ licet valde vrgeant, non tamen viſa fue-
runt applicari in caſu noſtro, quia ſtatutum con-
12 ditum à laicis non habet locum in hæreditate
Clerici, vt in puncto ſtatuti de ſucceſſionibus ab
inteſtato dixit *Rot. deciſ.258. num.7. coram Cardi-
nal.Celſo, & deciſ.149. num.2. & per totam coram
Cardinal.Ottobono, & notant Imol. in cap.quod Cle-
ricis num.4. de foro competen. Dec. in cap. Eccleſia
Sancta Mariæ num.218. de conſtit. Gulielm. de Be-
nedict. in cap. Raynutius in verbo duas habens filias
num.145. de teſtam Eugen. conſ.99. num.20. lib.2.
&* veriſſimum dicit *Facchin.controuerſ.iur. lib.12.
cap.29. verſ.ego veriſſimum, & per tot.*
13 Nec præſumitur Clericus decedens ſe confor-
mare voluiſſe cum ſtatuto, & iuxta eius diſpoſi-
tionem velle deferre ſuam hæreditatem, cum ab
eodem non ligetur, ſed cenſetur reſpexiſſe ad ius
commune. *Alciat. conſ.9. num.3. verſ. & ſi exta-
rent lib.6. Ottobon.deciſ.149. num.10. & 11. Celſus
deciſ.259. num.12. & 13. in quibus concordantes al-
leguntur.*
14 De iure autem communi ſoror ratione proxi-
mitatis gradus præfertur patruo, & alijs in ſuc-
15 ceſſione fratris, quia de iure ciuili (quod atten-
ditur in ſucceſſionibus) eſt in ſecundo gradu, *§ ſe-
cundo gradu inſtit. de gradibus, l.iuriſconſultus § ſe-*
16 *cundo gradu ff.eod.tit.* & patruus eſt in tertio *§ ter-
tio gradu inſtit. eod.tit. & dicta l. §.tertio. Authen.*
17 *ceſſante C. de legit. hæredib.* vnde quod excludat
patruum facit *textus in l. conſanguinitatis C. eodem
tit. §.ſi igitur defunctus Auth.de hæred. ab inteſtat.* &
probant *Capra in conſ.33.col.2.Corn.conſ.191.verſ.
ijs non obſtantibus vol.4. Ruin. conſ. 220. numer.7.
vol.2. Dec.conſ.683.in princ. Burſat.conſ.93.nu.15.
Marta de ſucceſs. legal. par.1. quæſt.6. art.3. num.6.
tom.1.& dixit Rot.in Romana Succeſſionis de Zanis 9.
Decemb.1654. §.His, & alijs coram Bichio.*
18 Certiſſimi enim iuris eſt ſtatutum laicorum
non afficere perſonas Eccleſiaſticas, licet emana-
uerit ad publicam vtilitatem, & honeſtum, &
fauorabile ſit, prout cenſetur ſtatutum excluſiuũ
fœminarum, cum ſemper deficiat poteſtas, immo
& voluntas ſtatuentium in Eccleſiaſticos copula-
tiue neceſſaria. *Dec. in cap. Eccleſia Sancta Maria
num.186. & 187. de conſtit. Surd.conſ.30. num.18.
Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap.121. à num.13.
vſque ad 19. Rot. in puncto ſtatuti excluſiui fœmina-
rum in Bononien. Succeſſionis de Zanis 9. Decembris
1654. §.his, & alijs coram Bichio.* Et quod hære-
19 ditas Clerici non comprehendatur à ſtatuto ex-
cluſiuo fœminarum comprobauit *Rot. deciſ.149.
num.4.coram Ottbobono, & deciſ.521. num.4. & 5.
coram Bichio tom.1.*
20 Siquidem ſtatutum excludens fœminas prop-
ter maſculos eſt contra libertatem Eccleſiæ, dum
Eccleſiaſticæ perſonæ, & præcipuè Monialibus
tollit facultatem ſuccedendi, quam habent de
iure communi, iuxta theoricam communiter tra-
ditam à *DD. in cap. Eccleſia Sancta Maria de con-
ſtit. Eugen. conſ.99. num.38. verſ.nec dicatur, & nu-
mer. 40. lib. 2. Carol. de Graſs. de effect. Cleric. 2.
num.68. 69. & 80. Rot. in Bononien. ſucceſſionis de
Zanis 9.Decembris 1654. coram Bichio §.nec obſtat*
21 *ante fin. & §.Atque hinc*, vbi quod perſona Ec-
cleſiaſtica, vel Monialis graue ſentiret præiudi-
cium ſi non ſuccederet iuxta diſpoſitionem iuris
communis, attento quod de tempore, quo con-
fertur excluſio ſtatutaria, perſona Eccleſiaſtica,
vel Monialis ſtatuto ratione ſui ſtatus non ſubia-
cet, & ſtatutum hoc caſu haberi debet perinde,
ac ſi conditum fuerit poſt quam quis effectus fue-
rit Eccleſiaſticus, vel poſt ingreſſum in Religio-
nem, & delatam hæreditatem, ac proinde Eccle-
ſiaſticos, ſeù Moniales non excludere affirmant.
*Caſtr.conſ.104. lib.1. Carol. de Graſs.de effect.Cle-
ric.2. num. 121.*
22 Quod ſtatutum licet in capite excluſiuo fœmi-
narum læderet, ſecus tamen dicendum eſt in ca-
pite incluſiuo maſculorum, quod perſonis Ec-
cleſiaſticis fauere vtile eſt Eccleſiæ. *Rot.dec.438.
num.59. & dub.ſequen.par.4.tom.2.recent.* vbi quæ-
23 rebatur, an ſtatutum Bononiæ includens patruũ
fœminis excluſis prodeſſet patruo in Religione
profeſſo, & comprobat *Rot.in dicta Bononien. ſuc-
ceſ-*

ceſſianis de Zanis 9. Decemb. 1654. §. atque hinc in fin coram Bich. & in hac opinione reſident Bald. in l.cunctos populos num. 55. verſ. includitur in iſta beneficia C. de Summa Trinit. & fid. Cathol. DD. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtit. & præcipue Abb. num. 25. verſ. exemplum dicit, & ibi late Addea. Dec. num. 217. Felin. num. 80. Brun. de ſtatut. excluſ. fæmin. art. 12. num. 165. & ſeq. Natta eodem tract. quæſt. 3. num. 82. & ſeq. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 13. num. 7. Lap. alleg. 100. num. 5. & ſeq. Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. cap. 278. nu. 67. & ſeq. tom. 1. Miſinger. obſeru. 26. num. 3. centur. 3. late Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 277. & ſeq. Surd. deciſ. 20. num. 2.

24 Et in puncto quod ſtatutum laicorum de ſucceſſionibus ab inteſtato excludens fœminas propter maſculos non comprehendat hæreditatem Clerici docent, Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 218. de conſtitut. Barbat. conſ. 83. num. 22. 27. & ſeq. vol. 1. Bertazol. conſ. ciuil. 63. num. 23. vbi teſtatur de veriori, & communi opinione, quos refert, & ſequitur Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de exempt. Cler. à ſtatuto Sæcular. §. 5. num. 27. Cardinal. Ottobono deciſ. 149. num. 4. Bichius deciſ. 521. num. 3. 4. & 5. tom. 1. in quibus contrarijs reſpondetur articulo mature diſcuſſo.

25 Quæ magis ſibi locum vindicant in præſenti, non ſolum quia agitur de hæreditate Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, verum etiam quia nepotes ex alia ſorore præfati Agabiti ſuccedere volentes pro virili, ſunt Clerici, qui pariter non ſubijciuntur ſtatuto, ac proinde ſuccedere debent iuxta diſpoſitionem iuris communis, ſtatuta enim laicalia quotieſcunque directè, ſeù indirectè ſunt contra priuilegia, aut prærogatiuas quas competunt Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis, vel ſecundum iuris communis diſpoſitionem, vel ſecundum aliam fauorabilem conceſſionem factam à Papa, vel à Principe ſæculari, ſemper cenſentur contra liber-
26 tatem Eccleſiaſticam, ex quo auferunt ius Eccleſiaſticis competens de iure communi, aut alio priuilegio. Abb. in cap. nouit numer. 2. de iudic. vbi Imol. num. 2. Batr. in cap. nouerit num. 1. & 2. de ſent. excommun. vbique Innoc. num. 1. & 2. Abb. num. 2. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 6. de conſtit. Bart. in auth. caſſa num. 3. & 5. vbi etiam Salicet. C. de Sacroſant. Eccleſ. Barbat. conſ. 31. nu. 1. & 2. vol. 4. Abb. conſ. 63. in princ. par. 1. Soccin. conſil. 55. vol. 1. Alex. conſ. 209. num. 3. & 14. vol. 2. Lap. alleg. 91. nu. 1. & 2. Ancar. conſ. 12. num. 3. & 4. Taſch. pract. concluſ. iur. in verbo libertas Eccleſiaſtica concluſ. 342. num. 12. tom. 5. Bellet. diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. laical. §. 1. num. 9.

27 Et propterea huiuſmodi ſtatuta auferentia, ea quæ competunt Clericis de iure communi, & vigore legis generalis, non afficiunt Clericos, Alex. in l. filius familias §. Diui num. 12. verſ. tamen veritas vbi etiam Iaſ. in 1. lectur. num. 74. & in 2. lectur. num. 108. Ripa num. 81. & 82. Soccin. iunior. num. 167. ff. de legat. 1. vbi communiter alij ſcribentes Couar. in regul. poſſeſſor. in 2. par. §. 4. num. 7. verſ. ex qua Ruin. conſ. 23. nu. 16. vol. 2. Hond. conſ. 3. nu. 15. Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcular. §. 1. num. 23. & 24. vbi ſubdit hoc
28 procedere, ſiue directè, ſiue indirectè, ſiue ſub inuolucro verborum Clericis auferatur, quod illis de iure communi reperitur conceſſum ex Card. Marant. Alb. Honded. quos allegat. Fulgoſ. in auth. caſſa C. de Sacroſanct. Eccleſ. Carol. de Graſſis de effect. Cleric. effect. 2. num 62. & ſeq. Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. in prohem. num. 583. Brun. in tract. de ſtatut. excludent. fœminas art. 6. prin quæſt. 2. n. 33. verſ. & ſi dicitur Alber. de Roſat. de ſtatut. par. 2. lib. 2. quæſt. 2. num. 6. Gram deciſ. 100. num. 13. cum alijs per Sperel. deciſ. 12. num. 39. tom. 1. & deciſ. 135. num. 75. tom. 2.

SVMMARIVM.

1 Laici non poſſunt ſtatuere de perſonis Eccleſiaſticis, neque de eorum bonis, ſiuè ſtatutum verba dirigat in perſonam, ſiuè ad bona.

2 Statutum excluſiuum fœminarum, non comprehendit hæreditatem Clerici, ſiuè agatur de bonis quæſitis, ante, vel poſt Clericatum.

3 Et in hoc eſt attendendum tempus mortis.

4 Fœminæ à ſtatuto excluſæ capiunt hæreditatem Clerici reprobatis limitationibus à Theſauro traditis 5.

6 Ampl. etiam ſi ſtatutum eſſet confirmatum à Papa in forma ſpecifica, niſi faciat expreſſam mentionem de Clericis.

7 Confirmatio Apoſtolica in forma ſpecifica non ſupplet defectum voluntatis ſtatuentium, ſed tantum poteſtatis.

8 Confirmationis natura eſt dare robur, ſed non extendere ad ea, quæ in confirmato non includuntur.

9 Confirmatio Apoſtolica, non ꝗ abſolute dummodò ſtatuta non ſint contra libertatem Eccleſiæ, præſeruat iura Clericorum, & ex defectu voluntatis confirmantis non comprehendit 10.

11 Statutum Vrbis non comprehendit Clericos, vbi de illis non facit expreſſam mentionem.

12 Referuntur multa capita, in quibus Clerici, & Eccleſiaſtici non comprehenduntur à ſtatuto Vrbis, & nu. 13. 16. & 27.

14 Statutum Vrbis in cap. 178. lib. ne in vna, eademque cauſa ſecundo liceat appellare comprehendit Eccleſiaſticos, & cauſas etiam ſpirituales 15.

18 Quo ad ordinatoria Iudicij ſtatutum laicale ligat Clericos cum laicis in foro ſæculari litigantes.

19 Limit. ſi ſtatutum eſſet coarctatiuum.

20 Ad compromittendum non ligat Clericos.

21 Teſtamentum Clerici, vel laici, in quo alter Clericus ſit hæres inſtitutus non ſubiacet iuriſdictioni ſtatuentium, vel etiam ſi laicus eſſet à Clerico inſtitutus.

22 Nec indiget inſinuatione à ſtatuto requiſita etiam ſi teſtamentum conditum ſit à laico, qui inſtituit Clericum 23.

23 Teſtamentum forenſis non indiget inſinuatione, ſecus ſi ſtatutum non ſit reſtrictum tantum ad Ciues 24.

25 Statutum directum ad ſubditos, forenſes non comprehendit.

26 Statutum Vrbis de præſcriptione ſexdecim annorum ligat etiam Eccleſiaſticos. Contrarium num. 27.

28 Confirmatio Apoſtolica non immutat ſtatutum, ſed illi dat robur ſecundum ſuam naturam.

29 Statutum prohibens alienationem in forenſes, non afficit alienationes in Clericos forenſes, ſiuè ſtatutum loquatur in rem, ſiuè in perſonam 30.

31 Statutum laicorum ligat Clericos in quærendis, ſecus in quæſitis. Contrarium num. 32.

33 Monialis non excluditur ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum ſi de iure communi ſuccedere poteſt. Contrarium num. 36. Declara vt num. 38. & 40.

34 Ius Ciuile, vbi ius canonicum aliter non diſponit ligat Clericos ex approbatione Papæ, quæ non porrigitur ad leges, & ſtatuta poſteà lata.

37 Statutum præferens primogenitum habet locum etiam ſi ſecundogenitus poſtea Clericus efficiatur.

38 Monialis excluditur ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, ſi ante ingreſſum Religionis delata eſſet hæreditas, ſecus ſi verba ſtatuti dirigantur in tempus delatæ ſucceſſionis.

39 Ius ſuccedendi non dependet à tempore antecedenti, ſed delatæ ſucceſſionis, à quo reſultat habilitas ſuccedendi.

40 Statutum excluſiuum fœminarum non excludit Monialem

ſi

2

ſi vinculum excluſionis reſpicit tempus delatæ hæreditatis.

41 Limit. Si ſtatutum ſimpliciter excludat fœminas propter Maſculos, & non referatur ad diem delatæ hæreditatis.

42 Limit. 2. in ſtatuto præferente primogenitum, vt excludat ſecundò genitum Clericum.

43 Ius primogenituræ eſt tranſmiſſibile.

ADNOTATIO I.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, an habeat locum in hæreditate Clerici, & comprehendat Eccleſiaſticos, & Moniales.

1 STatuta excluſiua fœminarum propter maſculos non habere locum in hæreditate Clerici firmatū fuit in deciſione,& ratione comprobatur, quia hiſce ſtatutis nullo modo comprehendi poteſt illud, de quo in ſpecie ſtatui, atque diſponi à ſtatuentibus non potuit, laici autem non poſſunt in ſpecie ſtatuere de perſonis Eccleſiaſticis, neque de eorum bonis directè, aut indirectè, quia eorum iuriſdictioni non ſubſunt, *cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. cap. decernimus de iudic. cap. fin. de vita, & boneſtat. Cleric. cap. 1. de immunit. Eccleſ.*

2 Et dicta ratio militat, ſiuè ſtatutum dirigat verba in perſonam defuncti, ſiuè ad eius bona, & de eiſdem diſponat, ſiuè etiam agatur de bonis quæſitis ante, vel poſt Clericatum, cum ſemper deſit ſubiectio bonorum iuriſdictioni ſtatuentium, quæ ſola ſufficit ne ſtatuto excluſiuo fœminarum ſit locus, vt ſequendo doctrinam *Bart. in l. 1. numer. 32. & 33. C. de ſumma Trinitat. & fide Cathol.* ſæpè firmauit *Rot. vt patet in deciſion. relatis à Gregor. XV. deciſ. 255. num. 1. & 2. ibique Adden. num. 7. & à Burat. deciſ. 188. num. 2. ibique Adden. num. 14. & deciſ. 262. num. 13.*

3 Et in hoc attendi debet tempus mortis quo ad omnia bona reperta in hæreditate Clerici, in quod ſtatuti excluſiui effectus confertur, *Dec. in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 207. 212. & ſeq. de conſtit. ibique Abb. nu. 25. Ancar. conſ. 107. n. 2. & conſ. 108. num. 1. & 2. latè Ruin. conſ. 204. num. 11. vol. 4. Rolan. plenè in conſ. 75. num. 27. & ſeq. vol. 2. Andreol. controuerſ. 227. per tot. Anton. Conciol. alleg. 70. num. 28.* & latè defendit eiurata contraria opinione, quam prius tenuerat *Marta de iuriſdiction. part. 4. caſ. 5. num. 15. Duard. ad Bullam cœnæ Domini lib. 2. can. 15. quæſt. 19. num. 13. & ſequent. & quæſt. 17. nu. 28. Facchineus lib. 12. controuerſ. iur. cap. 29. tom. 2. Surd. deciſ. 20. per totam, vbi num. 8. de communi teſtatur Sperel. deciſ. 11. num. 14. tom. 1.*

4 vbi quod fœminæ à ſtatuto excluſæ capiunt hæreditatem Clerici, *Rot. in Bononien. hæreditatis 28. Iunij 1652. §. qua ratio coram Bichio inter eius impreſ. deciſ. 521.* quidquid vtramque opinionem defendi poſſe arbitratus fuit *Surd. conſ. 560. nu. 11. & ſequent. col. 4.* reprobato etiam *Theſauro lib. 2.*

5 *quæſt. forenſ. quæſt.* 2. vbi hanc concluſionem ad binos dumtaxat caſus reſtringere conatur, nempè vbi ſtatutum loquitur in perſonam, vel agitur de bonis ex beneficio quæſitis, quæ alias ad ſpolium pertinerent, quia nihilominus ſupradicta ſententia eſt ſimpliciter, & abſolutè vera, vt per prædictos.

6 Amp. ſupradicta procedere etiam ſi ſtatutum eſſet confirmatum à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica, ampliſſimis verbis, vt nouæ legis vim ipſa confirmatio habere videretur, vt ponderatum fuit per *Rot. deciſ. 438. num. 54. & ſeq. part. 4. tom. 2. recent. & in Bononien. Bonorum 17. Martij 1649. §. gratis verò in fin. coram Bichio*, niſi ipſa confirmatio referatur ſupplendo tùm defectum poteſtatis, tùm voluntatis ſtatuentium, nam ſi in ſtatuto non fiat expreſſa mentio de Clericis, eorumque bonis, vel adſint verba vniuerſalia apta Clericos includere, ſtatuentes non cenſentur voluiſſe illos, eorumque bona comprehendere, vndè licet per dictam confirmationem in forma ſpecifica eſſet ſublatus defectus poteſtatis, ſemper vrget defectus voluntatis, ob expreſſam menſionem de Clericis non factam, *Honded conſ. 20. num. 6. verſ. ſed etiam, & ſub nu. 7. verſ. qua concluſio lib. 2. Bichius deciſ. 521. num. 5. & 6. tom. 1.*

7 Hunc autem voluntatis defectum confirmatio
8 quamuis in forma ſpecifica non ſupplet, cum natura confirmationis ſit robur addere confirmato non autem illud ad ea, quæ in confirmato non includuntur extendere, *cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Dec. in l. more num. 31. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Bero. conſ. 7 num. 37. lib. 3. Menoch. conſ. 75. num. 32.* & in puncto ſtatuti confirmati à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia, & ampliſſimis clauſulis dixit *Rot. deciſ. 58. num. 29. & 30. part. 16. recent. & in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. §. cum in ea coram Cardinal. Corrado, & in Tudertina ſucceſſionis 29. Maij 1652. coram Meltio, & in Rauennaten. hæreditatis §. neque ſuffragatur*, ibi, *nec in ſtatutis eſſet facta expreſſa mentio Clericorum coram Cardinal. Otthabono, quas refert, & ſequitur Rot. deciſ. 521. num. 7. coram Bichio.*

9 Præcipuè ſi in confirmatione Apoſtolica adiecta eſſet clauſula dummodò contra libertatem Eccleſiaſticam non ſint, cum Summus Pontifex per hæc verba ſatis declaraſſe cenſetur, quod non intellexerit aliquid diſponere contra Clericos, & libertatem Eccleſiaſticam, quæ etiam in exemptione bonorum Clericorum à iuriſdictione laica-
10 li conſiſtit, ex qua clauſula reſultat quoque defectus voluntatis confirmantis, etiam quod confirmatio vim haberet nouæ legis, cum operari non poſſit contra voluntatem legiſlatoris, *Bart. in l. Iulianus verum debitorem num. 15. ff. condit. indebit. Dec. conſ. 43. num. 4. Burat. deciſ. 52. nu. 5.* neque egredi poteſt terminos confirmati, cui famulatur, *Rot. deciſ. 176. num. 36. part. 5. recent. & deciſ. 521. num. 8. & 9. coram Bichio.*

11 Hinc ex præfatis rationibus ſtatutum Vrbis, licet fuerit conditum auctoritate Papæ, & ab eodem confirmatum in forma ſpecifica, vbi non tacit expreſſam menſionem Clericorum, vel ſaltem tacitam aptam comprehendere Clericos, eoſdem non comprehendit, & ſic, quod dictum ſtatutum *lib. 1. in cap. 124.* in quo diſponitur, quod emphyteuſi finita bona relocentur ſucceſſoribus, non comprehendat Eccleſiam fuiſſe reſolutum coram *Gipſio, & Cardinali Sacrato dixit Rot. deciſ. 58. num. 11. part. 6. recent. Amat. Dunozet. deciſ. 312. ſub num. 3. tom. 1.*

12 Prout etiam præfatum ſtatutum *lib. 1. in cap. 154.* in quo diſponitur, quod ad reſcindendum contractum ſufficiat docere de læſione vltra ter-

tiam

tiam partem, neque comprehendere Eccleſias, neque perſonas Eccleſiaſticas contra *Fenſonium ad dictum ſtatutum num.* 12. reſolutum fuiſſe coram *Pirouano, dixit eadem Rot. decíſ.* 58. *num.* 32.
13 *part.6. recent.* vbi *num.* 33. hoc idem reſolutum fuiſſe coram *Merlino* in terminis alterius ſtatuti *cap.*157.*lib.*1. in quo diſponitur, quod fideiuſſor poſſit petere à fideiuſſione liberari, etiam quod diù non ſteterit in fideiuſſione.

14 Statutum verò Vrbis *in cap.* 178. *lib.* 1. in quo diſponitur, ne in vna eademque cauſa ſecundo liceat prouocare, adeout duæ conformes habeant vim trium, quod comprehendat etiam Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, patet, quia diſponit, quod hoc ſtatutum ſeruetur in omnibus Curijs, inter Ciues, Incolas, ac diſtrictuales Vrbis, nam ex huiuſmodi modo diſponendi apparet voluiſſe omnes comprehendere etiam Clericos, ex quo voluit ſeruari in omnibus Curijs, etenim hoc caſu confirmatio dat robur, non ſolum quo ad ius, ſed etiam quo ad factum, vndè eſt comprehenſiuum Eccleſiaſticorum, *Rot. decíſ.* 616. *nu.*3. *coram Cardinal. Canaler. decíſ.*380.*par.*1. *& decíſ.*58.*num.*34.*part.*6.*recent.* vbi quod in iſtis terminis loquatur *decíſ.*452.*part.*1. *diuerſ. & alia allegata per Gratian. diſcept.*913 *nu.*14. & ita etiam eſſe intelligendas *decíſ.*794. *num.*25. *&* 26. *& deciſ.*1170.*num.*3. *coram Seraph.*

15 Et quod præfatum ſtatutum non ſolum comprehendat Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, & loca pia, ſed etiam omnes cauſas etiam ſpirituales, nulla habita diſtinctione, an cauſæ ſint inter particulares perſonas, ſiuè cum Collegijs, ſiuè cum communitatibus, *Rot. decíſ.*197. *num.*1. *&* 2. *ibique Adden. num.*4. *& decíſ.*569.*num.*1. *coram Burat. decíſ.*380. *numer.*1. *&* 2. *part.*1. *recent. decíſ.* 98. *num.* 3, *&* 4. *part.* 3. *recent. & decíſ.* 980. *à num.*1. *vſque ad* 5. *coram Amat. Dunozet.*

16 Statutum verò Vrbis *lib.* 1. *in cap.*147. de continuanda poſſeſſione Patris in filios, ſine noua apprehenſione, non habet locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & ſignanter illa finita, *Cuman. conſ.*173. *in fin. Marc. Brun. conſ.*62. *num.*1. *Gabr. in tit. de acquirend. poſſeſ. concluſ. vltim. numer.* 13. *Fenſon. ad dictum ſtatut. numer.* 17. *&* 18. *Millin. decíſ.*85.*num.*3. *&* 4. *Coccin. decíſ.*488.*nu.*5. *Amat. Dunozet. decíſ.*949.*num.*10.*&* 11.*tom.*2. *Rot. in recent. decíſ.* 513. *in fin. part.*1. *recent.*

17 Nec etiam ſtatutum Vrbis *in cap.* 121. *lib.* 1. quo cauetur bona emphyteutica poſſe dari in dotem pacto etiam in contrarium non obſtante, non comprehendit bona emphyteutica Eccleſiarum, nulla habita ratione, quod ſit confirmatum à Sede Apoſtolica, cum dicta confirmatio nihil operetur, quo ad bona Eccleſiaſtica, de quibus in eodem ſtatuto expreſſa mentio facta non fuit, *Amat. Dunozet. decíſ.*423.*num.*8.*&* 9.*tom.*2.

18 Quo verò ad ordinatoria iudicij ſtatutum laicale videtur ligare Clericos cum laicis in foro ſæculari litigantes, quia huiuſmodi ſtatutum procedendi modum concernens perſonas litigantes non tangit, ſed reſpicit cauſam, quæ illi foro ſubijcitur, & vlterius, quia ius canonicum hoc tacitè permittere videtur, dum permittit Clericos in aliquibus caſibus litigare poſſe coram Iudice ſæculari, vt colligitur *in cap. quod Clericus de foro competen. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Maria nu.*81. *de conſtitut. & ibi Dec. nu.* 9. *Ancar. in cap. ea, quæ in* 26. *quæſt. de regul. iur. in* 6. *Seraph. de priuil. iuram. priuileg.*77.*num.*26. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 132. *& ſeq. cum alijs relatis per Sperel. decíſ.*10.*num.*22. *&* 24. *tom.*1.

19 Limit. ſi ſtatutum eſſet coarctatiuum, nam tunc nec quo ad ordinatoria contra Clericos ſeruaretur, cum tantum via directiua ad ſeruandum teneantur *Sperel. dicta decíſ.*10.*num.* 26.*tom.*1.

20 Et ſic ſtatutum arctans conſanguineos ad compromittendum, licet ſit ordinatorium, tamen tanquam arctatiuum non comprehendit Clericos coram Iudice laico contra conſanguineum litigantes, *Marta de iuriſdiction. part.*4.*caſ.*41.*nu.*22. *&* 23. *Duard. ad Bullam Cœnæ lib.*2.*cap.*15.*qu.*19. *nu.*43. *cum alijs congeſtis per Sperel. decíſ.* 10.*nu.*25. *&* 26. vbi reprobat *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.*1. *tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſecul.* §. 3. *num.* 10. contrarium tenente, & ſubdit ita practicaſſe.

21 Teſtamentum autem Clerici, vel laici, in quo alter Clericus fuit inſtitutus nullo pacto ſubiacet iuriſdictioni ſtatuentium, quia nec ratione perſonarum, nec ratione rei adaptari poteſt ſtatuentium iuriſdictio, vt alijs congeſtis tradit *Sperel. decíſ.* 10. *num.*10. *verſ. quod à fortiori tom.* 1. *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.*1. *tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſecul.* §.4. *num.* 39.

22 Quinimmò Teſtamentum Clerici, in quo laicus inſtitutus eſt, neque ſubiacet iuriſdictioni ſtatuentium, vndè non indiget inſinuatione, ſi ad eius validitatem à ſtatuto laicali requiratur, *Butr. in cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. Gabr. de donat. concluſ.* 1. *num.* 29. *Duard. in Bulla Cœnæ lib.*2. *cap.* 15. *quæſt.* 19. & reiectis contrarium tenentibus docet *Sperel. decíſ.*10.*nu.*10.*tom.*1. quia alias teſtamentum Clerici ſubijceretur iuriſdictioni ſtatuentium, & hæreditas contra eius voluntatem, ob defectum inſinuationis auferretur ab hærede ſcripto, & ab inteſtato alijs à teſtatore non dilectis deferretur, & reprobato *Bartolo cum ſequacibus docet Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcular. part.*1.§.4. *nu.*38. *Vaſquez. de ſucceſſ. creat. lib.*3. §.22.*nu.*37.*&* 84.

23 Ita etiam ſtatutum de inſinuandis teſtamentis neque comprehendit teſtamentum laici, in quo Clericus fuit hæres inſtitutus, prout dicitur etiã in teſtamentis forenſium in loco ſtatuti teſtantium, ita de communi teſtatur *Alciat. in l.* 1. *num.*24. *C. de Summ. Trinit. & fide Cathol. Sperel. qui alios allegat. decíſ.*10. *num.* 7. 8. *&* 9. *tom.* 1.

24 Sed ſi ſtatutum inducens nouam formam, & ſolemnitatem teſtandi loquatur ſimpliciter, & indefinitè, nec ſit reſtrictum ad Ciues tantum, quod porrigatur etiam ad forenſes, qui in eo loco faciunt teſtamenta tradit *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.*6.*tit.*8.*num.*14. *argumento l.*2. *quemadmod. teſtam. aperiãt, & l.*2. *de mancipat. liberor. & l. vltim. ff. de militar. teſtam. Gabr. in tit. de teſtam. lib.*4.
25 *concluſ.*4. *num.* 2. *&* 3. Nam ſtatutum directum ad perſonas ſubditas non comprehendit perſonam non ſubditam, *Rot. decíſ.* 63. *num.* 17. *poſt Picum ad ſtatutum Vrbis decíſ.*580 *num.*1.*part.*1.*diuerſ. & decíſ.*260.*nu.*6. *& decíſ.*294.*nu.*3. *part.*6. *decíſ.*582. *num.*17.*part.*5.*tom.*2.*recent.*

26 Verum quod ſtatutum Vrbis *lib.*1. *cap.*158. de præ-

præſcriptione ſexdecim annorum, cuius temporis curſu præſumit ſolutionem factam fuiſſe,
quod ſit deciſorium, & ſeruandum in omnibus
Tribunalibus, ac proindè comprehendere Clericos tenet Fenſon. ad idem ſtatutum num. 76. 77.
& ſeq. & Rota deciſionibus comprobat Mareſcot. var.
reſol. lib. 2. cap. 67. num. 20. 21. & 22. vbi arbitratur
hanc præſcriptionem procedere etiam in cauſis
ſpiritualibus, quia ſtatuta Vrbis ſunt Papalia, &
ſic comprehendere etiam Eccleſias, & Eccleſiaſticos, Rot. deciſ. 136. numer. 6. part. 7. recent. &
alias ſæpè.

27 Contrarium deducitur, quia in dicto ſtatuto
non ſit expreſſa mentio de Clericis, nec adſunt
verba æquiualentia, & denotantia eorum com-
28 prehenſionem ex ſuperius traditis, confirmatio
autem Apoſtolica non immutat ſtatutum, ſed
illi dat robur ſecundum ſuam naturam non ex
defectu poteſtatis Papæ, ſed ex defectu voluntatis tum ſtatuentium, dum non fecerunt præfatam
menſionem, tùm eiuſdem Papæ, cuius voluntas
non debet trahi ad ea, quæ Papæ non fuerunt
manifeſtata, Surd. conſ. 330. num. 18. vol. 3. Peregrin. conſ. 63. num. 6. lib. 1. Rot. deciſ. 267. num. 1. &
ibi Adden. deciſ. 429. num. 1. deciſ. 555. num. 2. part. 2.
deciſ. 175. num. 7. & 8. part. 5. & deciſ. 219. num. 2. 3.
& ſeq. part. 7. recent.

29 Pariter ſtatutum prohibens alienationem in
forenſes, vel in non ſubditos non afficere alienationes in Clericos forenſes defectu poteſtatis,
cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. vbi notant
omnes, cap. fin. de Eccleſ. immunit. in 6. Non enim
ſtatuentes loquendo generaliter de forenſibus
cenſentur ſenſiſſe de Clericis, quos etiam ſi voluiſſent, nec potuiſſent nominatim excludere,
alias læderetur Eccleſiaſtica libertas, niſi cuique
licitum eſſet cum Eccleſiaſticis contrahere, vel
eaſdem perſonas hæredes inſtituere, Nauar conſ.
3. in fin. tit. de conſtit. Abb. conſ. 8. num. 7. in fin. &
ſeq. Clar. in prax. §. fin. quæſt. 82. ſect. 5. num. 2. vbi
de communi Bald. conſ. 474. n. 1. Marcunbun. conſ. 91.
num. 53. Hond. conſ. 3. num. 22. & ſeq. lib. 1. Surd.
conſ. 2. nu. 34. vbi de communi Eugen conſ. 99. nu. 21.
lib. 2. Neguſan. quæſt. 278. num. 5. Carol. de Graſſ.
de effect. Cleric. 2. nu. 340. Ciarlin. controuerſ forenſ.
cap. 23. nu. 34. & 40. Cyriac. controuerſ. 205. nu. 156.
& ſeq. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de exempt.
Cleric. à ſtatut. ſæcular. §. 4. nu. 11. Diana reſol moral.
part. 6. tract. 3. reſol. 3. Thom. del Bene de immunit.
Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 8. dub. 11. ſect. 1. num. 10. & 11.
vbi num. 15. refert pro hac opinione quinquaginta ferè Doctores fol. 335. & ſect. 6. per totam,
fol. 338. & contrarijs omnibus reſpondet cum alijs congeſtis per Sperel. deciſ. 10. num. 11. tom. 1. vbi reprobat Bald. Signor. Fideric. de ſen. & ſequaces.

30 Amp. hoc procedere reiecta diſtinctione, an
ſtatutum loquatur in perſonam, vel in rem, vel
an ſimpliciter prohibeat, an cum certa ſolemnitate, nam ſemper minuitur libertas Eccleſiæ, &
immunitas Clericis conceſſa tàm circa acquiſita, quàm circa acquirenda, & per indirectum
Clericis præiudicaretur, cum actus alienationis
ſeparari nequeat à perſonis, Cyriac. controuerſ. 205.
num. 58. & 160. & ita declaraſſe Sacram Congregationem Immunitatis refert Thom. del Bene de
immunit. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 8. dubit. 11. num. 19.
Rot. in Eugubina hæreditatis 2. Iunij 1651. §. contraria nihilominus coram Bichio. & in ſimilibus hanc
diſtinctionem ſemper fuiſſe à Rota reiectam dixit eadem Rot. deciſ. 177. num. 13. & 14. part. 5. tom. 1. recent. deciſ. 304. num. 3. part. 1. diuerſ. & 255 num. 6.
coram Gregorio XV. in quibus reijcitur Bartolus
in l. cunctos populos C. de Summa Trinit. & fide
Cath. qui hanc diſtinctionem comprobat.

31 In quærendis quoque ſtatuta laicorum ligare
Clericos, licet ſecus in quæſitis tenet, Decian.
in tract crim. lib. 2. cap. 35. num. 4. ex Bald. in rub.
de conſtit. col. 2. Ancar. conſ. 11. nu. 5. Cranet. conſ. 135.
num. 7. & conſ. 151. num. 2. Caphal. conſ. 471. nu. 20.
& conſ 513. numer. 22. vol. 4. Dec. conſ. 524. num. 3.
Guil. pract. obſeruat. 32. num. 7. lib. 2. Bellet. diſquiſit.
Clerical. part. 1. tit. de exempt. Clerical. à ſtatut. ſæ-
32 cular. §. 4. num. 29. ſed contrarium verius eſt ex
allegatis in antecedenti num. 30.

33 Mulier igitur Eccleſiaſtica, ſeù Monialis non
remanet excluſa ab hæreditate defuncti ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, cum per hanc ſtatutariam diſpoſitionem dici non poteſt ſublatum
ius commune quo ad ſucceſſionem, ita vt hæreditas non deferatur amplius iure communi, ſed
municipali, benè Caſtr. conſ. 304. col. penult. lib. 1.
quia hoc militat quo ad perſonas laicas, quas
ſtatuentes voluerunt, & potuerunt excludere, vt
in ſpecie reſpondet Albert. Brun. ſuper ſtatut. ex-
34 tan. maſc. art. 6. num. 47. quodque dicit iura ciuilia ligare Clericos, vbi ius canonicum aliter non
diſponit procedit ab expreſſa approbatione Papæ relata in cap. 1. de iurament. Calun. in cap. 1. de
oper. noui nunciat. cap. vt inquiſitionis de hæret. in 6.
35 quæ non porrigitur ad leges poſtea latas, &
multò minus ad ſtatuta, vt diſtinguendo inter
ius ciuile Romanorum, & ſtatuta tradit Hoſtien.
in cap. fin. num. 11. de ſolut. Surd. conſ. 300. num. 51.
Vaſquez. de ſucceſ. tom. 1. lib. 3. §. 26. num. 71. Rot. in
Bononien. ſucceſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. §.
his, & alijs coram Bichio.

36 Contrarium quod liget etiam Eccleſiaſticos,
& Moniales, cum ſatis ſit, quod mulier ante
ingreſſum in Monaſterium fuerit ſubiecta poteſtati ſtatuentium, & propterea ex tunc ſtatutum
iniecerit vinculum excluſionis, quod per ingreſſum in Religionem non diſſoluitur, ob quam ra-
37 tionem habemus in ſimili, quod ſtatutum præferens primogenitum ſecundogenito, locum habeat etiam ſi ſecundo genitus poſtea Clericus
efficiatur, Abb. in cap. quod Clericus nu. 39. & 40.
de foro competen. Azor inſtit. moral. part. 1. lib. 5.
cap. 13. quæſt. 8. verſ. item ſolet. alijque relati à Carolo
de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 122. 123.
& 169. cum duob. ſequen.

38 Sed hæc contraria opinio procedit ſi ante ingreſſum Religionis fuiſſet hæreditas delata, ſecus verò ſi ſtatuti verba diriguntur in tempus delatæ ſucceſſionis, nam tunc nullum antea vinculum iniectum cenſetur, vt ſi ſtatutum diſponat,
ſi quis ab inteſtato deceſſerit, quia antea cum nullum ius in hæreditate competebat nec re, nec ſpe
probabili, & conſequenter efformata non erat,
aut applicabilis excluſio, Bart. in l. qui Romæ §.
duo fratres nu. 3. & 4. ff. de verb. oblig. Ripa in l. 1.
num. 25. C. de pact. Bertaz. conſ. ciuil. 57. num. 4.
& 5. Caphal. conſ. 526. nu. 71. & 72. tum etiam
quia

39 quia regulate eſt, quod potentiam, ſeù habili-
tatem in perſona ſuccedere volentis non meti-
mur à tempore antecedenti, ſed dumtaxat dela-
tæ ſucceſſionis, *Bald. in l. 2. C. de iure emphyteut.*
Menoch. conſ. 220. num. 127. Peregrin. conſ. 33. ſub
40 *num. 22. lib. 2. Valiz. conſ. 83. num. 31.* Ac proindè
ceſſat prorſus ratio vinculi iniecti ante Monaca-
tum, ſeù ingreſſum in Religionem in terminis
ſtatuti in tempus delatæ hæreditatis concepti, &
per conſequens ex defectu poteſtatis laicalis non
excluditur, quæ tempore mortis, ac delatæ ſuc-
ceſſionis Monialis eſt, alias ſi eſſet attendenda
præcedens iniectio vinculi ſemper Clerici ſubij-
cerentur ſtatutis laicalibus à natiuitate, quia
laici nati fuerunt, vt benè diſtiguendo inter in-
greſſum Monaſterium ante, vel poſt delatam
hæreditatem ratiocinatur *Rolan. conſ. 57. num. 29.*
lib. 2. Caph. conſ. 95. num. 14. & 15. vbi reſponden-
do contrarijs, ait *Socinum Decium, & alios*, in-
telligi non poſſe de ſtatuto, quod ſuum effectum
conferat in tempus ſucceſſionis delatæ, quia cum
illud antea, nec fœminam excludat, nec maſcu-
lum includat dici nequit inieciſſe vinculum ex-
cluſionis, neque ſibi contrariatur in *conſ. 146.*
num. 26. quia ibi loquitur de ſtatuto excludente
ſimpliciter fœminas propter maſculos, ita etiam
Marta de iuriſdict. part. 4. caſ. 5. qui ſibi contrarius
non eſt in *conſ. 118. num. 15.* quia eo caſu ſtatutum
ſimpliciter excludebat, & originaliter tradit
Salicet. in Auth. caſſa 14. C. de Sacroſanct. Eccleſ.
Ruin. conſ. 200. num. 8. & 9. lib. 2. Surd. deciſ. 20.
num. 8. Sperel. deciſ. 11. num. 20. & ſeq. & hanc opi-
nionem eſſe veriorem, tenendam, atque ſequen-
dam, & Rot. ſæpè ampleſſam fuiſſe patet ex de-
ciſionibus relatis in *Bononien. ſucceſſionis de Zanis*
9. Decembr. 1654. §. nam obiectum, & §. atque adeò,
& in §. ſequent. contrarijs reſpondet coram Bichio
inter eius impreſſ. deciſ.

41 Limit. 1. hanc opinionem, vt non procedat
ſi ſtatutum excludat ſimpliciter fœminas prop-
ter maſculos atque verbis in tempus mortis di-
rectis dummodò prohibitio non fiat in perſonas
Eccleſiaſticas, *Burſat. conſ. 93. num. 39. Cancer. var.*
reſol. tom. 3. cap. 11. num. 197. & tradunt DD. relati
à Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 8. dub. 11.
ſect. 4. num. 4. & 5. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit.
de exempt. Cleric. à ſtatuto Secul. §. 4. num 22. & 23.
Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 2. num. 122. & 269.
& ſenſit *Rot. in dicta Bononien. hæreditatis de Zanis*
coram Bichio §. adeò quod.

42 Limit. 2. in ſtatuto præferente primogenitum
ſecundo genito, vt locum habeat, etiam ſi ſe-
cundo genitus poſtea Clericus efficiatur, adeò
quod in hoc differat ius ſucceſſionis, à iure pri-
mogenituræ, quod ex die natiuitatis, etiam in
vita Patris huiuſmodi ius dicitur ſaltem ſpe
quæſitum, dum à Patre aliter diſponi non poteſt,
& conſequenter cenſetur iniectum vinculum à
die Natiuitatis, & non ſucceſſionis, *Abb. in cap.*
quod Clericis num. 39. & 40. de foro competen. Man-
del. conſ. 523. ſub num. 19. Tiraquel. de iure primoge-
nitura quæſt. 43. num. 14. Carol. de Graſſ. de effect. Cle-
ric. 2. n. 122. 123. 169. cum duob. ſequen. Azor. inſtit.
moral. part. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 8. verſ. item ſolet.
43 & tranſmiſſibile, *Molin. de primogenit. Hiſpan. lib.*
3. cap. 6. num. 36. & 37. Gratia diſcept. 456. num. 80.
& 81. Cyriac. controuerſ. 23. num. 54. Giurba de ſuc-
ceſſ. feudal. cap. 118. § 2. gloſ. 6. num. 27. & dixit Rot.
in dicta Bononien. hæreditatis de Zanis coram Bichio
§. prout neque releuat. & §. nam obiectum verſ. & in
hoc differt inter eius impreſ. deciſ.

SVMMARIVM.

1 Alimenta, & ſumptus litis ſubminiſtrari debent, concur-
rente paupertate, & præſumptione boni iuris.
2 Amp. vt non requiratur ad hunc effectum plena probatio,
ſed ſummaria cognitio.
3 Amp. procedere ſiue agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſiue
ad res particulares.
4 Amp. vt huiuſmodi alimenta, & ſumptus litis non impu-
tantur in ſortem, nec reficiuntur in caſu ſuccumbentis.
5 Amp. vt præcipuè debeantur ſtante clauſula ſumminiſtra-
tis alimentis, & dicta clauſula quid operetur, & quo-
modo intelligatur 6.
7 Limit. 1. vt procedat ſi agatur de re fructifera, & pretio
æſtimabili.
8 Limit. 2. vt procedat dummodo altera pars conuenta ſit
diues.
9 Pauper alere pauperem, & ſomminiſtrare ſumptus litis
non tenetur, etiam ſi non ſit æque pauper, ſi tantum
habeat redditus ſufficientes pro victu ſuo.
10 Lim. 3. procedere ſi ex fructibus rei, ſuper qua litigatur,
deduci poſſint alimenta, & ſumptus litis, ex quibus
debentur.
11 Præſumptio boni iuris reſoluat ex ſententia. etiam ſi fue-
rit ab ea appellatum 12.
13 Paupertas ad effectum conſequendi alimenta, & ſumptus
litis eſt probanda in ſpecie, & non in genere.
14 Alimenta non debentur vbi quis aliunde viuere poteſt.
15 Limit. quando alimenta debentur iure actionis nam tunc
debentur vſque ad obitum, etiam ſi aliunde quis ſe
alere poſſit.
16 Paupertas ad hunc effectum non ſuffragatur ſi pauper poſ-
ſit eſſe diues vtendo iure ſuo, ſeu exercendo actiones ſi-
bi competentes.
17 Maritus tenetur ſumminiſtrare alimenta vxori, & ſum-
tus litis, ſi agat ad thori ſeparationem.
18 Limit. ſi abſque iuſta, & rationabili cauſa à marito rece-
dat 19.
20 Maritùs impugnans validitatem Matrimonij tenetur ſum-
miniſtrare alimenta, & ſumptus litis vxori.
21 Etiam ſi mulier indotata ſit, vel dos non ſoluta.
22 Et in hoc caſu nulla eſt habenda ratio dotis ſolutæ ad ef-
fectum taxandi alimenta, ſed reſpicienda qualitas, &
neceſsitas mulieris.
23 Et hoc caſu arbitrio Iudicis veniunt taxanda conſiderata
dignitate, facultate, & nobilitate, cum neceſſitate.
24 Præcipue ſi ex parte vxoris concurrat bonum ius, & pau-
pertas, quæ ex quibus deducantur traditur.
25 Quamuis Maritus eſſet filius familias, nam à ſocero præ-
ſtanda ſunt.
26 Socer tenetur agnoſcere onera filij.
27 Maritus ſi ſit inops, & non habeat Patrem diuitem non
tenetur alere vxorem, nec filios.

ADNOTATIO II.

Alimenta, & ſumptus litis, an, & quomodo debeantur.

1 DIximus quod alimenta, & ſumptus litis
ſubminiſtrari debeant duobus concur-
rentibus requiſitis præſumptione ſcilicet boni
iuris, & paupertate *Rot. deciſ. 498. num. 1. par. 3.*
deciſ. 548. par. 4. tom. 1. deciſ. 318. num. 4. deciſ. 141.
num. 2. & 9. eadem par. 4. tom. 2. late Paul. de Rub. in
adnot. ad. deciſ. 617. par. 4. tom. 3. recen. num. 6. 18. 26.
& 138.
2 Ampl. 1. vt in huiuſmodi inſtantia non requi-
ritur plena probatio, ſed ſummaria cognitio ad-

 mit-

mittenda eſt, Rebuf.lib.1.de conſtit.Regn. Gall. tit. de ſent.praind.in præfat.num. 14. Couar. practic.qu. cap.6.num.8. Rat.dec.500.num.2.par.4. diuerſ. relat. in Neapolitan.Matrimonij 13. May 1650.§.nec.hæſitandum in fin.coram Royas.

3 Ampl.2.procedere etiam ſi non agatur ad vniuerſitatem bonorum, & iudicium ſit vniuerſale, ſed ad res particulares, nam cauſa, ob quam præſtantur alimenta, & ſumptus litis non conſiſtit quod agatur magis ad vnam rem, quam ad aliam, ſed ne reus, ſeù collitigans cogatur ob impotentiam litem deſerere, vt reprobato Surdo de alimentis tit.1.quæſt.120.num.14. & alijs eum ſequentibus præſertim Grattan. diſcept.55. nu.49. Coſta de portion. Rat. quæſt. 59. num. 6. qui tenent quod vltra illa duo requiſita requiratur, vt iudicium ſit vniuerſale, acriter oppoſitum defendit, Fontanel.de pact.nupt.cla.6.gloſ.2.par.4.num.73. & magiſtraliter Rot.deciſ.748.num.5.par.2.recen. Beltram.in addit.ad Gregor.XV.deciſ.189. ſub num.7. Ferentil.in addit.ad Burat. deciſ. 707, num. 6. recedendo à contraria opinione ab eodem ſequuta in deciſ. 35. numer. 8. late Paul. de Rub. in adnot. ad deciſ. 617 à num.29. vſque ad 38. par. 4.tom.3. recen.

4 Ampl.3.quod huiuſmodi ſumptus litis, & alimenta non imputantur in ſortem principalem, nec minus in caſu ſucumbentiæ reſtituuntur, nec ad hunc effectum eſt præſtanda cautio nam arctare pauperem collitigantem ad cauendum, eſt cogere ad impoſſibile, quia dictæ expenſæ ita demũ ſubminiſtrantur, ſi litigans non habet aliũde, ac proinde ſi non habet aliunde, vt litiget, minus habebit, vt reſtituat, vel alias ſi eſt talis erit ſibi impoſſibile reperire cautionem, vt reprobato, Couar.pract.quæſt.cap.6.num.6.tenent Mareſcot.var reſol.lib.2.cap.83.num.26. Rebuf.de ſenten. prouiſional.art.3.gloſ.1.num.22.Surd.in tract.de aliment. tit. 1.quæſt.124.num.4.Molin.de primogen.hiſpan.lib.2. cap.16.num.42 & 43.Valaſch.concluſ.1.num.7.verſ nec teneri ad reſtitutionem, Trentacinq.var.reſol.lib. 1.tit.de aliment.concluſ.1.num.45.Adden.ad Gregor. XV.deciſ.189.num.7.verſ.ſciendum,Paul.de Rubeis in addit. ad deciſ.617.num.140. cum ſeq.par. 4.tom. 3.recent. & in hac opinione reſidet Rot.vt teſtatur in deciſ.498.n.3.par.3.rec.& dec.848.n.2. verſ. alimenta coram Pania.

5 Ampl.4.vt alimenta, & ſumptus litis omnino debeantur ſtante clauſula ſumministratis alimentis Gregorius XV.deciſ.524.num.1.Rot.in Neapolitana Matrimonij 13. Maij 1650.§. nec hæſitandum

6 coram Rotas nam dicta clauſula operatur quod Iudex non habeat iuriſdictionem, niſi facta prius ſumminiſtratione, adeo vt quando ſignatura vult præciſè, quod ſumminiſtrentur alimenta, & ſumptus litis reſcribit cum clauſula ſumminiſtratis alimentis, & expenſis arbitrio Rotæ taxandis, quo caſu arbitrium refertur tantum ad quantitatem expenſarum, ita quod reſpiciat ſolum taxationem, non autem ad ipſam ſumminiſtrationem præciſe in reſcripto contentam, ſed ſi tantum velit concedere iuriſdictionem, & facultatem ſubminiſtrandi, reſcribit cum clauſula cum facultate &c. ſed ſi reſcribat cum clauſula ſumminiſtratis alimentis arbitrio Rotæ, operatur vt tunc arbitrium reguletur à iure, & ſic, quod debeantur conſtito de paupertate, & de præſumptione boni iuris, ſecus autem ſi fuerit dictum arbitrio Rotæ taxandis, nam tunc vt ſupra diximus arbitrium non refertur circa præſtationem, ſed circa taxationem Gregor. XV. deciſ.189.n.2.3.& 4.ibique Adden.n.9.

7 Limit.1.quod ad hoc vt alimenta, & ſumptus litis debeantur requiritur vt agatur de re fructifera, vel alias pretio æſtimabili, Beltram.in addit ad Greg.XV.deciſ.189 n.7. Rot.dec.470. nu.6.par.2. in recent.

8 Limit.2.vt procedat quando altera pars conuenta ad præſtanda alimenta, ſit diues, vel ſaltem non egeat, cum pauper alere pauperem, & eidem ſumptus litis ſumminiſtrare non teneatur, l. non quemadmodum in fin. de liber. agnoſc. Cephal. conſ.127.num.11.Surd. conſ.420. num.5. & de aliment.tit.7.quæſt.8.in fin.Scanderol.de viſitation.Carcerator.lib 3.cap.8.num.4.fol.461. Burat. deciſ. 707. num 9.par.2.in recent. nam prius deducenda ſunt alimenta illius, qui tenetur alere Surd.de aliment. tit.7. quæſt. 8. per tot. Port. Imol.conſ.160. num.12. Gratian. diſcept.forenſ. cap. 519. num.14. & 79. & cap.552.num 2.& 3.Ferentil.in addition. ad Burat. dec.707.num.8.& 9.

9 Vnde ſi creditor non ſit æque pauper ſed habeat ſolum redditus ſufficientes pro victu ſuo, vel viuat ex labore manuum ſuarum, & tantum lucretur, quantum ſibi pro victu ſufficiat, neque tenetur præſtare alimenta collitiganti, vel debitori pauperi carcerato, vt ex Bald.& Cranet.Scanderol.loco citato num.6.

10 Limit. 3. procedere ſi ex fructibus rei ſuper qua litigatur deduci poſſint alimenta, & ſumptus litis, cum ex fructibus rei controuerſæ debeantur l.fin.§.non ſi talis C.de ordin.cognit.vbi Bald.n.4.Salic.nu.2.verſ.nota bene Curt.de ſequeſtr.par.1. n.10. & ita dixiſſe Rat.coram Sacrato refert Ferentil. ad Burat.dec.707.n.11.

11 Præſumptio boni iuris ſufficiens reſultat ex ſententia etiam ſi fuerit ab ea appellatum, late Couar.practic.quæſt.cap.6.ſub num.6.Surd.de aliment tit.1.quæſt.120.num.10.& 11. Alciat.de præſumpt. reg.3.præſumpt.9.num.8.& 9.Adden.ad Gregor.XV deciſ.189.num.7.verſ.præſumptio boni iuris, Rot.deciſ.250.ſub num.2.par.1.deciſ.748.num.2. par.2. deciſ.498.num.2.& 3.par.3.recent. & in Neapolitana Matrimonij 13. Maij 1650. §. nec hæſitandum circa med.coram Roias.

12 Et licet ſententia per appellationem ſuſpendatur, tamen ad tollendam præſumptionem boni iuris appellatio nihil operatur, Surd. de aliment. tit.1.quæſt.10.num.10.& 11. Burat. deciſ.906. ſub num.6.verſ.nec tollitur præſumptio, Rot. in Ianuen. Alimentorum 3. Iulij 1645. §. non obſtante coram Meltio, & Romana alimentorum 19.Iunij 1656.§.boni iuris, coram Albergato & in eadem 9.Aprilis 1663 §.fin.coram eodem, & deciſ.554.num.2. coram Caualer.

13 Paupertas vero ad hunc effectum debet probari in ſpecie reſpectu effectus, de quo agitur, nec ſufficit ſi in genere probetur, ſed in ſpecie probari debet, quod paupertas ſit talis, ob quam non poſſit quis, ſe, & litem ſubſtentare, l.fin.C. de ordin.cognit. vbi DD. Seraph. deciſ.426.num. 2. & ita dixiſſe Rot.coram Ottembergo refert Beltram. ad

gre-

greger. XV. deciſ. 189. num. 7. verſ. paupertas, & deciſ. 170. num. 3. par. 4. tom. 1. rec.

14 Alimenta autem de iure non debentur vbi quis aliunde viuere poteſt *l. ſi quis à liberis §. idem Dinus verſ. ſed ſi filius, & §. fin. ff. de liber. agnoſcen. Alex. conſ. 27. num. 3. lib. 3. Rot. dec. 170. nu. 4. par. 4. tom. 1. dec. 55. n. 2. par. 8. rec.*

15 Secus autem quando alimenta debentur iure actionis, & ex contractu nam tunc debentur, & non ceſſant etiam quod alendus aliunde, & præſertim ſi ſua induſtria, & labore ſe alere poſſit, *Dec. in l. de alimentis num. 5. C. de tranſact. Bald. conſ. 481. num. 5. lib. 4. Rolan. conſ. 55. num. 5. lib. 2. Menoch. conſ. 8. nu. 22. Seraph. deciſ. 487. num. 8. Rot. dec. 186. n. 1. & 2.* vbi quod huiuſmodi alimenta debentur vſque ad obitum *par. 4. tom. 1. deciſ. 55. n. 3. par. 8. rec.*

16 Limit. 4. vt paupertas non ſuffragetur ad effectum conſequendi alimenta, quando quis non poſſit cenſeri Pauper, ſed poſſit eſſe diues, ſi velit vti iure ſuo, & exercere actiones ſibi competentes, vt dixit *Rot. dec. 554. nu. 5. coram Cardinal. Canaler.*

17 Mulier vero ſi agat, & petat thori ſeparationem, & cohabitationis diſiunctionem, & cum marito litigari velit, ſunt ab eodem ſubminiſtranda alimenta, & ſumptus litis, etiam extra domum, & quamuis non eſſet probata mariti ſæuitia, vel adulterium, vel alia ſimilis cauſa, *Rebuf. in repetition. cap. per veſtras §. 30. num. 9. de donat. inter vir. & vxor. Petrus Rauennas inter conſil. Claudij Canticulæ conſ. 31. num. 11. Gratia diſcept. 857. nu. 23. Afflict. deciſ. 10. n. 1. Rot. poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 250. n. 3. & 6.*

18 Limit. vt vir non teneatur præſtare alimenta, & ſumptus litis vxori propria auctoritate diuertenti, & cum viro litigare volenti, *Federic. de Sen. conſ. 176. Thoma de Tanis deciſ. 11. ex gloſ. in cap. ſignificaſti de diuortijs Rot. in Papien. Matrimonij 19. Februarij 1596. coram Pamphilia,* quando tamen

19 ſine iuſta, & rationabili cauſa propria auctoritate, ſeu potius leuitate à marito recedit, ſecus autem ſi ex iuſta cauſa iudicio prudentum ponderata diſcedat, & in hoc caſu ſibi locum vindicare ſupradictas allegationes dixit *Rot. dec. 250. nu. 4. & 5. poſt 2. vol. conſ. Farinac. & tradunt DD. in l. ſi cum dotem §. ſin autem in, cuiſſimo ff. ſolut. matrim. Afflict. deciſ. 10. n. 1.*

20 Si vero Maritus impugnat validitatem Matrimonij iam contracti, ſemper lite pendente ab ipſo alimenta præſtanda veniunt vxori *l. ſi negat. ff. de liber. agnoſcen. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 118. n. 6. Fontanel. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 3. num. 32. Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 41. n. 51. Afflict. dec. 152. n. 4. & 5. Rot. in Neapolitana Matrimonij 13. Maij 1650. §. nihilominus coram Roiaſ,* vbi

21 quod hoc procedat quamuis mulier indotata ſit, vel dos non ſoluta *ad text. in cap. ex parte de cenſ. & in ſpecie Innocen. in cap per veſtras n. 3. in fin. de donat. inter virum, & vxorem, Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 41. n. 51. verſ. & addit. & lib. 4. diſ. 26. num. 21.*

22 Et in hoc caſu nulla eſt habenda ratio de quantitate dotis ſolutæ ad effectum taxandi alimenta, ſed ſolum eſt reſpicienda qualitas, & neceſſitas mulieris, *ad gloſ. in §. fin. ſub verbo onera Auth. de non eligen. ſecund. nupt. vbi Bart. num. 3. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 86. n. 5. & in cap. per veſtras in 3. notab. in fin. prin. verſ. & ad hoc eſt text. de donat. inter vir. & vxor. Hoſtien. in ſum. in tit. de cenſat. §. admittantur circa n. 4. verſ. quid. ergo de expenſis, Surd. de alimentis tit. 4. quæſt. 18. n. 27. verſ. tamen ſi dotem, & n. 37. Rot. in Neapolitana Matrimonij 13. Maij 1650. §. qua propter coram* Roias, &

23 *in §. qua propter coram verſ. unde conſiderata,* ſubdit, quod hoc caſu ſunt taxanda alimenta conſiderata tam dignitate, cum facultate Mariti, quàm nobilitate cum neceſſitate arbitrio Iudicis.

24 Præcipue ſi ex parte vxoris concurrat bonum ius, & paupertas, illud enim reſultat ex matrimonio ſtatum validitatis habente, hæc autem ſemper præſumitur, maxime in muliere nupta, quæ regulariter nihil præter dotem habere ſolet,

25 quamuis Maritus eſſet filius familias, ita vt etiã ipſe dicatur pauper, nam ſi ipſe nequeat præſtare, illa tamen à ſocero veniunt præſtanda, *per textum in l. ſi filia §. ſi filius familias ff. familiæ erciſcund,* quia ſocer tenetur agnoſcere onera filij

26 inter quæ adſcribitur Nurui alimentorum præſtatio, vt voluit, *gloſ. in l. ſi quis à liberis §. non tamen in verbo onera ff. de liber. agnoſcen. Bart. in tract. de alimentis n. 16. cum alijs congeſtis per Surd. tract. eodem tit. 1. quæſt. 38. num. 1. & 2. & in puncto* Rota *in* Romana *alimentorum 1. Aprilis 1639. coram Pirovano relat. & ſecut. in Neapolitana matrimonij 13. Maij 1650. §. nec. haſitandum verſ tum etiam quia, iuncto § fin. coram* Royas.

27 Sed ſi Maritus ſit inopes, & non habeat Patrem diuitem non tenetur alere vxorem ſicut non tenetur filios, iuxta textum *in l. ſi quis à liberis §. penult. ff. de liber. agnoſcen. cum alijs abunde relatis per Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 4. numer. 27. tom. 2.*

PRÆNESTINA ONERVM.

ARGVMENTVM.

Ex cauſa impoſitionis oneris dignoſcitur eius natura an ſit reale, perſonale, vel mixtum. Eccleſiaſtici pro bonis è manibus laicorum acquiſitis tenentur ad onera mere realia, certa, perpetua, inuariabilia, infixa bonis propter bona, & non perſonis propter bona. Onera Cammeraralia, ſeu ſubſidium triennale, an ſit onus reale, tranſitorium ad Eccleſiaſticos pro bonis à laicis acquiſitis, materia reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 Oneris natura an ſit reale, perſonale, vel mixtum dignoſcitur ex pia cauſa, propter quam eius impoſitio emanauit.

2 Collecta in dubio cenſetur onus mixtum.

3 Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere onera mixta.

4 Tenentur pro bonis à laicis acquiſitis ad onera mere realia, certa, perpetua, inuariabilia, infixa bonis propter bona, & non perſonis propter bona, & num. 5.

6 Communitates ſubrogatæ fuerunt loco Cameræ Apoſtolicæ ad exactionem ſubſidij triennalis.

7 Onera Cameralia dicuntur realia, vt eſt ſubſidium triennale, contrarium num. 12.

8 Collecta quando habet veram, & determinatam præſtationem in perpetuum cenſetur onus reale.

9 Onera Cameralia tranſeunt in Eccleſiaſticos pro bo-

nis à laicis acquiſitis, quibus affecta reperiebantur, & num. 10.

11 Eccleſiaſtici tenentur ad ſolutionem onerum Cameralium.

Exemptio à Communitate facta reſtringi debet, vt minus communitati noceat ibidem.

13 Subſidium triennale eſt accidentaliter perpetuum.

14 Eccleſiaſtici non teneotur ſoluere onera Cameralia pro bonis à laicis acquiſitis antea eiſdem oneribus affectis, ſi præſcripſerant libertatem non ſoluendi onera cameralia 15.

16 Non tenentur ad onera extraordinaria, & communitatiua, licet bona à laicis acquiſita eſſent huiuſmodi oneribus affecta.

17 Bona laicalia eo ipſo quod ab Eccleſiaſticis acquiruntur efficiuntur immunia à quocunque onere.

18 Ampl. ſiue bona ſint patrimonialia, ſiue quocunque alio titulo temporali acquiſita.

19 Reprobantur contrarium tenentes.

DECISIO C.

BOna ſtabilia tam vrbana, quam ruſtica exiſtentia in Ciuitate, & agro Præneſtino onere ſoluendi vectigal, ſeu collectam vulgo nuncupatam *il Taglione* ad rationem ſcilicet bonenorum quatuor pro quolibet centenario ab antiquiſſimo tempore reperiuntur affecta, prout abſque vlla controuerſia ab Vniuerſitate, eiuſque Magiſtratu per æs, & libram exactum fuit, & de præſenti exigitur.

Verum cum plura bona è manibus laicorum peruenerint ad Eccleſiaſticos, & prætendente Communitate eoſdem teneri ad ſolutionem præfatæ collectæ, ſeu oneris porrexit Sacræ Congregationi immunitatis ſupplicem libellum, quo mihi tranſmiſſo tempore, quo Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Cardinalis Fachinetti Epiſcopi eius Vicarij Generalis vices gerebam, vt ſuper expoſitis, & præcipue ſuper qualitate oneris Eminentiſſimos Patres certiores, & inſtructos redderem, vnde pro maiori controuerſi articuli dilucidatione animaduertendum duxi, quod à Communitate iuſtificanda eſt prima cauſa, propter quam huiuſmodi onus impoſitum
1 fuit, ad quam recurrendum eſt ad agnoſcendum oneris qualitatem, & naturam, an ſcilicet dicatur reale, vel perſonale, vel mixtum, vt declarat *Bart. in l. 1. §. auctor. num. 1. & 2. ff. de re iudicat. Bald. in l. etiam num. 17. C. de except. rei iudicat. Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 15.*

2 Alias in dubio collecta cenſetur onus mixtum impoſitum perſonis pro rebus, *l. reſcripto §. ſciendum, & ibi Bart. ff. de muner. & honor. Tob. Non. conſ. 45. num. 25. Parrin. tract. de Gabel. par. 2. n. 193. Cobel. de bon. regim. cap. 28. nu. 17. & 18. ac cap. 35. num. 18. verſ. tertium exemplum in fin. Theſaur. decis. 116. num. 2.*

3 Ad cuius ſolutionem Eccleſiaſtici non tenentur, vtpote exempti à poteſtate inducentis, cum
4 ſolum pro bonis è manibus laicorum acquiſitis teneantur ad onera mere realia, concurrentibus tamen requiſitis, nempe vt vlterius onus ſit certum, perpetuum, inuariabile, infixum bonis propter bona, & non perſonis propter bona, iuxta celebres, & magiſtrales deciſiones paſſim receptas, & cum quibus procedit Sacra Congregatio Immunitatis *in Brunduſina coram Penia inter eius impreſſ. deciſ. 1079. & in Albanen. gabellæ coram Merlino inter ſuas deciſ. 902. repetita in recent. deciſ. 339. part. 16. & in Hydruntina exemptionis coram Cardinali Celſo inter ſuas deciſ. 249. confirmata coram eodem deciſ. 332. cum alijs diſertè allegatis in deciſ. 412. part. 9. recen. ibique Paul. de Rubeis in addition.*

5 Si igitur exigitur huiuſmodi onus ad inſtar decimæ, aut in recognitionem dominij per diſtributionem, & aſſignationem bonorum factam Ciuibus, & incolis per quandam legis agrariæ ſpeciem, aut ob aliam realem cauſam, per quam onus fuerit inſitum ipſis bonis, & hoc caſu ſi concurrunt præfata requiſita vtique Eccleſiaſtici tenentur ad oneris ſolutionem, vt in ſimili ſcribit *D. de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 2. de regalib. diſc. 52.*

Hæc tamen probatio redditur valde difficilis, cum potius appareat huiuſmodi onus fuiſſe impoſitum pro ſolutione ſubſidij triennalis, poſt-
6 quam Communitates ſubrogatæ fuerunt loco Cameræ Apoſtolicæ ad eius exactionem, vt deducitur ex quodam publico Concilio habito à Communitate vſque de anno 1553. in quo capta fuit reſolutio de vendendis Hoſpitijs, & Salſamentaria, & de imponendo gabella ſuper muſto recolligendo, & vino vendendo ad effectum ex præfatorum retractu ſoluendi ſubſidium triennale, & onera cameralia, & de non amplius exigenda collecta de qua agitur, ac proinde quod Aeſtimum, & Cataſtum comburendum eſſet.

His autem poſitis videbatur, quod tota difficultas, ſeu dubium conſiſtat, ſeu reſtringi poſſit, an bona effecta oneribus cameralibus, è manibus laicorum tranſeant in Eccleſiaſticos cum hoc onere.

7 Et pro affirmatiua valde vrget, quod ſubſidium triennale, & alia onera cameralia, quæ ſoluuntur per æs, & libram, ſeu per æſtimum, ac
8 Cataſtrum ſunt realia, quia quando collecta habet veram, & determinatam præſtationem in perpetuum, vt habet ſubſidium triennale, tunc onus cenſetur mere reale, licet verba, & impoſitio dirigatur ad perſonas, tum etiam quia ſubrogatum fuit loco aliorum onerum, vt ex *Bulla Pauli III. ex ordine Bullario nouo 39. §. 1. tom. 1. pag. 678. & tradit Cobel. de bono regimine cap. 50. num. 34.*

9 Ac proinde onera cameralia tamquam certa, perpetua, & inuariabilia quod tranſeant in Eccleſiaſticos, ſi bona antequam peruenerint ad eorum manus tali onere reperiebantur affecta ſæpe fuit reſolutum à Sacra Congregatione ſuper grauaminibus, vt patet ex reſolutionibus relatis *à Cobel. in ſuo Bullar. in tit. de priuilegiati, & eſſenti fol. 171. verſ. E che li beni, & verſ. Et in queſta conformità*, & ità etiam ſæpe reſcripſit Sacra Congregatio boni regiminis, & ſignanter *Epiſcopo Eſino*, ſcilicet.

10 *Eſſendo li peſi Camerali certi, perpetui, & inuariabili, vuole Noſtro Signore, che ſiano pagati anco dall'Eccleſiaſtici per li beni, che poſſedano, mentre ne foſſero grauati prima che paſſaſſero alle loro mani piacerà per tanto à V. S. d'aſtringere Santo Cagnoletti di Monte Carotto di pagare li ſudetti peſi à quella Communità per li beni del ſuo beneſitio di S.*

Car-

Carlo, quando eſſi beni ne foſſero ſtati ſoggetti auanti, che diueniſſero Eccleſiaſtici, e Dio vi feliciti. Roma li 28. Giugno 1634.

Come Fratello.

Il Cardinal Barberino.

Giulio Donati Segretario.

11 Nec aduerſatur, quod in dicto Conſilio Eccleſiaſtici fuerint facti exempti à præſtatione huius oneris, quia dicta exemptio reſtringi debeat quoad eorum bona, non autem ad bona, quæ è manibus laicorum ad eos peruenerint, quia cum talis exemptio reddatur læſiua, & præiudicialis Communitati, eo quia vigore bullatum Summorum Pontificum à ſolutione onerum Cameralium non ſint immunes non eſt ampliãda, ſed reſtringenda, vt minus Communitati nocumentum afferat, *ad textum in l. ſi quando in priue. C. de inof. teſtament. & iuxta tradita per Oltrad. conſ. 150. num. 3. Corn. conſ. 11. nu. 8. & conſ. 35. n. 4. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 131. num. 48. lib. 1. Crauett. conſ. 223. num. 5.*

12 Pro negatiua vero proponebatur, quod ſubſidium triennale reputetur potius onus mixtum, quam reale impoſitum ſcilicet perſonis pro rebus, vtpote quia ſubrogatum fuit loco augumenti ſalis, quod eſt onus merè perſonale, & licet in dicta Bulla Pauli III. emanata ſuper eius impoſitione fiat mentio aliorum onerum, nihilominus ad agnoſcendum eius naturam, & qualitatem exuberat Summum Pontificem mentionem feciſſe de dicto onere perſonali, vt nouum onus ſubrogatum aſſumat, & efficiatur eiuſdem naturæ, vt late comprobat *Tobias Non. conſ. 45. num. 30. & ſeqq. & conferunt firmata per Rot. in Hydruntina exemptionis coram Cardinal Celſo, in §. in præſenti vero caſu, inter eius impreſs. deciſ. 259.*

13 Vlterius deficit in alio requiſito, quod ſit de ſui natura perpetuum, vt ſit tranſitorium in Eccleſiaſticos, iuxta allegatas deciſiones *in Brundusina, & Albanen. coram Penia, & Merlino,* dum à Paulo III. ad triennium tantum duraturum fuit impoſitum incipien. ab anno 1544. & ab eodem fuit ad aliud triennium prorogatum ad annum ſcilicet 1551. quo tempore Iulius III. ſucceſſor tertio loco prorogauit, quorum exemplo motus Paulus IV. aliam fecit prorogationem ad beneplacitum, quæ tribuit non veram, ſed accidentalem tantum perpetuitatem lato ſumpto vocabulo, ſcilicet donec reuocetur vt declarat *Marta de clauſul. part. 2. clauſ. 1. n. 1.*

14 Hinc non videntur obeſſe ſupradictæ reſolutiones Sacræ Congregationis, tum quia ſibi locum vindicant, vbi Eccleſiaſtici collectantur, & ſoluunt onera cameralia, ſecus autem vbi non fuerunt ſoliti collectari, & præſcripſerint libertatem non ſoluendi onera cameralia, vt in Ciuitate Præneſtina, quo caſu bona in Eccleſiaſticos non tranſeunt cum eodem onere, vt inhærendo decreto Clementis VIII. emanato de anno 1600. reſcripſiſſe Sacram Congregationem Eminentiſs. Cardinalium ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus refert *Cobel. in ſuo Bullar. in tit. de priuilegiati, & eſenti, verſ. la Sacra Congregatione fol. 171. & ita etiam reſcriptum fuiſſe Cardinali Bandino legato Marchia docetur ex alijs literis, nempè,*

15 *La mente di N. Signore è, che il Clero anco Secolare non ſia legato, ne aſtretto à pagare collette, ancorche Camerali per li beni Eccleſiaſtici acquiſtati, & altre volte, quando erano poſſeduti da laici ſoggetti à detti carichi, ſe veramente non coſti eſſerui conſuetudine di fare pagare il Clero, non obſtante qualſiuoglia prouiſione fatta in contrario, così V. S. Illuſtriſſ. ſi degni fare ſi oſſerui, e per fine le bacio le mani. Roma li 20. Agoſto 1600.*

Il Cardinal Aldombrandini.

16 Tum etiam quia Communitas conſtituit proprios redditus, ſeu ſubrogauit gabellam muſti, & vini, ac retractum Hoſpitij, & ſalſamentariæ pro ſoluendo ſubſidium triennale, & onera Cameralia loco ſupradictæ collectę bonenorum 24. adeout ſi adhuc exigat à laicis eandem collectam cenſetur exigere non ratione onerum Cameralium, ſed tanquam onus extraordinarium, & communitatiuum, ad cuius præſtationem Eccleſiaſtici minime tenentur, prout laici auctores tenebantur, iuxta copioſe tradita *per Sperel. deciſ. 35. & 36. tom. 1.*

17 Siquidem bona laicalia eo ipſo quod perueniunt ad Eccleſiaſticos ſtatim eximuntur à dominio, & poteſtate laicorum, nec conſiderantur amplius vti laicalia, ſed tamquam Eccleſiaſtica iudicantur, ideoque omne, & quodcunque onus reijciunt, vt communiter notant *Canoniſtæ in cap. 1. de immunitat. Eccleſ. latiſſimè Suarez in tract. deſenſio fidei lib. 4. cap. 20. 21. & 25. qui contrarij reſpondit Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 103. num. 7. & 8. Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 47. à num. 3. vſque ad fin. cum alijs copioſe cumulatis in citatis deciſionibus Brundusina, Albanen. Gabellæ, & Hydruntina exemptionis coram Penia, Merlino, & Celſo.*

18 Quod procedit ſiue bona ſint patrimonialia Eccleſiaſticorum, ſiue etiam quocunque alio titulo temporali, ſcilicet hæreditate, legato, donatione, exemptione, arte manuum, labore, vel ſimili alio temporali titulo ab Eccleſiaſticis acquiſita ſint, nam Clerici, & Eccleſiaſtici ob eorum dignitatem ſunt exempti ab oneribus laicalibus, quoad perſonas, & propter eandem dignitatem, efficiuntur immunia eorum bona temporalia, in quibus influit, & communicatur perſonæ priuilegium, alias perſona dici nequit plene, & perfecte exempta, niſi etiam bona illius exempta ſint, iuxta communem Doctorum ſententiam pro qua innumeros Doctores allegat *Thom. del bene de immunit. Eccleſ. cap. 5. dub. 2. ſect. 1. à num. 1. vſque ad 17. tom. 1. & probatur ex cap. 1. de immunit. Eccleſ. cap. quamquam de cenſib. in 6. Clement. vnica de immunit. Eccleſ. reprobata*

19 *gloſs. marginali in dicto cap. quamquam de cenſibus in 6. verſ. res ipſarum, & Io: Dicedone de libertate Chriſtiana lib. 2. cap. 3. & Curtellio de immunit. Eccleſ. lib. 2. queſt. 8. n. 20. & 21. & queſt. 40. & 43. ac Bobadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. nu. 260.* tenentes quod prædia omnia ſint obligata pro tributis à republica impoſitis, & imponendis, &

& quod cum hoc onere tranſeant in Eccleſiam, & latiſſime idem *Thom. del Bene dicto dub. 2. ſect. 2.* contrarijs reſpondet.

SVMMARIVM.

1 Collecta impoui poteſt uinibus, & incolis.
2 Forenſis de iure communi collectari non poteſt pro bonis exiſtentibus in dominio collectantis.
3 Limit. de generali conſuetudine declara, vt nom. 33.
4 Cuius vigore collecta eſt ſoluenda, vbi bona poſſidentur, & ſita ſunt 20.
5 Sublimit. procedere ſi conſuetudo ſit immemorabilis.
6 Hæc ſoblimitatio non procedit iu ſtatu Eccleſiaſtico vigore conſtitutionum SS. Pontificum.
7 Limit. 2. in Ciuitatibus habentibus in hoc ſpeciale priuilegium.
8 Venientes de nouo ad habitandum tenentur ſoluere collectas.
9 Barones tenentur ad ſolutionem collectæ pro bonis tali onere affectis acquiſitis.
10 Habentes priuilegium 12. filiorum tenentur ad ſolutionem ſubſidij triennalis.
11 Collecta, & onera ſoluuntur propter fructus, qui ex bonis percipiuntur.
12 Poſſideotes annuos redditus tenentur ſoluere collectam.
13 Ampl. vt etiam teneatur vſufructuarius, & emptor fructuum.
14 Ampl. vt etiem emptor cenſus teneatur ſoluere collectam 16. reprobantur contrarium tenentes u. 17.
15 Cenſus perit, & extinguitur perempto fondo, ſeu pro rata peremptionis.
18 Dominus cenſus tenetur ſoluère collectam, vbi inhabitat, & vbi eſt deſtinata ſolutio, & non vbi ſita ſunt bona. Contrarium num. 19. & nom. 20. declarantur auctoritates in contrarium adductæ.
21 Vna, & eadem res non debet recipere duplex grauamen.
22 Cenſus vitalitij gabellis ſubijciuntur.
23 Officia vacabilia, & Societates officiorum non ſubijciuntur collectis contrarium num. 24.
25 Fructus locorum montium non dicuntur propriè mobiles, nec immobiles, ſed tertiam ſpeciem conſtituunt.
26 Non ſunt collectis obnoxij.
27 Penſiones domus non ſunt ſubiectæ collectis.
28 Collecta tam eſt ſoluende de domo pretioſa, quam de vili, declara vt ibidem.
29 Poſſeſſiones ſteriles non debent collectari.
30 Pro artificio, labore, & induſtria imponi poteſt collecta.
31 Collecta debetur à creditore participante de fructibus.
32 Pauperes ex quotidiano labore viuentes non ſunt collectandi.
33 Forenſes de conſuetudine licet collectari poſſint, tamen procedit pro oneribus mere realibus, & Cameralibus, ſecus pro communitatiuis.
34 Quid ſit capitatio.
35 Quid ſit tributom, ſeu cenſus.
36 Collecta quid ſit, & num. 37.
38 Collecta non eſt ſoluenda ſi pereant bona cuius reſpectu ſoluitur.
39 Collecta pro certa cauſa indicta non poteſt conuerti in alium vſum.
40 Conuertentes collectas in alium vſum, quas pœnas incurrunt vigore conſtitutionis Marchiæ, & quomodo de iure communi num. 42.
41 Communitates ditionis Eccleſiaſticæ non poſſunt facere defalcationes, donationes, remiſſiones, & conuertere collectas in alios vſos.
43 Pro collectis, & oneribus camerarijs non poſſunt pignorari boues, & inſtrumenta aratoria, & homines deſtinati ad culturam agrorum.
44 Quæ ſint inſtrumenta aratoria remiſſiue.
45 Nec etiam pignorari poſſunt arma, & inſtrumenta militaria, & equi militum.

ADNOTATIO I.

Collecta quibus imponatur, & à quibus exigi poſſit.

1 COllecta imponi poteſt Ciuibus, & incolis tantum *l. reſcripto §. fin. ff. de muner. & Honor.* forenſis igitur ſi poſſideat in territorio vnius ciuitatis, eidem non poteſt impóni collecta, quia pro rebus perſona non eſt ſubiecta, *dicta l. reſcripto §. fin. ff. de muner. & honor. l. libertus §. ſola ff. ad*
2 *municip.* & ideo defectu iuriſdictionis forenſis de iure communi collectari non poteſt, cum collecta imponatur perſonæ pro rebus, & perſona non eſt ſubiecta dominio collectantis, *Bart. in l. libertus §. ſola ratio num. 1. de municip. Gabr. de iure immunit. concluſ. 2. num. 1. & 2. in fin. Gratian. diſcept. 26. num. 6. & 7. vbi ita dixiſſe Rot. in Aueniouen. Cauallicen. Collectarum, quam per extenſum refertur corã Cardinal Lancellotto, & ex copioſè congeſtis per eandem Rot. decif. 3. poſt Cenc. de cenſibus Felician. de Rubeis in addition. ad Petr. de Vbald. in tract. de collect. num. 11. impreſſ. mihi poſt eiuſdem tract. de duob. frat.* quod procedit etiamſi forenſis habeat, & poſſideat bona ſub dominio collectantis, vt ſubdunt citati DD. plenè *Rot. in Ariminen. Gabella 25. Iuly 1657. coram Beulaqua.*

3 Limit. de generali conſuetudine, cuius vigore etiam forenſes collectantur, ac proinde quod ſolutio onerum, quæ debentur ratione rei non minus ſpectat ad forenſes, quam ad Ciues, cum res in alieno territorio poſſeſſa dicatur ſubdita, dixit *Rot. deciſ. 279. n. 15. & 16. coram Gregor. XV. Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 24.* vbi quod forenſis de conſuetudine totius Italiæ collectetur,
4 licet de iure non poſſit, *& num. 30.* vbi ex generali conſuetudine introductum eſſe, vt quis collectam ſoluat, vbi bona poſſidet, *& num. 31. Nicol. Bellon. conſ. 12. num. 14. Petrus de Vbald. de collect. num. 15. Theſaur. deciſ. 257. num. 1. Rot. deciſ. 3. nu. 4. & 5. poſt Cenc. de Cenſib. & nouiſſime de Luca in ſuo Theatro veritatis tom 2. tit. de Regalib. diſ. 77. num. 3. diſ. 83. num. 10. diſ. 84. num. 8. diſ. 92. num. 2. & 3.*

5 Sublim. quod procedat, ſi conſuetudo ſit immemorabilis, & probetur in caſu ſpeciali, & cauſa, pro qua imponitur collecta *Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 31. verſ. quarto poſita, vt late alijs congeſtis dixit Rot. in Aueniouen. Cauallicen. collectarum 16. Maij 1583. coram Lancellotto impreſſ. penes Gratian. diſcept. forenſ. 29. à nu. 13. vſque ad 16. iuncto num. 17. vſque ad 19. tom. 1. Felician. de Rubeis loco citato num. 12. verſ. item fallit.*

6 Sed hæc ſublimitatio non habet locum in ditione Eccleſiaſtica, in qua forenſes tenentur ſoluere collectas, & onera vbi bona poſſident, abſque vlla controuerſia, & repugnantia, ita ſancitum habemus *in conſtitutione Pauli V. edita die 7. Octobris 1611. impreſſ. in Bullar. Cobel. fol. 12. de qua idem Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 30. & 31. verſ. ſexto collectantur forenſes,* & pro prouincia Piceni idem ſancitum fuit *à Cardinal Pio de Carpo, vt in conſtitutione Marchiæ lib. 2. cap. 37. in fin. ibi vlterius nos, vbi Caballin. in verbo ſolutiones,* prout etiam docent *Bart. Curt. iun. Remig. Guid. Pap.*

&

& alij relati per Gratian. diſcept. 196. num. 32. verſ. qua etiam ampliatur.

7 Limit. 2. in Ciuitatibus habentibus in hoc ſpeciale priuilegium, *l. Munerum §. patrimoniorum ff. de muner. & honor. Gabr. in tit. de iure immunitat. concluſ. 2. num. 2. Felician. de Rubeis in addit. ad tract. de collect. Petri de Vbald. num. 12. impreſs. mihi poſt tract. de duab. fratrib. Rot. in Auenionen. Canallicen. collectarum coram Card. Lancellotto impreſſa penes Gratian diſcept. 29. num. 10. Gregor. XV. deciſ. 279. num. 15. & 16. Rot. deciſ. 3. ſub num. 4. & 5. poſt Cenc. de Cenſib. cum alijs adductis à Cobel. de bono regim. cap. 35. num. 31.*

8 Verum quod ad ſolutionem Collectę teneantur etiam venientes de nouo ad habitandum, cum debitum anteceſſorum grauet etiam ſucceſſores, tradunt DD. relati *per Gratian. diſcept. 196. num. 32. verſ. qua etiam ampliatur.*

9 Immo etiam Barones, & Domicelli pro bonis acquiſitis in eorum iuriſdictionibus affectis oneribus cameralibus antequam ad eorum manus peruenirent, & ita reſolutum fuiſſe *à Sacra Congregatione ſuper grauaminibus ſub die 13. Ianuarij 1607. refert Cobel. in ſuo Bullar. fol. 181. verſ. fù dubitato.*

10 Vlterius etiam habentes priuilegium duodecim filiorum non eximuntur à ſolutione ſubſidij trienualis, & aliorum onerum cameralium, vtpote quia hoc priuilegium redactum fuit in ditione eccleſiaſtica ad terminos iuris communis iuxta conſtitutiones Summorum Pontificum reuocatorias exemptionum à vectigalibus, alijſque publicis oneribus, & ita ſæpe declaraſſe Sacram Congregationem ſuper grauaminibus refert *Cobel. in ſuo Bullar. fol. 174. verſ. ſono alcuni altri, & fol. 175. verſ. E lo ſteſſo.*

11 Soluuntur vero, & præſtantur onera, & collectæ propter fructus, quos poſſeſſor ex prædijs capit, neque venditiones, neque pactiones in contrarium factæ ſubſtinentur, aut valent, *l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. l. 1. C. de annon. & trib. lib. 10. Cobel. de bon. regim. cap. 35. num 103.*

12 Ampl. vt poſſidentes annuos redditus pariter tenentur ad collectas, quia inter immobilia computantur, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub. de conſtit. annui cenſus in reb. Eccleſ. num. 26. Lucas de Pen. in l. agros num. 10. C. de fund. limitroph. lib. 11. Gabr. conſ. 141. num. 13. & 14. lib. 2. Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 104.*

13 Amp. 2. vt vſufructuarius, vel emptor fructuum teneatur ad collectas *l. quæro, vbi gloſſ. & Bart. ff. de vſufruct. legat. Rom. conſ. 230. num. 2.* licet ipſe contrarium ſentiat in illa facti ſpecie, *Bellon. conſ. 17. num. 7. Surd. conſ. 162. num. 15. lib. 2. Oſaſch. deciſ. 83.*

14 Amp. 3. vt etiam annui cenſus collectari poſſunt, & emptor cenſus tenetur ad eius ſolutionem, *Menoch. conſ. 983. à num. 2. vſque ad 11. Boccac. in tract. de cenſib. part. 1. num. 72. propè med.*

15 & ratio eſt, quia cenſus conſtituuntur ſuper fructibus, ſeù re habita pro fructifera, & habita etiam ratione ad fructus, adeo vt res cenſuata pereat, & reddatur infructifera in totum, vel in partem, Cenſus etiam perit, & extinguitur pro rata peremptionis fundi iuxta *Bullam Pij V. ibi ſtatuimus cenſum,* & paulo poſt *poſtremo cenſus omnes*, ita docent *Menoch. conſ. 983. à num. 2. vſque ad 11. Boccac. in tract. de cenſib. par. 1. num. 72. prope med. qui alios adducit Cobel. de bono regim. cap. 35. nu. 102.*

16 *cum duobus ſequen.* tum etiam quia poſſidentes annuos redditus tenentur ad collectas, quia dicuntur poſſidere bona immobilia vt benè probat *Hieron. Gabr. conſ. 141. num. 13. & 14. lib. 2. & Lucas de Pen. in l. agros nu. 10. C. de fundo limitroph. lib. 11. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. rub. de conſtitut. annui cenſus in rebus Eccleſ. num. 26. ad tradita per Gratian. diſcept. 29. num. 29. verſic ſecundo mouebantur.*

17 Reprobato *Surd. contrarium tenent, in conſ. 162. à num. 26. vſque ad 36. & Menoch. conſ. 983. ab ipſo num. 11. vſque ad fin. Cenc. de cenſib. par. 1. cap. 1. art. 1. num. 26. & 27. Boccac. in ſuo tract. de cenſib. par. 2. num. 49. & alij relati à Io: Baptiſt. Coſta de portione rata quæſt. 170. in fin.* qui vt has contrarias opiniones ad concordiam redigant, ita diſtinguunt, quod collecta, aut imponitur ratione agri, ſuper quo fundatus eſt cenſus, & hoc caſu, quod emens cenſus, non tenetur ad Collectas, iuxta opinionem, *Surdi, & Menoch.* aut imponitur collecta generaliter ſoluenda ratione quorumcunque bonorum immobilium, vel indefinitè ratione bonorum immobilium, & tunc emptor Cenſus tenetur ad collectas, *Bart. in l. placet n. 40. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* quam diſtinctionem reijcitur à *Cobel. in tract. de bono regim. cap. 35. num. 102. verſ. ſed pace tanti viri,*

18 Firmato igitur, quod ex cenſu ſoluenda ſit collecta, dubitari contingit, quo nam in loco ſoluenda erit hæc collecta, & quod ſit ſoluenda vbi deſtinata ſit ſolutio, non autem vbi ſita ſunt bona cenſui ſuppoſita, quia annuæ præſtationes, cum conſtituant quoddam ius immobile abſtractum, & ſeparatum de per ſe, dicuntur eſſe de loco, vbi eſt deſtinata ſolutio, & vbi reſidet, & commoratur perſona creditoris, latè *Gratian. diſcept. 29. num. 2. & per tot. vbi ita firmaſſe Rot. in Auenionen. Canallicen. Collectarum 16 Maij 1583. coram Lancellotto impreſſ. penès eundem, & poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 3. idem Cenc. de cenſib. par. 1. cap. 1. art. 1. num. 29. fol. mihi 4. qui alios allegat.*

19 Contrarium verò, quod collecta ſit ſoluenda, vbi ſita ſunt bona, & cenſus ſunt impoſiti, pluries fuit decretum à Sacra Congregatione Boni Regiminis, & præcipuè ſub *die 5. Martij 1611. vt refert Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 109. & hanc ſententiam tuetur Boccac. de cenſib. part. 2. nu. 49. Alcib. Lucarin. obſer. pract. lib. 1. Accadem. 5. obſer. 3. num. 12. Io: Baptiſt. Coſt. de portion. rata quæſt. 170. in fin. Morla in empor. part. 1. art. 9. de contrahend. emption. in 1. quæſt. num. 56 & de communi Guttierez. de gabel. quæſt. 55. num. 1.*

20 In nihilo refragante auctoritates Rotæ Gratiani, & aliorum, qui contrarium docent, quia loquuntur in puris terminis iuris communis, ſcilicet quod forenſes non poſſint collectari, ſed reſolutio Sacræ Congregationis à conſuetudine roboratur, eoque fortius in ditione Eccleſiaſtica dum contrariæ deciſiones emanauerunt ante quā editum eſſet Breue Pauli V. quo ſancitum fuit, collectas, & onera Cameralia eſſe ſoluenda, vbi bona ſita ſunt, vt animaduertit *Cobel. de bon. regim.*

gim.cap.35.num.109.verſ.verum quia,& verſ.ſecundo quod.

21 Vltra quod ſequeretur quod bona ouere cenſus affecta eſſent obnoxia collectis impoſitis, & imponendis à Cõmunitate, ſub cuius territorio, & dominio ſita ſunt bona, propter fructus, qui à poſſeſſoribus percipiuntur, & Domini Cenſus, propter fructus cenſus, qui in pecunia recipiuntur à Domino fundi ſuppoſiti loco fructuum ipſius fundi, pariter eſſent obnoxij collectis illius vniuerſitatis vbi inhabitant, ſeù eſt deſtinata ſolutio, quod non videtur æquitati conſonum, dum vna, & eadem res duplex reciperet grauamen.

22 Cenſus vero vitalitij licet differant à ſocietatibus officiorum, nihilominus inter annuos redditus computantur, & Gabellis ſubijciuntur, præcipuè ſi imponantur ſuper ſpecialibus bonis deſignatis, ad tradita per *Molin. de contract. diſ. 384.num.6.verſ praeuldubio*, *Guttier.tract.de gabel. quaſt.56.& quaſt.57. relati per Cobel.de bon. regim. cap.35.num.120.*

23 Societates verò officiorum, quæ ad vitam exponentis pecuniaſ, vel alterius ab eo nominati ſuper officijs Romanæ Curiæ vacabilibus cum officialibus præfatorum officiorum conſtituuntur, non videntur ſubijci poſſe collectis, tum quia officia vacabilia faciunt ceſſare collectas,ad tradita per *Guttier.de gabellis quaſt.56. verſ. enius praxis*, tum quia cum eadem officia ſint in Romana Curia,eximuntur ab onere collectarum ob multa priuilegia illis conceſſa, præcipuè quando Ciuitas, extra Vrbem, vellet collectare ſuos cives,pro ſocietatibus ab eiſdem contractis in Vrbe defectu iuriſdictionis, vtpotè quia officia Romanæ Curiæ non ſubiacent dominio Ciuitatis collectantis, per ea, quæ ſcribit *Bart. in l. liberius §.ſola ratio num.1 ff.de municip. Alex.conſ.52. col.3.num.1. verſ.non obſtat lib.6.*

24 Contrarium verò, quod etiam ſocietas officij collectari poſſit deducitur, quia hæc non dicitur ſimplex pecunia,ſed peculium, ex quo percipitur fœnus, & emolumentum, cuius vigore, quod poſſint foreſes fenum exercentes in aliquo loco pro pecunia, quam ibi habent collectari, docet *Bart.in l.munerum §.matrimonium num.2. ff. de muner.& honor.* in nihilo refragante quod ſocietates contrahantur ſuper officijs Romanæ Curiæ, quia in hoc attenditur locus diſtinatæ ſolutionis fructuum, vt diximus in Cenſibus, tum quia collecta principaliter imponitur perſonis ratione bonorum, ac proinde cum perſonæ ſubijciantur Ciuitati imponenti collectam per ęs, & libram, non eſt curandum quod ſocietas ſit contracta ſuper officio Romanæ Curiæ, ſed ſolum eſt reſpicienda vtilitas,& fructus, quos ſubditus recipit, & dictior, & locupletior efficitur, & ita deciſum fuiſſe à Cardinali Folconerio,dum fuit conſtitutus Commiſſarius Generalis à Sa: Mem: Vrbano VIII. in Ciuitate Peruſij, & alijs locis dictionis Eccleſiaſticæ pro recta ipſarum Communitatum directione refert *Cobel. de bono regim. cap.35. num.116.vſque ad num. 119. in quibus contrarijs reſpondet.*

25 Fructus verò locorum montium, qui non dicuntur propriè immobiles, neque mobiles, ſed tertiam ſpeciem conſtituunt, *Cenc. de cenſib.par.1. cap.3.quaſt.1.art 2.num.1. & poſt eundem Rot.dec.3.*

26 non ſunt collectis obnoxij, tum quia eorum ſolutio deſtinata eſt in Vrbe, tum etiam ob ſpecialia,& ampliſſima priuilegia in erectione ipſorum montium à Summis Pontificibus conceſſa, vt legitur in *literis Apoſtolicis*, & faciunt tradita per *Guttier.in tract.de Gabel quaſt.57.à num.1.ad 12.& docet, Cobel. de bono regim. cap. 35. numer. 110. & 11.*

27 Penſiones domus pariter non ſunt ſubiectæ collectis, cum penſiones domus non ſint propriè fructus, ſed acceſſiones mere ciuiles, quæ non ex re, ſed propter rem percipiuntur, & collecta propriè ſolui debet ex fructibus ſtrictè ſumpto vocabulo, eo quia verſamur in materia odioſa, *Io. de Plat.in l.1. num.5. C. de ann. tribut. lib.10.*

28 Et quatenus etiam ex penſionibus Domus eſſet ſoluenda collecta iuxta conſuetudines, & ſtatuta locorum tantum ſoluendum eſſet de domo pretioſa, quia domus pretioſa dicitur ſterilis, quantum de vili, nec plus deſcribenda eſt in Catastro, quam domus vilis, qua non reſpondent redditus pretio domus, ac proinde quod cenſitores debeant aduertere ſi in domo aliquæ ſint Apothecæ, vel tabernę meritoriæ, ex quibus augeantur redditus, ad effectum etiam augendi Æſtimum, traditur à *Petro de Vbald. ſeù alio Doctore in conſ.1. ſub num.7. circa prin. poſt eius tractatum de collectis relat.à Cobel. de bon. regim. cap.35 num. 112.*

29 Poſſeſſiones verò ſteriles, nullam vtilitatem ſeù fructus afferentes non debent collectari, & auferendæ ſunt ab Æſtimo, *Bald. in l.ad instructionem C. de Sacroſanct. Eccleſ. Felician. de Rubeis in addit. ad Petr. de Vbald. in tract. de collect. num.17. Cobel.de bono regim.cap.35. num.24. in fin.*

30 Pro artificio tamen, ſeu labore, & induſtria perſonali imponi poſſunt collectæ, & contributiones, vt in ſpecie firmat *Dec. conſ.334. Natta conſ.418.num.3. Bellon.ſen.conſ.12. num.16. Cyriac. controuerſ.156.nu.21.& per tot. Menoch. conſ.1144. vbi de materia De Luca in ſuo Theat.veritat.tom.2. tit.de regal.diſ.102.num.10.*

31 Debetur quoque collecta à creditore participante de fructibus bonorum, quorum ratione ſunt impoſitæ, & ſic quod creditor cenſuarius vtpotè participans de fructibus ipſorum bonorum ad collectæ ſolutionem contribuere debet, ad textũ in *l.hactenus C.de vſufruct. l.fructus C.de act.empt.& l.1.& 2.C.de annonis,& tributis lib.10. cũ alijs plene congeſtis per Marot.in tract.de collecta, ſeù bonatenentia cap.6.n.1.vſque ad 8.De Luca in ſuo Theat. veritat.tom.2.tit.de regal. diſ.92.num.10.*

32 Non ſunt tamen collectandi pauperes, ex quotidiano labore viuentes,vbi adeo ſunt pauperes, ac minus induſtri, quod diurnus labor vix alimentis, & ſuſtentationibus ſufficiat, ita *de Luca in Theat. veritat. tom. 2. tit. de regalib. diſ. 102. num.9.*

33 Licet ſupra n. 3. dictum fuit quod foreſes de generali conſuetudine collectentur tamen hæc conſuetudo tamquam exorbitans à iuris diſpoſitione eſt ſtrictè intelligenda, & practicanda in collectis impoſitis, vel imponendis pro illis oneribus

tribus

ribus, quæ Principi, vel aliàs ſoluuntur loco an-
tiqui tributi, ſeu pro publicis neceſſitatibus pro
facultatum modo, & habita bonorum ratione
ferendis; iuſta naturam antiquorum onerum, vel
pro oneribus Cameralibus, non autem pro one-
ribus priuatis habitatorum loci, ſeù Communi-
tatiuis, qualia ſunt ſubſtentatio Medici, Chirur-
ghi, Magiſtri Scolæ, horologij, & ſimilia in-
colarum loci vtilitatem, vel commoditatem
concernentia, quæ quo ad ſingulos dicuntur
publica, ſed in vniuerſum potius cenſentur pri-
uata, quam publica, *de Luca in ſuo Theatro ve-
ritat. tom. 2. de regal. diſ. 77. num. 3. Theſaur. de-
ciſ. 149.*

34 Eſt autem animaduertendum triplicem eſſe
munus patrimoniale, quoddam eſt enim quod
imponitur perſonis tantum nullo habito reſpectu
ad res, & iſtud dicitur capitatio, *l. ætatem ff. de*
35 *cenſib.* quoddam quod imponitur rebus, nullo
tamen habito reſpectu ad perſonas, & iſtud vo-
36 catur tributum, ſeù cenſus, quoddam eſt quod
imponitur principaliter perſonis habito reſpectu
ad res, & iſtud appellatur collecta, & in iſto
principaliter obligatur perſona, ſecundario res,
ita *Petrus de Vbald. ſeù alius Doctor. conſ. 1. num. 7.
verſ. reſtat modo adducta pro parte contraria poſt tra-
ctat. eiuſdem de collect.*

37 Vnde collecta nihil alius eſt, quam onus mix-
tum impoſitum perſonis ratione rerum, & ideò
diuiditur, & exigitur nulla facta differentia pau-
perum, & diuitum, habita ſolum ratione bono-
38 rum poſſeſſorum, quæ ſi caſmatè, alluuione,
ruina, vel alia cauſa, pereant, tunc releuandus
eſt Dominus à cenſu, ſeù collecta, iuxta textum
in *l. forma §. 1. ff. de cenſib. ibi, & ſi agri portio caſ-
matè perierit debebit per cenſitorem releuari, vt latè
alijs congeſtis comprobat Cobel. de bon. regim. cap. 35.
à num. 1. cum ſeq. iuncto num. 4. & ſeq.*

39 Collecta demum pro certa cauſa indicta, &
exacta non poteſt conuerti in alium vſum præter
impetratum à Principe, vel conſilio, *l. 1. 2. & 3.
C. de ijs, quæ ex pub. collat. lib. 10. Auth. de collator
§. ciuitatum verò, prout etiam diſponitur in Ægidia-*
40 *na conſtitutione lib. 2. cap. 37.* in qua habetur, quod
qui directè, vel indirectè per ſe, vel per alios
auſus fuerit accipere, vel ſuis vſibus quomodoli-
bet applicare, quæ ex collectis, præſtantijs, ga-
bellis, & datijs, & obuentionibus colliguntur,
incurrat in pœnam excommunicationis, & eo
ipſo perdant omnia bona ſua Fiſco Romanæ
Eccleſiæ applicanda, & conſentientes, danteſque
operam, conſilium, vel fauorem, vltra excom-
municationem quingentis florenis aureis appli-
candis vt ſupra multari debent, niſi à tota Com-
munitate, non tantum per modum conſilij ſpe-
cialis, vel generalis, ſed etiam per modum par-
lamenti generalis huiuſmodi applicatio conceſ-
ſa fuerit.

41 Sed hodie in ditione Eccleſiaſtica, neque à ge-
nerali conſilio fieri nequeunt huiuſmodi appli-
cationes, conceſſiones, remiſſiones, donationes,
& conuerſiones in alium vſum vigore *Bullæ Cle-
mentis VIII. de bono regimine §. 14.* quam per ex-
tenſum refert *Cobel. in princ. ſui tract. de bono regim.
ſeu comment. ad eandem Bullam, & in ſuo Bullar,
fol. 72. & ex ordine Bullar. nouo 10. tom. 3. fol. 8.*

Tom. II.

42 De iure verò communi ciuiliter, & crimina-
liter ſupradicta attentantes puniri poſſunt, ita
quod ſi quis perſeuerauerit in hac mala conſue-
tudine etiam capitaliter puniri permittatur, ad
textum expreſſum in *l. vnica C. de ſuperexactoribus
lib. 10. Io: de Plat. in l. placet. num. 1. verſ. ſecundo no-
ta C. de excuſ. muner. lib. 10. relat. à Cobel. de bono re-
gim. cap. 35. num. 10. verſ. pœna autem.*

43 Pro collectis, & oneribus Cameralibus, bo-
ues, inſtrumenta aratoria, & homines deſtinati
ad culturam agrorum pignorari non poſſunt,
iuxta *Conſtitut. Pij V. in Bullar. nouo 19. §. 8. tom. 2.*
44 *fol. 197.* vbi *Cherubin. iunior.* declarat, quæ ſint
inſtrumenta aratoria, *& ſcol. 2.* ſubuit, quod li-
cet reſiſtere, & res ablatæ propria auctoritate re-
cuperari poſſint, eſt etiam *Conſtitutio Pauli V. 70.
eodem Bullar. tom 3. fol. 263. latè Cobel. de bono re-*
45 *gim. cap. 35. nu. 148. 149. & 150. & 151.* vbi quod
hoc idem priuilegium habent arma, & inſtru-
menta militaria, & equi militum Cohortalium
iuxta eorum priuilegia.

PRÆNESTINA BENEFICII.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio præſentati ex edicti omiſſione redditur nulla, ſecus vbi viget conſuetudo poſt præſentationem non publicandi edictum, non tamen redditur nulla præſentatio, ſed de nouo admittenda, & præſentatus inſtituendus eſt.

SVMMARIVM.

1 Inſtitutio quibus concurrentibus ſubſtineatur, & denegari nequeat.
2 Inſtitutio ex omiſſione edicti redditur nulla.
3 Limit. 1, vbi viget conſuetudo non ponendi.
4 Limit. 2. vt non reddatur nulla nominatio, ſed eſt de nouo admittenda, & præſentatus inſtituendus, & n. 5.
6 Laicus eſt incapax ad obtinenda beneficia.
7 Non poteſt præſentari de beneficio iuriſpatronatus.
8 Limit. ſi proximè eſſet clericandus.
9 Habilitas ad obtinendum beneficium debet percurrere tempus vacationis.
10 Ex ſuperueniens non habetur in conſideratione.
11 Prælatio de conſanguineis demandata à teſtatore intelligitur de habilibus de tempore vacationis beneficij.
12 Et conceſſa cenſetur cæteris paribus.
13 Habilis præſentatus à minori parte patronorum præfertur inhabili præſentato à maiori parte.
14 Præſentatio inhabilis non eſt attendenda.
15 Habilitas ad beneficia iuſtificatur ex relatione examinatorum.
16 Clericus probatur ex literis patentalibus Ordinarii.
17 Vacatio Beneficij probatur ex fide obitus primi beneficiati.

DECISIO CI.

PRæſentatus fuit R. D. Hieronymus Vitalis intra legitima tempora à vero Patrono de ſimplici beneficio, ſeù Capellania ſub inuocatione Sanctorum Petri, & Pauli per obitum vltimi Rectoris, & ſucceſſiuè inſtitutus ab Ordinario Prænestino, poſt adeptam poſſeſſionem, & pacificè per nonnullum temporis ſpatium continuatam, D. Franciſcus Teſta ſe prima Clericali tonſura inſigniri fecit, & ſub prætextu, quod huiuſmodi inſtitutio reddatur nulla defectu omiſſionis publicationis Edicti, & proptetea habenda

perinde, ac ſi non emanaſſet, inſtetit prò prætatione ad nominationem eiuſdem beneficij, attento quod in limine fundationis expreſſe demandata fuerit huiuſmodi prælatio ſtantibus tempore vacationis Clericis habilibus familiæ de Teſtis. Vnde excitato dubio, an ſuffragetur Franciſco nullitas omiſſionis edicti ad effectum præferendi in caſu, de quo agitur, negatiue reſpondendum cenſui.

1 Quoniam ſemper ſubſtinetur inſtitutio præſentato facta, ſi concurrant omnia requiſita, ſcilicet vacatio beneficij, exiſtentia iuriſpatronatus, habilitas ad obtinendum, & præſentatio intra quatuor menſes (prout in præſenti concurrere non controuertebatur *Textus eſt in cap. Bertoldus* vbi *Abb. num.9. & 12. de iurepatronat. cap. decernimus, cap. monaſterium 16. quaſt.7. Rot. deciſ.337. num.1. part.2. deciſ.301. num.1. part.3. deciſ.232. num.1. part.5. deciſ.87. in princ. part.7. recent. & in Craconien. Propoſitura Sancti Floriani 28. Nouembris 1650. coram Bichio, & in Bononien. iuriſpatronatus prima Iulij 1654. in princ. coram Cardinali Celſo*.

2 Et quamuis inſtitutio ex omiſſione edicti reddatur nulla, tamquam emanata contra formam *cap. fin. de electio. in 6.* cuius diſpoſitio procedit tam in electione, quàm in inſtitutione, vt tradunt *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. pralud.7. dub.21. num.121. cum ſeq. Vinian. de iure patronat. part.2. lib.9. cap.1. 2. 6. Aloyſ. Ric. in prax. quotidianar. rerum Eccleſiaſt. fori part.1. tit. reſol. alienat. rerum Eccleſ. reſol.154. num.1. & per tot. Viuius deciſ.309. num.2. & 3.*

3 Non tamen hæc concluſio viſa fuit applicabilis in præſenti, quia in Epiſcopatu, & Curia Eccleſiaſtica Præneſtina viget conſuetudo, quod poſt præſentationem non ponatur huiuſmodi edictum, vt comprobatur ex reuolutione Bullariorum, vbi apparet huiuſmodi inſtitutiones emanaſſe abſque edicti publicatione, qua conſuetudine vigente, valet inſtitutio, etiam omiſſo edicto, vt late tradit *Lambert. de iurepatronat. lib.2. part.2. quaſt.6. art.14. Vinian. eodem tract. par.2. lib.9. cap.1. num.23. Ric. in pract. quotidianar. rerum fori Eccleſiaſt. part.1. tit. reſol. alienat. rer. Eccleſ. reſol.154. num.2.*

Et quatenus etiam non releuaret huiuſmodi conſuetudo, eo quia alicuius Vicarij ſolertia aliquando publicata fuerint huiuſmodi edicta, ne-

4 que obiectum obſtaret, quia ex edicti omiſſione redditur tantum nulla inſtitutio, non tamen præſentatio in tempore facta, vt eleganter tradunt *Maſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. pralud.7. dub.21. num.122. Vinian. de iure patronat. part.2. lib.9. cap.1. num.6. & 13. Ric. in prax. quotidianarum rerum Eccleſiaſt. fori part.1. tit. reſol. alienat. rerum Eccleſia reſol.154. num.1. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus per eoſdem relatis.*

5 Ac proinde eſſet de nouo admittenda nominatio, & inſtitutio de nouo facienda, vt firmauit *Rot. deciſ.12. num.3. in tit. de iurepatronat. coram Card. Creſcentio ad Clement. Auditor. de reſcript. & deciſ. Aegid. 621.*

6 Vnde excluditur prætenſio Teſtæ, attenta eius inhabilitate de tempore vacationis, dum erat laicus, & incapax ad obtinenda beneficia *cap. cum adeo*, & ibi *Abb. & Decius num.3. de reſcript. cap. ex literis de tranſact. cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. Io. Sylua in tract. de beneſic. 2. par. quaſt.23. num.14. Lambert. de iurepatronat. lib.2. in 2. part. quaſt.7. artic.7. num.2. Hoied. in tract. de incompat. benef. part.1. cap. vltim. num.71. cum alijs congeſtis per Pariſ. de reſignat. beneſic. lib.4. quaſt.2. num.2. & 3.* vbi aſſignat rationem, quia laicus eſt incapax ſpiritualium, prout eſt Beneficium.

7 Quia inhabilitate concurrente nec à Patrono præſentari potuit, nec ipſe Patronum ad eum nominandum, & præferendum ad formam diſpoſitionis teſtatoris cogere poterat, ita in pu[illegible] beneficij de iurepatronatus, tradit *Lambertin. in tract. de iurepatronat. in vltim. part.2. lib. quaſt.2. artic.3. Pariſ. de reſignat. beneficior. lib.4. quaſt.2. num.5.*

8 Tanto magis, quia Teſta tempore vacationis beneficij non comparuit nec declarauit ſe ve[illegible] proxime tonſurari, & adſcribi militiæ Eccleſiaſticæ, quo caſu non erat penitus indigus ad obtinendam præſentationem, cum ante inſtitutionem ſatis erat, quod reciperet Clericalem tonſuram, & alios ordines *Vinian. de iurepatronat. part. [illegible] lib.6. cap.7 num.50. Garz. de benef. part.7. cap.1. n.2[illegible] Pariſ. de reſignat. beneſic. lib.4. quaſt.2. num.6.* vbi ita dixiſſe *Rot. in Imolen. iuriſpatronatus 19. Nouembris 1584. coram Orano.*

9 Hinc non releuat Teſtam nouiſſime Clericum effectum fuiſſe, quia huiuſmodi habilitas non percutit tempus vacationis beneficij, quæ in[illegible]

10 eſt attendenda, nulla habita conſideratione [illegible] bilitatis ſuperuenientis *Peregrin. conſ. [illegible] num. 2 lib.2. Gabr. conſ.143. num.49. lib.1. Cranet. conſ. [illegible] num.5. Caſtren. conſ.16. num.5. lib.2. Ciroch. [illegible] ſcept.48. num.69. Rota deciſ.95. num.29. & 3[illegible] deciſ.218. num.18. part.12. recent. cum alijs relat. in Ciuitatis Caſtellanæ electionis Iuuenum 22. Martij 1[illegible]9. §. quod autem coram Otalora cum alijs per Barb[illegible] ſ. de offic. Epiſcop. alleg.72. num.104.*

11 Et prælatio de conſanguineis demandata à teſtatore regulariter intelligitur de habilibus, & idoneis de tempore vacationis *Vinian. de iurepatronat. part.2. lib.6. cap.7. num.49. Lambertin. [illegible] dem tract. part.3. lib.2. quaſt.5. artic.4. num. [illegible] R[illegible] in Firmana Iuriſpatronatus 18. Martij 1654 §. [illegible] rum coram Albergato, & in Nullius, ſeu Taurinea Prioratus 4. Iulij 1658. coram Card. Carpineo.*

12 Quinimo eiſdem conceſſa cenſetur cæteris paribus, & data æquali conſanguineorum cum extraneis habilitate, *vt per gloſ. & DD. in l. Imperator ff. de pact. Alex. in l. maiorum à num.2. ff. eo[illegible] tit. Aret. in l. pro hærede §. ſi ſepulcrum num.11. ff de acquirend. hæred. Tiraq. de vtroque retract. in præfat. tit. num.44. quos refert, & ſequitur Rot. in Ciuitatis Caſtellanæ Electionis Iuuenum 22. Martij 1069. §. non obſtat verſ. prælatio autem coram Otalora.*

13 Habilitas autem vtrique eſt fundamentum inſtitutionis, adeout ſi habilis præſentetur à minori parte patronorum, & inhabilis à maiori, ſemper

14 habilis præferendus eſt, cum præſentatio inhabilis non veniat attendenda, & perinde habenda, ac ſi facta non fuiſſet, vtporè quia hoc caſu totum ius conſolidatur in præſentante habili *cap. dudum cap. congregato de elect. Caualer. deciſ.231. numer.2. Vinian. de iurepatronat. part.2. lib.11. cap.8. nu.12.*

16 Præ-

15 Præfati vero Hieronymi habilitas iuſtificatur ex relatione examinatorum *Rot. deciſ.613. num.6. decis.931. num.3. coram Buratto, & in Bononien. iuriſpatronatus 1. Iulij 1654. §. vacatio eſt coram Card. Celſo.*

16 De eiuſdem Clericatu, & quod actu ſit Sacerdos conſtat ex literis patentibus ſuſceptorum ordinum *Felin. in cap. poſt ceſſionem num.3. & 15. de probat. Gram. decis.81. num.1. Rota decis.16. de probat. in antiquiſ. decis.152. num.25. part.5. recent. & in Gerunden. Beneficij 4. Iulij 1652. coram Bichio, & in Bonien. iuriſpatronatus 1. Iulij 1654. §. habilitas coram Card. Celſo.*

17 Vacatio eiuſdem Beneficij, ſeù Capellaniæ comprobatur ex fide obitus primi Beneficiati formiter extracta *Rota in Placentina Beneficij 7. Februarij 1650. coram Corrad. & in Bononien. Beneficij 26. Februarij 1652. coram Albergato, & in Bononien. iuriſpatronatus 1. Iulij 1654. §. vacatio eſt coram Cardinali Celſo.*

SVMMARIVM.

1 Idoneitas ad obtinendum beneficium probatur ex relatione Vicarij.
2 Probatur ex fide examinatorum.
3 Ex aſſertione Magiſtri.
4 Ex alia collatione Beneficii obtenti num.8.
5 Reſultat maior ex Presbyteratu, quam ex Clericatu.
6 Et ex literatura
7 Ex licentia exercendi curam animarum.
8 In concurſu magis idoneus admittendus præcipue concurrente voluntate teſtatoris 9.
9 Eſt præferendus qui habet maiores qualitates.
10 Dicitur habere maiores qualitates, qui eſt Sacerdos.
11 Qui eſt ætate ſenior.
12 Qui non habet aliud beneficium, ſi ſit congruum 14. Declara, vt num.35.
13 Qui per multum tempus fuit in exercitio Sacramentorum.
14 Qui eſt doctior, & graduatus 17.
18 Qui eſt de linea Teſtatoris.
19 Qui eſt Diœceſanus.
20 Qui eſt Ciuis.
21 Beneficia potius oriundis, quàm extraneis conferenda.
22 Qui eſt pauperior. Declara vt num.23.
24 Qui diſpenſatione non indiget.
25 Declara vt huiuſmodi qualitates ſuffragentur cæteris paribus.
26 Minus doctus cujus mores ſunt noti præfertur doctiori cuius vita ignoratur.
27 In inſtitutione beneficij eſt præferendus, qui habet maiorem partem vocum.
28 In paritate votorum eſt præferendus, qui maioribus innititur ſtudiis.
29 Et ſi ſit incorruptæ vitæ, nobilitatis, & potentiæ præditus.
30 Limit. ſtante gratificatione Apoſtolica cum derogatione medietatis vocum.
31 Eſt etiam præferendus qui ſaniorem partem Capituli habuit.
32 Præſens in Curia præfertus abſenti Declara vt num.33. Amp. vt num.34.
36 Reprobatus in partibus, ac deinde approbatus in Curia non citato competitore non cenſetur dignior.
37 Approbatio in Curia non approbati in partibus non citato competitore ſuffragatur ſi agatur extraiudicialiter.
38 Gratificationi eſt locus quando præſentati ſint pares in voce, ſi æqualia ſint merita. Declara vt num.39. & 40.
41 Dignior prætermiſſus poteſt ab inſtitutione appellare.

ADNOTATIO I.

Idoneitas ad obtinenda Beneficia ex quibus probetur, & quando magis idoneus præferendus.

1 IDonietas ad obtinendum Beneficium probatur ex relatione Vicarij, cuius conſcientiæ examen, & informationes Pontifex commiſit ex adductis per *Rot. decis.399. per tot. & præcipue num.5. coram Cardinal. Canaler. & decis.613. nu.6. verſ. quæ relatio, & in Engubina Coadiutoria 3. Iunij 1650. §. fin. coram Cerro.*

2 Ampl. vt etiam probetur ex fide examinatorum *Rot. decis.540. num.14. & decis.613. numer 6. coram Buratto, & in Compoſtellana Coadiutoria 7. Februarij 1653. coram Taraconen. §. reſpectu vero Coadiutoris, & in Beneuentana Canonicatus 4. Maij 1654. §. ſufficientia coram Zarate, & in Nicien. Prioratus 5. Iulij 1654. §. Gaſperum vero coram eodem, & in recent. decis.257. num.7. part.1.*

3 Ampl. vt etiam probetur ex aſſertione Magiſtri, cui penitus deferendum eſt *Penia decis.569. num.5. Ottbobon. decis.187. num.2. Celſus decis.214. num.5. Rot. in Ciuitatis Caſtellanæ electionis Iuuenum 22. Martij 1669. ſub §. hinc dictum fuit coram Otalora.*

4 Amp. vt etiam probetur ſi quis obtinuerit ſimile Beneficium in eadem Cathedrali, vel Collegiata *Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad Paroch. prælud.3. dub.3. num.30. ad tradita per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.60. num.89. Ric. dec.419. ſiue reſol.356. Rota in Compoſtellana Coadiutoria 7. Februarij 1653. ſub §. reſpectu vero coram Tarraconen.*

5 Ampl. vt habilitas ad beneficium reſultet maior ex presbyteratu, quam ex ſimplici Clericatu *Abb. in cap. fin. num.5. de præſumpt. Rota decis.13. num 4. de probat. in antiq. relat. per Seraph dec. 968. num.1. & 2.*

6 Amp. vt habilitas reſultet etiam ex literatura, & ad cauſandam inhabilitatem illiteratura requiritur *cap. præcipimus,* & ibi *gloſ.34. diſ. & tradunt ſcribentes in cap. cum in cunctis de election. Seraph. decis.968. num.6. & 7.*

7 Amp. vt etiam habilitas colligatur ex approbatione ad ordinem presbyteratus, & ex collatione Parochialis alias obtentæ, & ex licentia obtenta ab Ordinario exercendi curam animarum *Seraph. decis.968. num.5.*

8 In concurſu igitur magis habilis, & idoneus eſt admittendus, & habenda eſt ratio maioris habilitatis, & idoneitatis *Menoch. conſ.106. num.1. Cyriac. controuerſ.208. num.84. Garz. de benefic. part.7. cap.16. num.39. & ſeq. Burat. decis.680. n.1. Cardinal. Ottbobon. decis.244. num.2. Card. Celſus decis.358. num.5. Amat. Dunozet. decis.118. num.1. tom.1. Rota decis.505. num.1. part.2. recent. & in Ciuitatis Caſtellanæ electionis Iuuenum 22. Martij 1669. §. ipſi enim coram Otalora.*

9 Præcipue attenta teſtatoris explicita voluntate ſi idoneos eligi mandauit, nam tunc in concurſu minus dignus eligi non poteſt *cap. ſtatuimus 15. de maiorit. & obedien. Gutier. conſ.44. num.10. lib.2.*

& canon, quaſt. cap.11. num.55. Rebuf. de nominat. quaſt.21. num.46. Canalcan. deciſ.11. num.5. Rota deciſ.262. num.3. part.10. deciſ.296.num.1.part.11. recent. in Calagnritana Beneficij de Ocon. 20. Iunij 1663. coram Benilaqun, & In Ciuitatis Caſtellana electionis Iunennm 22. Martij 1669. §. ipſi enim coram Otalora.

10 Amp. vt ſit præferendus, qui habeat maiores qualitates, iuxtà regulam *Textus licet ergo 16.q.1. Mandoſ. in regul.19.de infirm. reſignan. quaſt.15. ſub num.21. Hoied. de incompatibilit.benefic. part.prima cap.24. nu 28.& 29. Lambert. de iurepatronat.part.1. lib.2. artic.3. quaſt.10.num.13.& 14.vſque ad n.23. per tot. Caſſad. deciſ.18.num.1.de praben. Amat. Dunozet.deciſ.118.num.2.tom.1.*

11 Et dicitur habere maiores qualitates primo qui eſt Sacerdos *Caſſan. in Cathalog. Gloria Mundi lib.4.per tot.Amat.Dunozet.deciſ.118.num.3. tom.1. & deciſ.946.ſub num.1. tom.2. Rot. deciſ.291. numer.4.part.4. recent. vltra alios relatas ſupra numer.5.*

12 Secundo qui eſt ætate ſenior *Barbat. conſ.23. num.14. verſ. ex quo ego lib.1. Bald. conſ.167. in fin. verſ. & in dubio lib.4. Lambert. de iurepatronat. part.3. lib.2. artic.13. quaſt.5. num.1. Rot. eodem tract. in verbo honorificum quaſt.15.col.2. & in verbo Eccleſia quaſt.4. in fin. Marc. Anton. lib.1. var. reſol.104. num.2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.72. ſub num.105. circa med. Ric. in prax. reſol. 173. in fin. Borgnin deciſ.33.num.5.& 6.part.5. Caſar. de Graſſ. deciſ.169. ſub num.1. de iurepatronat. Amat. Dunozet. deciſ.118.num.4. & deciſ.946. ſub num.1. tom.2. Rota deciſ.291. num.4. part.4.recen.*

13 Tertio qui non habet aliud beneficium præfertur aliud obtinenti *cap. is, cui de praben. in 6.Gonzal.ad reg.8. Cancelar. gloſ.4. num.160. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.alleg.60. num.102. verſ.item qui nullum Ego ipſe in meo Plauſin. conſtit.34.num.6. Borgnin. deciſ.33. num.5. & 6. part.5. Rota dec.26. num.2.verſ.item ſi aliquis de praben in nonis Seraph. deciſ.767. num.1. Amat. Dunozet.deciſ.118.num.6. tom.1.*

14 Sed hoc declara procedere ſi beneficium ſit congruum prò ſubſtentatione Beneficiati, vt in concurſu non habenti beneficium præferri debeat alias non eſt habendum in conſideratione *gloſ. in cap. cum adeo in verbo ſufficientem, & In verbo ſi dignus vbi Barboſ. num.14.de reſcript.Amat. Dunozet. deciſ.946.num.3.tom.2.*

15 Quarto, qui ad eius fauorem militat exercitiũ Sacramentorum, & curæ animarum peractum per multum tempus *Amat. Dunozet.deciſ.946.ſub num.1. tom.2.* Et ſic, qui eſt magis practicus ac verſatus in diuinis Officijs celebrandis, & præcipue ſi alias animarum curam exercuerit *Roc. de Curt. de iurepatronat. in verbo honorificum quaſt.15. num.26. & ſeq. Borgnin.deciſ.32. num.1. part.5. Brixian. in repert.ad deciſ.eiuſdem Borgnin. verb.iuſpatronatus poteſt ſtare num.16. Ego ipſe in meo Plauſinimo conſtit.34 num.7.*

16 Quinto qui eſt doctior *cap. ſi forte diſ.63. Barboſ. de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.60.num.101.circa med. Ego ipſe in meo Plauſinimo conſt.34.num.3.Rot. in Leodien. Prapoſitura Targnen. 19. Iannarij 1650. in fin. princ.coram Cardinal Otthobono Viuia.nde iurepatronat. part.2. lib.12. cap.9. num.22.*

17 Et multo magis ſi ſit graduatus in aliqua ſcientia *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.60. num.101. Ego ipſe in Plauſinimo conſt.34.num.5. Caputaquen.deciſ.277.part.1.Puteus deciſ.200. n. lib.3. Caſar. de Graſſ. deciſ.169. ſub num.9. de iurepatronat.* vbi ſi ſit licentiatus.

18 Sexto dignior eſt habendus, qui eſt de linea teſtatoris, concurrente idoneitate, vt ex *Rot. & Lambert. tradit Barboſ. de officia, & poteſt. Epiſcop. alleg.72. num.201. Vinian. de iurepatronat. part.2. lib.12. cap.9. num.11.Rot.deciſ.291.num.4.par.4.to.1. recen.*

19 Septimo, qui eſt Diœceſanus *Lambertin.de iurepatronat. part.3.quaſt.7. princ.art.4.num.5.& artic.5. Marc. Anton.var.reſol.104.num.2.Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.72. num.202. Rota deciſ.299. per tot. part.1.diuerſ.Puteus deciſ.254. part.1.*

20 Octauo Ciuis præferri debet extraneo vt ex *Lambert. Put. Seraph. & Caſare de Graſſ. & alijs tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.72. num.203. Vinian. de iurepatronat. part.2. lib.12. cap.9.*
21 *num.13.* Beneficia enim potius oriundis, quam extraneis conferri debent *Pariſ. de reſignat. benef. lib.4. quaſt.7. Azor. inſtit.moral.part.2.lib.6.artic.4. quaſt.25. Gonzal. ad reg.8. Cancellar.gloſ.9 §.prim. num.37. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.60. num.203.& ita dixiſſe Rot.coram Vicecomite.& Luta refert Vinian. de iurepatronat. lib.12.cap.9. n.14 part.2.*

22 Nono, qui eſt pauperior *Caſar. de Graſſ dec. 169. alioquin.1. ſub num.9. de iurepatronat. Borgnin. deciſ.33.num.5.& 6.part.5. Barboſ. de offic & poteſt. Epiſcop. alleg.70.num.105. in fin.* vbi ſubdit
23 hoc procedere dummodo Eccleſia non ſit debitis onerata, ex *Rot. in Lambert.* quos allegat, quo caſu diues eſt præferendus *Vinian. de iurepatronat. part.2.lib.12.cap.9.num.10.*

24 Decimo qui diſpenſatione non indiget, ſi ſemur in pari concurſu *Barboſ.de offic.et poteſt.Epiſcop. alleg.60.num.102.circa med.Dec.conſ.54 numer.14. Seraph. deciſ.767. num.2. cum alijs per Viuian. de iurepatronat. part.2. lib.12. cap.9. num. 9. et ſeq.*

25 Declara vt huiuſmodi qualitates ſuffragentur cæteris paribus, ſiquidem in concurſu, ille eſt præferendus, qui ſit maiori habilitate præditus licet prudentia, integritate, & maturitate, & magis vtilis, & aptus ad beneficium, cui perficitur, quo caſu eſſet præferendus licet non eſſet doctior, Sacerdos, vel pauper, vtpote quia huiuſmodi qualitates licet ſint conſiderabiles, non tam faciunt digniorem pro gubernanda Parochia, nam vltra doctrinam ſunt maioris conſiderationis mores, & aptitudo ad munus iniunctum, vt ex *Conar. Ric. et Rota deciſionibus inſinuat Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg.60. ſub num.101. 102. circa med.* vbi ſubdit quod minus doctus
26 cuius mores ſint noti, & approbati præferendus veniat doctiori, cuius vita ignoretur, *Gonzal. ad reg.8. Cancellaria gloſ.4. num.111. et 112. Garz. de benef part.2.cap.2.num.11. Ric. in prax. fori Eccleſiaſt.deciſ.425. in prima editione, reſol.362. in 2. editione.*

27 Amp.7. principalem concluſionem, quod in inſtitutione beneficij ille præferendus ſit, qui habet maiorem partem vocum, cum tunc præualeat,

& po-

& potiora habeat iura,& eſt inſtituēdus ſi ſit idoneus gloſ. in cap. ſi plures 16. quaſt.10. Borgnin. decif.32. num.1. verſ.ſecundo quia, et deciſ.33. num.1. part.5. Paulus de Cittadin. de iurepatronat. part.6. quaſt.27. Mar. Anton. lib.1. var. reſol.104. num.1. Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg.72. num.197. Viuian. de iurepatronat. part.2. lib.12. cap.8. num.1. Mantica deciſ.86. num.4. Card. Seraph. deciſ.875. Rota deciſ.127. part.2.diuerſ.& deciſ.102. part.2. in recen.

28 In paritate vero votorum ille eſt præferendus, qui maioribus innititur ſtudijs, & meritis, iuxta Textum expreſſum in cap. ſi forte diſt.63. gloſ.in cap. obeuntibus §. nunc primo quaritur poſt med. verſ.ſi quid ead. diſt.63. Fr.Sigiſmund à Bononia de elections. dub.47.num.9.verſ.ſi vero vota Rot.in Leodien. Præpoſitura Tongren.19. Ianuarij 1650.coram Cardinal. Otthobono in fin.princ.& in §.ideo cum Canonicus vbi
29 quod ille ſit præferendus, qui ſit incorruptæ vitæ, ac morum integritatis, ſcientiæ, prudentiæ, nobilitatis, ac potentiæ præditus Rurſus Rota deciſ.291. num.4.part.4.tom.1.recen.

30 Sed hoc limita vbi alter præſentatus gratificationem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum ad ſui fauorem expeditam exhibeat, nam hoc caſu licet ætate iunior, ac clericali ſolum militiæ adſcriptus debet alteri licet ætati ſeniori, ac in Sacris Ordinibus conſtituto præferri Rot. deciſ.248. num.3. coram Card. Mantica, & in Hortana iurispatronatus 15. Ianuarij 1649.§.fin. coram Veraſpio.

31 Amp.8. vt etiam præferendus ſit, qui saniorem partem Capituli habuit, vt ſi habuerit ſuffragia Decani, Cantoris, Vicepræpoſiti, & ſimilium, cap. quia propter ibique gloſ.in verbo ſaniori, & in cap. in Geneſi in verbo ad zelum de elect. cap. conſtituimus il 2. de appellat. Butr.in cap. Eccleſia veſtra il 2.num.25.de elect. Alex.conſ.192.num.6.lib.6.Rot. in Leodien. Præpoſitura Tongren.19. Ianuarij 1650. §.ideo cum Canonicus in fin. coram Cardinali Otthobono.

32 Amp.9. vt qui eſt præſens in Curia præferatur abſenti iuxta regulam 16. Cancellaria Gonzal. ad regul.8. gloſ.4. à num.147. vſque ad 159. Amat. Dunozet.deciſ.118.num.5.tom.1.

33 Declara, quod ad hoc vt permanentia in curia ſuffragetur, non debet eſſe occaſione litis eiuſdē beneficij de quo agitur, vt ſubdit Rota deciſ.946. num.2. coram Amat. Dunozet. hinc eſt quod ad
34 effectum obtinendi beneficia, idonea,& benemerita perſona cenſeatur non ſolum ex ſcientia, prudentia, ætate, & moribus, ſed etiam ex reſidentia, & antiquitate in Curia, vt per Lambertin. & alios comprobat idem Gonzal. dicta gloſ.4. num.159.verſ.ecce igitur.

35 Et licet non beneficiatus, vt diximus num.13 præferri debeat habenti beneficium hoc tamen vlterius declaratur, vt non debeat præferri niſi habeat præpollentes qualitates Amat. Dunozet. deciſ.946.num.9.in fin.& num.10.tom.2.

36 Eſt inſuper animaduertendum quod reprobatus in partibus, ac deinde approbatus in Curia non citato competitore non cenſeatur dignior, Amat. Dunozet. deciſ.946. num.12. tom.2. & ita etiam fuit deciſum in Calaguritana beneficiorum 15. Ianuarij 1652. §. facilius coram Bichio.

37 Et approbati in Curia non approbati in partibus licet probet habilitatem, etiam non citato competitore, ſeù contradictore, ſuffragatur tamen quando proceditur extraiudicialiter, ſecùs autem quando proceditur iudicialiter, vt declarando doctrinam Innocentij tradit Felin.in cap.vltim. num.36. verſ. ſed hoc intellige de præſumption. Amat. Dunozet. deciſ.946.num.11. tom.2.

38 Quando vero præſentati ad Iuſpatronatus ſunt pares in voce, vt ſi æqualiter præſentati fuerint vnus ſcilicet à duobus patronis, & alter ab alijs duobus, ſi æqualia ſint merita præſentatorum, datur locus gratificationi Cardinal. in Clement. plures num.3. de iurepatronat. gloſ. in l. quod lex in verbo eligendum vbi Bart. ff. de liber. hom. exhiben.& ex Dec. Rot. Mandoſ.& alijs tradit Borgnin. deciſ.32. num.6. & 14. part.5. Marc. Antonin. lib.1. var. reſol.104. num.2. verſ. tum demum Lambertin. de iurepatronat. lib.2. part.3. quaſt.5. princ. artic.1.num.2. Viuian.de iurepatronat. lib.12. cap.8. num.16. Ego ipſe in meo Plauſinimo conſtitut.34. num.1.

39 Declara, vt ſit locus gratificationi, vel quando duo æque idonei cumulatiue, vel omnibus paribus exiſtentibus pręſentati fuerint gloſ.2. in cap. cum autem 24. de iurepatronat. Abb. in cap. cum autem, ſub num.10. & ibi pulchra Apoſtilla in verbo gratificationi de iure patronat. Roc. in tract. eod. tit. in verbo honorificum quaſt.15. num.4. Lambertin. eod. tract. lib.2. part.3. quaſt.4. artic.12. Card. Pereria de renouat. Emphyteuſ. quaſt.17. num.33. & 34. et quaſt.18. num.27. Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg.72. num.199. Caſar.de Graſſ.dec.169. alioquin.1. num.9 de iurepatronat. Caſſador. dec.2. num.1. circa princ. eod. tit. Caualer. deciſ.436.nu.1. in fin. Rot. in Craconien. Præpoſituræ 26. Februarij 1666. §. fin. coram Emerix.

40 Alias magis idoneus, & habens maiores qualitates eſt gratificandus, & inſtituendus cap.3. de iurepatronat. et ex Azor. Aloyſ. Ric. et alijs tradit Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop.alleg.72.num.200. part.3. Rol. conſ.47. num.70. et 71. lib.2. Ferret. conſ.211. num.8. verſ. ex alio etiam, et ſeq. Rota deciſ.291. ſub num.4. part.4. tom.1. recent.

41 Itaut dignior prætermiſſus poſſit ab inſtitutione appellare, vt tradunt DD. relati per Garz. de benef. part.9. cap.4. et per Barboſ.de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg.72. num.200. part.3.

PRÆNESTINA MATRIMONII.

ARGVMENTVM.

Matrimonium contractum per vim, & metum eſt ipſo iure nullum, & reſcindi poteſt, metus deducitur ex contraria contrahentis auerſione, ex proteſtationibus, lamentationibus, conquæſtionibus ante & poſt matrimonium emiſſis, ex minis, concurrente reuerentia, quæ minanti debetur, ex terrore armorum, ex comminatione mortis, vel corporis cruciatus, & ſimilibus, vt in deciſione exemplificatur.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum, & reſcindi poteſt iure Eccleſiaſtico, & an iure naturæ, num.2.& 3.
4 Amp. etiam ſi fuiſſet iuramento firmatum, & fuerit ſeruata forma S.Conc. Trid.no.36.
5 Iuramentum ſortitur naturam actus, ſuper quo præſtatur.
6 Interpoſitum ſuper contractu nullo per vim celebrato nihil operatur.
7 Non ſupplet defectum conſenſus.
8 Metus probatur ex magna animi auerſione, & repugnantia circa actum geſtum, & ex mæſtitia, lamentationibus, ac lachrymis. num.17.
9 Metus dicitur iuſtus quando quis non poteſt habere recurſum ad Magiſtratum, & è contra ſi poteſt adiri.
10 Metus vt ex proteſtationibus, & lamentationibus inducatur, debent repeti tempore contractus.
11 Lim.1. ſi cum proteſtationibus concurrant aliæ probationes.
12 Lim.2. ſi reſpiciat ad futurum ad impediendum actum, & duret cauſa metus, & ſufficit ſi ante permittantur. num.36.
13 Metus ſemel illatus durare præſumitur, quandiu durat cauſa metus.
Metuculoſi cenſentur omnes actus facti durante cauſa metus etiam ſi præſeferant liberam voluntatem, & lætum animum, ibid.
14 Metus non cenſetur purgatus, niſi perſona cui fuit illatus ſit in plena libertate conſtituta.
15 Libertas excluditur à diligenti cuſtodia.
18 Metus reuerentialis concurrentibus minis reputatur iuſtus ad reſcindendum matrimonium.
19 Metus iuſtus ex minis non reſultat, niſi probetur, quod minans ſit ſolitus exequi minas.
20 Lim. procedere in puris minis, ſecus vbi concurrit etiam reuerentia Minanti debita.
21 Metus à Patre illatus non præſumitur, ideo clariores requiruntur probationes in ſpecie.
22 Metus iuſtus, & cadens in conſtantem virum inducitur ex terrore armorum, vulnerationis, corporis cruciatus, & timore mortis.
23 Minor metus ſufficit in muliere. num.24.
25 Metus arguitur etiam à ſubſequutis poſt matrimonium, vt ſi mulier impugnauerit matrimonium, & conſumare noluerit.
26 Teſtes ſingulares probant metum, etiam ad effectum declarandi irritum matrimonium. 27. Contrarium tenentes quomodo intelligantur.
28 Metus eſt difficilis probationis, probatur propterea indicijs, & coniecturis.
29 In cauſa matrimoniali requiruntur Teſtes omni exceptione maiores.
30 Lim. vbi agitur de infringendo matrimonio ex metu illato præcipuè inter domeſticos parietes.
31 Teſtis dicitur omni exceptione maior, ſi nulla legitima exceptione repelli poteſt.
32 Teſtes Conſanguinei, & domeſtici ſunt idonei Teſtes in cauſa matrimoniali ſi alium non habeant defectum.
33 Fœmina admittitur in cauſa matrimoniali, ſiue agatur de probando, ſiue diſſoluendo matrimonio
34 Teſtis quod ſit omni exceptione maior non requiritur, quando aliundè concurrunt aliæ præſumptiones.
35 Teſtes quando ſunt vltra tres in cauſa matrimoniali numerus ſupplet defectum aliorum, etiamſi agatur de infringendo matrimonio.
37 Metus deducitur ſi ſponſa à Parocho interrogata diu permaneat ad conſenſum exprimendum, ſtante minis antecedenter illatis.

DECISIO CII.

MAtrimonium contractum per Annam Mariam Rullettam, cum Ventura Gori fuiſſe per vim, & metum in conſtantem virum cadentem, ex præſumptionibus, coniecturis, & probationibus hactenus deductis ſatis conſtare viſum fuit, vnde tamquam nullum, & inualidum
1 ipſo iure, reſcindi poſſe pronunciaui, non ſolum ex Conſtitutione, & Eccleſiæ determinatione, *iuxta textum in cap.cum locum, cap.veniens, & cap. conſuluiſti de ſponſal.vbi communiter Canoniſtæ l. nuptias ff.de regul.iur. Couar.in 4.decretal. par.2. cap.3. §.4.in princip. Tuſch. practic. concluſ.in verbo metus concl.215.num.3.& concl.216. num.5.& 6. Nauar. lib.4.conſil in tit.de ſponſal conſil.36. num.10. & in tit.de his, quæ vi &c. conſil.10. num.10. Sanchez de matrim. lib.4. diſp.6. num.1. latè Boſſius de matrim. cap.12.§.9.num.120.cum ſeq. Farinac.par.2.fragmen. crim.in verbo metus num. 40. & ſeq. Rota deciſ. 58. nu.1.poſt primum volum conſil. Farinac.& deciſ.242. ſub num.10.poſt ſecundum volum. conſil.eiuſdem Farinac.*
2 Verum etiam iure naturæ iuxta ſententiam multorum Theologorum, & iuriſperitorum, vt docet *Couar. in Epith.4. decretal. par.2. cap.3. §.5. num.6.* quam ſententiam etiam probabilem teſtatur *Sanchez de matrim.lib.4. diſ.4.num.1. & per tot.*
3 Licet veriùs exiſtimet, quod matrimonium metu contractum non ſit nullum iure naturæ, ſed iure Eccleſiaſtico, & contrarijs reſpondet, & latè de materia *Boſſ.de matrim.cap.12.§.18.& 20.*
4 Quod procedit etiam ſi fuiſſet iuramento firmatum, quia iuramentum ſortitur naturam,
5 quæ à principio ineſt actui ſuper quo præſtatur *l.fin. C.de non numerat. pecun.* vnde iuramentum
6 ſuper contractu per metum celebrato, qui ipſo iure ſit nullus, nihil operatur, etiam in foro con-
7 ſcientiæ, cum deficiat conſenſus, cuius defectum iuramentum non ſupplet, *Couar in Epith. 4. Decretal.cap.3 §.5.num.1.in fin. iuncto num.3. Sanchez de matrim.lib.4. diſp.20. num.11.& 12.* quid quid ſit an ſit petenda abſolutio, *Farinac.par.2.fragm. crim.in verbo metus num.5. latè Boſſius de matrim. cap.12.§.9.n.138.vſque ad fin.*
8 Conſtare enim videbatur de violentia, & metu ex depoſitionibus octo Teſtium pro Anna Maria examinatorum, qui optimè deponunt ſuper ſecundo, & quarto articulo de contraria voluntate eiuſdem Annæ Mariæ, ac totali auerſione deueniendo in virum præfatum Venturam, quam dicunt ſemper, conſtanter habuiſſe, & non ſolum expreſsè continuo declaraſſe, verbis, mœſtitia, lamentationibus, lachrymis, verum etiam eiuſius expreſſiſſe ex iactantia de tradendo potius animam ſuam Diabulo, quam deuenire ad celebrationem huius matrimonij iuxta depoſitionem ſecundi Teſtis ſuper 2.6. 5. & Tertij ſuper 2. 4.& 6. vt in terminis tradit *Rimin. iun. conſil.7 ſub num.24.inter conſil.matrim.diuerſ.lib.1. & dixit Rota deciſ.205. num.1. coram Buratt. & deciſ. 3 6. num.7.& 8. coram Greg.XV. repetita poſt 2.volum. conſil. Farinac. deciſ.242. num 3. Spercl. deciſ. 5 num.2.tom.1.*
9 Quod magis corroboratur ex Nuncijs ad meum vti Vicarium Generalem tranſmiſſis, & recurſu habito extraiudicialiter ſuper quo deponunt ſecundus Teſtis ſuper 2. & 6. & 7. ſuper ſecundo. Vndè ego vocato Patre, & Anna Maria, & explorata eius voluntate. & comperta ſupradicta animi repugnantia, & maxima auerſione, non tam lachrymarum copia, quam aperriſſimis verbis expreſſa, iniunxi patri, ne deueniret iuuita filia ad huiuſmodi matrimonij celebrationem,

prout

prout deſiſtere promiſit, ex qua violentia, & metus incuſſus ex alijs mox dicendis, redditur iuſtus, *leg. fin. in princip. ff. quod metus cauſa Bellon. conſ.18.num.14.Sperell.decis.75.num.20. Greg.XV. decis.326. num.34. poſt 2.volum. conſil.Farinac. decis.242.n.24.& ſeq.*

10 Et quamuis non conſtet huiuſmodi proteſtationes, & lamentationes tempore contractus fuiſſe repetitas, ac proinde inefficaces reddantur *gloſſ. in cap. tua nos in verb. mulierem extra de ſponſal. Ancharan. in cap. quod interrogaſti diſt. 27. relat. per Alex.35.variar.reſol.lib.1. tit.de his, qua vi, reſol.1.ſub num.38.cum alijs relat.per Sperell.deciſ.75. num.18.tom.1.*

11 Tamen receditur ab hac regula, quando vna cum proteſtatione concurrunt aliæ probationes, vt in præſenti, *ita ex gloſſ.in cap.1.de eo, quod metus cauſa, vbi Innocent.Card & DD. communiter, & ex Purpurat.conſ 579.ſub num.4.lib.2. tradit Sperell.deciſ.75.num.53.*

12 Tum etiam quia proteſtatio in ijs, quæ à noſtra voluntate dependent, quoties reſpicit ad futurum, & præmittitur ad euitandum, & dirimendum tractatum, ne ſequatur actus, vel contractus, & duret cauſa metus, vtique ex tunc remouent conſenſum ab actu, & à contractu futuro, vt tradunt *DD. in cap.cum M.Ferrarien. de Conſtit.facit Textus in leg. qui in alienam §.vlt.ff.de acquir.hered.& ex Abb. & Maſcard. tradit Sperell. in puncto Matrimonij deciſ.75.num.53. to.1.& dixit Rota deciſ.803.num.5.coram Seraph.*

13 Siquidem metus ſemel illatus ſemper durat, ſeu durare præſumitur, quandiù duret cauſa metus, adeo vt quicunque actus fiant ſeu ſubſequantur, licet demonſtrent liberam voluntatem, lætumque, iucundumque animum præſeferant, cenſentur quoque facti per metum, non autem ſpontè, & voluntariè, ac proinde metum non purgant, ſed potiùs eum magis confirmant *Maſcard. de probat.lib.2.concl.1055. num.36. Menoch lib.3. præſumpt.4.nu.24.Sanchez de matrim.lib.4. diſp.17. num.7.Vrſil.ad Afflict.deciſ.246.num.5.6.& 7.Boſſ. de matrim.cap.12.§.9.num.129. verſ.nam metus ſemel, Seraph. deciſ.771. num. 7. in fin. & num.8. deciſ.803. num.4. deciſ.1166. num.1. & deciſ. 1177. num.1.Ferentil.ad Buratt.deciſ.205.nu.35. Rota deciſ.663.num.3.poſt 2.volum. conſil. Farinac. & deciſ.172.num.44.par.7.in recent.& deciſ.392. num.3. coram Gregor.XV. cum alijs pleni congeſtis per Farinac. par. 2. fragment. crimin. in verbo metus numer.163.*

14 Metus autem numquam cenſetur purgatus, niſi perſona, cui fuit illatus ſit conſtitura in plena libertate, *cap. cum locum de ſponſal. cap. accedens de procuratoribus*, eo quia paria ſunt, quod quis compellatur, & quod compelli poſſit, *leg.nouiſſimè, quod falſ. Tutor. geſt. & ita ſæpiſſimè reſolutum fuiſſe teſtatur Rota deciſ.363.num. 2.& 3. deciſ.771. num.8.coram Seraph.& deciſ. 115. num. 14. par.7. in recent.per Text.in cap.1 cum gloſſ. in fin. de his, qua met.*

Quod autem Anna Maria numquam fuerit in plena libertate, deducitur quia ſemper fuit ſub cuſtodia Patris, immò poſtquam diſſentire cœpit, & ad me habuit recurſum, abducta, & aſportata fuit à Conſanguineis è Ciuitate Prænestina extra Diœceſim ad Terram Vallis Montani, cauſa remouendi ab eius propoſito, & indurata voluntate, & ad extorquendum conſenſum ad præfatum matrimonium, vt deponunt omnes ferè Teſtes ſuper quarto articulo, quæ abductio, &
15 diligens cuſtodia procul dubio excludunt libertatem, immò plurimum conferunt ad probandum metum, *Rimin.Iun.conſil.77.num.19.inter conſil.matrim. Pariſ.conſil.61.num. 16.lib.4. Barba conſil.14.num.19.lib.1. Boſſ.de matrim. cap.12.§.22.numer.307. Rota deciſ.242.num.22.& deciſ.260. nu.4. poſt 2.volum.conſil.Farinac. & deciſ.859. num.1. coram Seraphino.*

16 Nihil propterea refert, quod huiuſmodi proteſtationes non fuerint repetitæ in ipſo actu celebrationis matrimonij, cum etiam ſufficiat, quod ante permiſſæ fuerint, vt ex *Gemin.conſil.5. n.13. Corn.conſil.41.num.14.Pariſ.conſ.60. num.14. lib.4. Boſſ.de matrim.cap.12.§.22.num.361.*

17 Antecedentes autem, prout etiam conſequentes lamentationes, conquæſtus, lachrymæ, ſuſpiria, animi deliquium, & triſtitia alterius contrahentis manifeſtè denotant, inuitam, ſeù per vim, & metum trahi, vel fuiſſe tractam ad nuptias, & quando alia cauſa aſſignari non poteſt, ipſum metum valdè iuſtificant, *Aymon.conſil.461.nu. 12. Rebuff.conſil.69. num.10. Menoch.lib.3.præſumpt 4. num.11.& præſumpt.126.num.15.Boſſius de matrim. cap.12.§.22.num.362.Rota deciſ.225.num.14.coram Buratt.deciſ.242.num.29.& deciſ.250.num.3.in fin. poſt 2.vol.conſil. Farinac.*

18 Concurrunt vlterius minæ, & verba grauia, quæ coniuncta cum reuerentia Patri, alijſque Conſanguineis debita inducunt, ſeu generant iuſtum metum ad reſcindendum, & annullandum matrimonium, & alios contractus ſufficientem, de quibus minis deponit ſecundus Teſtis ſuper 4.articulo, & quintus, ſextus ſuper 5. ſeptimus ſuper 1. & 2. & octauus ſuper 5. *per Textum in cap. ex literis de ſponſal.impub.* ibi nolens, & inuita nimis parentum impulſa, *gloſſ.in cap.1. in verbo conſenſit de ſponſal.impub ibique Abb.num.4. Anchar.num.4. Alex.de Neuo num.7.& 8. Innoc.in cap. cauſam matrimonij num.1.in fin de offic.delegat.ibique Felin.num.3.Dec.num.17.& 24.Maſcard.de probat. lib.2.concl.1055.num.17. Gutier.de matrim.cap.44. num.32.verſ.nihilominus, & in tract.de iuram.par.1. cap.1.num.15. Theſaur.quæſt forenſ. lib.1. quæſt.51. num.6.Farinac.par.2. fragment crim in verba metus num.55.& 125. Menoch.de arbitrar.caſ.136. Trentacinq.variar.reſol.lib.1. tit.de his, quæ vi, metuſque cauſ.reſol.1.num.7. Sanchez de matrim. vbi innumer. ferè Legiſtarum, Canoniſtarum, ac Theologorum auctoritates cumulat de matrim. lib.4. diſ.6. num. 4. 5. & 7.Boſſius eodem tract. cap.12.§.5. num.62. & 68. Boer.deciſ.100.num.11. Gramm.deciſ.150. numer.4. Afflict.deciſ.69. num.4. verſ.vnde Sperell. deciſ.75. num.62.tom.1.Rota deciſ.463.num.3. par.2.recent.& deciſ.628.num.6.coram Buratt.vbi Adden.Lit.A. & deciſ.242.num.11.poſt 2.volum.conſil.Farinac.& deciſ.771.num.9.coram Seraph.*

19 Et licet in præſenti deficiat probatio, quod Pater Annæ Mariæ fuerit ſolitus exequi minas, vt exigitur, ad hoc, vt ex minis reſultet metus iuſtus, vt notant communiter Canoniſtæ *in cap. 1. de offic. delegat. Medices de caſibus fortuitis*

par.1.

par.1.quæſt.7. num.67. Maſcard.de probat.lib.2. concluſ.1051. num.18.& 19. Menoch.de arbitrar. lib.2. caſ.136.nu.11.& lib.3. præſumpt.126. nu.24.& 25. Tuſch.pract.concluſ.in verbo metus concl.215. nu.10. 11.17.& 18.& concl.217. num.4.5.6.& 17.Sanchez de matrim lib.4.diſ.1.num.21.& 22. Farinac.par.2. fragment.crim in verbo metus num.94.Boſſius de matrim.cap.12.§.5.num.6.cum plurib. ſeqq. Sperell.deciſ.75. num.66. Rota deciſ.463. num.3. par.2. recentiorum .

20 Non tamen aduerſatur, quia procedit vbi ſolæ minæ præceſſerint , ſecus autem vbi concurrit metus reuerentialis ; in quo probatis minis,illius, cui reuerentia debetur , vt puta Patris , Prælati , Mariti, Domini , ſeù Principis , non eſt neceſsè alias probare , quod minans ſit ſolitus , & conſuetus minas exequi , vt reprobatis contrarium tenentibus pluribus docet *Riminald. in repetitione Capituli primi de officio delegati numer.25. verſ.quæ dicta ſunt , & num. 26. 27. & 28. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Ruin.conſil.121.numer.6. lib. 4.* à qua minimè in iudicando recedendum putat *Farinac.par.2.fragment.crimin. in verbo metus num.95. Boſſ.de matrimonio cap.12. §.5.num.61. vbi alios allegat, & num.69.* vbi reprobato *Marco Antonio Cucch.in l.5.inſtit.moral.tit.12.num.33.* ſubdit,
21 quod licet non præſumatur metus à Patre illatus , adeo vt ob amorem erga filios reſiſtat præſumptio iuris pro metus exeuſione , hoc tamen ſibi locum vindicet ad effectum exigendi clariores probationes , vt non ſufficiat probatio in genere , ſecus autem vbi concurrit ſpecialis probatio , vt in præſenti.

Augetur inſuper probatio violentiæ , & incuſſi metus , ex comminatione mortis cum armorum terrore à Patre facta filiæ ſi Venturam in virum ducere recuſaret , de qua 5. Teſtis ſuper 5. & 7. articulo deponit Patrem dixiſſe filiæ *ſe tu non pigli Ventura per Marito ti voglio ſcannare, e volendoli dare fù ritenuto dalli vicini, che ci erano corſi* , & ſuper 7. *ſe domani Maria Angela mia figlia dice di nò , quando il Curato li vuole mettere l'anello io la voglio ſcannare con queſto cortello* , prout etiam deponit ſextus Teſtis ſuper 5. & 7. Teſtis ſuper 1. ibi. *E diſcorrendoſi di queſto matrimonio lei perſiſteua in non volerlo, e ſentij, che il Padre li diſſe, io hò promeſſo, hò dato la parola , voglio mantenerla , ſe non lo pigli , te voglio ſcannare* , prout etiam idem deponit octauus Teſtis ſuper quinto, *vna ſera , ò doi prima , che ſi metteſſe l'anello , ſtando io in Caſa di Lorenzo Rolletti Padre di detta Maria Angela aſſieme con detta Maria Angela ſentij, che detto Lorenzo ſuo Padre gli diſſe ſe tu dimani , ò poſdimani quando ſi mette l'anello dici di nò , cioè di non volere detto Ventura , ti voglio ſcannare con queſto cortello , e lei ſi meſe à piangere* . Metus autem iuſtus cadens in
22 conſtantem virum inducitur ex terrore armorum vulnerationis , corporis cruciatus , & ex timore mortis , *Alex.conſ.156.num.4. verſ.3.præſuppono lib.5.* vbi loquitur etiam ſi arma non extrahantur , dummodò ſint parata ad extrahendum *Cepoll.conſil.2.num.5. verſ.quarta coniectura, Pariſ. conſil.53.num. 51.& conſil.58.numer.64. lib.4. Surd. conſil.513.num.31.Honded.conſil.29.num.36.& 40. lib.1.Sebaſt.Medices de caſibus fortuitis par. 1. qu.7. num.7.Maſcard de probat.lib.2.concl.1051.num.49. Menoch.lib.3.præſumpt.4. num.9. & præſumpt.126. num.27.Sanchez de matrim.lib.4.diſp.5. num 5.Farin.par.2.fragm.crim.in verb.metus num. 87. & 88. Boſs.de matrim.cap.12.§.5.num.51.52.et 53. Ioſeph Ludou.deciſ Lucen.18.numer.1. et 2.Rota deciſ.242. num.28.poſt 2.volum.conſil.Farinac.et deciſ.643.n.2. et 10.par.1.recent.deciſ.213.num.1.et 2.coram eodem Buratt.deciſ.516. numer.18. par.5. tom.2. deciſ.40. num.3.deciſ.202.num.3.et deciſ.343.num.17. par.6. recent.*

23 Quod redditur valdè conſiderabile attenta qualitate mulieris teneræ ætatis in qua minor metus ſufficit propter eius imbecillitatem *iuxta gloſs.in cap.cum locum de ſponſal.Butrins , & Abbas in cap.conſultationi num.4.eod.tit. Dec.in cap.cum in omnibus num.3.ff.de reg.iur. Aret.conſil.24. numer.7. Menoch.de arbitrar.lib.2. Cent.2.caſ.135.nu.4.* Sanchez *de matrim diſp.3.num.12.lib.4.Boſs.de matrim. cap.12.§.22.num.353. Farinac.par.2. fragm.crimin. in v.metus n.73. et 74.* Seraph.*deciſ.771.n.4.Buratt. deciſ.205.n.19.Greg.XV. deciſ.326.nu.25.deciſ.374. n.7. Rot deciſ.202.n.6.par.6.et deciſ.115.n 12.par.* [illegible] *& deciſ.173.n.10. et 11.ead.par.7.*vbi quod in mu-
24 liere propriè non exigatur metus præcipue quando numquam fuerit in ſua libertate.

Conferunt etiam ſecuta poſt celebratum matrimonium ad comprobandam præfatam animi auerſionem , violentiam , & metum incuſſum , dum Anna Maria numquam voluit aſpicere dictum Venturam,ſed maximum in [illegible] odium habuit , & quamuis à Patre, aliiſque Conſanguineis repetitæ fuerint minæ , & [illegible] mor , numquam tamen potuerunt eandem diſponere ad conſumandum matrimonium , ſed ſemper impugnauit , immò talia dedit [illegible] vt pro vexata , & energumena habita fuerit , de
25 quibus deponunt omnes ſupradicti Teſtes à ſubſequutis enim poſt matrimonium , quod etiam arguatur metus , & violentia tradunt *DD. relati per Sperell.deciſ.75.num.54.tom.1.Ciarlin.controuerſ. forenſ.cap.163.num.13.par.2.Trentacinq. var. reſol. tit.de his, quæ vi metuſque cauſ reſol.1.num.* [illegible] *.Gregor.XV.deciſ.351.num.43.poſt 2.volum.conſil.Farinac. deciſ.242.num.30.Rota deciſ.643.nu.1* [illegible] *.par.1. recent.& deciſ.205.num.14.coram Buratto.*

26 Quibus Teſtibus vtique eſt adhibenda fides & quamuis eſſent ſingulares , bene probant metum etiam ad effectum declarandi irritum matrimonium , eo magis in præſenti , quia in multis ſunt Conteſtes, *Surd.conſil.395.num. 26.lib.3.conſil.513. num. 33. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ.7. gloſſ.2. par.5.num.82.Boſſ de matrim.cap.12.§.22.num.346. Farinac.de Teſtib.quæſt.64.numer. 275. Gabr.eod.tit. concl.2.num.56.Gramm deciſ.5. num.14.& 15.Rota deciſ.205.num.17.coram Buratt. vbi Ferentil.nu.32. deciſ.202.num.4.par.6.recent. deciſ.242. num.33.& deciſ.260.num.21.poſt 2.volum. conſil. Farinac.* vbi
27 ſubdit,quod DD.qui in contrarium allegari poſſunt, vel procedunt, quando agitur de probandis minis ſolis , & propter ſe , non autem pro eruendo metu , iuxta diſtinctionem *Anchar. Silueſt.Aldobrandin. Angel. & Crot. in locis in deciſione relatis , vt etiam animaduertit Boſſius loco citato .*

28 Quinimmò cum metus ſit difficilis probationis , probatur indicijs , coniecturis , & leuioribus probationibus ad tradita per *DD. in l.metus C.de bis,*

bis, quæ vi, Farinac par. 2. fragment. crimin. in verbo metus num. 181. Menoch. de arbitrar. qq. caſ. 136. nu. 1. & lib. 3. præſumpt. 4. num 5. & præſumpt. 125. num. 9. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1052. nu. 2. & 3. Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 22. num. 340. & ſeq. Seraph. deciſ. 771. num. 1. & 2. Gregor. XV. deciſ. 26. num. 5. Rota deciſ. 315. num. 1. par. 5. tom. 1. deciſ. 115. nu. 17. par. 7. in recent. & deciſ. 112. nu. 13. coram Mantica.

29 In nihilo retragante quod in cauſa matrimoniali requirantur Teſtes omni exceptione maiores, *cap. 1. vbi gloſſ. in verbo maiores de conſanguinit. & affini. vbi Butr. num. 8. Abb. ſub num. 5. cum alijs per Gabr. de teſtib. concl. 8. num. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1019 num. 4. Alciat de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 39 num. 5. Farinac. de teſtib. quæſt. 62. lim. 6. num. 101. Gratian. diſcept. 754. num. 44. tom. 4. Rota deciſ. 209. numer. 8. par. 1. diuerſ. cum alijs relatis per Sperell. deciſ. 75. num. 1. tom. 1. & per Boſſ. de matrim. cap. 5. §. 11. num. 69. & ſeq.*

30 Quia vbi agitur de infringendo matrimonio ex metu ſponſæ præcipuè inter domeſticos parietes illato, non exiguntur Teſtes omni exceptione maiores; ſed admittuntur qui alias non admitterentur *per textum in l. conſenſu §. præterea*, ibi, *quoniam non facile, quæ domi geruntur per alienos poterant confiteri C. de repud. & probatur ex c. veniens il ſecondo in fin. de tex. ibi, quæ in capitulo aguntur non facile poſſunt niſi per canonicos ipſos probari Purpurat conſ. 579. num. 11. in fin & num. 12. Paul. de Caſtr. conſ. 36. nu. 1. Gab. in tit. de teſtib. concl. 10. n. 38 Sperell deciſ. 75. num. 35. tom. 1. & firmauit Rot. dec. 351. num. 6. & 7. coram Gregor. XV. & dec. 112. n. 4. coram Card. Mantica.*

31 Vltra quod cum dicti teſtes nulla legitima exceptione repelli poſſunt, vtique omni exceptione maiores dici debent *Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 1[illegible]3. num. 4. & 5. Couar. in 4. Decretal. 2. par, cap. 8. § 12. num. 7. & 8. Gutierez de matrim. cap. 14. nu. 10 & 11. Farinac. de teſtib quæſt 62. num. 1, Sanch. lib. 2. de matrim. diſ. 37. nu. 11. verſ. debent autem & lib. 3. diſ. 41. nu. 7. Franciſ. Molin. lib. 1. de ritu nuptia. 8. n. 5. Sperell. in puncto deciſ. 75. num. 25. et 26. Boſſ. de matrim. cap. 5. §. 2. num. 21.*

32 Quoniam in hac materia, domeſticitas familiaritas, affinitas, & conſanguinitas, non reputatur legitima exceptio, ac proinde conſanguinei, & domeſtici, niſi alium patiantur defectum cenſetur in cauſis matrimonialibus teſtes omni exceptione maiores etiam vbi agitur de infringendo matrimonio, quia magis præſumuntur informati, vt probat textus *in cap. videtur extra, qui matrim. accuſ. poſſ. Farinac. de teſt. quæſt. 55. nu. 308 Guttier. de matrim. cap. 44. num. 84. cum pluribus ſeq. Alberic. de Roſ. in tract. de teſtib. tit. quando teſtes repellantur ratione domeſticitatis num. 21. & in noſtris terminis tradit Sperel. deciſ. 75. num. 25. & 26. & 27. tom. 1. & plenè firmauit Rot. deciſ. 351. à nu. 7. cum ſeq. & per totam coram Gregor. XV. deciſ. 112. à n. 2. vſque ad 12. coram Mantic. deciſ. 280 n. 3. p. 1. diuerſ.*

33 & quod etiam admittantur fœminæ, tam in probando, quam in diſſoluendo matrimonio, comprobat *Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1019. num. 8. per text. in cap. videtur nobis qui matrim. accuſ. poſſint.*

34 Facit etiam quod qualitas ſcilicet, vt teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores non requiratur, quando aliundè concurrunt aliæ præſumptiones, & adminicula ex tota facti ſerie reſultãtes, vt in hoc caſu pulchrè *Rota dicta deciſ. 351. num. 9. coram Gregor. XV.*

35 Immo quando teſtes ſunt vltra tres, certum eſt, vt in quacunque cauſa matrimoniali, etiam vbi agitur de infringendo matrimonio numerus ſuppleat defectum illorum, qui alias non eſſent omni exceptione maiores, iuxta ſententiam, quam ſemper Rota amplexa fuit, vt teſtatur *Sperell. deciſ. 75. num. 29. tom. 1. Farinac. de teſtib. qu. 62 num. 316. late Cæſar. de Graſſ deciſ. 175. alias 5. de ſponſal. num. 9. Gregor XV. dec. 351. num. 5. Cardin. Mantica deciſ. 112. num. 14. Rot. deciſ. 289. num. 2. par. 1. diuerſ.*

36 Hinc non obſtat, quod huiuſmodi matrimonium fuerit celebratum ſeruata forma Sacri Concilij Tridentini, ſcilicet coram Parocho, & teſtibus; quia metus antea ſemel illatus influit in omnes actus ſubſequentes, & remouet conſenſum ab actu, ex quo non proueniat ex libera voluntate, ita *Boſſius de matrim. cap. 12. § 9. num. 129 & in ſimili dixit Rot. deciſ. 705. num. 4. in fin, par. 2. recen.*

37 Quod magis ſibi locum vindicat in caſu noſtro, dum Anna Maria ſemel, atque iterum à Parocho interrogata, anceps permanſit, & diu ſteriead conſenſum exprimendum, vt colligitur ex depoſitionibus nonnullorum ſupradictorum teſtium, ex quo etiam deducitur metus, dum Pater, & alij incutientes, præſentes reperiebantur, vt in ſua libertate conſtituta verè dici non poterat, vt benè animaduertit *Sperel. dec. 75. n. 30. & 31.* vbi alios allegat.

Et ita, &c.

S V M M A R I V M.

1 Metus probatur coniecturis, & præſumptionibus, dummodo ſint releuantes, ſecus ſi leues.
2 Coniecturæ, & præſumptiones per quas probatur metus plurimum pendent à depoſitionibus teſtium, qui ſenſu corporeo perceperint actus inferentes metum.
3 Metus, vt ſit releuans debet cadere in conſtantem virum.
4 Non probatur ſi non allegatur cauſa metus, vt corporis cruciatus, carceris, mortis, priuationis hæreditatis, &c.
5 Dicitur iuſtus, & cadens in conſtantem virum, ſi ea eo timetur amiſſio omnium, vel maioris partis bonorum.
6 Pro vt etiam ex denegatione victus, & domus.
7 Exhæredationis dicitur cadens in verũ conſtantem, & æquiparatur metus mortis.
8 An dicatur iuſtus Iudicis arbitrio relinquitur, n. 9.
10 Inducitur ex importunis precibus, & ſollicitationibus illorum præſertim, qui iuberi poſſunt.
11 Præcipuè concurrente reuerentia; vt ſi proueniant à Principe aduerſus ſubditum à Patre aduerſus filium.
12 Contrarium niſi cum precibus importunis coniungantur etiam minæ.
13 Lim, primam ſententiam procedere ſi probetur, quod importunè moleſtas ſit ſolitus male tractare inobedientes.
14 Valet matrimonium contractum imperio Principis.
15 Minæ quando inducunt iuſtum metum.
16 Si ſint illatæ à perſona potẽte non exigitur probatio, quod minans ſit ſolitus minas exequi.
17 In metu eſt inſpicienda qualitas perſonarum incutientis, & patientis,
18 Plus creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille de ſpontanea voluntate. Amp. vt num 19. Contrarium n. 20. & 21, Declara et n. 22.
23 Metus iuſtus oritur ex comminatione excommunicationis iniuſtæ, præcipue ſi ſuperior adiri non poſſit 24.
25 Metus iuſtus inducitur ex timore amittendi libertatem.

28 Prout etiam ex timore amiſſionis honoris.
29 Item præſumitur cum quis in aliqua domo etiam priuata retineatur clauſus.
38 Metu præſumitur contractum matrimonium ſi iuuenis fuit repertus cum Puella in eius domo cum ea concubere, a conſanguineis, & illud ex eorum minis contrahit Declara vt n.29.
30 Profeſſio redditur nulla ex ſolo metu reuerentiali,
31 Contrarium ſi vlterius non præcedant minæ.
32 Votum emiſſum præcepto regio, vel paterno non eſt nullũ.
33 Metus non præſumitur, quando facile, haberi poteſt recurſus ad Superiores.
34 Metus pro annullando matrimonio ſufficit vt ſit talis, qui cadat in conſtantem mulierem.
35 Eſt nullum aſtante metu licet ſit celebratum in præſentia conſanguineorum, Amp.& Intelige vt nn.36.37,& 38. Amp.etiã ſi præceſſerint ſponſalia volũtaria Declarat 39
40 Metus probatur ex confeſſione extraiudiciali incutientis,
41 Præſumitur ex tractatu præcedenti.

ADNOTATIO I.

Metus iuſtus ex quibus deducatur ad reſcindendum contractus, & matrimonium.

1 Licet metus præſumptionibus, & coniecturis probetur, non tamen coniecturæ metum probant, ſed illæ, quæ arbitrio Iudicis ſunt tantum graues, veriſimiles, & propinquę, ſecus autem ſi ſint leues remotæ, aut inueriſimiles, *Maſcard.de probat.lib 2 concl.1052 num.9.Famia. Centolin.in adnot.ad deciſ.40. poſt prim.conſ. crim Farin, lit.A. Boſſ.de matrim. cap.12.§ 22.n.343. cum ſeq, ad text.in l.non eſt ff.quod met.cauſ.*

2 Quæ præſumptiones, & coniecturæ, vt plurimum pendent à depoſitionibus teſtium, qui ſenſu corporeo perceperint actus inferentes metum *Pariſ.conſ.53.num.08. vol.4.Corſet.in ſingul. in verbo teſtis deciſ.conſ.534. in fin.Maſcard.lib.concl.1052 num.7. cum alijs allegatis per Rot.dec.315.nu.2.p.5, tom.1. recen.*

3 Ad hoc autem, vt metus ſit releuans debet cadere in conſtantem virum, ſecus ſi ſit vanus, & non cadens in virum conſtantem textus eſt in *cap, veniens il ſecondo de ſponſal.ibi niſi metus cohactus, Anton.de Butr.in cap.conſultationi in 4.notab. ibique Præpoſitus in vltim.notabili, & Abb.num.4 de ſponſal. Dec.in cap.cauſa matrimonij num.7.de offic.deleg. latè Boſſ.de matrim.cap.12.§.5.num.38.iuncto n.39, 40.& 58,*

4 Et metus non probatur, ſi non adducatur cauſa metus, vt corporis cruciatus, carceris, mortis priuationis bonorum, vel hæreditatis, negationis victus, & alimentorum, & ſimilium *Farinac. par.2. fragment.crim.in verbo metus num.84.& 85. Sanchez de matrim, lib.4.diſ.5.num.4, Menoch. de arbitr.cap.135. à num.5, vſque ad fin.Ioſeph. Ludou. deciſ.Lucen.18.num.6. Rot.dec.49.n.5.par.6.rec.*

5 Et quod metus dicatur iuſtus, & cadens in virum conſtantem, quando ex eo timetur amiſſio omnium bonorum, aut maioris eorum partis eſt textus in *cap.cum dilectus, quod metus cauſ. & cap, 2.eod.tit. vbi communiter. Canoniſtæ Bart.in l. ſi ob turpem num.6.de condit.ob turpem cauſ,* vbi quod huiuſmodi timor æquiparatur morti, *Ruin.conſil, 33.num.9. lib.1. Dec.conſ.690.num.8, Crauet, conſ, 49.num.7. Menoch.de arbitrar.caſ.135. num. 9. Sebaſtian. Medices de caſ. fortuit.p.1.quæſt.7. num.7, verſ.quinto modo probatur Sanchez de matrim. lib 4. diſ.5,num.20, vſque ad 26.Maſcard.de probat,lib.2. concl.1051. num.54. Farinac.par. 2.fragment. crim. in verbo metus num.89.Amat.Dunozet. dec.975.nu, 10. tom.2.*

6 Prout etiam quod deducatur ex denegatione victus, & domus, quæ metus incuſſio æquiparatur morti *ad l.necare ff.de lib.agnoſcen.cap.paſce 86. diſt.* vel ſaltem indicat nimiam puta patris ſęuitiam erga filium, quæ qualitas præcipuè in perſona cui debetur reuerentia eſt multum conſiderabilis *Rot.deciſ.205.num 5.& 6. coram Burat. & dec.976. num.12. & 19.coram Amat. Dunoz.*

7 Metus enim exhæredationis dicitur cadens in virum conſtantem, & æquiparatur metui mortis *Bart.in l.ſi ob turpem num.6 ff. de condit. ob turpem cauſ.Odd.de reſtit.in integ.par.1.quæſt.7.n.9.19.et 80 Gail.ſingul.obſeruat.cent.3.obſer.17.late Boſſius de matrim.cap.12.§.5.à num.47.vſque ad 52. Burat.deciſ.205. num.7.8.& 9.*

8 Ad iudicandum, vero an metus ſit iuſtus iudicis arbitrio relinquitur, cuius arbitrium regulari debet attenta perſonarum qualitate, grauitate minarũ, verborũ, corporis cruciatus, & ſimiliũ, vt probat tex.in *l.metu autē cauſa ff.ex quib.cauſ.maio. gloſ.in l.interpoſitas in verbo cruciatum C.de tranſact. Abb.in c.cum virum n.8.de regul.Pariſ. conſ.53.nu. 90. conſ.60.num.17.conſ.170.num.19. lib.4. Gram. conſ.13.num.47.& voto 30.num.8.& deciſ.18.n.18. cum alijs relat. per Menoch.de arbitr. quæſt. caſ.135. num.4. & 5. & caſ.136. num. 2.* vbi quod conie-

9 cturæ inferentes metum cum in iure definitæ non ſint Iudicis arbitrio relinquitur ad metum probandum, vel excludendum *Maſcard.de probat.lib. 2.concl.1051.num.21.*

10 Metus iuſtus, & cadens in conſtantem virum inducitur ex importunis precibus, aſſiduiſque ſollicitationibus, petitionibus moleſtijs, illorum præſertim, qui iubere poſſunt, aut poten... ſunt *l.1.et 2.vbi notant omnes ff.de ſeruo corrup. Medic.de caſu fortuit par.1.quæſt.num.7, verſ.vigeſimo ſecundo arguitur Sanchez lib 4. de matrim. diſ.7.nn.4. & 8. Farinac. qui alios plenè allegat. par.2.fragm. crim. in verbo metus num.98.plenè etiam Boſſ. de matrim. cap.12. §.3.num.69. vſque ad 80.*

12 Præcipue concurrente metu reuerentiali, qui ſatis dicitur probatus, quando probantur perſuaſiones, & importunæ preces, in perſona cui debetur reuerentia, vt in Principe aduerſus ſubditum, in Patre aduerſus filium, & in Domino aduerſus ſeruum *Tuſch pract. concl. in verbo metus concl.219. num.3. Sanchez de matrim. lib. 4. diſ.3. num.5. & 6. Farinac.par.2. fragment.crim. in verbo metus num.99. Boſſ.de matrim. cap.12. §.7.n. 117* vbi in antecedentibus numeris refert alias DD. ſententias *Oſaſch.deciſ.Pedemont.179.num.4. Amat.Dunoz.deciſ.976.n.20.tom.2.*

12 Contrarium, quod preces importunæ nõ ęquiualeant metui cadenti in conſtantem virum, nec inferant cohactionem ad annullandum matrimonium, & reſcindendos contractus, niſi cum ipſis precibus importunis coniungantur etiam minæ, vel earum expreſſa, vel ſaltem tacita comminatio, ſine qua importunę, preces habent tantum vim diſponendi, ſeù impellendi voluntatem, non autem choarctandi, & incutiendi iuſtum metũ, qui poſſit violenter mouere virum conſtantem, ſed

ſed tantum ſuauiter per naturalem applicationẽ, ita Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 7. n. 118.

13 Limit. primam ſententiam, vt metus iuſtus nõ inducatur ex importunis precibus, & affiduis moleſtijs, etiam Principis, & potentis, niſi etiam probetur, quod ſic importunè moleſtans, et obſecrans ſit ſolitus male tractare non obedientes ſuis precibus, qua probatione non concurrente, quod
14 valeat matrimonium contractum ex imperio, vel precibus Principis tradit Rolan à Valle conſil. 83. num. 25. & 26. lib. 2. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo metus concl. 123. num. 4. & concl. 224. num. 20. & in verbo preces concl. 484. n. 4. pro vt etiã videtur voluiſſe Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 7. n. 4. verſ. vltimo quin imò & n. 7. Farinac. par. 2. fragm. crim. in verbo metus n. 102.

15 Minæ verò tribus concurrentibus inducunt iuſtum metum, primo quod periculum magnum comminatum ſit, puta de perſona, vel de bonis, ſecundo quod perſona minans damnum veriſimiliter poſſit inferre, cui reſiſti non poſſit, tertio quod minans ſit ſolitus minas exequi Rol. à Valle conſ. 83. num. 28. lib. 2. Adden. ad Iulium Clarum in §. teſtamentum quæſt. 87. lit. A.

16 Limit. quod quando minans ſit Princeps, vel perſona potens, tunc minæ inducunt iuſtum metum, etiam ſi non probetur conſuetudo illas exequendi, Roman. in l. interpoſitas num. 4 C. de tranſact. Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 6. num. 22. Farin. par. 2. fragm. crim. in verbo metus num. 97.

17 In metu enim multum inſpici debet qualitas perſonarum, quæ metum patiuntur, & incutiunt, gloſ. & Innocen. in cap. cum dilectus de eo quod met. cauſ. Calderin. conſ. 1. num. 2. tit. eod. Mandel. de Alb. conſ. 77. num. 2. Dec. conſ. 30. num. 24. lib. 4. Honded. conſ. 29. num. 28. in fi. vbi de communi lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 135. num. 4. & 5. Surd. deciſ. 194. nu. 20 & 30. Seraphin. deciſ. 771. num. 3. Rot. deciſ. 202. n. 5. par. 6. in recen.

18 Et cum metus in animo conſiſtat, probatio ſpontaneæ voluntatis fere impoſſibilis eſt, vndè plus creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille de ſpontanea voluntate, & ratio eſt, quia deponentes de ſpontanea voluntate deponunt de actu mentali, intrinſeco, & inuiſibili, qui ſoli Deo notus eſt, cum actus extrinſecus indicans prouenire ex libera voluntate poteſt eſſe in apparentia liber, ſed intrinſecè inuoluntarius, alij vero deponentes de metu atteſtantur de minis, & tormentis, vel ſimilibus alijs actibus denotantibus violentiam, & meticuloſam coactionem, quæ omnia ſenſu corporis percipiuntur, vt tradunt DD. copiosè relati per Maſcard. de probat.
19 lib. 2. concl. 1053. n. 1. 2. & 5, vbi ſubdit qood hęc concluſio vera ſit etiam ſi vnicus teſtis deponat prò metu, quia illi magis creditur, quam mille negantibus, vel ſpontaneam voluntatem affirmantibus, dummodo dictum dicti teſtis coadiuuetur depoſitionibus aliorum teſtium ſaltem de auditu deponentium, hanc eandem ſententiam amplexi ſunt Menoch. de arbitr. caſ. 116. nu. 17. Pariſ. conſ. 53. num. 61. & conſ. 60. num. 21. lib. 3. Larrea deciſ. Granaten. 63. n. 15. circa med. p. 2.

20 Contrarium, quia libera voluntas probatur per actum extrinſecum facti, vel verbi, & voluntas, & conſenſus excludit omnem violentiam ex-

pulſiuam l. potuit C. de iure deliberand. l. de quibus ff. de legat. ita Signor. de Homed. in conſ. 75. n. 76. cum
21 quia etiam metus conſiſtit in mente, ac proinde eadem ratio militare debet in depoſitione ſuper metu, ſicut ſuper ſpontánea voluntate, vndè non videtur, quod magis credendum ſit affirmantibus quam negantibus metum dummodo pares ſint.

22 Declara, vt prima ſententia procedat, quando teſtes deponentes de metu reddant rationem, deducentes metum, ex actibus, ex quibus reſultat metus, & inducitur violentia, & meticuloſa coactio, ſecunda vero ſententia ſibi locum vindicat quando teſtes ſimpliciter deponunt de metu, & actus metum inductiuos non deducunt, & tunc eis non eſt magis credendum, vt ex Bal. Barbat. & Alciat. tradit Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1053. num. 4. Sperel. dec. 79. n. 66.

23 Metus iuſtus, & cadens in conſtantem virum oritur ex comminatione excommunicationis, dũmodo ſit iniuſta, ſecus ſi iuſta Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. num. 50. & 51. Cardin. Tuſch. pract. concl in verbo metus concl. 215. num. 12. Sanchez de matrim. lib. 4 diſ. 5. num. 16. & 17. & diſ. 13. num. 3. verſ. ſecundo principaliter Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus num. 103. & 104. & 105. vbi
24 ſubdit quod excommunicatio iniuſta tunc producat metum iuſtum, & cadentẽ in virum cõſtantem, ſi ſuperior faciliimè adiri non poſſit ad excommunicationem tollendam ex Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 5 num. 18. late Boſſ. eodem tract. c. 12. §. 5. num. 53. & 54.

25 Vlterius periculum amittendi libertatem, ſeù timor ſeruitutis incurrendæ, aut amittendi inſtrumenta, quibus perditis quis poſſit timere ſeruitutem, inducit metum iuſtum. Sanch. de matrim. diſ. 5. num. 6. lib. 4. Boſſ. eodem tract. cap. 12. §. 5. num. 51 fol. mihi 423.

26 Prout etiam metus iuſtus inducitur ex timore mutationis ſtatus, vel iacturæ honoris proprij cũ viris probis, & bonis iſte metus maior, quam mortis eſſe debeat, vt inquit Paulus Iuriſconſultus in l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. & notat gloſ. in c. cũ dilectus in ver. nec metu mortis, quod met. cauſ. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. n. 53. Gram. deciſ. 5. num. 10. & deciſ. 16. num. 12.

27 Pariter ſi quis in aliqua domo etiam priuata retineatur clauſus, & aſtrictus, tunc quidquid agit præſumitur metu actũ, vt reſpondet, Vlpian. in l. 1 §. penult. ff. de vi, & vi armata, vt etiã obſeruatum eſt in l. ſuccurritur ff ex quib. cauſ. maior. Hip. Rimi. inter conſ. matrim. conſ. 77. num. 19. vol. 1. Petrus Barbob. inter. conſ. matrim. conſ. 24. num. 21. vol. 1. cum alijs per Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. n. 45. verſ. octauo limitabis.

28 Hinc eſt quod metu dicatur contractum matrimonium, ab eo qui duxit in vxorem puellam, cum qua fuit repertus iacens in lecto á patre, vel ab alijs conſanguineis text. eſt in cap. veniens il ſecunda de ſponſal. Alex. conſ. 99. num. 7 verſ. vnde dato li. b3. & conſ. 156. n. 6. & 7. lib. 5. Ferret. conſ. 7. vbi tradit cautelam, qua vti debet repertus in ſtupro cum puella, & ob id coactus eam in vxorem ducere, quomodo poterit metum probare Medices de caſibus fortuit. par. 1. quæſt. 7. num. 57. verſ. quadraginta duo amplia Maſcard. lib. 2. de probat. concluſ. 1051. num. 48. Menoch. lib. 3. de præſumpt. 4. num. 7.

Card. Tuſch. practic. concl. in verbo metus concl. 215. num. 9. 15. 19. & 22. & concl. 216. num. 2. & 3. Thom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 12. n. 14. Farinac. fragm. crim. par. 2. in verbo metus num. 49. Boſſius de matrim. cap. 12. §. 5. num. 55. verſ. vbi deſinit. & nu. 67. Burat. deciſ. 213. num. 1. & ſeq. & dec. 86. nu. 23. repetit. in recen. deciſ. 643. num. 21. verſ. item quia fuit celebratum par. 1.

29 Sed hoc limita procedere ſi parentes puellę incutiant metum ad compellendum iuuenem, ſeù ſtupratorem ad ineundum. & celebrandum matrimonium, ſecus vero ſi iuuenis repertus cum puella à conſanguineis volentibus illum occidedere ob iniuriam ab eodem receptam, & ſic habentibus animum ad vltionem, & vindictam, & non ad compellendum ad matrimonium, offerat matrimonium, & ducere promittat ad mortem euitandam, & cum eadem legitimè contrahat, valet matrimonium, nam tunc metus mortis incuſſus non tendit ad contrahendum matrimonium, & conſequenter non irritat matrimonium *Boſſius de matrim. cap. 12. §. 9. num. 128. verſ. tertio ſi iuuenis.*

30 Quod autem matrimonium ſpirituale, ſeu profeſſio reddatur nulla, ſeu inualida ob ſolam Patris reuerentiam, tenet *gloſ. in cap. præſens in verbo Patrem 20. quæſt. 3. & tradunt DD. late congeſti per Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus nu. 56. & per Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 6. num. 17.* & ita declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur *Diana reſol. moral. par. 3. tract. 2. reſol. 92. Sperel. deciſ. 79. num. 28.*

31 Contrarium quod non irritetur ex ſola reuerentia, ſeu metu reuerentiali, non præcedentibus minis, aut verberibus, probari videtur *in cap. fin. qui Cleric. vel Monac.* vbi quod votum emiſſum

32 præcepto regio, vel parentum non ſit nullum *Menoch. lib. 3. præſumpt. 127. nu. 8. & tenet Sanchez. & DD. per eum relati de matrim. lib. 4. diſ. 6. nu. 17. 18. & 19.* & contrarijs reſpondit, *cum alijs allegatis per Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus num. 57. & tradunt alij relati per Sperel. deciſ. 79. num. 28.*

33 Non tamen præſumitur metus, quando quis facile poteſt habere recurſum ad Superiores, præcipue vbi quis viuat in Ciuitate, vbi reſidet Epiſcopus, Princeps temporalis, vel Supremi Magiſtratus, ad quos facilis poteſt haberi recurſus pro remouendo metu, vnde ex loci qualitate militat præſumptio iuris in contrarium, *Rol. conſ. 83. n. 33. & 34. lib. 2. conſ. 135. num. 12. lib. 4. Pariſ. conſ. 135. num. 12. lib. 4. Rot. deciſ. 236. num. 4. coram Card. Seraph. deciſ. 516. num. 19. par. 5. tom. 2. & deciſ. 343. num. 18. 19. & 20. par. 6. recen.*

34 Metus vero pro annullando matrimonio ſufficit quod ſit talis, quod cadat in conſtantem mulierem, vt probat *Butr. in cap. conſultatione in 4. notabili ibique Abb. num. 4 de ſponſal. Boer. deciſ. 100. num. 2. Gregor. XV. deciſ. 374. num. 18. & 19. Burat. deciſ. 205. num. 21. Amat. Dunozet. deciſ. 975. nu. 12. tom. 2.*

35 Et matrimonium metu contractum redditur nullum etiam ſi celebratum ſit in præſentia conſanguineorum, & amicorum, nam licet quo ad forum exteriorem ob præſentiam conſanguineorum, & amicorum videatur ceſſare ſuſpicio, ſeu præſumptio metus, *Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 23. Menoch. lib. 3. præſumpt. 128. n. 1. & 2. Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus num. 149. & 151. Rot. deciſ. 783. num. 12. & deciſ. 198. num. 9. poſt ſecundum vol. conſ. crim. Farinac.*

36 Tamen ſi tempore celebrati contractus matrimonij in præſentia conſanguineorum vere non ceſſauit metus, ſed illius cauſa duret, vtique matrimonium eſt nullum in foro conſcientiæ. *Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 12 & ex Molin. & Gutier. tradit Boſſius de matrim. cap. 12. §. 9. num. 130.*

37 In foro vero externo quamuis ceſſet præſumptio metus, eſt tam allegans metũ audiendus, cogitur tamen grauiorem, & duriorem metum probare, & grauiores metus coniecturas afferre, & maiores, & efficaciores probationes deducere ad tollendam huiuſmodi præſumptionem metus excluſiuam, vt ex *Molin. Guttierez. Sanchez. Felin. Burz. de Paz. & Gometio tradit Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 9. num. 131. fol. mihi 438.*

38 Ampl. vt matrimonium metu incuſſo contractum ſit nullum, etiam ſi præceſſerint ſponſalia voluntaria vt poſt *Couar. de ſponſal. par. 1. cap. 4. num. 6. dixit Rot. deciſ. 86. num. 33. coram Burat. repetita in recenſ. deciſ. 643. num. 29. in fin. par. 1. & deciſ. 213. num. 8. coram eod. Burat. Boſſius de matrim. cap. 12. §. 9. num. 137.*

39 Declara procedere quando de facto à parte ad ſponſalia adimplenda incuſſus fuerit metus cadens in conſtantem virum, vel in conſtantem mulierem, ſecus vero ſi Iudex remedijs iuris communis cogeret partem repugnantem ad ſponſalia adimplenda, quia hæc non dicitur coactio violenta, ſed remedium iuris ad adimplendam promiſſionem, *ad textum in cap. veniens il 2. de ſponſal. vbi Hoſtien. et alij ſcribentes Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 13. num. 9. verſ. ad primum Boſſ. de matrim. cap. 12. §. quæſt. num. 137. circa medium Burat. deciſ. 213. num. 9.*

40 Metus etiam probatur ex confeſſione extraiudiciali illius, qui metum incuſſit, quando ſcilicet quis ſe iactauit, quod ſua opera matrimonium contractum fuit, *Boſſius de matrim. cap. 12. §. 22. num. 359. Rot. deciſ. 643. num. 18. par. 1 recen.*

41 Immo quando præceſſit tractatus de inferendo metu ad matrimonium contrahendum, quamuis deinde non appareat, quod in ipſo actu contracti matrimonij fuerit illatus, nihilominus præſumitur, *Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 77. num. 4. Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 6. Boſſius de matrim. cap. 12. §. 22. num. 358. Rot. deciſ. 643. nu. .. par. 1. recen. & 86. coram Burat.*

SVMMARIVM.

1 Metus expreſſe purgatur per nouum conſenſum libere præſtitum.

2 Purgatur ex confeſſione mulieris, quod non fuerit per vim inducta ad contrahendum matrimonium.

3 Purgatur etiam tacite metus per ſubſequentes actus libere factos conſenſum inducentes.

4 Limita procedere dummodo colligi poſſit huiuſmodi actus non fuiſſe factos in aliam cauſam, quam ad metus purgationem.

5 Excluditur metus, & conualidatur matrimonium ex ſubſecuta copula ſponte habita, ſecus ſi duret eadem cauſa metus 6.

7 Copula carnalis quando cenſeatur ſpontanea.

8 Lim.

8 Lim. vt non cenſeatur purgatus metus ſi à muliere allegetur fuiſſe coactam copulam ſubſecutam, quid ſi allegetur à viro prima ſententia affirmat num. 9. negat num. 10.
11 Metus purgatur ex diuturna cohabitione coniugum.
12 Et temporis diuturnitas ad hunc effectum relinquitur arbitrio Iudicis.
13 Declara vt huiuſmodi præſumptio procedat in foro iudiciali, ſecus in foro conſcientiæ ſi vere non adſit animus ratificandi.
14 Declara 2. quod ad hoc vt cenſeatur purgatus metus, & matrimonium conualeſcat requiritur ſaltem in foro conſcientiæ ſcientia nullitatis prioris matrimonij.
15 Metus purgatur, & ratificatur matrimonium per oſcula, amplexus, tactus venereos ſpontaneos ceſſante tamen cauſa metus.
16 Matrimonium meticuloſum per ſpontaneos actus inducentes ratificationem conualidatum, ſi impedimentum ſit occultum non eſt iterum celebrandum ſeruata forma Concilij Tridentini.
17 Metus purgatur ſi quis potuit recedere, & non receſſit, ex actu inſolito, ex petitione dotis, ex lætitia, & tripudiatione, & ſimilibus.
18 Declara procedere dummodo dicti actus referri non poſſint ad aliam cauſam.
19 Declara 2. procedere dummodo actus ſint ſpontanei, & ceſſante cauſa metus.
20 Metus ſemel illatus durare præſumitur, niſi per actus contrarios ſit ſublatus, præcipue durante cauſa metus 21. non obſtante longiſſimi temporis lapſu 22. Et niſi præcedat plena libertas 23.
24 Non cenſetur purgatus ex actuum vicinitate.
25 Nec cenſetur purgatus per vultus lætitiam, ſeu per alia ſigna exteriora, ſi appareant metus indicia, ſed ſimulata præſumuntur.
26 Nec cenſetur purgatus per receptionem iocalium poſt matrimonium metu contractum.
27 Profeſſio metu emiſſa non ratificatur per perſeuerantiam in Religione, per ſuſceptionem ordinum, & alios actus à Religioſis fieri ſolitis, durante eadem cauſa metus.

ADNOTATIO II.

Ex quibus excludatur metus, & ratificetur matrimonium metu contractum.

1 Metus vel expreſſe, vel tacite purgari poteſt, & tunc expreſſe metus cenſetur purgatus, & matrimonium prius nulliter metu contractum conualeſcit, ſi nouo conſenſu expreſſo. ſpontaneo, & libero ratificetur prior conſenſus coactus, dummodo alter, qui abſque metu conſenſerat adhuc in primo conſenſu perſeueret, non tamen exigitur vt cõſenſus vtriuſque contrahentium ſit ſimul tempore, adeo vt ſi conſenſus illius, qui metus non eſt paſſus fuerit legitimus ad valorem matrimonij ſufficit conſenſus ſpontaneus illius, qui metum paſſus eſt, ac proinde ſi ab initio matrimonium celebratum fuerit coram Parocho, & teſtibus, & impedimentum metus ſit occultum, vt matrimonium conualeſcat non oportet vt iterum coram Parocho, & teſtibus celebretur, ſed exuberat ſi occulte fiat ratificatio, ſeu præſtetur libere nouus conſenſus, quia per primum actum fuit ſatisfactum, ſeu ſeruata forma Sacri Concilij Tridentini, & in foro externo matrimonium pro valido reputabatur, *Henriquez. lib. 11. cap 3. §. 7. lit. H. Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 37. num. 8. Franciſcus Molinus lib. 2. de ritu nuptiar. differ. 17. num. 40. et 70. Boſſ. de matrim. cap. 2. num. 23. et cap. 12. §. 23. num. 381.*

2 Amp. vt etiam expreſſe excludatur metus ex confeſſione, & declaratione mulieris ſe non fuiſſe metu inductam ad matrimonium contrahendum, & huiuſmodi declarationi, & confeſſioni eſt ſtandum, cum pendeat ab animo, & ſtet pro matrimonio *ex notatis in cap. cum cauſam de officio delegat. Boſſius de matrim. cap. 12. §. 23. num. 380. Burat. deciſ. 628. num. 8.*

3 Tacite vero purgari poteſt metus, vt reconualeſcat primum matrimonium, per ratificationem libere factam per ſubſequentes actus, ex quibus iuxta iuris diſpoſitionem inducitur, ſeu præſumitur tacitus conſenſus matrimonialis de præſenti, vt alijs congeſtis tradit *Boſſius de matrim. cap. 12. §. 23. num. 382.*

4 Ad hoc autem vt metus cenſeatur purgatus per actus contrarios, requiritur quod illi, per quos inducitur purgatio metus non poſſint referre in cauſam, quam ad metus purgationem ſecus ſi colligi poſſit in aliam cauſam factos fuiſſe *Aret. conſ. 14. num. 18. Roland. conſ. 2. num. 91. et ſeq. lib. 1. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 179. ſub num. 11.* vbi quod dicta intelligi debeant, ſi ceſſet cauſa metus *Rot. deciſ. 397. num. 5. par. 4. tom. 1. recen. Boſſ. de matrim. cap. 12. num. 402. vbi alios allegat.*

5 Hinc eſt quod excluditur metus, & ratificatur matrimonium metu à principio contractum, ex eius conſumatione, ſeu ſubſecuta copula ſponte, & voluntarie affectu coniugali habita, etenim per coniugalem copulam ſpontaneam ſtatim incipit valere matrimonium ex nouo conſenſu tacito reſultante ex actu ſpontaneæ copulæ ſufficiente ad conualidandum matrimonium, ita habetur *in cap. ſignificauit de eo, qui duxit, et cap. inſuper. qui matrim. acc uſar. poſſ. Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 3. Molin. lib. 1. de ritu nuptiar. comparat. 3. num. 26. 30. et 47. Guttierez de matrim. cap. 76. n. 21. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 18. num. 2 Maſcard. de probat lib. 2. concluſ. 1051. num. 35. Scraph. deciſ. 87. num. 1. Burat. deciſ. 628. nu. 7. late Boſſius de matrim. cap. 3. num. 78. et cap. 12. §. 23. nu. 383. Rot. deciſ. 58. num. 7. in fin. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* ſecus

6 autem ſi non ſit voluntaria, ſcilicet ſi duret cauſa metus, nam tunc non præſumitur voluntaria ſed violenta, *Abb. in cap. veniens il 1. num. 6. de ſponſal. et in cap. conſultationi num. 6. eod. tit. Pariſ. conſ. 58. num. 69. lib. 4.* cum ſimul ſtare poſſit quod mulier fuerit cognita, & quod fuerit inuita, coacta, & non conſenſiens, *Gail. practic. obſer. 93. num. 27. lib. 2. Franciſ. Molin. lib. 1. de rit. nuptiar. comparat. 3. num. 40. et 41. Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 18. n. 14. Rot. deciſ. 859. num. 1. et 2. deciſ. 771. num. 10. coram Scraph. deciſ. 58. num. 7. deciſ. 69. num. 13. et 14. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* cum alijs *late congeſtis per* Boſſ. *de matrim. cap. 12. §. 23. num. 383. vſque ad 389.*

7 Cenſetur autem ſpontanea, & voluntaria copula, quoties ſequatur ceſſante coactione, & cauſa metus, vt metum paſſus ſit conſtitutus in ſua plena poteſtate, vt ſi nactus liberam occaſionem recedendi, aut aufugiendi, ſponte coit, vel ſi à vinculis, à carcere, vel à clauſa domo exiens vxor ad virum, vel vir ad vxorem ſponte rediret, & cum ea congrederetur, præcipue ſi potuiſſet Iudicis auxilium implorare, & conquerere, & non fecerit, *Molinus lib. 1. de ritu nuptiar. comparat. 3. num. 47. et ex Graſſio, Genuen. et Menoch. tradit.* Boſſ. *de matrim. cap. 12. §. 23. num. 384.*

8 Non tamen hoc caſu cenſetur purgatus metus

ſi ex

ſi ex parte mulieris allegetur copulam carnalem ſubſecntam, fuiſſe pariter violentam, & coactam, vt ex *Oſtien. Couar. et Mcnoch. tradit. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 87. n. 7. verſ. ſed altercatio*

9 Si autèm ex parte viri aſſeratur coactè copulam perfeciſſe, nihilominus qnod ſit verum, perfectumque matrimonium, etenim in viro coeunte non poteſt metus aliquis cōſiderari, quia ſi metus adeſſet, ceſſaret deſidetium, ſine quo non poteſt adeſſe erectio, fruſtra adhibetur coeundi conatus, ſed mulier, quæ tantum paſſiuè ſe habet, etiam innita, & coacta coguoſci poteſt, adeò vt inter virum, & vxorem non militet eadem ratio, & hanc eſſe veriorem opinionem dicit, & ſequitur *Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 31.* quam etiam ſequuntur *Hoſtienſ. Didac. Petrus de Vbald. Dominicus Sotus relat. per Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 87. num. 7. verſ. ſed altercatio,* ibi, *ſed in viro*.

10 Contrarium vero quod matrimonium non dicatur contractum, quando ſequitur copula poſt matrimonium metu contractum, cum, ſicut vt teneat matrimonium conſenſus directus debet eſſe liber, ita à fortiori conſeuſus indirectus ſcilicet reſultans ex ſubſecuta copula per quandam conſequentiam, qui non poteſt cenſeri liber, ſed ex eodem metu incuſſo elicitus, niſi vir poſt matrimonium per metum contractum fuit poſitus in plena libertate, ac proinde etiam ſubſecuta copula ex parte viri durante cauſa metus redditur meticuloſa, & inſufficiens ad conualidandum matrimonium, & emiſſa ad effugiendum periculum, & timorem mortis, ſeu minarum, & ad aſſedandos conſanguineos, eoſque retrahendos, ne deueniant ad executionem incuſſi metus, & hanc poſteriorem opinionem putat eſſe veriorem *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 87. num. 7. ſub verſ. ſed altercatio circa medium* ibi *contrariam opinionem ex Abb. & Præpoſito in cap. conſultationi de ſponſal. Butr. & Henric. Boic. in cap. bis, qui fidem de ſponſal. & ibi Præpoſitus Pariſ. conſ. 58. lib. 4.*

11 Ampl. 2. vt metus, & prius matrimonium metu nulliter contractum conualidatur, ſeù conualeſcit per diuturnam, ſeù longam cohabitationem viri, & mulieris mutuam, & ſpontaneam, non obſtante quod vnus, ac alter potuiſſet recedere, ex qua perſiſtentia in figura matrimonij metus præſumitur purgatus, vt probat *textus in cap. ad id de ſponſalibus,* vbi quod per ſpontaneam cohabitationem anni cum dimidio cenſeatur matrimonium nouo conſenſu ratificatum, & ratio eſt, quia huiuſmodi diuturna cohabitatio eſt ſignum taciti conſenſus de præſenti, & iure antiquo inſpecto faciebat ſponſalia tranſire in matrimonium, & conualeſcere matrimonium alias occulte nullum, *Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 1. Medices de caſib. fortuit. par. 1. quæſt. 7. num. 43. & 57. verſ. quod ſi metu, Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus num. 58. Gail. pract. obſer. 93. num. 41. lib. 2. Maſcard. de probat. lib.* 322. *concluſ. 1051. num. 35. Mcnoch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 24. cum alijs allegatis à Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. num. 390. & 391.* vbi quod habitatio quo ad temporis diuturnitatem relinquatur arbitrio Iudicis, cum textus *in cap. ad id* per modum narrationis caſus, & non per modum præſcriptionis temporis faciat mentionem anni cum dimidio, ac proinde quod Iudex in dubio conſiderare debeat quantitatem moræ, ſeù temporis, & opportunitatem recedendi, & fugiendi, vt tradit *Abb. in dicto cap. ad id de ſponſalib. & alij DD. ſupra citati.*

13 Declara vt huiuſmodi præſumptio ſibi locum vindicet in foro iudiciali, in quo ex cohabitatione inducitur præſumptio ratificationis prioris matrimonij vt tradunt *ſcribentes in cap. ad id de ſponſal.* ſecus vero in foro conſcientiæ, in quo nullius temporis habitatio poſtquam metus ceſſauit ratificabit matrimonium, ſi non adſit animus illud ratificandi, vt ex *Sanchez. & Gutierez. tradit Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. n. 393.*

14 Declara. 2. tam ſecundam ampliationem, quam primam ad hoc vt in dictis duobus caſibus purgationis, ſeu ratificationis, ſcilicet per ſpontaneam copulam ſubſecutam, aut diutinam cohabitationem, cenſeatur metus purgatus, & matrimonium per præfatam ratificationem ex conſenſu tacito factam conualeſcere, requiritur ſaltem quo ad forum conſcientiæ, vt ratificans matrimonium ſciat prius nullitatem prioris matrimonij, ſecus autem ſi ex errore, ſeu ex credulitate quod prius matrimonium fuiſſet validum, affectu coniugali coiret, vel cohabitaret, nam tunc non cenſetur ratificatum, nec conualeſcit prius matrimonium, vt ex *Gutierez, & Sanchez. tradit Boſſ. de matrim cap. 12. §. 23. num. 394.*

15 Ampl. 3. quod purgatur metus, & ratificatur matrimonium metu contractum per præparatoria, & conatum ad copulam, ſcilicet per oſcula, amplexus, tactus venereos affectus tamen coniugali factos, & per ſpontaneam ſponſæ ad domum viri traductionem, ſecus autem ſi huiuſmodi actus ſubſecuti fuerunt durante cauſa metus, vel ſi vim, & metum paſſus non fuerit in ſua libertate conſtitutus, cum tunc ſimulata, & commentitia præſumantur, *Alciat. reſponſ. 5. num. 38. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 362. num 93. Alex. de Neuo conſ. 99. num. 5. ad fin. verſ. quantum autem Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 18. num 12. Roſel. in verbo impedimentum, impedimen. 10. num. 8. Silueſt. in Matrimonium 8. quæſt. 11. dicto 7. Boſſ. de matrim. cap. 12 §. 23. numer. 395. Rot. deciſ. 69. num. 7. poſt primum vol. conſ. Farinac. & deciſ. 043. numer. 24. par. 1. in recent.*

16 Et ſi matrimonium meticuloſum fuit ab initio cum debita ſolemnitate Concilij celebratum, ſcilicet in facie Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus, & impedimentum metus ſit occultum reualidatur, & ſtatim conualeſcit per antedictos actus ceſſante metu libere ſubſecutos, nempe copulam, cohabitationem amplexùs, oſcula, & ſolemnem traductionem, adeo vt non exigatur noua ſolemnitas à Concilio præſcripta, ſecus ſi dictum impedimentum ſit publicum, *Franciſcus Molinus lib. 2. de ritu nuptiar. differ. 17. n. 39. 40. & 70. cum alijs relatis per Boſſ. de matrim. cap. 2. n. 32. & cap. 12. §. 23. n. 396.*

17 Amp. 4. vt metus etiam purgatur, & excluditur quando poſt illatum metum, potuit metum paſſus ex loco tute recedere, & non receſſit, vel poterat fugam arripere, quia nemo impediebat,

vel

vel ſi vir fecerit actum inſolitum, vt ſi tribus annulis ipſam mulierẽ ſubharrauit, vel ſi mulier metum paſſa detulit ſemper annulus, quos omittere potuiſſet, vel quando vir poſt aliquod tempus petijt ſibi dotem promiſſam numerari, prout etiam ſi poſt aliquos dies metum paſſus viſus eſt hilaris, ridere, tripudiare, & non mœſtitiæ, ſed lętitiæ ſignum oſtendere, vt alijs congeſtis latè comprobat *Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. à numer. 397. vſque ad 401.*

18 Declara procedere dummodo præfati actus ſint tales, vt ex eiſdem nulla alia præſumptio capi poſſit, quam purgationis metus, & ratificationis, adeo vt ſi actus ſubſequentes ad aliam cauſam referri poſſunt, aut alia præſumptio aut interpretatio capi poſſit, quam ratificationis, & approbationis contractus metu geſti nihil operantur, nec inducunt metus purgationem, *Bart. in l. 2. num. 10. C. de ijs, quæ vi Franciſcus Molinus lib. 2. de ritu nuptiar. differ. 17. num. 67. & 68. Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 18. num. 9. Nouel. conſ. 17. à numer. 1. Boer. deciſ. 100. numer. 13. Oſaſch. decis. Pedemont. 179. num. 11. Rot. decis. 705. num. 2. par. 2. in rec.*

19 Declara 2. quod ad hoc vt per actus ſubſequentes cenſeatur purgatus metus, & contractus meticuloſus ratificetur, & conualeſcat, actus debent eſſe ſpontanei, & voluntarij, ac omnino liberi, & quod omnino ceſſauerit cauſa metus, aliàs per eoſdem actus non purgatur metus, neque contractus meticuloſus ratificatur, *Boſſius de matrim. cap. 12. §. 23. num. 404.*

20 Certi enim iuris eſt, quod metus ſemel illatus durare præſumitur, niſi per actus contrarios ſublatus doceatur, *Bart. in l. 2. num. 10. C. de ijs, quæ vi Oſaſch. dec. Pedemont. 179. ſub num. 11. verſ. hinc refert. Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. num. 405. Rot. decis. 263. n. 5. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. & dec. 705. n. 2. par. 2. in rec.*

21 Quod indubitanter procedit, metus cauſa durante, nam ipſe metus ſemper durare præſumitur, & ita influit ad ſuſſequentes actus, vt eoſdem efficiat meticuloſos, ac nullius roboris, & momenti ad inducendam purgationem, præcipuè durante vita illius, qui metum incuſſit, ſeu durante eodem cogendi, & nocendi poteſtate, propter quam ſemper viget metus, & timor futuræ malæ tractationis, *Grat. conſ. 38. num. 4. lib. 2. Neuiz. conſ. 52. num. 2. Dec. conſ. 119. nu. 7. & conſ. 468. num. 5. & conſ. 690. num. 12. Rol. conſ. 2. num. 37. lib. 1. conſ. 95. num. 32. lib. 1. Calder. conſ. 1. num. 4. tit. quod met. cauſ. fiunt Marſil. ſign. 325. Surd. conſ. 301. n. 23. Hond. conſ. 23. num. 41. lib. 1. Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus nu. 163. Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 22. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. n. 36. Gail. pract. obſer. 93. num. 30. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 87. num. 5. Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 18. num. 7. Aloyſ. Ric. collect. decis. par. 1. collect. 154. & par. 4. collect. 878. Oſaſch. decis. Pedemont. 172. num. 11. Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. num. 406. & 410. Mantic. decis. 112. ſub num. 13. Gregor. XV. decis. 392. num. 2. Seraph. decis. 771. num. 8. decis. 851. num. 1. decis. 863. num. 3. decis. 881. decis. 887. num. 2. decis. 1166. num. 1. dec. 1177. num. 1. Burat. dec. 205. num. 29. vbi Ferentil. in addit. lit. C. Rot. dec. 42. n. 2. poſt primum vol. conſ. crim. Farinac. vbi Fanian. Ctutolinus in adnot. lit. B. decis. 162. num. 1. & 2. poſt 2. vol. conſ. crim. eiuſdem Farinac. dec. 579. n. 6. par. 2. decis. 315. num. 12. par. 5. tom. 1. decis. 402. nu. 7. p. 6. recent.*

22 Adeo vt actus ſubſequentes durante cauſa metus non purgant metum etiam ſi quodcunque temporis longiſſimi ſpatium intercedat *Oſaſch. decis. Pedemont. 177. num. 11. Farinac. par. 2. fragment. crim. in verbo metus num. 163. Rot. decis. 263. num 3. in fin. verſ. quod verum eſt poſt ſecundum vol. conſil. Farinac. Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. n. 409.*

23 Et niſi præcedat plena libertas, ſeu metum paſſus ſit in plena libertate conſtitutus ſemper præſumitur durare metum, ſeu eius cauſam, vnde metus purgatio non poteſt argui, ex eo quod puella modicæ ætatis, poſt matrimonium metu contractum ſit in loco, à quo aufugere potuerit, & non aufugit, cum ſola nunquam auſa fuiſſet talem fugam attentare, ſi erat ab omnibus deſtituta, immo ſub cuſtodia retenta, latè *Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. num. 412. Rot. decis. 863. dec. 1177. num. 2. decis. 771. num. 8. decis. 887. num. 2. dec. 851. num. 7. coram Seraph. dec. 263. num. 6. poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 440. num. 4. par. 1. recent.*

24 Prout etiam poſt incuſſum metum non cenſetur purgatus ex actuum vicinitate, & breui temporis ſpatio. Propterea repertus cum puella ſi coactus fuerit contrahere matrimonium, non cenſetur purgaſſe metum ſi ſtatim, ſeu breui ſpatio poſt matrimonium meticuloſum deuenerit ad amplexus, oſcula, vel etiam ad copulam, dummodo non fuit in plena libertate conſtitutus, *Boſſ. de matrim. dicto cap. 12. §. 23. n. 413. Rot. decis. 643. n. 27. cum ſeq. par. 1. rec.*

25 Non enim per lætitiam vultus, riſus, ſeù per alia ſigna exteriora præſeferentia iucunditatem cenſetur purgatus, & ſublatus præcedens metus & ratificatum matrimonium metu contractum, ſed huiuſmodi actus cenſendi ſunt ſimulati, ſi appareat metus indicia, & duret illius cauſa, adeo vt mulier metum paſſa ſi admiſit maritum ad oſcula, amplexus, & actus ſimiles, non cenſetur liberè paſſa eadem oſcula, & amplexus, neceſſitate, & non voluntate cogente, & quia illi vtẽdum foret diſſimulatione propter metum ei incuſſum, ac proinde in eiſdem actibus non poteſt fieri magnum fundamentum, *Gail. pract. obſer. 93. num. 32.* vbi quod multi riſum ſimulant, & premunt nihilominus alta mente dolorem, *Bald. in l. 2. num. 10. C. quod met. cauſ. Innocen. in cap. ſuper hoc num. 2. de renunciat. Hippol. ſing. 325. num. 6. & ex Menoch. Gennen. Abb. & alijs latè tradit Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. à num. 414. vſque ad finem* Rot. *decis. 69. num. 7. poſt primum vol. conſ. Farinac. & decis. 263. num. 3. poſt 2. vol. conſ. Farinac. & dec. 859. n. 7. dec. 863. n. 5. dec. 873. n. 3. & 4. dec. 837. coram Seraph.*

26 Neque etiam metus cenſetur purgatus per receptionem iocalium, ſeu munerum poſt matrimonium metu contractum, vt ipſum matrimonium conualeſcat, ſed adhuc ex vicinitate actuũ dicitur durare metus, ſi appareat eandem durare cauſam, poteſtatem, & ſuperioritatem eius, qui ab initio metum intulit, *Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. n. 419. Seraph. dec. 851. n. 6.*

27 Pariter per perſeuerantiam in Religione, & per

per emiſſionem aliorum actuum à profeſſis fieri ſolitorum, immo etiam per ſuſceptionem ordinum poſt profeſſionem metu emiſſam non purgatur metus, nec profeſſio ratificatur, ſi huiuſmodi actus emittantur, dum durat eadem cauſa metus, vel eadem poteſtas, & ſuperioritas cogendi, prout ab initio, puta filius à Patre, vel à Vitrico coactus, & compulſus fuit ad ingrediendam religionem, vt ex *Oſaſch. & Menoch. tradit Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 23. num. 422. Rot. dec. 851. n. 1. coram Seraph. dec. 705. n. 1. par. 2. in rec.*

ROMANA PIGNORVM,

ARGVMENTVM.

Furti pœna tenetur recipiens pignori ſcienter res furatas, & tenetur Domino reſtituere abſque recuperatione pretij crediti, & quid ſi ignoranter.

Hæbrei verò in Vrbe vigore capitulorum ſi rationem bancariam exerceant, & recipiant in pignus res alienas an, & quando teneantur ad pœnam, & ad reſtitutionem ſine recuperatione pecuniæ, diffusè recenſetur.

SVMMARIVM,

1 Furti pœna tenentur recipientes ſcienter pignori res furatas, & ad reſtitutionem abſque recuperatione ſortis creditæ.
2 Ignoranter vero recipientes tenentur ad reſtitutionem, non autem ad pœnam.
3 Hæbrei Bancherij in Vrbe vigore capitulorum à Pontifice conceſſorum ignoranter recipientes pignori res furatas non amittunt pecuniam creditam. Declara vt ibidem.
4 Ius municipale facit ceſſare ius commune.
5 Hæbrei recipientes pignora quando non habeant occaſionem dubitandi, quod res ſint alienæ.
6 Ignorantia præſumitur niſi probetur ſcientia.
7 Et excuſat à pœna.
8 Dolus, & fraus de iure non præſumitur.
9 Hæbrei bancherij, & fœneratores in Vrbe poſſunt tutè ſuper pignoribus ad alios ſpectantibus mutuare vigore capitulorum, nec tenentur reſtituere pignus ipſis non ſoluta ſorte principali.
10 Scientes veriſimiliter rem eſſe alienam tenentur ad reſtitutionem ſine pretio.
11 Bancherius cognoſcens res non eſſe proprias famuli pignorantis tenetur perquirere Domini conſenſum.
12 Hæbrei Bancherij in quibus caſibus teneantur perquirere Domini conſenſum, vt tutè recipiant in pignus res deta à non vero Domino, & num. 13.
14 Recipiens in pignus ſi non adhibuerit diligentiam in indaganda veritate ordinis cenſetur conſtitutus in dolo, & tenetur liberè reſtituere.
15 Hæbrei Bancherij recipientes pignora cum ſchedola Domini, ſi detegatur eſſe aliena, tenentur reſtituere vero Domino, reſtituto pretio.
16 Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.
17 Et eam longiùs non producit ad faciendum comprehendi caſus, qui de ſui natura non continentur.
18 Argumentum à contrario ſenſu deſumi poteſt licet ſequatur correctio iuris communis attenta voluntate, & diſpoſitione Papæ.
19 Priuilegium fauorabile eſt ampliandum, & non reſtringendum.
20 Priuilegium pœnale eſt reſtringendum, nec trahendum ad caſus ſimilitudinarios non expreſſos.

DECISIO CIII.

D. Io. Binſonus comperto in ſua domo deficere nonnulla vaſa, parinaſque argenteas, facta inquiſitione inter hæbreos, reperijt obpignoratas fuiſſe à ſuo famulo, cum falſo, & adulterino ordine, in Banco Leonis Ambren, hinc orta controuerſia. an dicta vaſa argentea tanquam furto ſubtracta eſſent relaxanda D. Binſono, ſumma credita minimè reſtituta, atque deſuper pro veritate requiſitus, dicebam, quod attenta
1 diſpoſitione iuris communis recipientes ſcienter pignori res alienas furto ſubtractas tenentur furti ad pœnam, & conditione furtiua ad reſtitutionem rei ablatæ, abſque ſpe recuperationis pretij, immò etiam illo recuperato à veris dominis, conueniri poſſunt ad eiuſdem pretij recepti reſtitutionem, iuxta textum in *l. ſeruus ff. de condit. indeb. vbi Bald. Caſtrenſ. & Iaſ. & in l. quoniam 18. ff. de condit. furtiua, Oſaſch. deciſ. Pe-*
2 *demont. 39. num. 1.* recipientes verò pignori res alienas furto ſubtractas ignoranter ex eiuſdem iuris communis diſpoſitione ad nullam pœnam tenentur, ſed ſolum ad rei reſtitutionem pretio minimè recepto, actione ſcilicet rei vendicationis, vel alijs ſimilibus dicta *l. ſeruus 16. ibi, ſed ſi neſciret alienam,* & ibi *Bald. Iaſ. & alij ff. de condit. indebiti, Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. nu. 2. verſ. quod nota, & nu. 5. poſt medium verſ. ſecus ſi ſciens, Menoch. lib. 5. præſumpt. 29 num. 11. Guazzin. ad defenſ. defenſ 17. cap. 54. nu. 28. Marſil. ſing. 13. num. 1.* & in terminis Hæbreorum, qui ex Principis tolerantia fœnerantur tradit *Vermigliol. conſ 275. num. 3. & 4.*

3 Inſpecta vero diſpoſitione priuilegij à *Sixto V.* conceſſi Hæbreis in Vrbe rationem bancariam exercentibus, animaduertebam Leonem non teneri ad reſtitutionem præfatarum rerum ob pignoratatum, non facta eidem reſtitutione ſummæ creditæ à verò domino, ex quo in dicto priuilegio expreſsè cauetur *in cap. 16. reformationis.* Item, *che ſe l'Hebreo Banchiero ignorantemente preſtaſſe ſopra pegno, che fuſſe robato, in tal caſo ſij tenuto il vero Padrone reſtituire al banchiero la ſorte principale ſenza vſura, purche il Chriſtiano habbia fatta diligenza trà gli Hebrei di ritrouare il furto, frà vn meſe, e ſubito trouato riſcuotere la coſa furata,* ac proindè cum Binſonus intra menſem fecerit diligentiam inueniendi res furto ſubtractas, & Hæbreus Bancherius ignoranter eaſdem res pignori receperit, vtique attendenda eſt diſpoſitio præfati indulti, & non iuris
4 communis, quod penitus ceſſat, vbi concurrit ius municipale, *Marſil. ſingular. 13. nu. 1. ad med. verſ. limita, & ſecundo Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. num. 35. lib. 5. Guazzin. defenſ. 17. num. 27. Vermigliol. conſ. 275. num. 5.*

5 Quod autem Hæbreus ignoranter pignori receperit præfatas res, quæ furto ablatæ prætenduntur, deducitur, quia obpignoratio facta fuit à famulo Binſoni induto inſigne, ſeù veſtibus familiaribus, prout famuli eiuſdem Binſoni deferre conſueuerunt, & cum eius ordine, vndè non habebat occaſionem dubitandi, & ſuſpicandi res fuiſſe derubatas, & maiorem inquiſitio-

nem

nem facere circa ordinis, & mandati legalitatem, & veritatem, ſiquidem Hæbrei Bancherij Vrbis etiam comperientes, vel veriſimiliter putantes rem eſſe alienam, non propterea aſtringuntur perquirere legalitatem obpignorantis, ſeù domini conſenſum, aut mandati, ſeù ordinis veritatem exactè inueſtigare, cum ſatis ſit notorium, & quotidiè practicatur, quod à perſonis ciuilibus ad obpignorandum mittuntur famuli, vel aliæ ſuppoſitæ perſonæ, nolentes, vt plurimum veri domini eorum nomina exprimi, & ſi Hæbrei in huiuſmodi obpignorationibus ita exactè tenerentur inueſtigare, an res ſit aliena, vel propria deferentis omnino impedirentur commercia, & nullum pignus tutè recipere poſſent, vt in noſtris terminis animaduertit *Vermigliol. conſ. crim. 275. num. 8. & 9.*

Quinimmò ſi ita rigoroſè Hæbrei in hac materia eſſent iudicandi, vt amittere deberent ſortem creditam, vtique daretur auſa eos fraudandi, cum poſſent Chriſtiani res ſuas obpignorare per interpoſitam perſonam, & poſtea comparere, & allegare, quod eis fuerint furto ſubtractæ, quod non eſt permittendum, vulgaris enim,
6 ſed certiſſima eſt iuris regula; quod ignorantia præſumatur, niſi probetur ſcientia, *l. verius ff. de pact. cap. ignorantia de regul. iur. in 6. §. quod autem inſtit. de legat. Craaet. conſ. 103. num. 5. Bero. conſ. 114. num. 13. vol. 1. Fulgoſ. conſ. 13. & conſ. 114. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 9. quaſt. 5. nu. 54. Gabr. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 5. num. 1. Creſcen. deciſ. 10. alias 382. n. 9. tit. de dol. & contum. Rot. in nouiſ. deciſ. 263. Paul. de Rub. in addit. ad deciſ. 3. nu. 66. part. 3. recen.*
7 & excuſat à pœna, præſertim in præſenti caſu, in quo nulla vrget præſumptio ſcientiæ in contrarium *ad textum in l. quicunque C. de ſeru. fugit. l. 1. ff. de receptat. ad text. & gloſ. in Clement. 1. de conſang. & affinit. ad notat. per Bart. in l. Auunculo verſ. quadam eſt de condit. ſine cauſ. & in l. error. iu qui. C. de iur. & fact. ignorant. Gabr. lib. 6. tit. de regul. iur. con-*
8 *cluſ. 6. num. 1.* Ac proindè ſtante dicto *cap. 16. reformationis* cum dolus, & fraus non probetur, nec de iure præſumatur, *l. quoties, §. qui dolo ff. de probat. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 40. num. 1. cum alijs per Menoch. præſumpt. 27. num. 3. lib. 1.*
9 meritò conſtare videtur de bono iure Leonis ad recuperandam ſortem creditam, vt magiſtraliter in noſtris terminis dixit *Rot. deciſ. 498. num. 1. in fin. part. 4. tom. 1. in recent.*

10 Nec aduerſatur, quod Hæbreus ratione perſonæ obpignorantis veriſimiliter dubitare poterat vaſa argentea non eſſe propria deferentis, & de legalitate ordinis, ac proindè quod etiam Hæbrei non ſolum ſcienter, ſed etiam veriſimiliter putantes rem eſſe alienam ſi pignori recipiant tenentur reſtituere liberè ſine pretio tradit *Boſſ. in tit. de indic. num. 62. & DD. copiosè relati per Farinac. in tit. de furt. quaſt. 177. nu. 36. & 39.*
11 quia citati DD. loquuntur in terminis iuris communis, ſcilicet in famulo pignorante res, quas recipiens veriſimiliter cognoſcat non eſſe proprias ipſius famuli, ſed Domini, vndè recipiens cum habeat occaſionem dubitandi, meritò coarctatur ad perquirendum domini conſenſum, ad quam perquiſitionem non coarctantur Hæbrei Bancherij, vt expreſsè deducitur ex eo-
12 dem priuilegio, dum in eo diſponitur, *Che in modo alcuno ardiſcano impegnare ſopra argenti, & oro doue ſia arme publica, per la quale ſi conoſca il vero Padrone, ſenza licenza del vero Padrone, ò vero del ſuo Maſtro di Caſa, e queſto s'intenda per Cardinali, Duchi, Veſcoui, Signori di Stati, Marcheſi, Ambaſciatori de Prencipi, nè meno ſopra rob-*
13 *be dedicate al Culto Diuino.* Propterea cum in præſenti non agatur de rebus alicuius perſonæ in priuilegio deſcriptæ, ſed Nobilis priuati, & inferioris, vtique ceſſat prætenſa veriſimilitudo, cum Hæbrei extra ſupradictos caſus ad aliam perquiſitionem faciendam non aſtringantur, vt in puncto animaduertit *Vermigliol. cōſ. crim. 275. num. 8. & 9.*

14 Neque prædictis reſiſtunt tradita per *Spadam conſ. 76. nu. 4. & 5. tom. 1. & per Menoch. & Alciat. per eundem allegat.* docentes, quod cenſeatur conſtitutus in dolo, & lata culpa, vt ſe excuſari nequeat à libera reſtitutione pignorum, ſi recipiens non adhibuerit omnem diligentiam in indaganda veritate ordinis; quia vltra quod *Spada* loquitur in caſu, quo Hæbreus in ipſa receptione pignorum fuit monitus à quodam Petro Tintore, quod pignora erant aliena, & propterea non recipienda non obſtante ordine exhibito,
15 vndè Hæbreus conſtitutus fuit in mala fide, certum eſt, prædicta non procedere quando à famulis, & ſimilibus perſonis Hæbreis Bancherijs oſtendatur, ſeù exhibeatur ſcedula, ſeu licentia Domini, quo caſu ſi detegatur bona obpignorata eſſe aliena, licet teneantur reſtituere pignora vero Domino, non tamen amittunt pretium, & hanc eſſe puram veritatem, quidquid dicat *Menoch. & Alciat. inquit Farinac. in tit. de furt. quaſt. 177. num. 39. circa finem.*

Additur vlterius, quod Summus Pontifex concedendo Hæbreis rationem Banchariam exercentibus præfata priuilegia, non ſolum receſſit à diſpoſitione iuris communis, dum indulſit eiſdem poſſe recuperare ſortem principalem à verò Domino ſi ignoranter receperint in pignus res derubatas, verum etiam dum perſcripſit formam circa receptionem pignorum, in quibus cadere poteſt ſuſpicio, quod ſint aliena, eo quia per verba limitatiua deſignauit caſus, in quibus tantum ius commune ſeruari debeat, vt clarè demonſtrant verba illa reſtrictiua in dicto §. 17. ibi, *è queſto s'intenda per Cardi-*
16 *nali &c.* exceptio enim firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. nam quod quidè §. fin. ff. de procurat. legit. l. quæſitum §. denique ff. de fund. inſtruct. §. vt autem in Auth. de non alienan. Roman. ſing. 337. nu. 8. Grat. reſponſ. 155. nu. 6. lib. 2. Giurb. conſ. 110. num. 18. Surd. conſ. 430. num. 7. lib. 3. Ruin. conſ. 32. ſub num. 7. verſ. ponderanda ſunt etiam Gratian. diſcept. 598. num. 17. & 18. Rot. deciſ. 257. num. 4. coram Gregor. XV. & deciſ. 93. num. 7. poſt Zacchiam de oblig. Cameral.*

17 Et exceptio ita firmat regulam, vt eam longius non producat ad faciendum comprehendi caſus, qui de ſui natura non continentur, *Bald. per illum text. in l. generali §. vxori nu. 3. de vſufruct. legat. & in l. Lucius Titius §. pluribus in fin. ff. ad Trebell. Alex. conſ. 39. num. 10. ad fin. lib. 4. & conſ. 106. num. 4. verſ. ſolum lib. 5. & conſ. 65. nu. 9. lib. 7.*

Socin. ſen. conſ. 47. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 40. num. 4. & conſ. 44. num. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 406. num. 4. lib. 1. & conſ. 257. num. 5. lib. 2.

18 Immò attenta voluntate, & diſpoſitione Summi Pontificis, quidquid dicat *Spada dicto conſ. 76. num. 9. lib. 1.* benè deſumi poteſt argumentum à contrario ſenſu, licet ſequatur correptio iuris communis, quæ verè in præſenti non ſequitur, dum etiam de iure communi Hæbrei non amittunt pretium, dum mediante ordine Domini res alienas à famulis in pignus recipiunt, vt tradit *Farinac. in tract. de furt. quæſt. 177. num. 39. circa fin.*

19 Aut igitur huiuſmodi priuilegium Hæbreis conceſſum eſt fauorabile, & ſic ampliandum, & non reſtringendum, *Rot. deciſ. 240. num. 49. part. 1.*
20 *diuerſ.* aut eſt pœnale eo, quod imponat pœnam Hæbreis contrafacientibus, & ſic reſtringendum, adeò vt eius verba non ſint extendenda, & trahenda ad caſus non expreſſos, & ſimilitudinarios, *l. factum §. in ijs, qui autem ff. de exercitoria Farinac. conſ. crim. 65. num. 12. vol. 1.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Emens rem furtiuam ſcienter, tenetur pœna furti, ſecus ſi ignoranter.
2 Pignori ſcienter recipiens rem furtiuam tenetur pœna furti.
3 Limita ſupradictas concluſiones vt verius ſit quod teneatur, ſeu puniri debeat pœna extraordinaria, & non ordinaria.
4 Limit. 1. procedere ſi ſcientia ad effectum condemnandi in hoc caſu probetur per veras probationes, ſecus ſi ex præſumptionibus.
6 Limit. 3. in dubio, in quo potius ignoranter quam ſcienter præſumitur facta emptio.
7 Scientia rei derubatæ præſumitur in emente ex paruitate pretij.
8 Ampl. vt etiam præſumatur ex emptione clandeſtine facta.
Doli præſumptio reſultat ex actu clandeſtine facto ibidem.
9 Scientiæ rei derubatæ in emente præſumptio reſultat, ſi res empta ipſi emptori non conueniat, vt ſi caupo emat res ſericas.
10 Emens ſcienter, vel ignoranter rem furtiuam tenetur eam domino reſtituere etiam ſibi non reſtituto pretio.
11 Amp. etiam ſi res furtiua empta ſit in Nundinis, & publico mercato.
Nundinæ, & publicus Mercatus eſt tutus, & liber quo ad acceſſum, & receſſum ibidem.
12 Statutum diſponens quod quis non teneatur reſtituere rem furatam vero domino non reſtituto pretio non valet contrarium num. 13.
14 Emens rem furtiuam à latronibus non tenetur domino reſtituere ſibi non reſtituto pretio ſi proteſtatus fuerit emere intentione domino reſtituendi.
15 Emens rem furtiuam non tenetur reſtituere ſibi non reſtituto pretio ſi proteſtatus ſit emere nomine eius, cuius ſunt per publicam ſcripturam contrarium num. 16. Declara vt num. 17.
18 Dominus rei furatæ ſi ſponte ſoluat pretium emptori non poteſt repetere.
19 Emens rem furtiuam, eamque domino reſtituat poteſt pretium à fure repetere.
20 Emens rem furtiuam quæ non extet, & bona fide conſumpta ſit tenetur pretium vero domino reſtituere.
21 Declara procedere quatenus emptor ſit factus locupletior, alias ſecus. Contrarium num. 22.
23 Emptor [illegible] bona fide ſi alteri reuendit non tenetur Domino reſtituere pretium niſi factus fuerit in eo locupletior.
24 Locupletior quando quis factus dicatur.

ADNOTATIO I.

Emens rem furtiuam an, & quando teneatur de furto, vel reſtituere non reſtituto pretio.

1 EMens rem furtiuam ſcienter pœna furti tenetur, ſecus ſi ignoranter, *gloſ. in l. ſi quis vxori §. ſed & rem ff. de furt. Angel. de malef. in verbo etiam veſtem caleſtem nu. 29. in prin. Adden. ad Hoſtiens. in ſum. in rub. de furt. num. 4. lib. 6. verſ. fur quoque is dicitur. Iodoc. in pract. crim. cap. 117. rub. de fur. emptor. num. 3. & 4. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. num. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 831. num. 18. cum alijs per Farinac. in tit. de furt. quæſt. 177. part. 2. num. 16. & num. 19.* vbi am-
2 pliat procedere etiam in eo, qui pignori acceperit ſcienter rem furtiuam.

3 Verius forſan eſt, quod ſcienter emens rem furtiuam non pœna furti ordinaria, ſed extraordinaria puniri debeat, *Vrſil. ad Afflict. deciſ. 369. num. 5. Baiard. ad Clar. in § furtum num. 117. cum alijs allegatis per Farinac. in tit. de furt. quæſt. 177. num. 17.*

4 Præfata vero ſcientia quando agitur de condemnando probari debet per veras, & concludentes probationes, & non per præſumptiones, puta parui pretij, aut quod quis clam emerit, & ſimilia, quoniam ex huiuſmodi præſumptionibus non inducitur indubitata probatio ſcientiæ, vt Iudex non poſſit aliter credere, *Alber. in l. in ciuilem poſt num. 3. C. de furt. Farinac. in tit. de furt. quæſt. 177. num. 22. & 23.* vbi reprobat contrarium tenentes.

5 Limit. principalem concluſionem procedere in emente ſcienter rem furtiuam eſſe, ſecus ſi ignoranter *Angel. de malef. in verbo etiam veſtem caleſtem num. 19. verſ. ſecus ſi ignoranter. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. num. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 831. num. 18. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo furtum concluſ. 555. num. 16. Farinac. in tit. de furt. quæſt 177. num. 20.*

6 Limit. 2. in dubio, in quo præſumi debet, quod potius ignoranter, quam ſcienter emerit, vtpotè quia ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia, *Bart. in l. in Ciuilem num. 2. C. de furt. Bonifac. in tract. de furt. §. 2. num. 81. & 82. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo furtum concluſ. 555. num. 16. Farinac. in tit. de furt. quæſt. 177. num. 21.*

7 Scientia verò rei furatæ præſumitur in emente, vt ſi rem emat paruo pretio, nam fur, vt ſe liberet à periculo in retinendo re derubata, ſolet eam præcipitare, & vilius vendere, nec vendit ex affectu perindè, ac ſi eſſet propria, ſecus ſi iuſto, & non paruo pretio, & prout communiter vendi ſolet, *Angel. de malef. in verbo etiam veſtem celeſtem num. 29. in fin. Corrad. in rub. de furtib. num. 9. verſ. vbi non ſit ſolitus emere. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 29. num. 13. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 831. num. 16. Farinac. de furt. quæſt. 177. part. 2. num. 24.*

8 Præſumitur etiam ſcientia in emente rem furtiuam clam, ſecus ſi palam, ex actu enim clandeſtino vehemens reſultat præſumptio doli, ex

quo

quo arguitur delictum, *Angel. de malef. in verbo veſtem caleſtem num.29.in fin. Carrad.in pract.rub. de furib. num. 6. verſ. vbi non ſit ſolum emere. Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.831.n.16. Farinac.*
9 *quaſt.177.nu.25.& 26.*vbi ampliat, vt etiam præſumatur ſcientia in emente rem, quæ ipſi emptori non conuenit, vt ſi caupo emat res ſericas, & ſic res, quæ non ſunt accommodata ad ſuum exercitium, ſecus autem ſi emat vinum, frumentum, & ſimilia neceſſaria pro indigentijs ſuæ Cauponæ, vel induſtriæ ſuæ profeſſionis.

10 Non ſolum igitur emens ſcienter rem furtiuam tenetur de furto, ſed etiam tenetur rem furtiuam reſtituere Domino, etiam ſibi non reſtituto pretio, quod procedit etiam in emente ignoranter, & bona fide, *l. in ciuilem C. de furt. vbi Bart. ante nu.1. Bal. in ſummario Fulgoſ. in ſumma Odofred. in figuratione caſus Clar.in § furtum num.27. verſ. ſed hic incidenter quæro. Menoch. lib.5.præſumpt.29. nu. 9. verſ.& pro regula,& nu.10. Alciat. de præſumpt. reg.3.præſumpt.29.num.2. Boſſ.in tit.de furtis nu.50. & in tit.de indic.num.61.in fin. Maſcard. de probat. lib.2.concluſ.831.nu.18. Farinac.de furt.quaſt.177. num.29.& 30.Baiard.ad Clar.in §.furtum.num.129.*

11 Quod pariter ſibi locum vindicat etiam ſi res furto ablata empta fuerit in Nundinis, & publico Mercato, in nihilo refragante, quod nundinæ ſint tutę, libereque in eis emi, & vendi, ac contrahi poſſit iuxta textum in *l. 1. C. de nundinis*, quia intelligi debet, vt ſint tutę, & liberę quo ad acceſſum, & receſſum, ad effectum, vt quis moleſtari nequeat, non tamen nundinarum priuilegium extenditur, vt quis non debeat cautius negociari ad effectum liberandi emptores, vt non teneãtur ad reſtitutionem etiam non reſtituto pretio ſi res furto ablatas emerint, quia hoc nullo iure cauetur, vt voluit *Hoſtien. in ſumma de pœniten.& remiſ. §.quid de furibus verſ. quid ſi quis emat, Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.29.n.22. & 23. Baiard. ad Clar. in § furtum num. 126. Farinac. in tit. de furt. quaſt. 177. num. 31.*

12 Nec valet ſtatutum diſponens non teneri, quem reſtituere rem furatam verò domino ſine reſtitutione pretij, quia fœneratitium reputatur, *Menoch. de præſumpt.lib.5. præſumpt. 29. num. 25. Baiard. ad Clarum in §. furtum num.126. cum alijs relatis per Farinac.in tit.de furt.quaſt.177. num.32.*

13 Contrarium, & verius, quod huiuſmodi ſtatuta valeant, licet ſapiant auaritiæ, & fœnoris ſuſpicionis, dummodo non concurrat dolus, ſeù fraus, ſed bona fides, & ignoranter emptio facta ſit, ne impediantur commercia, & emptor bonæ fidei iacturam patiatur, *Alciat.de præſumpt.reg.3. præſumpt.29.num.7. Menoch. qui alias refert.eod.tit. de præſumpt.lib.5. præſumpt.29. num.5. Baiard. ad Clar.in §. furtum num. 112. Farinac. in tit. de furt. quaſt. 177. num. 33.*

14 Limit. primo præfatam vltimam concluſionem non procedere in emente rem furtiuam à latronibus, cum hoc caſu emptor non tenetur eam domino reſtituere pretio ipſi non reſtituto, dummodo emens à latronibus non emerit paruo pretio, & publicè fuerit proteſtatus, quod emit reſtituendi intentione verò Domino, & hanc ſententiam etiam à Theologis receptam eſſe latè comprobat *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt.29. nu. 16. per textum in l. Mulier in opus ſalinarum ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Couar. in regul.peccatum part.3.§.1.num.5. de regul.iur. in 6. Hoſtien. in ſum. de pænit.& remiſ. §. quid de furibus verſ.quid de prædam ementibus, Alciat.de præſumpt. 29. num.4. Farinac.in tit.de furt.quaſt.177.num.40. Baiard. ad Clarum in §. furtum num.110. & 111. Pet.Cabal.reſol.crim.caſ.292.num.20. & 21.*

15 Limit. 2. regulam non procedere ſi emptor in emptione rei furatæ proteſtatus fuerit, nomine eius, cuius ſunt emere, & quod ſit paratus illas reſtituere reſtituto ſibi pretio, vndè ſi quis emat aliquam rem, de qua dubitat, an ſit deprædata, furtiua, vel vi rapta, aut aliena, cautela eſt faciendi hanc proteſtationem per publicam ſcripturam, vt poſſit à verò domino in caſu reſtitutionis pretium recuperare, ita *Cepolla in tit. de cautel.cap. 157. alias cautela 10. Adden. ibidem ex Hoſtien.quem allegat.in ſumma tit.de pænit.& remiſſion. §. quid de prædam ementibus verſ. quid ſi emat rem Burſat.conſ.43.num.33.Iaſ.in l.ſi pretium C. de procurat.*

16 Contrarium quod iſta proteſtatio non releuet, nec liberet emptorem a reſtitutione rei furatæ etiam ſibi non reſtituto pretio, immò quod magis arguat ipſius dolum, & ſcientiam, quod res erat furata, & propterea quod debebat abſtinere ab illius emptione docet *Alciat. de præſumpt. reg.3.præſumpt.29.num.1.latè Menoch.eodem tract. de præſumpt.lib.5 præſumpt.29.num.13.& ſeq.Boſſ. in tit de furt.nu.50.& 51. latè Natta conſ.436.per totum Clar. in §. furtum ſub num. 27. verſ. ſed hic incidenter quæro. Petrus Cabal.reſol.crim.292.nu.1. & 2.Farinac.in tit.de furt.qu.177.par.3.nu.43.& 45.*

17 vbi quod poſſit procedere dicta limitatio quando dicta proteſtatio fiat publicè, & palam per proclamata, ſecus ſi priuatim coram duobus teſtibus.

18 Limit.3.quod ſi Dominus rei furatæ ſpōtè ſoluat pretiū emptori bona fide, non poteſt amplius illud repetere, *Alciat de præſumpt.reg.3.præſumpt. 29.n.31.& 32. Baiard ad Clar.in §.furtum nu.113. Farinac.in tit.de furt.quaſt.177.num.47.*

19 Emens verò rem furatam ſi domino reſtituat poteſt pretium repetere ab eo, à quo emit ſi venditor fuit ipſe fur, iuxta allegata à *Paulo de Caſtro in l.ciuilem C.de furt. Menoch.de præſumpt.lib. 5.præſumpt.29.num.21.Farinac.loco citato num.48.*

20 Quod ſi fortè res furata empta ab aliquo non amplius exiſtat, & non reperiatur, quia bona fide cōſumpta eſt, nihilominus tenetur illius valorem Domino reſtituere, *Hoſtien. in ſumma in tit. de pænit. & remiſſion. §. quid de prædam emente Ia.Lup.in rub.de donat.inter vir.et vxor.§.65.n.53. Didac.in regul.peccatum part.2.§.12. verſ. qui certò ſciens de regul. iur. Clar. in §. furtum num. 27. in fin.*

21 Declara hoc procedere quatenus emptor rei furatæ fuerit factus locupletior alias ſecus, & quod hæc concluſio ſit recepta, & approbata frequentiſſimo Theologorum, & Canoniſtarum conſenſu, teſtatur *Iul. Clar. in §. furtum num.27. in fin. Menoch. lib. 5. præſumpt.29. num.18.& 19. Card. Tuſch.pract. concluſ.in verbo furtum concluſ. 553.num.17.in fin.Farinac. in tit.de furt.quaſt.177. num. 49.& 51.* vbi quod ab hac ſententia non

ſit recedendum, licet *Scappa in tract. de iure non ſcripto lib.3.cap.44.num.8. & 9.* indiſtinctè teneat
22 pretium rei furatæ reſtituendum eſſe, ſiue extet, ſiue bona fide ſit conſumpta, & etiam, quod quis non ſit factus locupletior.

23 Et ſic emptor rei furatæ bona fide ſi alteri reuendidit non tenetur reſtituere domino rei furtiuæ pretium à ſecundo emptore perceptum, niſi in eo factus fuerit locupletior, ſcilicet ſi vltra pretium in emptionem rei furatæ erogatum aliquid plus ſuperlucratus fuerit, *Angel conſ.36. inter conſ.crim.diuerſ.tom.2.in magnis Baiard.ad Clar. in §.furtum.nu.118. Farinac. in tit.de furt. qu.177. num.50.*

DECISIO CIV.

Alias Conſtitutum I.

Sempronius ſolutus intendens ducere in vxorē Concubinam, quam occultè retinebat, pariter ſolutam, interim cum filium ex dicta Concubina ſuſceperit, ob partus edendi difficultatem timens de eius morte, in pedibus è matris vtero egreſſus, baptizauit; qui poſtea ad Eccleſiam delatus fuit, & ſolemniter, Euandro Patrino adhibito, Parochus baptiſmum ſub conditione miniſtrauit, putando eſſe fœminam, cum eſſet maſculus, & eſſe filium Caij, cum eſſet dicti Sempronij, qui poſtea vult Concubinam in vxorem ducere; quæritur.

1 An puer ille in pede baptizatus, fuerit verè baptizatus, & an neceſſe fuerit rebaptizari ſub conditione.
2 An Euander patrinus cum parentibus dicti pueri ſpiritualem cognationem contraxerit.
3 An validus fuerit baptiſmus collatus à Miniſtro putando, eſſe fæminam, cum eſſet maſculus, & eſſe filium Caij, cum eſſet Sempronij.
4 An Sempronius cum Concubina matrimonium inire poſſit.

1 AD primum reſpondetur, quamuis ex Vniuerſali Eccleſiæ vſu ad validam baptiſmi collationem ablutio fieri debeat in capite, tamquam in præcipuo hominis membro, in quo omnes ſenſus vigent, & niſi in caſu vrgentis neceſſitatis, vt ſi pueri mortis timor immineat, adminiſtrari liceat etiam in ſolo digito, pede, aut in quacumque corporis parte, cum anima rationalis ſit tota in toto, & tota in qualibet corporis parte, attamen permittente tempore, ſeu huiuſmodi neceſſitate tranſacta, quia ablutus in alia parte, quam in capite, ſufficienter ablutus non denominatur, iterum baptizandus erit, quapropter puer ille baptizatus baptiſmo dubio in pedibus è vtero matris egreſſus ad remouendam omnem perperam dubitandi occaſionem debebat, pro vt bene fuit rebaptizatus ſub conditione, iuxta decreti *Clementis VIII. ad Epiſcopum Patauinum alias tranſmiſſi, & prout præſcriptum fuit ab Alexandro III. cap.2. de baptiſ. & ſancitur in Ritual. Roman.ſub Paulo V. tit.de Sacrament.baptiſ. D.Thom. in 4.ſent. diſ.6.quæſt.1.art.1. Victoria de Sacrament. quæſt.31. Vict. in notis ad Tolet. l.2. cap.18. & ad Poſſeum de offic.Curat.cap.6.Viuald.de Baptiſ.cap.5. num.17. Homobon. de examin. Eccleſ. tract.13. de baptiſ.cap.2.quæſt 7.in 1.reſol.fol.mihi 12. tom.3.*

2 Aduertendum tamen eſt non eſſe iterum rebaptizandum infantem, poſt quam totus è matris vtero egreſſus fuit, ſi antequam egrederetur baptizatus fuit in capite, quia ablutio fuit facta in parte debita, *vt ex S.Thom. Soto, Vaſquez, Coninch.& alijs tradit Bonacin.de baptiſ. diſ.2. quæſt.2. pract.3.num.23. verſ.ex quo patet tom.1.*

3 Ablutio autem vt valide fiat non tantum caput, ſed capitis cutem attingere debet, quapropter non eſſet validus baptiſmus, ſi aqua ſolos capillos tangeret, cum infans ablutus dici nequeat, eo quod capilli non ſint pars hominis, ſed quædam ſuperfluitas, & excrementum carens anima rationali, *vt de communi DD. voto contra Sotum, & alios per eum relatis teſtatur Bonacin. dicta diſ.2.punct.3.num.22.*

4 Sufficiens vero aquæ quantitas requiritur, vt vere homo ablutus denominari poſſit, prout non denominaretur, nec validus eſſet baptiſmus, ſi duobus, vel tribus aquæ guttis aſpergeretur. *Viuald.de baptiſm. cap.2. num.4. Poſſeum. de baptiſm. num.7.*

5 Ad ſecundum reſpondetur, Euandrum contraxiſſe cognationem ſpiritualem, cum parentibus pueri, & inter eos ortum fuiſſe impedimentum dirimens matrimonium, cum baptiſmus domi collatus in alia parte corporis, quam in capite non fuit certus, ſed dubius, ob quam dubietatem cum neceſſe fuerit iterum in Eccleſia ſub conditione miniſtrari, hic ſecundus verus dici debet, ex quo huiuſmodi cognatio reſultauit, tamquam ex valida tantum, & non inualida eius miniſtratione contrahatur, *lata Sanchez de matrim.lib.7.diſ.62. num.5. & 6. ex Soto, & Bartholom.à Ledeſ. quos allegat. Bonacin. in tit.de impediment. matrim. diſ.3. punct.5, §.2. num.10. in fin. num.1.*

6 Contrarium tenet *Nauar. in tit.de baptiſ. cap.1. lib.3. num 1. in 1.edit. & conſ.2.num.1.in 2.edition.* putans baptiſmum in quacumque parte corporis collatum eſſe validum.

7 Ad tertium reſpondetur validum fuiſſe baptiſmum, quia licet miniſter ſpeculatiuè errauerit, tamen practice non errauit, cum direxerit, pro vt dirigere debebat intentionem ſuam in perſonam præſentem, ne irritum faceret Sacramentum, *Sayrus de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 4. quæſt.6. Victoria de baptiſ.quæſt.34. Sylueſt.in verb. baptiſ.3. quæſt.15.* cum alijs per *Bonacin. in tit. de baptiſ.diſ.2.quæſt.1.punct.5.num.26. vbi in verſ.neque eſt eadem ratio docet,* quod licet matrimonium per errorem perſonæ irritum remaneat, non irritatur Sacramentum baptiſmi, quia contrahens matrimonium intendit contrahere cum perſona particulari, vel ſibi propoſita, vel à ſe ipſo electa, baptizans vero non reſpicit perſonas ſecundum conditiones indiuiduas, ſed ſecundum ſubiectum præſens, quodcumque illud ſit, & num.27.

8 Hinc colligitur eum, qui pro fæmina baptizatus fuit, quia virilia in infantia ita latebant, vt fæmina putaretur, ſi in virili ætate prominéant, vt viri potens efficiatur, rebaptizandum non eſſe, ſed ſolum fœminæ nomen impoſitum, commutandum in nomen viri *ita ex Soto, Sayr. Viuald.tradit Bonacin.loco citato num.28.*

9 Ad quartum reſpondetur, quod licet pater, qui

in

in neceſſitate filium propriè Concubinæ baptizauit, non poſſit eandem in vxorem ducere, ob impedimentum cognationis ſpiritualis contractæ vigore collati baptiſmi Sacramenti, *Vinald. in candelabr. Sacram. par. 1. num. 155. Sanchez de matrim. lib. 7. quæſt. 62. num. 10. & 11. Bonacin. tit. de impediment. matrim. quæſt. 3. punct. 5. §. 2. nu. 11. verſ. ex quo fit, qui alios allegat.*

10 Tamen ſi Sempronius baptizauit dictum ſuum filium tali mortis imminente periculo, vt alium reperire non potuerit, qui baptizaret, poterit matrimonium cum eadem inire, quia tunc nullam cognationem ſpiritualem contraxit, quæ matrimonium impediat, iuxta decretum *Ioannis Papæ VIII. in cap. ad limina 30. quæſt. 1. Homobon. de examin. Eccleſ. par. 3. tract. 13. cap. 2. quæſt. 7. in 3. ſuppoſit. verſ. Pater aut Mater fol. mihi 11. & in 3. quæſt. reſol. fol. 12. vbi alios allegat.*

11 Hinc eſt quod Coniux ſi filium communem baptizauit in neceſſitate, mortis enim vrgente periculo, alijſque deficientibus, qui huiuſmodi charitatis opus explerent, non priuatur iure petendi, & reddendi debitum, quia huiuſmodi de cauſa in nulla culpa ſe conſtituit, & propterea neque debet priuationis pœnam ſubire. Si verò extra neceſſitatem baptizauit, ex probabiliori ſententia priuatur dicto iure petendi debitum ratione Cognationis, ſeu Compaternitatis inde ſubortæ, tenetur verò reddere, quia alter innocens abſque ſua culpa non eſt iure ſuo priuandus ſed in ſua poſſeſſione manutenendus, *cap. diſcretionem de eo, qui cognouit &c. Emanuel Sà verb. baptiſmus num. 15. ad fin. Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 26. num. 3. Bonacin. in tit. de ijs, quæ pertinent ad vſum matrimonij par. 4. quæſt. 2. num. 3. qui alios allegant tom. 1.*

DECISIO CV.

Alias Conſtitutum II.

Fabritius cupiens cum Matilda ex Illuſtri familia nata matrimonium contrahere, ſe nobilem diuitemque finxit, cum eſſet pauper, & plebeius, & ne hoc ad notitiam deueniret, accelerando, vna cum Matilda, & duobus teſtibus acceſſit ad Eccleſiam, vbi reperto Parochi Capellano, coram eodem, & dictis teſtibus mutuum conſenſum præſtiterunt, ſeu per verba de præſenti matrimonium inierunt, tractu temporis Fabritius in extremo vitæ periculo conſtitutus, emiſit votum de ſeruanda caſtitate, ſi ſalutem recuperaret, & de ſe promouendo ad ordines ſacros, vel de ingrediendo Religionem, ſi quocumque modo caſus contingeret diſſolutionis matrimonij inter ipſos; ob adulterium demum commiſſum per dictam eius vxorem, ſecuto inter eos diuortio, Fabritius memor voti vellet recipere ſacros ordines, vnde præbuit diſputandi materiam,

1 An teneat matrimonium contractum à Matilda cum dicto errore putando ducere nobilem, & diuitem, & ducendo ignobilem, & pauperem.

2 An ad validitatem eiuſdem matrimonij ſufficiat præſentia Capellani.

3 An teneat, & à Fabritio ſeruari debeat votum caſtitatis ob recuperatam valetudinem.

4 An ſtante dicto voto, & diuortio ſecuto poſſit recipere ſacros ordines, vel Religionem ingredi, altero manente in ſæculo.

1 AD primum reſpondetur, quamuis error perſonæ nempè ſi vna perſona pro alia ſupponatur, & error conditionis ſcilicet ſi contrahens exiſtimet ducere liberam, & ducat ancillam iure naturæ impediant, & dirimant matrimonium, quia error libertatem, & conſenſum aufert *l. ſi per errorẽ ff. de iuriſdict. omnium Iudic. l. cum teſtamentum, & l. non idcirco C. de iur. & fact. ignor.*

2 At matrimonium abſque conſenſu conſiſtere non poteſt, cum ex eo perfectionem recipiat, & propterea remanet iure naturæ irritum, *Henriquez de matrim. lib. 11. cap. 10. nu. 3. & lib. 12. cap. 4. num. 1. Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 51. art. 1. dub. 2. colum. vnic. Vivald. Candelabr. Sacrament. 1. par. de matrim. num. 127. cum alijs congeſtis per Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 18. num. 12. immo num. 13.*

3 ſubdit quod iniens matrimonium non tenetur dirigere conſenſum in præſentem, ſed in determinatam perſonam, ſpecialiter, & limitate in voluntate conceptam, cum qua matrimonium inire decreuit, ad differentiam aliorum Sacramentorum, in quibus Miniſter non tenetur intentionem coarctare ad perſonam, ſeù rem, quam coram ſe adſtare putat, ſed miniſtrare præſenti, *Petrus de Ledeſma loco citato dicto dub. 2. in ſolutione ad 1. & 2. argumentum,*

4 Nihilo tamen minus matrimonium contractũ per Matildam cum ſupradicto errore validum fuiſſe dicendum, quia in huiuſmodi caſu non concurrit error perſonæ, ſed tantum error qualitatis, nempè, cum quis credit ſe contrahere cum pulchra, diuite, nobili, virgine, & contrahat cum deformi, ignobili, paupere, & corrupta; huiuſmodi quidem error, non efficit matrimonium inuoluntarium, cum non reſpiciat eſſentiam contractus, ſed accidentia, & propterea matrimonium non vitiat, *gloſ. in l. à Diuo Pio 58. verb. actionem ff. de ritu nupt. Bald. in l. 1. num. 5. in fin. C. plus valere Abb. in cap. cum dilect. num. 7. de empt. & vend. Pariſ de reſignat. benefic. l. 13. quæſt. 3. num. 11. Rebuf. in prax. benefic. num. 8. & 9. Petrus de Ledeſ. de matrim. quæſt. 51 art. 2. dub. Paulo ante 2. concl. cum alijs per Sanchez lib. 7. de matrim. quæſt. 18. num. 18, Bonacin. de impedimen. matrimon. quæſt. 3, punct. 2. num. 5. & 8. tom. 1.*

5 Grauiter tamen peccaſſe Fabritium vtendo dictis falſitatibus, & dolis teſtatur *Nauar. lib. 4. de ſponſal. conſ. 3. per totum.*

6 Immo Parochum aſſiſtentem matrimonio doli ac deceptionis conſcium incurrere triennij ſuſpenſionem ob aſſiſtentiam pręſtitam matrimonio interdicto; *vt ſancitur in cap. fin. de clandeſt. diſponſ.* bene verum eſt dicti textus diſpoſitionem intelligendam non eſſe procedere in quocumque matrimonio, in quo aliqua culpa interuenit, ſed de ſolo interdicto à iure, vel à Iudice, propterea non habet locum in caſu noſtro, cum nulla iuris, aut Iudicis prohibitio concurrat, vt docet *Sanchez lib. 7. de matrim. diſ. 18. num. 22. tom. 2.*

7 Sciendum tamen eſt aliquando qualitatis errorem vitiare poſſe matrimonium, primo, ſi qualitas, circa quam erratur, fuerit appoſita per modum

dum conditionis, ſiuè tacitè, ſiuè expreſſe in matrimonij celebrationis actu, vt ſi quis diceret duco te in vxorem, ſi es diues vel nobilis, inualidum enim remaneret matrimonium, ſi in deſponſata perſona deficiat qualitas diuitiarum, & nobilitatis per modum conditionis appoſita, quia deficeret conſenſus ſub illa conditione præſtitus. *Barthol. à Ledeſma de matrim. dub. 30. col. 3. Gutticrez cap. 89. num. 6. cum alijs penès Bonac. de impediment. matrim. quæſt. 3 punct. 2. num. 6. tom. 1.*

8 Intentio vero apponendi talem conditionem, vt afficiat, ſeu pariat effectum annullandi matrimonium, debet eſſe actualis, vel virtualis, vt ſi contrahens tunc habeat actu, vel virtute, vt ſi habuerit antea, nec per contrarium actum reuocauerit, non tamen ſufficeret intentio habitualis, nempe intentio abſtinendi à matrimonio, ſi ſciret fœminam non eſſe virginem, nobilem, aut diuitem iuxta doctrinam traditam per *Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 18. num. 21. tom. 2.*

9 Secundo matrimonium à qualitatis errore vitiari poteſt; vt ſi huiuſmodi error tranſiret, vel redundaret in errorem perſonæ, & ſi vere circa perſonam erretur, & conſequenter inualidum remaneat matrimonium defectu conſenſus abſoluti, quod accidit quando qualitas in qua erratur reſpiciat certam, & determinatam perſonam diſtinctam ab ea, quæ præſens eſt, & ſic contrahentis conſenſus feratur directè, & formaliter in perſonam, cui illa qualitas ineſt, materialiter vero, & indirectè tantum in perſonam præſentem, ſecus vero quando qualitas non reſpiciat, neque determinet certam aliquam, & indiuiduam perſonam diſtinctam à præſente, ac proinde conſenſus directè, & formaliter feratur in præſentem, quo caſu error qualitatis non redundaret in errorem perſonæ matrimonium irritantem, quapropter Anna validè contraheret matrimonium cum eo, qui ſe finxit, nobilem, aut diuitem, aut filium Regis, non explicans cuius Regis filius ſit, aut filius vnigenitus, & re vera habeat alios fratres, quia certè huiuſmodi qualitates non reſpiciunt, aut determinant certam, & indiuiduam perſonam diſtinctam ab ea, quæ præſens eſt, inualidè tamen contraheret cum eo, qui ſe finxit filium Regis Hiſpaniarum, aut primogenitum, cum eſſet ſecundogenitus, quia tunc conſenſus fertur directè in perſona, cui illa qualitas ineſt, materialiter vero in præſentem, ac proinde in perſonam diſtinctam à præſente conſentire cenſetur, *Emanuel Sà verb. matrimonium num. 1. latè Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 18. nu. 25. & plurib. ſequen. Bonacin in tit de impediment. matrim. quæſt. 3. punct. 2. num. 6. verſ. ſecunda eſt, & num. 7. & 8. tom. 1. qui alios allegant.*

10 Ad ſecundum reſpondetur validum fuiſſe matrimonium celebratum coram Capellano, dummodo habebat generalem licentiam à Parocho exercendi omnia, quæ ad curam pertinent, cum Parochus circa Sacramentorum adminiſtrationem poſſit alteri Sacerdoti ſuas vices committere iuxta *gloſ. in cap. peruenit 95. diſtin. latè Nauar. conſil. lib. 4. tit. de Cland. diſpenſ. conſ. 13. per tot.* & ad hunc effectum ſufficere verbalem tantum Parochi licentiam, licet in ſcriptis non fuerit collata, vt probat idem *Nauar. conſil. 12. eod. tit. lib. 4.*

11 Ad tertium reſpondetur primo dictum votum non tenere, & ad nihil obligare, ſaltem durante matrimonio, quidquid ſit, eo ſoluto, vota autem præiudicialia actui matrimoniali non tenent, & Coniuges ſibi inuicem irritare poſſunt, ſecus vero ſi nullum præiudicium afferant, quia Coniuges ſunt ad inuicem adſtricti, & habent poteſtatem dominatiuam irritandi ea, quæ repugnant, & præiudicant actui matrimoniali, ſtale quidem votum factum abſque alterius Coniugis licentia, videtur contra iuſtitiam, quæ non patitur, vt Coniuges poſt conſumatum matrimonium priuentur iure ſuo per dictum conſumationis actum quæſito, & propterea neutrum Coniugem poſſe abſque alterius licentia vouere continentiam teſtantur *D. Tho. 4 diſ. 32. quæſt. vnica art. 4. in corpore, Paludan. 4. diſ. 32. quæſt. 2. art. 1. num. 14. & diſ. 38. quæſt. 3. art. 5. num 36. concluſ. 4. in fin. Emanuel Sà Verb. votum verſ. Coniugem non poſſe Bonaccin. in tit. circa ſecundum Decalog. præcept. diſ. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. n. 10. iuncto n. 17. tom. 2.*

12 Sed ſi placeret magis diſtinctio tradita à Doctoribus relatis per *Sanchez lib. 9. de matrim. diſ. 35. num. 25. & 26. tom. 3.* reſpondetur ſecundo præfatum votum caſtitatis poſt matrimonium conſumatum à Fabritio emiſſum abſque alterius Coniugis licentia fuiſſe validum, & obligare Fabritium ad non petendum debitum, irritum tamen prorſus fuiſſe quo ad non reddendum debitum, vt probatur per textum in *cap. quidam de conuerſ. coniug. & cap. placet tit. eod. Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. 8. dub. 2. §. ad obiectionem Sotus lib. 7. de iuſt. quæſt. 3. art. 1. verſ. quod ſi contra Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 15. num. in fin. Anton. Gomez ſuper Bullam Cruciat. clauſ. 10. num. 67. Philiarcus de officio Sacerdotis tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 4. §. excipitur in concluſione.*

13 Hinc eſt quod votum abſtinendi à petione debiti, animo tamen reddendi factum tenet, cũ non præiudicet alteri coniugi, ſine cuius licẽtia emiſſum fuit; vouetur enim res libera, & ad quã lex matrimonij minimè aſtringit *Nauar. in ſum. c. 12. n. 60. Lopez. 1. par. inſtruct. cap. 46. §. voti Coniugũ cũ alijs congeſtis per Sanchez lib. 9. de Matrim. diſp. 35. num. 36. tom. 3.* Si vero emittatur continentiæ votum animo, nec petendi, nec redendi debitum, niſi fiat matrimonium non dum conſumato, atque animo tranſeundi tunc ad Religionem, non ſolum non tenet, ſed lethaliter vouens peccaret, cum promitteret rem contra iuſtitiam, quæ impleri nequit, vt ex *Ioan. de Freburgo in ſumma Confeſſor. lib. 1. tit. 8. quæſt. 44. proſequitur idem Sanchez loco cit. num. 35.*

14 Continentiæ tamen votum emiſſum de communi conſenſu à nullo Coniugum irritari poteſt, cum vterque ceſſerit iuri ſuo, quo ad omnem actum coniugalem, *Leſſius lib. 2. cap. 40. dub. 10. num. 85. in 1. edition. in 3. vero dub. 15. num. 88. Sotus lib. 7. de iuſtitia quæſt. 3. art. 1. verſ. argumentum autem Stunica de voto quæſt. 3. num. 64. Sanchez de Matrim. lib. 9. diſ. 40. num. 20. tom. 3. & lib. 4. cap. 34. num. 15. Bonacin. in tit. circa ſecund. Decalog. præcept. diſ. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. num. 16. tom. 2.* vbi docet etiam virum, poſſe validè, non tamen licitè hæc vota communi conſenſu emiſſa irritare, ſi vxor det ei facultatem in corpus, quia tunc vir redit

ad

ad primæua iura, & reſtituantur ad priſtinum matrimonij ſtatum.

15 Eſt denique animaduertendum non poſſe virum irritare vxoris votum, quod eius ſit implendum poſt mortem mariti, quia non tendit in eius præiudicium, & in hoc vir non habet poteſtatem dominatiuam, vt ex *Suarez*, & *Sanchez teſtatur Bonacin. loco citato num. 13.*

16 Ad quartum reſpondetur, poſſe Fabritium tamquam innocentem ſaltem poſt Iudicis ſententiam ſuper diuortio latam, vel etiam ea non expectata (ſi adulterium notorium, manifeſtumque ſit) propria authoritate conſortium deſerere, & ab habitatione cum adultera abſque metu reſtitutionis recedere, ac proinde ſi diuortium ſit abſolutum, & perfectum, poteſt profiteri in Religione, vel ſacros ordines ſuſcipere, etiam adultera in ſeculo remanente, & renuente, quia ratione diuortij adulterij cauſa ſecuti adultera omni iure coniugali deſtituitur, *cap. Agatoſa 27. quæſt. 2. cap. conſtitutis de conuerſ. coniugator. vbi gloſ. verb. ad gradum Abb. num. 6. Nauar. conſ. 5. de diuort. & lib. 3. tit. de conuerſ. coniugat. in 2. edit. conſ. 5. in fin. & lib. 4. in tit. de ſponſal. conſ. 23. num. 6. in 2. vero lib. 3. tit. de conuerſ. coniug. conſ. 10. num. 1. et conſ. 12. num. 3. & conſ. 14. nu. 5. Anton. Gomez in bulla Cruciat. clauſ. 10. num. 69. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 10. & cap. 17. ad fin. Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 55. art. 4. ſub prin. cum alijs latè congeſtis per Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 11. per totam, Bonac. in tit. de ijs quæ pertinent ad vſum matrim. quæſt. 4. punct. 5. num. 23. tom. 1.* vbi ſubdit, quod innocens cauere debet, ne ſacros ordines ſuſcipiat, aut ingrediatur Religionem, quando alterius delictum eſſet occultum, cum fieri poſſit, vt eo non probato vxor adultera reſtituatur.

17 Coniux vero adulter nequit abſque innocentis licentia ordines ſuſcipere, aut profiteri in Religione, propter ius, quod habet coniugi culpabili concedendi reconciliationem, & iniuriam remittendi, ſed ſi poſt diuortium adulter ſæpè reconciliationem poſtulauerit, & ab innocente denegata fuerit, cum virtute huiuſmodi denegationis tacitè conceſſa cenſeatur, poterit eligere ſtatum Religionis, *Bonacin. loco citato ſub verſ. reſpondeo ſecundo.*

DECISIO CVI.

Alias Conſtitutum III.

Albertus Parochus, accepto pretio ab Alexandro contracturo Matrimonium cum Antonia, vt denunciationes priuatis, & non feſtiuis diebus præmitteret, prout præmiſit, eoſque in matrimonium coniunxit. Comperto poſtea ab Alexandro matrimonium eſſe nullum ob affinitatis impedimentum occultum, recedit à cohabitatione cum Antonia, quæ coram Ordinario reclamans, monetur ſub pœna excommunicationis intra certos dies ad cohabitandum, ex quo impedimentum per eum allegatum probare non potuit, vnde diſceptandum venit.

1 An Parochus commiſerit ſimoniam accipiendo pretium, cauſa non publicandi denunciationes diebus feſtiuis.
2 An Matrimonium valeat ob denunciationes non in die feſto factas.
3 An Alexander tuta conſcientia poſſit denegare debitum Annæ petenti.
4 An ad euitandam excommunicationem teneatur cum Anna cohabitare, etiam exiſtente periculo fornicationis proximæ.
5 An ab Ordinario ſit præſtanda fides aſſertioni dicti Alexandri circa dictum impedimentum.

1 AD primum reſpondetur, Parochum à Simoniaca labe immunem non eſſe, quia accipiendo pecuniam, quâ denunciationes omitteret ſtatutis ab Eccleſia temporibus recepit rem temporalem pro re ſpirituali, in quo conſiſtit Simoniæ crimen, cum denunciationes tamquam pertinentes ad Sacramentum Matrimonij, vtique ſpiritualem naturam aſſumant, & pro re ſpirituali reputentur argumento *cap. nemo Preſbyterorum de ſimonia Homobon. de exam. Eccleſiaſt. tract. 13. cap. 9. quæſt. 22. aſſert. 2. fol. mihi 79. tom. 3.*

2 Ad ſecundum reſpondetur dictum Matrimonium in ſua validitate ſubſiſtere, quia publicationes non ſunt de ſubſtantia Matrimonij, ſed neceſſariæ vt rectè fiat ad effectum euitandi clandeſtinitatem, & vt impedimenta reuelari queant, & propterea illis omiſſis non irritatur, *Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap. 15. §. 11. & ex Nauar. Filiuc. Henriquez, Ric. & alijs docet Bonacin. in tit. de natura, & pertinentib. matrim. quæſt. 2. punct. 6. num. 6. tom. 1. Homobon. vt ſupra tract. 13. cap. 9. qu. 20. in 4. quæſt. reſol. fol. 98. tom. 3.*

3 Ad tertium reſpondetur, Alexandrum, poſtquam ad eius notitiam peruenit matrimonium eſſe nullum ex occulto affinitatis defectu, quî ob deficientiam probationum legitimè iuſtificari nequit, coniugi impedimentum dirimens ignoranti reddere debitum minimè poſſe, etiàm ſi ſequerentur grauiſſima incommoda, damna, & vitæ periculum, quia alias reſultaret, fornicationem aliquando eſſe licitam, quod eſt falſum, & maximum abſurdum, ſiquidem poſita matrimonij nullitate, cum accederet ad non ſuam, vtique prohibitum, & vetitum fornicationis crimen patraret; perinde ac ſi accederet ad Concubinam *cap. literas de reſtit. ſpoliat. S. Thom. in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 2. quæſt. 4. in fin. & diſ. 3. in fin. Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 39. num. 8. Bonacin. in tit. de ijs, quæ pertinent ad vſum matrimon. quæſt. 4. punct. 4. num. 17. tom. 1.*

4 Sciendum tamen eſt in hac facti ſpecie, quod ſuperueniente dubio Theorico alterius coniugis de matrimonij nullitate iam bona fide contracti, ſi ſcrupulus ex leui, & temeraria credulitate ortum habuerit, poterit Coniux ſcrupulo depoſito ex conſilio ſui paſtoris, ſeu alterius prudentis doctique viri petere, & reddere debitum, vt expreſsè habetur *in cap. inquiſitioni de ſentent. excommun. vbi gloſ. in verb. leui*, ſi vero Coniux practicè dubitet, certum eſt perſeuerante tali dubio practico nec petere, nec reddere poſſe, vt benè probat *Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 41. num. 6. & num. 42.*

5 Ante vero diligentiam adhibitam ad aſſequendam veritatem tenetur Coniux dubitans redde-

re,

re, non tamen petere debitum, ea tamen ſufficienter abhibita, factaque diligenti inquiſitione poteſt petere, & reddere, quia ob dubias rationes, & non certas nemo eſt ſua poſſione priuandus, poſſeſſor enim bonæ fidei poteſt vti re, quam eſſe ſuam dubitat, & reſpectiuè non poteſt alium coniugem ſua poſſeſſione ſpoliare, ſi certus non ſit rem non eſſe ſuam, *D. Tho. in 4. diſ. 42. quæſt. vnic. art. 5. quæſt. 1. ad 3. Laiman. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. num. 24. Sanchez de matrim. lib. 2. qu. 41. num. 46. & 47. & quæſt. 44. num. 3.*

6 Animaduertendum demum eſt Coniugem non teneri credere alteri coniugi aſſerenti contractum matrimonium eſſe nullum ob impedimentum dirimens, niſi aliæ ſufficientes circumſtantiæ, & coniecturæ concurrant, ex quibus ad ita credendum compellatur, vt ex inde ſibi interdictum remaneat ius petendi, & reddendi debitum, *vt ex P. Ledeſm. Guttier. Nauar. Specul. Henriq. & alijs in locis per eum relatis tradit Bonacin. in tit. de ijs, quæ pertinēt ad vſum matrim. diſ. 4. punct. 4. num. 19. tom. 1.*

7 Quinimmo nec totaliter credere tenetur cuiuis alii viro fide digno, vel Parocho cum iuramento atteſtanti adeſſe impedimentum dirimens, cum ex dicto vnius teſtis nulla oriatur probatio, nec teſtis vnicus plenarie probet, iuxta vulgarem iuris regulam, quod dictum vnius dictum nullius *cap. veniens, & cap. licet de teſt. cap. cum à nobis eod. l. iuſiurandi C. de teſtib. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 178. num. 1. & coram Seraph. deciſ. 676. num. 1. Farinac. de teſtib. qui alios copioſe allegat in tract. de teſt. quæſt. 63. num 1. & 2.* bene verum eſt, quod ad dictum vnius perſonæ fide dignæ Coniux teneatur dubitare de validitate Matrimonij iam bona fide contracti, & conſequenter ſupraſedere in exigendo debitum, immo nullo modo petere, donec adhibuerit debitam diligentiam, & ſi matrimonium non ſit contractum; omnino abſtinendum eſt ab eius celebratione, donec veritas innoteſcat *Bonacin. loco citato num. 20. vbi alios allegat. latè Sanchez lib. 2. de matrim. 9. diſ. 45. quæſt. 3. per totam vbi num. 29.* ſubdit, quod ſi hoc Coniux audiuit à viro nō fide digno poſſit conſcientiam deponere, & petere debitum, cum ex dicto perſonæ non fide dignæ, non reſultet ſufficiens dubitandi ratio *gloſ. in cap. inquiſitioni in verb. lenī de ſent. excom.*

8 Ad quartum reſpondetur: Alexandrum non teneri cum Antonia cohabitare poſt deprehenſam à ſe matrimonij nullitatem exiſtente periculo fornicationis proximo, non obſtante excommunicationis ſententia contra ipſum lata, ſeu ferenda, quia huiuſmodi cenſura cum nitatur falſa cauſa, falſaque præſumptione, coram Deo non ligat, ſiquidem in hoc caſu nullam contraxit inobedientiam lethalem, prout requiritur ad incurrendam excommunicationem *gloſ. in cap. literas in verbo tolerare de reſtitut. ſpoliat. Victor. in ſumma de matrim. 264. Ledeſm. 2. par. 4. qu. 48. art. 2. Nauar. cap. 16. num. 39. Bonacin. loco citato num. 17. verſ neque obſtat, Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 39. num. 8. & 9. Laiman. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 24. ad tradita per Suyr. in Claui Reg. lib. 7. cap. 6. num. 9.*

9 Varijs tamen medijs iuuari poteſt Coniux impedimenti conſcius, quod probare nequit ad euitanda imminentia damna, in quibus, vel ratione vitæ diſcriminis, vel excommunicationis in foro poli, vel fornicationis proximi periculi in foro conſciéntiæ, incidere veriſimiliter, ac de facili poſſet, & primo contingente caſu, Coniux impedimenti conſcius habet remedium petendi diſpenſationem, ſi impedimentum ſit diſpenſabile, vel ingrediendi Religionem, ſi matrimonium non ſit adhuc conſummatum.

Secundo, poteſt in locum fugere, vbi ceſſet ſcandalum.

Tertio, vt petat diuortium legitima concurrente cauſa.

Quarto, vt habitet cum altero Coniuge perinde ac ſi eſſent frater, & ſoror, modo non ſit congreſſus periculum, *vt tradunt DD. citati per Bonacin. loco citato num. 18. & per Sanchez d. diſp. 39. num. 13.*

10 Ad quintum reſpondetur. Ordinarium non teneri ſtare aſſertioni Alexandri circa dictum impedimentum, quia licet ad ſponſalia diſſoluenda ſufficiat confeſſio vtriuſque ſponſi fatentium impedimentum, quamuis iuramento firmata fuerint, cum mutuo conſenſu ex huiuſmodi confeſſione reſultante diſſoluta cenſeantur *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſ. 103. nu. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1035. num. 17. & 18. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 72. num. 2.*

11 Tamen matrimonium per verba de præſenti contractum ad confeſſionem tantum Coniugum minime ſeparari debet, quamuis accederet rumor viciniæ, niſi alijs probabilibus rationibus concludenter impedimentum iuſtificetur, ad euitandam colluſionem inter ipſos Coniuges de ſe retrahendo à matrimonio, quia alias eſſet in eorum poteſtate matrimonium diſſoluere, ſicuti eſt dirimere ſponſalia, præcipuè ſi Coniuges non ſtent pro matrimonio, ſed diſſolutionem petant (quidquid ſit ſi pro matrimonio ſtarent, & in eo perſeuerare vellent) *cap. ſuper eo vbi notat gloſs. & cap. de illo vbi gloſſ. de eo, qui cogno. conſag. vxor. ſua Brunel. de ſponſal concluſ. 29. Maſcard. de probat. concluſ. 1035. num. 29. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſ. 83. num. 8. & ex Soto, Hoſtien. Abb. Alex. de Neuo docet Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 45. num. 33. & ſequen. vſque ad 35.*

12 Quod intelligendum eſt procedere, quando agatur de diſſoluendo matrimonio quoad vinculum, ſiquidem ſi de ſolo diuortio quoad horum tractaretur, vtique ſtandum eſſet confeſſioni alterius coniugis contra ſe ipſum prolatæ, vt ſi fateretur ſe adulterium perpetraſſe, quo caſu competeret ius alteri coniugi innocenti diuortium celebrandi, *Menoch. loco citato num. 7. Maſcard. vt ſupra num. 33. cum alijs per Sanchez loco citato num. 36.*

DECISIO CVII.

Alias conſtitutum IV.

Belliſarius luxurioſæ concupiſcentiæ vitio inquinatus exiſtens in Eccleſia ſacrum audiendi cauſa tres mulieres ibidem exiſtentes vnico voluntatis actu concupiuit, Propter fornicationem,

quam

quam cum vna ex præſatis perpatrare intendebat, non habens copiam denariorum, ſuratus eſt decem nummos aureos, quorum valor tempore furti non excedebat octo libras, tractu vero temporis cum eorum pretium vſque ad decem libras creuerit, Sacramentalem Confeſſionem facturus dubitat; an iuxta primum, vel vltimum valorem, aureorum reſtitutionem facere debeat, quæritur igitur.

1 An Belliſarius commiſerit ſacrilegium ob deſiderium carnalis concubitus emiſſum in Eccleſia, ita vt hæc loci circumſtantia aperienda ſit in Confeſſione.

2 An ille voieus voluptatis actus cognoſcendi tres mulieres contineat triplicem peccati deformitatem aperiendam in confeſſione.

3 An illa circumſtantia finis furti commiſſi propter fornicationem ſit aperienda in confeſſione.

4 An aureorum reſtitutio facienda ſit ſecundum valorem temporis furti, an ſecundum incrementum temporis moræ, & quæ in hoc debeant eſſe partes Confeſſarij.

1 AD primum reſpondetur, licet inhoneſtæ cogitationes, turpiaque, ac libidinoſa deſideria, immo impudici tactus, nutus, aſpectus, ac confabulationes habitæ in loco ſacro ſacrilegij criminis naturam aſſumant, ita vt in confeſſione neceſſario explicanda ſit loci ſacri circumſtantia, cum diuerſi iuris cenſeri nequeant, ſed eandem malitiæ deformitatem habeant, quam concubitus ipſe in Eccleſia perpetratus, vt docuit *Sylu. verbo confeſſio 1. quæſt. 10. num. 11.*

2 Verum Belliſarium tamquam nullius ſacrilegij reum, huiuſmodi circumſtantiam in foro pœnitentiali minime detegere teneri iudicamus, ſi expreſſè non in ipſa Eccleſia, ſed extra eam fornicarium concubitum exercere, ſuamque turpem voluntatem exequi concupiuerit, ſiquidem tale deſiderium in loco ſacro tantum conceptum, non autem conſumatum fuit, per deſiderium enim extra Eccleſiam ad actum reducendum, affertur irreuerentia, ſed non violatur locus ſacer, prout violatur per ſeminis, aut ſanguinis effuſionem *cap. fin. de conſecrat Eccleſ. cap. Eccleſijs diſ. 1. & cap. Eccleſijs diſ. 68.*

3 Et certum eſt peccatum, vt aſſumat circumſtantiam mutantem ſpeciem, in eadem ſpecie conſumari debere, & propterea affectus, ſeù conatus non eadem pœna punitur, non ſecuto effectu, ſeù delicto, *gloſſ. in l. ſi quis non dicam, in verbo, ſed attentare in fin. verſ. regulariter contra C. de Epiſc. & Cleric. Tiraquel. de pœn. temperan. caſ. 40. num. 1. late Farinac. in prax. crim. tit. de homicid. quæſt. 124. num. 6.* actus autem internus, & externus tunc ſunt eiuſdem ſpeciei, quando tendunt in idem obiectum cum eiſdem circumſtantijs, ſed cum concubitus in Eccleſia, & deſiderium illius exercendi extra eam, non tendant in obiectum loci ſacri ſub eadem circumſtantia, neceſſario ſequitur dictum actum internæ concupiſcentiæ ſacrilegij malitiæ participem minime effici, prout ſi quis coniugatam fœminam concupiſceret, ſub expreſſa conditione ſi ſoluta eſſet, non committeret adulterium, quamuis actus externus copulæ deinde ſecutæ adulterinus eſſet late *Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 15. num. 18. & 22. vbi contrarijs reſpondet ex Nauar. Viual. Petro de Ledeſ. Ludouic. Lopez, & alijs quos allegat.*

4 Hinc ſequitur vt colloquia, ac tactus quantumcunque turpes in loco ſacro abſque pollutionis periculo facti, non habeant circumſtantiam ſacrilegij neceſſario in confeſſione manifeſtandam, idem *Sanchez loco citato num. 21.*

5 Ad ſecundum reſpondetur quod iuxta nonnullorum DD. ſententiam aſſerentium obiecta tantum diuerſa numero non multiplicare peccata, ſed tantum aggrauare, ſufficeret ſi Belliſarius detegeret penes claues, ſe carnale deſiderium, aut moroſam delectationem habuiſſe ſuper muliere ſoluta, vel coniugata, cum non reputetur neceſſarium manifeſtare deſiderium, ſeù delectationem fuiſſe ſuper tres ſolutas, vel tres coniugatas, prout eſſet neceſſarium ſi vnico voluntatis actu concupiuiſſet Virginem, Coniugatam, & affinem, quia hoc caſu commiſiſſet vnicum peccatum plures habens deformitates, nempe Stupri, Adulterij, & Inceſtus, nam licet ſingula ſupradicta deſideria, ſi ſeorſim, & per ſe ſumantur communicent malitiam numero diuerſam, nihilo tamen minus ſi omnia in vnico voluntatis actu coniungantur, videntur habere vnam, & eandem malitiam, vnicamque deformitatem continere, ita vt huiuſmodi obiecta diuerſa numero ſicut formaliter, & materialiter vnum obiectum efficiunt, ita materialiter, & phyſicè actum peccati grauiorem conſtituunt, prout tradunt *Sanchez in 3. part. tom. 4. diſ. 22. ſeſſ. 5. num. 35. Megala in 1. par. lib. 5. cap. 12. num. 4.*

6 A nobis autem ſequenda, & amplectenda eſt contraria DD. ſententia tamquam magis in praxi tuta, & obſeruata, qua docetur in eòdem actu eſſe poſſe duplicem malitiam ſolo numero differentem, quia qui vno actu carnalis concupiſcentiæ fertur in tres mulieres licet vnum phyſicè peccatum committat, tamen cum reſpiciat tria obiecta integra, quorum quodlibet ex ſe aptum eſſet vnum peccatum conſtituere, dicitur continere tres malitias numero diuerſas aperiendas in confeſſione, nec obſtat, quod ex parte voluntatis dicatur vnicus actus, cum reſpectu multiplicati obiecti, & ſi numero diuerſi, talem ſpecificationem, & diuerſitatem recipiat, vt triplici voluntatis actu æquiualere indicetur, *Vaſquez in 3. part. tom. 4. quæſt. 91. num. 10. dub. 4. num. 8. Grana in p. 2. D. Th. diſ. 99. contr. 6. tract. 2. diſ. 5. num. 10 cum alijs per Dian. reſol. moral. part. 1. tract. 7. reſol. 17. in fin.*

7 Ad tertium reſpondetur præſatam finis circumſtantiam aperiendam eſſe in confeſſione cum mutet ſpeciem peccati *Reginal. tom. 1. lib. 6. cap. 4. diſ. 22 ſect. 4. in circumſtantia cur. Dian. reſol. moral. part. 1. tract. 7. reſol. 23. & ex Regien. Nugna. Pitigan. tradit Bonacin. in tit. de Sacrament. Pœnit. diſ. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. num. 25. tom. 1.*

Non deſunt vero alij, qui putant ſufficere, ſi pœnitens diceret, furatus ſum, & poſtea ſubiungat habui intentionem fornicandi, *Angelus verb. interrogatio § 6. Nauar. in manual. cap. 6. num. 2. Petrus Fey. in addit. ad 3. part. quæſt. 9. art. 2. diſp. 11.* vbi ait quod malitia, quæ in furto deſumitur à Mæchia, ad quam ordinatur, non eſt alia ab ea, quæ reperitur in intentione *Mæchiæ*, & ſimiliter malitia furti, quæ reperitur in intentione Mæchiæ, non eſt diuerſa à malitia ipſius furti ſecundum ſe, ergo qui confitetur furtum, & Mæ-

chiam, etiamſi non explicet ſe ordinaſſe vnum ad aliud ſufficienter explicar ſuum ſtatum.

Generalirer ramen ſciendum eſt circumſtantiam finis runc explicandam eſſe in confeſſione, quando quis peccando intendir finem aliquem continentem maliriam mortalem, ſecus ſi non contineret malitiam morralem, quapropter qui confeſſus fuir propter inanem gloriam, qui omiſit ſacrum propter ſtudium, non tenetur aperire huiuſmodi finis circumſtanriam, cum ſtudium quoad ſe non ſit malum, ſed efficitur malum quatenus eſt cauſa talis omiſſionis, igitur cum tota militia conſiſtat in omiſſione ſacri, qua tantum ſpecificara ſufficienter huiuſmodi peccati ſpecies ſpecificata cenſetur, *Coninch. de Sacrament, diſ. 7 dub. 4. nu. 24. Pitigianus in 4. ſent. tom. 2. diſ. 17. quaſt. vnic. art. 5. in circumſtantia cur. Azor. part. 1. lib. 4. cap. 3. quaſt. 7. cum alyſ apud Bonacin. loco ſupra citato num. 26.*

8 Ad quartum pro faciliori reſponſione ſciendum eſt in hoc iuris articulo vnam fuiſſe DD. ſententiam, qua firmatur, quod monetæ æſtimatio fieri debear, habita ratione illius temporis, quo fieri debear ſolutio, non autem inſpecto valore remporis antecedenris, aut ſubſequentis, *Bart. in l. Paulus num. 6. ff. de ſolut. Rot. deciſ. 135. num. 2. part. 3. in recent, & in Eugubina pradij 11, Februarij 1650. in §. moneta Papalis coram R.P.D. Cerru,* ita vt creditor in toridem aureis acquieſcere teneatur, quos expendir, ſiue illorum æſtimario aucta, ſiue imminura interea fuerit, *Facchin. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 9. verb. tertia eſt ſententia Gail. lib. 2. pract. obſer. cap. 73. num 9. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 194. num. 3. Beer. deciſ. 327. num. 4. & 13,*

9 Altera vero in contrarium, quod ſolurio ſit facienda iuxta monetæ exiſtimationem de tempore contractus (& ſic in caſu noſtro de tempore commiſſi furti, cum tunc fur quaſi contraxir vigore delicti reſtiruendi obligationem) quia ſi tempore ſolutionis iuxta currentem monetæ valorem ſolutio facienda eſſet, non tantundem, ſed plus, minuſue, quam eſſet acceptum redderetur, quod videtur abſurdum, cum non ſeruetur æqualitas, *l. cum quid 3. in fin. ff. de reb. cred. l. Rutilia Palla 69. ff. de contrahen. empt. l. cum quis 22. ff. de oblig. & actionu. cap. olim 20. de cenſib. Decius in l. 3. num. 56. vbi Bolognet. num. 73. Dunellus nu. 11, ff. de reb. credit. Decian. reſponſ. 11. num. 92 vol. 1. Couar. de veter. numiſm. collat. 5. vnico num. 3. lib. 2. cap. 207. num. 9. & 10. Myſing. pract. obſer. 1. cent. 4. Bocerus in tract. de iur. monet. cap. 2. num. 13. cum alyſ late per Dian. reſol. moral. tract. 7. part. 8. reſol. 18. per totam.*

10 Bene verum eſt quod regulariter poſt contractam moram in ſoluendo, ſeu reſtituendo, alteratio monetæ cedere debear damno debiroris, cuius negligentia creditori præiudicare non debet, *per text. in l. quod te, & in l. vnum vbi ff. ſi cert. petat, & ibidem DD. Mareſcot. var. reſol. cap. 94. ſub num. 10. verſ. aut mutatio valoris cum ſeqq. lib. 1, Gabr. lib. 3. de ſolut. concluſ. 3. ſub num. 1. Cancer. var. reſol. qui alios allegat. lib. 2, cap. 6. de ſolut. ſub num. 140. verſ. ſi vero pecunia, cum alyſ per Rot. in Romana, ſeu Florentina cambiorum 3. Iunij 1650. in §. fin. verſ. neceſſario vtique fuit coram Eminentiſſ. D. Cardinal Corrado.*

11 Nos autem hoc caſu putamus tam pœnitentis, quam Confeſſarij partes eſſe debere in animaduertendo, diligenterque enucleando, ſi Dominus ablaros aureos fuiſſet expenſurus tempore furti, quo valebant octo libras, vel reſeruaturus vſque ad tempus moræ, ſeu reſtitutionis, quo valebant decem, ſiquidem primo caſu, vtique reſtitutio facienda eſt ad rationem octo librarum, in ſecundo vero ad rationem decem.

12 Quia licet fur teneatur ad reparationem totius damni, quod paſſus fuir Dominus ex re ablara, ſiue damnum proueniat ex lucro ceſſante, ſiue ex damno emergente, tamen reſtitutio facienda eſt ad illati damni æqualitatem, nè Dominus aut maiorem lucrum faciat, aur minorem iacturam ſentiat, ſed hoc modo cum tantundem reſtiruat, nempe quantum abſtulir, & quantum damni intulir, videtur ſeruata æqualitas, & vtriuſque indemnitati æque conſultum *Bonacin. in tit. de reſtit. in genere diſ. 1. quaſt. 3. punct. 11. num. 1. iuncto num. 2. & ſeq. tom. 2. Turrianus in 2. 2. tom. 2. diſ. 10. dub. 2. num. 2. & ſeq. Silueſt. in verb furtum quaſt. 6. Megala in 2. 2. lib. 1, cap. 1. quaſt. 8. nu. 102. Nauar. lib. 4. cap. 1. dub. 4.*

13 Et ſic Dominus ſi rem ſibi ablatam non vendidiſſet tanto pretio, prout à fure vendita fuit, ſed illam ſeruaſſet vſque ad rempus, quo pretium rei diminutum fuiſſet, aur illam conſumpſiſſet eo tempore, quo non creuiſſet in pretio, fur non tenetur ad reſtiruendum pretium, quo rem alienam vendidir, vel quo valuit eo tempore, quo eam conſumpſit, ſed tenetur ad reſtituendum pretium quo Dominus rem ſuam vendidiſſet, vel quatenus damnum inruliſſe cenſetur, quia ita Dominus ſeruatur indemnis, cum non videatur inuitus circa illud augumentum, & propterea hanc opinionem in praxi à Confeſſarijs ſequi poſſe teſtatur *Diana reſol. moral. part. 2. tract. 17. & 3. reſol. 51. verſ. tertia opinio, & verſ. ſed hoc argumentum qui alios allegat.*

14 Sed maior inſurgit difficulras, quando ignoratur aur dubiratur quo tempore verus Dominus ablatam pecuniam expenſurus, vel rem venditurus eſſet, in qua dubietate, & incertitudine reſtitutionem fieri poſſe videtur, non ſecundum rigorem pretij maximi, neque ſecundum paucitatem pretij infimi, ſed ſecundum mediocritatem pretij medij, cum ita eam debitoris, quam creditoris indemnitati prouideatur: aut detrahi poreſt ratione illius incertitudinis quantum arbitrio prudentis viri illa incertirudo æſtimatur habita ratione quantitaris, & qualitaris rei, temporum & perſonarum, copiæ, vel penuriæ emptorum, & ſimilium aliarum circumſtantiarum, quæ æqualitatem inducant, né debitor plus reſtituat quam abſtulit, & Dominus non minus conſequatur, quam vendidiſſet *Turrianus in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. diſ. 10. dub. 1. num. 7. Bonacin. in tit. de reſtit. in genere diſ. 1. quaſt. 3. punct. 11. num. 4. in fin. tom. 2. Diana reſol. moral. part. 2. tract. 17. & 3. reſol. 52. verſ. ſed ego.*

DECISIO CVIII.

Alias Conſtitutum V.

Florianus vir diues quingentos nummos aureos Claudio mutuo dedit ad cuius fauorem ſe obligauit in fine anni eidem reſtituere vltra dictos quingentos alios decem ratione tamen gratitudinis, huiuſmodique beneficij tantum intuitu; inſuper adiecto pacto, quod ſi non reſtitueret tempore præfixo; in pœnam moræ, eademque durante ſex pro centenario eidem ſoluere teneretur. Tranſacto tempore conuentæ reſtitutionis, & pluribus alijs menſibus, Florianus interpellauit ſuum debitorem ad ſibi ſoluendum vltra ſortem decem aureos, ſibi ex gratitudine promiſſos, & ſex pro centenario ad ratam temporis incurſæ, contractæque moræ. Claudius ad ſe liberandum à moleſtijs, amicabili concordia pro medietate dicti debiti in ſolutum eidem tradidit vnum ſuum creditum ſcutorum aureorum tercentorum non plane tamen certum, ſed periculoſum, litigioſum difficiliſq; exactionis, pro alia vero medietate aliũ mutui contractum inter ſe inierunt, ſub hoc expreſſo pacto, & conditione, vt ſi Claudius mutuatarius intra decem annos ex hac vita migrauerit, nihil reſtituere teneatur, ſi vero ſupravixerit centum quinquaginta reſtituere debeat.

Quæritur. An in omnibus dictis caſibus fuerit commiſſa vſura, & reſpectiuè huiuſmodi contractus pro vſurarijs veniam reputandi.

1 PRo faciliori huius quæſiti reſolutione præmittendum eſt, vſurarium nuncupari omne lucrum immediatè ex mutuo proueniens, poteſt vero mutuator aliquid accipere à mutuatario aut ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ratione ſcilicet damni emergentis, vt quando quis patitur in re ſua aliquod damnum, puta ſi creditor ob retardatam ſolutionem cogitur accipere pecuniam ſub vſuris, vel propter moram incurrat aliquam pœnam *Iacob Buter. in l. cenſabit C. de action. empt. Bald. & Saly. in l. 2. C. de vſur. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 45. num. 33.*

2 Sed vt licite damnum emergens conſequi poſſit tria requiruntur ideſt vt tempore contractus in pactum deducatur damnum quod re vera euenit, & eminet; ſecundo vt ne deducatur in pactum aliquod ſupra damnum; tertio, vt re vera damnum ſequatur præciſe cauſa mutui, *vt ex Leſſio, Salm. Filiuc. docet. Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. 3. punct. 4. num. 3. tom. 2.*

3 Et propterea vt quis propter emergentem damnum intereſſe conſequi valeat, conſtare debet, & præciſe probandum eſt, damnum fuiſſe ſecutum, vel vſuras fuiſſe ſolutas propter ſolutionem in tempore à debitore non factam, & carentiam pecuniæ, vltra alia requiſita de quibus late *Menoch. de arbitr. caſ. 159. in addit. num. 28. cum alijs congeſt. per Gratia diſcept. forenſ. cap. 911. n. 20. & 21.*

4 Ratione vero lucri ceſſantis, vt quando quis lucrum non percipit, eo quod mutuo alteri dederit pecuniam nempe, quam in promptu habebat ad emendum agrum, vel ad negociandum, nec exinde potuit agrum emere, aut negociationi exponere, lucrumque huiuſmodi occaſione referre.

5 Tres pariter conditiones requiruntur vt liceat in mutuo paciſci de lucro ceſſante. Primo, vt mutuatio ſit cauſa cur ceſſet lucrum, quod in ſpe certa, & probabili habebatur, vt ſi mutuans ſubtraxerit pecuniam negociationi, & ob id ceſſet illi lucrum, ſecus vero ſi aliam pecuniam otioſam haberet. Secundo vt lucrum non exigatur ante quam damnum patiatur. Tertio vt non tantum exigatur ratione lucri ceſſantis, quam re ipſa futurum eſſet lucrum, ſed quantum valet ſpes lucri, deductis expenſis, quas feciſſet mutuator negociando vt late tradit *Bonacin. loco citato numer. 13.*

6 Et propterea lucrum in hac facti contingentia debet eſſe certum, & non remotum, & in potentia proxima, quia non ſequitur talis conſueuit negociari, ergo lucrum feciſſet, cum aliquando etiam damnum ex negociatione ſentiatur, vt probat *Text. in l. quemadmodum §. ſi nauis in fin. ff. ad l. aquil. Dec. conſ. 322. num. 5. Burſat. conſ. 08. nu. 1. Caietan. in ſumma in verb. vſura exterior in 5. caſu. cum alijs per Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 45. numer. 42.*

7 Immo lucrum non debet eſſe in ſola poſſibilitate, ſed in actu vt inquit *Angel. in ſumma, in verb. vſura num. 15. verſ. dummodo*, quapropter non releuaret probatio in genere, nempe quod in Ciuitate tunc aderant, & ſemper adſunt occaſiones reinueſtiendi pecunias in cenſibus, & mercibus, quia ex hac tantum reſultaret quædam potentia remota lucri, quæ non ſufficit, cum ad hunc effectum requiratur potentia proxima, hoc eſt quod ſe exhibuerit ſpecialis, & indiuidua occaſio alicuius ſpecialis inueſtimenti, cui creditor pecunias deſtinauerat, niſi mora debitoris impedimentum præſtitiſſet *Menoch. de arbitrar. caſ. 119. num. 2. & conſ. 1180. num. 20. late Ruin. iun. conſ. 52. num. 42. & ſeq. & conſ. 35. num. 5. & 6. lib. 1. Gratia diſcept. 67. num. 13. Rota coram Mohed. deciſ. 3. num. 1. & 2.*

8 Poteſt etiam intereſſe à partibus à principio taxari ob moram ſolutionis, dummodo taxatio non exedat legitimum modum, ſed fiat iuxta loci conſuetudinem, ad quinque, aut ſex pro centenario *Rot. coram Cæſare de Graſsis deciſ. 1. num. 1. & ſeq. & deciſ. 2. num. 2. & ſeq. tit. de vſur. Saluſ. de controu. cenſ. art. 3. contr. 17. num. 4.*

9 Præcipue ſi pœna, aut huiuſmodi taxatio non apponatur in fraudem vſuræ, id eſt inuito mutuatario, veluti ſi ad palliandam vſuram mutuator pœnam, vel dictam taxationem apponeret, vt aliquid exigere poſſet ratione mutui, ſciens, aut credens mutuatarium non fore potentem ad ſoluendum tempore præfixo *Medina de reb. per vſur. acquiſit. quæſt. 3. caſ. 4. cum alijs allegatis per Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. 3. punct. 7. num. 1. tom. 2.*

10 Et dummodo huiuſmodi intereſſe iuſtum, & veriſimile ſit, & in caſu in quo paciſci potuerit de intereſſe, & de fructibus ſoluendis, vſuræ ſint permiſſæ, *Bart. in l. rogaſti §. ſi tibi ff. ſi certum petatur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 911. num. 18. Rota deciſ. 12. num. 14. part. 5. recent. & in Romana fru-*

ctuum dotis 15. Ianuarij 1652. in §. idemq; reſpondetur coram Bichio.

11 Quapropter ne inſtrumentum continens certum, & taxatum lucrum dicatur vſurarium, debet coſtare de conuentione iuſtificata, & de veriſimili, & proportionato intereſse, quod licitam taxationem reddat, quibus deficientibus non admittitur huiuſmodi taxatio, vt clarè declarauit *Rota in Iannen. pecuniaria 6. Iunij 1611. cor. Card. Lancellotto confirmata 1. Maij 1613. coram Vbaldo late Gratian. diſcept. 387. per totam, & 911. num. 19.*

12 Generaliter vero à principio à partibus intereſse, ſeu fructus taxari minime poſsunt, quaſi hoc in fraudem vſurarum factum cenſeatur, quia prius de intereſse conſtare debet, quo probato poſtea illius taxatio venit admittenda ſecundum opinionem ab omnibus approbatam pro vt teſtatur *Gratian. dicta diſcept. 911. num. 1.*

13 Perſonalis tamen interpellatio requiritur (niſi certa adiecta eſset ſolutionis dies; quia tunc dies interpellat pro homine) ad effectum conſtituendi debitorem in mora, vt lucrum damni emergentis, & lucri ceſsantis debeatur, de qua debet conſtare aliter quam per aſsertionem partium, nè vſuris via aperiatur *Rot. in Romana fructuum dotis 15. Ianuan. 1652. in §. præſuntio tantum in fin. coram Bichio.*

14 Non enim efficitur locus obligationi ſoluendi pœnam, ante quam tacitè, vel expreſsè à mutuante petatur, qui non petendo videtur cedere iuri ſuo, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſ. 160. nu. 40. Emanuel. Sa. in verb. pœna num. 2. Nauar. cap. 23. num. 67.*

15 Prout etiam, pendente tempore dilationis, ſeù termino prorogatæ ſolutionis, mutuatarius non tenetur ad ſoluendam pœnam, cum non fuerit in culpa, nec in mora conſtitutus, nec ante conuentum diem ſoluere tenetur *Caiet. verb. vſura cap. 17. num. 235. cum alijs per Bonacin, vt ſupra punct. 7. n. 2. verſ. ſecundo cum.*

Quibus ſic præmiſſis.

16 Dicimus primo non poſse Florianum vltra ſortem mutuatam decem nummos aureos ratione gratitudinis ſibi promiſsos exigere, eo quod dicta gratuita remuneratio in pactum deducta fuit, & mutuatario impoſita obligatio, ad quam nullo iure tenetur, gratuita quidem remuneratio occaſione mutui, ad hoc vt non ſapiat vſurariam prauitatem, non eſt in pactum, ſiuè tacitum, ſiuè expreſsum deducenda, cum huiuſmodi velamen, ſeù colorata gratitudinis expreſſio cauſa potius palliandi vſuram appoſita iudicetur.

17 Et vſura realis ſemper committitur, quotieſcumque interuenit pactum reddendi aliquid ſupra ſortem pretio æſtimabile *Valentia diſ. 1. q. 21. punct. 2. verſ. altero modo Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. 3. punct. 11. num. 8. tom. 2.*

18 Dicimus ſecundo non eſſe vſurarium aliud pactum initum inter ſupradictos contrahentes ſoluendi ſex pro centenario, ſiue appoſitum fuerit ratione damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis, ſiue in pœnam ſolius moræ, ob reſtitutionem pecuniarum per mutuatarium tempore præfixo non factam, valideque à mutuante dictam ſummam exigi poſſe, dummodo concurrant conditiones ſupra relatæ, & damnum creditoris, ſeu lucrum quod facere poterat, ſi mutuata pecunia reſtituta fuiſſet ſit certum in potentia proxima, & non remota, quia talis obligatio in pœnam moræ adiecta, non eſt indebita, nec à iure improbata *cap. ſuam de pœnis, l. ſi pacto quo pœnam l. cod. tit. Tolet. lib. 5. cap. 32. Filiuc. tract. 34. cap. 5. quæſt. 7. n. 104. Turian. diſ. 61. dub. 3. ſub fin. Salas tract. de vſur. dub. 21. cum alijs per Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. 3. punct. 7. num. 1. & plurib. ſeq. tom. 2.*

19 Sed maior difficultas inſurgit; an dicta pœna veniat exigenda antea, vel poſt Iudicis ſententiam, & non videtur in dubium retorquendum poſt Iudicis ſententiã ſoluendam eſſe, ſi exigatur pro intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis.

20 Quia pœnæ conuentionales cum non debeantur ex æquitate iuris communis niſi quatenus concurrat intereſſe *Ancar. conſ. 148. num. 1. Fenzon. ad Statut. Vrbis lib. 1. cap. 163. num. 1. & 2. Rota deciſ. 371. num. 3. part. 1. diuerſ.*

21 Quod quamuis fuerit in obligatione taxatum nihilhominus exigi nequit, niſi aliter, quam ex partium aſſertione appareat eſſe verum, & iuſtificetur per legitimas probationes, quæ fieri nequeunt niſi coram Iudice, coram quo inſtrumentum continens certum, & taxatum lucrum, ne dicatur vſurarium, conſtare debet de conuentione iuſtificata, & de veriſimili, & proportionato intereſſe, quo non probato, non admittitur talis taxatio, *vt firmauit Rota in Iannen. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Cardinal. Lancellotto confirmata 1. Martij 1613. coram Vbaldo, cum alijs per Gratian. diſcept. 387. per tot. & 911. num. 19.*

22 Si vero dicta pœna exigatur in foro conſcientiæ ratione ſolius moræ, etiam ante Iudicis ſententiam perſolui poteſt; quia ex veriſimili contrahentium intentione ita ſe obligare voluiſſe videtur: vt voluerunt *Salas de vſur. dub. 21. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. caſ. 260. num. 40. Gutier. de matrim. cap. 18. num. 19. cum alijs per Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. 3. punct. 7. n. 4. verſ. ſecunda ſententia, & verſ. vtraque ſententia tom. 2.*

23 Sed nos contrariæ ſententiæ adhæremus, quia ſi dicta pœna poſt Iudicis ſententiam veniat exigenda, omnis præcluditur via, nè aliquid perpatretur in fraudem vſurarum, & aufertur omnis occaſio contrahentibus palliandi vſuras, ob nimis liberam facultatem ex ſe ipſis pœnas conuentionales exigendi *Sanchez. lib. 1. de matrim. diſ. 37. num. 4. Lopez. part. 1. de contract. cap. 31. Suarez. lib. 1. de leg. cap. 6. num. 8. Salas de legib. diſ. 15. ſect. 3. num. 51. Beia. 1. part. caſ. 41.*

24 Dicimus tertio Florianum abſque labe vſuræ in ſolutum accipere potuiſſe in ſatisfactionem mediatatis pecuniarum mutuatarum, Mutuatarij creditum maioris ſummæ non tamen plene certum, periculoſum, ac difficilis exactionis, cum expoſuerit ſe periculo lucrum, & iacturam faciendi, cuius reſpectu dictum creditum minus valet, & minus emi potuit *Bonacin. qui alios alleg. tom. 2. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. 3. punct. 10. propoſ. 2. num. 1. & 6. verſ. aduertendum tamen eſt,* vbi notat, quod ille qui eſt cauſa difficultatis non poſſit creditum minoris emere, ſed peccare contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem minus creditũ emendo.

25 Di-

25 Dicimus quarto, nullam à ſupradictis vſuram commiſſam fuiſſe per alium mutui contractum, inter eos, initum cum pacto, quod ſi mutuatarius intra duos annos decedat nihil reſtituat, ſi ſuperuiuat, trecentos aureos reſtituat, quia vterque ſe expoſuit periculo lucrandi, & perdendi, perinde, ac ſi inter eos initus fuiſſet contractus ſortis, ſeu ſpõlionis, qui ſeruata periculi, & pretij æqualitate permittitur, *vt ex Azor. 3. par. lib. 7. cap. 7. q. 7. & lib. 11. cap. 22. dub. 1. Fillinc. tract. 37. cap. 2. quaſt. 9. teſtatur Bonacin. in tit. de contract. dicta diſ. 3. quaſt. 3. punct. 5. num. 4. tom. 2.*

DECISIO CIX.

alias Conſtitutum VI.

Mauritius Parochus Ruralis læthalis criminis conſcientia læſus die feſto ſacrum celebraturus, non habens copiam confeſſarij emiſſo contritionis actu ad euitandum ſcandalum celebrauit. Poſt cõſecrationem monitus ægrotum ſuum ſubditum in extremo vitæ diſcrimine conſtitutum petere viaticum, & poſt Miſſæ celebrationem faciendam eſſe conſuetudine Sanctiſſimi expoſitionem, extracta pixide præter hoſtiam magnam à ſe conſecratam non reperijt, niſi vnam particulam, nec aliæ conſecrandæ exiſtebant, deinde in ſumptione Calicis animaduertit inaduertenter loco vini conſecraſſe aquam, hinc quæritur.

1 An cum dicta conſcientia peccati mortalis licitè celebrauerit.

2 Quomodo ſe gerere debeat Parochus in dictis caſibus ſtante penuria hoſtiarum, tam pro communicando ſe ipſum, & infirmum, quam pro facienda Sanctiſſima expoſitione.

3 Quid faciendum ſit à Sacerdote, qui loco vini conſecrauit aquam, vt validè Miſſæ ſacrificium perficiatur.

1 AD primum quæſitum pro clarioris reſponſionis dilucidatione aduertendum eſt, ſatis aperte per Sac. Concil. Trident. definitum fuiſſe *in ſeſſ. 13. de Sacramen. Euchar. can. 11.* nullum Orthodoxum cum conſcientia peccati mortalis ad Euchariſtiam recipiendam accedere poſſe abſque præuia confeſſione coram legitimo, & approbato Confeſſario præmiſſa, prout de iure diuino ſiue Sacerdos ſacrum celebrare, ſiue laicus Euchariſtiam ſumere intendat, præmittere tenetur, ita vt non ſufficiat antea contritionis actum elicere, *Henriquez in ſumm. lib. 8. cap. 45. § 3. in comment. lit. P. & V. Hurtad. in tract de Euchariſt. diſ 9. diffic. 5. Cened. ad decretal. collect. 98. num. 1. Vaſq. to. 3. diſ. 208. à num. 15. Perſicus de præcipuo Sacerdot. offic. lib. 1. cap. 2. dub. 5. num. 39. & 53. late Eminent. Card. de Lugo in tract. de Euchariſt. diſ. 14. ſect. 4. nu. 69. & ſeq. Valent. de Euchariſt. diſ. 6. quaſt. 8. punct. 3. Suarez de Euchariſt. diſ. 66. ſect. 3. Sot. in 4. diſ. 12. quaſt. 12. art. 4.*

2 Bene tamen verum eſt aliquando huiuſmodi præceptum diuinum præmittendi modo antedicto Confeſſionem, non ita ſtrictè obligare, vt interdum etiam non præmiſſa ſacramentali confeſſione liceat Sacerdoti ſacrum facere, & à laico ſacroſanctam Euchariſtiam ſumere, interueniente ſcilicet rationabili cauſa, vt ſi adſit neceſſitas communicandi, vel celebrandi, & deſit copia confeſſarij, dummodo ſaltem præmittatur contritionis actus, ne indignè ſuſcipiatur Euchariſtia cum crimine læthali, nam actus contritionis eſt in noſtra poteſtate, poſito diuino auxilio, quo Deus nos nunquam deſerit, ſiquidem præceptum præmittendi confeſſionem ante Euchariſtiæ ſumptionem eſt præceptum affirmatiuum, quod non obligat ſemper, & ad ſemper, cum poſſint tales circumſtantiæ occurrere, vt dictis exiſtentibus non obliget, *ita S. Thom. in 4 diſ 17. quaſt. 3. art. 1. queſt. 3. Vaſquez tom. 3. diſ. 209. à num. 15. Coninch. de Sacram. quaſt. 80. art. 4 dub. 2. num. 14. Chamerot. de Euchariſt. cap 9. dub. 7. & cap. 10. dub. 3 Cono in relect. de pœnis. par. 5. §. ad tertium non eſt difficile Fagundez de præcept Eccleſ præcept. 3. lib. 3. c. 8. n. 9. & cap. 9. num. 1. Eminent. Card de Lugo de Sacram. tom. 1 tract. de Euchariſt. diſ. 14. ſect. 5. ex num. 81. Bonacin. de Sacramen. Euchar d ſ 4 quaſt 6 punct. 1. nu. 13. tom. 1. Barboſ. in collect DD. in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. n. 6. de Sacram. Euchar.*

3 Copia autem Confeſſarij in hoc caſu tunc non cenſetur adeſſe, vt ſi abſolutè nullus reperiatur Confeſſarius, qui confeſſionem audire poſſit: hinc eſt, quod qui non habet copiam proprij confeſſarij, ſed alterius, cui licet non conſueuerit propria peccata conſiteri, nihilo tamen minus non poteſt ſe excuſare, quod non habeat copiam confeſſarij cum tunc habeat opportunitatem confitendi, vt nulla neceſſitate præmatur communicandi abſque confeſſione *Henriquez in ſumm. lib. 8. c. 47. Petrus de Ledeſma in tract. de Euchariſt. cap. 11. verſ. quarto Valer. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 29. nu. 107. & 108. ad fin. Bonacin. de Sacrament. Euchar. diſ. 4. quaſt. 6. punct. 1. num 27. Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trident. ſeſſ. 13. de Sacram. Euchariſt. cap. 7. num. 7.*

4 Vlterius qui ratione ſcandali vitandi, vel alia iuſta de cauſa cogitur communicare, vel celebrare, non obligatur ad præmittendam confeſſionem, ſi non habeat copiam Confeſſarij approbati, licet habeat copiam alterius Confeſſarij non approbati, vel etiam approbati, ſed excommunicati vitandi, *vt ex Nugn. Reginald. Filiuc. & alijs tradit Bonacin. loco citato num. 24. Barboſ. vt ſupra ſub num. 7.*

5 Inſuper, ſi pœnitens habeat quidem copiam approbati confeſſarij, ſed ſi nequeat abſque periculo notabilis damni, aut ſcandali eidem confiteri, vt ſi rationabiliter timeat manifeſtandum peccatum in confeſſione exprimẽdum, vel odium contra ſe concitandum, tunc tacitis ſolum illis, ex quibus huiuſmodi damnum reſultaret, & de reliquis præmiſſa confeſſione, licet Euchariſtiam ſumere, vel ſacrum facere poterit, *Fagund. de præcept. Eccleſ. præcept. 3. lib. 3. cap. 8. num. 21. Nauar. in manual. cap 7. nu. 6. Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. cum alijs per Bonacin. de Sacrament. Euchariſt. diſ. 4. q. 6. punct. 1. n. 28.*

6 Immo Sacerdos, qui inchoata miſſa recordetur de aliquo peccato mortali, non tenetur inchoatam miſſam relinquere, vt confiteatur, nec ad ſe vocare Confeſſarium ad Altare ſi commode non poſſit, & ſit periculum ſcandali. *Poſſeuin de ſacrificio cap. 2. num. 15. Henriq. lib 8. cap. 46. nu. 3. Suarez. diſ. 66. ſect. 4. Coninch. de Sacramen. quaſt. 80. art. 4. dub. 2. num. 16.*

7 Sá-

Sacerdos verò, celebraturus ex neceſſitate ſi habeat peccata mortalia, reſeruata, & non reſeruata, & confeſſarius non habeat facultatem abſoluendi à reſeruatis; tenetur nihilominus ex tutiori omnium peccatorum tam reſeruatorum, quam non reſeruatorum confeſſionem præmittere cum propoſito comparendi coram Superiore habente facultatem abſoluendi à reſeruatis, quia cum habeat copiam confeſſarij habentis ſaltem poteſtatem abſoluendi à non reſeruatis, vtique poteſt adimplere præceptum de præmittenda cõfeſſione ante Miſſæ celebrationem, vel Euchariſtiæ ſumptionem cum ex iuſta cauſa directè poſſit abſolui, à peccatis non reſeruatis, & indirectè à reſeruatis i *Suar. in 3. par. tom. 3. diſ. 66. ſect. 4. caſ. 4. Sotus quæſt. 17. diſ. 5. art. 5. Emanuel Sà in verb. Euchariſtia num. 13. cum alijs per Bonacin. de Sacram. Euchar. diſ. 4. quæſt. 7. puncto 1. nu. 31. tom. 1.* Contrarium tamen, ne quis teneatur eoſdem caſus bis confiteri, quod videtur graue onus voluerunt *Riccard. in 4. diſ. 17. art. 2. quæſt. 8. ad 2. Vaſq. tom. 3. diſ. 208. cap. 2. num. 7. Reginald. in prax. fori pœnit. lib. 29. cap. 6. quæſt. 4. ſect. 2. n. 120. caſ. 3.*

8 Quanta verò loci diſtantia intercedere debeat inter pœnitentem, & confeſſarium, vt pœnitens non dicatur habere copiam confeſſarij ad effectum celebrandi, non præmiſſa confeſſione, relinquendum eſt arbitrio prudentis viri, habita ratione circunſtantiarum, itineris difficultatis, temporis breuitatis, loci diſtantiæ qualitatis inualetudinis, vel vrgentiæ negociorum, vel ſi non poſſet ad Confeſsionem quis accedere abſque ſcandalo, vel infamia, ita vt illa loci diſtantia ſufficere videatur, qua pœnitens dictis circumſtantijs concurrentibus hic, & nunc Confeſſarium ſine magno incommodo adire non poteſt, nec eſt ita rigoroſè taxanda breuior, aut longior diſtantia; cum vrgentibus de cauſis reſpectu vnius iter 500. paſſuum reputetur difficilis, & trium milliariorum reſpectu alterius facilis, & ſine incommodo reddatur, *latè Perſic. de præcip. Sacerd. off. lib. 1. cap. 2. dub. 8. num. 86. §. tertia ſententia Ludou. Lopez par. 1. inſtruct. c. 11. quæſt. 2. Reginal. in prax. fori pœniten. lib. 29. cap. 6. quæſt. 4. ſect. 1. num. 307. §. circa hunc finem Suar. in 3. par. tom. 3. diſ. 66. ſect. 4. poſt caſ. 4. §. ex ijs Bonacin. de Sacrament. Euchariſt. diſ. 4. quæſt. 6. punct. 1. num. 30. tom. 1.*

9 Neceſsitas verò communicandi, aut ſacrum faciendi, quæ vti altera neceſſaria conditio copulatiuè requiritur, ad non præmittendam confeſſionem ex dicto S. C. Trident. diſpoſitione *in dicta ſeſſ. 13. cap. 7.* illa ex mente omnium DD. iudicatur ſufficiens, vt quando detrimenti, aut infamiæ nota, bona fama Sacerdotis, ſeù alterius hominis, ſi non ſacrum faceret, aut Euchariſtiam non ſumeret, periclitaretur, aut ſi fidelis in extremo vitæ diſcrimine conſtitutus viaticum recepturus eſſet, nulla exiſtente Hoſtia conſecrata, poſſet ad infirmum communicandum celebrare ſine confeſſione defectu Confeſſarij, aut ne Parochus totum Populum ſine Miſſa relinqueret præcipuè in die, quo de præcepto eam audire tenetur, vel ad perficiendum ſacrificium ab alio Sacerdote inhcoatum, qui ob ægritudinem valde ſubitaneam, illud perficere nequiuerit, & ſimilibus, de quibus illè *Perſic. de præcipuò Sacerdot. offic. lib. 1. cap. 2. à dub. 9. & 10. à num. 87. vſque ad 124. ita Io: Sanch. diſ. 32. num. 4. Card. de Lugo de de Sacrament. tract. de Euchar. diſ. 14. ſect. 5. nu. 107. cum ſeq. vt tradit Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. num. 8. verſic. caſus autem neceſſitatis.*

10 Noſcant tamen Sacerdotes, qui vrgente neceſſitate celebrauerunt non præmiſſa confeſſione peccati mortalis teneri quam primum confiteri non ex conſilio, ſed ex præcepto eiuſdem S. Concil. Trident. *in dicta ſeſſ. 13. cap. 7.* vt animaduertunt *DD. citati per Dian. reſol. moral. p. 2. tract. 14. de celebrat. miſſar. reſol. 60. in princ. & verſ. nota vero*, vbi quod hoc præceptum non extendatur ad laicos, quinimò nec ad eundem Sacerdotem, qui Sacramentum Euchariſtiæ ad inſtar ſæcularis ſuſcipiat, cum in illa communione non ſe habeat vti Sacerdos, ſed vti laicus, *Villalob. in ſum. par. 1. tract. 3. dub. 37. num. 8.* Concilium autem loquitur ſolum de Presbyteris, & non de laicis, argumentum autem à ſimili non habet locum in materia præceptorum à iure poſitiuo emanatorum, & ſic non obligat ſuperior per ea, quæ præciperet ſi animaduerteret, ſed per ea, quæ actu præcipit, *Molfeſ. in tom. 1. tract. 3. cap. 10. nu. 28. Coninch. de Sacramen. quæſt. 89. art. 4. dub. 2. nu. 24. Filliucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. quæſt. 5. nu. 221. Poſſeuin de adminiſtrat. Sacramen. cap. 5. num. 40. Card. de Lugo de Sacram. tom. 1 tract. de venerab. Euchar. Sacramen. diſ. 14. ſect. 7. num. 138. Dian. reſol. moral. par. 2. tract. 14. de celebr. Miſſar. reſol. 60 Bonac. in tit. de Sacram. Euchariſt. diſ. 4. quæſt. 6. puncto 1. num. 37. to. 1. cum alijs per Barboſ. de offic. Paroch. cap. 20. num. 19. & in collect. DD. in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. num. 8.*

11 Sed maior difficultas eſt quomodo intelligẽda ſint verba illa Concilij *quamprimũ*, & illico finita Miſſa Sacerdotem aſtrictum eſſe confiteri per dicta verba putat *Sancius in ſelect. diſ. 32. num. 14.* Extendunt verò vſque ad mane ſequens *Barthol. à S. Fauſto to. 3. de pœnit. lib. 4. quæſt. 20. Zerola in prax. pœnit. cap. 10. quæſt. 32.* ſed intra triduum li quam primum exponit, *Dian. par. 2. tract. 14. de celebrat. Miſſar. reſol. 60. verſ. Ego olim ex Gonzal. Ric. Sanch. & Coninch. quos allegat.* benigniori tamen opinioni poſtea inuentæ adhæret, nempè, vt Sacerdos poſtea confiteatur ſuo tempore ante aliam celebrationem, vt docent *Fagundez de præcept. Eccleſ. tract. 3. lib. 3. cap. 8. num. 9. Molfeſ. in ſum. to. 1. tract. 3 cap. 10. num. 28. Petrus Binsfeldius in Enchir. theol. paſtoral. cap. 5.* obſeruat denique *Eminent. Card. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de venerab. Euchar. Sacramen. diſ. 14. ſect. 7. num. 162.* intentionem quidem Concilij fuiſſe Sacerdotum conſcientiæ, & puritati conſulendi, idcirco voluiſſe prouidere, ita permittendo in caſu verè neceſſitatis celebrare cum contrictione, vt maneret obligatio confitendi, data occaſione, ad tollendum periculum ſæpius celebrandi abſque confeſſione, vnde infertur poſſe contingere, quod aliquando obliget illud præceptum ſub mortali ad confitendum eadem die, quando ſcilicet quis hodie habet confeſsarium, non eſt certus an cras ſit habiturus, cũ tamen inſtet eadem neceſſitas cras celebrandi, tunc enim etiam ſi tertio die habiturus ſit certo confeſsarium, debet hodie confiteri, quia dilatio

illa

illa, licet ſit parua, quoad tempus, eſt magna in qualitate, cum ſit cauſa iterum celebrandi abſque confeſſione, prout refert *Barboſ. in dicta ſeſs.13.cap.7.nu.9.& in verſ. vtrum autem cum Bonacin.* concludit Sacerdotem, qui ex ſua malitia celebrauit in peccato mortali non præmiſſa confeſsione non teneri quam primum poſt celebrationem confiteri, cum ex malitia, & non ex vrgenti neceſsitate celebraſſe dicatur,

12 Obiter tamen ſciendum eſt, ſacrificium oblatum à Sacerdote exiſtente in peccato mortali prodeſſe, & habere ſuum effectum, quatenus nomine Chriſti, & Eccleſiæ offeratur, quia eius fructus conferuntur ex opere operato, & non dependent à diſpoſitione Sacerdotis, eiuſque probitate, ſeu improbitate, ſi Miſſa conſideretur, vt ſacrificium eſt, ſed ſecundum merita Sacerdotis minus valet, vt latè differit *Bonacin. de Sacram. Euchar. diſ.4.quaeſt.vltim.punct.6.à num.3. vſque ad fin.tom.1.*

13 His ita firmatis ad primum quæſitum reſpondetur. Mauritium Parochum non habentem copiam confeſſarij potuiſſe, præmiſſa contritione celebrare, non obſtante quod mortali crimine premeretur, ne in die feſto Parochiani ſine Miſſa remanerent, quia concurrit neceſsitas celebrandi, & defectus Confeſſarij, *vt ex Nugn. Henriquez Reginal. Suar. & alijs tradit Bonacin. in tit. de Sacram. Euchariſt. diſ.4.q.6.punct.1.nu.23.tom.1.*

14 Ad ſecundum aſſerimus, attenta penuria hoſtiarum, celebrantis partes eſſe debere in his caſibus, nempè quod pro facienda expoſitione Sanctiſsimi poſt confectum ſacrum, relinquat hoſtiam magnam à ſe conſecratam, & ipſe ſumat particulam ab alio Sacerdote conſecratam, relicta tamen parte eiuſdem pro communicando infirmo proximè morituro, pro quarum comprobatione.

15 Noſcant Sacerdotes, tres eſſe partes eſſentiales Miſsæ, ſcilicet conſecratio, oblatio, & conſumptio, vt bene probat *Bonacin. in tit. de Sacram. Euchariſt diſ 4 quaeſt vlt punct.2.nu.1.to.1.*

16 Hinc eſt quod poteſt Sacerdos hoſtiam quam in Miſsa conſecrauit reponere in ſacrario, & ipſe ſumere hoſtiam ab alio conſecratam, cum conficiatur ſacrificium, ex quo interueniat conſecratio, oblatio, & ſumptio, *vt ex Henriqu. tradit idem Bonac. loco citato num.5.*

17 Non tamen fieret ſacrificium, quando Sacerdos non conſecraret, ſed hoſtiam antea conſecratam Populo oſtenderet, quamuis frangeret, & ſumeret, quia deficeret conſecratio, quæ eſt pars eſſentialis.

18 Conficeretur verò ſacrificium, quando vnus Sacerdos perficeret Miſsam inchoatam ab altero, qui poſt conſecrationem periret, quia adeſset conſecratio, quæ actio præcedentis coniungi poteſt cum actione alterius, qui offerre, & ſumere debet, ita vt integretur, & perficiatur vnum ſacrificium, vt proſequitur idem *Bonacin. n.2. verſ. hinc ſequitur iuncto num.4.*

19 Aduertendum inſuper eſt, duplicem oblationem in Miſsa contingere, prima contingit, quando offertur panis, vt fiat Corpus Chriſti, ſecunda quando poſt conſecrationem offertur ipſum Chriſti Corpus, prima enim oblatio ordinatur ad ſecundam tamquam ad eam, quæ eſt de eſsentia, *ita Henriquez Nugn. & alij apud Azorium lib.10.cap.6.q.1.contra Suar. & Coninch.*

20 Licet ex authoritate ſupradictorum grauiſsimorum auctorum ex tradita praxi, ſufficienter tali contingente caſu conſultum videatur, tamen non deſunt alij, qui hanc ſententiam nullo modo probabilem eſse putant, aſſerentes Sacerdotem celebrantem neceſsario debere ſumere hoſtiam, quam in eo ſacrificio conſecrauit, cum alia hoſtia præconſecrata impertinenter ſe habeat ad hoc ſacrificium, & Sacerdos ſumendo hoſtiam à ſe conſecratam oſtendit ſe illi ſacrificio conſentire, quod oſtendere non poteſt ſumendo hoſtiam conſecratam in alio ſacro, & propterea quod reprobanda ſit praxis aliquorum Parochorum ſumentium in renouatione Euchariſtiæ hoſtias antiquas, & recentes aſseruantium, cum debeant duas hoſtias conſecrare, & vnam illarum ſumere, & deinde antiquas ante ablutionem, *ita Io. Prapoſitus in 3.par. D. Thomæ quaeſt.83. art.1. dub.7.num.58. & ſubtiliter Eminentiſs. Card. de Lugo de Sacram. Euchariſt. diſ.19. ſect.5. num.76. aſserens Henriquez, & Fagundez in hac quaeſtione parum theologicè loquutos fuiſse, Bartholomæus à S. Fauſto de Sacram. Euchar. lib.2. quaeſt.29. cum alijs relat. per Dian. reſol. moral. par.5 tract.14. Miſcel 2. reſolut.96. verſ. ſed hanc ſententiam, vbi in verſ. ſed non deſinam*, reprehendit quendam Parochum, qui non habens maiorem hoſtiam, quam præconſecratam reconditam in ſacrario eam populo in eleuatione exhibuit, cum in Miſsa debeat exhiberi populo adoranda hoſtia in illo ſacrificio conſecrata, & oblata, ſed quod melius ſe geſſiſset, ſi maiori iſti hoſtiæ alteram paruam à ſe conſecratam in illo ſacrificio ſimul adiunxiſset, exhibendo vtramque adorandam.

21 Quod autem deficientibus particulis poſſit Sacerdos pro communicando infirmo in vltimo vitæ diſcrimine conſtituto, ne ſine viatico decedat, diuidere hoſtiam, & partim ſumere, & partim infirmo præbere, tradit *Laiman. lib.5. tract 5, cap.4. de ſacrific. Miſſæ num.6. verſ. caſus verò*, quinimmò poſſe Sacerdotem frangere hoſtiam etiam pro communicando fideli ob ſolam deuotionem, quia ita fidelium vtilitati conſulitur, nullaque iniuria affertur Sacramento, cum in ſingulis particulis quamuis exiguis Chriſtus contineatur teſtantur *Sancius in ſelect. diſ.22.num.21. Anton. de Literat. in ſumm. par.2. cap.22. num.20. Scorzia de ſacr. Miſſa lib.4. cap.29. nu.82. Sylueſt in verb Euchar.3. num.15. Angel. verb. Miſſa num.27. cum alijs apud Dian. reſol. moral. par.2. tract.14. de celebrat. Miſſæ reſol.37. & par.3 tract.4. de Sacram. reſol.34.*

22 Immò licet ob multiplicitatem Sacerdotum multi caſus, in quibus Sacerdos poterat aliquando eodẽ die plures Miſſas celebrare *iuxta text. in cap. conſuluiſti de celebrat. Miſſarum, prout tradit Diana par.2. reſol. moral tract.14. de celebrat. Miſſ. reſol.56.* abierunt in deſuetudinem, tamen ſi Sacerdos monitus fuerit ſtatim poſt ſumptionem hoſtiæ de neceſſitate communicandi infirmum, quod debeat abſtinere à ſumenda ablutione, & nouam Miſſam inchoare ſicuti in Natiuitatis Domini ſolemnitate fieri ſolet ob defectum hoſtiarum conſecratarum, cum non aliud ſuppetat opportunius

reme-

remedium conſulendi infirmi ſaluti docet *Laiman.lib.5.tract.5. cap.4. de ſacrific.Miſſæ nu.5.verſ. caſus verò*.

23 Si verò Sacerdos moueatur poſt ſumptam ablutionem de neceſſitate communicandi infirmum quod tunc omninò iterum celebrare nequeat cum non ſit amplius ieiunus licet deficiant hoſtiæ, quia magis habenda eſt reuerentia huic Sacramento, quam neceſſitati proximi, cum præceptum ſumendi viaticum, obliget infirmos, ſi decenter, & reuerenter Sacramentum confici, & ſumi valeat ex veriori DD. ſententia tradunt *S.Antonin. par.3. tit.13. cap.6. §.2. Sot.in 4.diſ.13, quæſt.2.art.2. Azor.inſtit.moral. par.1.lib.10.cap.30. quæſt.1. Reginald.in prax.for. pænit. lib.29.num.121. Gauant.in comment. ad rubr.miſſal. par.1. cap.9. ſub num.1. Marchiu.de Sacrament.Ordinis tract. 3. par.3. cap.3.num,13.Bonacin.in tit.de Sacram.Euchar.diſ.4. quæſt.6.punct.2.num.24.tom.1. cum alijs per Barboſ, de offic.Paroch. par.2, cap.20.num.40. Diana par.5, tract,3.reſol.35,*

24 Et ſic quod non liceat iterum eadem die celebrare, quando non adeſt Euchariſtia conſecrata, nec alius reperitur, qui celebret, tenent *Victor. in ſumm.num.83.Nauar.in motu cap.21.num.53. Suar. tom.1.diſ.66.ſect,5. Squillant.de oblig. Cleric.par.2. num.63.*

25 Licitum tamen eſſe Parocho pro communicando infirmo proximè morituro Miſſam dicere non media nocte, ſed ſummo mane, ante lucem notabiliter tradunt *Ludou.à S.Ioanne de adminiſtr. Sacram.art.4.de commun. num.9. Fagundez in 5.Eccleſ.præcepta præcept.1.lib.3. cap.17.num.15. Azor, inſtit.moral.par.1.lib.10. cap.25. quæſt.7.Bonacin.de Sacrament.diſ.4.quæſt.vlt.punct.9.num.3.tom.1. cum alijs per Barboſ.de offic.Paroch.par.2.cap.20.num.35.*

26 Ad tertium reſpondetur, Sacerdotem, qui loco vini conſecrauit aquam, animaduertentem errorem poſt aquæ ſumptionem, debere de nouo vinum conſecrare, & ſumere, non obſtante quod fregerit ieiunium naturale per ſumptionem aquæ, quia alias non eſſet perfectum ſacrificium, cum conſecratio vini ſpectet ad integritatem ſacrificij quod cum ſit de iure diuino præponderare debet præcepto Eccleſiaſtico de ſumenda Euchariſtia cum ieiunio, ſicut etiam qui poſt conſecrationem recordatur ſe non eſſe ieiunum, tenetur ſacrificium perficere, quia obligatio perficiendi ſacrificium iam inchoatum, eſt magis obſeruanda, & præferri debet obligationi ſumendi Euchariſtiam cum ieiunio, *vt ex Azor.Chamerotta, Rodriguez, & alijs tradit Bonacin. de Sacram. Euchar, diſ.4.quæſt.6.punct.2.num.19.& 20.* vbi quod ſi Sacerdos peracta conſecratione periret, nec adeſſet alius præter Sacerdotem non ieiunum, quod teneatur Sacerdos non ieiunus perficere ſacrificium, ſecus verò ſi Sacerdos pereat ante conſecrationem, quia tunc ceſſat obligatio Miſſam perficiendi, cum nullæ partes eſſentiales Miſſæ ſunt poſitæ ineſſe, ita vt aliæ, quæ deficiunt ſuppleri debeant ab alio Sacerdote,

DECISIO CX.

Aliàs Conſtitutum VII.

Theobaldus, contracto matrimonio cum Sabina coram Parocho, & Teſtibus, inualidè tamen ob occultum impedimentum poſtea ad notitiam deuentum, legitimam obtinuit diſpenſationem, cuius vigore, ablato impedimento, iterum coram Parocho, & Teſtibus ſolemnizare cupiebat; interim in extremo vitæ diſcrimine conſtitutus, ne ita decederet, ob abſentiam proprij Parochi, coram ſimplici Sacerdote matrimonium celebrauit, & coram eodem, & duobus Teſtibus ſuum vltimum condidit Teſtamentum, in quo iure legati reliquit præfatæ ſuæ vxori vſumfructum tertiæ partis ſuorum bonorum, dummodò tamen caſtitatem ſeruauerit. Semproniæ verò eius filiæ, mille aureos ſi virum duxerit, & alios mille Cæciliæ eiuſdem nepti pariter ſi nupſerit, quingentos tamen ſi ingrediatur religionem. Sabina contra mentem Teſtatoris occultè caſtitatem non ſeruat, Sempronia verò, & Cæcilia Religionem ingredi volentes inſtant pro ſolutione legatorum non obſtante dicta Teſtatoris diſpoſitione. Quæritur quid iuris.

1 An dictum matrimonium ſemel licet inualidè ob occultum impedimentum coram Parocho, & Teſtibus celebratum, eſſet iterum (ablato impedimento) coram Parocho, & Teſtibus celebrandum.

2 An validè in mortis articulo defectu Parochi, quilibet Sacerdos aſſiſtere poſſit.

3 An valeat ſaltem de iure canonico Teſtamentum celebratum coram ſimplici Sacerdote.

4 An Sabina occultè non ſeruando caſtitatem, teneatur in foro conſcientiæ vſumfructum legatum reſtituere defuncti hæredibus.

5 An Sempronia religionem ingredi volens conſequi valeat legatum pro viro ducendo.

6 An Cæciliæ debeantur mille, & non quingenti ex quo religionem ingrediatur, & virum non ducat.

1 AD primum reſpondetur matrimonium ſemel celebratum iuxta formam præſcriptam *à Sac.Conc.Trid. in ſeſſ.24.de matrim.cap.1.* coram Parocho, & Teſtibus licet inualidè ob occultum impedimentum, ſi per diſpenſationem auferatur impedimentum non eſſe neceſſarium iterum coram Parocho, & Teſtibus celebrari, ſed ſatis eſſe ſi contrahentes inter ſe ipſos ſolos renouent conſenſum, quem ſi Theobaldus, & Sabina de nouo præſtiterunt, nulla alia præmebantur neceſſitate ſolemnizandi huiuſmodi matrimonium cum noua præſentia Parochi, & teſtium ſiquidem tamquam ſemel publicè in facie Eccleſiæ initum omnis ſublata fuit clandeſtinitatis ſuſpicio, ita vt ſi ſublato impedimento clam celebretur, clandeſtinum dici nequeat, attenta publicitate ab Eccleſia requiſita, quod præceſſerat, & conſequenter in caſu noſtro cum non militet eadem ratio decreti Sacri Concilij Tridentini interpoſiti ad remouendam clandeſtinitatem ac mala, & ſcandala, quæ ex ea oriebantur, nec eiuſdem diſpoſitio ſibi locum vindicare debet, *& ita declaratum fuiſſe à Pio V. teſtatur Nauar. in*

ſum-

ſumma latina cap.22.num.70.& cap.16. in noua editione num.37. & in lib.4.conſilior.tit.1. de ſponſal. in 1. editione conſil. 35. in 2. conſil. 14. in fin. relat. per Sanchez de matrim.lib.2.num.3.diſ.37.tom.1.Henriquez lib.11.de matrim. cap.3.nu.6.Petrus de Ledeſm. tract.eod.quæſt.45.art.5.dub. penult.Philiarcum de officio Sacerdotis tom.1.par.2.lib.2.cap.13.

2 Hoc tamen aduertendum eſt procedere, dummodò Parochus, & Teſtes impedimentum illud ignorabant, ſi tamen notitiam habebant, quamuis eſſet occultum neceſſario repetendum eſſet coram Parocho, & Teſtibus, quia in hoc caſu à principio non fuit ſeruata forma Sacri Concil. Trident. ex quo dictis Teſtibus conſtando matrimonium in foro Eccleſiæ eſſe nullum, non fuerunt Teſtes valoris, ſed nullitatis ipſius matrimonij, *vt ex Henriq. & Petr. de Ledeſma tradit Sanchez dicto diſ.37.num.10.*

3 Vlterius ſi impedimentum plenè probari poſſet in foro externo, & contentioſo, pariter coram Parocho, & Teſtibus veniret reiterandum matrimonium; ne ex clandeſtina ratificatione præbeatur occaſio ſequendi omnia inconuenientia, quæ olim ex clandeſtino matrimonio ſequebantur idem *Sanchez dicta quæſt.37. num.11. verſ. immò quamuis.*

4 Ad ſecundum reſpondetur. Quod licet ſimplex Sacerdos poſſit deficiente proprio Parocho miniſtrare confeſſionem, Euchariſtiam, extremam vnctionem, minimè tamen etiam in mortis articulo miniſtrare poteſt Sacramentum matrimonij, ac proinde in caſu noſtro ſi fuiſſet neceſſaria præſentia Parochi, vtique non fuiſſet validè initum matrimonium, quia præſentia Parochi, & Teſtium in actu celebrationis matrimonij requiritur tamquam forma ſubſtantialis vigore decreti irritantis matrimonium aliter contractum, *vt ex Veracruz appendice ad ſpeculum dub.5. colum. 7. & Petro de Ledeſ de matrim.quæſt.45.art.5.punct.3. dub.3.ad fin.& alijs tradit Sanchez de matrim.lib.3. diſp.17.num.5.verſ.hinc infertur.*

5 Hinc ſequitur ad validam miniſtrationem Sacramenti matrimonij non ſatis eſſe licentiam præſumptam, & ratihabitionem de futuro, vt alius Sacerdos poſſit aſſiſtere matrimonio, ſed verè, & actualiter licentia debet præcedere, nam ratihabitio de futuro non eſt licentia de præſenti; Sacramentum enim matrimonij dicitur Sacramentum voluntarium, & non neceſſarium, prout eſt pœnitentia, & Euchariſtiæ, & propterea hæc in caſu neceſſitatis miniſtrari poſſunt à ſimplici Sacerdoti, non autem Sacramentum matrimonij *Sanchez dicta diſ.17.num.5. verſ.ad quintum dic. & latè eodem lib.3.diſ.35. num. 17. & 18. vbi alios allegat.*

6 Ad tertium clara eſt reſponſio valere Teſtamentum conditum coram ſimplici Sacerdote, qui in caſu neceſſitatis fungatur officio Parochi ſeù attenta eiuſdem abſentia gerat eius vices, teſtamentum autem factum coram Parocho, & duobus Teſtibus de iure canonico valet, *cap cum eſſes cap.relatum de teſtam. Mantica de coniect.vltim. volunt.lib.1.tit.1.num.6.Tiraquel.de priuil piæ cauſ. priuil.4.Craſſus de ſucceſs.§.Teſtamentum quæſt.18. num.2.Boer.deciſ.93.num.3.*

7 In vltimis enim voluntatibus Parochus poteſt fungi munere Notarij *Marchin. in tract. de peſte par.3.cap.3.num.3.*

8 Et quamuis quando agitur de Teſtamentis, ſeù relictis piæ cauſæ, hoc nullam habeat difficultatem, cum fauore piæ cauſæ nullæ requirantur ſolemnitates, ſed ſatis ſit conſtare de certa voluntate Teſtatoris omiſsis omnibus ſolemnitatibus, *Abb.in cap.relatum num.2. & 5. de teſtam. & ibi Couar.num.2.Clar.in §.teſtam.quæſt.6.num.2.Dilect.de art.teſtam.tit.2.cauſ.3.num.4.Bero.conſil.1.numer.27.lib.2.Gratian.diſcept.forenſ.cap.605.nu.20. & ſeq.Rota deciſ.74. num.14. par.2. diuerſ.& coram Merlin.deciſ.805. num.5.& ex moralibus latè Diana. reſol.moral.par.7. tract.6.de teſtam.priuil. reſolut.2. verſ.de iure canon.*

9 Et in hoc ius canonicum obſeruari non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperij teſtantur *Boer.deciſ.93.num.3.Craſ.de ſucceſs.§.teſtament.quæſt.6.nu.1.Mantica de coniect. vltim.volunt. lib.6.tit.3.num.4. Tuſch.concl.116. num.78. tom.8. cum alijs per Dian.reſol.moral.par.7.tract.6.de teſtam. priuil.reſol.2.per totam Tiraq.de priuil. piæ cauſ.priuil.1.Rota coram Caualer. deciſ.27.num.1. & coram Merlin.deciſ.805.num.3.& 4.*

10 Nihilo tamen minus locum ſibi vindicare tam ſi Teſtamentum fuerit conditum ad pias, quam ad prophanas cauſas, *Ruin.conſil.14.n.4.lib.2.Alex. conſil.777.num.2. lib.2.cum alijs per Clar.in §. teſtamentum quæſt. 57. num. 1. circa med. & num. 2.* vbi quod in vtroque foro hoc ſit ſeruandum præcipuè in terris Eccleſiæ *Rota in Romana, ſeu Ianuen. locorum Montium 16. Maij 1659. §. inſuper cum coram Eminentiſſ.Card.Otthobono.*

11 Ad quartum abſque vlla dubitatione aſſerendum eſt Sabinam non adimplentem conditionem, ſub qua relicta fuit vſufructuaria tertiæ partis hæreditatis, turpem vitam traducentem, & caſtitatem non ſeruantem teneri in conſcientiæ foro vſumfructum, ac legatum reſtituere defuncti hæredibus, quia Teſtator relinquendo legatum ſub illa lege, videtur eam voluiſſe obligare ad non violandum thorum prioris coniugij, vt expreſsè colligitur *ex auth.cui relictum Cod. de indicta vidui Bonacin.in tit.de contractibus diſ.3.quæſt.17. punct.8.§.4.num.12.tom.2. Diana par.1. reſol.moral. tract.10.reſol.23. verſ.ideo quæro in fin. & ex Caietano, Henriquez, Molina, Vega, Graſſ. Guttierez, & alijs tradit Sanchez de matrim. lib.7. diſ.91. numer.3.*

12 Voluntas enim Teſtatoris ad vnguem eſt ſeruanda, & adimplenda; *l.in condict. 19. ff. de condit.& demonſtrat. l.cum quæſt. 23. Cod.de legat.lib.1. Cod.de conſtit.pecun. Rota in Piſauren. Adminiſtrationis Montis 12. Iunij 1651. in §. ratio reſolutionis coram Card.Otthobono.*

13 Nec lucrum conſequi, aut quis iuuari poteſt, eo contractu, quem pro parte ſua non adimpleuit, *l. Iulianus §. offerri ff. de antiq. temp. Natta conſil.226.num.2. Puteus deciſ.357. ad fin.lib.3. Caputaq. deciſ.232. par.1.& deciſ.157. par.3. Mantica deciſ.1.num.8.*

14 Præcipuè quando inter teſtatorem, & legatarium pro vt in caſu noſtro initur contractus do vt des, vel do vt facias, quia tunc legatarius acceptando legatum videtur ſe obligare ad conditionem ſeruandam, eaque non ſeruata ad reſtien-

dum tanquam conditione deficiente, *Sanchez. dicta diſp.91.num.2.circa med.*

15 Et quamuis regulariter pęna exigi nequeat ante Iudicis ſententiam, tamen hoc non procedit in pæna à teſtatore adiecta, cum in foro conſcientiæ ſtatim, ac incurritur, debeatur, nulla expectata Iudicis ſententia, *ita Gutier. quæſt.canon.lib.2. cap.5.num.16. Nauar. in ſumma latina cap.27.nu.61. Henrriquez lib.13. de excommun. cap. 56. num.2. in comment. lit.VV. Emanuel Sà in ſumma in verb. pæna num.1. cum alijs congeſtis per Sanchez lib.7. de matrim. diſ.91. num.2.*

16 Nec infringit, quod occulte huiuſmodi conditio non adimpleatur, & occulto tantum concubitu thorus prioris coniugij violetur, & propterea Sabinam non debere ſubire hanc pœnam reſtitutionis, cum nemo ex occulto delicto puniri debeat, vt late tradit, *Minchaca de ſucceſ. progreſ. in præfat. lib.1. num.98. ad fin.* quia hoc procedit quando agitur de puniendo delicto in foro externo, ſecus in foro conſcientiæ, in quo legataria non eſt tuta in fruendo re legata, & non adimplendo conditionem, vt ex *Caiet. Cenedo, Beia, Vega, Armilla, & alijs docet Sanchez de matrim. lib.7. diſ.91. num.4. vol.2.*

18 Ad quintum quamuis legatum relictum in genere, & indefinitè pro fæminis maritandis tradi nequeat fæminis ingredientibus Religionem, ſed ſolum matrimonium temporale intrantibus diſtribuendum veniat, quia teſtator ita relinquendo legatum incertis perſonis, non cenſetur habuiſſe affectum, & prædilexiſſe certam determinatam perſonam, ita ex eius veriſimili mente arguatur, indifferenter legatum conſequi velle ſiue temporale, ſiue ſpirituale matrimonium ineatur, nec in hoc caſu ſibi locum vindicare poteſt diſpoſitio *auth. de Sacroſan. Epiſcop. §. ſed & hac præſenti collat.9.* cum ſit exorbitans à iure exigenti conditiones in vera, & ſpecifica forma impleri, & non in ficta *leg. Mænius, leg. qui heredi ff. de condic. & demoſt. vt bene Bero in ſuis quæſtion. quæſt.34. num.6. & 7. Pedemon. deciſ.126. num.12. Bald. nouel. de dote 6. par. priuil.76. num.4. ad fin. & priuil.77. num.1. & 3. Gulielmus Benedictus cap. Raynutius verb. quia cum illa num.31. de teſtam. Bertachinus in repert. verb. legatum pium verſ. legatum pro virginibus maritandis Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.5. num.22. Couar. cap.3. num.11. verſ.6. ex proxima de teſtam. Sanchez de matrim. lib.1. diſ.33. num.32. Bonacin. de contract. lib. diſt.3. quæſt.1. punct.4. nu.10. verſ. ſed contrarium verius, & diſ.3. quæſt.13. punct.8. §.4. num.*

19 Nihilo tamen minus aſſerimus Semproniam conſequi debere legatum ei relictum, quando virum duxerit, licet ingrediatur religionem; quia huiuſmodi legatum fuit relictum perſonæ determinatæ, vt matrimonium ineat, quo caſu debetur etiamſi ingrediatur Religionem, cum teſtator cenſeatur habuiſſe ſpecialem affectionem ad ſubueniendum illi perſonæ, ex quo reſultat iuris pręſumptio relinquere voluiſſe, & cum effectu conſequi velle, etiam in caſu matrimonij ſpiritualis, ex Ingreſſu Religionis reſultantis, *§. ſed & hoc præſenti aut. de ſanct. Epiſc. collat.9. & auth. niſi rogati C. de Senat. Conſult. Trebel. Gutier. tract. de ſponſal. cap.20. num.27. Menoch. lib.4. de præſumpt. 148. à num. 13. vſque ad 16. Bald. Nouel. de dote par.6. priuil 77. num.2. Couar. par.1. var. quæſt. cap.19. num.19. cum alijs per Sanchez de matrim. lib.1. diſ.33. num.29. tom.1. & ex Theologis Molina, qui de communi tom.1. de iuſtitia tract.2. diſ.207. concluſ.1. fol. mihi 1267. Bonacin. in tit. de contract. diſ.3. quæſt.17. punct.8. §.4. num.6. tom.3.*

20 Tanto magis quia huiuſmodi legatum factum fuit ad fauorem propriæ filiæ, quo caſu propter præſumptum teſtatoris affectum erga ſanguine coniunctam ita plenius, & latius interpretandum eſt, vt debeatur etſi non expreſſiſſet certam, & determinatam perſonam, ſib coniunctam, eoque fortius ſi expreſſerit, inueriſimile quidem redditur teſtatorem ita ſtricte, & determinate relinquendo ſub conditione matrimonij, de carnali coniugio intellexiſſe, vt impie propriam filiam, ſeu alias ſanguine coniunctas retrahere voluerit ab ingreſſu Religionis, legati commodo in hoc caſu priuando, per *text. in leg. Aurelius §. Titius teſtamento facto ff. de liber. legat. Natta conſ.296. nu.6. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.5. num.22. Sanchez dicta diſ.33. num.32. verſ. hoc tamen fatendum Bonacin. loco ſupra citato num.6. verſ. hoc tamen limitatur.*

11 Bene verum eſt hoc procedere vbi tales non concurrant coniecturæ, ex quibus demonſtretur teſtatorem de nuptijs carnalibus intellexiſſe, quia tunc non eſſet præſtandum legatum Religionem ingredienti, *Guliel. Benedict. in cap. Raynutius verb. qui cum alia num.32. de teſtam. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.18. nu.26. Menoch. de præſumpt. 143. num.2. relat. per Sanchez. lib.1. de matrim. diſ.33. num.30.* vbi plures coniecturas refert, & præcipue quando teſtator legauit puellæ ſi nubat perſonæ certæ, quia tunc intelligi nequit de nuptijs ſpiritualibus, & conſequenter Religionem ingrediens non conſequitur legatum *Bonacin. de contract. diſ.3. quæſt.17. punct.8. §.4. num.6. tom.2.*

22 Ad ſextum reſpondetur, quamuis videatur magis æquitati conſona, magiſque religioni fauorabilis DD. ſententia, qua docetur puellam conſequi debere integrum legatum in maiori ſumma relictum, ſi virum duxerit, & in minori ſi Religionem ingrediatur, licet virum non ducat, ſed Religionem eligat, perinde ac ſi illa conditio adiecta non eſſet, tamquam retrahens, & aduerſa Religioni. *Bart. & Socin. in leg. 2. ff. de his, quæ pœnæ cauſa num.1. Iaſ. in auth. ſi qua mulier num.11. & 15. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Rolan. conſ.35. num.17. lib.3. Euerard. loco à matrim. carnal. ad ſpirituale num.8. & ex Theologis Dian. reſol. moral. par.3. tract.6. reſol.29. verſ.6. ſi quis, cum alijs per Iacob. Beda in defenſione Fidei in cauſa Moriſcorum tract.2. cap.1. §.3. obiect.2. fol. mihi 159.*

23 Nos autem ex probabiliori, & de iure veriori aſſerimus cum *Sanchez de matrim. lib.1. diſ.34. num.13.* Cæciliam ingredientem Religionem conſequi non poſſe, niſi quingentos, & non mille, quia dicta conditio contra expreſſam teſtatoris voluntatem reijcienda non eſt, tamquam fauens matrimonio, & ſobolis procreationi, quod reſpicit commune reipublicæ bonum, ad differentiam ingreſſus Religionis, quod reſpicit bonum particulare ipſiuſmet ingredientis tantum, & propterea non eſt admirandum ſi ius magis faueat

matrimonio, quam ingreſſui Religionis. *Bald. in auth. niſi rogati num. 11. C. ad S.C. Trebel. & in leg. Deo nobis nu. 1. & 2. C. de Epiſcop. & Cleric. Couar. lib. 1. var. reſol. lib. 1. cap. 19. nu. 8. 9. & 10. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 29. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. num. 26. Decian. conſ. 41. num. 30. lib. 1. Gutier. quæſt. canon. lib. 1. cap. 32. num. 58.*

25 Teſtator enim ita legando cenſetur habuiſſe reſpectum, quod maiora onera incumbunt nuptijs, quam monialibus, ex quo dos detur pro oneribus matrimonij ſubſtentandis, *leg. pro oneribus leg. dotis fructus C. de iur. dot. leg. de diuiſione vbi gloſ. & DD. ff. ſolut. matrim.* & ideo Dos minor datur ex communi obſeruantia, & vt naturalis æquitas ſuadet ingredienti Monaſterium, quam nubenti in ſæculo, cum Monialis non egeat familia, liberis careat, & non quærat pompam, aut honorem, & Dos à Monaſterio recipiatur titulo eleemoſynæ pro alimentis tantum, & vitæ ſuffragio, vt bene conſiderauit, *Rot. decìſ. 63. num. 3. 5. 6. & 7. coram Greg. 15. & decìſ. 480. num. 1. & decìſ. 249. num. 7. in fin. par. 2. in recenſ. & ita de communi obſeruantia teſtatur Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 21. num. 30. Sanchez de matrim. lib. 1. diſ. 34. n. 14. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 19. num. 10. in fin. ex Bald. in auth. res quæ ſub num. 13. C. commun. de legat.*

DECISIO CXI.

Alias Conſtitutum VIII.

Aldrouandus pluribus criminibus lethalibus reſeruatis illaqueatus, vigore Iubilei in Diœceſi publicati animo debitam abſolutionem conſequendi, in prima hebdomada exiſtens tamen in peccato mortali cæpit eleemoſynas facere, Eccleſias viſitare, die verò Dominico immediate ſequenti Sacramentalem Confeſſionem emiſit, & Euchariſtiam ſumpſit. Durante vero tempore Iubilei cum reinciderit in alia reſeruata, de nouo expleuit opera iniuncta, & abſolutionem petijt; paruam tamen eleemoſynam fecit, & ante fores præſcriptæ Eccleſiæ orauit, cum eandem ingredi non potuerit, propterea præbuit dubitandi cauſam.

1 An ad conſequendum Iubileum ſit neceſſe, vt quis toto tempore, quo ſingula opera explentur, eſſe debeat in ſtatu gratiæ.

2 An qui ſemel Iubileum obtinuit, poſſit iterum obtinere, & abſolutionem à reſeruatis denuo commiſſis conſequi.

3 An quælibet parua eleemoſyna ſufficiat ad conſequendum Iubileum, ſi ea præcipiatur.

4 An orans ante fores Eccleſiæ obtineat Indulgentiam, ſi Eccleſiam ingredi nequeat.

1 AD primum reſpondetur non eſſe neceſſe ad conſequendum Iubileum vt quis eo toto tempore, quo iniuncta opera explentur permaneat in gratia, ſed ſufficere, vt in gratia exiſtat in actu quo vltimum opus perficitur, vel antequam expiret terminus Iubilei, quo poſito indulgentia effectum conſequitur, quia Summus Pontifex non præcipit omnia opera fieri in gratia, nec opus præſcriptum ad conſequendam indulgentiam eſſe neceſſario ſatisfactorium, cum ſit conditio, qua poſita Summus Pontifex applicat indulgentias, & ideo non requiritur, vt quodlibet opus ſiat in gratia, *Nauar. de indulg. notab. 19. num. 17. & notab. 32. num. 47. Graſ. de indulg. cap. 5. nu. 48. Suar. diſ. 52. ſect. 2. num. 7. & ſect. 5. num. 8. Candid. diſquiſ. moral. in tit. de confeſſ. Sacramen. diſ. 24. art. 69. dub. 65. cum alijs per Bonacin. in tit. de indulgent. diſ. 6. quæſt. 1. punct. 5. num. 10. tom. 1.*

2 Quinimo ſi quis pro indulgentiæ, ſeu cuiuſcumque Iubilei conſecutione veram fecerit confeſſionem, ex ignorantia vero informem, & communicauerit in peccato, ante quam vero terminus Iubilei expiret, vt ſero die dominico per contritionem iuſtificetur, etiam ſi tempore præcedenti fuerit inimicus, & opera requiſita in peccato perfecerit, vtiq; conſequitur indulgentiam, quia illa contritio eſſet quaſi vltimum opus, per quam fidelis durante tempore Iubilei iuſtificaretur, ita vt cætera alia opera mortificata per peccatum reuiuiſcerent, & propterea pro ſufficienti haberi debet ad eundem conſequendum. *Henriquez lib. 7. de indulgen. cap. 9. num. 5. in fin. Candidus diſquiſ. moral. in tit. de confeſſ. Sacrament. diſ. 24. art. 69. dub. 62.*

3 Vlterius qui tempore Iubilei Anni Sancti in peccato mortali impleret viſitationes Eccleſiarum, ſi poſtea anno durante cõfitendo in gratiam rediret, quamuis etiam patriam fuiſſet reuerſus, conſequeretur Iubileum Anni Sancti, quia licet in ſtatu peccati mortalis iniuncta opera expleuerit, ſi tamen intra Annum ſuppleat hunc defectum legitime confitendo conſequitur Iubileum *Sanctarel. var. reſol. quæſt. 75. num. 38. & ex Nauar. & alijs Candidus loco citato dict. dub. 62.*

4 Ad ſecundum, quamuis videatur ſemel tantum Iubileum obtineri poſſe, cũ in forma Iubilei eius conſecutio concipiatur per verbum disiunctiuum in prima ſcilicet, aut ſecunda hebdomada, & propterea qui ſemel Iubileum obtinuit, non poteſt ſi reincidat in reſeruatis ſecunda hebdomada ab eis abſolui, & iterum obtinere Iubileum, explendo omnia ad illud conſequendum neceſſaria, quamuis adhuc non ſit Iubilei tempus elapſum, cum iam fuerit obtentum, & ſuum effectum ſortitum, ita *Sanchez lib. 4. in decal. cap. 54. num. 300. Portel. in dub. regular. verb. Indulgentia nu. 15. Fauſt. in Theſ. rel. lib. 4. quæſt. 61. Raphael. della Torre to. 1. in 2. 2. quæſt. 88. art. 12. diſ. 6. Sanch. in ſum. tom. 1. lib. 4. cap. 54. n. 30. Suar. de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. nu. vltim. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 9. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 261.* vbi de menſe Maij 1620. ita declaraſſe S. Congregationem Concilij, nempe tantum ſemel acquiri indulgentiam per Iubileum, & ſemel tantum à caſibus abſolui quempiam poſſe.

5 Verum quia agitur de materia fauorabili, & gratioſa, quæ non eſt coarctanda, ſed extendenda, fauorabiliori quoque ſententiæ nobis adhærere placet, ſi igitur adhuc non ſit elapſum tempus ad conſequendam indulgentiam relapſus in reſeruatis, ſi præſtet neceſſaria ad illam conſequendam, cum non videatur qua ratione effectus fuerit incapax, vtique conſequitur, & à reſeruatis denuo abſolui poteſt, nam in indulto conceſſionis indulgentiæ non limitatur vt ſemel tantum acquiri valeat, & quod lex non dicit, neque nos dicere debemus, & id circo poteſt iterum acquiri, *Rodrig. in ſum. cap. 164. num. 17. Henriquez lib. 6.*

de pænit.cap.16.num.3. Nauar. in Iubileo notab.32. num.46.verſ.circa hoc interrogatur Bonacin. in tit.de indulgent.diſ.6.quæſt.1.punct.5.nu.33.tom.1. Candid. diſ. moral.de confeſſ.Sacram. diſ.24. art.69. dub.57. verſ. dico ſeptuageſimo quarto in fin. Iacob. de Graſ. in append. ad ſuas dec.lib.2.cap.5.nu.23.Molfeſius in ſum.tom.1.tract.7.cap.16.num.45.Sanctarel.de Iubileo cap.5.dub.4.Nald.in ſum. ver. Indulgentia nu.4. & 5.cum alijs per Dian.reſol.moral.par.2.tract.17.& 3.miſcel.reſol.49. verſ. at contraria, & part.5. tract. 12.de indulg.reſol.28.verſ.cui ego, vbi quod primæ opinioni ſtaret, ſi ſibi conſtaret ſupradictam declarationem citatam à Filliucio vere à S. Congreg. emanaſſe, ſed quia de illa non conſtat authenticè, propterea quod pœnitentes, & Confeſſarij in praxi hanc ſententiam ſequi poſſunt.

6 Nec aduertatur illa particula diſiunctiua in prima, aut ſecunda hebdomada, qua cenſetur appoſita reſpectu commoditatis fidelium, nempe vt quis non poſſit, vel nolit prima hebdomada opera adimplere, adimpleat in ſecunda, non autem ad excludendum, vt nequeat duabus vicibus, quis indulgentiam lucrari, ſi iniuncta opera denuò expleantur, *vt ex Molfeſ. animaduertit. Dian. per 2. tract.17.& 3. reſol. 49. verſ. ad argumentum*.

7 Ad tertium reſpondetur, quod quando ad Iubilei conſecutionem non præſcribitur eleemoſyna pro cuiuſcumque facultate, ſed ſimpliciter, tunc ſiue copioſa, ſiue modica tradatur (licet plus, vel minus mereatur) ſufficit ad lucrandum Iubileum, quia illa conditio eleemoſynæ indefinitè propoſita, per cuiuſcumque eleemoſynæ traditionem adimpleta cenſetur, ita *Dian. qui alios allegat. reſol. moral.part.5.tract.12. de indulgen.reſol.14.verſ.ſed prorſus*.

8 Si verò in Bulla exigatur eleemoſyna pro cuiuſcumque facultate, tunc enim maior eleemoſyna eſt à Diuite, quam à paupere elargienda, alioquin non videtur adimpletum opus, ſeù conditio ſub qua conceſſa eſt Indulgentia, & Bullæ ſatisfactum, *Sanctarel. cap.5.dub.6. Emanuel. Sà verb. Indulgentia num.4.& ex Suarez. Graſſ. Cordub.Henriq.tradit.Bonacin.in tit.de Indulgen. diſ.6. quæſt.1.punct.5.num.17.verſ.nos verò tom.1.*

9 Sed quantitas eleemoſynæ tam reſpectu pauperis, quam reſpectu diuitis, non eſt mathematicè, & coarctate menſuranda, ſed moraliter, & prudentis viri arbitrio, alias ſi non ſufficeret quælibet eleemoſyna, ſed eſſet facienda proportionate iuxta perſonarum qualitatem, & facultatem, fideles ob dubium, & ſcrupulum, quod non facta fuerit proportionata eleemoſyna ad menſuram, & calculum conditionis, & facultatis, nunquam poſſent ſcire ſe lucratos eſſe indulgentiam, & propterea in vniuerſum ſufficeret, vt præſtetur eleemoſyna competens ſtatui, iuxta eleemoſynam, quam quiſque in ſuo ſtatu facere conſueuit extra Iubilei occaſionem, vt ſi conſueuerit dare pro eleemoſyna Artifex vnum ſolidum, vir nobilis, vnum iulium, Baro tres Iulios, Princeps ſcutum, Rex duos aureos, ſatisfacerent, & lucrarentur indulgentiam ſi talem eleemoſynam erogarent, & præcipuè ſi in aliquo intuitu Iubilei augerent, ita *Boſſius de triplici Iubileo ſect.4.caſ.21.num.29.iunct.num.32. relat. per Dian. reſol. moral. part. 5. tract. 12.de Indulgen. reſol.14.verſ.ſed quid dicendum*.

10 Pauperes verò, qui nullo modo poſſunt ad lucrandam indulgentiam largiri eleemoſynam egere commutatione in aliud opus pium, vt ſatisfiat, & ſeruetur forma Bullæ, tenent *Sanctarel. de Iubileo cap.7. dub.1. Leo. de Iubileo part. 2. num.72, Lauorius tract.eod.cap.19.num.6.* Sed quia diſpoſitio bullæ intelligenda eſt in terminis habilibus, & mens Summi Pontificis non videtur includere voluiſſe pauperes vti inhabiles ad hoc opus præſtandum, non eſſe neceſſariam huiuſmodi commutationem docent *Fauſtus de Iubileo lib.4.quæſt.55. Nauar. in miſcellan.94.num.2. Graſ. in Append. lib.2. cap.5. num. 58. Henriquez lib. 7. cap.10.nu.6.in gloſ.lit.N. Dian.loco citato reſol.15. verſ. verum*, vbi vtramque ſententiam probabilem exiſtimat, & quod pauper adimpleret formam bullæ ſi faceret eleemoſynam minimam, etiam vnius oboli, tradit *Boſſius de triplici Iubileo ſect.4. caſ.21. num. 4. 5. & 6.*

11 Ad quartum reſpondetur Indulgentiam conceſſam viſitantibus Eccleſiam obtineri ab eo, qui ad eam acceſſit, ſed v. g. præ hominum multitudine ingredi non potuit, ſed ante eiuſdem Eccleſiæ fores, vel è Cæmeterio orauit, quia re vera dicitur viſitare Eccleſiam, & reputatur perinde, ac ſi intra ipſam Eccleſiam oraret, *Suarez.diſ.52.ſect.1. Corduba quæſt. 21. Layman. lib.5. tract.7. cap. 3. num.9. Sanctarel. de Iubileo cap. 4. dub.3.Filiuc.tom.1.tract.8.cap.6.quæſt.3.num.133. Fernand. in exam. Theol. moral. part.3.cap.8. §.8. num. 3. Bonacin. in tit. de Indulgen. diſ. 6. quæſt. 1. punct.5.num.26.tom.1.cum alijs per Dian. reſol.moral.part.1. tract.11. reſol. 103. & part. 5. tract.12. reſol. 19.*

12 In fauorabilibus autem, vt ſi agatur de orando de immunitate Eccleſiarum, eius nomine includitur non tam ipſa Eccleſia, quam ipſius Eccleſiæ ſcalæ, tectum, atrium, porticus, ſecus verò in odioſis, vt ſi ageretur de eius pollutione, quia tunc Eccleſia ſumitur strictè, vt ſupradicta non veniant ſub eius nomine. *Dian. reſol. moral. part.6.tract.1.reſol.7.§.oritur etiam.*

13 Et ſic etiam ad obtinendam Indulgentiam conceſſam viſitantibus quinque Altaria, non eſt neceſſe motu corporali ad ſingula accedere, ſed ſatis eſt motu cordis ab vno in aliud Altare pergere ex vno Eccleſiæ loco fixus preces fundendo verſus quinque Altaria, quia hoc modo moraliter præſcriptum opus ſufficienter adimpletum cenſetur, *Sà verb.Indulgens num.6. Henriq.lib.7. cap.10.num.1.Vegh.in ſum.tom.2.cap.7.caſ.16.Ludouic.della Cruz. in Bull.cruc.diſ.1.dub.13.num.4. Bonacin. loco citato num.25. Dian .part.1.tract.11. reſol.102.& part.5. tract.12.reſol.16.*

DECISIO CXII.

Alias Conſtitutum IX.

Hippolytus præcipuo cordis affectu intendens Iubileum lucrari, animo, & intentione omnia adimplendi ad eiuſdem conſecutionem neceſſaria, Sacramentalem Confeſſionem præmiſit, abſolutionem ab omnibus cenſuris, & caſibus reſerua-

ſeruatis, ac voti, quo alligatus erat commutationem obtinuit; ex mera deindè negligentia iniuncta opera non adimpleuit. Modo dubitat de validitate obtentæ abſolutionis, & an teneatur ſeruare primum votum, aut potius commutationem adimplere, Quæritur.

1 An Hippolytus remanſerit abſolutus à cenſuris, & reſeruatis.
2 An teneat dicta voti commutatio.
3 An peccauerit mortaliter recipiendo abſolutionem à reſeruatis, & non adimplendo neceſſaria ad Iubileum conſequendum.
4 An conſequutus fuerit Iubilæum.
5 An reuiuiſcat præfatum votum commutatum ob non adimpleta neceſſaria ad Iubileum lucrandum, ita vt teneatur ſeruare potiùs primum votum, quam opus ſubrogatum per commutationem.

1 AD primum aſſerimus Hippolytum remanſiſſe abſolutum ab omnibus cenſuris, & reſeruatis, quamuis poſt obtentam abſolutionem non adimpleuerit cætera opera iniuncta ad conſequendum Iubileum; quia licet abſolutio impoſita fuerit in ordine ad futuram eiuſdem Iubilei conſecutionem, nullam tamen ab eadem dependentiam habet, nec ad reincidentiam, ſed ſimpliciter, & purè collata fuit; cum hoc in Iubileo non explicetur, pro vt exprimi ſolet, quando eſſet de intentione Summi Pontificis, qui confeſſarijs eligendis poteſtatem abſoluendi abſolutè, & non ſub conditione ſi adimpleantur omnia requiſita ad acquirendam indulgentiam, concedere voluiſſe videtur, & certum eſt, quod Confeſſor, qui abſolueret ſacramentaliter ſub conditione, delinqueret, quia abſolutio eſſet incerta, *Nauar. in man. cap. 1. in princ. num. 62. de pœn. diſ. 6. & cap. 26. nu. 12.* quapropter cum Hippolytus ſemel legitimè ſua peccata confeſſus, &
3 abſolutus fuiſſet, nulloque iure ſiue humano, ſiue Diuino, ſiue canonico obligetur ad iterum confitendum eadem peccata, validè abſolutus remanſit, ita *Nauar. tom. 2. conſil. lib. 5. de pœnit. & remiſ. conſ. 13. fol. mihi 475. Sanchez lib. 4. in decalogum cap. 59. num. 4. Candid. diſquiſ. moral. tit. de confeſſ. ſacramental. art. 69. dub. 45.*

4 Ad ſecundum pariter vota commutata remanſiſſe dicimus, quia abſque vlla Iubilei conditione commutatio impertita, & prima obligatio ſublata, & in aliam ſubrogata fuit, ſecus verò ſi pœnitens ſibi vota commutare, & à reſeruatis abſoluere feciſſet animo, & intentione non adimplendi requiſita ad Iubileum conſequendum, eo quod in re graui per hanc fictionem decepiſſet Sacerdotem, imò per huiuſmodi fraudem non eſſet legitimè confeſſus, nec abſolutus, tàm à reſeruatis, quàm à non reſeruatis & peccaret mortaliter, quia confeſſio non eſſet integra ob non manifeſtatum hoc fraudandi peccatum, *Nauar. tom. 2. conſil. lib. 5. de pœnit. & remiſ. conſ. 19. per tot. Rodriq. part. 1. ſum. cap. 184. num. 15. Candid. diſq. moral. tit. de Confeſ. ſacram. art. 69. dub. 47.*

5 Ad tertium quamuis *Suarez. 4. part. vbi de pœnit. diſ. 31. ſect. 4. num. 4. & Cariolanus de caſibus part. 1. ſect. 3. art. 17. nu. 3.* ſubſtineant grauis culpæ reum effici, qui Iubileum conſequi intendens illius virtute obtineat abſolutionem à reſeruatis, & voti commutationem, ſi poſtea mutata voluntate illum non conſequatur, cum controueniat virtuali pacto incluſo in recepto beneficio abſolutionis exequendi neceſſaria ad eiuſdem conſecutionem in detectarum culparum ſatisfactionem.

6 Sed nos in benigniorem partem inclinantes, venialiter tantum, & non mortaliter peccaſſe arbitramur, tum quia ad euitandum peccatum ſufficit illa bona fides, & propoſitum à principio adimplendi neceſſaria, tum quia Confeſſarius talem conditionem non exigit, nec Pontifex huiuſmodi obligationem requirit, nec ex natura rei tale pactum in ea actione includitur, ergo non peccauit mortaliter, cum nullis promiſſis,
7 nulloque pacto, aut obligationi controuenit, & generalis regula eſt, quod quando eſt dubium, an pro aliqua re ſit præceptum impoſitum, tunc iudicandum eſt non dari tale præceptum, idque in fauorem libertatis in eo dubio poſſidentis, ita *Portel. in dub. Regul. verb. Indulgentia pro Iubilea, num. 20. Henriq. lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 6. in fin. Sanchez lib. 1. de matrim. diſ. 43. num. 9. circa fin. tom. 1. & lib. 8. diſ. 15. num. 224. tom. 3. Dian. reſol. moral. part. 5. tract. 12. de indulgen. reſol. 42.*

8 Ad quartum reſpondetur minimè Iubileum conſecutum fuiſſe, quia fuerunt tantum inchoata, ſed non perfecta opera iniuncta ad conſequendum Iubileum, *Nauar. notab. 32. de Indulgen. n. 49. Reginal. lib. 7. num. 178. Nugnius quæſt. 27. art. 1. verſ. in hoc dubio Bonacin. in tit. de Indulgen. diſ. 6. quæſt. 1. punct. 5. num. 23. tom. 1.*

9 Præfata enim opera ſe habent per modum conditionalis diſpoſitionis, quæ vt ſuum ſortiatur effectum, ipſa conditio adimpleri debet in forma ſpecifica, cum talis naturæ ſit, vt prius impleatur, ad effectum poſtea beneficium, ſeu emolumentum conſequendi, *l. cedere diem de verb. ſignif. l. qui hæredi § fin. ff. de condit. & demonſt. l. pecuniam ff. ſi cert. petat. Menoch. de arbit. iudic. caſ. 15. num. 3. Gratian. diſcept. 318. num. 9. Surd. deciſ. 229. num. 3.*

10 Hinc eſt, quod ſi quis aliquam tantum partem operis iniuncti prætermitteret, non conſequeretur Indulgentiam; vt ſi Indulgentia requirat tres dies ieiunij v. g. & vnus omitteretur, ita etiam ſi concedatur recitanti quinquies orationem dominicam, & quatuor ſolum recitentur, ſed ſi opus iniunctum eſſet vna Miſſa, & mini-
11 ma eius pars omitteretur, veriſimile eſt lucrari Indulgentiam, quia in moralibus parum pro nihilo reputatur, ita *Dian. reſol. moral. part. 5. tract. 12. reſol. 23. ex Boſſ. de Iubileo ſect. 4. caſ. 8. num. 2. & 6. Sanctarel. de Iubileo. cap. 7. dub. 1. Leo. tract. eod. part. 2. num. 158. Suar. in 3. part. tom. 4. diſ. 52. ſect. 5. num. 4. Layman. lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 3.*

12 Ad quintum reſpondetur vota commutata tempore Iubilei non reuiuiſcere, quamuis pœnitens poſtea non præſtiterit neceſſaria ad illud lucrandum, quia talis commutatio fuit abſolutè, & non ſub aliqua conditione obtenta, & propterea pœnitens ſi adimpleat opus ſubrogatum ſatisfacit, vt ex *Suar. Sà Reginal. Rodriq. & alijs per eum relat. docet. Bonacin. tit. in ſecund. Decalog. præcept. diſ. 4. quæſt. 11. punct. 7. § 4. num. 18. tom. 2.*

13 Notandum tamen eſt, quod liberum eſt vouenti ſeruandi primum votum, aut rem commu-

tatam

ratam adimplendi, quia commutatio vouentis tantum fauorem reſpicit, cui poteſt cedere, renuntiare, & non vti, nec prima obligatio per commutationem abſolutè cenſetur extincta, ſed tantum ſuſpenſa, ſub tacita conditione, vt vouens, vel ſeruet primum votum, vel id, in quod commutatum fuit *Sanchez lib.8. de matrim. diſ.9. num. 21. tom. 3. Azor. inſtit. moral. lib.11. cap.18. quæſt.10. num.12. Clauiſ. Regia lib.6.cap.12.dub.5. cum alijs per Bonacin. loco citato num.20.*

DECISIO CXIII.

Alias Conſtitutum X.

Theodoberto Parocho in foro pœnitentiali, à quodam pœnitenti multa lethalia crimina reſeruatam excommunicationem habentia detecta fuerunt, & vlterius furtum in notabili quantitate commiſſum in Euſtachij bonis, & bonam famam eidem poſt eius tamen obitum ablatam publicè per falſam appoſitionem cuiuſdam homicidij facti; & priuatim per reuelationem veri furti, ſed occulti ab eodem defuncto perpetrati. Qui Parochus vel ex ignorantia, vel ex inaduertentia non habens facultatem abſoluendi à dictis cenſuris, & non imponens onus reſtitutionis tam rerum, quàm famæ ablatæ, ſacramentalem abſolutionem impertitus fuit, ſed antequam pœnitens recederet è loco confeſſionis animaduertens in errorem, ſermonem cum pœnitente de eodem habere intendebat, ſed frangere ſigillum confeſſionis dubitauit. Quæritur,

1 Ad quid teneatur Confeſſarius, qui defectu iuriſdictionis malè abſoluit pænitentem à cenſuris.
2 An Confeſſarius, qui culpabiliter non obligauit pænitentem ad reſtitutionem, teneatur ipſe reſtituere.
3 Quando (generaliter loquendo) facienda ſit famæ reſtitutio per manifeſtationem publicè falſi, & priuatim veri alterius criminis.
4 An (in caſu noſtro loquendo) quis manifeſtando defectum, ſiuè verum, ſiuè falſum defuncti peccet peccato detractionis, & teneatur ad famæ reſtitutionem.
5 Quando defuncto ſit facienda reſtitutio famæ.
6 An Confeſſarius poſt datam abſolutionem antequam pænitens recedat, poſſit alloqui eum eodem abſque eius licentia de errore in confeſſione commiſſo.

1 AD primum vtique cauere debent Confeſſarij ſiue ſæculares, ſiue regulares etiam vigore cuiuſuis priuilegij abſque facultate neceſſaria, ſeù opportuna non obtenta licentia, abſolutionem impertiri pœnitentibus cenſuris illaqueatis, aut in caſibus ſiue apertè, ſiue dubiè contentis in Bulla Cœnæ Domini, alijſque quomodocumque Sedi Apoſtolicæ, vel ordinarijs reſeruatis etiam in caſu neceſſitatis, vel impedimenti, excepto mortis articulo, nè ita alios abſoluendo, excommunicationem ipſo facto abſque alia declaratione incurrant, iuxta decretum *Sac. Congreg. Epiſcop. iuſſu Clement. VIII. 9. Ianuarij 1601. & 26. Nouembris 1602. & 7. Ianuar. 1617. & 17. Nouembris 1628. relatum per Barboſ. de offic. Paroch. cap.19. num.62. verſ. Sacra Congregatio Lezana in ſum. quæſt. Regul. cap.19. nu.15.* Propterea admonentur Parochi ab eodem Barboſa, nè in abſoluendis pœnitentibus in aliquem errorem labantur, vt penès ſe habeant non ſolum tabellam reſeruationis caſuum Epiſcopalium, & Bullam Cœnæ Domini, ſed ſæpè ſæpius prædicta decreta perlegere ſtudeant.

2 Excuſatur verò ab hac cenſura, qui ex inaduertentia, obliuione, aut ex ignorantia non craſſa contra huiuſmodi prohibitionem abſolutionis beneficium impenderet, cum non concurrat temeraria præſumptio in danda abſolutione prout requiritur, quinimmò addunt aliqui (ſed nimis laxe) quod etiam ex ignorantia craſſa, & ſupina excuſaretur, quia licet talis ignorantia non excuſet à peccato, & præcepti tranſgreſſione, excuſat tamen ab excommunicatione contra præſumentes lata, quæ non præcedente dolo non incurritur, *vt ex Sanchez, Auila, & alijs contra Alterium, Suarez, Nauar. & alios docet Bonacin. in tit. de cenſ. in genere diſ.1. quæſt.1. punct.3. nu.18. & qu.2. punct.1. num.11 tom. & de cenſur. in part. in Bulla Cœnæ content. diſ.1. quæſt. 22. punct.3. num.3. verſ. dixi, & num.4. tom.3.*

3 Quibus ita præmiſſis dicimus Confeſſarium, qui defectu iuriſdictionis malè abſoluit pœnitentem à Cenſuris, debere obtenta facultate à Superiore pœnitentem licet abſentem abſoluere, quia abſolutio cenſurarum ferri poteſt in abſentem, ignorantem, & in exiſtentem etiam in peccato mortali, vt pœnitens Eccleſiæ ſuffragijs non priuetur, ita ex *Nauar. Suar. Vaſquez, & alijs docet Bonacin. in tit. de pænit. Sacram. diſ.5. quæſt.7. punct.6. num.1.*

4 Aduertendum tamen eſt, quod ſi Confeſſarius malè abſoluat pœnitentem à peccatis, non poſſe eundem abſentem iterum abſoluere, neque à peccatis non reſeruatis, neque à reſeruatis, cum beneficium abſolutionis Sacramentalis conferri nequeat niſi in præſentem, vt exigit huius ſacramenti forma in illis verbis *Abſoluo te*, quæ omninò ipſius pænitentis præſentiam requirit, ſi verò pænitens non ita receſſerit à conſpectu Confeſſarij, vt pro præſente habeatur, vtique poteſt confeſſarius beneficium abſolutionis ſacramentalis impendere, ſi habeat facultatem abſoluendi, & pænitentem nondum abſoluiſſet, vel dubitet abſoluiſſe, cum adſit materia, nempe peccata iam confeſſa, intentio ipſius Confeſſarij abſoluendi in proferenda forma, & ipſius pænitentis adhuc virtute primi propoſiti retinentis voluntatem eandem conſequendi, vt contra *Vaſquez, tradit idem Bonacina loco citato num. 2.*

5 Nec turbare debet Confeſſarium teneri iuxta ſuum prudens arbitrium iniungere pænitenti opus ſatisfactorium, ſeu pænitentiam, quam ita abſoluendo iniungere non poſſet contra diſpoſi-
6 tionem *cap. omnis vtriuſque ſexus de pænit. & remiſ. & Trid. ſeſſ.14. cap.3. & 8.* quia Confeſſarius in hoc caſu poteſt ſatisfactionem iniungere, ſi non iniunxit etiam poſt abſolutionem, accedendo, aut iterum pænitentem ad ſe vocando, quia cum pænitentia ſit pars tantum integralis confeſſionis, ſiue antea, ſiue poſt abſolutionem imponatur, ipſum Sacramentum conſtituitur integrum, *Nauar. cap.26. num.10. Filliuc. tract.8. cap.2. num.38. cum alijs per Bonacin. tit. de pænit. Sacrament. diſ.5. quæſt.5. ſect.3. punct.2. num.19. tom.1.*

7 Hinc eſt, quod nequeunt confeſſarij adminiſtrare pænitentiæ Sacramentum per literas, aut

per

per Nuncium, ſed tantum præſentibus, & ſibi confitentibus peccata abſolutionem conferre debent; vt decreuit *Clement. VIII. ſub die 10. Iunij 1602. penes Barboſ. de offic. Paroch. cap. 19. num. 44. Fernandez. in examin. Theolog. moral. part. 3. cap. 6. §. 6. num. 29.*

8 Si verò pœnitens receſſerit à conſpectu Confeſſarij, qui eundem vel ex malitia, vel ex ignorantia, vel ex inaduertentia malè abſoluiſſet, præcipuè à reſeruatis, & Confeſſarius non poteſt admonere pænitentem de ipſo Confeſſionis defectu, ſeu de alia re audita in confeſſione, quia huius Sacramenti ratio magis expoſtulat, nè frangatur ſigillum confeſſionis, vt ipſa confeſſio non reddatur odioſa, quam admoneatur pænitens de abſolutione malè collata, ſeu de alio errore commiſſo, debet tamen Confeſſarius quo ad reſeruata prius petere iuriſdictionem à ſuperiore, & poſtea ſi non adeſt ſcandalum, quod eius arbitrio, & prudentiæ remitto, & ſine eius detrimento, vel petere ab ipſomet pænitenti facultatem loquendi de auditis in confeſſione, & obtinere, vel eundem ad iterum confitendum, aut ſi inſcius pænitens veniat ad ſecundam confeſſionem, expoſtulare ab eodem, an doleat de peccatis in præcedenti confeſſione dictis, & cupiat ſi qua ratione neceſſe ſit ab illis abſolutionem conſequi, & ſi reſpondeat, quod ſic illum abſoluat, nihil de defectu primæ confeſſionis dicendo, *Dian. reſol. moral. part. 2. tract. 15. & prim. miſcell. reſol. 60. ex communi Theologor. ſententia Bonacin. in tit. de pænit. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 6. num. 3. vſque ad fin.*

9 Ad ſecundum reſpondetur Confeſſarium teneri ad reſtitutionem, ſi culpabiliter non obligauerit pœnitentem ad reſtituendum, quia non admonendo pęnitentem de reſtitutione facienda, pro vt ex officio, quo fungitur admonere tenetur, eſt cauſa moralis, vt pęnitens non reſtituat, & Dominus rei ablatæ iacturam patiatur, quapropter cum ipſe intulerit damnum contra iuſtitiam, iudicatur perinde ac ſi ipſemet ſurripuiſſet, vt de rigore iuſtitiæ huiuſmodi damni emendationem ab ipſomet faciendam eſſe teneatur iuxta tritam iuris regulam, quod qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videatur, *Silueſt. in verb. vſura 7. quæſt. 2. Nauar. lib. 3. cap. 3. num. 125. Zanard. in direct. Confeſſar. par. 2. p. 7. cap. 26. dub. 3. Filliuc. tract. 32. cap. 3. quæſt. 12. Nugnius in addit. ad 3. part. tom. 2. punct. 8. art. 4. dub. 6. fol. mihi 275. Clau. Regia cap. 14. n. 16.*

10 Ad tertium quoniam agitur de materia quotidie in praxi occurrente, ſciendum eſt quod manifeſtatio peccati mortalis eſt materia ſufficiens ad committendum peccatum mortale detractionis, quoties in re graui proximi fama lædatur, quia alias ex damni paruitate quis excuſari poteſt à peccato mortali.

11 Detractio autem duplex eſt, materialis, & formalis, formalis eſt illa, quæ fit animo auferendi famam proximi, materialis vero eſt illa, quę fit abſque intentione auferendi famam proximi, vtramque vero detractionis ſpeciem eſſe peccatum mortale, ſi concurrat grauitas materiæ ſimul cum aduertentia, & deliberatione, licet detractio materialis excuſari poſſet à mortali ſi fiat ex iuſta cauſa teſtatur ex communi DD. calculo *Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ. 2. qu. 4. punct. 1. n. 5. tom. 2.*

12 Pluribus tamen modis detractionis crimen committitur, vt videre eſt apud *Bonacin. loco citato num. 6.* tripliciter vero, ac præcipue impius detractor alterius famam lædere poteſt, primo verum crimen occultum aperiendo; ſecundo falſum crimen imponendo, tertium infamando publicè, vel priuatim.

13 Qui autem primo modo alterius famam abſtulit, verum crimen, ſed occultum aperiendo, licet teneatur ad famæ reſtitutionem, non tamen in reſtituendo tenetur, neque poteſt dicere, ſe mendacem eſſe, aut falſum dixiſſe, ex quo verum dixit, & aliud mendacium committeret occaſione huiuſmodi reſtitutionis, quod non eſt permittendum, laudando igitur, bene loquendo & honorando, & malam opinionem conceptam, quantum poterit apud audientes abolendo, ita vt læſi, ſeu infamati fama ita remaneat illuſtrata, ſicuti fuit denigrata, vtrique ſufficienter famam hunc reſtituere iudicatur, *Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 379. Reginald. lib. 10. num. 341. Filluc. tract. 32. cap. 9. quæſt. 7. nu. 245. & 254. Herman. Buſſemba in medul. Theolog. moral. lib. 3. tract. 6. de præc. 8. ſ. c. 1. dub. 3. de reſt. famæ in princ. cum alijs per Bonacin. de reſt. in part. diſ. 2. quæſt. 4. punct. 15. num. 2. tom. 2.*

14 Detractor vero qui alterum infamauit, imponendo falſum crimen, vt valide famæ ablatæ reſtitutionem faciat, apertè ſuum dictum retractare tenetur, aſſerendo ſe falſum dixiſſe etiam adhibito iuramento ſi opus fuerit, apud eos, & præcipuè apud auditores immediatos, & etiam mediatos, ad quos infamia peruenit, ſi per accidens ab hac obligatione reſpectu auditorum mediatorum ob moralem impotentiam non excuſaretur, *Turrianus diſ. 53. dub. 1. num. 7. Clauis Regia lib. 11. cap. 3. num. 27. & ex Leſſ. Taun. Cardinal. de Lug. docet Herman. Buſſemba loco citato,* vbi quod aliquando ſufficiat dicere de pænitus deceptum, rem aliter ſe habere, non fuiſſe bene, ſed male informatum, *Bonacin. loco citato num. 4.*

15 Et ſi infamia falſa illata fuerit per iniuriam formalem, tenetur reſtituere etiam cum detrimento famæ ſuæ ad æqualitatem, non tamen tam ſtrictè tenetur is, qui bona fide ſine formali mendacio falſum de alio dixit, ſed intellecta poſtea materiali iniuſtitia tantum reſtituere debet, quantum ſine ſuo notabili incommodo poteſt, ita *Herman. Buſſemba ex Molin. Leſ. Cardin. de Lugo in ſua medul. Theolog. moral. lib. 3. tract. 6. de præc. 8. 9. & 10. cap. 1. dub. n. 2.*

16 Tertio vero modo, qui publice famam abſtulit, eam publice quoque reſtituere tenetur, & priuatim, ſi priuatim abſtulit, alias non ſeruaretur æqualitas ſecundum quam famæ reſtitutio eſt facienda *Bonacin. d. punct. 15. n. 5.*

17 Et ob eandem rationem conficiens libellum famoſum reſtituere tenetur contrarijs ſcriptis publica, vel priuata reſtitutione ad æqualem menſuram pro vt fuit cauſa infamiæ irrogatæ, *Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 442. Sayr. lib. 12. nu. 9. Medina lib. 1. cap. 14. Emanuel Sà verb. infamare nu. 8*

18 Qui-

18 Quinimmo ſi ex famæ læſione alter fortunarum damnum paſſus fuerit, detractor tenetur ad integram damni emendationem, & reſtitutionem arbitrio prudentis, quamuis verum crimen, ſed occultum manifeſtaſſet, quia criminis veritas non tollit damnum ex manifeſtatione ſecutum, & principaliter cauſatum, latè *Bonacin. ex Leſſ. Reginald. Salon. Nauar. Molin. & alijs in tit. de reſtit. in partic. diſ. 2. quæſt. 4. punct. 16. & nu. 1. & 2. tom. 2.*

19 Ex pluribus vero cauſis detractor à famæ reſtitutione excuſari poteſt, prout late videre eſt apud *Emin. Card. de Lugo diſ. 15. ſect. 3. & Bonacin. vt ſupra punct. vltim. per tot.*

20 Hæredes tamen infamatoris licet non teneantur reſtituere famam ablatam per defectum, nihilominus tenentur reſarcire damna allata, quia obligatio reſtituendi famam eſt obligatio, perſonalis, & reſtituendi damna, eſt obligatio realis, quæ cum afficiat bona defuncti, tranſit ad hæredes, prout non tranſit obligatio perſonalis, quæ afficit tantum eius perſonam, *ita Nauar. lib. 2. cap. 4. nu 426. Leſſ. lib. 2. cap. 11. dub. 21. Emanuel. Sà verb. reſtitutio num. 18. Clauis Regia lib. 11. cap. 7. num. 36. Turrian. diſ. 53 dub. 22. n. 4.*

21 Quibus ita firmatis patet reſolutio tertij dubij, nempe famam à detractore per appoſitionem, & publicam reuelationem falſi criminis publicè reſtituendam eſſe cum aperta ſui dicti retractatione, & priuatim per manifeſtationem veri criminis, ſed occulti, malam opinionem conceptam quantum poterit apud audientes abolendo, niſi crimen occultum detectum alia ratione iuſta factum eſſet publicum, quia infamatus per publicationem criminis amiſit ius ad famã, vel aliæ concurrant cauſę, ex quibus detractor excuſetur a famæ reſtitutione, *Bonacin. de reſtit. in particul. diſ. 2. qu. 4. punct. vltim. n. 8. & plurib. ſeq. tom. 2.*

22 Ad quartum reſpondetur, quod referens graue delictum alicuius defuncti, vt adulterium v. g. alicuius fœminæ defunctæ peccat mortaliter peccato detractionis, & tenetur ad reſtitutionem, licet non ſit tam graue mortuum infamare quam viuum, tum quia aufertur bonum nomen, quod defunctus reliquit, quod maximè exiſtimatur, cum melius ſit bonum nomen, quam diuitiæ multæ, & in bona opinione, qua defunctus deceſſit, conſeruari eius memoriam, tum quia huiuſmodi detractio poteſt redundare in damnum eiuſdem conſanguineorum *Leſſ. lib. 2. c. 11. diſ. 21. Nauar. lib. 2. cap. 4. nu. 51. Filliuc. tract. 40. num. 133. Bonacin. de reſtit. in partic. diſ. 2. qu. 4. punct 1. num. 2. & 3. tom 2. Herman. Buſſemba in ſua medulla Theol. moral. lib. 3. tract. 6. de pracet. 8. &c. c. 1. dub. 2. de detract. n. 13.*

23 Ad quintum dicimus, quod detractor bonæ famæ defuncti, ſi ex huiuſmodi detractione infamia redundauerit erga eius conſanguineos, famam eiſdem conſanguineis reſtituere tenetur, ſi vero infamia eos non afficiat, ſatis eſt vt reſtituat ipſi defuncto famam eo modo, quo poteſt, & præcipue per exhibitionem ſuffragiorum, tamquam medium magis proficuum, & eidem profuturum, ſecundum *Molin. & Rebel. relat. per Bonacin. vt ſupra n. 4.*

24 Ad ſextum licere Confeſſario ſtatim poſt finitam confeſſionem, & datam abſolutionem monere pœnitentem, & abſque eius licentia cum eodem loqui de errore commiſſo in eadem confeſſione, quia adhuc pænitens permanet ſub Iudice in eodem foro, & talis monitio tendit ad actus perfectionem, & complementum *Ioan. Præpoſ. in 3. par. quæſt. 11. de ſigillo dub. 5. num. 41. Iannerus tom. 4. diſ. 6. qu. 9. dub. 6. n. 132. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 2. n. 2. in fin.*

25 Nos autem contrarium aſſerere debemus, quia Confeſſarius poſt datam abſolutionem functus eſt officio ſuo, & ſtatim contrahit obligationem ſeruandi ſigillum, cum non habeat amplius iuriſdictionem in pænitentem cum iam ſit perfectum Sacramentum, & finitum iudicium hinc eſt quod præſentia pænitentis in eodem foro non ſufficiat, niſi concurrat eius expreſſa licentia, nec refert quod talis monitio erroris commiſſi tendat ad complementum actus, quia ſi hoc releuaret, poſſet Confeſſarius etiam extra locum confeſſionis pœnitentem monere de errore, quod non eſt dicendum, cum locus confeſſionis per ſe non poteſt communicare talem iuriſdictionem, ita *Fagundez par. 2. lib. 0. cap. 4. num. 33. relat. per Dian. reſol. moral. part. 5. tractat. 11. reſol. 16. fol. 305.*

DECISIO CXIV.

alias Conſtitutum XI.

Euſebius Parochus intellexit in Sacramentali confeſſione à Gulielmo ſuo famulo, in quadam domo adeſſe conuenticulam hæreticorum & equum alias eidem Confeſſario ablatum ab eodem pænitente ablatum, & certo conuento pretio pluribus locatum fuiſſe, Euſebius exegit à dicto pænitente conſenſum reuelandi Inquiſitori dictam conuenticulam (ſed non obtinuit) & equi reſtitutionem impoſuit, paucis verò poſt diebus præfatum famulum à ſuis obſequijs dimiſit, & ex alijs indicijs extra confeſſionem acquiſitis, eundem de tali furto accuſauit. Quæritur.

1 An ſit licita fractio ſigilli in caſu, quo ſit neceſſaria manifeſtatio, & ſi pænitens non conſentiat, quid facere debeat Confeſſarius.

2 An dictus fur teneatur ad reſtitutionem tam ipſius equi, quam lucri ex eius locatione percepti.

3 An Confeſſarius ex quo intellexit in confeſſione ſuum famulum eſſe furem poſſit illum dimittere citra iniuriam Sacramenti.

4 An Confeſſarius, qui ſciuit in confeſſione furtum ſibi factum, poſſit ex alijs indicijs extra confeſſionem acquiſitis furem accuſare.

1 AD primum certum eſt Confeſſarium non poſſe ſine licentia pænitentis vti ſcientia confeſſionis ad aliud faciendum, vel omittendum, etiam ſi reuelatio concerneret, aut tenderet ad tuendum bonum temporale, ſiue particularis perſonæ, ſiue publici totius Populi, Reipublicæ, Regni, ac totius mundi, ſiue etiam, dirigeretur ad tuendum bonum ſpirituale, & animarum ſalutem reſpiceret, ſed ita ſe gerere debere, perinde ac ſi nihil ſciuiſſet, cum poſt collatam abſolutionem ſtatim contrahat obligationem

nem ſeruandi ſigillum, vt illud nec directè, nec indirectè, tacite, vel expreſſe, nutu, vel ſignis, aut quocumque alio modo frangere queat, quia alias iniuria fieret ſacramento, confeſſio redderetur odioſa, & hoc ſacramentum à fidelibus euitaretur, eiuſque dignitas, vis, & efficacia vileſceret, *cap. ſacerdos de pœnit. & remiſ. Zerola in prax. de ſacrament. pœnit. cap. 20. qu. 9. Onuphr. de ſigillo ſect. 2. qu. 2. dub. 2. & 3. Fillincius tract. 7. c. 12. qu. 1. n. 316. Sanchez lib. 3. de matrim. diſ. 16. n. 3, Menoch. lib. 6. præſumpt. 95. & de arbitr. iu. lib. 2. cent. 5. caſ. 414. cum alijs per bonacin. tit. de pœnit. Sacrament. diſ. 5. qu. 6. ſect. 5. punct. 4. nn. 8. 13. & 18. tom. 1.*

2 Hinc eſt quod non eſt licita fractio ſigilli, etiam in caſu, quo eſſet neceſſaria manifeſtatio, niſi concurrat conſenſus pœnitentis, vt talia manifeſtentur, ſed ſi pœnitens per ſe ipſum manifeſtare, aut conſenſum vt à Confeſſario manifeſtetur præſtare noluerit, tunc ſi omnino ſit liquidum, quod in huiuſmodi reuelationem conſentire, aut per ſe ipſum reuelare teneatur, Confeſſarij partes eſſe debent in deneganda abſolutione, ſi vero non ſit liquidum quod pœnitens non teneatur ad reuelationem non eſt deneganda abſolutio, nec indebitè Confeſſarius cogere debet pœnitentem ad ſibi impertiendam licentiam peccatum reuelandi ſub prætextu, quod non poſſit ſacramentalem abſolutionem conferre, ita *Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 11. de ſigillo reſol. 33,*

3 Ad ſecundum certum eſt quod fur, ſeu poſſeſſor malæ fidei, non ſolum teneatur ad reſtitutionem rei ablatæ, ſeù detentæ, ſed etiam ad reſtitutionem fructuum, ſiue ſint naturales, ſiue mixti, ſiue pendentes, ſiue percepti, pro vt etiam tenetur bonæ fidei poſſeſſor; non tamen obligatur ad reſtitutionem fructuum ex induſtria perceptorum, quia fructus induſtriales non dicuntur fructus rei alienæ pro vt ſunt naturales, & mixti ſed ipſius induſtriæ; hinc eſt quod naturales, & mixti reſtitui debent cum proueniant ex re aliena, non tamen induſtriales, cum proueniant ex induſtria ipſiuſmet iniqui detentoris, vt ex *S. Thom. Sanchez, Vaſquez. Rebell. Fillinc. Turrian. & alijs late tradit Bonaccin. de reſtit. in genere diſ. 1. quæſt. 3. punct. vltim. §. 1. n. 3. & §. 2. in prin. tom. 2.*

4 Fructus igitur, ſeù lucrum, quod fur conſecutus fuit ex locatione equi ablati, pro vt in propoſita facti ſpecie, non videtur reſtituendum eſſe, cum ex propria ipſius furi induſtria prouenerit ſecundum ſententiam *Nauar. in man. cap. 17. n. 25. Lopez in inſtruct. par. 1. c. 101. in fin.*

5 Nos tamen dicimus primo, quod fur teneatur ad reſtitutionem pretij locationis equi lucrifacti, quia huiuſmodi lucrum non eſt fructus purè induſtrialis, ſed mixtus ex quo non correſpondeat ſoli induſtriæ. ſed ipſi rei. *Nauar. de reſt. lib. 4. c. 1. dub. 6. n. 4. Leſſius dub. 17 n. 124. Molin. de iuſt. tom. 3 diſ. 719. num. vltim. Bonacin. de reſtit. in genere diſ. 1. qu. 1. punct. vltim. §. 1. n. 4 verſ. ſed contrarium tom. 2.*

6. Dicimus ſecundo poſſe Confeſſarium non obligare pœnitentem ad reſtituendum præfatum locationis lucrum primo ſi Dominus non putetur velle hoc pretium locationis; ſecundo ſi res talis ſit, quæ locari non ſoleat, vt v. g. ſi pecuniæ, vel aliæ res locarentur ad oſtentationem, quia tunc fructus reputandi ſunt extraordinariè induſtriæ, ita *Diana reſol. moral. par. 2. tract. 17. & 3. Miſcel. reſol. 51. verſ. ſed quidquid ſit.*

7 Videtur tamen huic opinioni diſſentire *Bonacin. de reſtit. in genere diſ. 1. qu. 3. punct. vltim. §. 2. nn. 3. vbi cum Azor. & Vaſquez,* aſſerit, poſſeſſorem malæ fidei teneri reſtituere pecuniam, quam accepit ex locatione rei alienæ, quam Dominus non locaſſet, ſicuti etiam tenetur ad reſtituendum fructus agri, quem Dominus non coluiſſet,

8 Ad tertium reſpondetur Confeſſarium, qui ex confeſſione nouit ſuum famulum eſſe furem non poſſe ex ſola ſcientia confeſſionis eum dimittere, quia ob damnum, & pudorem, qui ex dicta dimiſſione reſultaret in pœnitentem, cauſa pœnitentialis confeſſionis proprij delicti, conciperetur odium aduerſus hoc ſacramentum, vt ex *Reginal. tenet Bonacin. in tit. de pœniten. Sacrament. diſ. 5 qu 6 ſect. 5. punct. 4 n. 15 tom. 1, contra Medin. Gutiez. Onuphrium de ſacro ſigillo ſect. 1. q. 2. dub. 2. verſ. ſequitur ſeptimo Henriquez lib 3. de pœnit. c. 23. nn. 5. Vaſquez in 3. par. tom. 4. qu. 93. art. 4. qui oppoſitum tenent,*

9 Alio tamen ſpecioſo prætextu, quo famulus ſuſpicari nequeat originem ſuæ dimiſſionis prouenire poſſe ex ſcientia confeſſionis, vt v. g. ſi eundem deprehendat extra confeſſionem relapſum in furtum, vel alterius criminis reum, poterit Confeſſarius eundem à ſuis obſequijs cum aliqua circumſpecta prudentia dimittere, *Diana reſol. moral. par. 5. tract. 11 de ſigillo reſol. 37. ex Malder. quem allegat. tract. de ſigillo c. 14.*

10 Ad quartum circa propoſitum dubium adhærere debemus in praxi tutiori ſententiæ, nempè præfatum Confeſſarium, qui ſciuit in Confeſſione furtum ſibi factum non poſſe etiam ex alijs indicijs acquiſitis extra confeſſionem furem accuſare, quia vere Confeſſarius vteretur ſcientia ex confeſſione Sacramentali orta, cum illa indicia extra confeſſionem acquiſita referantur ad notitiam habitam in confeſſione, ſine qua non erant ſufficientia ad accuſandum, *Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 11. de ſigillo reſol. 17. verſ. ſed vt verum ex Io: Prepoſito in 3. par. quæſt. 11. de ſacro ſigillo dub. 3. num. 25,*

11 Non deſunt tamen qui contrarium aſſerunt, ex quo Confeſſario non prohiberi vti ſcientia alia parte, modo nihil adminiculi ad accuſationem inſtituendam ex confeſſione ſumat ſicuti ſi publicus Vſurarius, & publicus Concubinarius in circulo cum alijs petant communionem, vtique à Sacerdote ea deneganda eſt, non obſtante quod ſciuiſſet in confeſſione concubinatum, & vſuras commiſſas à pœnitentibus, *Vaſquez in 3. par tom. 4. quæſt. 91. art. 4. dub. 6. num. 4. Malderus tract. de ſigillo cap. 10.*

12 Sed hoc nihil videtur obſtare, cum non militet eadem ratio in delicto publico, & notorio, & in delicto priuato, & occulto, in primo Confeſſarius vtitur ſcientia publica ad deneganda Sacramenta, in ſecundo vero vtitur ſcientia propria, & priuata acquiſita principaliter à confeſſione, & acceſſorie ex indicijs extra confeſſionem habitis, hinc eſt quod ſi eius famulus publicè eſſet diffamatus de furto ſibi commiſſo, vtique

poſſet etiam accuſare, cum tunc delictum effectum eſſet publicum.

13 Hinc vlterius dubitari contingit, an Confeſſarius comperto in confeſsione pecuniam ſibi derubatam in tali loco reconditam retineri, poſſit ex notitia habita in confeſſione accedere ad dictum locum, & propria auctoritate eam recuperare pro cuius clariori materiæ dilucidatione animaduertendnm eſt triplicis generis eſſe actus pænitentis, quorum notitia habita in confeſſione diſceptatur an Confaſſarius vti valeat.

14 Primi generis ſunt illi, qui reſpiciunt perſonam pænitentis quo ad iuſtitiam punitiuam, vel commutatiuam, vt pænitentem punire, tollere ius quæſitum, parare inſidias, vt pænitens in delicto audito deprehendatur, negare debitum pecuniæ, ſuper quibus confeſſarius vti non poteſt ſcientia confeſſionis abſque pęnitentis licentia, cum in his actibus confeſſio odioſa redderetur, ſi ex confeſſoris notitia pęnitens vexaretur, ita *Tamburin. de confeſſione lib. 5. cap. 6. §. 2. num. 1. & 3. fol. mihi* 109.

15 Secundi generis ſunt, qui verſantur circa pęnitentis perſonam ſpectantes ad iuſtitiam diſtributiuam, vel miſericordiam, & aliam virtutem, vt negare ſuffragium liberum ei, cui non negares, ſi in confeſſione exploratum non fuiſſet eius peccatum, ex quo deducitur officium ab eodem retinere non poſſe cum animæ ſuæ detrimento, vel oſtendere ſe ſeuiorem, vel minus placidum, eiuſque inopiæ data ſtipe non opitulari, vel famulum cognitum in confeſſione furem è domo expellere, vel Sacramenta non miniſtrare, Euchariſtiam denegare, non aſſiſtere matrimonio, quod pęnitens nulliter contraheret, qui actus neque exerceri poſſunt, abſque ſigilli confeſſionis fractione, & ſi exercerentur confeſſio odioſa redderetur, & ab eadem fideles retraherentur, ſi ſcirent propter audita in confeſſione amoneri ab officio, carere ſuffragijs, & ſimilia denegari, *Tamburin. de confeſſione lib. 5. cap. 6. §. 2. num. 4. et 7. Bonacin. de pænitem. Sacrament. diſ. 5. quæſt. 6. ſect. 5. punct. 4. num. 14 vſque ad 19. tom. 1. fol. 207. late Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 16. num. 4.*

16 Tertij generis ſunt omnes alij actus, qui verè non exercentur circa perſonam pęnitentis, ſed aliquo modo eundem reſpiciunt, vt ſi confeſſarius comperto in confeſſione famulum eſſe furem, magis cuſtodiat res ſuas, non tradat eidem claues armarij, claudat fores, & ſe cautiorem reddat in cuſtodiendo res ſuas.

17 Prout etiam ſi Sacerdos domi permaneret, vel miſſam non celebret, ſi per confeſſionem nouit vinum, ad miſſam paratum eſſe veneno confectum, vel ſi non confiteatur cum ſolito confeſſario, quia in confeſſione nouit non eſſe Sacerdotem; vel ſi per ſolitam viam non tranſeat, ex qno in confeſſione detexit inſidias ſibi parari, in quibus actibus ſi confeſſor vtatur ſcientia confeſſionis, non videtur frangere ſigillum, cum agatur de propria defenſione, quæ de iure naturæ competit, tum quia ex hac cauſa non redditur odioſa confeſſio ſaltem rationabiliter, nec pęnitens propter hoc detrimentum patitur, aut pudore ſuffunditur, cum animaduertere poſſit confeſſarium vti iure ſuo in ijs, quæ tendunt in ſui, & rerum ſuarum defenſionem, de iure naturæ debitum, *Tamburin. de confeſſione lib. 5. cap. 6. §. 2. num. 7. cum plurib. ſequen. Bonacin. de pæniten. Sacrament. diſ. 5. quæſt. 6. ſect. 5. punct. 4. à num. 23. vſque ad num. 30. fol. 208. tom. 1.*

18 Ex quibus ita diſpoſitis dicimns probabiliter confeſſarium vti poſſe ſcientia confeſſionis ad recuperandam rem ſibi derubatam, ſiquidem hoc caſu Confeſſarius vtitur iure ſuo, vnde circa hunc actum pęnitens non cenſetur inuitus, ſaltem rationabiliter, nec diſplicentiam, aut erubeſcentiā habere debet, & ſic retrahi à confeſſione, cum ſciat tuta conſcientia ablatam pecuniā retineri non poſſe, & teneri ad reſtitutionem, & ſic licitè à confeſſario domino recuperatam fuiſſe, alias diſplicentia, & odium hac de cauſa contra pænitentiæ Sacramentum redditur irrationabile, & conſequenter non attendendum, vt demoſtrauimus in actibus præfati tertij generis, ex allegatis Doctoribus.

19 Quibus non aduerſatur regula, quod cauendum ſit nè detur vlla ſuſpicandi occaſio contra pænitentem circa per eum detecta in confeſſione,

20 tum quia procedit, & intelligitur de ſuſpicione probabili, non verò de coniecturis præcipuè leuibus, cum ſit impoſſibile omnem ſuſpicandi occaſionem indirectam pęnitus auferre, vt inquit *Eminentiſſ. Cardinal. de Lugo de pæniten. ſacrament. cap. 23. ſect. 5. num. 106. Tamburin. loco citato de confeſſion. lib. 5. cap. 7.*

21 Tum etiam quia procedit circa ea, quæ reſpiciunt damnum, dedecus, & turpitudinem, infamiam, & honorem ipſius pęnitentis, ſecus in alijs actibus pęnitenti non præiudicialibus vt in præſenti ex iuribus allegatis.

DECISIO CXV.

Alias Conſtitutum XII.

Octauianus cum ex mera negligentia publicatum Iubileum Nonantulæ præſcriptis temporibus non obtinuerit, in alium locum, vbi poſterius publicatum fuit ſe contulit, & cum approbato Confeſſario ſacramentalem confeſſionem emiſit, ſed antequam cætera neceſſaria opera adimpleuerit in læthiferum crimen relapſus, dubitauit, an iterum confiteri teneretur, ex quo iam Euchariſtiam ſuſceperat, tranſacto verò tempore Iubilei, cum recordetur de reſeruato per obliuionem non confeſſo, & de voto, cuius commutationem valdè concupiſcit, à Confeſſario habente tantum communem facultatem modo vtrumque conſequi vellet. Quæritur.

1 An Iubilęum non obtentum in loco, in quo quis habitat, alibi conſequi poſſit, vbi eius tempus nondum eſt elapſum.

2 An ad effectum Iubilęum conſequendi neceſſaria ſit noua confeſſio antequam alia opera adimpleantur ob nouum peccatum commiſſum.

3 An qui obtineit Iubilęum, poſſit eius tempore tranſacto à ſimplici Confeſſario abſolutionem a reſeruatis, & voti commutationem obtioere.

1 AD primum affirmatiuè reſpondemus cum *Bonacin. in tit. de indulgent. diſ. 6. quæſt. 1. punct. 5. num. 35. tom. 1,* poſſe nempè Iubilęum alibi

con-

conſequi, ſi in loco propriæ habitationis præſcriptis temporibus quis conſecutus non fuerit, quia cum verſemur in materia fauorabili, non eſt interpretanda, & reſtringenda gratia S.Pontificis, quod ita coarctare, & obligare voluerit, ad Iubilęum in loco tantum domicilij ſuſcipiendum, quin alibi conſequi nequeat, ſiquidem dum iniuncta opera in quocumque loco adimplentur vbi publicatum ſit Iubilęum, vtique tamquam ſatisfactum menti S. Pontificis conſequitur, nec aduerſatur quod quis ex mera negligentia non conſecutus fuerit in propria patria, quia non per hoc debet priuari ſpiritualibus bonis, ſi in ſe reuerſus deteſtando ſuam negligentiam adimpleat, quod debet, nam ſicuti in quacumque hora ingemuerit Peccator Deus exaudit, ita in quocumque loco adimpleantur neceſſaria opera S. Pontifex concedit indulgentiam.

2 Et ſic ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ de audiendo ſacro ſingulis diebus feſtiuis, Parochiani audire deberent in propria Parochia *iuxta text.in cap.2.de Paroch.* tamen ex conſuetudine ab vniuerſo pęne orbe recepta ſatisfaciunt fideles vbique Miſſam audientes, ſiue cantatam, ſiue recitatam, etiam extra Parochiam, ſiue in ſacello, ſiue in Oratorio, & vbique voluerint, aut quocumque in loco reperiantur, *Nauar. in Manual.cap.21.num.5. Guttier.lib.1.canon. cap.30. num.8. cum ſeq. Suar.tom.3.in 3.par. diſ.18. ſect.2. verſ.2.dicendum Azor.inſtit.moral.par.1.lib.7.cap.6. quaſt.4.& 8. Fagundez in quinque Eccleſ. præcepta par.:.lib.2.cap.3.&* 8.Cum *text.in cap.2.de Paroch.* Intelligatur, vt ad ſummum lęthaliter peccent illi, qui proprio contempto Parocho, Parochiam deſerat, *Barboſ. de offic. Paroch. cap.11.num.* 19. ſed præceptum ſemper adimpletur etiam ſi interueniat Parochi contemptus, vt docet *Card. Tolet.in inſtruct. Sacer.lib.6.cap.7.num.1.* quapropter pariter Iubilęum conſequi debet, ſi præſcripta opera expleantur quocumque in loco vbi duraret eius tempus.

3 Ad ſecundum reſpondetur Octauianum relapſum in nouum crimen, ante quam expleuerit cætera opera ad lucrandam indulgentiam non obligari ex vi indulgentiæ ad nouam confeſſionem, quia cum ſemel ritè confeſſus fuerit, & Euchariſtiam ſumpſerit, conditionem in Iubilęo præſcriptam adimpleuit, & ſufficere videtur ſi in præſtandis cæteris operibus, de crimine poſt vltimam confeſſionem emiſſum eliciat cōtrictionis actum, ſecus vero ſi non ſumpſiſſet Sacramentum Euchariſtiæ, cum omnis fidelis eam ſuſcepturus teneatur ex præcepto Diuino confeſſionem mortalium præmittere, *Filliuc. cap. 6. quaſt.8.nu.147.Nugn.in addit.quaſt.27.art.3.dub.4.* Eſt tamen animaduertendum, quod licet huiuſmodi ſententia ſpeculatiuè probabilior videatur, tamen in praxi tutius erit nouam confeſſionem emittere ad euitandum periculum non lucrandi indulgentiam ſecundum *Bonacin.in tit.de indulgen. diſ.6.quaſt.1.punct.5.num.9.tom.1.*

4 Ad tertium quo ad primam partem propoſiti dubij videtur Octauianum tranſacto tempore Iubilęi, à quocumque alio Sacerdote communem facultatem habente obliti criminis reſeruati abſolutionem conſequi non poſſe, quia tale peccatum priuilegiato tempore confeſſioni ſubiectum non fuit, & propterea eius reſeruatio minimè ſublata, nec extincta remanſit, adeo vt eius tempore tranſacto, nec extingui, & auferri poſſit, quippè Iubilęi priuilegio quis gaudere non debeat in ijs, quæ eius tempore durante ad effectum producta non ſunt, quod ex præſumpta mente S. Pontificis comprobatur, dum intra limitatum tempus vnius hebdomadæ concedit facultatem conſecuturis Iubilęum eligendi confeſſarium cum facultate abſoluendi à reſeruatis, adeo vt poſt illud tempus videatur huius indulti fauor denegatus, iuxta vulgatem regulam, quod conceſſum ad tempus, poſt illud tempus videtur prohibitum *l. Imperator ff. de poſt. l. pater filium §. fundum ff. de legat. 3. l. ſtatu liberum §. ſtichum 5.de leg.2.& in puncto Suarez tom.4. diſ.31.ſect.4. num.13.*

5 Sed his tamen non obſtantibus, quoniam ſicuti non eſt abreuiata manus Domini, ita non debemus reſtringere fauores S. Pontificis, dicimus igitur eum, qui obtinuit Iubilęum, poſse eius tempore tranſacto à ſimplici confeſsario abſolutionem à reſeruatis oblitis obtinere, quia pęnitens confitendo ſua peccata tempore Iubilęi intendit ſe à durioribus liberare, & præcipuè à reſeruatis abſolutionem obtinere, adeo vt per confeſſionem legitimè factam Confeſsor ob facultatem ſibi traditam abſoluens directè à peccatis confeſſis, & indirectè ab oblitis virtualem intentionem habeat omnem reſeruationem auferendi, hinc eſt quod cum virtute Iubilęi omnis reſeruatio ablata cenſeatur pęnitens remanſit abſolutus indirectè à culpa, cui erat annexa reſeruatio, licet teneatur poſtea confiteri quotieſcũque eidem in mentem venerit, nam iſta ſecunda abſolutio obtenta à ſimplici Sacerdote tranſacto tempore Iubilęi refertur, & retrotrahitur, ſeù habet relationem ad aliam abſolutionem obtentam tempore Iubilæi, cuius virtute indirectè fuit ablata omnis reſeruatio, recipitur autem ex ſecunda abſolutione magis expreſsè, directè, & efficacius, id quod indirectè, virtualiter, & tacitè obtentum fuit in prima, quapropter licet Iubilęum ſit obtinendum intra tempus limitatum, non tamen implicat, nec repugnat, quod eius fauores poſſit recipere complementum, & effectum etiam poſt eius tempus tranſactum, *Bartolom.à S.Fauſt.lib.4. de Iubilei extraord.quaſt.226.Sanchez de matrimon. lib.8.diſ.15.num.21. tom.3. Manual. tom.1. ſummæ in 2.edit.cap.184.num.15. Candidus diſquiſ.moral. tit.de confeſſ.ſecram.diſ.24.art.69.dub.56.*

6 Quo ad ſecundam tertij dubij difficultatem reſpondetur poſse Octauianum, etiam tranſacto tempore Iubilęi, obliti voti commutationem petere, & obtinere vel ab eodem, vel ab alio ex approbatis Confeſsario, quia licet opera neceſſaria ad Iubilæum conſequendum, ſint reſtricta ad certum, & determinatum tempus, nihilo tamen minus illis deſignato tempore expletis, & lucrato Iubilęo, acquiritur priuilegium, ſeu ius ad voti commutationem, quandocumque, vt poteſt, ſiue durante, ſiue tranſacto tempore Iubilęi etiam poſt annum, cum in Bulla Iubilęi hoc non ſit explicatum, ſeu prohibitum, prout in

in Bulla Cruciatæ, quod enim lex non dicit, neque nos dicere debemus, *Candidus diſquiſ. moral.tit.de confeſſ. ſacrament. art.69. dub.51. Henriq. lib.7.de indulg.cap.11.num.4. Sanchez de matrimon. lib.8.cap.15.n.17.tom.3.& lib.4.oper.moral. cap.54. n.39. Clauis Regia lib.6.cap.12.num.17. Sà de cenſur. num.14. Laurent. Portel.in dub. regular. verb. Indulgentia pro Iubileo num. 18. Angel. Boſſius de Iubil. ſect. 2. caſ. 47. Dian. reſol. moral. par. 2. tract. 16. & 2. miſcel. reſol. 9. & part. 5. 12. de Iubil. reſol.40.*

7 Quinimo ſi tempore Iubilęi pęnitens voti emiſſi memor commutationem ob deuotionis feruorem petere noluerit, poterit etiam tranſacto tempore Iubilęi eam petere, quia cum priuilegium acquiſitum petendi commutationem Iubilęi ſit perpetuum, ſi ſemel eo vti noluerit, poterit mutata ſententia eo vti ita *Sanchez loco citato num. 18. Dian. par.5. tract.12.reſol.40.vbi in fin.* quod ſecus ſi pænitens non fuerit lucratus Iubilęum prout latè in ſequenti reſol.41.

8 Nec turbare debet, quod ideo pœnitens tranſacto tempore Iubilæi, poſſit à quocumque Confeſſario à reſeruatis oblitis abſolui, quia obtinuit generalem abſolutionem, non autem generalem diſpenſationem, ſeu voti commutationem, hinc eſt quod tranſacto tempore Iubilæi huiuſmodi commutationem conſequi nequeat, *Bonacin.in tit. circa 2. decalog. precept. diſ.4.quæſt.2. punct.7. §.4. num. 14. verſ. ſed mihi tom. 2. Suar. lib. 6. de voto cap.16.num.14 & 15. Regius in ſuis reſol.caſ.21.per tot. Rodriq. in ſumma part. 1. cap.184. num.18. Bcia 2.part.caſ.9.*

9 Nam ſicuti vigore generalis abſolutionis pœnitens obtinere poteſt abſolutionem ab oblitis, ita virtute iuris, & priuilegij acquiſiti ex Iubilæi conſecutione, pariter voti commutationem obtinere debet, facultas enim abſoluendi à reſeruatis, & commutandi vota diuerſo iure proueniunt, illa ſcilicet à poteſtate Clauium, hæc à gratijs, fauoribus. & priuilegijs Summorũ Pontificum, & propterea de vno ad aliud non licet arguere, tanto magis quia vt diximus cum hoc priuilegium non ſit alligatum tempori, ſicuti alia opera *Dian.reſol.moral.part.2.tract.16.& 2.Miſcel. reſol.9.verſ.& ex his patet.*

10 Commutatio quidem voti non eſt materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ, nec ad forum pœnitentiæ pertinens, & propterea tempore Iubilæi commutari poteſt etiam extra Sacramentum Confeſſionis, *vt ex Sanchez, Henriquez, Suar. tradit Bonacin. dicta diſ.4.quæſt.2.punct.7 § 4.num.16. tom.2. Sanchez lib.8.de matrim. diſ.15.nu.25.tom.3. vbi in fin.* quod ad voti commutationem non eſt neceſſaria confeſſio.

11 Nec aduerſatur Iubilæum concedere tantum facultatem pro vna vice eligendi confeſſarium, qui cum tempore Iubilæi à pœnitente electus, & ſuo munere functus fuerit, non videri poſtea illum, aut alium eligi poſſe ad voti commutationem obtinendam, quia huiuſmodi Confeſſariorum diſtinctio eſt quaſi materialis, ex quo omnes complent quaſi vnum integrum Miniſtrum, à quo directè omnia peccata tolluntur, & vota vſque ad Iubilęi tempus facta commutantur ratione priuilegij acquiſiti ita reſpondet *Sanchez de matrim.ex Suar.quem allegat lib.8.de matrim.diſ.15. nu n.17.circa fin.*

DECISIO CXVI.

Alias conſtitutum XIII.

Siluerius vir non multis diuitijs affluens inquiſitus ſuper defraudatione nonnullarum gabellarum alias à ſuo Principe impoſitarum in rebus ad communem vſum, & vitæ ſubſtentationem neceſſarijs, nempè Frumento, Carnibus, & ſimilibus, ne in poſſe curiæ deueniret, in alias regiones ſe cõtulit, vbi occaſione Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſacram Euchariſtiam recepturus, coram approbato Confeſſario confeſſionem emiſit, in qua de multis criminibus reſeruatis, partim commiſſis in ſua Diœceſi, & partim in illa, vbi de præſenti reperiebatur ſe accuſauit. Confeſſarius reſtitutionem defraudationis Gabellæ impoſuit. Abſolutionem à reſeruatis commiſſis in ſua Diœceſi impertitus fuit; quoad alia verò commiſſa in loco confeſſionis reſeruationem habentia remiſit ad ſuperiorem habentem facultatem. Ad patrios demum lares reuerſus, tempore Paſchali, nec Sacramentalem Confeſſionem fecit, nec Euchariſtiam ſumpſit; quapropter canonicè ab Ordinario monitus, allegauit ſe in Natalitijs ſolemnibus ſatisfeciſſe præcepto annuæ confeſſionis, & ſumptionis Euchariſtiæ. Quæritur.

1 An gabella iuſtè imponi poſſit rebus ad humanum vſum neceſſarijs.
2 Si pœnitens nolit reſtituere defraudationem talis gabellę, an ſit illi deneganda abſolutio.
3 An defraudans gabellam iuſtam teneatur ad reſtitutionem.
4 An habens reſeruatum in ſua Diœceſi, ſi confiteatur in alia Diœceſi, vbi non eſt reſeruatum abſolui poſſit.
5 An forenſis, ſeu iter agens habens reſeruatum Epiſcopo loci vbi confitetur non tamen reſeruatum in ſua Diœceſi, abſolui poſſit à Confeſſario non habente poteſtatem.
6 An in quocumque anni tempore, quis confiteatur, & ſumat Euchariſtiam, ſatisfaciat præcepto annuæ confeſſionis, & obligationi ſumendæ Euchariſtiæ.

1 VT ad primum quæſitum clarior in medium afferatur reſponſio, præmittendum eſt, quod tres præcipuè conditiones requiruntur ad gabellam iuſtè imponendam; prima ex parte cauſæ efficientis, nempè legitima auctoritas in Principe imponendi tributa, ſecunda ex parte cauſæ finalis, nempè vt imponatur ob publicam vtilitatem, ſeu neceſſitatem; tertia ex parte cauſæ formalis, idest vt vectigal ſubditis imponatur proportionabiliter, quatenus proportio abſque difficultate ſeruari poſſit cum iniquum reputetur, quod pauperes magis grauentur, quam diuites *Bonaciu. de reſt tut. in particular. diſ.2.q.9. punct.1.num.2.tom 2. Molin. de iuſt. tract.2.diſ.667. & ſequent. Suarez de legibus lib.5. cap.14. num.16. cum alijs relatis per Dian. reſol.moral.part.2.tract.3. reſol.2.*

2 Proportio autem, & commenſuratio formæ tributi debet comprehendere non tam iuſtam Regis neceſſitatem, ſed populi facultates, & vires, alias iniquum eſſet, & Tyrannicum, ſi populus im-

immoderatis vectigalibus grauetur, ideò Principes in imponendis tributis debēt reſpicere propriam neceſſitatem ex iuſta cauſa ortam per ordinem ad commune bonum, eamque commenſurare per geometricam proportionem cum ſubditorum facultatibus, *Turrianus in 2. 2. tom. 2. diſ.45.dub.2.num.7. Bartolom.Salon. de iuſt. in 2. 2. tom.2.queſt.77.art.3.contr.Petrus à Nauar. de reſtit. lib.3.cap.1.num 237.cum alijs per Dian.reſol.moral. part.1.tract.3.reſol.5.*

3 Vectigalia igitur ſuper rebus ad proprium vſum neceſſarijs, & quæ pro vitæ, ac familiæ ſubſtentatione colliguntur non videntur iuſtè imponi poſſe, hinc eſt quod de iure ciuili pœna capitis plectuntur illi, qui de rebus ad proprium vſum accomodatis exigunt vectigalia *l. vniuerſi C. de vectigal.* cum gabellæ imponi, & tantum exigi debeant, pro rebus vel ex rebus mercimonij,& negotiationis, ſeu mercaturæ occaſione aſportatis, vel delatis *l.omnium C. de vectigal.*

4 Iniuſtitia autem huiuſmodi Gabellæ apertè reſultare dignoſcitur ex eo, quod ex eius impoſitione, & exactione non ſeruatur proportio geometrica inter pauperes,& diuites, cum eodē modo onerentur contra iuſtam tributi formam, quæ poſtulat ne pauperes magis grauentur, quam diuites, ita *Sotus de iuſtit. lib.3. quaſt.6. art.7. Sayr. de cenſ. lib.3.cap.9.num.9. Angel.in verb. pedagium num.3.Armilla verb. Gabella num.2. Dian. part.2. tract.17.& 3. Miſcel.reſol.28.verſ. ſed hanc ſententiam Rol.conſ.42.num.28.vol.3.Decius conſ.96.n.5. & 18.Bertazol.conſ.207.num.4.vol.1.*

5 Sed his non obſtantibus,cum talis gabella non ſit prohibita de iure naturæ,ſed ſolum de iure ciuili, eſſe iuſtam, iuſtèque imponi poſſe arbitramur, quia contraria conſuetudine paſſim in omnibus ferè Regnis obſeruata iuris ciuilis diſpoſitio abrogata fuit,nec poteſt dici, quod plus grauentur pauperes quam diuites, quia diuites qui ſplendidiorem vitam agunt, & maiorem familiam ſubſtentare debent, maiorem quantitatem rerum ad proprium vſum neceſſarium emere, & ſic plus ſoluere coguntur, cum pauperes ob eorum inopiam minus ex illis rebus emant, & ſic in illa quantum fieri poteſt ſeruatur æqualitas *Turrian. in 2.2. tom.2.diſ.14.dub.3. num.2. Leſſius lib.2.cap.33. dub.7. Suarez de legibus lib.5. cap.16. Azor.part.3 lib.5.cap.21.quaſt.1.cum alijs per Dian. reſol.moral.part.1.tract.17.reſol.38.verſ. vt his non obſtantibus,& part.2.tract.17. & 3.Miſcel.reſol.28. in princip.* vbi præcipuè ſi concurrant tales conditiones, quæ omninò huiuſmodi gabellam iuſtam reddant, vt primo ſi vrgeat neceſſitas publica, & vectigalia aliundè colligi nequeant, ſecundo ſi libero populi conſenſu ſtatuantur, tertio quando ſecuritati rerum deuectarum alia via conſuli non poſſit, quarto ſi ex immemorabili conſuetudine ſuper his rebus vectigalia impoſita fuerunt, ex *Leſſ. Reginal. & Molfeſ. quos allegat.*

6 Hinc patet reſponſio ad ſecundum dubium, nempè denegari poſſe abſolutionem pœnitenti, qui nolit reſtituere talium gabellarum defraudationem, quia huiuſmodi gabellæ, vti probauimus iuſtè imponi poſſunt, & conſequenter abſque peccato defraudari nequeunt, quod non eſt remittendum,niſi facta reſtitutione,& licet DD. citati *per Dian. reſol. moral. part.2. tract. 17. & 3. Miſcel.reſol.28.verſ.ſed hanc ſententiam, & per Bonacin. tit.de reſtit.in particular.diſ.2.queſt.9.punct.1, num.5.* doceant fraudantes vectigalia impoſita pro vſualibus probabiliter excuſari poſſe à peccato mortali, & ab obligatione reſtituendi, quia per exactionem horum vectigalium ſubditi plus grauantur, quam grauari deberent, tamen idem *Bonacin.loco citato,* ſubdit hoc ſolum probabiliter defendi poſſe poſt factum ne onus nimium graue pœnitentibus imponatur, ſed ante factum hanc ſententiam conſulendam non eſſe, cum Principum edicta ſint obſeruanda, & non reprehendenda.

7 Ad tertium non videtur dubitandum, quod fraudantes vectigalia iuſta peccent contra iuſtitiam, & teneantur ad reſtitutionem, ſi defraudauerint in materia notabili, quæ ſufficiat ad conſtituendum mortale furti crimen, quia vectigal cum iuſtè impoſitum fuerit, iuſtè exigitur, ergo non debet iniuſtè defraudari, ergo defraudans tenetur ad reſtitutionem, quinimmo cum vectigalia, & tributa imponantur pro ſubſtentatione Principis, & pro explendis neceſſarijs oneribus, expenſiſque pro Regno tuendo, & Republica conſeruanda, adhunc effectum ſubditi de iuſtitia Principi ſubuenire, & ſoluere tenentur, illaque non ſoluentes, & defraudantes peccant contra iuſtitiam, & conſequenter tenentur ad reſtitutionem, tanto magis ſi Princeps vendiderit, aut locauerit vectigal, nam tunc intrat damnum, & præiudicium emptoris, ſeu conductoris *Nauar. de reſtit. lib.3.cap.1. num.366. Salas de legibus diſ.15. ſect.16.num.116. Gutier. tract. de gabel. queſt.3 num.23. & 24. Suar. de legib. lib.5. cap.18.num.6. Rodriq. in ſum.part.2.cap.76.num.3. cum alijs per Bonacin.de reſtit.in partic.diſ.2.quæſt.9. punct.1. num.3. & 7.* vbi quod etiam exteri defraudantes vectigalia peccant, & tenentur ad reſtitutionem, quia exteri ſub hac tacita conſuetudine admittuntur in Regno ad negociandum, & hoc onus Principis protectione compenſatur.

8 Sed licet hæc opinio videatur de iure verior, & magis in praxi tuta, contraria tamen non eſt improbabilis, præcipuè in ſententia illorum, qui aſſerunt, leges humanas purè pœnales non obligare in conſcientia, quia cum tributa, & vectigalia reputentur veluti leges humanæ pœnam imponentes tranſgreſſoribus, non videntur in conſcientia obligare poſſe, *vt ex Angel. Nauar. Beia.Cen. Duard.& alijs tradit Dian.reſol.moral.p.2. tract.10.de legib.reſol.19. verſ.hæc opinio ad tradita per eundem eodem loco reſol.18.*

9 Ad quartum certum eſt, quod iter facientes omneſque fideles in omni loco, in quo reperiuntur, cuicumque Sacerdoti approbato peccata ſua confiteri valent, prout ex introducta conſuetudine, & ex præſumpta proprij Paſtoris conceſſione communiter obſeruatur; tamen habentibus caſus reſeruatos in propria Diœceſi interdictum eſſe confiteri, & abſolutionem conſequi à Confeſſario alienæ Diœceſis, quamuis in ea nullam reſeruationem haberet, ne præbeatur occaſio peregrinandi, & ſe conferendi in alio loco

ad

ad effectum obtinendi abſolutionem à reſeruatis in fraudem reſeruationis proprij Ordinarij *ex auctoritate Bonifacij VIII. in cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſ. in 6. docent Paul. Comitul. in ſuis reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 28. num. 2. Nugnius in addit. ad 3. part. tom. 2. quæſt. 8. art. 5. dub. 10. fol. 296. Graſ. par. 1. lib. 1. cap. 13. num. 46.*

10 Nos vero magis probabiliter, & verius aſſerimus forenſem, ſeu iter agentem poſſe à Confeſſario loci, vbi reperitur, licet non habeat facultatem abſoluendi a reſeruatis, beneficium abſolutionis obtinere à caſibus reſeruatis proprio Epiſcopo, modo in loco Confeſſionis, & in vtraque Diœceſi eadem reſeruatione non afficiantur, quia forenſis hoc ipſo quod reperitur in aliena Diœceſi, & foro pœnitentiali ſe ſubijciat, efficitur tamquam ſubditus ordinarij illius loci, ac proindè more incolarum abſolui poteſt, ſed ſi incolæ abſoluantur ab illis criminibus à quocumque Confeſſario tamquam non reſeruatis, ergo etiam forenſis, cum reus iudicari debeat iuxta leges, & conſuetudinem loci vbi reperitur; tum quia Confeſſarius non tenetur ſcire caſus alijs Epiſcopis reſeruatos, alioquin ſemper dubitaret de valida abſolutionis collatione, ob ſcrupulum, & timorem reſeruationis alicuius caſus alijs Epiſcopis *Homobon. de caſibus reſeruatis part. 1. cap. 2. fol. 46. Nauar. cap. 27. num. 275. Regien. in princ. tom. 1. lib. 8. cap. 5. ſect. 3. num 69. Suarez diſ. 30. ſect. 1. nn. 4. Diana reſol. moral. par. 2. tract. 17. & 3. Miſcel. reſol. 56. verſ. at verius Bonacin. in tit. de pœnit. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 5. §. 2. num. 9. & 10. tom. 1.*

11 Ad quintum ex ſupra proximè deductis patet reſponſio, nempè forenſem, vel peregrinum, ſi habeat caſus reſeruatos Epiſcopo loci, vbi confitetur, etiamſi non ſint reſeruati Epiſcopo propriæ, ac ſolitæ habitationis, nihilominus abſolui nequit à Confeſſario non habente facultatem, quia iudicandus eſt ſecundum leges loci, vbi reperitur, & ſacramentalem confeſſionem emittit, *Homobon. de caſibus reſeruat. par. 1. cap. 2. fol. 46. Dian. dicta reſol. 56. verſ. vndè patet Bonacin.*
12 *loco citato num. 11.* vbi quod ſi pœnitens habeat caſus reſeruatos Summo Pontifici non poſſit abſolui, niſi ab habente facultatem, cum Summus Pontifex habeat totum orbem pro territorio, & ipſius leges vbique obligent, modo ſint acceptatæ, & non ſint per contrariam conſuetudinem abrogatæ.

13 Aduertendum tamen eſt, quod neque Peregrinus, aut forenſis abſolui poteſt à caſu tantum reſeruato in propria Diœceſi, & non in illa, vbi confitetur, ſi in fraudem reſeruationis ſui Ordinarij peregrinationem ſuſceperit ea ſola de cauſa, vt poſſit alijs confiteri, ita *Diana par. 2. tract. 17. & 3. miſcel. reſol. 56. verſ. ad ſecundum.*

14 Ceſſante igitur fraude non obſtat diſpoſitio conſtitutionis *Bonifacij VIII. in cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſ. in 6.* quia pœnitens confitendo caſum reſeruatum in aliena Diœceſi vbi non eſt reſeruatus non vtitur facultate eligendi Confeſſarium ſolum interdicta in dicta conſtitutione, ſed ſe habet tamquam incola illius Diœceſis, cuius reſpectu more incolarum abſoluitur, ita reſpondet *Diana reſolut. moral. part. 2. tract. 17. & 3. miſcel. reſolut. 56. verſ. vndè patet.*

15 Ad ſextum certum eſt quod omnes fideles, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint, duplici præcepto tenentur ſaltem ſemel in anno ſacramentalem confeſſionem facere; & Sanctiſſimam Euchariſtiam ſumere, vt expreſſe ſancitur in *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ. & per Concil. Trid. ſeſs. 13. canon. 9. & ſeſs. 14. de ſacrament. pœnit. cap. 5.*

16 Pro adimplendo autẽ præcepto Sanctiſſimam Euchariſtiam ſumendi aſſignatur determinatum tempus Paſchatis, pro confeſſione vero ex receptiori præfatum præceptum non videtur obligare pro certa anni parte, quia cum dicatur ſimpliciter ſaltem ſemel in anno confiteatur, adimpletur confeſſione facta intra totius anni curriculum, vt probat *Fernandez par. 2. cap. 8. §. 3. num. 9. relat. per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſs. 14. de ſacramen. pœnit. cap. 5. nn. 15. Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 14. reſol. 71.*

17 Ex quibus propoſitum dubium reſoluendum videtur, nempe Siluerium per confeſſionem factam, & Euchariſtiam receptam in natalitijs ſolemnibus ſatisfeciſſe quidem præcepto annuæ confeſſionis, non autem annuæ communionis, cum hanc præſcripto, ſtatutoque tempore non adimpleuerit, prout adimpleuit præceptum annuæ confeſſionis, quod non coarctatur, nec reſtringitur ad aliquam determinatam anni partem, vt voluerunt *Sot in 4 diſ. 18. quæſt. 1. art. 4. Vivald. in Candelabr. aur. vbi de confeſſione num. 16. Card. de Lugo in tract. de pœnit. diſ. 15. ſect. 7. num. 157. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſs. 14. de ſacrament. pœnit. cap. 5. num. 15. Diana reſol. moral. par. 1. tract. 3. Miſcel. reſol. 54. & par. 2. tract. 17. & 3. Miſcel. reſol. 54. & par. 3. tract. 14. de ſacram. reſol. 71. Zerola in prax. pœnit. cap. 10. quæſt. 10. Azor. par. 1. lib. 2. cap. 38. quæſtion. 7. Henriquez de ſacram. lib. 4. cap. 4. num. 7.*

18 Nec obſtat quod de conſuetudine Vniuerſalis Eccleſiæ, quæ facit ius commune, fideles teneantur confiteri tempore quadrageſimali, itaùt contrafacientes, & contrauenientes huiuſmodi conſuetudini, quæ ſeruanda eſt, non videantur ſatisfacere præcepto annuæ confeſſionis, vt voluerunt *Medina C. de pœnit. quæſt. 18. de confeſs. ſemel in anno facienda, Megala in 1. par. lib. 5. cap. 3. nn. 3.* quia reſpondetur huiuſmodi conſuetudinem non fuiſſe introductam à fidelibus, vt ſe obligare voluerint determinato tempore Quadrageſimæ ad faciendam Confeſſionem principaliter pro adimplendo præcepto confeſſionis ſecundum ſe, ſed potius ad ſe præparandos ad receptionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, proùt tempore Paſchatis recipere tenentur, & ſic euenire poteſt vt quis alio titulo teneatur confiteri diuerſis anni partibus, vt ſi poſt confeſſionem peccauerit mortaliter, & ſuſcepturus ſit Euchariſtiam in Paſchate, aut ſi mortis articulus ſuperueniat, in quibus caſibus tenetur denuò confiteri, *ita Diana reſol. moral. tract. 17. & 3. Miſcel. reſol. 54.*

19 Nomine autem Paſchatis ad effectum ſatisfaciendi præcepto annuæ communionis non intelligitur ſolum dies ipſe ſolemnitatis Reſurrectionis, ſed tempus quod incipit à die Cœnæ Domini vſque ad Octauam Paſchatis ſecundum *Henriquez cap. 5. ſumma Corona de Euchariſtia num. 66.*

Hinc

Hinc eſt quod huic præcepto ſatisfacit Communicans in Hebdomada ſancta, vel intra Octauam Paſchæ iuxta declarationem *Eugenij IV. relat. per Quarantam in ſum. Bullar. in communio Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 41. quæſt. 2. Zerol. in prax. Epiſcopi par. 1. verb. Euchariſtia* §. 7. Vlterius præfatum tempus ſecundum alios computatur à Dominica Palmarum, vſque ad Octauam Paſchatis *Rodriquez in ſumma cap. 64. de communione num. 1. Suarez diſp. 70. ſect. 2. Azor. 1. par. lib. 7. cap 41. quæſt. 2.* vel ſecundum locorum conſuetudinem, vbi eſt introductum, & obſeruatum à Dominica Quadrageſimæ vſque ad octauam Paſchæ. *Henriquez in ſumma lib. 8. cap. 5. primo à princip. Nauar. cap. numer. 45. Bonacin. de Sacram. Euchariſtiæ diſ. 4. quæſtion. 7. punct. 2. num. 6. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 20. num. 14. Harman. Buſſemba in medul. Theolog. moral. lib. 6. tract. 3. de Euchar. art. 3. cap. 2. dub. 2. de ſuſcip. Euch. verſ. Reſponſ. 2.*

20 Poteſt autem huiuſmodi tempus longius ſe extendere ex Epiſcopi, aut Parochi diſpenſatione propter legitimam, & rationabilem cauſam; vt ſi timeatur de relapſu in peccatum, ſi grauitas delicti perpetrati id exigat; Nulla vero concurrente cauſa eſt interdictum communicationis in Paſchate præceptum adimplendi, aut per anticipationem à prima, aut tertia Dominica Quadrageſimæ, aut per poſtpoſitionem poſt Octauam Paſchæ ſecundum declarationem *Sac. Rit. Congregat. in vna Granaten 15. Februar. 1614. refert. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 20. ſub num. 14.*

21 Præceptum vero annuæ confeſſionis intra annum adimpleri poteſt, nempè à Quadrageſima in Quadrageſimam, aut à Paſchate in Paſcham, ſumptis Quadrageſima, & Paſchate pro quindecim diebus à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis. *Filliuc. tract. 7. cap. 3. Azor. par. 1. lib 7. cap. 36. quæſt. 6. Suar. tom. 4. de pænit. diſ. 36. ſect. 3 num. 3. Bartol. à S. Fauſto tract de pænit. lib. 4. de confeſ. quæſt. 39.* quinimo annum pro impletione dicti præcepti computandum eſſe à Ianuario in Ianuarium refert *Barboſ in Concil. Trident. ſeſs. 14. de pænit. cap. 5. num. 14.* ex *Vaſquez, Hurtado, Ochagauia, quos allegat Diana part. 4. tract. 4. Miſcel. reſol. 206. verſ. nota.*

22 Qui autem præuidet tranſacta præſenti occaſione non poſſe in toto anno confiteri ex penuria Confeſſarij, quod tenetur vigore huius præcepti Eccleſiaſtici ſtatim confiteri reſoluunt *DD. citati per Barboſ. in Concil. ſeſs. 14. de Sacram. pænit. cap. 5. num. 17.*

23 Si autem quis non habeat lethalia crimina, ſed ſolum venialia non excuſatur abſolutè à præcepto annuæ confeſſionis, ſed ſaltem tenetur accedere ad proprium Paſtorem, & eidem manifeſtare ſtatum ſuæ conſcientiæ, vt poſſit ad Sacræ Euchariſtiæ ſumptionem admittere, ac tenetur eidem credere, niſi habeat iuſtiſſimas rationes contrarium ſuſpicandi, ita ex *Suar. diſ. 36. ſect 2. num. 9. tradit Barboſ. de offic. Paroc. cap. 9. num. 19.*

24 Reincidens vero, ſeu relapſus in noua crimina mortalia poſt factam confeſſionem intra annum non tenetur denuò confiteri ad effectum ſatisfaciendi præcepto annuæ confeſſionis, quia qui ſemel confeſſus eſt omnia peccata perpetrata tempore confeſſionis, adimpleuit præceptum annuæ confeſſionis, quia hoc præceptum non obligat ad confitenda omnia peccata commiſſa in totius anni curſu vna, aut pluribus confeſſionibus, ſed obligat tantum ad ſemel confitendum omnia mortalia commiſſa vſque ad tempus confeſſionis, quibus clauibus ſubiectis, vtique præceptum adimpletum remanet, ſolum autem alia crimina deinde commiſſa tenetur confiteri, ſi Sacram Euchariſtiam ſumeret, & ſatis eſt vt peccata commiſſa poſt confeſſionem anni præteriti detegat in confeſſione anni ſequentis, vt huiuſmodi præcepto ſatisfeciſſe dicatur, ita *Diana reſol. moral. par. 4. tract. 4. miſcel. reſol. 206 verſ. ſed ego*; Contrarium tamen docet *Mercerus de Sacram. in 3. par. D. Thom. quæſt. 6. art. 5. num. 3.*

25 Qui demum non communicauit in Paſchate, niſi forte diſtulerit communionem ob conſilium Confeſſarij putant aliqui non teneri elapſo dicto tempore quam primum commodè poſſit eodem anno communicare ex vi præcepti Eccleſiaſtici, cum tale præceptum ſit affirmatiuum, ſicuti eſt præceptum audiendi Miſſam in die feſto, aut ieiunandi in quadrageſima, quod non obligat ſemper, & ad ſemper, tanto magis quando præceptum eſt pro tempore determinato, nam eo elapſo ceſſat obligatio, ſicut igitur præceptum audiendi ſacrum in die feſto eſt reſtrictum ad determinatum diem feſtum, vt eo elapſo non teneatur quis audire ſacrum, ita etiam cum præceptum annuæ communionis reſtringatur, & præcipiatur pro tempore Paſchali, eo elapſo, non tenetur quis Euchariſtiam ſumere. *Granado in 3. par. de Sacrament. contr. 6. tract. 10. diſ. 4. num. 4. & ſequen. Rodriq. in ſumm. cap. 64. de commun. num 1. cum alijs per Bonacin. de Sacrament. Euchariſtia diſ. 4. quæſt. 7. punct. 2. num. 13. tom. 1.*

26 Sed contrarium mihi videtur verum, quia præceptum annuæ communionis non eſt præceptum coarctatum, ſeu ob circumſtantiam, & conditionem temporis Paſchalis præſcriptum, ita vt elapſo ſtatuto tempore ceſſet obligatio, vt eſt de recitando officio ſingulis diebus, vel de audiendo ſacro Dominicis diebus, quibus elapſis ſi ſacrum non audiatur ceſſet obligatio, ſed eſt præceptum abſolutum, *cum in cap. omnis vtriuſque ſexus* dicatur adminus in Paſchate, & ſic non reſtrictum à circumſtantia, & conditione temporis tamquam adiecta ad maiorem opportunitatem, & conuenientiam, & ne diutius protrahatur, ſeu differatur executio, quando autem aliquid abſolutè præcipitur, & aſſignatur tempus tamquam magis congruum adimpletioni præcepti, elapſo eo tempore non ceſſat obligatio, nam terminus Paſchatis, ſeù vnius anni in præcepto confeſſionis non fuit appoſitus ab Eccleſia ad finiendam, ſed ad ſollicitandam confeſſionem, & communionem, vt apertè oſtenditur, & manifeſtè declaratur ex obſeruantia, & vſu communiter recepto ab omnibus Ordinarijs per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque iuris remedia compellendi eos, qui ſacramentalem confeſſionem non fecerunt, & Euchariſtiam non ſuſceperunt, ad præceptum adimplendum, etiam tranſacto tempore Paſchatis. *Hurtad. de Sacram. diſ. 10. de Euchar. diff. 1. & diſp. de pænit. difficult. 12. Suar. diſput. 70. ſect. 2. verſ. dico ergo Filliuc. tract. 4. cap. 2. quæſt. 9.*

quæſt.9. num.58. Ochagani de Sacrament. tract.2. de Euchar.quæſt.15. num.4. Azor. 1.par. lib.7. cap.41. quæſt.5. Nauar.cap.21.num.45. Chameratta de Eucbariſt.cap.19.dub.2. Diana par.5.tract.13, miſcel.1. reſol.3. & hanc etiam probabilem aſſerit Bonacin. de Sacrament.Eucbariſt.diſ.4.quæſt.7. punct.2. num.12, verſ.dixi in propoſitione tom.1.

DECISIO CXVII.

Alias Conſtitutum XIV.

Iſidorus Maritimum iter agens ob ingentes tempeſtates in maximo vitæ diſcrimine conſtitutus, emiſſit votum de ingrediendo Religionem, ſi incolumis periculum ſubterfugeret; prout tranſacto periculo, Religionem Patrum Diſcalceatorum Diuæ Thereſiæ ingreſſus fuit, ſed deprehendens eam ſibi propter vitæ aſperitatem non eſſe accomodatam, dimiſſo habitu, antequam probationis annum expleret, receſſit. Interim in ſtatu libero permanenti, opportuna ſibi obtulit occaſio in vxorem ducendi, aut Fauſtinam, aut Iuliam germanas ſorores, quarum vnam (non tamen adhuc Sacramento confirmationis roboratus) in Baptiſmo, alteram in confirmatione ſuſceperat; ſed de impedimento contractæ ſpiritualis cognationis dubitauit idcirco. Quæritur.

1 An Iſidorus ſatisfecerit voto ingrediens Religionem, & poſteà exiens.
2 An attento huiuſmodi voto egredi potuerit.
3 An contraxerit cognationem ſpiritualem cum præfatis ſororibus, quarum vnam non adhuc ipſe confirmatus, in Baptiſmo, alteram in confirmatione ſuſceperat; itaút matrimonium inter eoſdem conſiſtere nequeat.

1 AD primum reſpondetur, quod vouens Religionem abſolutè, ſi nihil de exeundi libertate determinans, ingrediatur, & poſtea exeat, non videtur ſatisfeciſſe voto, ſaltem ſi iuſtam non habuerit recedendi cauſam, ſed ex ſola tantum libertate Nouitijs conceſſa retroceſſerit, quia ex vniuerſali, & tacita mente vouentis materia huius voti non eſt ſolum ingreſſus, ſed etiam perſeuerantia, præcipuè ſi inueniat omnia grata, vel non ita grauia, & oneroſa, vt faciliter in ea perſeuerare queat, hoc enim eſt diſcrimen inter ingredientem Religionem cum voto, & abſque illo, quod ille mortaliter peccat exeundo abſque legitima cauſa, hic autem peccat venialiter. *Caietan.2.2.quæſt.vltim.art.4.dub.1. Ledeſma in ſum, tom.2.tract.10.cap.3.dub.7.caſ.4. Sotus de inſt.lib.7. quæſt.1, art.1. ad 3. Aragon.2.2. quæſt.88. art.3. in ſolut. ad 2.*

2 Nos tamen libentius in contrariam ſententiam flectimur, nempe vouentem ſimpliciter Religionem liberum eſſe ab obligatione voti, ſi poſt ingreſſum ante factam profeſſionem retrocedat, dummodo nihil de profeſſione deliberauerit, dum votum emiſit, quia vouens Religionem non ſolum cenſetur vouiſſe iuxta diſpoſitionem iuris communis concedentis annum Nouitiatus ad experiendam Religionem cum omnimoda exeundi libertate, ſi ſtatus Religioſus, & illius vitæ genus ingredienti non placeat, verum etiam quia huiuſmodi votum continet in ventre tacitam conditionem, quod facta per vouentem experientia, inuentaque Religione ad ſui naturam non accommodata poſſit vti libertate conceſſa Nouitijs exeundi intra probationis annum, dummodo tamen huiuſmodi facultati expreſsè renunciatum non fuerit, non videtur igitur dubitandum, quin ſatisfaciat voto Religionis, qui poſt ingreſſum egreditur, cum adimpleat rem promiſſam, etiamſi exeat abſque iuſta cauſa, modo bona fide ingreſſus fuerit, cauſa enim legitima egrediendi Religionē reputatur ſola ipſius Religionis diſplicentia, & inuenire eam non gratam, & ſibi commodam, ita *Sanchez. in ſum. tom.1. lib.4.cap. 16. num.100. Nauar. lib.3.conſil. tit. de vot. in prima edit. conſ.19. & in 2. edit. conſ.25. per totum Sotus lib.7. de inſt. quæſt.2. artic.1. Azor. 1. part. lib.11. cap 22. quæſt.6. verſ. ſi quæras cum alijs per Bonac. in tit. circa 2. decalog. Præcep. diſ.4. quæſt.2. punct.5.§.6.num.22.& ſequen. tom.2. fol.306. Dian. reſol. moral. part.4. tract.4. Miſcel. reſol.25.*

3 Quinimmo quando quis vouit Religionem in genere, ſi poſt quam ingreſſus eſt vnam, exeat, non tenetur aliam adire, cum ſatisfecerit voto, ſi ſimpliciter vouerit ingreſſum, & non perſeuerantiam *Sanchez. contra Rodrig. cap.95.num.2.*

4 Inſuper cenſetur ſatisfeciſſe voto, qui ingreditur Religionem, etiamſi poſtea culpa ſua expulſus fuerit, ſi ſaltem mediocrem diligentiam adhibuerit ad ſuas culpas corrigendas, & ad sè Religionis inſtituto accommodandum *Azor.1.par.lib.11. cap.22. quæſt.9. in fin. approbatum, et declaratum per Dian. reſol. moral. part.4. tract.4.miſcel.reſ.25. ſed quærendum inuncto verſ. nota vero Bonacin.loco citato num.25.*

5 Alias ſi conſtituatur in vera contumacia, & in culpa vera, ſeù doloſa, non videtur ſatisfeciſſe, quia ille, cuius culpa conditio non impletur, nec in Religione retinetur, remanet obligatus, ac ſi ingreſſus non fuiſſet, & ac ſi dimiſſus non eſſet *Tolet. in ſumma lib.4. cap.17. num.12. et cap.18. num.2.*

6 Ad ſecundum, certum eſt Iſidorum licitè è Religione egredi potuiſſe, ſi tantum Religionem vouerit, maior tamen difficultas eſt ſi votum contineat non ſolum ingreſſum, ſed etiam perſeuerantiam in Religione, vt ſi fuerit factum tam de ingrediendo, quàm ſimul de profitendo in Religione, & non videtur ita vouentem per ſolum ingreſſum voto ſatisfacere, ſed neceſſe eſſe vt perſeueret, & profiteatur, quia huiuſmodi votum duo continet, ingreſſum ſcilicet, & perſeuerantiam, quæ debent adimpleri in forma ſpecifica, alias non remanet liber à voto, ſi poſt ingreſſum retrocedat, votum enim explicandum eſt iuxta intentionem vouentis, & in tantum obligat, in quantum vouens intendit, ſed in intentione vouentis in caſu noſtro vtrumque incluſum fuit, ergo vtrumque explere tenetur, nec obſtat beneficium anni probationis, quia attenta voti qualitate cenſetur huic priuilegio ſibi à iure conceſſo renunciaſſe *Sanchez. lib.4. cap.16. num.81. tomo 1. Nauar. cap.12. num.47. Philiarch. de offic. Sacerd. tom.1. part.3. lib.5. cap.20. Azor. part.1. lib.11. cap.2. part. 8. D. Anton. part. 3. tit.16, cap. 2. §. quinto.*

7 Sed

7 Sed his non obſtantibus contrariam ſententiam probabilem indicat *Dian. reſol. moral. part. 2. tract. 17. et 3. Miſcel. reſol. 10.* ea motus ratione, quod huiuſmodi votum ingrediendi, & profitendi intelligendum ſit ſecundum canones annum nouitiatus concedentes, vt ſi intra hoc tempus Religio non placeat, & nimis ardua ſit vouenti liberum ſit egredi, & propterea cenſeatur factum, & tacite continere hanc iuris conditionem, cum nulla ratione dici poſſit huic priuilegio per huiuſmodi votum renunciatum fuiſse, ſed potius emiſſum ſecundum iuris diſpoſitionem; nam in dubio ſemper præſumitur quis ſe conformare voluiſse cum diſpoſitione iuris communis, & hanc opinionem tuentur *Reginald. in prax. tom. 2. lib. 18. c. 25. num. 385. Petrus de Ledeſma in ſum. tomo 2. tract. 10. cap. 3. dub. 7. caſ. 1. Sotus de iuſt. lib. 3. quæſt. 2. artic. 1. ad 5. Leſſius lib. 2. cap. 41. dub. 5. numer. 48.*

8 Ad tertium. Proculdubio Iſidorus cum ea, quam adhuc confirmationis Sacramento non inſignitus ſuſcepit in Baptiſmo cognationem ſpiritualem contraxit, & conſequenter cum eadem matrimonium inire non poteſt, quia nullibi huiuſmodi ſuſceptio interdicitur non confirmato, ita *Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 60. num. 18. to. 2.* Cum alia vero, quæ in Sacramento confirmationis ſuſcepit pariter cognationem ſpiritualem contraxiſſe, quia per Sacramentum Baptiſmi habet eſſe ſpirituale, & conſequenter efficitur capax effectus huius Sacramenti, ſcilicet contrahendi cognationem ſpiritualem probabiliter affirmant. *Nauar. lib. 3. conſil. in prima edit. tit. de baptiſ. conſ. 3. in fin. in 2. vero lib. 4. tit. de cognat. ſpirit. conſ. 1. in fin. Tabiena verb. confirmatio Sacramentum quæſt. 7. num. 8. & verb. impedimentum impedimento 5. num. 2. part. 1. Sotus 4. diſ. 42. quæſt. prima art. 3. col. 3. verſ. ex quo fit Emanuel. Sà verb. matrimonium vbi de impedimentis dirimentibus numer. 5. verſ. non confirmatum, Paludan. 4. diſ. 42. quæſt. 1. artic. 1. concl. 3. num. 8. Manual. 1. tom. ſumm. 2. edition. cap. 226. num. 10. concl. 4.*

9 Nos tamen contrariam ſententiam probabiliorem exiſtimamus cum *Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 60. num. 20. tom. 2.* vbi tradit, quod licet baptizatus habeat eſſe ſpirituale ratione Sacramenti baptiſmi, non habet tamen alias conditiones, quæ ab Eccleſia exiguntur, vt in Sacramento confirmationis verus ſuſceptor efficiatur, iuxta *Text. in cap. in Baptiſmate de conſecr. diſ. 4.* Patrinus enim vltra vitam ſpiritualem acquiſitam per Baptiſmum, debet vitæ robur per confirmationē obtinere, vt ſuſcipiendi imbecillitatem in fide, ac indigentiam fortioribus viribus tueri valeat, quod robur, ac virtus non obtinetur niſi mediante Sacramento confirmationis, ergo ſuſceptor ſi non ſit confirmatus, non habet requiſita neceſſaria ad alium ſuſcipiendum, & conſequenter ſi dé facto ſuſcipiat, cum nulliter ſuſcipiat, non contrahit cognationem ſpiritualem, ac proinde inter eos non oritur impedimentum dirimens matrimonium. *Henriquez. lib. 12. de matrim. cap. 11. nu. 2. & lib. 3. de Sacrament. confirmat. cap. 3. num. 3. Ledeſma in ſumma Sacram. vbi de confirmat. dub. 8. Vinald. candelab. Sacrament. 1. part. vbi de baptiſmo num. 69. Vega. 1. tom. ſumma cap. 69. caſ. 11.*

DECISIO CXVIII.

Alias Conſtitutum. XV.

Darius anceps, & valde dubitans, an caſtitatis votum emiſerit, nimis tamen luxurię relaxatis habenis, impie, & acceptabili tempore, ſiuè die Iouis maioris hebdomadæ blandis verbis, importuniſque precibus propriam ſororem ad ſui corporis copiam ſibi faciendam induxit; quæ licet tàm execrandum ſcelus ob eius reſeruationem non perpatraſset, ex confidentia tamen obtinendi Iubilęum facilius commiſit. Interim Darius in profundum malorum abiens nullo dolo, aut vi interueniente, cum Chriſtina puella virgine, ipſa pariter ſponte conſentiente carnalem congreſſum habuit; & cum Victoria ſimiliter virgine ad effugiendum prægnantiæ periculum ſuam libidinem ſæpe ſæpius præpoſtera Venere explere conſueuit. Demum ad pœnitentiam redactus, vt validam, & integram confeſſionem faceret. Quæſitum fuit.

1. An dubitans emiſiſſe votum debeat illud adimplere, & non adimplens teneatur hanc circumſtantiam aperire in confeſſione.
2. An committens carnale crimen in die ſolemnis feſtiuitatis teneatur hanc circunſtantiam aperire in confeſſione.
3. An exprimenda ſit circunſtantia inductionis ad fornicationem, ſi mulier alias non erat parata.
4. An qui peccauit alias non peccaturus ex confidentia conſequendi Iubilæum, teneatur ſe de huiuſmodi circunſtantia accuſare.
5. An qui commiſit inceſtum cum conſanguinea teneatur in confeſſione exprimere circumſtantiam perſonæ, ſeu gradus, cum qua rem habuit.
6. An concubitus habitus cum virgine ſponte conſentiente ſit ſtuprum habens malitiam ſpecie diſtinctam à ſimplici fornicatione explicandam in confeſſione.
7. An Virgo, quæ prima vice virginitatem amiſit, debeat hanc circunſtantiam in confeſſione detegere.
8. An qui commiſit ſodomiam cum virgine pariter teneatur hanc circumſtantiam in foro pœnitentiali manifeſtare.

1 AD primum videtur quod dubius de voti emiſſione teneatur illud adimplere, itaut non adimplens debeat hanc circumſtantiam in confeſſione manifeſtare, dummodo non concurrat in voti adimpletione magna incommoditas, ſeù difficultas, quia in dubijs tutior pars eſt eligenda, nec ſuffragatur poſſeſſio extra materiam iuſtitiæ *Azor. inſtitut. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæſt. 10. Sayrus in claui regia lib. 1. cap. 13. num. 36. Baſil. Pontius de matrim. lib. 10. cap. 15. num. 3. Vaſquez. in prim. 2. diſ. 165. cap. 3. in fin. Turrianus opuſc. 10. diſ. 1. dub. 1. & de cenſ. lib. 8. diſ. 57. dub. 5. ad 3. arg. Salas in 1. 2. tract. 8. diſ. vnic. ſect. 17. num. 162. & ſect. 25. num. 252. & 253.*

2 Nos tamen ex veriori firmandum eſſe putamus votum in dubio non obligare, & abſolute dubiū de voto non teneri illud adimplere, non ſolum quando votum eſt affirmatiuum de aliquo opere faciendo, verum etiam ſi ſit negatiuum de non faciendo, quia poſseſſio ſtat prò dubitante, ſeù pro libertate voluntatis, & nulla poſſeſſio ſtat pro voto, libertati enim, quæ habetur de iure naturæ fauendum eſt, nam res facile ad ius ſuum naturale, commune, & ordinarium reducitur.

Merol. tom.1. diſ.3. cap.3. corol.2. num.83. Sotus de iuſtit. lib.7. quæſt.3. artic.2. Suarez. de cenſur. diſ.40. ſect.5. num.15. Fillinc. tom.2. tract.21. cap.4. num.165. Auila de cenſur. part.7. diſ.2. dub.5. concl.2. Sanchez. de matrim. tom.1. lib.1. diſ.9. num.11. & in ſum. tom.1. lib.4. cap.1. num.16. Bonacin. de Sacrament. pœnit. diſ.5. quæſt.5. ſect.2. punct.2. §.3. diſ.4. num.1. verſ. obijcies primo tom.1. fol.169. cum alijs per Dian. reſol. moral. part.4. tract.3. de conſcient. dub. reſol.10.

3 Hinc eſt quod qui ſufficienti adhibita diligentia, adhuc manet dubius an promiſerit matrimonium, minime ad illud celebrandum tenetur, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & in hoc dubio voluntas poſſidet ſuam libertatem, pro qua in dubio iudicandum eſt, ita Sanchez. de matrim. tom.1. lib.1. diſ.9. num.11. vbi late.

4 Et hac eadem ratione qui vouit Religionem, & dubitat vtrum vouerit profeſsionem non tenetur ad Profeſsionem.

5 Prout etiam ſi quis vouerit quotidie recitare Roſarium, & dubitet an per Roſarium intellexerit integrum vel tertiam partem, poteſt eligere tertiam partem, quæ etiam Roſarium B,M.V. appellatur.

6 Similiter ſi quis certus ſit ſe vouiſse caſtitatem aut perpetuam, aut temporalem, & verborum voti ſit omnino immemor, tenetur ad caſtitatem temporalem tantum ſeruandam, ſecus vero ſi recordetur de verbis voti v. g. voueo caſtitatem, cum hæc verba importent perpetuitatem.

7 Vlterius qui certus eſt vouiſse ſe non acceſsurum ad aliquam fœminam, & dubitat an intellexerit de acceſsu fornicario, vel vxorario non tenetur abſtinere à nuptijs, vt hæc omnia comprobat Diana part.4. tract.3. reſol.10. verſ. ex his infertur.

8 Si vero puer emiſerit votum, & defectus deliberationis proueniat ex tenera vouentis ætate, videtur obligari ad votum ſeruandum ſi ſeptennium expleuerat tempore emiſſi voti, cum præſumatur in eo dubio vſus rationis, ſi autem non expleuerat, præſumitur defectus vſus rationis, niſi de illo conſtet, ac proinde non obligatur ad votum, ſi vero dubium ſit an expleuerat, vel ne, in voti fauorem præſumendum eſse docet, Sanchez. in ſumma tom.1. lib.4. cap.1. num.13. Turrian. in opuſc. Theolog. opuſc.2. diſ.1. dub.1. Fauſtus in tract. Relig. lib.1. quæſt.26. Verum contrariam ſententiam, qua docetur dubitantem puerum de rationis vſu, dum vouit, minime teneri, vti probabilem ſequuntur DD. relati per Sanchez. de matrim. lib.1. diſ.9. num.12. in 4. argument. tom.1. vbi quod non ſufficiat quæcumque opinio vſus rationis, ſed exigatur, rem eſse adeo certam, vt nulla, aut tenuiſſima remaneat apud prudentes dubitatio, Dian. reſol. moral. part.4. tract.3. de conſcientia dubia reſol.11. verſ. verum contrariam ſententiam.

9 Eſt etiam aduertendum, quod quando quis eſt certus ſe emiſiſse votum v. g. caſtitatis, ſed dubitat an habuerit animum ſe obligandi, tenetur ſeruare caſtitatem, quia poſseſſio ſtat pro voto, Suarez. de relig. tom.2. lib.6. cap.26. num.6. Sanchez. in ſum. tom.1. lib.4. cap.40. num.26. & cap.44. num.23.

10 Sed maior difficultas eſt, quando vouens non omnino dubitet, ſed magis in eam partem inclinet, vt votum emiſerit, vtrum teneatur ſeruare votum, & ex probabiliori iudicandum eſt ad fauorem dubitantis, quod non teneatur, cum nihil releuet in hac materia dubij, quod dubium ſit æquale, vel pro alia parte ſit maior veriſimilitudo, ſeù probabilitas, quia poſseſſio certa præualet rationibus inducentibus in partem oppoſitam non tamen in certum aſsenſum, nec facit, quod rationes ſint efficaciores, vel vrgentiores pro vna parte, ſi non ſint ſufficientes ad remouendum dubium, & generandum aſsenſum ſaltem probabilem, ita Garc. de beneſ. tom.2. part.7. cap.2. num 27. Bonacin. tract. de leg. diſ.2. quæſt.4. punct.2. num.18. tom. Sanchez. in ſom. tom.1. lib.1. cap.10. num.36. ſe retractans, & recedens à contraria ſententia, quam firmauit in tract. de matrim. tom.1. lib.2. diſ.41. num.34. cum alijs per Dian. reſol. moral. par.2. tract.15. & 1. Miſcel. reſol.9. & part.4. tract.3. de coſcien. dub. reſol.12.

11 Ad ſecundum affirmatiue reſpondendum eſset cum DD. qui adhærent ſententiæ, quod circumſtantia diei feſti ſcilicet peccati perpatrati in die feſto ſit de neceſsitate aperienda in confeſsione, Rodriq. in ſum. tom.1. cap.53. num.12. Medina in ſum. lib.1. cap.9. §.1. Adrian. in 4. de confeſſ. quæſt.4. D. Antonini 3. part. tit.17. cap.17. §.5. Angel. verb. præceptum num.5.

12 Nos vero benigniorem ſententiam amplectentes aſserimus commitentem aliquod læthale crimen v. g. fornicationis, furti, blaſphemiæ, & ſimilium in die feſtiuo non teneri hanc circumſtantiam in foro pœnitentiali exprimere, ac proinde peccatum commiſsum in die Ionis maioris hebdomadæ, vel alterius magnæ feſtiuitatis non eſse in confeſsione aperiendum, niſi talia peccata in contemptum diei feſti, aut illius diei, in quo ſacra Euchariſtia ſumitur, perpatrentur, quia in die feſto præcipitur tantum quod audiatur ſacrum Miſsæ ſacrificium, & non exerceantur opera ſeruilia, non tamen ſpecialiter prohibetur fornicari, furari, & ſimilia alia efficere, & propterea circumſtantia diei feſti non ſuperaddit peccato diſtinctam ſpecie malitiam, ſed tantum aggrauat peccatum, & circunſtantiæ, quæ non mutant ſpeciem non ſunt neceſsario aperiendę in confeſsione Henriquez. lib.5. cap.6. num.6. Coninch. de Sacram. diſ.7. dub.4. num.27. Sotus in 4. diſt. 16. q. 2. artic 4. Vaſquez. in 3. part. tom.4. quæſt.19. num.1. dub.4. num.24. Bonacin. de pœnit. Sacramen. diſ.5. ſect.2. punct.2. §.3. diſ.4. num.29. tom.1. fol.168. Dian. reſol. moral. part.1. tract.6. de circunſtan. aggrauan. reſol.32.

13 Av tertium ex vna parte videtur circumſtantiam inductionis ad peccandum aperiendam eſse in confeſsione, nam qui eſt cauſa peccati alterius, non ſatisfaceret integritati confeſsionis, ſi tantum detegeret cognouiſse aliquam fœminam niſi addat ſimul cauſam fuiſse alterius peccati, ita Lorca in 2. 2. D. Thom. quæſt.43. art.8. ſect.3. diſ.56. num.6.

14 Et hoc aſserendum eſse etiam, ſi alter ſocius criminis ad peccandum paratus eſset, vt ſi quis fornicetur cum Muliere parata docet Bonacin. de pœnit. ſacrament. diſ.5. quæſt.5. ſect.2. punct.2. §.3. diſ.3.

diſ.3.num.10. verſ.ſed mihi tom.1.fol.167. vbi quia qui cooperatur graui alterius peccato grauiter peccat non ſolum peccato proprio, ſed etiam alieno cui imputandum eſt tanquam cauſa potiſſima proprij, & alterius criminis *Sanchez in ſum. tom. .lib.1.cap.6.n.14.*

15 Nos autem contrariam ſententiam benigniorem, & probabiliorem arbitrati ſumus, quia huiuſmodi circumſtantia includitur, & confunditur cum peccato principali, ſiquidem dum vir fatetur fornicationem cum fœmina commiſiſſe, intelligitur etiam conſequenter eandem fœminam ſollicitaſſe, eſſet tamen huiuſmodi circumſtantia aperienda quando contineret talem qualitatem, & malitiam, vt ſpeciem mutare arbitraretur, vt quando inductio ſit extorta minis, vi, extraordinarijs precibus, falſis deceptionibus, aut promiſſionibus, alijſque illicitis medijs æquiualentibus violentiæ morali. *Salas in par.2.tom.2.tract. 13. diſ.5.ſect.15.num.133. & cum Sanchez tradit Dian. reſol.moral.par.5.tract.13. miſcell.1. reſol. 5. verſ. ſed aduerſus.*

16 In caſu verò quo ſocius criminis paratus erat ad peccandum eò magis pœnitens, qui illum induxit, releuatur ab onere confitendi hanc circunſtantiam, vt v. g. in eo qui commiſit peccatum fornicationis cum Meretrice, quia in huiuſmodi contingentia voluntas ſocij criminis ex ſe, & ſua ſponte iam expoſita erat, ita vt non recipiat ſcandalum, & moraliter reputari debet, perinde ac ſi inducta non fuiſſet *Azor.2.par. lib.12. cap. 6. quæſt.5. Henriq. lib.5. cap.6.nu.6.& alij apud Sanchez in ſum.lib.1.cap.6.num.13. & Dian.reſol. mor. par.1.tract.7. de circunſtan: aggrauan.reſol.34.*

17 Aduertendum tamen eſt circunſtantiam inductionis, & cooperationis ad peccatum alterius explicandam eſſe, quoties talis circunſtantia non cenſetur ſufficienter explicata, explicato actu principali, ſecus ſi explicato ipſo actu principali, ſufficienter explicata cenſetur & propterea inuitare fœminam ad actum fornicarium hęc circunſtantia inductionis non eſt neceſſario explicanda, quia hoc eſt medium ordinatum ad talem finem, verum qui inuitaret fœminam licet paratam, & cum ea non fornicetur, non ſatisfaceret, dicendo ſe fœminam concupiuiſſe, ſed vlterius debet ſuperaddere ſe fœminam ſollicitaſſe, quia hæc circunſtantia non videtur ſufficienter explicata explicato actu principali, ita *Bonacin.de Sacramen.pænit.diſ.5. quæſt.5.ſect.2.punct.2.§.3.nu.20. tom.1. fol.167.*

18 Notandum eſt etiam cum *Ludouico Meratio in D.Thom. tom.3.tract.de Sacrament.pænit. diſ. 27. ſect.4. num.8.* quod qui eſt cauſa alterius peccati verbo, vel facto; vel eſt in cauſa peccandi ſecum, vel cum alio, ſi cum alio, tenetur confiteri hanc cauſalitatis circumſtantiam, quia eſt peccatum ab eo, quod ipſe committit, numero diſtinctum, ſi ſecum, vel peccatum committendum tale eſt ſui natura, vt à duobus committi debeat, vt eſt fornicatio, vel non eſt tale, ſi primum, non eſt neceſſaria huius circumſtantiæ manifeſtatio, ſi ſecundum eſt neceſſario explicanda illa inuitatio, quia peccatum diuerſum numero eſt ab eo, quod committit ille, qui alium ad peccandum inuitat.

19 Ad quartum dicendum eſt eum, qui peccauit alias non peccaturus, ex confidentia obtinendi Iubilæum non teneri hanc circunſtantiam in cõfeſſione aperire, quia licet aggrauet peccatum, non videtur tamen addere aliquam malitiam, ſeù deformitatem mutantem ſpeciem, vt cum Pitigiano, *Fagundez, Zanard.tradit Dian.reſol.moral. par.1.tract.7.de circuſtan.reſol.33.* generaliter enim committens peccatum videtur habere implicitã confidentiam peccando obtinendi abſolutionem & nihilominus non coarctatur ad aperiendam hanc circumſtantiam, nè pœnitens nimio onere grauetur.

20 Ad quintum dicendum eſſet circumſtantiam gradus, ſeù perſonæ, cum qua commiſſum fuit crimen inceſtus eſſe tantum circumſtantiam aggrauantem neceſſario non aperiendam in confeſſione, ita vt ſatisfacere videatur pœnitens dicendo, pollui me peccato inceſtus tot vicibus, etiam ſi non aperiat qualitate perſonæ ſibi iunctæ ſanguine, vel affinitate, naturali, vel legali, aut ſpirituali, quia inceſtus inter conſanguineos, & affines non differunt ſpecie in genere moris, nec grauitas huius criminis auget malitiam intra eandem ſpeciem, licet grauior ſit inceſtus cum filia, vel cum matre, quam cum ſorore, vel nepote, vel conſobrina vxoris, quapropter, qui habuit rem cum matre, vel ſorore, ſufficeret, ſi diceret cognoui carnaliter conſanguineam in primo, vel ſecundo gradu, ita *D. Thom.2.2.qu.154 art.9. & Caiet. ibid. Fillíuc.quæſt.moral. to.2. tract. 20. cap.5.num. 97.Pharaonius tract.de Sacramen.pænit. ſeſſ.10.caſ.2. Gypt:us tract.de caſ.reſeruat. c. 8. num.5. cum alijs per Dian. reſol.moral.par.1. tract.7. de circunſtan. aggrauan.reſol.31.& par.3.tract.4. de Sacram.reſol.67.verſ.in reſol.31.*

21 Verum quia inceſtus in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis, & in primo affinitatis in hac Nonantulana Diœceſi eſt caſus reſeruatus, & propterea dicere debemus explicandos eſſe gradus inceſtus cum *Bonacin.de Sacramen.pænit. diſ.5. quæſt.5.ſect.2.puncto 2.§.3.diffic.3.n.10.to.1.fol.166.* vbi quod in praxi conſulenda, & tenenda ſit hæc ſententia, ſaltem quoties commode ſequi poſſit, ſecundum *Henriq. quem allegat lib.2. de pænit. c.8. num.1,*

22 Nec deſunt DD.docentes inceſtum eſſe diuerſæ ſpeciei non ſolum in linea conſanguinitatis, & affinitatis deſcendentium, & aſcendentium, ſed etiam in gradibus ſingulis vtriuſque lineæ, ita vt quot ſunt gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, tot ſint ſpecies diſtinctæ inceſtus, ac proinde qui peccauit cum matre, filia, vel ſorore, non ſufficeret, dicendo peccaui cum vna in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, ſed debet dicere peccaui cum matre, filia, &c. quia inceſtus commiſſus cum matre, filia, & alijs in cæteris gradibus eſt crimen mutãs ſpeciem tanquam habens ſpecialem malitiam peculiari modo contra pietatem *Henriq.lib.5.c.8. num.1. in gloſ. lit. E. & F.*

23 Ad ſextum tres referuntur DD. ſententiæ circa propoſitum dubium à *Sanchez de matrim.lib.7. diſ.19. tom.2. per totum.* Prima aſſerit deflorationem virginis conſentientis eſſe diſtinctam luxuriæ ſpeciem ſtuprum nuncupatum, neceſſarioque

vitginiecatis circumſtantiam aperiendam in confeſſicoe, cum contineat iniuſtitiam, ſi non contra perſonam virginis, quia violenti non fit iniuria, ſed contra finem naturæ, ad qnem conceſſit virgineum Clauſtrum, cui non poteſt fœmioa renunciare vti non Domina, ſed cuſtos illius ſignaculi, vt habilior conſeruetur pro matrimonio ineundo.

24 Secunda firmat ſtuprum tunc eſse ſpeciem diſtinctam luxuriæ quando virgo ſub parentum, vel turorum poteſtate conſtitura defloratur, quia tunc vltra incōtinentiā caſtitati oppoſitam committitùr iniuſtitia contra parentes, cum eorum honor, & facultates lædantur.

25 Tertia verè, cui tanquam probabiliori cum eodem Sanchex adhærere debemus, negat dari ſpecie.n ſtupri, ſi non concurrat vis, violentia, ſeù raptus, ac proinde deflorationem virginis ſponte conſentientis, ſiue ſit, ſiue non ſit ſub cura tutor:nni, vel parentum non differre à ſimplici fornicatione, nec huiuſmodi circumſtantiā neceſsario aperiendam eſse in confeſſione; ratio eſt quia ad hoc vt circūſtantia aliqua addat nouam luxuriæ rationem ſupra ſimplicem fornicationē, neceſse eſt vt nouam malitiam, ſpecialemque deformitatem afferat ex *D. Thoma* 2.2.*queſt.*154 *art.*4. *in corpore* Concubitus autem habitus cum virgine ſponte conſentiente non addit aliquam nouam ſpeciem præter luxuriam oppoſitam alij virtuti, quam caſtitati, & conſequenter non mutat ſpeciem ſimplicis fornicationis, fœmina enim eſt domina, moderatrix, & arbitra vſus in ſui corporis, & ex naturę directione habet vas ordinatum ad copulam, ac proinde ſi eius voluntas libere concurrat, nullum eſt inuoluntarium in apertione clauſtri, & quamuis illius vſus ordinetur ad concubitum coniugalem, tamen hoc procedit, vt ritè, & rectè vtatur, ſed per hoc non tollitur libertas ad illicitè quoq; vtendum cū nulla ratione dici poſſit quod coarctetur fœmina ad ſeruandam integritatem ſui corporis, vſque ad matrimonium, & propterea non ſeruando. intemperantia illa aduerſatur tantum virtuti caſtitatis, & contra caſtitatem tantum delinquere cenſetur propter indebitum vſum, qui nullam aliam malitiam oſtendit, quam ſimplicis fornicationis, nec ex hoc reſultare poteſt aliqua iniuſtitia in ordine ad parentes, & tutores, quia virgo etiam abſque viri congreſsu poteſt pati Clauſtri ruptionem, nec per hoc aliquam reſtitutionem facere tenetur, vt late comprobat, & contrarijs reſpondet *Sanchez de matrim.lib.*7.*diſ.*14.*à num.*3, *vſque ad fin.tom.*2.*Coninch.de Sacram. diſ.*7. *dub.* 4. *num.* 19. *Vaſquez opuſ.de reſtit.c.*3.§.1. *dub.* 1.*nu* 6. *Sanctius in ſelect.diſ.*29.*num.*7. *cum alijs per Dian. reſol.moral.par.*1.*tract.*7. *de circumſtan.reſol.* 11. & *par.*3.*tract.* 17. & 3. *miſcel.reſol.*12.

26 Ad ſeptimum dicendum eſt virginem prima vice carnaliter peccantem, & conſequenter virginitatis laureolam amittentem non teneri hāc circumſtantiam nempè ſe fuiſſe, vel non fuiſſe virginem, ante perpatratum delictum in confeſſione detegere, quia qui prima vice amittit virginitatis laureolam, non committit peccatum habens ſpecialem malitiam, quæ obliget ad confitendum, nam non habet malitiam ſtupri, cum tantum incurratur in caſu, quo puella vi, vel raptu carnaliter cognoſcatur, & quamuis amittatur integritas naturalis, & ſpecialis virtus virginitatis, quod videtur maximum nocumentum ſuper omnia nocumenta temporalia irreparabile, tamen non mutat ſpeciem, ſed tantum aggrauat, alias etiam qui primum peccatum cōmittit poſt baptiſmi ſuſceptionem teneretur exprimere in confeſſione, & tamen hoc à nemine docetur, ergo neque tenetur exprimere circumſtantiam virginitatis prima vice amiſſæ *Azor.p.*3. *lib.*3.*c.*11. *quaſt.*2. *Filliuc. tom.*1. *tract.*29. *cap.* 3. *num.* 71. *Henriq. lib.*2.*de pœnit.cap.*8. *num.* 2. *Nauar. cap.* 16.*num.*4. *Regiaal. lib.*2. *nu.*128.*Coninch. diſ.*2. *dub.*4. *num.*19. *Suarez in* 3.*par.diſ.*22. *ſect.*4 *in circumſtan. quid Bonacin.de pœnit.Sacrament. diſ.*5 *quaſt.*5.*ſect.*2.*punct.*2.§.3.*diſ.*3.*num.*7. *tom.*1.*Dian. reſol.moral.part.*1.*tract.*7. *de circumſtan.reſol.*10.& *reſol.*11, *verſ.*& *tandem*, vbi ſi virgo ſola polluitur, non tenetur exprimere circumſtantiam virginitatis,

27 Ad octauum, reſpondendum eſt negatiue, non eſſe ſcilicet explicandam in confeſſione ſodomiam fuiſſe commiſſam cum virgine, ſed ſufficere ſi dicatur cum fœmina, quia talis copula non mutat ſpeciem in genere ſodomiæ, nec poteſt dici habere malitiam ſtupri, cum per eandem non violetur integritas virginalis, ita ex *Dicaſtil. Trullench, Caramuel, docet. Diana reſol.moral.p.*7.*tract.* 12. *miſcel.reſol.*14.

28 Quinimmo pœnitens non videtur teneri exprimere ſe ſodomitice fœminam cognouiſſe, quia ſodomia perpatrata cum viro, aut cū fęmina ſolū differunt in genere entis, & naturę, & nō in genere moris, & malitiæ, & ſpecies, quæ ſolum differunt in genere entis, & naturę, & non in genere moris, & malitiæ non ſunt confitendæ, *Caietan. quaſt.*3.*de confeſ.Caramuel.in Reg.D.Bened. diſ.* 66. *concl.*12. *num.*1013. *Diana d.reſol.*& *p.*1. *tract.* 7. *reſol.*2. vbi tamen in contrariam ſententiam videtur inclinare.

DECISIO CXIX.

alias Conſtitutum XVI.

Demetrius Parochus audiens primum mediæ noctis horæ pulſum, buccellam, quam moliebat, de ore non eiecit, ſed ante vltimum pulſum deglutiuit, die dominico ſequenti ſacro Miſſæ ſacrificio inchoato poſt conſecrationem valdè dubitauit ſe non eſſe ieiunum, & propterea ſacrificium perficere non poſse, ſed dum hoc dubium animo reuoluebat, ſubitanea morte præuentus, ex hac vita migrauit. Interim ne ſacrificium remaneret imperfectum. à Theodoſio Sacerdote licet non ieiuno (altero non exiſtente) continuatum, & perfectum fuit, Anſelmus valdè perpenſus an ſatisfecerit præcepto, ex quo interfuit Miſsæ dimidiatę, ſeu cum notabili interruptione à duplici Sacerdote celebratæ habuit pro non audita. & alia audire propoſuit, ſed poſtea ex mera negligentia non audiuit. Quæritur.

1 An

1 An audiens primum mediæ noctis pulſum manducans buccellam, ſi deglutiat ante vltimum pulſum, frangat ieiunium naturale, & die ſequenti communicare poſſit.
2 An celebrans poſt conſecrationem aduertens ſe non eſſe ieiunum teneatur ſacrificium perficere.
3 Si Sacerdos, peracta conſecratione, pereat, nec adſit alius, præter Sacerdotem non ieiunum; an poſſit talis Sacerdos ſacrificium perficere.
4 An qui agitatus ſcrupulis habet Miſſam pro non audita, & aliam audire proponat, ſi non audiat, ſatisfecerit præcepto.
5 An Miſſa poſſit dimidiatim audiri.
6 An ad ſatisfaciendum præcepto requiratur intentio adimplendi.

1 AD primum licet per legem particularem, nempe ex legitima conſuetudine, vel voto ieiunij obligatio introduci poſſit, per vniuerſalem tamen legem iure Eccleſiaſtico, non vero Diuino fideles ieiunare tenentur, vnde ex Chriſti exemplo Eccleſia occaſionem præcipiendi quadrageſimam ſumpſit, vt docet *Bonacin. in tit. de preceptis Eccleſ. diſ. vltim. quæſt. 1. punct. 5. num. 1. tom. 2.*

2 Ieiunium igitur Eccleſiaſticum eſt voluntaria abſtinentia à cibo iuxta præſcriptum Eccleſiæ, vel receptam conſuetudinem. Ieiunium vero naturale) quod requiritur pro ſumptione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ) conſiſtit in abſtinentia à qualibet re ſumpta per modum cibi, & potus; & propterea frangitur, quoties aliquis cibus, vel potus tranſmittitur ad ſtomacum, idem *Bonacin. de Sacrament. Euchariſt. quæſt. 6. punct. 2. num. 6. tom. 1. & de præcept. Eccleſ. diſ. vltim. quæſt. 1. punct. 1. num. 1. verſ. ſecundo accipitur, iuncto nu. 6. tom. 2.*

3 Fractor verò Ieiunij, vt valide confiteatur, aperire tenetur, an ieiunij præceptum violauerit anticipatione horæ, an multiplici refectione, ab eſu carnium, ſeù aliorum ciborum prohibitorum, violans enim ieiunium anticipatione horæ peccat tantum venialiter, multiplici verò refectione, peccat in ſecunda ſumptione, ita vt ex probabiliori vnum peccatum committat licet pluties comedat die Ieiunij, quia præceptum ſemel comedendi eſt affirmatiuum; ſecus verò ſi frangatur ieiunium eſu carnium, aliorumque ciborum in die Ieiunij vetitorum; nam hoc caſu pænitens exprimere tenetur ſe toties in die Ieiunij cibos vetitos comediſſe, cum tranſgreſſus fuerit præceptum negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper, ita vt non ſatisfaceret dicendo ſe vna vice fregiſſe ieiuniū, ſed debet addere ſimul toties carnes adhibuiſſe, idem *Bonac. de præcep. Eccleſ. diſ. vltim. quæſt. 1. punct. 3. num. 11. tom. 2.*

4 Ad validam verò Sacramenti Euchariſtiæ ſumptionem neceſſe eſt, vt ieiunium naturale ſeruetur, hoc eſt quòd à media nocte præcedente vſq; ad eius ſumptionem nihil aut per modum cibi, aut potus ſumatur, ex quo ſequitur, quod maſticans buccellam, ſi audiens horæ pulſum, quo iudicatur media nox, & in continenti de ore non eijciat buccellam, non poterit die ſequenti Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, vel Sacrū Miſſæ ſacrificium celebrare, quamuis quando ſonaret vltimus pulſus deſinat comedere, vel bibere, ſi bibere cæperit in primo dictæ horæ pulſu, quia eo ipſo, quo primus horæ pulſus auditur iam eſt completa, & hora expleta, & horologium eſt tantum teſtis id indicans, & reliqui pulſus deſeruiunt tantum ad indicandam horam particularem, ſeù ad faciendam differentiam, aut ad ſeparandas, & diſtinguendas horas inter ſe vt gradatim ſciri poſſint diei, & noctis horæ, quæ nequeunt vno pulſu demonſtrari, quapropter cum ſtatim poſt primum pulſum incipiat ſequens hora poſt mediam noctem, ſi manducans buccellam deglutiat, ſeù in ſtomacum traijciat, frangit ieiunium naturale, & remanet inhabilis die ſequenti ad ſumendam Euchariſtiam. *Sancius in ſelect. diſ. 42. num. 20. Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 41. nu. 40. verſ. tandem ſi eſſet, Dian. reſol. moral. part. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 36. ſub verſ. notandum eſt ad tradita, per Garz. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. num. 324.*

5 Dubitans verò an audita fuerit hora mediæ noctis, & comedat, aut bibat, non poterit die craſtino Euchariſtiam ſumere, quia poſſeſſio eſt pro præcepto communicandi ſeruato ieiunio naturali, & nulla adeſt poſſeſſio ex parte communicantis, vt in dubio eius poſſeſſio potior eſſe dicatur, ita *Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. diſ. 41. num. 40. Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 1. diff. 21. num. 6. Fagundez part. 3. lib. 3. cap. 5. nu. 18. relat. per Dian. reſol. moral. part. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 19.*

6 Sed non obſtante dicta dubietate Euchariſtiam ſumi poſſe, ſi deponatur dubium practicum iudicans, quod hic & nunc ſibi liceat ſuſcipere, etiam ſi perſeueretur in dubio ſpeculatiuo tenet *Sancius in ſelectis diſ. 42. per totum, & hanc ſententiam in praxi tutam, & ſecuram eſſe ſubdit Diana loco citato Layman. in Theolog. moral. lib 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 36.* vbi hoc idem comprobat, quia lex Eccleſiaſtica de ieiunio communicaturis ſeruando non videtur tam arctè conſtringere conſcientias in caſu dubio.

7 Dubitans autem an pulſauerit hora mediæ noctis, & dies ſequens ſit ieiunij, poteſt comedere carnes, quia poſſeſſio eſt ex parte libertatis, & in dubio, dum de præcepto non conſtat, fauendum eſt libertati, ſecus verò ſi eſſet dies ieiunij, quo caſu ita dubitans non poſſet cænare, quia poſſeſſio eſt pro præcepto, cum conſtet hodiernam diem eſſe ieiunij, & dubitetur an tranſacta ſit, vt tradit *Sanchez de matrimon. lib. 2. diſ. 41. num. 40. circa med.*

8 Quod ſi fortè ſint diuerſa horologia, & aliquorum vnum pulſauerit horam mediæ noctis, aliquorum aliud non pulſauerit, poteſt quis comedere in media nocte, donec aliud pulſauerit, & die ſequenti Sacram Euchariſtiam ſumere, & ſiue illa dies, ſiue ſequens ſola ſit ieiunij, poterit dubitans cænare, & edere carnes, cum non teneamur ſequi vnum determinatum horologium, niſi illud aſſumpſiſſet ad ieiunium ordinandum, & cum hoc ſe habeat tanquam duæ opiniones probabiles, vtramque illarum amplecti, licet *Sanchez de matrim. lib. 2. diſ. 41. num. 40. verſ. quod ſi diuerſa, vbi verſ. ſequens* ſecus ſi vnum tantum eſſet horologium, vt diximus *num. 4. & hanc ſententiam tuentur quoque Fagundez, Sancius, Villalob. relati, & approbati per Dian. contra Rodriquez in ſuis reſol. moral. part. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 36.*

9 Ad

9 Ad ſecundum. Quamuis ſuſceptutus Euchariſtiam debeat à media nocte eſſe ieiunus ieiunio non tam Eccleſiaſtico, quam naturali *cap. liquido de conſecrat. diſ. 2.* vt ex communi vſu, & Eccleſiæ conſuetudine ab Apoſtolis accepta ſatis omnibus redditur notum. *Suarez diſp. 68. ſect. 2. concl. 1. & 2. Tolet. lib. 2. cap. 28. num 6 S. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 6. num. 8. S. Thom. 3. part. quæſt. 8. Chamer. de Euchariſtia cap. 10. dub 9.*

10 Et licet ieiunium naturale exigat abſtinentiam à qualibet re etiam modica comeſtibili per modum cibi, aut potus ad differentiam ieiunij Eccleſiaſtici, quo vnica tantum comeſtio in die præcipitur, *vt habetur in cap. nihil 5. nullus 7. quæſt. 1. in Concilio II. Bracharenſi can. 10.*

11 Nihilominus celebrans poſt conſecrationem animaduertens ſe non eſſe ieiunum, tenetur Sacramentum perficere, quia arctius eſt vinculum, & maior obligatio perficiendi ſacrificium iam inchoatum, quam ſumendi Euchariſtiam ſeruato ieiunio naturali, ita *Bonacin. in cit. de Sacrament. Euchariſ. diſ. 4. quæſt. 6. punct. 2. num. 19. circa med. tom. 1. ex Azor, Chamer. Rodriquez. Reginal. quos allegat.*

12 Notandum tamen eſt, quod ieiunium naturale non frangitur, ſi aliquid ſumatur non per modum cibi, aut potus, ſed per modum ſaliuæ, vt ſi quis os abluendo parum aquæ, aut vini, vel reliquias cibi præteriti dentibus adhærentes, vel ſanguinem ex gingiua exeuntem caſu, & præter intentionem deglutiat, & in ſtomacum tranſmittat, aut per modum reſpirationis, vt ſi in reſpirando attrahat parum terræ, vel pulueris, vel muſcam volantem, quia prædicta non ſumuntur per modum cibi, aut potus, cum nihil ore accipiatur ab extrinſeco, & propria actione vitali tranſmittatur ad ſtomacum, edendo aut bibendo, nec leuitas materiæ, aut parua quantitas excuſare poteſt, quin committatur lethale crimen, ſi poſt cibum Euchariſtia ſumeretur, ſiquidem præceptum prohibens communionem poſt cibum, non admittit paruitatem materiæ, quia ſimpliciter expoſcit ieiunium naturale ita vt qui illud violaret, faceret contra prohibitionem Eccleſiæ in materia graui, ac proinde grauis criminis reum ſe redderet, vt notant *Coninch. quæſt. 80. art. 8. quæſt. 46. Sotus in 4. ſent. diſ. 12. quæſt. 1. art. 8. S. Thom. 3. part. quæſt. 8. art. 8. cum Bonacin. de Sacrament. Euchariſt. diſ. 4. quæſt. 6. punct. 2. num. 6. verſ. dixi per modum.*

13 Ad tertium. Vtique ſi Sacerdos pereat peracta conſecratione, quod Sacerdos non ieiunus, ſi alius non reperiatur, ſacrificium perficere tenetur, quia eſt magis ſeruandum præceptum perficiendi ſacrificium tanquam ſtrictius, quam præceptum ſumendæ Euchariſtiæ cum ieiunio, & conſequenter ne ſacrificium remaneat imperfectum, parum refert ſi Sacerdos non ſit ieiunus dummodo perficiatur; ſed ſi Sacerdos periret ante conſecrationem, nullus tenetur Miſſam perficere, quia cum nulla pars eſſentialis Miſſæ in eſſe deducta fuerit, nulla adeſt obligatio perficiendi; idem dicendum eſt ſi Sacerdos pereat poſt ſumptionem vtriuſque ſpeciei quia cum ſacrificium ſit integrum, ex quo fuerunt ſeruatæ omnes partes eſſentiales Miſſæ ſcilicet conſecratio, oblatio, & ſumptio, nihil deſideratur, quod ab alio ſuppleri debeat, ita ex *Nauar. Henriquez. Azor. & alijs tradit Bonacin. de Sacrament. Euchariſt. diſ. 4. quæſt. 6. punct. 2. num. 20. tom. 1.*

14 Ad quartum dicendum eſt agitatum ſcrupulis, quod non audiuerit Miſſam, vel non perſoluerit horas Canonicas cum interuentu, & requiſita circumſtantia debitæ attentionis, & propterea habentem pro non audita, ſeù horas canonicas pro non recitatis, & aliam audire, ſeù de nouo reſpectiuè recitare proponentem, ſi non audiat, & de nouo non recitet, ſatisfacere præcepto de audienda Miſſa, ſeù de recitandis horis canonicis, nec teneri iterum Miſſam audire, vel horas repetere, dummodo deponat ſcrupulum, ſecus autem ſi perſeueret in eodem ſcrupulo, quia re ipſa adimpleuit præceptum, vt ex *Eminentiſs. Cardinal. de Lugo, & alijs tradit Herman. Buſſemba. in medulla Theolog. moral. lib. 1. tract. 2. cap. 3. dub. 3. verſ. 1. Sacerdos fol. 19. & contra Nauar. in cap. 16. de oratione num. 44. & alios ex Henriquez. Valent. Sanchez, Vaſquez, Leſſio, & alijs tradit Bonacin. de Sacrament. Euchariſtia diſ. 4. qu. vltim. punct. 11. num. 20. verſ. Hinc pari ratione tom. 1.*

15 Scrupulus enim cum ſit inanis apprehenſio, & quædam ſuſpicio ex leuibus indicijs exorta, ex qua producitur timor, & quædam anxietas alicubi eſſe peccatum, vbi non eſt, omninò remoueri debet, & penitus ſunt deſtruendæ, & funditus euertendæ cauſæ ſcrupulorum tanquam tendentes, & influentes in perniciem, & animarum perditionem, & propterea Confeſſarij cum maxima circumſpectione, & cautela ſe gerere debent in adhibendis omnibus remedijs ad tranquillandas, & ſedandas conſcientias ſcrupuloſas iuxta monita, & tradita per Doctores apud *Bonacin. in tit. de peccatis diſ. 2. quæſt. 4. punct. 8. nu. 3. tom. 2. & Herman. Buſſemba. in medulla Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 3. verſ. reſpondeo quarto fol. 9.*

16 Non eſt autem peccatum aliquid facere depoſito ſcrupulo, aut etiam permanente conſcientia ſcrupuloſa, dummodo indicetur eſſe ſcrupulus, & vt talis contemnatur, & ſatis eſt, vt huiuſmodi contemptio proueniat ex habituali, vel virtuali iudicio ab experientia præteritorum, & antecedentium actuum, ſcrupulus autem cum proueniat ex leui fundamento non eſt ſufficiens ad auferendum morale, & practicum iudicium *Bonacin. loco citato num. 5. Medulla Theolog. moral. loco ſupra citato, verſ. Reſpondeo ſecundo licet operari.*

17 Ad quintum affirmatiuè propoſitum dubium reſoluendum putamus, poſſe nempè Miſſam dimidiatam audiri, & ſatisfieri præcepto, cum qui veniens ad Eccleſiam tempore eleuationis hanc Miſſæ partem vſque ad finem ab vno Sacerdote, & ſucceſſiuè alteram partem vſque ad eleuationem ab alio Sacerdote audiat, licet ſi hoc faceret ſine iuſta cauſa venialiter tantum peccaret. *Nauar. cap. 21. num. 1. Sà verb. Miſſæ auditio num. 2. & ex Sota, Henriquez, Bartol. ab Angelo tradit Dian. reſol. moral. punct. 2. tract. 17. & 3. miſcel. reſol. 18.*

18 Non tamen hoc licitum videtur eodem tempore, vt ſi quis vnam medietatem audiret ab

vno Sacerdote, qui Miſſam inchoauit, & eodem tempore alteram medietatem ab altero Sacerdote, qui eſt in medio Miſſæ, quia Miſa ad hoc vt ritè, & validè audiatur, audiri debet ſpeciali ordine per actionem ſucceſſiuam, & moralem continuationem reſpicientem gradatim eius partes, & conſequenter quando aliquis audit ſimul duas Miſſas ſecundum differentes partes, non poſſunt illæ duæ partes reputari tanquam pars eiuſdem Miſſæ etiam moraliter loquendo, pro vt reputantur quando audiuntur diuerſis temporibus, *Nugnus tom.1. in 3. part. quaſt.83. art.6. ad 3. Conimb. de Sacrament. in 3.part.quaſt.73.art.6.dub.2. num. 288.*

19 Et licet ab hac ſententia non ſit recedendum, non deſunt tamen alij, qui contrariam tuentur, & probabilem vocant, quia Eccleſia ſimpliciter præcipit Miſſam audiri, ſed non ponit ordinem, quod audiatur ab vno Sacerdote, & conſequenter cum duæ medietates Miſſæ conſtituant vnam Miſſam, qui illas ita audit, ſatisfacit præcepto, nec releuat, quod Miſſa ſit audienda ſecundum ſuum ordinem, quia hoc non eſt de neceſſitate dicti præcepti. *Hurt. tract. de Sacrament. tom. 2. de ſacrific. Miſſa diſ.5.diffic.4.10. Azor.part.1.lib.7. cap.3.quaſt.3. Molfeſ. in ſum. tom.1. tract.3.cap.17. num. 36. in fin. Dian. reſol. moral. part. 4. tract. 4. miſcel. reſol.107. verſ. nota etiam, & latius part.2. tract.17. & 3. miſcel. reſol.18. verſ. ſed non pauci. Bonacin. de Sacramento Euchariſtia diſ 4. qu.vltim. punct.11.nu.13.tom.1.* hodie verò poſt hæc ſcripta ſub die 2. Martij 1679. emanauit decretum Sanctiſſimi D. N. D. Innocentij Papæ XI. in quo damnatur propoſitio, quod ſatis faciat præcepto de audiendo ſacro, qui duas eius partes, immò quatuor ſimul à diuerſis celebrantibus audit.

20 Ad ſextum, quod ad adimplendum præceptum non requiratur intentio eidem ſatisfaciendi tradere non dubitamus, cum communi Doctorum calculo recepta videatur ſententia, vt teſtatur ex *Sanchez, & Vaſquez, Herman. Buſſemba. in ſua medulla Theolog. moral. lib. 1. tract. 2. cap. 3. dub. 2. fol.18.* vbi quia præcepta non obligant ad obedientiam formalem, vt aliquid fiat, quia præcipitur, ſed tantum ad materialem, nempè vt fiat, quod præcipitur, & ſic lex tantum præcipit liberam operis externi executionem, ſacri ſcilicet auditionem, non autem exigit, vt alio particulari actu præcepto ſatisfieri intendatur. *Bonacin. de legib. diſ. 1. quaſt.1. punct. 10. num. 9. qui alios allegat.*

21 Ex quo ſequitur eum, qui Miſſam audiuit, neſciens eſſe diem feſtum, non teneri aliam Miſſam audire quamuis poſtea tempore, quo poterat aliam audire, comperiat eſſe diem feſtum, quia re ipſa Miſſam audiuit, & materialiter adimpleuit, quod à præcepto imponitur, vt ex *D. Thoma 2. 2. quaſt. 104. art.3. ad 2. & alijs tradit Bonacin. de Sacrament. Euchariſtia diſ.4. qu.vlt. punct.11. num. 22. tom.1. Medulla Theolog. moral. lib.1.tract.11.cap.3. dub.2. verſ. primo, qui alicuius præcepti immemor fol. 19.*

22 Quinimmò ſatisfacit præcepto, qui facit opus iniunctum à præcepto, licet expreſsè intendat per illud non ſatisfacere, quia præcepta tantum obligant ad ſubſtantiam operis iniuncti, qua poſita, non eſt in poteſtate operantis, vt nõ ſatisfaciat, & quamuis actus non operetur vltra intentionem agentis *l. non omnis ff. de cert. pet.* tamen hoc procedit, quando eſt in poteſtate operantis v. g. ſatisfacere, vel non. Intentio autem nunquam eſt neceſſaria, ſi interuenire non debeat tamquam cooperatiua illius actus, qui fieri intenditur, ad ſatisfaciendum enim præcepto intentio nihil cooperatur, & conſequenter parum refert, vt habeatur, vel non habeatur. ita ex *Suarez. Val. Vaſq. contra Nauar. & Azor. tradit Herman. Buſſemba. in Medulla Theolog. moral. lib.1. tract.2. cap.3. dub.3. fol.19.*

23 Hinc eſt, quod qui ſemel Miſſam audit animo non ſatisfaciendi præcepto, ſed intentione aliam audiendi, non tenetur aliam re ipſa audire, & ſi non audiat, tamen ſatisfacit præcepto Miſſæ, quia cum Miſſæ adfuit corporaliter, & mentaliter fecit opus præſcriptum, & conſequenter adimpleuit præceptũ, Eccleſia enim non præcipit Miſsam audiri animo adimplendi præcepto. *Sanchez in opere moral.lib.1.cap.13.num.9. Salas de legib. diſ.9. ſect. 1. num. 34. Henriquez de Miſſa cap.26. num.6. Suarez tom. 2.de relig. de hor. canon. lib.6. cap.26. num.8. & lib.3. de leg.cap.29. num.12. Valentia tom.3. diſ.6. quaſt.2. punct.10. de hor.canon. in fin. Bonacin. de Sacrament. Euchariſtia diſ.4.quaſt.vltim. punct.11.num.23.tom.1.& latè in tract.de legibus diſ.1.quaſt.1. punct.10.num.9.10.& 19.& ſeq.tom.2.& ex Emin.Card.de Lugo, Medulla Theolog. moral. loco citato verſ.2.audiens ſacrum.*

14 Aduertendum tamen eſt, quod licet præceptũ adimpleat, qui præſtat opus iniunctum, & ſi non habeat intententionem adimplendi, tamen grauiter peccare videtur ob affectum ad traſgreſſionem præcepti, affectus enim ad peccatum eſt eiuſdem ſpeciei peccatum cum ipſo peccato actualiter commiſſo, aut ſaltem quamuis non peccet peccato ſpecialiter oppoſito præcepto, nihilominus peccat contra præceptum naturale Diuinum, quo quiſque tenetur obedire, & eſſe ſubditus Legiſlatori, vt ex *Suarez, Layman. Sanchez, & alijs tradit Bonacin. de legibus diſ.1.quaſt.1.punct. 10.nu.20.verſ. Hinc patet tom.2.& ex Card.de Lugo Medulla Theolog. moral. loco citato ſub verſ. 2. audiens ſacrum.*

25 Hanc eãdem doctrinã extendi poſſe ad pænitentiam ſacramentalem factam cum animo non adimplendi pænitentiam, ad diuinum officium, ad votum, ad iuramentum arbitratur *Bonacin. de legib. diſ.1. quaſt.1. punct.10. num. 21. tom.2. ex Sanchez, & Suarez, quos allegat*, quia ſupradicta obligant per modum præcepti, & propterea eo ipſo adimpleri cenſentur, quo debitum opus voluntariè præſtatur, nec eſt in poteſtate adimplentis non ſatisfacere voto, vel pænitentiæ, quoniam adimpleatur ſubſtantia voti, ſeù rei promiſſæ, vel pænitentiæ iniunctæ, non tamen poteſt vouens commutare primum votum in aliud, vt ſi quis ex voto teneatur tali die ieiunare, & habet animum eo die non ieiunandi ex voto, ſed ex deuotione, & implendi votum alio die.

26 Sed quo ad votum probabiliùs crederem, quod non ſufficiat præſtare opus promiſſum quo ad ſubſtantiam, niſi etiam præſtetur formaliter animo ſatisfaciendi obligationi, cum non militet

ret eadem ratio in obligatione ſatisfaciendi voto, quam in obligatione ſatisfaciendi præceptis; quia votum, & obligatio idem adimplendi prouenit ex voluntate promittentis, qua ſe coarctauit, & adſtrinxit ad præſtandum opus promiſſum, quod cum à principio fuerit libertatis, poſtea fit neceſſitatis, vt adimpleri debeat in forma ſpecifica, & non per æquipollens, quod fieri nequit niſi concurrat debita intentio; Obligatio autem parendi legi, prouenit ex voluntate legislatoris, ideoque non extenditur vltra eius intentionem, & voluntatem, neque vltra ſubſtantiam operis præcepti, qua præſtita remanet ſatisfacta voluntas legislatoris, licet non concurrat intentio ſubditi legi parere debentis, vt animaduertit. *Herman. Buſſemba. in Medulla Theolog. moral. l.1. tract.2.cap.3.dub.3.ſub prin. fol.19.*

27 Demum notandum eſt, quod qui Miſſam audiuit, vel officium recitauit animo non ſatisfaciendi præcepto, ſi poſtea antequā labatur tempus obligationis, nolit aliam Miſſam audire, aut officium iterum recitare, non tenetur mutare animum, & alium voluntatis actum elicere, quo velit ſatisfacere, ſeù ſatisfeciſſe præcepto per opus antea præſtitum, quia iam ſatisfecit, cum adimpleuit opus præſcriptum, & conſequenter ſcit ſe ſatisfeciſſe, cum Eccleſia non obliget ad talem intentionis actum eliciendum ſatis igitur erit, vt deſiſtat ab animo non adimplendi præceptum, vt é medio tollatur omnis affectus actualis ad peccatum, vt cum *Sanchez in opere moral. lib.1.cap.13.num.14. & cum Sala de legibus diſ.9.ſect.2. num.33.reſpondet Bonacin.de legibus diſ.1. quæſt.1. punct.10.num.22.tom.2. Medullla Theolog. moral. lib.1. tract.2.cap.3.dub.3.verſ.3. is qui fol.20. Emin.Card.de Lugo de Euchar.diſ.22.ſect.2.num.21.contra Leſſium, & Suarez tom.2. de relig. lib.4.cap.26.num.22.ad fin.*

DECISIO CXX.

Alias Conſtitutum XVII.

Conſaluus ad fidem conuerſus pluries requiſiuit Calfurniam coniugem ad eum in fide ſequendum, ſed infidelitate perſiſtens cum eodem ſine iniuria creatoris cohabitare prætendebat, quod cū non acceptauerit, nouum matrimonium vterq; inire decreuit, prout Conſaluus contractis ſponſalibus cū Anaſtaſia ab illis tamen receſſit, quia dotem nō habere reperijt, & cum Iſabella matrimonium per verba de præſenti contraxit, coram Parocho tamen tutis, quo recreationis gratia ſe contulerant, verū poſt huiuſmodi matrimonium celebratum deprehendens ſe alias dum in ſtatu infidelitatis permanebat, ſuæ Coniugis ſororem cognouiſſe, & propterea diſceptatum fuit.

1 An Coniux infidelis ſi velit permanere cum Coniuge fideli ſine contomelia Creatoris, poſſit hoc non obſtante Coniux fidelis nouum matrimonium inire.

2 An Coniux infidelis, quæ fidelem Coniugem ſequi noluit, poſſit quoque nouum ſibi Coniugem eligere.

3 An diſſolui poſſint ſponſalia ſi Sponſa non habeat dotem.

4 An Sponſi Rus profecti recreationis cauſa poſſint coram illo Parocho Matrimonium contrahere.

5 An infidelis, qui aliquam fornicarié cognouit poſſit ſuſcepto baptiſmo contrahere cum eius Conſanguinea.

1 AD primum. Non eſt, in dubium retorquendū caſu quò vterque Coniux ad fidem conuertatur, quod neutri liceat prius matrimonium in ſtatu infidelitatis contractum diſſoluere, ſed omnino firmum remanere debere, ſiquidem ſiuè de iure gentium, ſiuè de iure ciuili, cum tamquam initus contractus vltro citroque obligatorius ſeruandus ſit, nulla ratio ſuadere poteſt, quod de iure ſiuè Diuino, ſiuè Canonico, ſiuè Eccleſiaſtico ob conuerſionem ad fidem diſſoluatur, pro vt omnibus compertum eſſe tradit *Sanchez de matrimon.lib.7.diſ.74.num.1.tom 2.*

2 Quinimmò ex ſola Baptiſmi ſuſceptione ſine alio nouo conſenſu infidelium matrimonium efficitur verum Sacramentum, quia vis Baptiſmi Sacramenti, qui eſt ianua Sacramentorum, ita efficaciter influit in coniuges ad fidem conuerſos, vt, ſicuti antea in vim contractus coniunctionem indiuiduam vitæ conſuetudinem retinentem deſignabat, ita poſtea vigore recepti Sacramenti vnionem Chriſti cum Eccleſia repræſentet, cum Chriſti fide contractum perſeueret, efficiaturque indiſſolubile, vt comprobat idem *Sanchez eod. tract. tom.1. lib.2. diſ.9. num.5.*

3 Diſplicet tamen huiuſmodi ſententia *Sanchez P.Diana in ſuis reſol.moral.par.3.tract.4. de Sacrament. reſol.253.* adhærenti contrariæ opinioni, qua aſſeritur matrimonium contractum inter infideles non poſſe fieri verum Sacramentum, etiam ſi poſtea baptizentur, eo quia matrimonium eſt eſſentialiter contractus inter baptizatos initus, qui hic nullo modo poni poteſt, neque tales poſſunt de nouo ratione conuerſionis matrimonium contrahere, cum non poſſint ſibi mutuo corpora tradere tamquam non ſua, & in eis poteſtatem non habentes, ex *Baſil. Pont. quem allegat. de matrim. lib.1. cap. 9. num.8. Gabr. Vaſquez tom.2.in 3.par.diſ.128.cap.5. & tom.4.diſ.2.de matrim. cap.10. Ægid. Coninck. de Sacrament. diſ. 24. dub.2. col.6.*

4 Videtur etiam communi DD. calculo receptum, matrimonium infidelium quamuis conſummatum diſſolui poſſe, ſi alter Coniux ad fidem conuertatur, alter vero in tenebris infidelitatis perſiſtens indurato corde, aut omnino cohabitationem reſpuat, aut habitare nolit abſque Creatoris contumelia, vel abſque eo quod coniugem fidelem ſubuertat, & ad læthalia crimina perpatranda inducat, quo caſu integrum eſt Coniugi fideli à matrimonio reſilire, & ad ſecunda vota migrare, quia alias ſeruituti ſubiectus eſſet propter infidelis malitiam contra *D. Pauli teſtimonium 1. Cor. 7.* & quamuis ſaltem lege generali matrimonium conſummatum nequeat iure Pontificio diſſolui, quamuis in infidelitate initum ſit, nihilo tamen minus his euentibus diſſoluitur ex priuilegio Chriſti id in fidei fauorem concedentis, vt declarauit *Innoc.III. in cap. quarto, & in cap. gaudemus verſ.qui autem de diuort. Abb. in c.4. num.5.de diuort. Abulenſ.1.Reg. cap.8. quæſt.32.cum alijs abunde congeſtis per Sanchez de matrim. tom.2. lib.7.diſp.74.num.4.*

5 Si vero coniux infidelis conuerti renuens velit tamen permanere cum Coniuge fideli (vt redeamus ad limites noſtræ propoſitæ dubitationis)

4 ſine iniuria Creatoris, & ſine pertractione ad aliquod

quod crimen non videtur quod coniux fidelis à priori coniugio diſcedere poſſit, nouumque inire, quia in tantum diſſolutio matrimonij ex Chriſti priuilegio per *D.Paulum* 1.*Corinth*.7. Eccleſiæ manifeſtato inter coniugem fidelem, & alium in infidelitate perſiſtentem permittitur, in quantum adſit periculum ſubuerſionis, ſeù concurrat iniuria, ſcandalum, & contumelia Creatoris, aut pertractio ad peccatum, ſeù huiuſmodi cauſæ ceſſarent, ſi permitteretur fideli pacificè fidem ſeruare, dum infidelis abſque illius iniuria cohabitare vellet, ergo debet ceſſare in hoc caſu effectus præfati priuilegij ad fauorem fidei emanati, & ab Apoſtolo reuelati, gratia enim non deſtruit naturam, & conſequenter prior contractus per ſimilem contractum in lege gratiæ ſine culpa alterius coniugis minimè diſſolui poteſt, & hanc ſententiam ſequitur *D.Thom.4.ſent.diſ.39.quæſt.vnic.in art.1.ſi corpore, D.Anton.3.par.tit.1.cap.6.notab.3.Tolet.in ſum.lib.7.cap.7. Nauar.in manual.cap.22.num.49. Paludanus quæſt.1.art.2. Durand.quæſt.2.D.Bonauent.in 4.diſ.33.art.2. qu.2. Ledeſm.2.par.4.quæſt.6.art.4. col.2. Valent. 4.part.diſ.10.quæſt.1.punct.7.col.2.Petrus de Ledeſm.de matrim.quæſt.59.art.4.dub. 2. concl. vnic. Ccned.de Sacrament.cap.7. num. 67. Hoſtienſ. in cap. gaudemus num. 13. de diuort. Roſella in verb. impedimentum, impediment. 9. num. 7. Angelus verb. matrimonium tertio impediment.10.num.2.*

6 Quæ ſententia licet ſit valdè probabilis, contrariam tamen veriorem exiſtimat, *Sanchez de matrim. lib.7. diſp.64. num. 9. tom. 2.* & hanc nos amplectentes; Dicimus abſolutè coniugem ex infidelitate ad Catholicam Fidem conuerſum ad alias nuptias conuolare poſſe, non obſtante matrimoniali vinculo in priori ſtatu contracto, & quamuis alter coniux in errore pertinax abſque peccato, ſcandalo, iniuria, ac Creatoris contumelia pacificè cohabitare vellet; ſi autem integrum non eſſet coniugi fideli in huiuſmodi caſu à primo matrimonio recedere, remaneret ſubiectus ſeruituti prioris matrimonij, nec efficeretur liber ad aliud ineundum, ex quo infidelis diſſedit, ac relinquit fidelem non ſequendo eum in fide contra teſtimonium *Diui Pauli* 1. *Corinth*. 7. *ibi quod ſi infidelis diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in huiuſmodi*, qui cum generaliter loquatur abſque vlla limitatione, & declaratione, ſi perſeuerantia in priori connubio, & cohabitatio erit cum contumelia, vel ſine contumelia Creatoris, neque nos declarare debemus, & limitare in caſu tantum quo reſultaret Creatoris contumelia, quæ ſemper intereſſe videtur, quia velle in infidelitate permanere, Dei contumelia eſt, vndè facile exoriri poſſet in graue damnum Chriſtianæ reipublicæ huiuſmodi infidelem eius malo exemplo, & conſcientiæ libertate filios peſſimis moribus imbuere, & facile ad infidelitatem pertrahere, nec conſonum rationi iudicatur Dei hoſtem fidelibus liberis dominium habere, ac proindè non eſt conſtituenda differentia in cohabitatione cum contumelia, vel ſine contumelia Creatoris, quia fidelis in vtroque caſu liber efficiatur, & vti queat Chriſti priuilegio ad fauorem fidei conceſſo de alio matrimonio ineundo, *Coninch.de Sacrament. diſ.26.dub.5. num.61. Henriquez lib.11. de matrim. cap.8.nu.4.fin. & in coment.lit.S.fin.Sà ſumma verb. Matrimonium num.8.verſ.conuerſus ad fidem. Bartolom.à Ledeſm.de matrim. dub.50.poſt 2.concluſionem cum alijs relat. per Sanchez de matrim. loco citato num.9 Dian.reſol.moral.par.3.tract.4.de Sacram.re-*
7 *ſol.* 253. vbi *in verſ.nota vero*, animaduertit in hoc caſu ob auctoritatem Doctorum contrariæ ſententiæ tutius eſſe Sum. Pontificem conſulere, atque diſpenſationem petere.

8 Nulla tamen Iudicis ſententia deſideratur, vt infideli renuente fidem ſuſcipere, vel habitare prætendente etiam ſine Dei contumelia, poſſit fidelis coniux à matrimonio diſcedere, & aliud in ſtatu fidelitatis iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum inire, quia attenta pertinacia coniugis remanentis in infidelitate, ſtatim coniux fidelis efficitur liber, ergo vtendo ſuo priuilegio à Chriſto conceſſo, & à D. Paulo relato, nulla deſideratur iudicis ſententia, vt ex *gloſ.in cap. ſi infidelis verb. libertatem* 28. *quæſt.1. & cap.fin. verb. ſoluit.28.quæſt 2.& ex Innoc.Hoſtien. Abb.Præpoſ. & alijs docet Sanchez de matrim. lib.7. diſ.74 n.11. Nauar.lib.3.conſil.tit.de conuerſ.infidel.in 1.edit.conſil.2.num.5.in 2.conſ.1.num.5.*

9 Nec eſt neceſſarius recurſus, & diſpenſatio S.Pontificis, quia prius matrimonium tamquam factum in ſtatu infidelitatis non ſubijcitur iudicio Eccleſiæ, cuius eo tempore non erant ſubditi, bene verum eſt, quando caſus eſt occultus, matrimonium vero publicum, Eccleſiæ ſententiam deſiderari, non quia diſſolutio veteris, & noui celebratio fieri nequeat, ſed vt ritè, & rectè fiat, ad ſcandalum euitandum, vt ex *Vgone, Alberic. Monald.traditur à Sanchez loco citato n.11. in fin.*

10 Antequam autem fidelis ritè, & validè conuolare poſſit ad ſecundas nuptias neceſſario præcedere debet monitio, & interpellatio, an velit eum in fide ſequi, niſi aliunde moraliter, & certè conſtet de obſtinatione infidelis, vel ita diſtet, vt commode requiri nequeat, certus vero de eius pertinacia, & de legitima monitione abſque alio Eccleſiæ iudicio fidelis libertatem acquirit, vt aliud Matrimonium inire valeat, latè *Sanchez de matrim.lib.7.diſ.74 à nu.12. vſque ad fin.Coninch. de Sacrament. diſ.26.dub.5.num 62. Dian.reſol.moral. par.3.tract.4.de Sacram. reſol.252. verſ.at ſi aliquis.*

11 Ad ſecundum. In primis, & ante omnia animaduertere debemus non ſtatim, ac alter coniux ad fidem conuertitur altero in infidelitate remanente prius matrimonium diſſolui, vt pro certiſſimo tradit *Sanchez de matrim.lib.7. diſp.75. num.1. tom. 2. vbi n.* latè comprobat, quod tunc diſſoluatur prius matrimonium, quando fidelis alias nuptias contrahit, ſed ſi nunquam mutaret ſtatum, vinculum prioris coniugij in ſuo robore permaneret, adeo, vt ſi deinde fidelis conuerteretur ad fidem, teneretur alter Coniux prius fidelis effectus eandem admittere vti veram coniugem, vt deducitur *in cap. gaudemus ad fin.de diuort.ibi quod ſi conuerſus ad fidem, & illa conuerſa ſequatur ante quam propter cauſas prędictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compellitur*, ſiquidem ſi eſſet ſolutum matrimonium, non com-

pelleretur recipere, & hanc ſententiam ſequitur *D.Thom.4.diſ.39.quaſt.vnic.art.5.ad 2.D.Antonin. 3.par.tit.1.cap.6. ad fin. Henriquez lib. 11. de matrim.cap.8.num.4.Petrus de Ledeſm. eod.tract.q.59. art.5.dub.vnico concl 5.Nauar.tit.de conuerſ.fidel.in l.3.conſ.in 1 edit.conſ.1.num.6. & 9.& conſ.2.nu.5. in 2. & in ſum.cap.22.num.49.Armil.verb.matrimonium num.36. Hoſtien.in ſum.tit.de diuort. num.12. verſ.non ſolum, Lancellot.inſtitut. Iur. Canon.lib.2. tit. de diuort. §. quod ſi conuerſum verb. compellatur cum alijs copioſe congeſtis per Sanchez loco citato n.4.*
12 *ſubdens num.6.& 7.* Non diſſolui matrimonium per alias nuptias ab infideli initas, ante matrimonium à fideli contractum, ſed eas irritas remanere.

13 Ex quibus ita firmatis facilè ad noſtram propoſitam dubitationem deſumitur reſolutio, diſſoluto nempè matrimonio per tranſitum fidelis ad alias nuptias, vel per profeſſionem valide infidelem ad aliud matrimonium tranſire poſſe; nam ſi ex Chriſti priuilegio renuente infideli conuerti ad fidem, permittitur fideli tranſire ad ſecunda vota, certum eſt quod matrimoniale vinculum diſſolutum remanſerit (cum ſit omnino prohibitum durante priori vinculo ſecundum inire) quæ diſſolutio non poteſt parere ſuum effectum, & tribuere libertatem nubendi ſoli fideli, quin tribuat etiam infideli, cum ſit correſpectiua, vltro citroque ad inuicem auferens obligationem indiuiduam vitæ conſuetudinem, animorumque, & corporum coniunctionem retinendi, nullo enim iure ſiuè humano, ſiuè Eccleſiaſtico, cum Eccleſia careat iuriſdictione in infideles, hæc ſecunda vota infideli interdicuntur, neque à iure Diuino naturali hoc infidelibus prohibitum reperitur, vt ex *gloſ. Duran. Abulenſ. Ledeſm. Veracruz, Henriquez. & alijs tradit Sanchez de matrim. lib.7.diſ.77.num.1.& 6.to.2.Filliuc.tract.19.par.1. cap.7.num.248.tom.1. Coninch.de Sacrament diſ.26. dub.5.concl.2.nu.66.Dian.reſol.moral.par.3.tract.4. de Sacrament. reſol.263.*

14 Nec infringit ratio ponderata per *Baſilium Pontium de matrim. lib.5. cap. 43. num.25.* contrarium tenentem, ſcilicet infideli ſecundum coniugium interdictum eſſe in pœnam non ab Eccleſia, ſed à Deo inflictam, propter iniuriam, qua infidelis ipſum Deum, veram fidem, & veritatem Sacramenti afficit, cuius pœna Eccleſia eſt promulgatrix, non obſtante quod matrimonium ex vtraque parte fuerit diſſolutum per ſecundum matrimonium à fideli contractum, quia vt probatum fuit, nullo iure reperitur huiuſmodi pœna inflicta, & propterea hoc ſine fundamento dici tradit *Coninch. de Sacrament. diſ.26.dub.5. concl.2.num.66.* ſed reprehenditur a *P.Diana dicta par. 3. tract. 4. de Sacram. reſol. 263. in fin.* ex quo Pontij, & D.Thomæ opinio non careat ſua probabilitate.

15 Nec iniuria, quæ affertur Creatori, releuare poteſt, cum iſta ſemper militet contra infidelem ob eius pertinaciam, ſiue in ſtatu coniugali, ſiue in ſtatu libero reperiatur, & conſideretur, cum ſemper ſit Dei hoſtis, ita vt in caſu noſtro non poſſit maiorem effectum parere, & huiuſmodi pœnam irrogare.

16 Ad tertium dicendum eſt, aut ſponſalia inita fuerunt præuia Dotis promiſſione, vel huiuſmodi promiſſione minimè præcedente, ſi cum dotis promiſſione quod ſoluuntur ſponſalia, nec ſponſus tenetur eam ducere, ſi ob ſuperuenientem paupertatem compererit ſponſam promiſſam dotem non habere, quamuis ſponſalia iuramento firmata fuerint, quia contractus ſponſalium celebratus cum dotis promiſſione redditur condi-
17 tionalis, quæ ſi non adimpleatur in forma ſpecifica nihil ponit in eſſe, nec effectum habere poteſt, niſi vere extet; hæc eſt enim eius natura, vt prius impleatur, quam quis emolumentum conſequi poſſit, cum ſemper conditio non impleta obſtet principio acquiſitionis, quæ ante implementum experiri non poteſt, ad hoc vt alter obligatus ſatisfaciat ex eius parte ſuæ promiſſioni, *l.cedere diem de verb. ſignif. l.qui hæredi §.fin. ff.de condit. & demonſt. l. pecuniam ff. ſi certum petatur, Menoch. de arbit. iud.caſ.15.num.3. Mantic.de tacit. & ambig. conuent.lib.14.tit.41.num.1.& ſeq. Grat. diſcept. forenſ. cap. 318. num. 9. Surd. deciſ. 209. num. 2.*

18 Vbi enim deficit conditio, contractus perinde habetur, ac ſi celebratus non fuiſſet *l. ſi quis fundum in fin. ff.de contrahend. emption. Rot. coram Card.Seraph.deciſ.838.num.3.& 5.*

19 Siquidem vbi conſenſus eſt impeditus, & ſuſpenſus, nulla poteſt conſiderari obligatio, & contractus, & propterea conditio, quæ venit adimplenda in actu, niſi adimpleatur, reſoluit totum id, quod actum eſt, vt bene dixit *Rot.coram Seraph. dicta deciſ.838.num.4.& 5. vbi alij allegantur.*

20 Quæ magis ſibi locum vindicare videntur in caſu noſtro, quia dos datur pro ſuſtentandis oneribus matrimonij *l. pro oneribus, & l.dotis fructus C.de iur.dotium l.de diuiſione, vbi gloſ. ff.ſolut. matrim.Gratian. diſcept.244.num.125.tom.2.Rot.coram Greg.XV.deciſ.63. num.5.* quæ onera ſponſus ſubſtinere non poſſet, ſi promiſſam dotem conſequi nequeat; immo Maritus cui dos ſoluta non fuit, non tenetur vxori aliqua præſtare alimenta, dummodo indotatam non duxerit, *l. factum C.ad Velleian.Surd. de aliment. tit.7. quæſt.17. num.1.& 2. late Pedemont. deciſ.132.num.18.Boer. deciſ.22.num.1. Capel. Tholoſ. inter deciſ. Canonic. quæſt.87.num.3.Rot.diuerſ.deciſ.907.num.3. part.4. & in recent.deciſ.617.num 11. part.4.tom.3. & firmatum fuit in Fan.dotis 20.Nouembr. 1641. coram R.P.D.Cerro.*

Hinc eſt quod bene valeat ſponſus ad effugienda damna, & incommoda, quæ exoriri poſſint, ſi duceret ſponſam abſque dote, recedere à ſponſalibus, ita vt hac de cauſa diſſoluta remaneant, ita *Petrus de Ledeſm. de matrim. quæſt.43. art.3.cauſ.9. Brunel. de ſponſal. concl 8. num.6. Menoch. de arbit.lib.2.cent.5.caſ.455.num 6.cum congeſtis per Sanchez de matrim.lib.1.diſ.59.num.2.*

21 Si vero ſponſalia contracta fuerint abſque eo, quod præceſſerit dotis promiſſio, adhuc ob ſuperuenientem, ſeu detectam ſponſæ paupertatem diſſolui dicimus, quia ex hac notabiliſſima mutatione deficit conſenſus ſponſi, qui ſemper intelligitur præſtitus re integra, ſeu rebus in eodem ſtatu permanentibus, & perſeuerantibus *cap. quemadmodum de iur. iuran.* ſiquidem ſi à principio

pio

pio hoc à ſponſo compertum fuiſſet, vtique ſponſalia non contraxiſſet, ita docent *Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. num. 6. cum alijs per Sanchez de matrim. lib. 1. diſ. 59. num. 4. Baſilius Pont. de matrim. lib. 17. cap. 17. num. 8. cum alijs per Dian. reſol. moral. part. 3. tract. 4. de Sacram. reſol. 286.*

22 Admonet hac occaſione *Dian. loco citato in fin. verſ. notandum eſt*, Confeſſarios, vt animaduertant, an iurans ſe aliquam ducturam nulla dotis promiſſione promiſſa, teneatur ipſam ducere, ſi aduertat, nullum ei dotem aſſignare velle, quod aliqui affirmant teneri, quando vir diues eſſet, & onera matrimonij ſubſtinere poſſet, & alij negant, quia conditio dotis non eſt omnino extrinſeca matrimonio, vt vtramque opinionem refert *Sanchez de matrim. lib. 1. diſ. 60. Gutierez eod. tract. cap. 33. num. 5.* ſed ipſe vtramque probabilem exiſtimat.

23 Ad quartum. Vt ritè, ac ſolemniter in forma valida matrimonia celebrentur, inter alia, quæ à *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 1.* requiruntur, vt coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de eius, vel ordinarij licentia ſolemnizari debeant. Proprius enim Parochus ad hunc effectum ille dicitur, in cuius Parochia habitant contrahentes tempore Matrimonij, prout exiſtimauerunt *Coninch. de Sacram. diſ. 27. dub. 2. nu. 18. Ric. in prax. rerum fori Eccleſ. deciſ. 244. in 1. edit. Bonacin. de Matrim. quæſt. 2. punct. 8. n. 1. tom. 1. fol. 101. Gutier. eod. tract. cap. 63. num. 19.* Sed iſta habitatio non eſt ita generaliter intelligenda, vt omne habitationis genus comprehendat, ſed illam tantum, quæ ratione domicilij, ſeu incolatus contrahitur, vndè rectiùs proprius Parochus ille dici debet, in cuius Parochia contrahentes (vel ſaltem vnus eorum domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilij) *Cened. practic. & canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 30. à num. 45. Hurtad. de Matrim. diſ. 5. diff. 6. num. 19. Piaſec. in prax. Epiſcop. part. 2. cap. 3. nu. 32. Gratian. diſcept. 76. num. 18. cum alijs per Barboſ. de poteſt. Paroch. part. 2. cap. 21. num. 34.*

24 Vt aliquis igitur verè dicatur Parochianus, exigitur animus conſtituendi ibi domicilium, adeout ſi illud habeat in vno loco, & transferat ſe in alium non animo permanendi, ſed ex cauſa limitata ad tempus, ea tamen finita, reuerſurus ad propriam ſedem, non efficitur illius loci, in quo ad tempus reperitur, ſed remanet Parochianus loci domicilij permanentis, & ſubditus quo ad matrimonij Sacramentum eiuſdem loci Parocho, & non Parocho loci, in quo non figit pedes, nec ſtabilem, diuque duraturam habitationem contrahit *Henriq. lib. 11. cap. 3. §. 3. Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib. 1. diff. 11. num. 88. Gratian. diſcept. cap. 76. nu. 18. cum alijs per Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num. 59 & latè Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 23. num. 11.*

25 Non tamen neceſſe eſt, vt maiori anni parte Parochiani in Parochia, vel Diœceſi habitent, ſed ſtatim ac animum habitandi maiori anni parte habentes incipient habitare, efficiuntur Parochiani *Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 23. num. 14. Emanuel Sà in aphoriſmis verb. matrim. num. 2. verb. Parochus num. 2. Syluest. verb. domicilium num. 2. Rebuf. in repetit. cap. extirpanda §. qui vero de præben. verſ. contrariam opinionem fol. 385. Ferentil. ad Burat. deciſ. 712. num. 15. & ita pariter firmaſſe Rot. coram Merlino, tradit Barboſ. de offic. Paroch. cap. 21. num. 35.*

26 Nec dicatur enim dici proprium Parochum ad coniungendos aliquos in matrimonio, alique licentiam coniungendi concedendam, *qui in cap. omnis vtriuſque ſexus de pænit. & remiſ.* appellatur proprius Sacerdos ad audiendas confeſſiones, quia ſicuti ex diſpoſitione Concilij proprius Parochus debet aſſiſtere matrimonio, ita ex diſpoſitione cap. omnis proprius Sacerdos debet excipere confeſſiones, & conſequenter idem eſſe videtur proprius Parochus, de quo Trident. loquitur, & proprius Sacerdos, de quo meminit *cap. omnis, vt docet Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. concluſ. 1. & 3.* Nam reſpondetur. Ex declaratione *Innoc. III.* quod qui intra anni curriculum, & tempore Paſcharis nequeunt commodè ad ſuas Parochias accedere, poſſunt in Parochia, in qua degunt ſanctiſſimam Euchariſtiam accipere, & ſacramentalem confeſſionem emittere, ſiquidem cum huiuſmodi Sacramenta ſint ex præcepto limitato tempore adimplenda, non eſt mirum, ſi laxioribus habenis permittatur adimpleri coram Parochis, vbi reperiuntur fideles, ita vt ille Parochus hoc caſu efficiatur proprius, ne præbeatur occaſio ob Phyſicam, ſeu moralem impotentiam, aut impedimentum accedendi ad propriam Parochiam habitationis non adimplendi huiuſmodi præcepta, quæ ratio, & neceſſitas non militat in adminiſtratione Sacramenti Matrimonij, tanto magis quia præſentia proprij Parochi domicilij exigitur à Sac. Concilio Trident. ad euitandas fraudes, quæ non euitarentur, ſi permitteretur huiuſmodi facilitas, & libertas, *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num. 59. verſ. hæc ſententia.*

27 Hinc eſt animaduertendum non poſſe Parochum originis aſſiſtere Matrimonio, ſed hanc aſſiſtentiam ſpectare ad Parochum, ſub cuius Parochia quis habet domicilium, & habitationem, quia licet domicilium originis ſit immutabile quoad honores, & onera perſonalia, quo ad iuriſdictionem autem benè mutatur, cum amittatur in domicilio originis, & conferatur domicilio habitationis, *Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 23. num. 7. Marchin. de Sacrament. ordinis tract. 1. part. 5. cap. 6. num. 20. & ex Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 42. num. 5. tradit Barboſ. de offic. Paroch. part. 2. cap. 21. num. 36.*

28 Ad effectum autem vt quis efficiatur Parochianus, non eſt neceſſe expectare, vt maiori anni parte in Parochia, vel Diœceſi habitet, ſed ſufficit, quod incipiat habitare animo continuandi maiori anni parte, vt poſſint omnia dicta erga illum exerceri, *Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 23. n. 14. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 32. num. 64.*

29 Qui vero habet duplex domicilium, & dimidia anni parte habitet in vno, & dimidia in alio, cum ſit ſubditus vtriuſque Parochiæ coram vtroque Parocho matrimonium inire poterit *cap. cum quis de ſepult. in 6. Gutier. de matrim. cap. 26. num. 4. & cap. 64. nu. 2. Bonacin. in tit. de ma-*

trim.quaſt.2.punct.8. num.5.tom.1. Sanchez de matrim.lib.3.diſ.24. Barboſ.de poteſt.Episc. allegat.32. num.69.& de offic.Paroch.part.2.cap.21.nu.41. Ferentil.ad Burat.deciſ.713.num.14.

30 Sed ſi quis in confinio duarum Eccleſiarum Parochialium domicilium poſſideat, cenſebitur Parochianus illius, in qua Domus aditum magis frequentiorem habet, quia ex aditu indicatur de domo, cui cedat *l. ei cui ædes ff. de legat.* 3. domus autem, quæ habet duas portas in diuerſis Parochijs iudicatur de ea Parochia in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus, vt ex notabili doctrina *Bart. in l.6. num.6. in fin. ff. de damno infecto tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Episcop.alleg.32.num.70.& de offic.Paroch.p.2. cap.21.num.43.Rit.in prax.for.Ecclеſ. deciſ.333. in 1.edit.& reſol.510.in 2.edit.*

31 Ex dictis facilè noſtri propoſiti dubij eruitur reſolutio, ſcilicet ſponſum Rus profectum recreationis cauſa non poſſe coram illo Parocho matrimonium contrahere, & ſi de facto contraheret, nullum, & inualidum remaneret, quia cum præſentia proprij Parochi ſit neceſſaria ad validitatem Matrimonij, ille Parochus non poteſt dici proprius, cum ad hunc effectum requiratur habitatio pro maiori anni parte, & non ſufficit mora duorum, aut trium menſium recreationis cauſa, vel recolligendorum fructuum *Genedo quaſt.30.num.60. & ita firmaſſe S.Congreg. Concil. teſtatur Garz. de benef. part.5.cap.7.nu.11. ad 4.Gutier.de matrim.cap.63.num.7. Nauar.conſ.7. num.2. ſub tit. de clandeſt. diſpenſ.in nouiſ.Menoch. conſ.378.num.5.16.21.& 37.vol.4.Sanchez de matrim. lib.3.diſ.21 num.12. Riccius in prax.tom.1.reſol.214.num.2.Barboſ.de poteſt. Episcop. allegat.32. num.66.& de offic.Paroch part.2.cap.21.num 37.Bonacin.in tit.de matrim. quaſt.2.punct.8. num.3. verſ. tertio patet tom.1.Dian.reſol.moral.part.3.tract.4.de Sacrament. reſol.231. vbi in fine concludit, quod ab hac opinione non ſit diſcedendum Rot. Roman. deciſ.656.part.1.diuerſ. & coram Seraph.deciſ.615.*

32 Notandum inſuper eſt huius quæſiti occaſione validum eſſe matrimonium contractum coram Parocho illius loci, vbi contrahens moratur tamquam Prætor, Iudex, ſeu Medicus temporalis. *Sacra Congreg. Concil.apud Garc.de benef. part.5.cap.7.num.11.ad 5. relat. per Barboſ. de offic. Paroch.part.2.cap.21.num.38.*

33 Vlterius validum eſſe matrimonium contractum coram Parocho loci, vbi habitat mulier, quæ permanet in Monaſterio, vel domo cauſa famulandi, vel addiſcendi virtutes, & ſtatim non eſt receſſura, *vt ex Genual. commun. contra commun.quaſt.604. dub.115.num.144. Gratian. diſcept.76.num.19. tom.1. tradit Barboſ. loco proximè citato num.40. verſ. quinto Colligo*, vbi pariter va-
34 lidum fuiſſe iudicatum à Sac.Congregat. matrimonium contractum inter concubinam, & amaſium, qui ad effugiendum impedimentum de facili habitnrum à conſanguineis adhibendo Concil. Trident, ſolemnitates, alibi ſe transtulerunt, & coram Parocho, in cuius Parochia per aliquod tempus permorati erant, matrimonium celebrauerunt.

35 Matrimonio autem alienigenarum, ſeù vagorum, quicumque Parochus intereſſe poteſt diligenti inquiſitione præmiſſa, & obtenta Ordinarij licentia ad formam decreti *Sacri Concilij Trident. ſeſſ. 24. de reform. Matrim. cap. 7.* quia non eſt maior ratio de vno Parocho, quam de alio, cum nullum certum Parochum habeant, & ſicuti quicumque Parochus poteſt eorum confeſſiones audire, ita eorum matrimonio aſſiſtere, laté *Sanchez de Matrim. lib.3. diſ.25.nu. 8. & 11. Barboſ.de poteſt. Episcop. alleg.32.num.72. & ſeqq. Bonac. de matrim. quaſt.11.punct.8. num.6. tom.1. Henriq. de Matrim.lib.11.cap.3.num.3. ad fin. Gutier. de matrim. cap.65. Cened. Canon. & pract. quaſt. lib.1.quaſt.30. num.66. cum ſeqq.*

36 Hodie vero cum maiori circumſpectione ab Ordinarijs in huiuſmodi vagorum matrimonij celebratione procedi ſolet attento decreto, & inſtructione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ad Polygamiæ crimen effugiendum emanata, cuius vigore debet præcedere legitima probatio ſtatus liberi.

37 Hi enim dicuntur vagi, qui nullibi certam conſtitutam ſedem, ſeu domicilium habent, ſed hinc indè vagantur, aut qui priſtinum domicilium omnino deſerentes nauigant, vel iter faciunt, quærentes nouam patriam, vbi ſe collocent, vt declarant *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp.25. num.1. & 2. Barboſ. de poteſt. Episcop.allegat.32.num.75.& in Concil.Trid.ſeſſ.24.de refor. cap.7.num.2.* qui alios allegant.

38 Sciant Parochi vagos in matrimonium coniungentes non ſeruata forma Sacr. Concil. Trident. vt ſupra adnotauimus, quod mortaliter peccant; ſed matrimonium validum remanet, *Homobon. de examin. Eccleſiaſt. tract. 11. cap. 20. quaſt.23.reſ.1.& 2.Sanchez de matrim.lib.3.diſ.25. num.16.& 17. cum alijs allegat. per Barboſ. de offic. & poteſt.Episc.alleg.32.num.74. & in Concil. Trid. ſeſſ.24.de refor. cap.7.num.4.*

39 Et quia eſt cum maxima circumſpectione procedendum in ſolemnizando vagorum, aliorumque exterorum matrimonia, non videtur tuta ſententia *Emanuel Sà expurgata à Magiſtro Sacri Palatij in verb. Parochus num. 2. & Baſilij Pontij de matrim. lib.5. cap. 13. §.1. num.4.* qua ſentiunt eum, qui habitet alicubi etiam parui temporis habitationem, poſſe coram eo Parocho matrimonium contrahere, ita vt ſufficiat illic habitare, dum contrahit, quia reſolutiones allegatas ab Emanuel Sà Sac. Congregationis Concilij non conſtat eſſe authenticas, nec ex eiſdem eius ſententia comprobari poteſt, vt animaduertit *Diana reſol.moral. part.3. tract.4. de ſacrament. reſol.231. in fin.*

40 Ad quintum; Pro huius dubij reſolutione plurimum adnotare confert, conſanguinitatem quippe in ſecundo, vlterioribuſque gradibus oriri ex iure naturæ, & propterea afficere tam fideles, quam infideles, cum ipſa natura dictante ex communicatione eiuſdem ſanguinis oriatur quædam coniunctio, naturaliſque amicitia, hinc eſt, quod infidelis ſi ad fidem conuertatur, matrimonium cum ſuis conſanguineis intra quartum gradum inire nequeat, quamuis tempore infidelitatis poſſet vltra primum gradum; quia cum conſanguinitas tempore infidelitatis habuerit eius originem, ita perſeuerat in fideli poſt Baptiſmi

recep-

receptionem, vt impediat, & dirimat matrimonium contrahendum, prout Eccleſiaſtico iure ſancitur, cui poſtea ennuerſus ſubiacere debet, vt ex *Nauar. & Henriquez tradit Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 65. num. 1. & 2. & ex Caietan. & alijs Bonacin. in tit. de matrim. diſ. 3. punct. 5. §. 1. num. 8. verſ. ſed iuxta Caietanum tom. 1.*

41 Affinitatem vero ex coniugali copula exortam non eſſe Eccleſiæ inuentum, ſed quid naturale ad inſtar conſanguinitatis, quia naturalis cuiuſdam amicitiæ, & coniunctionis fundamentum reperitur in affinitate ex coniugali copula, ſicuti in conſanguinitate, & propterea naturali iure coniuges debent eſſe duo in carne vna latè ex *D. Thoma, D. Antonino, Soto, & alijs tradit Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 65. num. 4. & 5.*

42 Et conſequenter contra *Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 4.* deducit infidelem, qui cum vxore conſumauit matrimonium tempore infidelitatis poſt ſuſceptum baptiſmum non poſſe validum inire matrimonium cum illius conſanguinea vſque ad quartum gradum, quia cum talis affinitas ſit quoddam vinculum naturale contractum tempore infidelitatis tamquam commune fidelibus, & infidelibus, per baptiſmum non tollitur, & conſequenter fidelis proùt de iure naturæ in infidelitate ſeruare debebat, ita in ſtatu ſalutis de iure Eccleſiaſtico multo magis obligatus ad eius obſeruantiam quo ad impedimentum dirimens matrimonium contractum, & prohibens contrahendum, vt conſtat ex *cap. fin. de diuort.*

43 Et hoc impedimentum etiam ex matrimonio rato, & non conſumato, quamuis contracto tempore infidelitatis conſurgere, quia etiam cum tali matrimonio oritur quoddam amicitiæ naturale vinculum, licet ſecus ex ſponſalibus, comprobet idem *Sanchez loco citato numer. 6. iuncto numer. 7.*

44 Ex copula vero fornicaria poſthabita lege Eccleſiaſtica nullum vinculum naturalis amicitiæ oritur inter conſanguineos viri, & fœminæ ab eo fornicarie cognitæ, & è contra ſed potius inimicitia, nec conſanguinei naturaliter inclinare videntur ad exhibendam reuerentiam fœminæ cognitæ ab eius conſanguineis, & ſic ea ex ſolis nuptijs, & non ex illicito coitu iure antiquo Romano oriebatur affinitas *l. non facile §. affines, & §. ſciendum ff. de grad. affinit. & ex Nauar. Victoria, Henriquez, alijſque tradit Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 65. num. 9.*

45 Hac igitur ſententia retenta, dicendum eſt, poſſe matrimonium conſiſtere, & fidelem poſt baptiſmum ſuſceptum ducere conſanguineam illius, cum qua in ſtatu infidelitatis illicitam copulam habuit, etiam intra quartum gradum de iure Eccleſiaſtico prohibitum, quia huiuſmodi affinitas non fuit contracta tempore infidelitatis, cum non ſit quid naturale, & conſequenter non poteſt deinde conſurgere neque virtute baptiſmi, neque iure Eccleſiaſtico, quia cum in hoc non inſinuat natura, per baptiſmum nihil inſinuatur, nec aliter iure Eccleſiaſtico iudicari poteſt, cum fidelis in ſtatu perditionis non eſſet Eccleſiæ ſubditus, & conſequenter non remanſit eius legibus obſtrictus, proùt remanſiſſet, ſi huiuſmodi affinitas eſſet quid naturale ortum in eodem ſtatu, proùt oritur inter conſanguineos. *Nauar. lib. 4. conſil. in 1. edit. tit. de ſponſal. conſ. 7, num. 6. & 7. in 2. tit. de conſanguinit. conſ. 12. num. 6. & 7. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 1. num. 2. & cap. 3. num. 4. relat. & ſecut. à Sanchez eod. tract. lib. 7. diſ. 65. n. 10. verſ. at verius, & ſequen.*

46 Proùt etiam ſi fidelis rem habuerit cum fideli, vel infideli fœmina, quæ infidelem ſororem habeat, videtur prima facie quod poſſit eam in vxorem ducere, cum non contraxerit affinitatem quia cum affinitas procedat de iure Eccleſiaſtico, ad hoc vt afficiat, requiritur ſubiectio ex vtraque parte, cum ſe habeat tamquam quædam relatio, quæ abſque duobus extremis ſibi eodem modo correſpondentibus conſiſtere, & oriri non poteſt, ſed contrarium tenendum eſſe firmat *Sanchez de matrim. lib. 7. diſ. 65. num. 12,* quia attenta conſuetudine Eccleſiæ fidelis, qui rem habuit cum fideli contrahit affinitatem cum ſorore, quamuis poſt multum temporis ſpatium naſcatur, ita pariter licet non contrahat ſtatim, ac cognouerit fidelem, cum eius ſorore infideli, contrahit tamen poſt quam ſuſcipiat baptiſmum, quia tunc dicitur naſci, & ſubijcitur legibus Eccleſiæ, vinculum enim conſanguinitatis, quod infidelis iure naturæ cum ſorore infideli retinebat, poſt conuerſionem ad fidem iuxta Eccleſia-
47 ſtica iura hunc affinitatis effectum gignit. Et ſic fidelis cognoſcens infidelem habentem ſororem fidelem contrahit affinitatem cum ſorore fideli, quia tunc vtrumque extremum ſubiacet legibus Eccleſiæ.

DECISIO CXXI.

Alias Conſtitutum XVIII.

Eugenius intendens ſe ad ordines promoueri, valide tamen illos recipere non poſſe dubitabat ob occultum irregularitatis impedimentum fortaſſe contractum occaſione potus Erſiliæ, quam defloraueràt, traditi, & abortus procurati fœtus, quem neſciebat, an eſſet animatus, vel inanimatus; interim in carnis fragilitatem relapſus ab Erſiliæ conſanguineis in ſtupro deprehenſus ob grauem metum minarum illatum obtulit matrimonium, proùt in continenti ob præſentaneam neceſſitatem ſine Parochi præſentia contractum fuit. Sed poſtea ceſſante metu eam pro vxore recognoſcere recuſabat, vnde de ſtupro accuſatus in poſſe Curiæ deuenit, verum ſuæ libertati conſulens fracto carcere euaſit, diſceſſit, ac erupit; vnde alij captiui, inuento carcere rupto, in damnum ipſorum creditorum pariter fugam arripuerunt, & in tutum ſe poſuerunt. Quæritur.

1 Procurans abortum, an & quando contrahat irregularitatem.

2 Deprehenſus in ſtupro, ſi ob metum incuſſum offerat matrimonium, an non obſtante tali metu teneatur illud in conſcientia adimplere.

3 An in caſu magnæ neceſſitatis, quæ moram non patiatur, contrahi poſſit matrimonium abſque Parochi præſentia.

4 An frangens carceres teneatur ad reſtitutionem, ſi alij captiui, inuento carcere rupto, fugiant in damnum eorum creditorum.

1 AD primum abortum fætus animati procurantes percuſſionibus, venenis, medicamentis, oneribus, alijſue modis, aut ſterelitatis potiones dantes, vel ſumentes, aut ſtudioſe quærentes, ſiue per ſe, ſiue per alium, vt fætus immaturè ex vtero Matris eijciatur, & ipſæ prægnantes mulieres, quæ præmiſſa ſcienter fecerint, omneſque alij, qui vti principales, vel vt ſocij, conſcijue, ad tale enorme facinus opem, conſilium mandatum, auxilium, fauorem, potionem, medicamenta, & ſimilia ſcienter dederint, abortu tamen ſecuto ſeueriſſime ex *Sixti V. conſt. 87. ex ordine Bullarij, Cherubin. tom. 2. fol. 487.* plectuntur omnibus pænis iure Diuino, Canonico, & Ciuili ſtatutis contra veros homicidas vltra excommunicationem ipſo facto incurrendam ſolo Summo Pontifici reſeruatam excepto mortis articulo.

2 Vlterius ex eadem conſtitutione eoſdem incurrere irregularitatem declaratur, vnde quod nec promoueri poſſint, nec ſi iam promoti ſint, miniſtrare, ſed eo ipſo omni priuilegio Clericali, officio, & beneficio eſſe priuatos, quinimo degradari, & foro ſæculari capitali pæna puniendi tradi debeant.

3 Quæ Pij V. conſtitutio licet *à Gregorio XIV. ſua conſtitutione 8. ex ordine eod. Bullar. Cherubin, tom. 2. fol. 532.* moderata fuerit, quo ad pænam reſeruationis excommunicationis ipſo facto late contra procurantes abortum fætus animati, & dederit facultatem omnibus Confeſſarijs, ſiuè ſæcularibus, ſiuè regularibus abſoluendi in foro conſcientiæ tantum, reducendo ad terminos iuris communis ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini ſi fætus non eſſet animatus, nihilominus cætera in eadem Sixti V. Bulla contenta in ſuo robore remanere voluit, de quibus *Diana reſol. moral. par. 7. tract. 5. de abortu reſol. 5. & 19. Gauant. in manual. verb. abortus num. 4. & verb. abſolutio num. 36. Sayr. lib. 3. cap. 35. num 7. Bonacin. in tit. de peccatis diſ. 2. quæſt. 1. punct. 4. num. 5.*

4 Quo tempore verò fætus animetur, itaùt, qui de illo abortum fecit, incurrat excommunicationem, & irregularitatem, varias Doctorum opiniones recenſet *Diana par. 7. tract. 5. de abortu, reſol. 6.* ſed nos cum eodem annuere debemus ſententiæ *Ariſtotelis lib. 7. de animal cap. 3. & Plin. lib. 7 cap. 6.* docentis mares animari die 40. à conceptu, fæminas verò die 80. & aliquando 90. ac proinde qui commiſit abortum præfato tempore, quo fætus animatus iudicatur, incurrit in excommunicationem, & irregularitatem, aliaſque pænas Bullæ Sixti V. ſecus vero qui ante 40. dies procurauit abortum *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 5. cap. 1. num. 9. Marchin. de Sacrament. ordinis tit. 1. par. 9. cap. 3. num. 7. Naldus in ſum. verb. abortus num. 2. Bordon. de conſ. Regul. tom. 1. reſol. 45. quæſt. 2. num. 2. Molin. de iuſt. tom. 3. tract. 3. diſ. 57. num. 1.*

5 In dubio autem, an ſit maſculus, vel fœmina, præſumendum eſſe animatum poſt 40. dies docet *Diana dicta reſol. 6. in fin.*

6 Qui vero dubitat, an occiderit fætum tempore quo eſſet animatus, debet ſe habere tamquam irregularem, cum in dubijs tutior pars ſit eligenda, putando fætum fuiſſe animatum, *Sayr. de conſ. lib. cap. 15. num. 9. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 5 cap 1. num. 9.*

7 Sed in hoc caſu dubium debet eſſe pro vtraque parte probabile ſecundum *Rebel. Perez, Henriquez, relatos per Bonacin. in tit. de matrim. quæſt. 4. punct. 6. num. 13. verſ. neque obſtat.*

8 Sciendum eſt etiam quod vir, ſi accedendo ad vxorem, ſit cauſa abortus fætus animati anima rationali, incurrit irregularitatem *Bonacin. loco citato num. 13.*

9 Quinimo peccat mortaliter quotieſcumque accedat ad vxorem cum periculo abortus, cum delectatio non ſit capienda cum damno, & periculo alterius, & talis concubitus bono prolis aduerſetur, & propterea ſtante huiuſmodi periculo, nec eſt petendum, nec reddendum debitum. *Henriq. cap. inquiſit. num. 8. de ſenten. excommunic. Petrus de Ledeſm. de matrim. quæſt. 64. art. 1. dub. 4. Nauar. cap. 16. num. 53. Reginald. lib. 31. num. 286. Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 22. num. 1. Bonacin. in tit. de matrim. quæſt. 4. punct. 6. num. 11.* vbi quod ſecluſo periculo abortus non videtur illicitum accedere ad vxorem grauidam ad euitandum incontinentiæ periculum.

10 Abortus enim periculum in congreſſu maris, & fœminæ contingere poteſt, aut tempore coagulationis, & formationis fætus, ſeù quando animatur, aut ſi rem haberet proxime ante partum, nam eo tempore periculum eſt, vt fætus ob ſeminis abundantiam ſuffocetur, vt ex *Sanchez, Conineb. Reginal. tradit Bonacin. in tit. de matrim. quæſt. 4. punct. 6. num. 12.*

11 Irregularitas vero, quæ contrahitur ex abortu fætus animati, etiam ſi crimen fuerit occultum, ab Epiſcopo diſpenſari non poteſt, quia cum proueniat ex homicidio voluntario, ad hoc eius auctoritas non ſe extendit, *Dian. reſol. moral. par. 7. tract. 5. de abortu reſol. 21.*

12 Ad ſecundum matrimonia libere procul dubio ab omnibus celebrari debent, vt expreſsè ſancit *Tridentina Synodus ſeſſ. 24. de matrim. in princ.* itaùt ipſum matrimonium contractum propter vim, & grauem metum mortis à parentibus, ſeù ab alijs illatum ita irritum, & inualidum remaneat, vt etiam ſi poſt obitum illius, qui vim, & metum incuſſit, in matrimonio perſeuerauerit, & filij ſuſcepti fuerint, conualidari nequeat. *Abdau. in compend. canon. deciſ. lib. 1. tit. 8. Rota coram Gregor. XV. deciſion. 395. & coram Seraphin. deciſion. 900.*

13 Hinc eſt, quod ſi depræhẽſo in ſtupro fuerint à conſanguineis ſtupratæ, ſeu ab alijs illatæ minæ mortis, ſi ſtupratam non ducat, quia cum tunc minæ non tendant ad propugnandam tantum iniuriam, ſed ad coarcendum ad hoc determinatum matrimonium contrahendum, certum eſt quod matrimonium non teneat, nec illud in conſcientia adimplere tenetur, quia huiuſmodi violentia, dictæque minę, & metus incuſſus principaliter tendit ad coarctandam liberam contrahentium voluntatem pro certo, & determinato matrimonio contra formam Sacrorum Canonum, & Concil. Trid. Iniuria enim à ſtupratore illata parentibus, & Conſanguineis non eſt reſarcienda per coactionem ad celebrandum matrimonium cum ſtuprata, ſed alijs iuris remedijs

magis

magis proficuis, & opportunis, cum nemo ſibi debeat dicere ius *leg. extat ff. quod met. cauſ. leg. ſi quis in tantum C. unde vi leg. nullus C. de iudic. leg. 1. C. ne quis in ſua cauſ. ius ſibi dicat*. Si vero depræhenſus in ſtupro ad euitandam mortem ſponte, & à nemine exactus offerat matrimonium cum ſtuprata, non obſtante graui metu mortis incuſſo, aſſerimus valere matrimonium, & inuentum in ſtupro illud in conſcientia adimplere teneri, cum ad tale matrimonium ineundum non fuit inuitus, nec coactus, ex quo metus illatus non tendebat ad extorquendum matrimonium, ſed ad mortem, & ſtuprator eius libera voluntate obtulit matrimonium, & quamuis huiuſmodi oblationem fecerit occaſione minarum, & metus incuſſi, nihilominus non aufertur, quin prouenerit ex eius libera voluntate. *Henriquez lib. 11. de matrim cap. 9. num. 2. Baſilius Pontius de matrim. lib. 4. cap. 19. num. 10. Sanchez tract. de eod. lib. 4. diſ. 12. num. 14. Vuald. in Candelab. Sacrament. nu. 64. Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 3. de Sacrament reſol. 228.*

14 Hic autem notandum eſt, ſemper matrimonium contractum metu graui hoc eſt cadente in conſtantem virum ad eum finem iniuſtè incuſſo eſſe nullum in vtroque foro iuxta communem Doctorum omnium vtriuſque iuris ſententiam, vt teſtatur. *Sanchez de matrim. lib. 4. diſ. 12. nu. 18. Doctores omnes iur. Pontif. in cap. 2. de his quæ vi, & cap. cum locum de ſponſal. eſt text. expreſſus in cap. ſignificauit de acquir. duxit in matrim. cap. veniens il 2. de ſponſal. Henriquez lib. 3. matrim. cap. 9. num. 1. Nauar. in ſumma cap. 22. num. 51. ad fin. & ex Theologis D. Thom. 4. ad 29. quæſt. vnic. art. 3. quæſtiuncula in corpore.*

15 Ad tertium tamquam certum tenendum eſſe cum *Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 17. nu. 4.* & alijs proxime citandis, matrimonium nullo pacto celebrari poſſe abſque teſtium, & Parochi præſentia etiam in articulo mortis, & quauis alia vrgentiſſima neceſſitate, quæ moram non patiatur, & periculum ſit in dilatione, ſed omnino irritum, & inualidum remanere, quia præſentia Parochi, & teſtium à Sacro Concilio Tridentino requiritur pro forma ſubſtantiali attento decreto irritante, quod ſemper inducit formam ſubſtantialem, quæ ſi deficiat, contractus conſiſtere nequit, & cum generaliter loquatur, ſtricte eſt intelligendum, vt procedat etiam in caſu vrgentis neceſſitatis, ſiquidem cum Concilij determinatio tẽdat ad tollendam Clandeſtinitatem, & damna, incommoda, & ſcandala, quæ ex Clandeſtino matrimonio oriebantur, debet præualere, tamquam tendens ad commune bonum priuatæ, & particularis neceſſitatis, quæ raro contingere poteſt, vt bene ſuadere videntur verba illa *Concil. ibi, omnino inhabiles ſint*, ſi ponderetur dictio omnino, quæ ſignificat in omni euentu ſine vlla exceptione, ſine retardatione, ac ſine diſpenſatione, vt animaduertit idem *Sanchez loco citato num. 4. verſ. & confirmatur Bonacin. in tit. de Matrim. quæſt. 2. punct. 8. num. 8. tom. 1. Petrus Cenedo quæſt. 30. nu. 18. & 16. Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 3. nu. 5. Riccius deciſ. 243. nu. 3. Dian. reſol. moral. part. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 234.*

16 Neque excuſare poteſt conſcientia inuincibilis huius Concil. Trid. decreti, cum ignorantia excuſare poſſit à peccato, ſed non ab inualiditate actus, vt animaduertit *Bonacin. dicta quæſt. 2. punct. 8. num. 8. circa fin.*

17 Ac propterea neque Epiſcopus etiam in caſu magnæ neceſſitatis diſpenſare poteſt, vt matrimonia ſine teſtium, & Parochi præſentia celebrentur, quia *Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 1. de matrim.* conſtituit formam ſubſtantialem, & ponit decretum irritans, & reddit omnino inhabiles contrahentes ad ſic contrahendum, Epiſcopus enim diſpenſare non poteſt in iure communi irritante actum aliter factum, tanto magis quia per Concilium fuit tantum Epiſcopo attributa auctoritas remittendi, & diſpenſandi circa publicationes matrimoniales, & conſequenter in alijs cenſetur denegata. *Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 5. num. 5. Nauar. ſum. latin. cap. 22. nu. 70. Sanch. de matrim lib. 3. diſ. 17. num. 6. Bonacin. in tit. de matrim. quæſt. 2. punct. 8. num. 8 in fin.*

18 Poſſe vero in caſu neceſſitatis, vt ſi quis contraheret in articulo mortis Parochum omittere denunciationes docent *Sermiento, Henriq. Laman. Cened. apud Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 234. verſ notandum eſt.*

19 Quæ Concilij diſpoſitio ita ſtricte procedit, vt neque valeret matrimonium abſque Parocho celebratum, quamuis ad euitandam clandeſtiniſtatem publice celebraretur, quia dicta forma ſubſtantialis ſpecifice, & proprie, & non per æquipollens impleri debet. *Sanchez dicta diſ. 17. verſ. cæterum dicendum eſt, ex Nauar. Henriquez, & alijs, quos allegat.*

20 Nec dicatur præcepta Diuina, & Eccleſiaſtica tamquam inducta pro tuenda charitate ipſi aduerſari non debere, & propterea non obligare cum tanto rigore, vt nequeat matrimonium ſine Parocho celebrari, quia reſpondetur obiectum procedere, quando præceptum non inducit formam ſubſtantialem pro vt eſt in præcepto de audienda Miſſa, ſeruando ieiunio, & ſimilibus, ſecus vero pro vt in caſu noſtro, quando lex inducit formam, ſeù ſolemnitatem ſubſtantialem, & irritat actum, & ita Sacramentum baptiſmi eſt de ſubſtantia miniſtrandum cum aqua naturali, Euchariſtia eſt conficienda adhibita materia panis triticei ſub determinata forma verborum adeo vt ſi illud celebretur cum aqua artificiali, vel cum alia materia, non conficiatur Sacramentum, cum illa requirantur de eſſentia, nec permittitur in caſu neceſſitatis, ſi non inueniatur aqua naturalis, & panis triticeus, miniſtrari huiuſmodi Sacramentum cum alia materia, vt tradunt omnes, & ita in puncto reſpondet *Bonacin dicta quæſt. 2. punct. 8. num. 8. verſ. neque obſtat Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 17. num. 5.* ergo neque Matrimonium celebrari poteſt etiam in caſu neceſſitatis abſque Parochi præſentia quæ pro forma ſubſtantiali requiritur.

21 Ad quartum in carceribus detentos, quamuis iuſte damnati fuerint pæna ſiue triremium, ſiue vitæ, aut carce, vel perpetuo, vel temporali, nihilominus poſſe frangere, & effringere carceres, fugam arripere, & in tutum ſe ponere ad pœnam effugiendam docent Doctores relati à *Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 5. miſcell. reſol. 102.*

22 Et de iure ciuili non eſt dubium captum abſq; indi-

indicijs, vel non conſtito de delicto, cum non dicatur bene, & legitime captus tamquam iuris ordine non ſeruato, ſi carceres fregerit, & aufugerit non teneri effracti carceris pœna, nec haberi pro confeſſo, de quibus latè *Farinac. in prax. crim. in tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 30. num. 138. & 537.*

23 Frangens igitur carceres ad vitam euadendam, aut aliam pœnam effugiendam, fugam arripiens non tenetur ad reſtitutionem, nec peccat mortaliter, ſi captiui huiuſmodi nacti occaſionem inuenta carceris fractura pariter fugam arripuerint in graue damnum, & præiudicium creditorum, ad quorum inſtantiam pro eorum creditis conſequendis pro vt obligati erant in carceribus detinebantur, dummodo eiſdem fugam non conſuluerit, ſeù præcedente tractatu, præuiaque conſpiratione non deuenerit ad huiuſmodi effractionem, quia ipſe inuentor vtitur iure ſuo, quod habet ad ſaluandam vitam, ſeù ad pœnam, & carceris incommoda euitanda, quæ non tenetur poſtponere, ne alijs damnum inferatur, cum debeat præualere, & præponderare eius proprium intereſſe incommodis, & damnis alijs reſultantibus præter eius intentionem, ita *Diana reſol. moral. part. 3. tract. 5. miſcel. reſol. 102. verſ. notandum eſt tertio, ex Syluio, quem allegat in 2. 2. q. 69. art. 4. quæritur 2. ad 4. argum. Reginal. in prax. tom. 2. lib. 24. cap. 7. sect. 7. num. 152.*

24 Nec releuat, quod reus frangendo carceres, committat opus illicitũ, & propterea teneatur ad reſtitutionem iuxta regulam quod dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod ſequitur præter illius intentionem, & voluntatem per *text. in leg. Iul. de vi pub. Cepol. conſ. 33. num 2. Marſil. conſ. 7. num. 5. & 8. Gail. obſeruat. 110. num. 38. lib. 2. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. quæſt num. 43.*

25 Et iuxta aliam regulam, qui alterius mali cauſam dat teneatur de omni cauſato malo, vel delicto, *leg. quoniam multa C. ad leg. Iul. de vi. pub. ibi, & alteri parti cauſam malorum præbuerit, & ibi gloſ. in verb. præbuerit Alex. conſ. 140. in prin. verſ. nam negari non poteſt, & num. 4. verſ. & per hoc poteſt lib. 2. Marſil. conſ. 67. poſt nu. 2. & 29. Beor. dec. 262. num. 6. Pedem. deciſ. 104. num. 4.*

26 Quia reſpondetur, quod tunc dans operam rei illicitæ teneatur ad reſtitutionem, ſeù ad reſarciendum damnum illatum, quando ſcilicet illa opera, culpa, & cauſa eſſent ordinata, & tenderent ad ſubſequens damnum, adeo vt delicti auctor veriſimiliter cogitauerit, vel excogitare potuerit de eo, quod inde facile ſucceſſurum erat, pro vt ſunt termini *leg. quoniam multa C. ad leg. Iul. de vi. public.* effractio enim carceris non fuit ordinata ad alteri damnum inferendum, ſed ſolum ad ſaluandam vitam, ſeu effugiendam aliam pœnam, & carceris incommoda, nec reus huius criminis præcogitauit, aut præuidere tenebatur damnum creditorum, cum tantum per huiuſmodi actum conſulere voluerit propriæ indemnitati, & conſequenter non tenetur ad reſtitutionem, ad late tradita per *Farinac. in prax. crim. in tit. de homicid. quæſt. 126. num. 77. par. 4. qui alios copiosè allegat.*

27 Hinc eſt quod qui fregit ianuam alicuius mulieris, vt eam libidinis cauſa ingrediatur, non tenetur de ſubſecuto furto, quia illa actio tendebat ad explendam libidinem, & non erat ad furtum ordinata, *Farinac. dicta quæſt. 126. num. 85. & 87.*

DECISIO CXXII.

Alias Conſtitutum XIX.

Romualdus Sacerdotali charactere inſignitus in pacifica plurimorum beneficiorum poſſeſſione reperiebatur, ex quorum primæua fundatione ſacrum de requiem qualibet feria quarta facere tenebatur, vt facilius, & breuius horas canonicas perſolueret loco officij de feria, officium particularis Sancti recitauit, & cum pluries in feria quarta inciderit præcipuorum Sanctorum ſolemnitas, Miſſam currentem celebrauit; ſæpius tamen ex mera negligentia omnes horas canonicas, vel notabilem illarum partem omiſit, ſed ad ſe liberandum ab onere reſtitutionis, defectum in officij recitatione commiſſum alio die ſupplere curauit; quibus in foro pœnitentiali delatis ad validam abſolutionis ſententiam proferendam diſcutiendum venit.

1 An adimpleatur præceptum recitandi horas canonicas, ſi loco officij de feria recitetur officium alicuius Sancti.
2 An Sacerdos qui ex fundatione beneficij tenetur dicere Miſſam de requiem, ſi illo die incidat ſolemnitas alicuius Sancti ſatisfaciat dicendo Miſſam currentem.
3 An habens plura beneficia, & obligatus tam ratione beneficiorum, quam Ordinis Sacri ad perſoluendas horas canonicas, ſi illas omittat peccet dupliciter.
4 An omittens notabilem partem horarum canonicarum teneatur aperire in confeſſione id, quod omiſit.
5 An beneficiatus, qui alio die ſuppleat defectum in recitatione officij commiſſum, liberetur ab onere reſtitutionis.

1 AD primum. In duas contrarias ſententias Doctores in hoc articulo diuiduntur; peccare mortaliter, nec adimplere præceptum recitandi horas canonicas permutantem, vt ſi loco officij de feria, recitaret Officium vnius diei loco alterius, docent, *Belarmin. tom. 4. lib. 1. contr. 9. cap. 18. Nauar. de orat. cap. 19. nu. 201. Tolet. lib. 2. cap. 23. Ledeſm. in ſum. par. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 12. fol. mihi 515. Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 51. n. 6. & cap. 23. num. 12. & 14. Gauant. comment. in rub. Miſſal. tom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 1. nu. 9. Filliuc. tract. 23. cap. 8. quæſt. 2. num. 186. & cap. 7. quæſt. 1. Homobon. de exam. Eccleſ. par. 1. tract. 4. cap. 5. quæſt 42. Naldus in ſum. verb. diuinum officium num. 16. Summa Coronæ par. 1. cap. 1. num. 10. Barboſ. in cap. presbyter 2. 9. de celebrat. Miſſar. Bonacin. in tit. de iis, quæ ad prin. Diuin. Offic. recitat. pertin. diſ. 1. quæſt. 3. punct. 1. n. 17 verſ. ſecunda ſententia tom. 1.*

2 Siquidem Diuinum Officium recitari debet iuxta formam à Summis Pontificibus, præſertim à Pio V. præſcriptam, ſecundum quam cum ordo Diuini Officij diſtribuatur ad tempora, feſtiuitates, ſeù ſolemnitates, & dies, ita cadit ſub præcepto, vt ſine labe læthalis criminis præueniri, aut permutari nequeat, obligatio enim perſoluendi horas canonicas ab Eccleſia ſtatuta non ſolum eſt conſideranda in genere, ſed etiam in particulari, nempè prout reſpicit particulares

res

res feſtiuitates, vel pro vt eſt affixa tali, & tali diei, in quibus tale, & tale officium recitandum ſit, ac proinde cum obligatio tranſeat cum ipſo die, mutans officium non adimplet præceptum, quoad ſubſtantiam, cum non ſeruet diſtributionem officij per dies feriales, & feſtiuos tempori accommodatos iuxta Eccleſiæ præſcriptum, & Summorum Pontificum mentem, & voluntatem, ſecundum quam non debet eſſe in cuiuſcunque libertate relicto officio multo longiori proprio illius diei, aliud valde breue pro libito recitare, & vt longius animaduertunt Doctores pro hac ſententia ſupra citati.

3 Et ità qui ſponte, vel inaduertenter recitauit Officium breuius vnius diei loco officij alterius diei multo longioris debet ſupplere omiſſa, ſi aduertat ad mutationem, ſeu errorem, antequam dies elapſus ſit, *Paul. Layman. lib.4.tract.1. cap.5.num 5. cum alys per Bonacin.in tit.de ijs, quæ ad priuat.Diu.Offic.recit.pert.diſ.1. quæſt.3. punct.1. num.18 tom. 1.*

4 Alij autem abſolutè tenent mutationem officij etiam data opera non eſſe peccatum mortale, vt ſi loco officij de feria dicatur de aliquo Sancto, adeo vt, qui ſponte, vel inaduertenter mutauit officium, dicatur ſatisfeciſſe. nec teneatur ex præcepto repetere Diuinum Officium, vel omiſſa ſupplere, quia ſubſtantia præcepti recitandi Diuinum Officium eſt, vt ſeptem horæ Canonicæ perſoluantur, diſtributio autem eiuſdem Diuini Officij per dies feriales, & feſtiuos tempori accommodata pertinet ad modum accidentalem, qui autem recitat ſeptem horas Canonicas non ſeruato dierum ordine, licet violet præceptum quoad modum, tamen adimplet quo ad ſubſtantiam, violatio enim præcepti quo ad modum non eſt peccatum mortale, & ideo ſi quis ſine cauſa hanc mutationem faceret, vt faciliùs, & breuiùs officium perſolueret, quod peccaret tantum venialiter, & ſi beneficium haberet, quod non teneretur ad reſtitutionem fructuum putant *Diana reſol. moral. par.2. tract. 12. de hor.Canon.reſolut.3. verſ.dicendum eſt, Silueſt. verb. Horaquæſt.12. Vega in ſumm. tom. 1.cap. 128.caſ.17. Medin.in ſumm.lib.1. cap.14.§.11. Zerol.verb.Hora Canon num.6.in ſua prax.Epiſcopal.Armil.verb.Hora Canon. num.7. Rodriq.in ſumma tom. 3. cap. 195. num.3.Leſſius de inſt.lib.2.cap.37.dub.12.num.77.*

5 Hæc ſecunda ſententia eſt nimis laxa, ideoque primæ libenter adhæreo.

6 Ad ſecundum reſpondetur affirmatiuè Sacerdotem ſcilicet, qui certis diebus, vel propter receptum ſtipendium, vel propter onus in limine fundationis Capellaniæ à fundatore impoſitum ſacrum facere tenetur, vel de requiem, vel de Beata Virgine, aut de alio Sancto, ſi illa die incidat ſolemnitas alicuius Sancti, vel aliter ſit impedita, ſatisfacere dicentem Miſſam illius Sancti, ſeù Miſſam currentem in Miſſali præſcriptam peccare tamen, & non ſatisfacere, ſi pro ſuo libito non ſe offerente particularis Sancti ſolemnitate, vel alio legitimo impedimento poſthabita Miſſa, quam ex obligatione facere tenetur, currentem celebraret, nam licet Miſſarum onera ſint perſoluenda forma ſpecifica iuxta fundatoris diſpoſitionem, vel eleemoſynam tradentis voluntatem, tamen hoc eſt intelligendum in terminis habilibus, ſeù ciuili modo, & moraliter, quatenus non repugnet Eccleſiæ ordini, & ritui, qui ſemper præualere debet voluntati Teſtatoris, ac proinde in hoc caſu onus iniunctum ſatis eſt, quod adimpleatur per æquipollens, nempè per Sancti illius intercestionem, cuius ſuffragium in Miſſa imploratur, *Emanuel Sà verb.Miſſa num.48. Gauant.in comment.ad rubric.Miſſal.to.1.par.3.tit.13. num.20.& 21.Azorius par .lib.10.cap 32.quæſt.5. Homobon.de exam. Eccleſiaſt.par.1. tract.4. cap.14. quæſt.126.cum alijs congeſtis per Dian. reſolut. moral. par.2.tract.14.de celebrat.Miſſ reſol.31.* Certi enim iuris eſt, quod omnes Miſſæ ſint æqualis valoris ex opere operato, vt notat *D.Thom. in 4. diſ.45. q.2.art.3.q.1.ad 3.*

7 Notandum eſt hic obiter Sacerdotem, qui Miſſæ ſacrificium applicare tenetur pro eo, qui dedit eleemoſynam, ſi fecerit propoſitum applicandi, ſed in actu celebrationis nihil de applicatione cogitando, nec actualiter, neque virtualiter applicauit, nihilominùs ſuæ obligationi ſatisfeciſſe ſecus verò ſi præterita die non fecerit actuale propoſitum, aut non habuerit determinatam voluntatem ſacrificium die craſtina facturum offerendi, ſed habuerit deſiderium, vel ſimplex propoſitum, quia in primo caſu concurrit ſaltem intentio habitualis, in ſecundo vero caſu deficit tàm habitualis, & actualis, quam virtualis, & quamuis intentio habitualis non ſufficiat ad conficiendum Sacramentum, ſufficit tamen ad applicandum ſacrificium, quia voluntas applicandi ſacrificium non concurrit ad ſacrificium, cum fieri poſſit ſacrificium abſque applicatione, voluntas vero, & intentio conficiendi Sacramentum debet concurrere, & cooperari ad ipſum Sacramentum, non autem poteſt concurrere, & cooperari, niſi actualiter, aut virtualiter exiſtat in actu, ſeu tempore quo conficitur Sacramentum; ac proinde cum voluntas, qua offertur ſacrificium, non ſit cooperatiua ſacrificij, ſed ſolum applicatiua eius fructus, ſatis eſt vt præcedat ſacrificium, nec eſt neceſſe, quod virtualiter duret tempore ſacrificij, ſicut requiritur ad conficiendum Sacramentum, circa quod tamquam cooperatiua intereſſe debet, ita contra *Fraxinellum de oblig.Sacerdotis ſect.4. concluſ.4. §.7.num.1.* putantem Sacerdotem in Memento debere applicare valorem Miſſæ eis, pro quibus tenetur celebrare, & contra *Vaſquez, Bernardus, Beian.* apertè docent *Suarez in 3 par.tom.3.diſ.13. ſect.3. concluſ.2.Bonacin.de Sacram.diſ.1. quæſt.3.punct.2. § 3. num.11.tom.1. relat. & ſecut. per Dian.reſol.moral. par.2.tract.14.de celebrat.Miſs.reſol.47.*

8 Ad tertium certi iuris eſt, quod habens beneficium ſiue cum cura, ſiue ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab eo obtentum omiſerit dicere Diuinum Officium, non faciat fructus ſuos, ac proinde teneatur reſtituere fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus, vt decretum fuit *in Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ.29.cap.9.Dian.par.1.tract.12. de horis Canon.reſol.9.verſ.ſecundo Concil Lateranenſe.*

9 Vt autem huiuſmodi obligatio beneficiorum fructus reſtituendi ob horarum Canonicarum prætermiſſionem ſibi locum vindicare poſſit, non ſunt dicti ſex menſes ſolum à die collationis cõ-

putandi, ſed à die adeptæ poſſeſſionis, adeo vt beneficiatus non teneatur ad reſtitutionem, niſi etiam elapſi fuerint ſex menſes poſt poſſeſſionem, quia beneficiarius tenetur recitare Diuinum Officium poſt beneficij conſecutionem, quæ non integrè obtinetur niſi pacifica beneficij poſſeſſione, *Suarez lib.4.cap.29.nu.13.Garz.de benef.par.2.cap.1.num.78.tom.1. Bonacin.in tit.de ijs quæ ad priuat.Diuin.Offic.recitat.pertin. diſ.1. quæſt.2. punct.5. num.8.tom.1.*

10 Alij verò Clerici Sacris ordinibus initiati ſtatim Subdiaconatu ſuſcepto Diuini Officij penſum ſoluere tenentur, cum hoc onus tranſeat cum ipſo ordine ſacro, non tamen perſoluere debent integrum officium illius diei, ſed horas reſpondentes horæ, in qua recipiunt Subdiaconatum, vel beneficij poſſeſſionem accipiunt, etiam ſi præuenerint, & antea recitauerint, cum antea non habeant obligationem, vt latè tradit *Bonacin. loco citato num.9.per tot.*

11 Quoad primam igitur dubij partem certum eſt quod habens plura beneficia non teneatur niſi ad vnam officij recitationem, etiam ſi retineat beneficia abſque legitima diſpenſatione, vt docet *Garz.de benef.par.3. cap.1. num.120.& 121.tom.1.*

12 Ac perinde dicendum eſt, habentem plura beneficia, ſi omittat Diuinum Officium, vnum tantum, & non plura peccata iuxta numerum, & beneficiorum pluralitatem committere, & quamuis quodlibet beneficium diſtributiuè ſumptum obliget de per ſe ad horas perſoluendas, nihilo tamen minus cum in vna perſona iungantur, ita conſtituunt vnum totum, vt vnica reſultet obligatio vnum tantum officium recitandi, ita ex *Azor.& Henriq.tradit Garz. de benef. par. 3. cap.1. num.124. Bonacin.dicto tit.diſ.1.quæſt.2. punct.5.numer.27.& quæſt.5.punct.1.num.19.verſ.vtrum vero tom.1. Dian.reſol.moral. par.2. tract.12. de Hor Canon.reſol.23.in fin.Petrus Ledeſm.qui de probabiliori in ſumm.de pænit. cap.19. pag.641. & 2.par. ſumm. tract.27.cap.2 6.concl.2. dif.3.*

13 Præcepta enim recitandi Horas Canonicas ratione plurimorum beneficiorum ſunt eiuſdem ſpeciei, & circa eandem numero materiam verſantur, ac propterea non videntur multiplicare malitiam diuerſam pro diuerſitate beneficiorum vt diuerſa peccata committere dicatur, qui Officium recitare omiſit, ex quo ſequitur, vt in confeſſione non ſit opus exprimere numerum beneficiorum, quæ ab omittente poſſidentur, vt cum alijs comprobat idem *Garz.de benef. par.3. cap.1. num.128.vſque ad 131.*

14 Secundam principalis quæſiti partem aggredientes, videtur ille, qui ratione Ordinis Sacri, & beneficij Horas Canonicas perſoluere tenetur, ſi illas omittat, dupliciter peccare, & hanc circumſtantiam in confeſſione aperire debere, quia duplex virtus ſpecie diuerſa violatur, nempè virtus religionis ratione ordinis Sacri, & virtus iuſtitiæ ratione beneficij, quarum virtutum vnaquæque de per ſe obligat ad Diuini Officij penſum, *ita Sanchez de matrim. lib. 9. diſ.15.nu.6.circa med. Paulus Layman.lib.4.tract.1. cap.4.num.5.Squillant.de oblig.Cleric. par.1. dub.34. num.71.Azor.par.1.lib.10.cap.14.quæſt.7. cum alijs per Bonacin. in tit.de ijs, quæ ad priuat. offic. recitat. diſ.1.quæſt.5.punct.1.num.4.tom.1.*

15 Quæ ſententia licet ſit probabilis, nos tamen contrariæ tanquam probabiliori adhærentes aſſerimus obligatum ratione ordinis, & beneficij ad recitandum Officium, ſi omittat, vnum tantum crimen patrare, quia huiuſmodi obligatio, quam habent in ſacris conſtituti, & habentes beneficium, non eſt iuſtitiæ, ſed religionis ex præcepto & inſtituto Eccleſiæ, vt latè comprobat *Garzias de benef.par.3.cap.1.num.14.& ſeq.iuncto num.125. & 126.Homob.de exam.Eccleſ. par.1.tract.4.cap.5. quæſt.42. Henriq.lib.12. cap.15. num.3. cum alijs per Dian.reſol.moral. par.5. tract.15. de Hor.Canon. reſol.22. Gabr.Vaſquez 12. diſ. 98. num.8. Ledeſm.in ſumm.de pænit. cap. 19. pag.641. Sayr.in Clau.Reg. lib.2.cap.5.num.14.& 15.*

16 Ac propterea cum violetur vna tantum religionis virtus, & vnica malitia concurrat, vnum quoque peccatum committitur; huiuſmodi enim præcepta cum tendant ad eundem finem, & circa eandem numero materiam, tamquam eiuſdem rationis conſiderantur, ita influentia in idem ſubiectum, vt vnicam religionis virtutem conſtituant, peccata enim non multiplicantur, niſi actus aduerſetur diuerſis virtutibus ſpecie diſtinctis, ac proinde hanc circumſtantiam non eſſe neque notabiliter grauantem teſtatur, *Garz.de benef.par.3.cap.1.nu.111. vbi alios allegat.*

17 Animaduertendum tamen eſt antequam ad alia progrediamur, habentem plura beneficia, vt ſupra *num.11.* diximus, non teneri officium toties recitare, quot ſunt beneficia, procedere in eo tantum, qui iuſtè, & cum legitima ſuperioris authoritate retineat, ſecus vero ſi iniuſtè, & abſque legitima diſpenſatione poſſideat ſecundum *Bonacin.contra Garz. in tit.de ijs, quæ ad priuat. offic.recitat.pertin.diſ.1.quæſt.2. punct.4. num.28. vbi alios allegat*; quia licet directè, & ex præcepto Eccleſiæ ſic iniuſtè poſſidens ad nullam officij recitationem teneatur, nihilominus ex iure naturæ obligatur etiam pluries eodem die recitare, ne Deus, & Eccleſia obſequio, ſeruitio, & miniſterio ratione dictorum beneficiorum, debito defraudetur.

18 Reſtitutio vero ab habente plura beneficia facienda eſt de fructibus omnium beneficiorum pro rata officij culpabiliter omiſſi, cum ratione omnium Officium recitare teneatur, vt ex Bulla Pij V. *tradit idem Bonacin. dicto tit. diſ. 1. quæſt. 5. punct.2 num.16.*

19 Sed Confeſſarius non tenetur pænitenti in ſatisfactionem officij omiſſi nouam eiuſdem officij recitationem, vel aliud æquiualens iniungere, ſed eius prudentia, & arbitrio aliam congruam, & rationabilem pœnitentiam, quia beneficiarius non tenetur tranſacto die officium præteritis diebus omiſſum ſupplere, & conſequenter neque confeſſarius hoc opus imponere debet, ne nimis graue confeſſionis iugum reddatur, ita *Bonacin. in tit. de ijs, quæ ad priuat. offic. recit. pert. diſ.1. quæſt.5. punct.2. num.6. verſ. omiſſis aliorum ſententijs.*

20 Ad quartum *Pater Diana part.2. tract.12. de Hor. Canon. reſol.23. putat cum Squillant. de oblig. Cler. part.1. dub.33. num.70.* ſatis eſſe, Clericum ſe accuſare aſſerendo commiſiſſe culpam lęthalem

in

in recitatione horarum.

21 Nos autem tutiori voto putamus Clericum, aut beneficiatum teneri in confeſsione detegere quantitatem officij omiſſam, & numerum horarum, quia peccatum eſt magis, & minus graue notabiliter iuxta numerum, & quantitatem horarum omiſſarum, adeo vt ſi non manifeſtaretur, non poſſet confeſſarius recte ſuum ferre iudicium, & reum condigna pœnitentia condemnare, cum maior pœnitentia ſit iniungenda pro omiſsione Matutini, quam pro omiſsione tertiæ aie *Henriq. lib.5. cap.7. num.6. Bellocius in prax. de caſ. reſer. part.1. quæſt.15. num.74. Garz. de Benef. part.3. cap.1. num.142. Squil. 1. part. dub.33. n.70. Bonacin. in tit. de ijs quæ ad priuat. offic. recit. pert. diſ.5. quæſt.5. punct.1. num.9. tom. 1.* vbi quod etiam ſit exprimendus numerus actuum voluntatis moraliter interruptorum, quibus quis decreuit Diuinum officium omittere.

22 Et quamuis ſit magna controuerſia inter Doctores, an circumſtantiæ notabiliter aggrauantes in eadem ſpecie ſint neceſſario confitendæ, nihilo tamen minus quando ſunt notabiliter aggrauantes ex parte obiecti videtur magis communiter receptum, quod confiteri debeant, ſecus vero ſi ſint notabiliter aggrauantes ex parte ſubiecti, quia iſtæ non conſtituunt ſicut aliæ actum in ſuo eſſe indiuiduali, præfata enim circumſtantia cum ſe teneat ex parte obiecti, & conſtituat actum, vel omiſsionem in ſuo eſſe indiuiduali, eſt in confeſsione aperienda *Bonacin. loco citato num.9. verſ. ratio noſtra*, & hæc diſtinctio refertur per *Garz. de benef. part.3. cap.1. num.143. & 144.*

23 Omittens vero vno die omnes ſeptem Horas Canonicas non committit tot peccata, quot ſunt horæ, ſed vnum tantum peccatum, quia omnes horæ conficiunt vnum officium, & vnica oratio reputatur, & earum recitatio ſub vnico præcepto continetur, cuius vigore cum vna ſit obligatio, vnum quoque committitur peccatum licet magis graue, ſi non adimpleatur, ita de communi *Suar. tract.4. lib.4. cap.25. à num.17. & cap.11. ſub num.7. & lib.3. cap.9. ſub num.15. Graf. lib.2. cap.51. num.14. Sylueſt. verb. Hora num.15. verſ.6. & num.16. Nauar. cap.7. de orat. num.7. Pariſ. de reſignat. benef. lib.1. quæſt.9. num.8. Sà verb. hor. num.14. cum aliis per Garc. de benef. part.3. cap.1. num.132.*

24 Sed qui officium pluries non recitare proponeret, toties in die peccaret, quoties moraliter repeteret voluntatem omittendi officium, vel notabilem ipſius partem, cum tot ſint peccata, quot ſunt actus peccaminoſi interni moraliter interrupti, ita vt ille, qui vno die Diuinum Officium omittit, committat vnum tantum peccatum externum, ſi omiſſio Diuini Officij per ſe conſideretur abſque repetitione, & multiplicatione actuum voluntatis, alias tot peccata committeret, quot actus eliceret *Bonacin. in tit. de ijs, quæ pert. ad priuat. Diuin. Offic. recit. diſ.1. quæſt.5. punct.1. num.7. & 8. tom* 1. qui alios copioſe allegat.

25 Ad quintum negatiue reſpondetur beneficiarium quidem, qui alio die ſupplet defectum in recitatione officij commiſſum, non eximi, & liberari ab onere reſtitutionis, quia in *Concilio Lateranenſi ſub Leone X. & Bulla Pij V.* manifeſte diſponitur eum, qui non recitat ſuo tempore officium, non facere fructus ſuos, ſiquidem obligatio recitandi Diuinum Officium eſt affixa diei & manet cum ipſo die, ſicuti tranſit obligatio de audiendo ſacro in die feſto, & ieiunij in die præſcripto ab Eccleſia, ita vt, ſi illo die præciſe non adimpleatur, ſtatim incurratur pœna de facienda reſtitutione ipſo facto abſque alia Iudicis ſententia, & cum nemo poſſit ſua authoritate ſe à contracta pœna eximere, ſeu contractam purgare, aut ſibi ipſi gratiam facere, manifeſte ſequitur vt, omittens penſum Diuinij Officij perſoluere, ab onere reſtitutionis non liberetur, *Henriq. lib.13. cap.13. num.2. Moſſeſ. cap 5. n.17. Petrus Nauar. lib.1. de reſtit. cap 2. num.180. cum alijs per Bonacin. in tit. de ijs, quæ ad priuat. offic. recitat. pert. diſ.1. quæſt.5. punct.2. num.5. verſ. hinc patet ſolutio to.1. Diana reſol. moral. part.2. tract.12. de Hor. Canon. reſol.24.*

26 Nec infringit, quod ſicuti Capellanus, qui aliquo die ex impoſito onere celebrare tenetur, ſi non celebret, non teneatur reſtituere, ita etiam Beneficiarius ſi alio die ſuppleat penſum horarū, compenſando alijs pijs operibus, quia onus celebrandi non eſt ita diei affixum, vt tranſeat cum ipſo die, ſicut tranſit onus Diuinij Officij recitandi, ita reſpondet *Bonac. loco citato dict. num.5. ante fin.* ſed hanc opinionem probabilem exiſtimat.

27 Notandum tamen eſt beneficiarium poſſe quidem peccare mortaliter omittendo notabilem officij partem, ſed non teneri ad reſtitutionem, vt ſi pars fructuum correſpondens ſit tam pauca, vt non pertingat ad peccatū mortale in furti materia, vt animaduertit *Diana in ſuis reſol. moral. part.2. tract.12. de Hor. Canon. reſol.26. verſ. nota etiam.*

DECISIO CXXIII.

Alias Conſtitutum X X.

Pandulfus in extrema neceſſitate conſtitutus ad mortis imminens periculum euitandum nonnullam pecuniæ quantitatem ad ſuæ neceſſitatis reparationem neceſſariam ſufficientem ſurripuit, & tempore, quo Lanienæ negocio operam dedit doloſis ponderibus, iniuſtoque pondere exiguum ſingulis emptoribus abſtulit, ſuæ tandem conſcientiæ conſulens, annuo pœnitentiæ ſacramenti præcepto ſatisfacturus, Maſſimino Presbytero ab Ordinario (cui ſubditus non erat) ad fidelium confeſſiones audiendas in Diœceſi approbato, ſacramentalem Confeſſionem emiſit. Qui Maſſiminus licet approbatus fuerit, cum ſolita clauſula, nempe: *Vt in Eccleſijs eiuſdem noſtræ Diœceſis de aſſenſu tamen Parochorum confeſſiones fidelium vtriuſque ſexus audire, & ab omnibus peccatis abſoluere præterquam à reſeruatis poſsis, & valeat, &c.* nulla tamen à Parochis impetrata licentia, hoc ſacramentum ſæpiſsime miniſtrauit. Quinimmò non ſolum ſub ſpe ratihabitionis ſuperioris abſolutionem à multis reſeruatis pænitentibus contulit, verum etiam confeſsiones plurimorum alie-

næ Diœceſis ad ſe accedentium audire conſueuit; quapropter proponendis diſceptationibus præbuit anſam.

1 An laborans extrema neceſſitate cum periculo vitæ debeat abſtinere à ſurripiendo, vel potius ſurripere teneatur, & ſui necem minime permittere.
2 An mercator malo pondere exiguum emptoribus auferens peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem.
3 An pœnitens emittens confeſſionem alii Sacerdoti abſque licentia proprii Parochi, ſatisfaciat præcepto annuæ confeſſionis.
4 An Epiſcopus poſſit approbare ad confeſſiones audiendas Sacerdotem non ſubditum.
5 An Sacerdos ab Ordinario approbatus ad audiendas confeſſiones debeat obtinere nouam licentiam à Parocho.
6 An abſolutio à reſeruatis collata ſub ſpe ratihabitionis valeat.
7 An valeat confeſſio facta coram Parocho alienæ Diœceſis.

1 AD primum. In extrema neceſsitate (hoc eſt in eo qui omni auxilio deſtitutus, non habet omnino neceſſaria ad ſubſtentationem, & victum) non conſideratur nec meum, nec tuum, ſed omnia fiunt communia, niſi Dominus rei eadem neceſsitate prematur, & proprerea licitum eſt abſque peccato mortali ſurripere, cum hoc caſu ſurripiens vtatur iure ſuo ſurripiendo rem propter extremam neceſsitatem effectam communem, *ita ex D. Thom. 2. 2. quæſt.66 art.7. & alijs de communi tradit Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ. 2. quæſt.8. punct.3. num.1.2. & 4.tom.2.*

2 In graui vero neceſsitate (hoc eſt in eo, qui nõ habet neceſſaria ad ſuum ſtatum) eſt prohibitum ſurripere, adeo vt laborans graui neceſsitate peccet mortaliter, ſi ſurripiat in notabili quantitate, & teneatur ad reſtitutionem, quia talis neceſsitas non facit rem communem, & dominus rei in ea eſt inuitus *Bonacin. loco citato num.5. & 6.* & contraria propoſitio meritò damnata fuit à S.D.N. *Innocentio Papæ XI. die 2. Martij 1679. vt in aſſert.36.* poſt hæc ſcripta.

3 Quapropter laborans extrema neceſsitate cum periculo vitæ non debet abſtinere, ſed ſurripere poteſt, cum teneatur propriam vitam conſeruare, & minime ſui necem permittere, niſi abſtinere malit ob finem honeſtum, vt ſi ſurripere nequeat, niſi inferat mortem Domino rem iniuſte defendenti, ita ad primam diſceptationem reſpondemus cum *Bonacin. loco citato num.7.*

4 Nemini enim licet ſe ipſum occidere *Gomez. tom.3. var. cap.3. num.13. Filliuc. tract.29.num.62. P. Nauar.lib.2.cap.3.num.14. Molin. tom.4.tract.3. diſ.9.* quia liber homo non eſt dominus vitæ, & membrorum ſuorum *l. liber homo ff. ad l. aquil.* ac propterea iure decretum fuit in *Concil. Bracharenſi*, vt pro illis, qui ſe ipſos occiderunt, nulla fiat oblatio, vel oratio, & vt eorum cadauera non deferantur ad Eccleſiaſticam ſepulturam, qui autem ſe abſtineret à ſurripiendo, & extrema neceſsitate ſe perire fineret, vtique contra iuris prohibitionem ſe ipſum occideret, hinc eſt, quod potius ſurripere, quam à furto abſtinere in tali contingentia teneatur.

5 Quinimmo nemini licet per abſtinentiam etiã moderatam, aut per alias afflictiones ſuæ vitæ abreuiationem procurare, cum quilibet ex charitate ſe ipſum conſeruare, & affectum contrarium non habere teneatur; excuſaretur tamen à peccato, ſi per moderatam abſtinentiam non intenderet ſui necem, ſed virtutem, vt ſi ſolum intentionem haberet compeſcendi ſenſuales concupiſcentias, & in ſeruitutem corpus redigendi, vt alijs allegatis tradit *Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ.2. quæſt. vltim. ſect.1. punct.5. num.9. tomo 2. fol.550.*

6 Ad ſecundum licet ſurreptio rerum minimarum, & leuium ſecundum ſe non ſufficiat ad conſtituendam materiam peccati mortalis, ſi vti ſingula ſumantur, tamen ſi ob moralem continuationem cum præcedentibus nouiſsima minima ablata collectiue conſiderentur, vtique materiam læthalis culpæ conſtituunt, ſi ad ſummam notabilem aſcendant, quia illa minima ſimul ſumpta integrant, & efficiunt vnum totum conſiderabile, & materiam notabilem aptam conſtituere peccatum mortale, hinc eſt quod qui malo pondere, & doloſis menſuris vendit, ſubtrahens aliquid modicum ſingulis emptoribus, peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem, non obſtante quod illa modica à diuerſis perſonis, & non ab vno, & eodem ablata fuerint, quia licet huiuſmodi furta nulli particulari notabiliter noceant, nocent tamen notabiliter toti communitati, quæ circa huiuſmodi ablationem eſt inuita, & remanet læſa, cum omnes illi ſinguli ſimul ſumpti conficiant communitatem, alioquin ſequeretur, quod iniuſtus venditor ditari, ſeù locupletari poſſet cum iactura alterius, & ſine peccato, quod omni iuri repugnat, vt comprobat *Sanch. in opere moral. lib.7. cap.21. num.12. relat. & ſecut. per Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ. 2. quæſt.8. punct.2. num.2. verſ. pro maiori intelligentia ibi idem etiam dicendum eſt.*

7 Hinc eſt quod, qui furatur minima, animo furandi ſucceſsiue maiora, peccet mortaliter, quia ſaltem in voluntate materia eſt ſufficiens ad conſtituendum peccatum mortale, cum habeat pro obiecto ſurreptionem notabilis quantitatis, & eiuſdem malitiæ ſit velle ſurripere, quam ipſe actus ſurreptionis, ita communiter *DD. cum S. Th. 2. 2. quæſt.66. art.6. ad tertium.*

8 Prout etiam qui ſæpius minima furatur abſq; animo ſurripiendi maiora, peccat mortaliter, quando res ablatæ perueniant ad tantam quantitatem, quæ continuatæ cum præcedentibus efficiantur notabiles, quia illa minima furta per moralem continuationem ſimul ſumpta facta computatione cum præcedentibus tamquam notabilis quantitatis afferunt damnum conſiderabile, de quò cum dominus ſit omnino inuitus, neceſſario ſequitur, quod iniuſtus ablator peccet mortaliter *Vaſquez. in opuſc. cap.9. de reſtit. §. 1. dub.5. Sanchez. lib.9. cap.21. num.3. & 6. Clauis reg. lib.9. cap.15. num.2. Azor.3. part. l.5. cap.13. quæſt.4. Filliuc. tract.40. num.242. Turrian. diſ.35. dub.2. num.2.*

9 Aduertendum tamen eſt, ſingula furta minima præcedentia ſeorſim ſumpta abſque intentione furandi in notabili quantitate eſſe tantummodo peccata venialia, quia ſingulorum materia non eſt ſufficiens ad conſtituendum peccatum mortale, ſed ſi per tractum ſucceſsiuum perueniatur ad tantam quantitatem, quæ computata cum

præ-

præcedentibus efficiatur notabilis, vtique committitur peccatum mortale, furti, dummodo ſuſcipiens in actibus ſurreptionis, ſeù in vltima ablatione aduertat ſe præcedentia furta patraſſe, & intrat obligatio faciendæ reſtitutionis, quia materia eſt notabilis ex parte rei ablatæ, malitia eſt ſufficiens ex parte ablatoris, damnum, ſeù vtilitas, quà priuatur Dominus rei, eſt conſiderabilis, ipſe Dominus circa huiuſmodi furta eſt omnino inuitus, quapropter euitari non poteſt, quin committatur peccatum mortale, *ita de communi DD. ſententia teſtatur Sanchez. in oper. moral. lib.7. cap.21. num.3. cum alys per Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ.2. quaſt.8. punct.2. num.2. verſ. dixi in ſecunda propoſitione*, vbi animaduertit non

10 eſſe hoc caſu reſtituendam totam quantitatem ablatam, ſed illa ſolum, quæ ita minuit, vt facta reſtitutione non remaneat amplius quantitas notabilis.

11 Vltra quod ſciendum eſt, vt furta minima paulatim facta ad hoc vt moraliter continuata dicantur ad effectum conſtituendi peccatum mortale, quando ad notabilem quantitatem aſcendunt, neceſſe eſſe vt fiant animo, & intentione furandi notabilem quantitatem, aut non per longa temporum interualla, quia alias moraliter non dicerentur continuata, nec conſtituerent materiam ſufficientem, & aptam producendi peccatum mortale, *vt ex Rebello, Sanch. & Filliuc. docet Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ.1. quaſt.8. punct.2. num.3. tom.2.*

12 Ad tertium. Quamuis Parochiani iuxta formam *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ.* debeant proprio Sacerdoti, hoc eſt eorum Parocho, aut ſaltem cum eius licentia alieno confiteri ſemel in anno nempè in Quadrageſima, ſeù Paſchali tempore, vt reſoluit *Cardin. Bellarm. lib.3. de pœnit. cap.4. cum alys relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.19. num.8.*

13 Nihilominus emittentem confeſsionem ali Sacerdoti etiam abſque licentia proprij Parochi ſatisfacere præcepto annuæ confeſsionis, dummodo ille Sacerdos generaliter ad audiendas fidelium confeſsiones in Diœceſi approbatus ſit, arbitramur, quia Sacerdos approbatus ad confeſsiones omnium ad ſe recurrentium excipiendas gerit vices Parochi in hac parte, & ita communi vſu, & praxi receptum eſſe teſtatur *Bonacin. de pœnit. Sacram. diſ.5. quaſt.6. ſect.5. punct.2. n.1. tom.1. ex Suarez. diſ.25. ſect.1. Filliuc. tract.7. cap.7. quaſt.6. & 8. & alijs.*

14 Quinimmo Sacerdos generaliter approbatus ad omnium pœnitentium confeſſiones audiendas in aliqua Diœceſi, poteſt omnes illius Diœceſis ad ſe accedentes audire, quamuis ad eundem accedant animo vitandi proprium Parochum, quia talis Sacerdos per generalem facultatem ſibi à Superiore attributam audiendi omnium illius Diœceſis confeſſiones ad ſe venientes habet iuriſdictionem abſoluendi, nec refert, quod non ſit proprius Parochus, & concurrat animus vitandi proprium Parochum, quia in hac parte auctoritate Ordinarij gerit vices Parochi, vt ſit in electione pœnitentis, vel hunc, vel proprium Parochum eligere, ac proinde euitatio proprij Parochi non cenſetur in fraudem procurata *Bonacin. loco citato num.7.*

15 Immo Parochus non poteſt ſuis ſubditis prohibere, nè confiteantur huiuſmodi Sacerdoti, ſeù ali Religioſo ab Epiſcopo pariter approbato, quia vigore approbationis ſicuti præfatis fuit attributa facultas audiendi confeſſiones, ita etiam Parochianis cenſetur data facultas, vt poſſint prædictis Confeſſoribus confiteri, itaut non amplius teneantur eadem peccata proprio Parocho in foro pœnitentiali detegere: *ita de communi Nugnus in addit. quaſt.8. art.4. concluſ.3. dub.3. verſ. deinde notandum, & expreſsius artic.5. dub.1. Suarez. diſ.26. ſect.1. & 2. Zerola in prax. de Sacram. pœnit. cap.15. quaſt.3. cum alys per Bonacin. de Sacram. pœnit. diſ.5. quaſt.5. ſect.2. punct.4. num.35. tom.1. Barboſ. de offic. Paroch. cap.19. num.23.*

16 Nec obſtat diſpoſitio *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ.* quia eius diſpoſitio procedit, & intelligenda eſt de proprio Parocho, præciſis priuilegijs, ſecus vero concurrentibus priuilegijs, quibus gaudent Sacerdotes ita approbati ad audiendas confeſſiones, & cæteri Regulares, *vt reſpondet Bonacin. de Sacrament. pœnit. diſt. quinta quaſt.5. ſect.2. punct.4. num.35. verſ. obycies tomo primo.*

17 Quæ omnia procedunt, & intelligenda ſunt habita ratione facultatis, & licentiæ Apoſtolicæ Sacerdoti in hac parte attributæ, ſecus vero ſi eſſet limitata, nam tunc Sacerdos non poſſet excedere limites ſuæ facultatis, & iuriſdictionem propria auctoritate ampliare, *vt notat idem Bonacin. loco citato num.35. verſ. hoc tamen.*

18 Religioſi vero, modo approbati ſint ab Ordinario ex indulto Sixti IV. habent facultatem audiendi confeſſiones extraneorum, ſi ad eos ad hunc effectum accedant, vt alijs relatis tradit *Bonacin. loco citato num.8.*

19 Vltra quod ex priuilegio Alexandri IV. Regulares poſſunt fidelium confeſſiones audire aſſenſu Parochorum minimè requiſito, immò ipſis etiam contradicentibus, vt vigore priuilegiorum eiſdem à SS. Pontificibus conceſſorum colligunt *Doctores Tamburin. de iur. Abbatum tom. 2. diſ.6. quaſt.16. Fra. Eman. in explicat. Bulla cruciat. §.9. n.145. & §.12. num.4. cum ſeq. & quaſt. Regular. tom.1. quaſt.60. art.4. cum alys relat. per Barboſ. de offic. Paroch. cap.19. num.22.* vbi in fine ſubdit hoc procedere, licet Epiſcopi conceſſerint huiuſmodi facultatem regularibus cum Clauſula, quod non vtantur contradicentibus Parochis, quia Ordinarij S. Pontificis in hac re conceſſa priuilegia tollere, limitare, ſeu reſtringere nequeant.

20 Hinc eſt quod Parochus non poſſit in Paſchate denegare Euchariſtiam illi, qui dicit ſe confeſſum fuiſſe approbato Sacerdoti, ſi ſit dignus, & fides adhiberi poſſit, alias exhibere teneretur ſchedulam, ſeù atteſtationem illius, coram quo emiſit confeſſionem *Bonacin. de pæn. Sacram. diſ.5. quaſt.5. ſect.2. punct.4. num.36. tom.1.*

21 Quod tamen melius, tutius, ſecurius, vtilius, & iuſtius ſit confiteri Parochis, quam Religioſis, ſeù alijs priuilegiatis ſaltem, vbi adimpletur præceptum annuæ confeſſionis, latè comprobat *Barboſ. de offic. Paroch. cap.19. num.23. & hoc idem videtur voluiſſe Belarm. lib.3. de pænit. cap.4.* vbi ait, quod ſunt confeſſiones Parochianorum extra quadrageſimam quidem liberæ, in quadrageſi-

ma

ma vero ſunt præceptæ, & lege iuſſæ.

22 Ad quartum negatiuè reſpondemus cum *Bonacin. ex Suarez. & Reginald. quos allegat in tit. de pænit. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 1. num. 16. tom. 1.* Quia approbatio eſt actus iuriſdictionis, quæ non poteſt exerceri in non ſubditum, & conſequenter Epiſcopus non poteſt approbare ad audiendas confeſſiones Sacerdotem, qui non ſubiaceat ſuæ iuriſdictioni, cum neque in ſui Confeſſarium eligere valeat ſubditum alterius Epiſcopi, niſi à ſuo Epiſcopo approbatus ſit, vt ex teſtimonio *Gregorij XIII.* tradit *Suar. diſ. 28. ſect. 6. num. 13.* Si vero Sacerdos alterius Diœceſis fiat aliqua ratione ſubditus ipſi Epiſcopo, vel ratione domicilij, vel habitationis, aut ratione alicuius miniſterij, ad quod obligatur in ſua Diœceſi, tunc ſaltem pro tempore, quo ei fuerit ſubditus, approbare poteſt, cum hoc nullo iure prohibeatur, & vſus, & praxis indicat.

23 Ad quintum. Huius quæſiti reſolutionem ſumere debemus ex traditis *per eandem Bonacin. in dicto tit de pœniten. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 7. punct 4. §. 1. num. 17. & 18. tom. 1.* vbi docet approbatum ab Ordinario pure, & ſimpliciter abſque vlla conditione, nulloque onere impoſito poſſe audire fidelium confeſſiones, etiam non impetratâ licentia, ſeu aſſenſu Parochi, in cuius Parochia hoc Sacramentum miniſtrare voluerit, quia Epiſcopus habet iuriſdictionem in tota ſua Diœceſi independenter à Parochis, eiſque etiam inuitis poteſt ſaluti ſuorum omnium conſulere, & facultatem audiendi confeſſiones concedere: obtinentem verò huiuſmodi facultatem cum ſupradicta Clauſula, ſeu onere obtinendi Parochi aſſenſum, ſolum ex quadam æquitate, & non de rigore iuris, aſſenſum tantum exigere debere ſubdit; probabilius exiſtimans talem facultatem audiendi confeſſiones per hanc loquendi formam non reddi proprie conditionatam, ſed potius connotare modum, quem debet Sacerdos ſaltem ex æquitate ſeruare; pro cuius ſententiæ corroboratione allegat *Suar. diſ. 27. Sayrũ de pænit. cap. 22. num. 1. Coninch. diſ. 8. dub. 3. num. 2. & 26. Henriquez lib. 3. de pænit. cap. 12. Zerola in prax. cap. 15. quæſt. 3. Reginal lib. 3. num. 40. & 67.*

24 Ad ſextum. Omnino dicendum eſt abſolutionem à reſeruatis collatam ſum ſpe ratificationis ſuperioris minimè valere, quia ſolum ratihabitio de præſenti, & non de futuro eſt ſufficens ad conferendum iuriſdictionem, vt valide ſacramentalis abſolutio conferri valeat, ratihabitio autem de præſenti non poteſt ſibi locum vindicare in caſibus reſeruatis, ſicuti ſibi locum vindicat in caſu, quo ſuperior videns Sacerdotem non approbatum, vel Parochus Sacerdotem licet approbatum in ſua Parochia audire confeſſiones, ſileret, quia caſus reſeruati ignorantur à ſuperiore, & non cadunt ſub aſpectu, cum cordium & conſcientiarum ſcrutator eſſe nequeat, & propterea licet ſuperior videret confeſſarium audire fidelis confeſſionem, quamuis taceret, nihilominus quo ad caſus reſeruatos ratam habere de præſenti confeſſionem illam dici non poteſt, & conſequenter multo magis, ſi abſolutio collata fuerit ſub ſpe ratihabitionis de futuro, ſiquidem non fuit valida tempore prolationis formæ defectu iuriſdictionis, qua eo tempore Sacerdos carebat, neque conualidaretur per ſubſequentem ratihabitionem, quia ea adueniente iam eſt tranſactus actus abſolutionis inualidus, & iam præceſſit forma abſolutionis, quæ fuit nulla ad tradita per *Bonacin. de pœnitent. ſacram. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 1. num. 13. tom. 1. & in puncto Dian. reſol. moral. par. 6. tract. 6. reſol. 57. verſ. ſed ſententiam Suarez. ex Váſquez tom. 2. quæſt. 93. art. 2. dub. 2. & Card de Lugo de Sacram. pænit. diſ. 19. ſect. 2. nu. 21. quos allegat. Coninch. de Sacram. diſ. 8. dub. 4. nu. 34. & ſeq.*

25 Qui enim caret iuriſdictione abſolutionem valide conferendi, nullo modo ſufficit, ſi poſtea Superior ratum habeat, nec ſpes ratihabitionis poteſt in illo actu tribuere iuriſdictionem, cum miniſtratio huius ſacramenti præſupponat in minimo iuriſdictionem in actu, & non in potentia, cum nullo modo poſſit pendere à conditione futura, & ratihabitio ſubſequens non poteſt efficere, vt abſoluens in illo actu habuerit iuriſdictionem actualem, aut vt ſacramentum inualide collatum conualeſcat, trita eſt enim iuris regula, id, quod à principio eſt nullum tractu temporis conualidari non poſſe, tanto magis, quia abſolutio non confertur nomine Superioris, ſed nomine Dei, vt oſtendit eius forma, & conſequenter Superior ratam habere nequit, iuxta aliam Iuris regulam 9. Ratum habere quis non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum, vt animaduertit *Coninch. de Sacramen. diſ. 8. dub. 4. num. 34. & ſeq.*

26 Nec in hoc caſu ſibi locum vindicare poteſt illa iuris regula, quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, quia eius diſpoſitio procedit in contractibus, vel in alijs actibus, qui in ſui valore immediatè pendeant à ratihabitione alterius, ita vt per iuris fictionem conualidentur vigore retrotractionis, ſecus verò in actionibus ſacramentalibus, quæ ſi ab initio non valeant, non poſſunt per hanc iuris fictionem valorem, & firmitatem acquirere, vt comprobat idem *Coninch loco citato*. Vltra quod ratihabitio comparatur mandato in ijs, quæ ſunt in iure expreſſa, quod in noſtro caſu in iure expreſſum non reperitur, ac proinde retrahi non poteſt, ita *Bonacin. de pænit. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 1. num. 13. verſ. nec obſtat regula tom. 1.*

27 Et quod ratihabitio de futuro non ſufficiat ad dandam iuriſdictionem; vt confeſſio valida cenſeatur, *Baſſeus in verb. Confeſſarius 2. num. 18. Card. de Lugo diſ. 19. ſect. 2. Hurtad. de pænit. diſ. 10. diſ. 5. Tolet. lib. 3. cap. 13. num. 22. Fagundez par. 2. lib. 7. cap. 2. nu. 71. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. diſ. 35. Villalobos in ſumma tom. 1. tract. 9. diſ. 51. num. 2. Reginald. lib. 1. cap. 8. num. 90. & 91. Perez de matrim. diſ. 41. ſect. 1. Sylueſt. verb. Confeſſor. 1. quæſt. 6. Sotus in 4. diſ. 18. quæſt. 4. art. 3. Beccan. de ſacrament. cap. 38. Homobon. de exam. Eccleſiaſt. par. 1. tract. 4. cap. 11. quæſt. 105. Vaſquez quæſt. 93. art. 2. dub. 2. Candid. tom. 1. diſ. 1. art. 9. dub. 2. Bonac. de pænit. Sacram. diſ. 5 quæſt. 7. punct. 4. §. 1. num. 13. tom. 1. Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 4. reſol. 11. & par. 6. tract. 4. reſol. 68.*

28 Contrarium vero docent *Nugnus in addit. ad 3. par. tom. 2. quæſt. 8. art. 5. dub. 2. Cruzerſ. in reg.*

D. Fran-

D. Franciſ. cap. 7. ſect. 22. Peregrin. in coment. ad Con. ſtit. Clericor. Regul. par. 1. cap. 9. lit. C. §. 3. & probabiliter exiſtimauit Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 9. nu. 242. qui alios allegat; ſed hæc ſententia communiter reprobatur, vt teſtatur *Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 4. de ſacram. reſol. 68. in fin.*

29 Ad hoc autem vt ratihabitio ſuperioris de præſenti tribuat iuriſdictionem, vt abſolutio in forma valida conferatur, neceſse eſt vt ſuperior aliquo ſigno externo ratam habeat abſolutionem huiuſmodi de præſenti, ſecus vero, ſi nullo ſigno externo eius tacitum aſſenſum non demonſtrauerit, quia per dictum ſolum ſignum externum redditur certus Confeſſarius de ſua iuriſdictione eodem ſigno collata mediante ratihabitione de præſenti, alioquin non concurrente aliquo ſigno externo, nullum fundamentum habet, in quo fundari poſsit eius certitudo ſuperioris ratificationis, cum poſsit ratificare, & non ratificare, & ſic cum non ſit in actu, non releuat, ſi ſit in potentia, cum poſſit eſse, quod nunquam ſit futura, hinc eſt, quod in adminiſtratione Sacramentorum potentia debet eſse redacta ad actum, alias non conficitur Sacramentum, *Bonacin. de panit. ſacram. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 1. num. 13. verſic. ſecundo ratihabitionem tom. 1. qui allegat Vaſquez, Nugnum, Nauar. Syluest. Sanchez, Peſantium, Reginald. Henriquez contra Capreolum, & alios,*

30 vbi ſubdit non valere abſolutionem tanquam collatam abſque iuriſdictione nullo ſigno externo conceſsa in caſu, quo Sacerdos audiret confeſſionem ſciente ſuperiore ſi abſit, etiam ſi taceat, quia per hoc ſolum quod ſuperior taceat, vel non contradicat, non cenſetur ſignum interni conſenſus exhibere, & iuriſdictionem conferre, nam qui tacet neque conſentire, neque diſſentire videtur, & poteſt eſſe, quod non diſſentiat, ex quo credat Sacerdotem aliunde habere neceſſariam facultatem, *Coninch. de ſacrament. diſ. 8. dub. 4. num. 34. & ſeq. & præcipuè in verſ. vnde ſequitur tertio, & in verſ. ſequitur,* quinto animaduertit grauiter peccare, qui ita confeſſionē audire incipit, quia initio inualide confeſſionem audit cū iniuria pœnitentis, & ipſius Sacramenti, ac vſurpatione alienæ iuriſdictionis.

31 Ad ſeptimum arbitramur valere confeſſionem factam coram Parocho alienæ Diœceſis, dummodo fiat bona fide, & non in fraudem legis nempè cauſa euitandi proprium Parochum, ſiquidem iter agentes poſſunt ſua peccata confiteri Parocho, vel alio approbato Sacerdoti loci, ad quem ſe contulerunt, dummodo iter non faciant in fraudem, & cauſa euitandi proprium Parochum, vt ex conſuetudine in Chriſtiana republica introducta deducitur, & quamuis Parochus, ſeù alius Confeſſarius non habeat iuriſdictionem in ſubditos alienos, tamen ex præfata conſuetudine ſufficienter collata cenſetur non ratione ſui præciſè, ſed ratione taciti conſenſus, & approbationis ſuperioris ſcientis, & non contradicentis, verum ſi in fraudem legis, ſeù cauſa euitandi proprium Parochum confeſſio fieret coram Parocho alienæ Diœceſis, vtique non valeret defectu iuriſdictionis, quæ à præfata conſuetudine hoc caſu conferri non poteſt tamquam contra mentem S. Pontificis, & contra eius intentionem, & conceſſionem, ita ex *Coninch. Vaſquez, Suarez, Reginald. Sot. Henriq. & alys in locis per eum relatis tradit Bonacin. de pœnit. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 6. ſect. 5. punct. 2. num. 5. & 6. tom. 1.*

32 Hinc eſt, quod Parochus non poſſit miniſtrare Euchariſtiæ Sacramentum pœnitentibus, qui in fraudem proprij Parochi data opera acceſſerunt ad Confeſſarios extra Diœceſim exiſtentes, ipſiſque ſua peccata confeſſi fuerunt, tum quia hoc caſu illi Confeſſarij tamquam non approbati ab Ordinario Cōfeſſarij ipſis pœnitentibus defectu iuriſdictionis non poſſunt validam abſolutionem conferre, & conſequenter ijs pœnitentibus vti non legitimè, & nulliter confeſſis iure merito eſt deneganda Euchariſtia, cuius ſumptioni legitima præcedere debet peccatorum confeſſio, ſecus verò ſi non data opera adinuenirint alium confeſſarium extra Diœceſim, vel Religioſos habentes priuilegium abſoluendi quoſcunque vniuſcunque Diœceſis, quamuis ad eos data opera accedant, cum hoc caſu Euchariſtiæ Sacramentum non ſit denegandum, cum inferiores non poſſint derogare priuilegijs à Sede Apoſtolica conceſſis, *Rodriquez tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 60. art. 6. & art. 8. vbi quod confeſſi Regularibus,* ita priuilegiatis non teneantur iterum proprio Parocho confeſſionem repetere, cum alijs allegatis per *Bonacin. in tit. de pænitent. ſacrament. diſ. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 1. numer. 9. tom. 1.*

33 Habens verò duplex domicilium, in quibus habet diuerſa anni parte æqualibus vicibus poteſt coram vtroque Parocho confeſſionem facere, cum vtriuſque ſit Parochianus, vt ex *Nauar. Henriquez, Suarez, Filliuc. notat Bonacin. loco citato num. 2.*

DECISIO CXXIV.

Alias Conſtitutum XXI.

Appollonius fæliciter diuino præſidio hoſtium ſuperatis inſidijs, collati beneficij memor ad debitas Deo retribuendas gratias diſſolutis prius ſponſalibus, quæ antea cum Marcellina contraxerat, votum caſtitatis, & Religionis emiſit. Verum antequam executioni demandauerit, Emerentianam virginem præfatæ Marcellinæ filiam cum Matrimonij promiſſione defloraiut, & non obſtantibus ſponſalibus antea cum eius Matre contractis, ac voto Religionis emiſſo in vxorem duxit, ſed tractu temporis in adulterio deprehendens, ſubitanea ira commotus interfecit. Quapropter fuerunt propoſitæ infraſcriptæ diſceptationes.

1 An ex ſponſalibus mutuo conſenſu diſſolutis oriatur impedimentum publicæ honeſtatis.
2 An qui facto voto Religionis, vel caſtitatis virginem defloraiut cum promiſſione matrimonij teneatur potius matrimonium contrahere, quam votum adimplere.
3 An Maritus tuta conſcientia poſſit occidere Vxorem in adulterio deprehenſam.

1 AD primum. Impedimentum publicæ honeſtatis (quod eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens robur trahens ab Eccleſiæ in-

ſti-

ſtitutione propter eius honeſtatem, vt definitur à *D. Thoma 4. diſ.41.quæſt.vnica ar1.1.quæſt.4.* in corpore) eſſe impedimentum perpetuum, ita vt nec morte alterius ſponſi extinguatur, tradit *Sanch de matrim.lib.7.diſ.68.num.20.tom.2.ex cap. ſponſal.& cap.ſi quis vxorem, & cap. ſi quis deſponſauerit il 2.27.quæſt.2.gloſ. in cap. vnico de ſponſ. in 6.verb.publicè, Abb.in cap.ſponſam num. 2.de ſponſal. Toled.lib.7. ſummæ cap* 10. *num.*2. Ac proptere a dicendum eſt, quod licet ſponſalia communi conſenſu diſſoluantur, oritur tamen hoc non obſtante ex eis impedimentum publicæ honeſtatis, quia nulla maior ſponſalium diſſolutio accidere poteſt, quam alterius ſponſi morte, ſed in tali caſu durat etiam impedimentum, ergo durare debet in caſu, quo ſponſalia mutuo conſenſu diſſoluantur, vt comprobat idem *Sanchez loco citato num.* 21.

2 Et licet oppoſitum docere conentur, *Sà verb. Matrim.num* 12.*Baſil.Pont.de matrim. lib.7.cap.36. num.9. Guttier de matrim. cap.*103. *num.*11.*Rebell. par 2.lib.3.quæſt* 14.*num.*3.*relatis à Dian.reſol.moral par.3.tract.4.de ſacram.reſol.*222. vbi ex Sacræ Congregationis Cardinalium reſolutione, ſi ſponſalia diſſoluantur mutuo contrahentium conſenſu, ſunt inualida, & nulla, ac proindè habeantur, perindè ac ſi contracta non fuerint; & conſequenter non poſſunt producere effectum huius impedimenti, cum actus nullus non poſſit cauſare effectum validum, ergo ex ſponſalibus mutuo conſenſu diſsolutis nullum naſcitur impedimentum, nec infringit quod morte alterius ſponſi duret hoc impedimentum, quia in morte, qui contraxit ſponſalia, cenſetur in eadem voluntate deceſſiſse, vel ſaltem debuiſse decedere, quod non procedit in caſu noſtro, in quo concurrit voluntas expreſsa diſsolutionis ſponſalium, per quam voluntaris mutationem ſicut remanet diſsolutum principale, hoc eſt ſponſalia, ita debet corruere acceſsorium, ſcilicet huiuſmodi impedimentum, quod ſequitur naturam ſui principalis, & cum ipſo regulari debet.

Non eſt tamen recedendum ab affirmatiua ſententia, cum ita fuerit vltimo loco à Sac.Congreg.declaratum, & hanc nouam declarationem eſſe in vſu, & praxi receptam tradit *Corrad. in prax.diſpenſ.Apoſtolic. lib.8.cap.7. num.*14. *fol. mihi* 362.

3 Ad ſecundum. Affirmatiua ſententia tamquam communiter recepta ſicut magis placet *Sanchez de matrim. lib.*1.*diſ.*45. *num.*3. ita pariter nobis placere debet, qui igitur prius votum Religionis, aut caſtitatis emiſit, & poſtea Virginem defloraiut cum promiſſione matrimonij, non obſtante voto tenetur ad contrahendum matrimonium, ſi puella in actu deflorationis nullam ſanè habebat notitiam, & votum ſtupratoris promittentis ignorabat, quia vinculum iuſtitiæ magis ligat, quam vinculum charitatis, ſed propter vinculum charitatis ſuperueniens quilibet tenetur ſuſpendere votum Religionis, vt ratione parentum indigentiæ, ergo à fortiori multo magis ſponſus propter vinculum iuſtitiæ, quo obſtrictus eſt erga Sponſam, tenetur ſuſpendere votum Religionis contrahendo matrimonium cum deflorata muliere ad euitanda ſcandala, & ne diffamata remaneat; ſiquidem ex hoc quod deflorator fœminam ducat, non remanet abſolutus a voto, ſed tantum voti executio ad tempus differtur, ita vt diſſoluto matrimonio, teneatur votum adimplere, votum enim certum eſt, quod non obliget rebus notabiliter mutatis, & re non integra, hic autem notabiliſſima ſuperuenit mutatio ratione iuſtitiæ, cuius vigore ingreſſus Religionis effectus eſt illicitus ob grauem iniuriam, quæ puellæ irrogaretur, & ob grauiſſimum proximi damnum, ſi votum impleretur; Si vero fœmina nouerat eius votum, ſponſus non tenetur illam ducere, ſed potius tenetur ad ingreſſum Religionis, quia hoc caſu fœmina non fuit decepta, ſed ſe ipſam decipere voluiſſe cenſetur, ita *Sanchez de matrim.lib.*1.*diſ.*45.*nu.*3. *tom.*1. *Gutierez tract. eod. cap.*35. *num.*7. *Vaſquez opus de reſtit.cap.*3.*§.*2.*dub.*6.*num.*16.*& ſeq. Azor. 3.part.cap.5.diſ.vltim. Leſſ. lib.2.cap.20.dub.4.q.*32. *Coninch. de Sacrament.diſ.*23.*dub.*7.*concl.*6.*dub.*24. *Reginald. tom.*2.*lib.*31.*cap.*36.*num.*254.*Bonacin. de Sacrament.Matrim.in tit. de ſponſal.quæſt.*1.*punct.*5. *num.*7. *tom.* 1. *fol. mihi* 281. *& probabilem appellat Dian. reſol. moral. part.* 3. *tract.*4. *de Sacrament. reſol.*280.

Nec infringit, quod magis adimplenda ſit promiſſio facta Deo tamquam grauior, & prior, quam facta fœminæ vti minus grauis, & poſterior iuxta regulam, prior tempore potior in iure, quia promiſſio facta Deo cedere debet poſteriori propter notabilem rerum mutationem, & propter grauiſſimum iuſtitiæ vinculum ſuperueniens, vt reſpondet *Sanchez, & Bonacin.locis citatis*, qui alijs contrarijs reſpondent.

Et quamuis contrariam ſententiam conetur deffendere *Diana loco citato* tamen ita concludit, igitur dicendum eſt vtramque ſententiam ex ſupradictis ſatis probabilem eſſe, vndè ſi quis habens votum Religionis deflorauerit Virginem cum promiſſione coniugij poteſt, vel tale matrimonium contrahere, vel Religionem ingredi.

Nec turbare debet ratio adducta per eundem *Dianam*, quod deflorans Virginem non teneatur ratione promiſſionis, quia nulla fuit tamquam promiſſio rei illicitæ contra votum, quia aliud eſt, quod huiuſmodi promiſſio male fiat, & quod fieri non deberet, aliud eſt ſi de facto fiat, quod non obliget ad contrahendum matrimonium, cum ratione iuſtitiæ ſtante notabili ſtatus mutatione compellatur ad implendam promiſſionem polliciti matrimonij, & ſic qui contrahit matrimonium per verba de præſenti, diſſoluitur à vinculo ſponſalium antea contractorum quare &c.

4 Ad tertium. Iure Cæſareo non permittitur Maritis vxores etiam in adulterio deprehenſas interficere, ſed ſolum adulteros in fragranti crimine in domo propria tantum, & non alibi repertos, ſi ſint perſonæ viles, vel infames iuxta *text. in l. marito ff. de adulter.* ſi vero adulter non ſit vilis perſona non licet illum impunè occidere, ſed ſi de facto occidatur non punitur reus huius criminis pœna vltimi ſupplicij propter iuſtum dolorem, ſed mitiùs pœna extraordinaria

iuxta

iuxta delinquentis qualitatem, & conditionem, vt ſi ſit humilis perſona condemnationis in Metallum, ſi ſit honeſtior relegationis in inſulam *l. ſi adulterium cum inceſtu §. Imperatores ff. de adulter. aut exilij, l. Gracchus C. eod. tit. de adulter. Iul. Clar. in §. homicidium verſ. ſed quid dicendum, latè Couar. 4. decret. 2. part. cap 7. num. 1. Sanchez de Matrim. lib. 10. diſ. 8. nu. 32. tom. 3. Pariſ. conſ. 154. n. 12. lib. 4. Soccin. iun. conſ. 34. lib. 2.*

5 Sed in Hiſpania non ſolum permittitur viro adulterum, & vxorem in ſcelere deprehenſos impunè propria authoritate interficere, vt teſtatur *Sanchez de matrim. lib. 10. diſ. 8. num. 32. verſ. at vero tom. 3. qui leges, & alios recenſet*, verum etiam adſunt decreta, per quæ mulier, & adulter traduntur in manibus Mariti, vt de eorum perſonis, & bonis poſſit facere, quid velit, vt tradit, *Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 177. fol. mihi 50. vbi num. 75.* ſubdit in Regno Neapolitano pariter adeſſe conſtitutionem concedentem facultatem marito vxorem, & adulterum in ſcelere compertos occidere, nulla tamen mora protracta, & abſque vlla diſtinctione, an ſit nobilis, vel vilis.

6 Et quamuis Mulier eſſet prægnans, nihilominus vigore dictarum conſtitutionum iſta qualitas non aggrauaret delictum, vt aliqua homicidij pœna vir homicida puniendus eſſet *Baiard. loco citato num. 178.*

7 Hinc eſt quod Maritus Clericum cum vxore in adulterio deprehenſum percutiens non incidit in pœnas canonis, ſi quis ſuadente diabolo *per text. in cap. 3. in fin. de ſentent. excommunic. & de communi Doctor. ſententia ex Anton. Gomez tradit Clar. in §. homicidium verſ. ſed quid circa med.* vbi quod hoc caſu ſatis ſit habere abſolutionem à proprio Epiſcopo.

8 Quæ omnia intelligenda ſunt, vt ſolum procedant in marito, non autem in ſponſo per verba de futuro, *vt ex gloſ. & Didac. ſubdit idem Clar. loco citato.*

9 Vlterius Maritus in caſu à iure ciuili permiſſo ita occidens adulterum, vel adulteram in Terris Imperij tantum eſſet tutus, ſed in Terris Eccleſiæ puniri poſſet pœna capitali, *vt ex Anton. Felin. & Couar. docet Baiard. ad Clarum in §. homicidium num. 179.* vbi refert contrarium tenere *Neuizan. in ſylua nupt. lib. 1. in verb. non eſt nubendum num. 84.* atteſtantem de communi, quod etiam in terris Eccleſiæ puniri nequeat, *Pariſ. conſ. 154. num. 12. vol. 4. & Ceph. conſ. 305.*

10 Quarum legum, & conſtitutionum authoritatibus innixi, etiam in foro poli, maritum tuta conſcientia vxorem in adulterio deprehenſam interficere poſſe voluerunt *Caſtill. in l. 82. Tauri num. 6. in fin. & ibi Gomez num. 52. in fin. & l. 76. in fin. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 7. num. 22. & vſufreq. cap. 8. & illuſt. cap. 94. n. 4. Azeuedus lib. 8. tit. 20. leg. 1. in fin. & lib. 4. tit. 10. leg. 1. num. 21. & hanc ſententiam probabilem indicat Leſſius lib. 2. cap. 9. dub. 5. num. 16.* & huic opinioni ſe ſubſcripſiſſe ſuo tempore multos Theologos Salamanticenſes, quorum alij veram, alij probabilem, & omni cenſura liberam aſſeruerunt, tradit *Baſil. Pontius de matrim. lib. 9. cap. 15. num. 4. & 20. cum alijs Doctoribus copioſe relatis per Sanchez de matrim. lib. 10. diſ. 8. num. 37. tom. 3.* quia tunc maritus id non efficit tanquam priuata perſona, ſed tanquam miniſter iuſtitiæ *ex l. marito C. de adulter. & l. Gracchus eod. tit.* & lege permittente, & dummodo non liuore vindictæ, ſed iuſtitiæ zelo perimat, non eſt dubitandum quod leges ciuiles in foro conſcientiæ ſint ſeruandę.

11 Nos autem ab hac ſententia omnino diſcedere debemus, quia quidquid ſit in foro contentioſo, & de iure ciuili, certum eſt in foro conſcientiæ non licere Patri, neque Marito, neque filiam, neque vxorem, neque adulterum in ſcelere deprehenſos interficere, & ita interficientes læthalis criminis reos effici, quamuis authoritate iudicis huiuſmodi delictum committerent, quia præfatæ leges ſolum permittunt impunè occidere poſſe adulteros, quia parcunt vehementiſſimo dolori, & ſubitaneæ iræ, qua concitatus, & commotus vir iniuriam ſibi irrogatam adulterorum interfectione vindicat, nam difficilè creditur conceptum dolorem, & ſubitaneam iram temperari poſſe, ſed leges permittentes aliquid impunè fieri cum tantum permittant, ſed non mandent, minimè à culpa excuſant, vt latiſſimè multis exemplis exemplificat *Tiraquel. l. 9. Connub. num. 1. & ſequent. & propterea Nicolaus ſcribens Alberio Archiepiſc. in cap. inter hac 33. quæſt. 2.* dicit non licere ſecundum Eccleſiaſticas leges vxorem adulteram interficere, vbi latè *Barboſ. in collect. tom. 4. part. 2.* Iniuſta enim reputatur, parte non audita, huiuſmodi conceſſio facultatis generalis reos occidendi, immo impium iudicio ſuo exiſtimauit *Clar. in §. homicidium verſ. ſed hac in fin.* quod apud nos vigeat aliqua lex, quæ peccatum mortale committi permittat, & in foro poli hoc minimè licere comprobat, vndè non eſt amplius de hoc dubitandum, nam ex contraria ſententia daretur occaſio occidendi impunè quemlibet fingendo, quod cum vxore voluerit commercium habere, & exponeretur manifeſto periculo animæ, nemo enim debet ſibi dicere ius, ac proinde maritus non propria authoritate reos interficere, ſed iuſtitiæ debita pœna plectendos relinquere debet, vt concludit *Diana reſol. moral. part. 3. tract. 4. de Sacram. reſol. 223. & pro hac ſententia ex Theologis, & Iuris Peritis innumeri Doctores allegantur à Sanchez de Matrim. lib. 10. diſ. 8. num. 39. tom. 3. & contraria ſententia reprobatur à 48 Doctoribus, quos citat, & ſequitur Barboſ. in collect. tom. 4. p. 2. cauſ. 33. quæſt. 2. cap. inter hac Baſil. Pont. de Matrim. lib. 9 cap. 15. Gutierz quæſt. pract. lib. 2. quæſt. 1. n. 22. Decian. in pract. crim. lib. 9. cap. 15 fin. Couar. 4. dec. 2. par. cap. 7. §. 7. num. 9.*

DECISIO CXXV.

Alias conſtitutum XXII.

Saneſius Sacramentalem Confeſſionem facturus, præmiſſa ſui ipſius diligenti diſcuſſione reperijt coram pluribus bonam Iuliani famam denigraſſe; ſæpe ſæpius delectatum fuiſſe de præterita copula habita cum defuncta Vxore, & non obſtante quod voto Ieiunij pro die Veneris, & duplici alio voto caſtitatis adſtrictus eſſet tempore

Quadrageſimæ præſata die fregiſſe ieiunium, & cum Agrippina frequenter conſueuiſſe ſuam explere libidinem, immò ad eius honorem conſulendum abortum concepti fœtus procuraſſe, quæ perpetrata crimina, vt valide cum ſuis circumſtantijs in foro pœnitentiali detegeret, inſtantiſſime quæſiuit.

1 An detractor teneatur in confeſſione exprimere numerum perſonarum, coram quibus detraxit.
2 An Sponſus, ſeù Viduus ſi delectetur de copula præterita habita, ſeu de futura habenda cum vxore defuncta, ſeu deducenda, peccet mortaliter.
3 An frangens ieiunium aliquo die Quadrageſimæ, quo etiam ex voto ieiunare tenebatur, debeat in confeſſione aperire hanc circumſtantiam.
4 An circumſtantia conſuetudinis peccandi ſit neceſſario exprimenda in confeſſione.
5 An qui habet duo vota caſtitatis cognoſcendo fœminam tenentur vtrumque votum explicare.
6 An liceat procurare abortum ad euitandum periculum infamiæ, aut vitæ alicuius puellę prægnantis.

1 AD primum. Quoniam peccatum à circumſtantijs poteſt moraliter diuerſam recipere deformitatem, talem tribuens in eodem actu qualificationem, vt neceſſario exprimenda veniat in confeſſione, ne in forma inualida facta dicatur, peccati enim circumſtantia eſt quædam conditio non pertinens ad ſubſtantiam actus ipſius peccati, ſed quid extrinſecum extra actus ſubſtantiam, tamquam accidens attingens ipſum actum, *vt ex Zerola in prax de pœnit. cap. 12. quæſt. 1. animaduertit Bonacin. de pœnit. Sacrament. diſ. 5, quæſt. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. n. 1. tom. 1. fol. 164.*

2 Diuerſæ ſunt circumſtantiarum differentiæ, vt videre eſt apud *Bonacin. loco citato*, verum cum ad ea potiſſimum reduci poſſint, quæ aggrauant, & quæ mutant ſpeciem, ideo notandum eſt. Circumſtantię licet notabiliter aggrauantes in eadem ſpecie, cum non contineant ſpecialem deformitatem ſpecie diſtinctam ab ea, quæ eſt in ipſo peccato, non ſunt neceſſario explicandæ in Confeſſione *D. Thom. in 4. diſ. 16. quæſt. 3. art. 2. Zerola in prax. de pœnit. cap. 12. quæſt. 5. Sayr. de pœnit. cap. 8 num. 3, Medina Codice de confeſſion. quæſt. de circumſtantijs.* Quod deſumitur ex di-
4 ſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *in ſeſſ. 14. cap. 5.* ex cuius doctrina de neceſſarijs ad pœnitentiæ Sacramentum, illæ tantum circumſtantię ſunt exprimendæ in confeſſione, quæ mutant ſpeciem, implicite igitur videtur ſupponere, & demonſtrare circumſtantias tantùm aggrauantes non eſſe neceſſario in confeſſione patefaciendas, ne nimis durum, & oneroſum fidelibus reddatur hoc Sacramentum.

5 Circumſtantiæ vero mutantes ſpeciem peccati, cum habeant ſpecialem repugnantiam cum recta ratione diuerſa ab eo, quæ eſt in ipſo peccato ſecundum ſe, vt tradit *D. Thom. in 4. diſ. 16. quæſt. 3. art. 2.* & cum ſpeciali prohibitione prohibeantur *iuxta Scot. in 4. diſ. 17.* neceſſario explicandæ veniunt in confeſſione, ratione peculiaris deformitatis, & malitiæ, quam habent *Sayr. de pœnit. cap 8. num. 13. & 14. Ledeſm. tit. eod. num. 18, Pitigianus 2. part. diſ. 17. quæſt. vnic. art. 5. concl. 1, Suar. diſ. 21. ſect. 2.*

6 In detractionis vero crimine (vt aggrediamur noſtrum proprium dubium) licet videantur omnes detractiones eiuſdem ſpeciei per ſe loquendo, quamuis vna poſſit eſſe maior altera ratione grauitatis materię, cum omnes habeant repugnantiam, & oppoſitionem ad eandem ſpeciei virtutem, & perfectionem *Emanuel Sà verb. contumelia num. 1.*

7 Tamen etiam in huiuſmodi crimine addi poteſt alia circumſtantia, quæ mutet ſpeciem neceſſario in confeſſione aperienda, vt in detractione contra Sacerdotem, ex quo habet adiunctam malitiam contra reuerentiam Sacerdotibus debitam *cap. Sacerdotes 6. quæſt. 1. Nolite tangere Chriſtos meos*, aut in detractione contra Parentes, ex quo habet malitiam contra pietatem, & honorem parentibus exhibendum, vt cauetur in decalogi præceptis, aut in detractione facta ex odio, vel ira, quæ habet aliam malitiam ipſius odij, & iræ, *vt ex Reginald. Clau. Reg. Valent. Fillinc. & alijs tradit Bonacin. in tit. de reſtitut. in particular. diſ. 4. quæſt. 4. punct. 1. num. 8. & 9. tom. 2. fol. 505.*

8 Ille igitur, qui coram pluribus detraxit, tenetur in confeſſione exprimere hanc circumſtantiam, ſeu numerum perſonarum, coram quibus detraxit, & proximi famam denigrauit, alias Confeſſarios non benè poſſet ſuum proferre iudicium in reſtitutionis onere imponendo, ſiquidem per ſimplicem manifeſtationem peccati detractionis non cenſetur ſufficienter expreſſa circumſtantia ſcandali, & proximi ruinæ, quod cum aduerſetur virtutibus Charitatis, & Iuſtitiæ, exigit, vt ſpecialiter ſub clauibus aperiatur, tanto magis, quia tot peccata diuerſa numero commiſit, quot ſunt perſonæ, coram quibus detraxit, & peccata diuerſo numero certum eſt, quod ſunt aperienda in confeſſione, ita *Bonacin. de pœnit. Sacrament. diſ. 5. quæſt. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diſ. 3, num. 21. tom. 1. fol. 167. ex Sanchez, Sayr. Syluеſt, quos allegat*, & hoc idem procedere in eo, qui coram pluribus loquatur de rebus turpibus, exemplificat.

9 Ad ſecundum. Delectatio dupliciter haberi poteſt, ſcilicet primo de ipſa cogitatione, vt quando obiectum delectationis ſit ipſa cogitatio, & ſimpliciter ad eam ſolum habeatur affectus, ſecundo de re cogitata, vt ſi delectatio non detineatur tantum in ipſa cogitatione, ſed in obiecto, quod in mentem venerit, & ad ipſam rem dirigatur affectus, *Bonacin. de Matrim. in tit de ijs, quæ pertinent ad vſum Matrim. quæſt. 4. punct. 8. num. 2. tom. 1. fol. 366.*

10 Sed quia voluntas in actibus internis poteſt efficaciter & inefficaciter operari, ideo animaduertendum eſt, actum internum voluntatis duplicem eſſe vnum efficacem, alterum inefficacem, actus efficax dicit ordinem ad executionem, vt ſi quis delectetur de fornicatione intendens illam actu committere, quod cum reſpiciat actum externum executioni demandandum, recipit illas cõditiones, & circumſtantias, quas recipit actus conſumatus, vt ſi habeatur intentio cognoſcendi virginem, acquirit circumſtantiam ſtupri, actus inefficax non dicit ordinem ad executionem, vt ſi quis delectetur de copula abſque deſiderio illam committendi, vt tradit *idem Bonacin: loco citato num. 3.*

11 Delectatio vero moroſa procedens (non tantum à mora temporis, quantum à mora rationis, vt ſi poſita aduertentia malitiæ actus, adhuc delectatio admittatur) ſi ſit de ſola cogitatione rei illicitæ non eſt ex ſe peccatum pro vt eſſe poterit ſi ſit de re mala, & turpi, cum bonitatem, & malitiam formaliter recipiat à motiuo efficaci, & inefficaci, pro vt fertur ad obiectum mediante ipſo motiuo malo, vel bono *Clauis Regia lib. 8 cap. 7. ad tradita per D. Thom. 1. 2. quæſt. 74. n. art. 8 & communiter DD.*

12 Inter coniuges autem videntur liciti omnes actus voluntatis de copula futura, vel præterita tempore coniugij, cum omnes hi actus obiectum licitum, nullamque delectationē veneream in præſenti ponant, & conſtare apud omnes tradit *Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 47. n. 1 tom. 3.*

13 An autem licita ſit talis delectatio appetitus ſenſitiui, quæ conſurgit ex cogitatione copulæ habendæ tempore coniugij, vel habitæ eodem tempore poſt matrimonij diſſolutionem, vt eſt noſtra diſceptatio, dicimus abſolute non eſſe licitam viduis delectationem ortam ex cogitatione copulæ habitæ tempore matrimonij, neque ſponſis de futuro de copula habenda tempore coniugij, tum quia ſicuti actus externus venereus reſpectu ſponſæ, aut viduæ non eſt licitus, ita neque eſt licita delectatio, quæ de illo actu capitur diſſoluto matrimonio; tum quia actus delectationis appetitus ſenſitiui huiuſmodi copulæ futuræ, vel præteritæ non continetur in ipſa tantum cogitatione, ſed perſiſtit in re cogitata, & fertur in copulam præſentem, vt præſentem, & cum præſenti commotione ad illam ordinatur, nec eius malitia, aut bonitas deſumenda venit ex actu cópulæ præteritæ, vel futuræ, tum quia cum huiuſmodi delectatio animo hæreat, motus concupiſcentiæ facilè excitatur, vt manifeſtum reſultet periculum conſentiendi directè, aut indirecte in aliquam concupiſcentiam mortalem *Sanchez lib 9. diſ. 47. num. 4. et 7. Baſil. Pont. de matrim. lib. 10. cap. 16. §. 2. num. 10. & 13. Vaſq. diſ. 114. c. 2. Layman. Theol. moral. lib. 1. tract. 3. cap. 2. n. 14. Graffius 1. par. lib. 4. cap. 74. num. 8. Tanner. in par. 2. diſ. 4 quæſt. 8. num. 13. Filliuc. tract. 10. cap. 9. n. 359. et trac. 30. num. 205. Philiarch. de offic. Sacerd. tom 1. par. 2. lib. 4. c. 18. Corduba lib. 1. quæſtionarij quæſt. 23. dub. 12. & 13. Nauar. in ſumma latina cap. 16. n. 9. Caſtr. Palao tom. 1. tract. 3. diſ 2. punct. 20. §. 2. nu. 7. Lopez 1. par. inſtructorij cap 75. §. hinc proſpicuum, Malderin par. 2. quæſt. 74. art. 10. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 47. num. 4. ſuncto num. 7. tom. 3. Bonac. de matrim. in tit. de ijs, quæ pertinent ad vſum matrim. q 4 punct. 8. nu. 13. tom. 1. fol. 367. Dian. reſol. moral. p. 3. tract. 5. miſcel. reſol. 2.*

14 Nec aduerſatur, quod delectatio carnalis in Vidua conſequatur ad actum, qui fuit licitus, & ſapiat naturam actus, ad quem conſequitur, tanto magis, quia huiuſmodi delectatio verſatur in libidine in memoria non vt præſenti, ſed præterita, vt præterita, vel de futura, vt futura, quoad ſponſum, & conſequenter cum obiectum non ſit illicitum, neque ipſa delectatio illicita dici debet prout huiuſmodi ratione moti contrariam ſententiam tuentur *Herrera de peccatis diſ. 33. qu. 13. Paludan. in 4. diſ. 9. quæſt. 3. art. 2. Caietan. in ſumma in verb. delectatio Medina in par. 2. quæſt. 74. art. 8. cum alijs relat. per. Dian. loco cit.*

Quia reſpondetur huiuſmodi delectationem non eſſe de obiecto licito, cum non reſpiciat copulam tanquam præteritam, ſed tanquam præſentem cum ſenſitiue, & præſenti commotione, nec eſt ſimpliciter in memoria, & in ipſa ſolum cogitatione, ſed in re cogitata, quod diſſoluto matrimonio redditur illicitum, cum, ſolum conſtante matrimonio, ſicuti eſt licitus concubitus, & copula, ita reddatur licita illius delectatio, ſiue reſpiciat actum præteritum, ſiue futurum ad tradita *per Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 47. nu. 8. tom. 3.*

15 Non tamen ſemper Vidua, aut ſponſus videntur peccare mortaliter, ſi delectentur de actu coniugij, vt ſi in huiuſmodi cogitatione abſit periculum pollutionis, vel conſenſus in copulam præſentem, quia obiectum eſt licitum, cum tantum repræſentet actum licitum conſumatum tempore habili, & conſequenter redditur licita etiam ipſa delectatio, quæ regulatur ab ipſo obiecto, vt comprobant *DD. congeſti per Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 47. n. 3. tom. 3.*

19 Rurſus non videntur peccare mortaliter, quando delectentur de actu coniugij non apprehenſo ſub ratione delectabili, ſeù ex actu venereo, ſed ob finem aliquem honeſtum, nam cum hoc caſu motiuum non ſit peccatum, & malum, neque ipſa delectatio, quæ à motiuo regulatur, & ab eodem malitiam, & bonitatem recipit, *vt ex Leſſio, Regin. & Vaſq. tradit Bonac. de matrim. tit. de ijs, quæ*
17 *pertin. ad vſum matrim quæſt. 4. punct. 3. nu. 14. tot. 1 fol. 367. verſ. vbi num. 15. & ſequen.* affert diſcrimen inter delectationem, & deſiderium, deſiderium nempè, quod ſolum feratur in rem futuram, vt futuram, delectatio verò in obiectum aliquo modo præſens, quod eſt illicitum, ſicuti omnis alia externa delectatio venerea ſi nondum conſtante matrimonio habeatur, deſiderium autem copulæ futuræ tempore matrimonij etiam illius, qui deſiderat inire matrimonium, vt ipſo conſtante veneree delectari poſſet, non eſt peccatum mortale, cum nihil ponat in actu, ſed in fieri, & reſpiciat rem futuram, vt futuram, tempore, quo ſi reducatur ad actum, non eſt peccatum, & conſequenter neque ipſum deſiderium redditur læthale, cum limitetur, & qualificetur à tempore habili, à quo non recipit malitiam, & prauam deformitatem, eo quod actus ſit licitus ratione matriminij futuri, ſecus vero ſi huiuſmodi deſiderium coniungatur cum actuali complacentia, & delectatione venerea.

17 Eſt demum animaduertendum, quod inter ſpōſos de futuro non iudicatur illicitus viſus amplexus, oſcula, & tactus, dummodo non adſit periculum copulæ, vel conſenſus in eam, aut pollutionis; & dummodo tactus non ſint impudici, cum approximentur copulæ, & dummodo amplexus, & oſcula fiant ſolum in ſignum beneuolentiæ, ſeù ad fouendam mutuam beneuolentiam; ſiquidem ſicut matrimonium reddit copulam honeſtam, ita ſponſalia; à quibus inchoatur matrimonium ipſum, huiuſmodi tactus, amplexus, & oſcula cohoneſtari debent, cum ſponſi ratione, & virtute contractus ſponſalium acquirere de-

beant aliquod ius, & actionem ſaltem ad præfatos actus, qui ſunt principium, ſeù diſpoſitiones ad copulam, pro vt ratione matrimonij acquiritur ius ad copulam ipſam, vt late comprobat, *Sanchez de matrim. lib 9. diſ. 46. per totam to. 3.*

19 Ad tertium. Præcepta aut ſunt materialiter tantum inter ſe diuerſa, vt ſi habeant idem formale motiuum, & verſentur circa eandem numero materiam cum eiſdem circumſtantijs, aut ſunt formaliter diuerſa, eo quod recipiant huiuſmodi diuerſitatem à proximis motiuis ſpecie diſtinctis, vel quia verſantur circa materiam numero diuerſam *Eminent. Card. de Lugo d. 16. n. 245.*

20 Dicendum eſt igitur frangentem ieiunium aliquo die quadrageſimæ in quo quis tenebatur ieiunare non ſolum ex præcepto Eccleſiæ, verum etiam ex voto, teneri in confeſſione aperire hanc circumſtantiam, nec ſatisfacere dicendo ieiunium fregiſſe, cum habuerit duplicem malitiam, & duo peccata commiſerit, vnum contra temperantiam, ſeù contra præceptum Eccleſiæ, alterum contra religionem, nam illa duo præcepta tanquam diuerſa inter ſe, ob diuerſa motiua inter ſe diſtincta non obligant ſub eadem ratione formali intuitu eiuſdem virtutis, ſed diuerſæ ſcilicet temperantiæ, & religionis, ita vt cum concurrant diuerſæ rationes formales, & obligationes reſpicientes diuerſas virtutes ſpecie diuerſas, quę violatæ fuerunt, duo pariter peccata diuerſa in confeſſione aperienda commiſſa fuiſſe tradunt, *Nauar. cap. 11. num. 4. Sanchez de matrim lib. 9. t. 15. ſub num. 6 tom. 3. Bonac. de pœnit. Sacram. diſ. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. num. 24. verſ. ex oppoſito to. 1. fol. 108. Card. de Lugo diſ. 16. n. 245.*

21 Non autem committeret duplex peccatum, qui non audiret ſacrum, aut ſe non abſtineret à ſeruilibus die duplicis feſti concurrentis, vt ſi feſtum alicuius ſancti de præcepto ſeruandum incidat in die dominico, cum huiuſmodi tranſgreſſio vnicam habeat malitiam, & ſic vnum numero peccatum committitur, cuius circumſtantia tanquam non mutans ſpeciem non eſt aperienda in confeſſione, & quamuis frangatur duplex pręceptum Eccleſiæ, tamen non per hoc committitur duplex peccatum, nec oritur circumſtantia mutans ſpeciem, quia huiuſmodi præcepta materialitèr tantum ſint diuerſa cum habeant idem motiuum formale, & verſentur circa eandem numero materiam cum eiſdem circumſtantijs, diuerſitas enim peccatorum non deſumitur ex diuerſitate præceptorum, & obligationum eiuſdem rationis ſub eadem virtute militantium, *late Sanchez de matrim lib 9. diſ. 15. num. 6. tom. 3. Conînb. diſ. 2. de pænit dub. 6. num. 47. Suar diſ. 22. ſect. 4. n. 22. cum alijs relat. per Bonac in. loca citato num. 24. Card. de Lugo diſ. 16. num. 245.* & hoc idem dicendum eſt in eo, qui non ieiunauerit in die vigiliæ incidentis in quadrageſimam.

22 Vnde reſoluitur virum coniugatum habentem copulam cum ſoluta teneri hanc circumſtantiam exprimere, tanquam mutantem ſpeciem cum duplicem habeat malitiam, vnam contra fidem matrimonij, alteram contra virtutem caſtitatis, quę prohibet fornicationem; hinc eſt, ſi ligatus cum ligata adulteretur, tenetur vtrâque circumſtantiâ fateri, cum duplex peccatum iniuſtitiæ committatur, vnum contra fidem ſeruandam propriæ vxori, alterum contra iuſtitiam lædendo ius alterius, nempè mariti, & licet vtraque malitia videatur aduerſari vni virtuti iuſtitiæ, nihilo tamen minus duplex committitur iniuſtitia reſpectu vtriuſque coniugis, & duplex concurrit malitia, ſaltem diuerſa numero neceſſario confitenda, & ita ſi quis vno ictu occideret plures homines, plura homicidia patraret, *Nauar. ſum. hiſpanica c. 28. addit. ad n. 3 cap. 6. n. 4. latina cap. 6. num. 4. poſt. 4. corollarium cum alijs per Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 15. ſub num. 6. ante fin. tom 3. Bonacin. de pœnit. Sacramen. diſ. 5 quæſt. 5. ſect. 2. punct. 2. diſ. 3. nu. 11. to. 1. fol. 166. Layman. lib. 1. tit. 2. cap. 10. n. 3. Card. de Lugo diſ. 16. num. 245.*

23 Ad quartum, Circumſtantia cõſuetudinis peccandi non eſt neceſſario per ſe loquendo exprimenda in confeſſione (niſi Confeſſarius iuſta de cauſa inquireret, aut interrogaret pœnitentem, vel alia de cauſa eam manifeſtare teneretur, vt ſi huiuſmodi conſuetudo peccandi oriatur ex peccato actuali, vel habituali habente tractum ſucceſſiuum, vt accidit, in eo qui retinet concubinam, & cum eadem ſit ſolitus ſuam explere libidinem) quæ circumſtantia non mutat ſpeciem, & circumſtantiæ, quæ non mutant ſpeciem, non ſunt neceſſario confitendæ, ad interrogationem verò Confeſſarij pœnitens tenetur reſpondere, vt applicare valeat neceſſaria remedia, & pœnitentis ſalutem in tuto ponere, queat, *vt ex Suar. Reginal Zerola, Sota contra Syluestr. & Henriquez. docet Bonac. de pœnit. Sacram. diſ. 5. quæſt. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diſ. 3. num. 32. tom. 1. fol 168.* vnde poſt hæc ſcripta à S. D. N. D. Papa Innocentio XI. damnata, & prohibita fuit contraria propoſitio ſub die 2. *Martij 1079. vt in propoſit. 54.*

24 Ad quintum. Habens duo vota caſtitatis, ſi carnaliter cognoſcat fœminam ſolutam, non tenetur vtrumque votum exprimere, ſed ſatisfacit ſi aperiat ſe fregiſſe votum caſtitatis ob fornicationem habitã cum fœmina ſoluta (quam ſi fęmina pariter haberet votũ caſtitatis teneretur vtrãque circumſtantiam exprimere) quia duo vota caſtitatis in eadem perſona cum tendant ad eundem finem, ita vniuntur, vt non conſtituant diuerſam ſpecie malitiam, nec violatur duplex virtus, vt committatur duplex peccatum, aut ſaltẽ cum circumſtantia ſpeciem mutante, ſecus vero ſi vota non eſſent diuerſa numero tantum, & eiuſdem rationis, ſed diuerſæ rationis, vt ſi vnum eſſet ſimplex, alterum ſolemne, nam hoc caſu vtrumque exprimi deberet, vt comprobat *Bonac. de Sacram. pœnit. diſ. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. diſ. 3. n. 13 tom. 1. fol. 166.*

25 Ad ſextum videtur. Quod liceat procurare abortum ad euitandum periculum vitæ, & infamiæ alicuius puellæ prægnantis, præcipuè tempore, quo fœtus non eſt animatus, & ſaltem caſu quo nullo alio omnino modo, impediri poſſit infamia, aut mors talis fæminæ, eo magis, ſi nobilibus ſit exorta parentibus, nam in huiuſmodi facti contingentia non iudicatur intrinſecè malum procurare abortum fœtus inanimati, aut eius conceptionem impedire, ſiquidem præferendus videtur honor, & vita puellæ prægnantis vt magis curandum ſit, ne famæ, vitæque, iactu-

ram

ram faciat, quam fœtus conſeruetur, cum non ſit notus, ſed aliquid tantum in ſpe, minus enim eſt eſſe in ſpe, quam in eſſe productum *ad text. in l. ſi quis aliquid, qui abortionis ff. de pœn.* Et quando fœtus non eſt animatus nulli fit iniuria, ſi procuretur remedium, ne concipiatur. Et hanc ſententiam tuentur *Turreblanca de magia lib. 1. cap. 43. num. 10. Leo Zamellus in repert. moral. verb. Medicus num. 11. Bordon. in conſil. Regular. reſol. 45. quaſtion. 4. num. 4. in fin. & alij, quos notant Zennard. in direct. conf. par. 1. de Sacram. matrim. cap. 41. quaſt. 17. Azor. tom. 3. lib. 1. cap. 4. quaſt. 1. & tamquam probabilem admittit. Lezana in ſumma quaſt. Regul. tom. 3. verb. abortus num. 5. Ægid. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 1. Layman. in Theolog. moral. lib. 3. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 4. num. 4. Homobon. tract. de caſ. reſer. par. 3. cap. 4. Pontius de matrim. lib. 10. cap. 13. num. 2.*

26 His tamen non obſtantibus illicitum eſſe procurare abortum etiam fœtus inanimati, quamuis ſcandalum timeatur, ſeu cauſa euitandi periculum vitæ, & infamiæ alicuius prægnantis puellæ quantumuis nobilis, monialis, & cuiuſuis alterius conditionis omnino tenendum eſt; graue enim peccatum reputatur abortus, vt nullo bono fine honeſtari poſſit, cum ſit contra naturam generationis, & contra ordinem propagationis humani generis, & bonum prolis impedire conceptionem fœtus, prout ſemen. & copula à natura inſtituta fuerunt; ſibi enim debet imputare mulier, ſi male agendo in mortis, aut infamiæ periculo ſe conſtituit; quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona *Syluius in 2. 2. Diuus Thoma quaſt. 64. art. 7. quaritur 4. concluſ. 3. Scipio de Rubeis in Aphor. Epiſ. verb. abortus num. 2. Alfonſus de Leone de Cenſur. recollect. 7. numer. 18. P. Theſaur. in prax par. 2. verb abortus cap. 1. lim. 3. Tanner. in 2. 2. Diuus Thom. diſ. 4. quaſt. 8. dub. 4. num. 58. Eligius, Baſſens in florib. Theolog. pract. verb. abortus num. 1. Sanchez de matrim. lib. 9. diſ. 20. num. 10. tom. 3. Candid. in diſquiſ. moral. tom. 2. diſ. 1. art. 1. Mazuchell. tract. de caſ. reſer. diſ. 2. cap. 3. diſ. 4. num. 24. Finellius eod. tract. par 2. caſ. 5. verb. abortus §. 1. num. 3. Dicaſtill de inſt. lib. 2. tract. 1. diſ. 10. dub. 13. numer. 173. Filline. tom. 2. tract. 29. cap. 6. num. 130. Diana reſol. moral. par. 3. tract. 5. miſcel. reſol. 11. & par. 6. tract. 8. miſcel. reſol. 37. & par. 7. tract. 5. de abortu reſol. 32.*

27 Notandum tamen eſt quod à Medicis matri; quæ ita neceſſitate prematur, ſeu in periculoſæ ægritudinis diſcrimine reperiatur, vt nullum aliud remedium ſuppetat, poſſunt præberi medicamenta directe tendentia ad tuendam eius valetudinem, ſeu ad ſalutem procurandam, licet indirecte, & per accidens ex illis ſequi deberet mors fœtus animati, vt communiter tenere Doctores tradit *Diana reſol moral. par. 3. tract. 5. miſcel. reſol. 11. verſ. notandum eſt*, ſed ſi medicamenta æque traduntur ad ſalutem matris, & ad mortem fœtus, vbi euidens adſit mortis timor, & quod fœtus etiam periret, non eſſe huiuſmodi medicamenta præbenda docent. *Corbul. Lopez, Rodriquez, & Vega relat. per Sanchez de matrimon. lib. 9. cap. 20. num. 18. & 19. tom. 3.* ſed ipſe contrarium tenet; quia mater potius ius habet ad vitam propriam, & ſic ad huiuſmodi medicamenta, quam fœtus ipſe, & præferenda eſt incolumitas vitæ matris, quam ipſius fœtus tamquam potior, cum fœtus, vt diximus ſit in ſpe tantum.

28 De iure autem ciuili contra procurantes abortum ſtatuta eſt pœna capitis *l. Cicero ff. de pœnis*, vt tradit *Iul. Clar. in §. fin. quaſt. 68. verſ. abortum procurans*, vbi ponit exemplum in puella prægnante, quæ potionibus partum abigit honoris ſui conſeruandi cauſa; vt in caſu, ſuper quem conſuluit *Barboſ. conſ. 23. in 2. dub. lib. 2. & Dec. in conſ. 535.* igitur ſi de iure communi in foro fori huiuſmodi crimen capitis pœna plectitur, multo magis in foro Poli debet eſſe læthale, cum in eo ex quo agatur de ſalute animarum, ſtrictius progrediatur.

A R B O R

Petrus

Ludouicus, Octauius, Alfonſus, Albertus

Cintia, Iſabella, Petrus — Vrſulina

Barbara, Carolus, & alij fratres de Rinaldis.

SVMMARIVM.

1 In Emphyteuſi ſuccedit proximior vltimo loco defuncto.
2 Intel. in Emphyteuſi Eccleſiaſtica ex pacto, & prouidentia, ſecus in hæreditaria amp. vt num. 3.
4 Fœmina in Emphyteuſi excluſa propter maſculos, an excludatur à maſculis deſcendentibus ex fœminis intel. vt num. 5. amp. vt num. 6.
7 Maſculus in ſucceſſione Emphyteutica non præfertur, ſi in pari gradu non exiſtat cum fœmina amp. vt num. 8.
9 Maſculi ex fœmina, ex quibus coniecturis non cenſeantur vocati.
Maſculinum quando concipiat fœmininum filiorum appellatione quando non comprehendantur nepotes ex fœmina à num. 9. vſque ad num. 14.
13 Filij in inueſtitura vocati ſub qualitate maſculinitatis penitus excludant fœminas.
15 Inter comprehenſos in inueſtitura eſt permiſſa omnis alienatio.
16 Primus acquirens titulo oneroſo poteſt diſponere de re emphyteutica in præiudicium comprehenſorum lim. vt num. 17 28. lim. 29. lim. vt num. 31.
18 Bona Emphyteutica non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, ſi primus acquirens, aut Emphyteuta de illis nequit diſponere, ſecus ſi poteſt diſponere 32.
19 Filius ſuccedit in Emphyteuſi pactionata ex perſona propria, licet non ſit hæres Patris, ſecus in hæreditaria.
21 Hæres tenetur approbare factum defuncti lim. vt num. 22. & 23.
24 Bona Emphyteutica in ſolidum acquiſita à pluribus fratribus obitu alterum per ius accreſcendi conſolidantur in perſona ſuperſtitis excluſis filijs & num. 25. amp. vt num. 26.
27 Emphyteuſis quando dicitur acquiſita ex titulo oneroſo.
30 In Emphyteuſi ex pacto & prouidentia non datur repreſentatio, ſed vnuſquiſque ſuccedit ex perſona propria, ſecus in hæreditaria.
33 Fœmina in Emphyteuſi ſemel excluſa à maſculo, ſemper excluſa remanere debet.

DECISIO CXXVI.

Alias Conſtitutum XXIII.

MVlta bona iure directi dominij ſpectantia ad Auguſtam Abbatiam Sancti Silueſtri de Nonantula, pro ſe, ſuiſque filijs, & nepotibus maſculis ſi habuerit, vel ſi habuerint, & penitùs defecerint pro filiabus fœminis vſque in eius tertiam generationem completam acquiſita fuerunt à quodam Petro de Cataneis ſeniore, & multa alia in ſolidum pariter ad tertiam generationem à quodam Ludouico, Octauio, Alberto, & Alfonſo germanis fratribus, & filijs dicti Petri, factis interim inter ſupradictos fratres diuiſionibus, Octauius, qui vltimo loco deceſſit, condito Teſtamento Vrſulinam neptem excluſit, & Barbaram Moranam, & Carolum, alioſque fratres de Rinaldis pronepotes eius hæredes vniuerſales inſtituit; verum prætendente Vrſulina ſub præfata generali diſpoſitione non includi huiuſmodi bona, ſed ad eam ſpectare tamquam proximiorem præfato Octauio vltimo emphyteutæ, contendebant inter ſe, quis eorum recognoſcendus eſſet pro emphyteuta ab Auguſta Abbatia, & conſequenter, quis eorum præferendus veniret in tali ſucceſſione, cum omnes intra tertiam generationem exiſtentes in inueſtitura comprehendantur, & quoad bona acquiſita per dictum Petrum ad fauorem Vrſulinæ, & quoad alia bona acquiſita per dictum Octauium, alioſque fratres ad fauorem Barbaræ, Caroli, aliorumque de Rinaldis reſoluendum cenſui. Siqui-
1 dem defuncto Octauio filio dicti Petri vltimo emphiteutæ abſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus factus eſt locus ſucceſſioni ad fauorem fœminarum, itaùt Vrſulina filia dicti Alberti germani fratris eiuſdem Octauij, ex linea primi acquirentis deſcendens, vti proximior Emphyteutæ vltimo loco defuncto habet intentionem fundatam pro immiſſione, excluſis omnibus alijs in eiſdem bonis bonum ius, & intereſſe prætendentibus, iuxta *text. in cap. 1. §. ſi inter filium, & §. defuncto ſi de feud. defuncti controuerſ. ſit inter Dom. & Agnat. Vaſſal. Theſaur. tun. quæſt. forenſ. 11. num. 2. & 3. lib. 2. Rota in recentior. deciſ. 21. numer. 1. part. 1.*

2 In emphyteuſi enim Eccleſiaſtica non hæreditaria, ſed ex pacto, & prouidentia non ſuccedi tur ſecundum legis ordinem, ſed ſecundum iura ſanguinis, proùt quis proximior eſt ei, qui vltimo loco deceſſit. *Corn. conſ. 22. num. 18. Valenſol. conſ. 23. num. 93. lib. 1. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 35. nu. 1. & per tot. laté Capicius lat. dec. 126. num. 8. 9. & 18. lib. 2. Rot coram Seraphin. deciſ. 89. num. 1. & in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper bono iure 14. Martij 1646. in fin. prin. coram Meltio, Ferentil. ad Burat. deciſ. 838. num. 16.*

3 Neque Barbara, alijque de Rinaldis, vt agnati poſſunt eſſe legitimi contradictores, quin interim Vrſulina, quæ defectu maſculorum, *in præfatis bonis ſucceſſit ex remedio, l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* admittatur *Decius conſ. 467. num. 11. Roland. conſ. 571. num. 6. Roſſental. de feud. cap. 7. concl. 98. num. 2.*

4 Nec turbare debet Carolum, alioſque fratres de Rinaldis vti maſculos einſdem Petri pronepotes Vrſulinam excludere, ex quo in tali Emphyteuſi Eccleſiaſtica, in qua fœminæ excluduntur per exiſtentiam maſculorum, pariter excludi debeant à maſculis deſcendentibus ex fœminis, cum illis adaptentur verba inueſtituræ factæ pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis. *Ruin. conſ. 120. num. 8. lib. 1. Bero. conſ. 96. num. 18. lib. 2. Rubeus conſ. 22. num. 11. verſ. 4. Surd. conſ. 308. num. 3. & de aliment. tit. 9. quæſt 36. num. 9. Angel. Arez. in tract. de teſtam. gloſ. 89. num. 5. Gattier. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 92. num. 4. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 7. num. 27. & ſeq. Rota deciſ. 295. num. 3. coram Vrgellen. & deciſ. 737. num. 16. par. 4. tom. 3. recentior.*

5 Nam ad hoc, vt fœmina à maſculis excludatur, intelligi debet de maſculis, qui ſint in poteſtate acquirentium eiuſdem generationis, & familiæ, vt ſi ex filio maſculo deſcendant, ſecus ſi ex alia familia, proùt dicti de Rinaldis deſcendunt, ne nepos maſculus ex filia melioris efficiatur conditionis, quam ipſa filia, *vt ex Bald. Saly. Caſtren. tradit Gratian. conſ. 120. num. 16. lib. 2. Specul. in tit. de emphyteuſ. §. nunc aliqua cap. 173. quæſtion. 146. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 36. num. 1. verſ. ſed ſi emphyteuſ. Rot. deciſ. 501. num. 13. par. 5. recentior.*

6 Hinc eſt, quod in Emphyteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis non comprehendatur nepos natus ex fœmina, vigore enim huius maſculinæ qualitatis in inueſtitura adiectæ contrahentes cenſentur ſenſiſſe de maſculis deſcendentibus per maſculum, & ſic de agnatis maſculis, non autem de deſcendentibus maſculis ex fœmina *cap. 1. §. hoc autem notandum de ijs, qui feud. dar. poſſ. in vſib. feud. & in l. de acceſſionibus ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. & in puncto emphyteuſis pro excluſione nepotis ex fœmina fuit ample reſolutum in Mantuana Emphyteuſis 7. Iunij 1638. §. attamen in contractibus coram Dunozet. in qua innumeri referuntur Doctores, & in Bononien. Legitimationis 21. Ianuar. 1629. coram Merlino, & in Fanen. ſeù Senogallien. Bonorum ſuper bono iure 14. Martij 1646. in §. quia dum, & in §. quod autem coram Meltio, & in Vrbinaten. Emphyteuſis 29. Maij. 1648. in §. certū eſt, coram Eminentiſſ. Ottbobon. Rot. deciſ. 663. numer. 22. verſ. & ideo non poſſunt par. 1. & deciſ. 507. num. 1. par. 2. recent. & deciſ 15. num. 2. par. 2. diuerſ. & de communi DD. calculo tradit Peregrin. de fideicom. art. 26. num. 8. verſ. in contractibus vero Gabr. lib. 6. tit. de verb. ſignif. concl. 1. num. 17. & 64. & ſequen. Mantic. de tacit. lib. 28. tit. 15. num. 15. Caldas de iur. Emphyteus. lib. 2. quæſt. 19. num. 57. verſ. idem probatur Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 346. num. 42. & quæſtion. 402. num. 34. Molin. de primogen. Hiſpanior. lib. 7. cap. 5. num. 47. & 64. Ruin. conſ. 18. num. 5. & 7. vol. 1.*

7 Tanto magis quia dicti de Rinaldis ad excludendam Vrſulinam non ſunt in eodem gradu, ſed illa reperiatur proximior tam primo acquirenti, quam vltimo defuncto, quo caſu ſexus prærogatiua vincit gradus, cum non ſuppetat ratio præferendi maſculum, qui in pari gradu non exiſtat cum fœmina. *Surd. conſ. 317. nu. 12. lib. 3. Bald. conſ. 275. num. 6. verſ. 2. & eſt conſiderandum*

randum

randum lib.2. Tiraquel. de primogen. qu.10. nu. 25. Molin. de Primogen. lib.3. cap.5. num.71. cum alijs per Clad. de iur. Emphyteut.lib.2.quæſt.17. num.36. & ſequent.

8 Omniſque ratio ſuadet, quod maſculus ex fæmina tanquam magis remotus, & ſic vti minus dilectus, minuſque ſucceſſibilis non debeat eſſe melioris conditionis ipſa fæmina in gradu proximiori, l. ſi viua Mater C. de bon. mater. cap.1. §. hoc autem notandum, qui feud. dar. poſſit Molin.dict. cap. 3. num. 42. lib. 3. Tiraquel. de iur. primogen. quæſt.12.num.7. Surd. conſ.85. num. 10. §. attamen verſ. excluſa matre, Burſat. conſ.1.nu.40. verſ.quod fœmina excluſa matre, Rot. decif.463. num.2. in fin. part.1. recent. & decif.1:5.num.35.verſ. in primis part.2. & decif.405.num.10.part 3. diuerſ.

9 Et quod præfatus Petrus in acceptatione huiuſmodi bonorum emphyteuticorum intellexerit de maſculis ſuis proprijs, non autem de maſculis ex fæmina prouenientibus multis roboratur argumentis,

10 Tum quia Emphyteuſis ſuum effectum ſortita fuit in Octauium, Albertum, alioſque liberos maſculos præfati primi acquirentis, ita vt non ſit præſumendum fuiſſe cogitatum de nepotibus ex fœminis, ſed tantum de deſcendentibus ex maſculis Bart.in l. liberorum num.18. ff. de verborum ſignif. Socin. ſen. in l. gallus §. inſtituent.in fin. verſ. ſed ſi tu deſcendendo ff. de lib. & poſt. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.321.num.31.Gabr.lib.6.de verb.ſignif. concluſ.1.nu.74.Gozad.conſ.36 nu.6. Pariſ.conſ.31. num.15. & conſ.86.num.25. lib.2.

11 Tum quia Emphyteuſis non fuit recepta pro maſculis, & fæminis ſimul, vel pro liberis, & propterea agnatio minimè contemplata dici poteſt, ita vt appellatione filiorum veniant etiam maſculi ex fæmina, Saly. in l.2. num.29.quæſt.17. C.de iur.emphyteut. Alex.conſ.61.prope fin.verſ.non obſtat. lib.2. Clar. in §. Emphyteuſis quæſt.32. verſ, quia in fin.

12 Tum quia fæminæ non fuerunt vocatæ ſimultanee cum maſculis, ſed ipſis tantum deficientibus, vel non extantibus, quo caſu cum diſcretiuè fuerit facta mentio vtriuſque ſexus, appellatione filiorum, ſeu nepotum maſculorum, non admittantur maſculi ex fæminis, ita vt maſculinum concipiat fæmininum, Menoch.de præſumpt. 94 n.6.& 7.& præſumpt.181.n.7.& 8. & conſ.110. num.24.lib.2. Surd.conſ.403.num.21.verſ. præterea Corn.conſ.146.num.5.verſ.concludit quod lib.2.Rot. dec. 300. num. 9.coram Vrgellen. & dec. 514. & ibi Adden. num. 17. verſ. ab hac autem opinione coram Gregor.XV.

13 Tum quia filij in dicta inueſtitura fuerunt vocati ſub qualitate maſculinitatis, quo caſu fæminæ remanent prorſus excluſæ, Dec.in l.2.n.97. verſ.tertia regula ff.de reg.iur. Ant.de Butr. conſ.46. Abb.conſ.37.nu.1.lib.1. Aldobrand.conſ.27.nu.33. lib.1.Seraph.decif.1487.num.2. Vergellen.decif.300. num.10.

14 Tum quia tempore, quo dictus Petrus fuit primo inueſtitus ſuſceperat filios, nec eſt veriſimile conſideraſſe nepotes ex linea fæminina, quia alias videretur propriam ſobolem excludere, & extraneæ conſulere voluiſſe, l. acutiſſimi C. de fideicom. iuncta l.tale pactum §.fi.ff.de pact. Fuſar.de ſuo,&c. quæſt.324.num.5.Gabr. lib.6.tit. de verb.ſignif.concluſ.1.num.76.

15 Nec infringit Octauium ſuo vltimo Teſtamento diſpoſuiſſe ad fauorem Barbaræ, & fratrum de Rinaldis, in quos vtique transferre potuiſſe videtur tanquam de agnatione intra tertiam generationem in inueſtitura comprehenſos, Specul. de locat. §. nunc aliqua verſ. 112. cum ſeq. Alex.conſ.120.lib.3. Aret.conſ.35. Redoan. de rebus Eccleſ. non alien.tit.de caducitat. ob rei alienat.verſ. emphyteutica quoque num. 27. & 28. fol. mihi 519. Corbul.de emphyt.de cauſ.priuat.ab alienat. in requiſit. Dom facti lim.14. fol.272.

16 Quia prædicta procedunt primo, ſi Octauius eſſet primus acquirens titulo oneroſo, qui ſolum habet liberam facultatem de hiſce bonis, licet ex pacto, & prouidentia quæſitis quomodolibet etiam in præiudicium comprehenſorum diſponendi, Clar.in §.Emphyteuſis quæſt.16. verſ.contrarium Graſſ. in §. legitima qu. 21.in fin.& in §. legatum quæſt. 14. num.20. Fulgin. de Emphyteut. tit. de contract.Emphyteut.quæſt.24.num.18. Gabr. lib.3 de iur Emphyteut.concluſ.2.num.46.& 47 Gratian. diſcept 372.nu.7.& diſcept.405.num.1. Mareſcot.var. reſol.lib.1.cap.44.nu.2.& 3. Adden.ad Gregor. XV. decif.529.nu.23. Adden. ad Burat.decif.822.num 6. Seraph.decif.559.num.19.Canaler.decif 219.nu.14. & 15.& decif.398.num.1.Merlin.decif.8 .num.14. & 15.& decif.699.nu.4.& 8.verſ.quam ſententiam & ſeq.Rot. decif.435. num.13. & decif.438 num.1. vbi de veriori magis communi part. 1. & decif. 306. num.2.part.4.in recenſ.& decif. 741. num.4 part.4. tom.3.in recent. & decif.35.n.10.& ſeq.poſt Salgad. in ſua Laberint.creditor.& in Bononien.de Bonis 19 Nouembris 1612. coram Sacrata apud Gionagn. conſ.44 num.87.

17 Quoniam vero Octauius non eſt primus acquirens, & Petrus eius Pater nihil diſpoſuerit, minimè potuit aliquid immutare, & alijs comprehenſis præiudicare, latè Valaſ.de iur. Emphyteut. quæſt.49. Grat.diſcept.447.nu.15 Ruin conſ.95.n.3. lib.3.Rot.coram Greg.XV. decif.529.nu.2. & ſeq.& recenſ.286.nu.3.part.3.& decif.35.num.8.9. & ſeq. poſt Laberint. credit. Salgad.& in Romana domus 9. Martij 1645.corā Card.Ottobono in §.Clauſula vero

18 Vndè ſequitur, quod huiuſmodi bona non comprehendantur ſub generali diſpoſitione, & inſtitutione ab Octauio facta, Bart.in l. vt iuriſ iurandi §.ſi liberi in 6.ff.de oper.liber. & in l.ſi patroni num.3.ff.ad Trebel. Mantic.de coniect.vltim volunt. lib.7.tit.8. nu.21. Surd.decif.11.& 93.per tot.& decif.160. Rot. coram Greg. XV. decif.271.num.1.vbi Adden.num.27.& decif.154.num.2.part.1.diuerſ.& decif.375.per tot.part.1.& decif.219.num.10.part.4. in recent.

19 Secundo obiectum procederet, ſi ageretur de Emphyteuſi hæreditaria, ſed quia ſumus in Emphyteuſi pactionata acquiſita filijs vti filijs, & non vti hæredibus, defuncto Octauio vltimo Emphyteuta ſine liberis maſculis, ipſo iure abſque ope alicuius tituli hæreditarij, ſed vigore contractus Vrſulinæ debetur vti proximiori vltimo defuncto, Clar. in §. Emphyteuſi quæſt. 37.in prin. Mantic. de tacit.lib.14 tit.19.num.5.& ſeq. Merlin. decif.86.num.2. Salgad.in Laberint. creditor. part.3. cap.3.num.41.& 42.

20 Nec releuare poteſt prætenſum pactum (vt mihi ſupponitur) adiectum in diuiſionibus inter ſupradictos fratres factis, quod vnuſquiſque de eorum portionibus liberè diſponere poſſit in præiudicium aliorum, quia tale pactum reſpicit bona allodialia, vel ſaltem bona Emphyteutica per eos acquiſita, non autem alia acquiſita ab eorum Patre, de quibus nullam habent facultatem diſponendi, vt ſupra demonſtrauimus.

21 Et licet Vrſulina tanquam filia, & hæres Alberti teneatur defuncti factum approbare latè *Gabr. lib.6. tit. de reg. iur. concl.* 11. *DD. in* §. 1. *auth. de hæred. ab inteſt. venien. Peregrin. de fideicom. art.*33. *num.*8. & 9.

22 Tamen quia Vrſulina in ſucceſſione dictorum bonorum non habetur loco hæredis, cum ſuccedat iure proprio à Domino directo, & primo acquirente ſibi tranſmiſſo, non tenetur ſeruare factum defuncti Patris, vt in vocato ad primam genituram firmauit *Rot. in Romana locorum Montium* 3. *Iunij* 1650. *in* §. *fin. coram Melzio*.

23 Quinimmò hæres venit contra factum defuncti, ſi tendat ad eum fraudandum in re ſibi à lege vel aliter delata, pro vt ſunt dicta bona Emphyteutica, *l.* 2. *vbi Bart. Bald. Caſtrenſ. & alij C. ſi in fraud. Patron. cum alijs relatis per Surd. deciſ.*11. *num.*13. & 14.

24 Alia verò bona in ſolidum acquiſita à Ludouico, Octauio, Alfonſo, & Alberto Patre dictæ Vrſulinæ venire in generali diſpoſitione facta ab eodem Octauio ad fauorem Barbaræ, & dictorum fratrum de Rinaldis, & ad eoſdem ſpectare, clarè demonſtratur, ſiquidem pro excluſione boni iuris dictæ Vrſulinæ eſt animaduertendum eadem bona in ſolidum à dictis fratribus acquiſita, obitu aliorum tota conſolidata fuiſſe in perſonam eiuſdem Octauij ſuperſtitis excluſis etiã filijs prædefunctorum, vt obſeruandum eſſe per ius accreſcendi tradunt *DD. relati per Rot. deciſ.* 176. *num.* 6. & 7. *part.*5. *recent. Fulgin. de iur. Emphyteut. in tit. de contract. Emphyteut. quæſt.*39. *num.*12.

25 Ita vt portiones fratrum prædefunctorum, ius, nomen, & effectum eorum portionum perdiderint, & amiſerint, & eorum amplius conſiderari nequeant, vel confuſa Emphyteuſi tota in perſona dicti Octauij ſuperſtitis ex natura huius, ſeù deriuationis in alium, *l. Paulus* 89. *in fin. ff. de acquir. hæred. l. ſed ſi plures* 10. §. *filio impuberi ff. de vulgar. & pupillar. Rot. coram Merlin. dec.*390. *num.*3.4. & 28. & *deciſ.*126. *num.*14. & 16.

26 Pro vt ex obſeruantia ſubſecuta prædicta multò magis corroborantur; nam defuncto Alberto Patre Vrſulinæ, alijſque fratribus, idem Octauius poſſeſſionem omnium bonorum habuit, ſciente, & patiente Vrſulina, quod pro conſenſu, & approbatione habetur, vt tradunt communiter *DD. & firmauit Rota ferè in ijs terminis in Fanen. ſeù Senogallien. Bonor. ſuper bono iure* 14. *Martij* 1646. *in* §. *fin. coram Melzio, vbi alia deciſiones allegantur*.

27 Vlterius eſt conſiderandum dictorum bonorum acquiſitionem non emanaſſe, ſeù prouenìſſe ex liberalitate concedentis, ſed titulo oneroſo nempè emptionis mediante pecunia facta, & ſolutionis laudemij ad rationem quinque pro centenario, vt animaduertunt *Mareſcot. var. reſol. lib.* 1. *cap* 74. *num.*1. & 5. *Fulginat. de iur. emphyteut. in prælud. quæſt.* 16. *nu.*2. & *in tit. de contract. Emphyteut. quæſt.* 1. *ſub num.*24. *Rot. deciſ* 35. *num.*14. *poſt tract. Laberint. creditor. Salgad. Adden. ad Gregor. XV. deciſ.* 529. *num.*23. *Cornazan. deciſ. Lucen.* 1 *num.*45.

28 Quibus concurrentibus ſequitur Octauium tanquam primum acquirentem titulo oneroſo, in quem per ius accreſcendi peruenerunt, & conſolidata fuerunt huiuſmodi bona benè diſponere potuiſſe de eiſdem bonis licet ex pacto, & prouidentia ad fauorem dictorum ſuorum hæredum, etiam in præiudicium Vrſulinæ, & aliorum comprehenſorum, *Mareſcot. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 74. *nu.*12. *Clar. in* §. *Emphyteuſis quæſt.*6. *verſ. contrarium, Graſſ. in* §. *legitima quæſt.*21. & *in fin. Surd. conſ.*105. *nu.*23.32.34.35. & 36. *Honded. conſ.*14. *num.*47. *lib.*2. *Alex. conſ.*124. *num.*8. *lib.*5. *cum alijs abundè ſupra allegatis*.

29 Secus autem ſi acquiſitio prouenìſſet ex liberalitate concedentis, in quibus terminis loquuntur DD. contrarium tenentes, cum ſolum primo acquirenti titulo oneroſo tribuatur facultas præiudicandi alijs comprehenſis, ſeù potius non communicandi illis bona proprijs pecunijs acquiſita, ſiuè alienatio fieret titulo inſtitutionis, ſiuè fideicommiſſi, ſiuè quocumque alio titulo, ſiuè fieret inter comprehenſos, ſiuè inter extraneos, vt pro indubitato tenet *Pererg. conſ.*8. *n.*23. *lib.* 1. & *ab hoc in praxi non eſſe recedendum tradit Mareſcot. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 2. *Natta conſ.*226. *num.*4. & 5. & *conſ.*531. *num.*43. *Surd. deciſ.*290. *num.*2. *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.*529. *num.*23. *Ferentil. ad Burat. deciſ.*822. *nu.*6. *Merlin. deciſ.*86. *num.* 14. & 15. & *deciſ.*699. *à nu.*4. *vſque ad num.* 9. & *hanc opinionem conſtanter amplexa eſt Rot. in recenſ. deciſ* 435. *nu.*13. *part.*1. & *deciſ.*450. *num.* 2. *in fin. part.*3. & *deciſ.*366. *num.*2. *part.*4. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen.*66. *num.*6. & 7.

30 Neque Vrſulina concurrere poteſt ad huiuſmodi emphyteuſim ex perſona Alberti ſui Patris pariter primi acquirentis cum eodem Octauio, quia in Emphyteuſi Eccleſiaſtica pro ſe, filijs, & nepotibus acquiſita non datur repræſentatio, ſed vnuſquiſque cenſetur ex própria perſona vocatus, cum non deferatur iure hæreditario, ſed iure contractus, adeò vt filius non aſſumat locum Patris, & nepos cum Patruo concurrere nequeat, *Capicius latr. deciſ.*126. *nu.* 27. & *ex communiori ſententia docet Bart. in C. Auth. poſt fratres C. de legit. hæred. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*22. *tit.*18. *num.*9. *cum ſeq.* & *hanc opinionem vti veriorem approbauit Rot. deciſ.*219. *num.*4. *verſ. tamen in Emphyteuſi, vt dixit eadem Rot. deciſ.* 38. *num.* 3. *poſt Laberint. creditorum Salgad.*

31 Nec infringit huiuſmodi bona non comprehendi ſub dicta generali Octauij diſpoſitione, quippè quod non fuerit facta de illis expreſſa mentio, cum ſint bona non quidem ex accidenti, ſed ex propria eorum natura non alienabilia, neque in pleno dominio diſponentis, *Bellon. iun. conſ.*3. *num.*49. & 76. 77. & 78. *Corn. conſ.* 165. *num.*21. *lib.*2. *Peregr. de fideicomm. art.*6. *num.*32.

32 Quia hoc non procedit, quando Teſtator de illis poteſt liberè diſponere, vt ſi ſit primus acquirens titulo oneroſo, quo caſu in generali diſ-

poſi-

poſitione, ſeù hæredis inſtitutione comprehenduntur bona Emphyteutica, cum cenſeantur, tanqnam bona patrimonialia, nullam neceſſitatem imponentia de qualitate Emphyteutica ſpecialem mentionem faciendam eſſe, vt firmauit *Rot. decıſ. 699. num. 19. & ſequen. coram Merlino, & decıſ. 583. num. 12. coram Caualer. & in recent. decıſ. 435. num. 13. part. 1. & decıſ. 294. nu. 1. par. 2. vbi aly allegantur.*

33 Propterea Vrſulina cum ab hac Emphyteuſi, ad quam erat admittenda filijs maſculis non extantibus ſemel ab Octauio fuerit excluſa, ſemper, & perpetuo excluſa durare debet, quamuis contigerit Octauium, qui eam excluſit, poſtea ſine liberis defeciſſe, *per text. claram in §. 1. §. quin etiam ſit Epiſc. vel Abb. vbi communiter DD. vt conſuluit. Bero. viden. conſ. 105. num. 1. vol. 1.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Emphyteuſis Eccleſiaſtica ob lineam finitam reuertitur ad Eccleſiam.
2 Domino directo ex capite deuolutionis ob lineam finitam danda eſt manutentio.
3 Monachus, ſeù Religioſus in Monaſterio capaci retentionis bonorum in communi non amittit ius ſuccedendi.
Profeſſio iura ſanguinis non adimit num. 3.
4 Emphyteuſis non reuertitur ad Eccleſiam ob lineam finitam, ſi exiſtat Monachus in Religione capaci retentionis bonorum, ſed acquiritur Monaſterio amp. vt num. 5. lim. ſi repugnet voluntati contrahentium 6. Intel. procedere in Emphyteuſi priuata, vel Eccleſiaſtica tranſitoria ad extraneos ſecus in non tranſitoria.
5 Monachus quidquid acquirit, acquirit Religioni.
6 Monialis Capuccina eſt capax retinendi bona.
9 Mors ciuilis ad effectum deuolutionis Emphyteuſis Eccleſiaſticæ æquiparatur naturali.
10 Vltimus Emphyteuta habens facultatem alienandi in extraneos, vti poteſt etiam in vltimo vitæ ſpiritu.
11 Nomine venerabilis loci, quæ veniant.
12 Prohibitio alienationis in Emphyteuſi Eccleſiaſtica omnem caſum comprehendit ſiuè per contractum, ſiue per vltimam voluntatem.
13 Prohibitio alienandi concepta per duas negatiuas, puta non poſſit alienare, niſi cum conſenſu, reſoluitur in affirmatiuam, & importat facultatem alienandi, ſecus ſi cum vna negatiua, puta vt non poſſit vendere ſine conſenſu. Clauſulæ generales inueſtituræ aptæ comprendere extraneos ſtante prohibitione alienationis reſtringuntur ad hæredes ſanguinis.
14 In alienatione emphyteuſis per vltimam voluntatem non requiritur Domini conſenſus.
15 Dictio, vel, ſolet diſtinguere ſubſtantiam diſpoſitionis, & ſtat alternatiuè.
16 Mens concedentis eſt attendenda.
17 Emphyteuſis Eccleſiaſtica alienari non poteſt in manus Mortuas, pro vt ſunt loca Pij.
18 Prohibitio contrahentium, quod bona Emphyteutica Eccleſiaſtica non deueniant ad aliam Eccleſiam iuncta legali prohibitione, interdicit omnem poteſtatem alienandi vſque ab initio, vt ad nullum effectum ab Eccleſia, ſeù alio loco pio acquiri, & retineri poſſint.
19 Emphyteuſis hæreditaria tanquam tranſitoria ad hæredes extraneos, poteſt etiam à loco pio acquiri.
20 Clauſulæ ad habendum, & in perpetuum faciunt emphyteuſim hæreditariam tranſitoriam ad extraneos lim. vt num 21. 25.
22 Verba interpretari debent, prout verſimile eſt partes ſenſiſſe.
23 Emphyteuſis Eccleſiaſtica de ſui natura non eſt tranſitoria ad extraneos hæredes amp. vt num. 24.
26 Prohibitio alienandi in Emphyteuſi Eccleſiaſtica eſt potius attendenda, quam clauſulæ generales.
27 Obſeruantia declarat voluntatem partium.
28 Beneplacitum Apoſtolicum ſemper requiritur, ſi ſolitum locandi bona Eccleſiaſtica alteretur.
29 Declaratur in quibus terminis loquatur Nonantulanã Emphyteuſis, & aliæ deciſiones.
30 Eccleſia, vel locus pius poteſt acquirere bona Emphyteutica Eccleſiaſtica, ſi non ad effectum retinendi, ſaltem ad effectum vendendi, lim. ſi concurrat duplex prohibitio, legis, & hominis.

DECISIO CXXVIII.

Alias Conſtitutum XXIV.

NEque P. Abbas Luca de Romancijs Monachus S. Michaelis in Boſco, neque Reuerendiſs. Capitulum, ſeu Canonici Eccleſiæ Cathedralis Bononien. viſi fuerunt legitimi contradictores ad impediendum, quin RR. Monachi S. Silueſtri de Nonantula manutteneri debeant in poſſeſſione bonorum alias titulo Emphyteutico conceſſorum cuidam Lauto, & alijs de Romancijs, eorumque filijs, hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum, ob totalem extinctionem lineæ præ-
1 fatorum de Romancijs; cum Emphyteuſis Eccleſiaſtica generatione in inueſtitura comprehenſa deficiente, expiret, & ad Eccleſiam inueſtientem reuertatur, *§. Emphyteuſis auth. de non alien. reb. Eccleſ. Rot. decıſ. 381. nu. 1. part. 5. & dec. 217. num. 9. part. 6. decıſ. 221. num. 18. part. 7. in recent. & decıſ. 78. num. 7. coram Cerro poſt Laberint. creditor. Salgad. Caualer. decıſ. 564. num. 1.*

2 Et Domino directo ex capite deuolutionis ob lineam finitam datur manutentio, *Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor nu. 27. ff. vti poſſidet. Bero. conſ. 102. num. 43. & 44. lib. 1. Honded. conſ. 1. num. 29. lib. 2. Rot. decıſ. 29. num. 3. & decıſ. 117. nu. 12. part. 5. rec. & decıſ. 92. num. 1. poſt Laberint. creditor. Salgad. & in Romana domorum 18. Februar. 1650. in §. ſuffragari viſa non eſt, coram Bichio.*

3 Non autem P. Abbas Lucas de Romancijs, qui licet non videatur incapax huiuſmodi ſucceſſionis attenta profeſſione emiſſa in Monaſterio capaci retentionis bonorum in communi (pro vt eſt Religio Oliuetana) quo caſu cum non amiſerit ius ſuccedendi, haberi debet perindè ac ſi in ſæculo exiſteret, nam ad hunc effectum profeſſio iura ſanguinis non adimit, *l. iura ſanguinis ff. de reg. iur. l. Deo nobis 14. §. hoc etiam, vbi gloſ. in verb. parentum C. de Epiſc. & Cleric. Bart. in l. cunctos populos num. 55. C. de ſum. Trin. & fid. cat. Rot. decıſ. 181. num. 113. decıſ. 336. nu. 9. part. 5. recenſ. decıſ. 47. nu. 1. poſt Merlin. de legit. & in Romana ſucceſſionis de Comitibus 23. Iuny 1642. §. neque applicatur coram Dunozet. & in Romana fideicommiſſi de Carpianis 13. Ianuar. 1651. in §. obiecta verò coram R. P. D. Veroſpio.*

4 Quinimmo cum idem ſit de familia, & ex deſcendentibus de Romancijs, & conſequenter de comprehenſis, huiuſmodi Emphyteuſis nec reuerſa ad Eccleſiam, nec linea ad effectũ deuolutionis poteſt dici finita, cum veniat admittẽdus vtcumque in Religione profeſſus, tamquã ex eius perſona bona acquiſita Monaſterio capaci bona perpetuo, & irreuocabiliter ex quo huiuſmodi Emphyteuſis ſit hæreditaria, *Bart. in auth. ingreſſi 2 in lectura n. 37. verſ. quæro ergo Corbul. de cauſ. priuat.* ob mor

tem ciuil.n.15.Burat.dec.394.vbi Add. vel reuocabiliter ſaltem eius vita durante, ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, *Bald.in cap.poſt ceſſionẽ n.14.de probat. Aacar.conſ.420.n.1.& ſequen.Burſat.conſ.60. nu.34. & ex Theol.Sanchez in precept.Decalog.tom.2.lib.7. cap.15.num 34. & ſtatuit etiam S.Concil. Trid. ſeſſ. 25.cap.3.* quando Mnoaſterium eſt capax re-
5 tinendi bona exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia, & vt latè comprobat *Fulgin. de iur. Emphyteut. tit. de ſucceſſion. quaeſt.14. num.7. ad 15.*

6 Tamen ſupradicta oon obſtant, nec procedunt tamquam repugnantia volnntati contrahetium ob pactum expreſſum, & prohibitionem in inueſtitura adiectam de nõ alienando in manus mortuas, pro vt Monaſterium huiuſmodi reputatur, ſiquidem hæreditas, ſeù bona, quæ obueniunt Monacho poſt emiſſam profeſſiooem, deferuntur immediate ooo ipſi Monacho, ſed Monaſterio, in quo profeſſiooem emiſit iuxta communem Canooiſtarum oplnionem paſſim in curia receptam, *Hond.conſ.94. num.15. lib.1. Ruin. conſ.204. num.12.vol.1. Curt. iun conſ.48. lib.1. Socin. Sen. conſ.183.poſt prin.verſ. tamen communis apinio lib.2. Gratian.diſcept foreuſ.cap.363. num.17. & ſeq Rot. deciſ.128.num.3. part.2. recent. Canaler. deciſ.349. Burat.deciſ.294. num.3. & 639. num.14.* & conſequenter ſi præfata bona ex perſona dicti Monachi immediatè tranſirent in Monaſterium, ſequeretur alieoatio in perſonam prohibitam, & in Monaſterium effectum incapax, ſi noo ex propria natura ſaltem per accideos, vigore pacti ſupradicti, & voluntate coutrahentium expreſſe Monaſterium, eiuſque Monachum excludente, ac proinde deuolutio remanere debet in ſuo robore, perinde ac ſi natoraliter P. Lucas Abbas mortuus fuiſſet, vt late in ſimili alijs copiosè congeſtis firmauit *Rot.in Mediolanen. bona.um 31. May 1649. in §.quare cum præfati coram Eminentiſs. Cardinal. Carrado.*

7 Et ſaltem ſupradicta in contrarium deducta ſibi locum vindicaut, vel io Emphyteuſi priuatorum, vt tradit *Iaſ.in l.2.num.400.C.de iur.Emphyt* vel in Emphyteuſi Eccleſiaſtica tranſitoria ad hæredes extraneos, ſecus in Emphyteuſi non apta comprehendere hæredes extraneos, & noo habente requiſita neceſſaria, & beoeplacitum Apoſtolicum (pro vt in caſu noſtro, vt inferius demoſtrabitur) nam tunc Monaſterium, quamuis eſſet capax reteotionis bonorum in commuoi, nihilominus nec prætendere, nec ea retinere poteſt etiam pro ſola fructuum commoditate, durante vita Monachi, quod oon per modum diſcurſus (vt prætendunt informaores pro P. Luca) ſed ſecundum veriorem, & communiorem ſententiam canonizauit *Rot. in Caietana Bonorum 10. Iunij 1648. coram Cerro poſt Laberint. creditor. Salgad.deciſ.79. à nu.7. vſque ad num.10. vbi alios allegat.* quæ loquitur generice, & indiſtiocte, nec ſe
8 reſtringit ad Monialem Capuccinam, immò eam à ſucceſſiooe non excludit, cum *S.Conc.Trid. ſeſſ. 25.cap.3.de regul.* loquatur de Cappuccinis, & non de Monialibus.

9 Ac proinde cum ob naturam huius Emphyteuſis Monaſterinm efficiatur incapax, linea de Romancijs omnino euacuata dici debet, ex quo P.Luca pro naturaliter mortuo habeatur, nam mors Ciuilis ad effectum deuolutionis Emphyteuſis Eccleſiaſticæ æquiparatur naturali *Bart. in auth.ſi qua mulier C.de Sacroſan. Eccleſ Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.7.num.8.cum alijs per Rot.dict.deciſ.79 num.15.poſt Laberint.creditor. Salgad.*

10 Nec pariter Reuerendiſs. Capitulum, ſeu Canooici Eccleſiæ Bonien. vigore teſtamentariæ diſpoſitionis quondam Aloyſij de Romancijs vltimi Emphyteutæ ad eorum fauorem factæ, cum ſuppoſito quod Aloyſius de huiuſmodi iure vti in perpetuum conceſſo diſponere potuerit, illudque titulo hæreditario relinquere DD. Canonicis, ex quo vltimus inueſtitus habens facultatem alienandi in extraneos, etiam in vltimo vitę ſpiritu dicto iure vti poſſit ſi Emphyteuſis ſit tranſitoria ad hæredes extraneos, ad late tradita per *Gianagn.conſ 44.nu.5. lib.2 Alciat conſ.7. lib 5. & per Rot. deciſ.381. nu. 16. & 7.par.1.in recent.* tamen cum huiuſmodi facultas uoo cuocurrat in alienatione per Aloyſium tacta, tam ex diſpoſitione iuris, quam ex diſpoſitione hominis remanſit inefficax, nulla, & inualida, adeout bona abſque dubio ceciderint in commiſſum.

11 Ex prouiſiooe quidem hominis, quia pacto expreſſo io inueſtitura adiecto fuit arctiſſime prohibita alienatio, præcipue in veoerabilẽ locum, cuius nomine non tam venit Eccleſia ipſa, quam Clerici, Eccleſiaſtici, Milites, Capitulum, Collegium, & ſimiles. *Corbul de cauſ priuat. ob alienat. iure quiſit. Dom fact. ampliat.12. verſ. perſona autem Gregor.XV deciſ.529 num.6.*

12 Quæ alienationis prohibitio tamquam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica adiecta ex veriori, & communiori opinione omnem alienationis ſpeciem, ſiue per contractum, ſiue per hæreditariam diſpoſitionem, & quamcamque aliam voluntatem comprehendit, vt animaduertit *Rot. in dicta deciſ. 79.num.13.poſt Laberint Creditor.Salgad.*

13 Et fortius in caſu noſtro, tum quia prohibitio alienationis non fuit concepta per duas nagatiuas, quæ reſoluuntur in affirmatiuam, & poſitiuam alienandi facultatem important, ſed per vnam tantum negatiuaoi, ibi *quod non liceat, neque licitum ſit dicto D.Emphyteutæ eiuſque plus hæredibus, & deſcendentibus vt ſupra, ipſum ſuum ius vendere, vel alienare alicui perſona, ſeù perſonis ſine expreſſa licentia præfatorum Monachorum*, quando autem vna tautum adeſt negatiua ibi (*non liceat*) prohibitio remanet abſoluta. & præceptum oegatiuum importat, quo omne alienationis genus interdicitur, & omoes Clauſulæ generales inueſtituræ alias aptæ comprehendere extraneos reſtringuntur ad hæredes ſanguinis. *Rota dicta dec. 78.num. 7.18.& 19 poſt Laberint. creditor. Salgad. & in Romana Deuolutionis Domus 4. Decembr. 1651.in §.præſertim quia confirmata 21.Iunii 1652. coram Bichio*, quidquid ſit ſi fuerit dictum *non poſſit vendere §.abſq eius conſenſu.*

14 Tum quia dicta prohibitio alienationis abſque expreſſa licentia Mooachorum verificari non poteſt in alienatione per vltimam voluntarem, quia io ea oon requiritur Domini conſenſus, *Cacher. conſ.16. num.21. Torniol. conſil.26. num.74. & 75. Dec. conſ.171. num.3. late Soccin. conſ.19 num.11. & 12.*

& 12. volum. 1. Corbul. de priuat. ob mort. ciuil. num. 51.

15 Nec infringit, quod ſolum venditio ex inueſtituræ tenore videatur prohibita, quia huiuſmodi prohibitio non ſolum eſt concepta per verbum vendere, ſed etiam per verbum alienare ibi (*ipſum ſuum ius vendere, vel alienare*) quod verbum alienare conceptum per dictionem (*vel*) indefinite prolatum eſt aptum comprehendere omnem alienationis ſpeciem, dictio enim (*vel*) diſtinguit ſubſtantiam diſpoſitionis *Rot. decif. 212. num. 16. part. 6. recent.* immo ſtat alternatiue, demonſtrans prohibitionem alienationis, vel per venditionem, vel per aliam ſpeciem. *Bart. in leg. ſi quis ita ff. de aur. & argent. legat. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. cap. 6. num. 26. lib. 8. fol. 354.*

16 Quinimmo non ſolum hoc demonſtratiuè tantum, & non taxatiue cenſetur appoſitum, verum etiam enixius oſtendere videtur generalem prohibitionem alienationis ſemper in ſuo robore remanere debere, dummodo illa ſpecialis facultas vendendi fuit denegata reſpectu venerabilis loci, & conſequenter multo magis cenſetur denegata facultas per vltimam voluntatem, cum non ſit veriſimile, immo repugnat, quod Monachi prohibuerint, & reſtrinxerint ſe ad contractum venditionis, in quo ſaltem ſibi ipſis reſeruauerant ius prælationis pro minori pretio, & lucri ex laudemio ad rationem quinque pro centenario obuenire poterat ratione nouæ inueſtituræ emptoribus faciendæ, & quod concedere voluerint facultatem alienandi in locum pium per vltimam voluntatem, ex qua noua inueſtitura non debetur, ius prælationis non competit, & quod magis eſt ſpes reuerſionis bonorum amittitur, nemo enim præſumitur iactare ſuum, præcipue in hac materia, in qua Prælati, & Eccleſiarum Rectores debent eſſe vigilantiores, vt cum euidenti vtilitate, & non in damnum Eccleſiæ contractus celebrentur, vt Sacri Canones, Concilij Generales, Conſtitutiones SS. Pontificum, & omnia iura clamant, & animaduertit *Rot. decif. 211. num. 26. part. 6. in recent.* & propterea in materia eſt attendenda etiam veriſimilis mens concedentis ex verbis quoque poſtea prolatis educta, nempe in caſu noſtro in dicto verbo alienare *Caldas de renouat. Emphyteuſ. lib. 1. quaeſt. 4. ſub nu. 14. verſ. in Emphyteuſi.*

17 Ex diſpoſitione vero iuris pariter deducitur huiuſmodi nullitas; quia Empyteuſis Eccleſiaſtica nec alienari per contractum, nec relinqui per viam inſtitutionis poteſt alij Eccleſiæ, & loco pio, cum reputentur inter perſonas prohibitas, ex quo nunquam moriantur, & manus mortuæ nuncupentur *cap. 1. de alien. feud. & ibi afflict. in princ. num. 4. 5. 6. Add. ad Greg. XV. decif. 520. num. 11. & 14. Rot. decif. 603. per tot. par. 1. & decif. 211. num. 20. par. 6. in recent. & decif. 78. num. 23. poſt tract. Laberint. creditor. Salgad. & in Romana deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. in §. ex quibus probata coram Bich.*

18 Hinc eſt, quod in caſu noſtro cum vltra legalem, expreſſa contrahentium alienandi concurrat prohibitio in locum pium, ita ex duplici vinculo efficaciter vſque ab initio remanſit interdicta omnis, & quæcumque poteſtas alienandi, vt nullo vnquam tempore ad nullum effectum à Capitulo dicta bona acquiri potuerint §. *ſancimus auth. de alien. Emphyteut. Rot. dict. decif. 79. num. 11. poſt tract. Laberint. creditor. Salgad*

19 Nec prætendatur prædicta non obſtare, cum agatur de Emphyteuſi hæreditaria tranſitoria ad extraneos, quæ non excludit facultatem alienandi ſine conſenſu, & licentia Domini directi etiam in locum pium, qui locum hæredis extranei in hoc caſu ſibi vindicat. *Rot. dec. 211. num. 1. par. 6. recent. Gratian. diſcept. 481. num. 61. cum alijs relatis per Add. ad Greg XV. dec. 520. num. 14. verſ. lim. prima,* & talem eſſe huiuſmodi Emphyteuſim

20 demonſtrare videntur clauſulæ ad habendum, & in perpetuum in parte diſpoſitiua inueſtituræ appoſitæ, quæ reddunt conceſſionem hæreditariã, & præbent facultatem alienandi in quoſcumque cum perpetuitas verificari nequeat, niſi extranei quoque comprehendantur, *Curt. Iun. conſ. 4. nu. 1. verſ. ſed quoniam Laderc. conſ. .. per tot. cum alijs relatis per Rot decif. 87. num. 6. coram Burat. decif. 295. num. 2. coram Vrgelen. decif. 293. num. 2 & ſeq. coram Caualer. decif. 295. num. 4. coram Duran. decif. 294. num. 3. par. 2. recent.* Et de clauſula in perpetuum, *Ciriac contr. 146. nu. 10. Rot. in Bonon. fideicomm. de Glauarinis 22. Iunij 1656. ſub §. fuit etiam animaduerſum circa med. coram Ghiſlerio, & decif. 254 nu. 4. par. 2. decif. 548. num. 2 par. 4. tom. 3. & decif. 211. num: 1. par. 6. recent. & in Nonantulana bonorum 14. Iunij 1650. & 3 . Ianuarij 16 . . . coram Sacrato impreſ. poſt Gionag conſ. 44 n. 84. quæ eſt in recenſ. 294. par. 2. repetit. 286. par. 3.*

21 Quia dictæ clauſulæ quamuis adiectæ in parte diſpoſitiua regulantur, & intelliguntur iuxta naturam cõtractus Emphyteutici, cui apponuntur, ad cuius limites reſtrictionem recipiunt, eundemque immutare, & de albo facere nigrum nequeunt, vt in puncto firmauit *Rota dicta decif. 78. nu. 9. & ſeq. & 79. n. 2. poſt Laberint. creditor. Salgad. & in dicta Roman. deuolution. Domus 14. Decembr. 1651. in §. contrarium tamen confirmata 21. Iunij 1652. coram Bichio, & in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1646. §. qua propter coram Roias, & coram Seraphin. 794. num. 8. & in recent. decif 60. num 12. & 13. par. 5. & decif. 74. num 18 vſque ad 11. & decif. 211. num 12. part. 6. & coram Cocin. decif. 75. num. 10. & coram Merlin. decif. 583. num. 7. iuncto num. 8. & 9.*

22 Quæ magis ſibi locum vindicat, tum quia Clauſulæ, & verba debent interpretari pro vt veriſimile eſt partes ſenſiſſe, ac facere voluiſſe, inſpecta natura negocij ad tradita per *Socin. ſen. conſ. 9. num. 18. vol. 1. Bec. conſ. 105. num. 31. lib. 1. Surd. conſ. 381. num. 27. vol. 3. & conſ. 460. num. 16. vol. 4.*

23 Natura autem Emphyteuſis Eccleſiaſticæ conceſſæ pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, vel deſcendentibus eſt, vt tantum admittat, & ſolum veniant hæredes ſanguinis, & deſcendentes primi inueſtiti, adeo vt non obſtantibus dictis clauſulis potius ex pacto, & prouidentia minime in extraneos tranſitoria iudicetur, vt in noſtris terminis dixit. *Rot. decif. 583. num. 2. verſ. quoniam iſta bona, & ſeq. coram Merlino repetita in recent. decif. 211.*

ciſ.211.num.6.part.6.& deciſ.78.num.8. vbi copioſe alij allegantur poſt Laberint. creditor. Salgad. & hanc ſententiam eſſe communiorem, veriorem in conſulendo, & iudicando ſequendam, pro vt amplecti ab infinitis DD. maximæ auctoritatis teſtatur, *Bero conſ.102.num.6. & plurib. ſequen. vol.1. Clar. in §. Emphyteuſis quæſt. 28. ſub num. 6. Cald. de Emphyteut. lib.2. quæſt. 22. tit.19. num.5. verſ. & hac, & num.20. Surd. deciſ.11.num.8. Seraph. deciſ. 808.num.2.*

24 Et licet fuerit facta mentio hæredum, non tamen per hoc comprehendit hæredes extraneos, quia verbũ *pro hæredibus* non fuit ſimpliciter prolatum, ſed *pro filijs hæredibus*, à quo verbo *filijs* qualificatur, & reſtringitur, ita vt concurſus vtriuſque requiratur *Clar. in §. Emphyteuſis qu. 37. verſ. aut quæro eſt conceſſa ex Bart. in l. iuſiurandi §. ſi liberi num.4. ff. de oper. lib. Alex. in l. quod dicitur n.21 ff. de verbor. obligat. Caſſad deciſ.18. verſ. ſexta concluſio.*

25 Tum quia in inueſtitura pacto expreſſo cautum fuit, quod Emphyteuta non poſſit bona conceſſa alienare abſque Monachorum licentia, & conſenſu, per quam reſtrictionem, cum non fuerit data poteſtas alienandi libera, ampla; & abſoluta clauſulæ ad habendum, & in perpetuum non poſſunt parere effectum immutandi naturam Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, & faciendi tranſitoriam ad hæredes extraneos, ſed eius virtus efficitur, ſterilis, & euacuatur per huiuſmodi pactum reſtrictiuum, & reducitur ſolum ad alienationem inter viuos, cum moderamine tamen petendi licentiam à Domino directo, *Dec. conſ. 171. alias 170. num.3. verſ quarto, & vltimo Curſ. iun. conſil. 130. num.6. Cather. conſ.8 num 8 Menoch. conſil. 61 per tot. & præcipue num.19. & 20. cum alijs allegatis per Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. irriquiſit. Dom. lib.3. num.2.*

26 Tum quia fuit expreſsè prohibita alienatio in manus mortuas, quæ potius attendi debet in hac materia, quam dictæ clauſulæ generales, vt plurimum de ſtylo Notariorum appoſitæ, quarum valor, & importantia à contrahentibus ignoratur; ſiquidem ex hac prohibitione, & pacto ita eliditur, ſeu minuitur, vel ſaltem temperatur earum virtus, vt inter comprehenſos, deſcendentes & habiles tantum alienandi facultatem tribuant, *late Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. irreqniſit. D. ſect. lim.3.num.1.2. & 3. Dec. conſ.506. Bero conſil.26. num.14. lib.1. Menoch. conſ.61.num.29.* & late firmauit *Rota dec.583.num.7. iuncto num.8. & ſequen. coram Merlino. & deciſ.78. num.9. 12. & 14. poſt Laberint. creditor. Salgad. & latiſſime in dicta Romana Deuolutionis domus 4. Decemb 1651. in §. in contrarium tamen confirmata 21. Iunij 1652. in §. quatenus vero coram Bichio*, verba enim inſtrumenti, quæ contraria videntur ita interpretari debent, ſi fieri poteſt, nè ſibi contradicant, vt animaduertunt citati DD.

27 Tum quia prædicta magis corroboratur ex obſeruantia ſubſecuta nunquam alienandi dicta bona in locum pium, ex quo omnis penitus remouetur ambiguitas, & certa reſultat huius cõceſſionis, & voluntatis partium declaratio, *l. item cap.7. §. proinde ff. ad S.C. Macedon. l. cum de in rem verſo 6 ff. de vſur. late Rot. in Romana pecuniaria 5. Iunij 1648. §. eum etiam ex obſeruantia coram Eminentiſſ. Card. Corrado, & in Romana Caſalis Aguzzani 26. Nouembr. 1649. ſub §. ac demum in fine coram Dunozet.*

28 Quinimmo cum per huiuſmodi diſpoſitionem alteratum fuerit ſolitum ob alienationem factam in manus mortuas abſque beneplacito Apoſtolico, neceſſario licet bona fuiſſent ſolita locari, cũ nunquam fuerint ſolita locari manui mortuæ, eo magis alienatio redditur nulla, & inualida, *Radoan. de rebus Eccleſ. non alienan. rub. de cauſ. in quib. ſit. alien. rer. Eccleſ ſine ſolemn. §. item alio caſu per tot. & num.19. & 20. fol. mihi 247. Rot. deciſ. 176. num.43. par.5. in recent. & in dicta Romana deuolutionis domus 4. Decembris 1651. in §. fin. verſ. tum etiam quia coram Bichio.*

29 Nec obſtant deciſiones, & doctrinæ, quæ in contrarium allegari poſſunt, quia aut loquuntur de Emphyteuſi priuata, vel in habente facultatem alienandi in extraneos, vel in non continente expreſſam prohibitionem alienandi, vel in re ſolita locari in locum pium, vel vbi concurrat beneplacitum Apoſtolicum, vt reſpondet *Rot. in dicta deciſ.79. nu.4. verſ. & proinde poſt Laberint. Creditor. Salgad. & in d. Romana deuolutionis Domus 21. Iunij 1652. ſub §. quatenus verò*, & in ſpecie non obſtat in contrarium allegata *Nouantulana Emphyteuſis, quæ eſt dec. 294. par.2. recent. repetit p. 3. in ord. 286. relat. etiam per Gionagn. conſ.44. n.85* quia loquitur in caſu, in quo alienatio erat facta perſonæ habili, & capaci; & de conceſſione habẽte explicitam facultatem alienandi in extraneos; vt animaduertit Rot. in ſupra citatis deciſionibus, quæ in omnem caſum cum quampluribus alijs poſterius emanatis tanquã fauorabilioribus Eccleſiæ videntur attendendæ, cum loquantur in noſtris punctualibus terminis de Emphyteuſi cõceſſa pro ſe, filijs, hæredibus, & deſcendentibus cum ampliſſimis clauſulis ad habendam, & in perpetuum cum eadem prohibitione alienandi ſine conſenſu Domini directi, excepto venerabili loco, & ſimilibus, vt nihil deſiderare poſſe videatur.

30 Minus obſtat huiuſmodi bona peruenire potuiſſe ad Capitulum, ſi non ad effectum retinendi, ſaltem ad effectum vendendi, & æſtimationem conſequendi iuxta doctrinam *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua num. 143.* Quoniam quando cum prohibitione legis concurrit dicta prohibitio hominis, & pactum expreſſum de non alienando, tunc vis pacti ita reſiſtit principio acquiſitionis, vt non ſolum reddat nullam, & inefficacem tranſlationem, ſi de facto fiat, ſed etiam efficit, vt locus pius neque acquirere valeat ad effectum vendendi, & æſtimationem conſequendi, latè *Aldobrand. conſ.40. num.9. lib.1. Greg XV. deciſ.529. num.12. Rot. dicta deciſ.79. num.12. poſt Salgad. & coram Merlin. deciſ.583. quæ eſt in recent. deciſ.211. num.30. vſque ad 34. par.6.* vbi ſubdit doctrinam Speculatoris procedere contra hæredes, qui ex bonis allodialibus tantundem tradere tenentur loco pio inſtituto, non autem contra Dominum directum, ad cuius fauorem factus eſt locus reuerſionis, & recuperationis bonorum

ob

ob lineam finitam, ex *Burzat. conſ.199. num. 43. verſ.5. materia, & nu.44. verſ.7.negatur vſque ad 48. & alijs quos allegat.*

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Domino directo competit manutentio rei emphyteuticæ deuolutæ ob lineam finitam.

2 Emphyteuſis ſtipulata pro ſe filijs, & nepotibus eos non egreditur.

3 In Emphyteuſi Eccleſiaſtica primus inueſtitus facit primam generationem ſecus in priuata.

4 Conditio adimpleri debet in forma ſpecifica.

5 Fœmina in ſucceſſione emphyteutica ſemel à maſculo excluſa ſemper remanet excluſa, & num.6.

7 Natura contractus Emphyteutici eſt, vt ſucceſſio deferatur ordine continuatiuo in deſcendentibus vnius lineæ, nec fit ſaltus ex linea, in qua bona peruenerunt ad aliam lineam licet proximiorem.

8 Emphyteuſis ob lineam finitam reuertitur ad Eccleſiam.

9 Emphyteuta ſi per biennium non ſoluerit canones, bona cadunt in commiſſum.

10 Dominus directus ſatis eſt, quod alleget biennium ceſſatum à ſolutione Canonum ad effectum inducendi caducitatem, cum onus probandi contrarium incumbat emphyteutæ.

11 Mora ſi ſit longa non poteſt celeri ſatisfactione purgari.

12 Verbum in continenti excludit moræ purgationem, in contractibus verba ſunt ſtrictè intelligenda, numer.2

13 Mora quando eſt reſolutiua contractus, non purgatur.

14 Mora geminata eſt difficilia purgationis.

15 Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ non datur, niſi de eo quod ab ipſo ignorante geſtum, vel omiſſum fuit.

16 Caducitas ob canones non ſolutos incurritur, ſi ab omnibus, vel ab vno tantum ceſſatum fuerit à ſolutione etiam in præiudicium eorum, qui non ſunt in culpa.

17 Minor non reſtituitur, niſi pro rebus cum eo geſtis, non tamen pro rebus ortum habentibus à ſuis anteceſſoribus.

18 Minor non reſtituitur, quando agitur de acquirendo, vel de damno alterius priuilegiati.

19 Minor ob canones non ſolutos non reſtituitur, ſed habet actionem aduerſus Tutorem pro damno.

20 Pœna non declarata contra eius auctorem, neque declarari poteſt contra eius hæredes. Limita vt numer.21.

22 Contractus à partium conſenſu legem accipit.

23 Priuilegiatus faciens actum contrarium priuilegio cenſetur priuilegio renunciaſſe.

24 Proximior Emphyteutæ vltimo loco defuncto ſuccedit in bonis Emphyteuticis.

25 Ampl. etiam ſi alter ſit proximior.

26 Emphyteuſis ingreſſa vnius comprehenſi lineam in ea perdurare debet, vt nullus ſit admittendus etiam ſi ſit ex deſcendentibus.

27 Amp. etiam ſi titulo diuiſionis comprehenſi lineam fuerint ingreſſa.

28 Ampl. ſiue deſcendentes lineæ ingreſſæ ſint maſculi, ſiue fœminę.

29 Emphyteuſi acquiſita filijs vel filiis Patre defuncto debetur abſque titulo hæreditario.

30 Res Emphyteutica in diuiſione tota vni aſſignata, ſi ſit noua, tota pertinet ad filiam fœminam ſolum relictam, ſi ſit antiqua, Patruus, & Patrueles ad eam excluſa filia admittuntur.

DECISIO CXXVIII.

Aliàs Conſtitutum XXV.

1 NOn tàm ob lineam finitam, quàm etiam ob canones non ſolutos, tamquam factus locus deuolutioni bonorum, quæ aliàs ab Auguſta Eccleſia Nonantulana in emphyteuſim ad tertiam generationem q. Illuſtriſ. D. Hieronymo de Pepulis conceſſa fuerunt D. Syndicus Abbatialis obtinuit mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem dictorum bonorum, verum prætendente Illuſtriſ. D. Marchioniſſa Victoria de Pepulis eſſe in tertia generatione, & expreſsè deficientibus maſculis in inueſtitura comprehenſa, ac proinde lineam, non eſſe adhuc euacuatam, & ob canones non ſolutos ex capite ignorantiæ ſibi competere reſtitutionem in integrum; diſceptatum fuit cui dandum eſſet mandatum de manutenendo, & præfato Sindico concedendum decretum, nam indubitati iuris eſt Eccleſiæ, ſeu domino directo ex capite huiuſmodi deuolutionis competere manutentionem etiam aduerſus ſucceſſores vltimi emphyteutæ ratione ciuilis poſſeſſionis animo retentæ pro recuperatione naturalis, quæ ipſo iure conſolidatur cum ciuili, etiam abſque noua apprehenſione ad effectum manutentionis, *Gregor XV. deciſ. 105. num.5. Rota in Ciuitatis Caſtelli inter impreſſ. penes Marcheſ. de commiſſion. num. 3. fol.969. tom.1. & in Romana Domorum 15. Decembris in fiu. princ. & 18. February §. ſuffragari viſa non eſt coram Bichio, & poſt Modern. Peruſin.de manuten.deciſ.24.num.3.deciſ.25. nu.11.deciſ.134.nu.7. deciſ.293.num.1.& ſeq.*

2 Deuolutio viſa fuit ineuitabilis, quia vltra quod verba dictæ inueſtituræ videantur nepotes egredi non poſſe, nec eſſe apta D. Victoriam vti proneptem primi acquirentis comprehendere, tamquam reſtricta, & expreſsè ſtipulata pro filijs & nepotibus dicti Hieronymi, ita vt idem ſit in prima generatione, filij in ſecunda, nepotes in tertia, cum verba vſque in tertiam generationem demonſtratiuè tantum appoſita cenſeantur, iuxta *conſil.Caſtren.338.num.2.lib.2. Caputaqu.deciſ.112. num.22.par.2.cum alys congeſtis per Ferentil.ad Burat deciſ.602.num.27.*

3 Tanto magis quia ſumus in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, in qua primus inueſtitus facit primam generationem ad differentiam priuatarum conceſſionum, vt per *Bald. Alex. & alios tradit Gabr. lib.3.tit.de iur.emphyt.concl.4.num.6.*

4 Sed quidquid ſit de hoc, poſito etiam quod D. Marchioniſſa ſit comprehenſa in inueſtitura, & in tertia generatione exiſtat, certum eſt venire non poſſe per viam ſucceſſionis ad poſſeſſionem dictorum bonorum, cum in ea non verificetur conditio, ſub qua fœminæ deficientibus maſculis admittuntur, nempè ſi virum legitimum habuerint, & rem Patris poſſideant, ſiquidem quia nunquam hæres extitit Cæſaris eius Patris, ex quo excluſa fuit à Ioanne Paulo germano fratre, neque Ioannis Pauli, ex quo excluſa fuit à Iulia eiuſdem filia, rem Patris poſſidere dici non poteſt, & in tantum admittenda eſſet ad huiuſmodi ſucceſſionem ex tenore inueſtituræ, in quan-

quautum Cæſar Pater abſque filijs, & deſcendentibus maſculis defeciſſet, eiuſque hæres ex aſſe remanſiſſet, conditio enim ante omnia adimpleri debet in forma ſpecifica, vt diſpoſitio conditionalis ſuum ſortiatur effectum, *l. cedere diem de verb. ſignif. l. qui hæredi §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. pecuniam ff ſi cert. petat. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 15. num. 3. Surd. deciſ. 209. num. 2. & 3.*

5 Hinc eſt quod cum ſemel à Ioanne Paulo germano fratre à ſucceſſione dictorum bonorum excluſa fuerit, ſemper & perpetuo ita excluſa remanere debet, vt deficientibus maſculis, qui eam excluſerunt etiam ſine filijs, emphyteuſis ad Eccleſiam deuoluta cenſetur, nec in ea amplius ſuccedere poteſt, vt pulchrè comprobat *Bero. conſil. 105. num. 1. volum. 1. per Textum clarum in cap. 1. §. quia etiam tit. Epiſc. vel Abb. vbi communiter DD. Pariſ. conſil. 16. num. 4. 5. & 6. par. 4. Ioan. Blanc. in ſua ſumma de feud. tit. de ſucceſſ. feud. verſ. vel dic, quod maſculus Curt. in tract. de feud. in 3. par princ. quæſt. 17.*

6 Nec aduerſatur *Rota deciſ. 198. num. 3. par. 2. diuerſ.* cum loquatur de filia ſub ſilentio poſita, & non in caſu, quo realiter excluſa remanſerit.

7 Quæ magis corroborantur, quia dicta bona, ordine ſucceſſiuo peruenerunt ad Ioannem Paulum, ex cuius perſona, quæ ſemel Victoriam excluſit, ius petendi renouationem fuit tranſmiſſum ad D. Iuliam eius filiam vti proximiorem emphyteutæ vltimo loco defuncto, & in quarta generatione exiſtentem, cui vtique erat concedenda nullo habito reſpectu ad Victoriam, licet in tertia generatione exiſteret; verum cum Iulia bona vſque ad eius obitum poſſederit, & canones ſoluere cœperit; in præiudicium Victoriæ haberi debet perinde ac, ſi reconduxiſſe; adeo vt tamquam ingreſſa Ioannis Pauli deſcendentiam non poſſunt modo retrogradi ad eandem Victoriam; natura enim contractus emphyteutici eſt, vt ſucceſſio deferatur, proceſſu continuatiuo in deſcendentes vnius lineæ, non ſecundum legis ordinem, ſed ſecundum iura ſanguinis, prout quis proximior eſt ei, qui vltimo loco deceſſit non autem fit ſaltus ex linea, in qua bona peruenerunt motu retrogrado ad aliam lineam, etiam ſi perſonæ ex alia linea eſſent proximiores primo acquirenti, vt firmauit *Rota coram Merlino deciſ. 699. num. 12. & in recent. deciſ 681. nu 3. verſ. pro quo par. 2. & in Romana Domus 22. Aprilis 1644. coram Card. Cecchino per text. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Afflict. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. pater. nu. 76. Maſtril. deciſ. 248. n. 39. & 40. Peregrin. de fideicom. art. 24. num. 14. lib. 3.*

8 Quapropter cum Iulia deceſſerit abſque filijs, & nepotibus emphyteuſis expirauit, & bona propter lineam finitam ex conuentione partium, & vtile dominium, quod erat apud emphyteutam ad Eccleſiam concedentem rediuit §. *Emphyteuſim in auth. de non alien. reb. Eccleſ. & in auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſan. Eccleſ. Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. num. 1. & 2. fol. mihi 101. Clar. in §. emphyteuſ. quæſt. 42. Caualer. deciſ. 564. num. 1. Rota deciſ. 36. n. 1. & deciſ. 221. num. 18. par. 7. rec.*

9 Manifeſtè pariter ob canones non ſolutos deducitur huiuſmodi deuolutio, quia in Inſtrumento inueſtituræ expreſsè fuit conuenta in caſu non ſolutionis canonum per biennium, prout etiam de iure communi diſponitur, *iuxta text. in cap. potuit §. Emphyteuta quoque de locat. animaduertit Rota in noſtris terminis deciſ. 117. num. 6. par. 3. recent.*

10 Et probatur per longum temporis ſpatium 12. annorum, & vltra ex libris Abbatialibus ceſſatum fuiſſe à ſolutione canonum, licet in hoc Domino directo ſatis ſit dicere Emphyteutam cecidiſſe, quia per biennium non ſoluit, cum habeat intentionem fundatam in Inſtrumento inueſtituræ, ac proinde onus probandi contrarium incumbat Emphyteutæ, *Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 10. nu. 4. Add. ad eumd. qu. 8. Lit. A. Gigas de penſ. qu. 76. in fin.*

11 Quinimmò ſtante tàm longa mora plurium annorum, non eſt locus, vt Iudicis arbitrio celeri ſatisfactione purgari valeat, vt firmauit *Rota deciſ. 572. num. 1. par. 1. diuerſ. & coram Merlino deciſ. 769. ante num. 4.* vbi ob lapſum ſex annorum moram purgari non poſſe oſtenditur.

12 Tantò magis quia huiuſmodi pactum fuit arctiſſimis verbis conceptum, nempè quod in continenti bona reuertantur ad Abbatiam ſi per biennium ceſſatum fuerit à ſolutione canonum, quod verbum incontinenti, videtur excludere omnem moræ purgationem etiam per celerem ſatisfactionem, cum in contractibus verba ſint ſtrictè intelligenda, quia inter contrahentes deficit charitas, nec benigna humanitate ſe inuicem proſequuntur, licet in vltimis voluntatibus largè ac liberaliter verba Teſtatoris liberalitatem exercentis ſint accipienda, vt conſiderauit *Rota deciſ. 769. num. 4. coram Merlino.*

13 Vltra quod quando mora eſt reſolutiua contractus ob pactum reſolutiuum in contractu appoſitum, etiam de æquitate I. C. non purgatur, *Seraph. de iuram. priuil. 48. num. 20. Grat. reſpon. 79. num. 22. & reſpon. 93. num. 61. & 77. Gregor. XV. deciſ. 559. num. 6. vbi Adden. num. 10. Veral. deciſ. 230. & deciſ. 235. num. 1. lib. 2. Rota deciſ. 572. n. 2. par. 1. diuerſ. & deciſ. 410. ſub num. 7. & deciſ. 369. in fin. par. 4. in nouiſſ.*

14 Immò qui agitur de mora geminata ex notabili temporis curſu, grauior, & valdè conſiderabilis reputatur ad huiuſmodi purgationem excludendam, *Roman. conſil. 352. in 2. dub. Boer. conſil. 22. num. 3. & ſeq. Seraph. de iuram. priuil. 48. nu. 25. Capic. deciſ. 19. num. 4.*

15 Nec petitum beneficium reſtitutionis in integrum competere viſum fuit, ſiue attendatur perſona D. Marchioniſſæ ex capite probabilis ignorantiæ, ſiue Iuliæ ex capite minoris ætatis, non quidem attenta perſona Marchioniſſæ, cum nunquam aliquod ius ad eius fauorem quæſitum fuerit ſuper dictis bonis; & quatenus, etiam quæſitum eſſet, quia non priuatur propter factum ſuum, ſed ſui authoris, omninò excluditur ab huiuſmodi beneficio, quod non datur, niſi de eo, quod ab ipſomet ignorante perpetratum, vel dimiſſum fuerit, *vt tot. tit. de minor. & plenè notatur in l. nam, & poſtea §. ſi mihi de iur. iuran. Grat. conſil. 66. num. 7. & 8. Bero. conſil. 122. num. 4. circa med. verſ. ſecus vol. 3.*

16 Siquidem cum omnes emphyteutæ primo acquirenti in ſolidum obligati cenſeantur, canonis ſolutio redditur indiuidua, ac pœnalis conſideratur, ita vt quocumque modo, & per quemcum-

quc

que ceſſetur in totum, aut in minima parte culpa redditur communis, & caducitas committitur, in præiudicium omninm comprehenſorum, etiam illorum, qui non ſunt in culpa, *Bero conſil.120.num.1.volum.1. Grat.conſil.67.nu.23.vol.1. Clar.in §.emphyt.quaſt.8.verſ.quæro, Redoan.de reb. Eccleſ.alien.quaſt.19. de ſolut. Canon. emphyt. cap.2. num.6.fol.mihi 437. Corbul.de cauſ.priuat.ob non ſolut canon.ampliat.8.n.1.2.3.& 9.*

17 Minùs attenta perſona Iuliæ, tum quia Victoria non eſt deſcendens, & hæres Iuliæ, vt ex eius perſona releuari poſſet; tum quia huiuſmodi damnum non tam prouenit ex Iuliæ omiſſione, in ſoluendo canones, quam ex pacto defuncti, qui fuit primus inueſtitus, cui ſucceſſit, propterea eius perſona non eſt habenda in conſideratione ad obtinendam reſtitutionem in integrum, cum minor non reſtituatur niſi pro rebus cum eo geſtis, in quibus læſus, aut deceptus reperitur, non tamen pro rebus ab eius anteceſſoribus ortum habentibus, *Bart.in l.cum filius §.in hoc nu.4. ff.de verb.oblig. vbi Alex.num.6. Iaſ.num.5. Soccin. num.6.cum alijs per Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut.canon.ampliat.28.n.2.fol.396.& ampliat.29.n.7. & ſeq.fol.400.*

18 Tum quia quando agitur, vel de acquirendo aduerſus aliam perſonam priuilegiatam, vt eſt Eccleſia, vel de illius damno, ſeu iure quæſito amittendo minor numquam reſtituitur, *adnotat. in l.verum §.fin.cum l.ſeq. de minor. & in auth. quas actiones de ſacroſ.Eccl. cum alijs per Grat. conſil. 67. num.20.21.& 22.*

19 Tum quia minori nec competit reſtitutio aduerſus non ſolutionem canonis, quando emphyteuſis non fuit ab ipſo acquiſita, ſed ab alio maiore, cui ſucceſſit, cum hoc caſu non debeat recurrere ad remedium extraordinarium reſtitutionis in integrum, ſed vti remedio ordinario aduerſus Tutores, & Curatores, eiuſque miniſtros, qui dum cœperunt, & poſtea ceſſauerunt ſoluere Canones, huiuſmodi damnum reſarcire tenentur, *l.in cauſæ, l.2.ff.de minor.laté Corbul.de cauſ.priuat. ob canon.non ſolut.ampliat.28.nu.1.circa fin.fol.mihi 395.& ampliat.29.à num.10. verſ.adeo autem vſque ad 14.fol.402.*

20 Nec infringit quod hæc pœna, tamquam non declarata viuente Iulia poſt eius obitum declarari nequeat, *iuxta Textum in l.fin.in fin. C. de reuocan.donat. Ruin.conſil.10.col.2. verſ.non obſtat vol.1. Cuma.conſil.164.col.3.verſ.quinimmò etiam Caſſad. deciſ.3.tit.de locat.*

21 Quia obiectum procedit, quando agitur de pœna iuris, verum quia ſumus in pœna conuentionali conformi diſpòſitioni iuris certum eſt, quod etiam contra hæredes, & ſucceſſores declarari poteſt, *vt per Innoc.Bald.Curt.Caſſad.& alios docet Gabriel lib.7.tit.de crimin.concl.35.num.14.*

22 Nec prædictis obſtat prætenſum Breue Pauli Tertij, vel quia tamquam locale Ciuitatis Bononien. non poteſt comprehendere Eccleſiam Nonantulanam, aduerſus quam numquam fuit vſu receptum, ſed paſſim ad eius fauorem declaratæ fuerunt, & declarantur huiuſmodi caducitates, vel quia in Inſtrumento inueſtituræ non ſolum fuit renunciatum omnibus ſtatutis, Prouiſionibus, ac Priuilegijs, tàm Ciuitatis Mutinæ, quam Bononiæ, ſed etiam expreſsè conuenta deuolutio in caſu non ſolutionis canonum, ex qua hominis prouiſione omninò ceſſare debet priuilegij diſpoſitio, quoniam contractus à partium conſenſu, & nõ à priuilegij tenore legem accipere debet, *l.contractus ff.de reg.iur. Rota deciſ.787. num. 2. coram Seraph.& deciſ.151.nu.2.poſt Zacch.de oblig. Camer.ſecundum vltim.impreſſ.*

23 Adeo vt non poſſit modo haberi recurſus ad aſſertum indultum, nam priuilegiatus faciens actum contrarium ſuo priuilegio cenſetur priuilegio renunciaſſe, ſibique præiudicaſſe, *cap. veniens de reſcript.& ibi gloſſ.cap.cum acceſſiſſet de conſtit.cap.pro illorum de praben. cap.ſi de terra, cap.accedentibus de priuil.l.2.Cod.de iur.domin.impet. Bero conſil.152.num.14.lib.3. vbi in fin.* ſubdit hoc procedere tàm in grauibus, quàm in leuibus, quia res facile ad ius ſuum ordinarium, & commune redit.

Et ita &c.

ADDITIONES.

24 PRoximior Emphyteutæ, qui vltimo loco deceſſit, ſuccedit, & pro immiſſione ad bonorum Emphyteuticorum poſſeſſionem intentionem fundatam habet ad excluſionem cuiuſcumque alterius, eiuſque boni iuris, *Textus in cap.1.§.ſi inter filiam, & §.defuncto, ſi de feud. defunct.controuerſ.ſit inter Dom.& agnat.Molin.de primog.Hiſpan.lib.3.cap.14.Rota deciſ.21.num.1.par.1. recent.& deciſ.699.n.12 propè fin.*

25 Ampla etiam ſi alter ſit proximior primo acquirenti, ſi Emphyteuſis non fuerit habita à primo ſtipulatore, ſed ab Eccleſia, *Bart. in l. mortis cauſa in princ.ff.de donat.cauſ.mort.& in l.ſi mihi, & Titio ff.de verb.oblig.Merlin.deciſ.669. Rota in Fanen.ſeu Senogallien.Bonorum ſuper bono iure 14.Martij 1646.coram Meltio in fin.princ.*

26 Amp. vt Emphyteuſis ingreſſa vnius comprehenſi lineam debet in eadem perſeuerare, donec aliquis in ea ſupereſt, adeò vt interim alius quiſpiam de altera linea admitti nequeat, quamuis ſit de deſcendentibus, & de comprehenſis, *Surd. conſil.403. num.10. & 11. Decian. conſil.127.Rota deciſ.682.num.3. verſ.pro quo facit par.2. recent. deciſ.35.num.29.poſt tract.labyrint.creditor.Salgad.deciſ.699.n.11.& 12.coram Merlino cum alijs allegat. in d.Fanen.in §.neque agnatus poſt princ.coram Melt.*

27 Etiamſi titulo diuiſionis res Emphyteutica ingrediatur vnius comprehenſi lineam, nam in ea perdurare debet vſque ad totalem eius extinctionem *ad Text expreſſ.in fin.de natur.ſucceſſ.feud. vbi Bald.num.1.Honded.conſil.36.num.35.lib.1.* qui loquitur de Emphyteuſi Eccleſiaſtica, *Natta conſil.22.num.1.lib.1.Rota deciſ.38.num.21. poſt Laberint.credit.Salgad.*

28 Ampl.vt quando res Emphyteutica vni ex hæredibus inueſtiti in totum, vel in partem obuenit, ita in eis, eiuſque deſcendentibus perdurare debet, vt omnes alij prorſus excluſi remaneant, ſiue eiuſdem deſcendentes ſint maſculi, ſiue ſint fœminæ, *Rota deciſ.38. nu.24. & 25.poſt Labyrint. creditor.Salgad.Bero.conſil.111.num.1.vol.1.& conſil.2.num.35.vol.2.* vbi quod hoc caſu non ſit locus iuri accreſcendi.

Et

29 Et Emphyteuſis ſi ſit ex pacto, & prouidentia filijs, vti filijs acquiſita, & non vti hæredibus, eiſdem. patre defuncto, ipſo iure abſque ope alicuius tituli hæreditarij debetur *Clar. in §. Emphyteuſis quæſt.37. in prim. Mantic. de tacit. lib.14. tit.19. num.5. & ſeq. Rot. deciſ.86. num.2. Salgad. in ſuo Labyrint. creditor. part.3. cap.3. num.41.*

30 Quinimmo in diuiſione ſi tota res Emphyteutica fuerit vni ex comprehenſis aſſignata, ſi poſtea deceſſerit ſine maſculis, ſola filia fœmina ſuperſtite, & ſuperſtitibus Patruo, & Patruelibus ipſius filiæ, ſi Emphyteuſis ſit noua tota ad filiam pertinet, ſi vero antiqua patruus, & Patrueles ad rem Emphyteuticam prædictam, excluſa, filia, admittuntur late *Bero conſ 111.num.3. vol. primo.*

31 Emphyteuſis Paterna finita linea, ſi ab Eccleſia de nouo concedatur duobus fratribus deſcendentibus a primis Emphyteutis naturam paternæ, & antiquæ inueſtituræ retinet, & inter Emphyteutas de nouo inueſtito locus eſt iuri accreſcendi; ſecus ſi in noua conceſſione adiecta eſſet alia noua qualitas clauſula, conuentio, ſeù forma, quæ in prima non eſſet. Item quando ob culpam, & delictum Emphyteutæ eſſet finita, & ad Eccleſiam reuerſa *Bero, conſ.112. per totum vol.1.*

SVMMARIVM.

1 Hæreditas adita efficitur patrimonium hæredis.
2 Hæreditas dicitur adita ex actibus, qui extra ius, & nomen hæredis geri nequeunt.
3 Bona ſubiecta fideicommiſſo non ſunt obligata prò debitis ſubſtituti.
4 Actus non operatur vltra intentionem agentis
Aditio Hæreditatis facta ex vna cauſa non trahitur ad alia 4.
5 Aditio Hæreditatis ſola animi deſtinatione perficitur.
6 Hæreditas tranſmiſſa non dicitur acquiſita niſi mediante aditione.
7 Hæreditatis delatio non ſufficit, niſi copulatiue concurrat delatoris aditio.
8 Hæreditas delata non conſideratur vt ius quæſitum, ſed vt ius quærendum.
9 Obligatio non conſiſtit ante euentum conditionis.
10 Actus aditionis hæreditatis requiritur in hærede extraneo, ſecus in ſuo ſim, vt num.11.
12 Teſtamenti ignorantia præſumitur, amp. vt num.13. 14.
15 Ius adeundi hæreditatem tranſmittitur ad filius, & alios hæredes.
16 Hæreditas tranſmiſſa; eſt hæreditas traſmittentis, & non primi defuncti & 22.
17 Ius adeundi hæreditatem eſt quædam facultas, & potentia adeundi, quam merum ius.
18 Ius adeundi hæreditatem non venit in generali obligatione bonorum.
19 Hæreditas non adita non venit in publicatione bonorum.
20 Nepos independenter à Patre venit ad hæreditatē aui, & 21.
23 Creditores non habent ius ad hæreditatem delatam niſi hæres debitor eandem adiuerit, amp. vt num.24.

DECISIO CXXIX.

Alias Conſtitutum XXVI.

Prætendente R.D. Gaſparo de Pellegrinis vna cum alijs fratribus bona de quibus agitur non eſſe obligata, & hypotecata ad fauorem creditorum Ludouici eorum Patris, tamquam illa eiſdem obuenta, non ex Patrimonio Patris, ſed ex fideicommiſſo aui, & quamuis creditores obicerent præfatum eorum auum vltimo Teſtamento, quò deceſſit primum reuocaſſe, & bona libere abſque vllo onere fideicommiſſi reliquiſſe, ijs tamen non obſtantibus dictum eorum Patrem hæreditatem adiuiſſe, & bona poſſediſſe intuitu primi Teſtamenti, nullamque notitiam, & ſcientiam poſterioris habuiſſe replicabant, ac proinde fuit propoſitum dubium an creditores habeant ius, & actionem ad dicta bona, & negatiuè reſolutum.

1 Vtique enim præfata bona hypotecata, & obligata cenſeri deberent ad fauorem creditorum, ſi Ludouicus in vim vltimi Teſtamenti paternam hæreditatem adiuiſſet, tamquam effecta proprium patrimonium confuſum cum patrimonio defuncti *l. ſi plures 10. § filio impuberi ff. de vulg. §.1. inſt. t. de hæred qualit. & diſ. Bero conſ.160. num.12. part 2. Pariſ conſ.20. num. 1. & conſ.56. num.4. part.2. Surd. deciſ.144. num.15. Rot. dec.19. num 9. deciſ.259. num.9. deciſ.304. num. 1. part.5. in recent. & in Romana Caſalis 14. Februarij 1649. in §. ergo nec in facto coram Arguelles, & tradit. Merlin. in tract. de pignor. lib.2. tit.2. quæſt.66. n.11.*

2 Verum quia, nulla habita notitia poſterioris Teſtamenti vti hæres ex primo hæreditariorum bonorum poſſeſſionem adeptus fuerit, prout verbo, & facto declarauit obſeruando, & executioni demandando Teſtatoris voluntatem (nempe in ſoluendo legata, cæteraque onera impoſita adimplendo) alijſque actibus geſtis, qui extra ius, & nomen hæredis ex primo Teſtamento geri non poterant *l. pro hærede §. Papianus l. gerit vbi Bart. num.1. ff. de acquir. hæred. Rot. deciſ.856. num.9. coram Seraphin & deciſ.168. num.1. coram*

3 *Coccino.* Certi iuris eſt titulo, quo dicta bona poſſidebat, pro debitis proprijs ſoluendis attento fideicommiſſo, & ſubſtitutione facta minime obligare potuiſſe *l. prædo §. prædio ff. de legat.2. l. fi. §. ſin autem C. commun. de legat. Rutn. conſ.93. lib.1. Seraph. deciſ.925.*

4 Actus enim non operatur vltra intentionem agentis *cap. quia intentionis de priuil.* Nec aditio hæreditatis facta ex vna cauſa trahitur ad aliam, cum deficiat conſenſus adeuntis *l. ſi is ad quem l. ſi quis mihi bona § ſed ſi mandauit verſ. aliter atque l. pater in princ ff de acquir. hæred. Pariſ. conſ.63. num.83. vol 1. & conſ.33. num.87. vol.3.*

5 Siquidem cum aditio ſola animi deſtinatione perficiatur *l. ſi auia C. de iur. delib. l. pro hærede in princ. l. gerit vbi Bart. ff. de acquir. hæred. & notat. Soc. conſ.1 1. vol.3. verſ. ſed hic eſt aduertendum vol.1. Pariſ. conſ.19. num.101. & ſeq. vol.2. gloſ. in dicta l. pro hærede, & in l. gerit C. de iur. de lib. Rot. deciſ.303. num 1. part.1. diuerſ.* niſi probetur Ludouicum habuiſſe animum adeundi ex vltimo Teſtamento etiam ſi ſe immiſcuerit rei hæreditariæ, non cenſetur adiuiſſe, *l. ſumptus in princ. ff. de relig. & ſumpt. fun. Rot. deciſ.14. num.3. in fin. de cancels. præben. in nouiſſ.*

6 Ac proinde licet Ludouico hęreditas tranſmiſſa, & delata fuerit ex vltimo Teſtamento, tamen non conſtito de aditione eius vigore ſecuta, acquiſita dici nequit *l. ſi infanti C. de iur. delib. l.3. §. ſi quis ita, & ibi Imol de hæred. inſtit. Dec. in l. hæredem de reg. iur Grat reſponſ.101. num.37. lib.2. Bero. conſ.126. num.24. vol.3.*

7 Et conſequenter cum bona tamquam per aditionis actum Ludouico hæredi non quæſita vigore vltimi Teſtamenti, in eius dominio nunquam fuerint, ad creditores non pertinent, cum non ſufficiat hæreditatis delatio, niſi copulatiuè concurrat

curratdebitoris aditio *Salgad. in ſuo Labyrint. creditor. part. 2. cap. 25. num. 38.*

8 Hæreditas autem delata non conſideratur, vt ius quæſitum, ſed vt ius quærendum, adeout quouſque per aditionem incorporetur patrimonio debitoris, nullum ius crediroribus acquiritur nec bona hæreditaria cadunt ſub hypoteca, niſi poſt hæreditatis acceptationem *Rota in Romana Domus 27. May 1647. coram Cerro poſt tract. Laberint. creditor. Salgad deciſ. 34. num. 6.*

9 Et quamuis eadem bona ſub generali obligatione per Ludouicum facta ſaltem comprehendantur ſub conditione, quatenus propria effecta fuiſſent, tamen quia conditio principalis obligationis adimpleta non fuit, tamquam nunquam propria effecta in caſu, & ad effectum de quo agitur, minime obligata remanſerunt; nam ante euentum conditionis, nulla obligatio principalis conſiſtit, & nulla oritur actio *l. cedere diem ff. de verb. ſignif. l. res hypoteca ff. de pignor. Bero conſ. 203. num. 17. vol. 1. & communiter DD. in l. fin. C. de Luit. pignor. Surd. conſ. 335. num. 22. Rot. deciſ. 50. num. 4. & deciſ. 619. num. 3. part. 1. in recent. & poſt Merlin. in tract. de pignor. deciſ. 21. numer. 9.*

10 Nec turbare debet, quod actus aditionis requiratur in hærede extraneo ad hoc, vt ſibi dominium acquiratur, *l. cum heredes in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſecus vero in hærede ſuo proprio, vt erat Ludouicus, qui etiam in vita defuncti cenſebatur eſſe dominus, nec per mortem Patris, nec per aditionem hæreditatis dominium dicitur acquiſiuiſſe, ſed in eo ſtatim continuaſſe *l. in ſuis ff. de lib. & poſt. Bero. conſ. 44. num. 12. vol. 3.*

11 Quia obiectum fortaſſe procederet, niſi Ludouicus ex primo Teſtamento ſuccedere voluiſſe expreſsè declarauiſſet, & ſub hoc ſpeciali titulo in huiuſmodi poſſeſſione bona fide (attenta ignorantia vltimi Teſtamenti) continuaſſet, per *Text. in §. penult. inſtit. de hæred. acquir. & diff. ad tradita per Iaſ. in l. pro herede num. 1. ff. de acquirend. hæred. & per Pariſ. in conſ. 19. num. 103. vol. 2.*

12 Quæ magis corroborantur, quia Teſtamenti ignorantia præſumitur etiam in filio, niſi probetur ſcientia *Bart. & communiter DD. in l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. oblig. & in l. ſi eius ff. ſi cert. petat. eſt Text. in l. quando ſororem C. de iur. delib. vbi Bald. Gratian. reſponſ. 21. num. 32. lib. 2. & reſponſ. 106. num. 7. lib. 2. Bero. conſ. 160. num. 4. vol. 2. Ruin. conſ. 23. num. 17. in fine & 18. vol. 1. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 19 num. 14. part. 1.*

13 Nec ex diuturnitate temporis inducitur huiuſmodi ſcientiæ præſumptio, propter contrariam præſumptionem ignorantiæ, vt per *Alex. & alios tradit Ruin. conſ. 23. num. 19. vol. 5.*

14 Quinimo indiſtinctè, hoc ſibi locum vindicare tàm in Teſtamento in ſcriptis, quàm in nuncupatiuo reiecta diſtinctione, *Rol. à Valle, & aliorum in conſ. 36. num. 12. & ſeqq. lib. 2.* de veriori, communiori, & in praxi obſeruata opinione, à qua tàm in iudicando, quàm in conſulendo recedendum non eſſe, teſtatur *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 19. num. 19. cum plurib. ſeq. ex Caniol. in l. qui in alterius num. 12. ff. de reg. iur. Barc. in l. cum hæredes de liber. lega Neuiz. conſ. 32, num. 17. & in conſ. 84. num. 16.*

15 Nec infringit quod à Ludouico cum iure ſuitatis, tum iure ſanguinis hæreditas ad ſuos filios traſmiſſa fuerit, ſi non vt adita, ſaltem vt adeunda, *Roc. deciſ. 22. num. 40. part. 6. recenſ.* Cum paterna hæreditas habeat hoc ſpeciale, vt etiam non adita traſmittatur ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, *l. 3. C. de iur. delib. l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit. Caſtren. in l. 1. num. 6. C. de ijs qui ante aper. tabul.* & ibi *Corn. num. 6. Menoch. conſ. primo num. 491. Pariſ. conſ. 36. num. 14. vol. 3. Dec. conſ. 242. 250. & 331. num. 5. Surd. deciſ. 138. num. 3. & 9. Rota deciſ. 362. num. 11. part. prima diuerſorum.*

16 Et propterea Creditores pro eorum ſatisfactione bonum ius fouere ad bona hæreditaria traſmiſſa, ex quo hoc ius reperiatur in hæreditate tranſmittentis, & ius hæreditarium cenſeatur, ab eorum patre, & non à primi defuncti hæreditate proueniens *Aſcan. de patr. poteſt. effect. 16. num. 6. Soccin. Sen. conſ. 57. num. 14. vol. 14. Ruin. conſ. 22. num. 15. & 16. vol. 3. late Salgad. in ſuo laberint. creditor. part. 2. cap 25. à num. 94. & plurib. ſequen.*

17 Quia in contrarium eſt animaduertendum, quod ius adeundi reputatur potius quædam facultas, & potentia adeundi, quam merum ius *Bald. in l. duo nobis prope fin. C. de Epiſc. & Cleric.*

18 & eſt mere perſonale *Cephal. conſ. 321. num. 38.* quæ potentia cum non fuerit reducta ad actum, ſeù debitori ius quæſitum per actum aditionis, & voluntatis declarationem, non potuit debitoribus tranſmitti, vt modo illud experire valeant, *l. pretia rerum vbi notant Caſtren. Alex. & alij ff. ad l. Falcid. Falin. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 33. de conſtit.* Tanto magis quia non comprehenditur ſub generali obligatione bonorum debitoris. *Cancer. var. reſol 3. par. cap. 21. de tranſmiſſ. ſub num. 160. Vincent. de Franc. deciſ. 101. Surd. dec. 140. num. 9.*

19 Prout etiam hæreditas non adita non venit in publicatione bonorum, nec ius adeundi ad fiſcum tranſmittitur, *l. ſi filius C. de bon. damnat. Ruin. conſ 23. num. 16. in fin. & num. 17. vol. 5.* quamuis Fiſcus ſit vniuerſalis ſucceſſor, & loco hæredis habeatur, *l. 1. C. ad l. Iul. de vi. publ. Boſſ. de public. bonor. num. 13.* multoque minus tranſire poteſt ad creditores, qui vti ſingulares ſucceſſores conſiderantur *Surd. deciſ. 140. num. 19.*

20 Quæ magis corroborantur, quia Ludouicus, ex quò nunquam ex dicto ſecundo Teſtamento hæreditatem acquiſiuit, neque illam ad filios tranſmittere potuit, qui propterea iure proprio, proprijſque perſonis ad aui ſucceſſionem veniũt, vt dixit *Rota deciſ. 653. num. 7. part. 1. tom. 2. recent. per Bart. in l. 1. §. ſi ſit nepos verſ. ſed mihi non placet ff. de coniug. cum emancip. Bald. in l. 2. num. 4. C. de liber. præter.*

21 Nepoti autem hæreditas aui defertur indiſtinctè, & ad eum pleno iure pertinet, non ex aliqua participatione patris, ſed ex diſpoſitione, & beneficio legis, & quamuis locum vacuum, ſeù gradum Patris occupare dicatur, ex propria tamen perſona independenter ab ipſomet Patre ſuccedit bene *Surd. conſ. 133. num. 25. tom. 1. per Text. in l. gallus 29. §. & quod ſi tantum ff. de lib. & poſt l. 2. C. de lib. præter.*

22 Sed quatenus etiam ex perſona Ludouici Patris ad filios tranſmiſſa videretur, tamen ob non aditionem factam ab eodem tranſmittente, nomen paternæ hæreditatis aſſumere nequit, ſed primi defuncti, itaut ad excluſionem creditorum eodem primo defuncto, & non patri tranſmittenti ſuccedere iudicari debeant *Ruin. conſ.39. nu.4. 5.7. & 8. tom.3. Rimin. conſ.697. num.51. vſque ad fin. tom.6. Burzat. conſ.61. per tot. tom.1. Alex. conſ.30. vol.2. & conſ.33. vol.6. Iaſ. conſ.159. vol.2. Dilect. de arte teſtam. artic.5. caſ.21. num.30.*

23 Et in omnem caſum creditores, vt ad huiuſmodi ius Ludouico delatum habeant regreſſum, deberet eſſe eius hæredibus quæſitum per aditionē, & voluntatis declarationem (de quo non conſtat) ſi fortaſſe magis placeret ſententia *Surd. dec.140. in fin. & per totam comprobata à Salgad. in ſuo Labyrint. creditor. part.2. cap 25. à num 94. & plurib. ſequen.*

24 Cum habeant beneficium abſtinendi, & in præiudicium creditorum repudiandi, ac proinde non acquirere, *l. qui autem in princ. ff. de iis, quæ in fraud. creditor. Boſſ. in tit. de public. bonor. nu.28. & ſeq. Caualca de vſufruct. mulier. relict. num 136. in fine* In iure autem quærendo, & non quæſito non eſt dubium, quod etiam ipſemet debitor creditoribus præiudicare poſſit per refutationem, & non acceptationem, vt late tradit, *Merlin in tract. de pignor. & hypotec. lib.4. tit.5. quæſt.134. à num.1. & per tot.*

SVMMARIVM.

1 Ignorantia præſumitur niſi probetur ſcientia.
2 Ignorantia excuſat à pœna amp. vt num.3. 4. 5.
6 Ignorantia probatur per iuramentum ignorantis.
7 Ignorantia probatur ex iudicijs, quæ moraliter coniungi nequeunt cum ſcientia.
8 Beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam amp. vt num.10. ſecus ſi aliter in fundatione ſit diſpoſitum 11.
9 Capellania propter onus celebrandi certas Miſſas non exigit reſidentiam.
12 Verbum interſit, vel aſſiſtat, importat reſidentiam perſonalem, ſecus verbum cantet, vel inſeruiat.
13 Verbum intereſſe habet maiorem vim, quam verbum reſidere.
14 Quæ differentia ſit inter verbum reſidere, & intereſſe.
15 Beneficia ſimplicia de iure communi requirunt reſidentiam.
16 Reſidentia, ſeù ſtatus Beneficij ſpatio 40. annorum mutatur, & præſcribitur
17 Legata ad pias cauſas 40. annorum curſu præſcribuntur.
18 Præſcriptio non currit ſine ſcientia, & patientia partis, & 22. lim. in immemorabili num 23.
19 Capellanus non poteſt derogare qualitatibus fundationi appoſitis.
20 Immemorabilis affert meliorem titulum de mundo.
21 Immemorabilis prodeſt ad obtinendam manutentionem, & in petitorio facit plenam probationem.

DECISIO CXXX.

Alias Conſtitutum XXVII.

Inter alia onera à primæua fundatione beneficij ſimplicis ſub inuocatione S. Blaſij in Eccleſia Parochiali Terræ Crepalcorij fuit expreſsè à D. Fundatore ſuo vltimo Teſtamento vſque de anno 1434. condito R. D. Rectoribus pro tempore huiuſmodi peculiare onus impoſitum. *Qui Capellanus ſit eligendus teneatur, & debeat celebrare qualibet ſeptimana ad dictum Altare pro anima ipſius Teſtatoris, & eius defunctorum tres Miſſas, & tenere vnum Clericum, & etiam teneatur ſingulis diebus feſtiuis, & alijs diebus, quibus celebrabuntur Officia in dicta Eccleſia intereſſe pro anima ipſius Teſtatoris, qui Capellanus ſi ſtaret per vnum menſem, quod non celebraret, & etiam non intereſſet ad dicta officia, ex nunc ipſum priuauit, & vult eſſe à Capellania, ſeù Rectoratu dicti Altaris, & alium eligi voluit.* Occaſione Diœceſanæ viſitationis, comperto Adm. R. D. Hieronymum Cimninum nonnullorum annorum curſu poſt obtentam huius beneficij prouiſionem, & pacificam adeptam poſſeſſionem, nunquam conduxiſſe Clericum, nec ad Diuina Officia interfuiſſe; dubitatum fuit coram me, an fuerit factus locus priuationi dictæ Capellaniæ, & quatenus ratione prætenſæ ignorantiæ dicti oneris excuſari debeRet, & an in futurum teneatur ad perſonalem reſidentiam, nec priuari, nec in futurum ad reſidentiam teneri deciſum.

1 Præcipuum reſolutionis fundamentum reſultare videbatur in allegata huiuſmodi oneris ignorantia per Rectorem, cum trita ſit iuris regula, quod ignorantia præſumatur, niſi probetur ſcientia *l. verius ff. de probat. cap. ignorantia de reg. iur. in 6. & notat. in cap. in præſentia de probat. & in l.3. ff. eod. tit. Fulgoſ. conſ.23. & conſ.141 Cranet. conſil.203. num.3. Bero. conſ.114. num.13. vol. primo Parif. de reſignat. benef. lib.6. quæſt.5. num.34. Creſcen. deciſ.10. alias 182. num.9. de dol. & contum. Rot. in nouiſ. deciſ.26.*

2 Et excuſat à pœna ad *Text. & gloſ. in Clem.1. de conſang. & affin. ad notat per Bart. in l. auunculo verſ. quadam eſt de condit. ſine cauſ. & in l error in 2. quæſt. C de iur. & fact. ignor. eſt Text. in l. quicumque C. de ſer. fugit. & in l.1. ff. de receptat. Gabr. lib.6. tit. de reg. iur. concluſ 6. num.1.* Præci-

3 pue, quando agitur de damno euitando, & amittendo iure quæſito, & radicato, vt animaduertit *Grat. conſ.75. num.39. lib.1.*

4 Etiam ſi per ignorantiam inuincibilem aliquid fuerit factum, vel omiſſum non tam circa leges communes, verum etiam particulares ſpectantes ad proprium ſtatum, & officium *Bonacin. in tit. de peccat. diſ.2. quæſt.8. punct.3. num.18. tomo 2.*

5 Quinimmo etiam ſi ignorantia verſetur circa euitandam propriam obligationem *ad tradita per Bald. in l. error in 2. quæſt. C. de iur. & fact. ignor. Gabr. lib.6. tit. de reg. iur. concl.6. num.6.*

6 Quæ oneruni ignorantia in caſu noſtro non ſolum probatur per dicti Rectoris iuramentum, quod in foro externo aliquem ignorantia inuincibili laboraſſe, ſeu legem ex ignorantia non ſeruaſſe ſufficere videtur, cum in dubio, an quis ſciuerit, vel ignorauerit, æquitas non patiatur, vt condemnetur, præcipuè quando agitur de pœna euitanda *cap. nulli de elect. in 6. cap. paſtoralis de except. Pariſ. conſ.95. num.46. vol.1. Fenzon. ad ſtat. Vrbis in cap.158. num.73. lib.1. Bonacin. loco citat. num.13. & ex gloſ. Dec. Aret. docet Surd. deciſ.216. num.34. & 35.*

7 Verum etiam comprobatur pluribus, & diuerſis alijs indicijs, quæ vltra iuramentum concurrunt, cum in collationibus, ſeù prouiſionibus

bus factis de dicto beneficio hniuſmodi onus expreſſum non fuit, uec in Sacriſtia dictæ Eccleſiæ reperitur ſpeciali tabella adnotatum, nec in viſitationibus generalibus apparet ordinatum, & ab alijs Rectoribus pro tempore adimpletum, prout multi graues, & fide digni Sacesdotes eiuſdem Terræ teſtantur, ex quibus indicijs, & coniecturis, ex quo moraliter coniungi nequeant cum ſcientia dicti oneri, ſeu cum neglicentia culpabili illud ſciendi, multo magis excuſari debet, *Panorm.in cap.cognoſcentes de conſtit.num.9. Bero.in cap.cognoſcentes in fin de conſtit. Nauar.conſil.1. quæſt.2. num.6. & 7. tit. eod. Menoch.de arbit. Iud. caſ 86. num 9. Maſcard. de probat concl.379. 880.881.tom.1. Bonacin.in tit.de peccatis dicta diſ.5. quæſt.8. punct. 3. num. 13. tom. 2. Surd. deciſ.216. num.35.*

8 Ad euitandam vero in fututum obligationem perſonalis reſidentiæ non videtur ad fauorem præfati Hieronymi, inſiſtendum eſſe in regula, quod beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine reſidentiam perſonalem non requirant *Vgolin. de offic. Epiſcop.cap.50.§.8.num.5. Pariſ.de reſignat. benef.lib.1.quæſt.10.nu.366.& 367. Gonzal.de reg. Cancel.menſ.gloſ.5.num.80.& gloſ.15.num.26. Homobon.de exam.Eccleſ.par.3.tract.14.cap.1.ſuppoſ.2. fol.131. Garz.de benef.Eccleſ.par.3.cap.2.num.4.& ſeqq.& par.7.cap.1.num.86.& 88. Caſar.de Graſ.deciſ.115.num.3. Rot.483.num.2.par.1.diuerſ.*

9 Nec Capellania propter onus annexum celebrandi certas Miſſas ſingulis hebdomadis exigat reſidentiam perſonalem, cum per ſubſtitutum deſeruiri poſſit *Prax.Epiſc.par.1.verb.beneficia §.8.pag.51.& ex Ric.Gonzal.Azor.docet Barboſ. de poteſt.Epiſc.alleg.24.n.44. par.2.*

10 Et propterea uec Epiſcopum, nec Synodum prouincialem cogere poſſe obtinentes beneficia ſimplicia aliquod perſonale ſeruitinm ſuis beneficijs impendere, aut nouum onus impouere, ſeu obligare ad reſidentiam, *vt à Sac. Congreg. Concil. declaratum fuiſſe refert Garz. de benef. part. 3. cap.2.num.8.*

11 Quia prædicta procedunt quando aliter in fundatione diſpoſitum non fuit, *Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſ.5.n.100. Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg 24. num.44.par.2. Garz de benef.par.7. cap.1. num. 82. & 88. vbi ita firmaſſe Rot. in Brixien. Capellania 2. Martij 1598. coram Litta, & par.3.cap.2.num.11. & 12. vbi alias Rot. deciſ. allegat.*

12 In caſu tamen noſtro per obligationem à fundatore impoſitam intereſſendi diuinis Officijs ſingulis diebus feſtiuis ad perſonalem reſidentiam Rectores obligare voluiſſe ſatis aperte colligitur; cum verbum interſit, vel aſſiſtat (quidquid ſit de verbo cantet, vel inſeruiat) importet, quantum verbum reſideat, & denotet reſidentiam perſonalem, *vt ex Nauar.conſ.6.num.3. de Cleric. non reſiden. tradit, Garz. de benef. par. 7. cap.1.num.89.*

13 Immò verbum intereſſe habere maiorem vim, quam verbum reſidere, & minus eſſe reſidere, quam intereſſe, teſtatur *Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſ.45.num.50.ex gloſ. Gemin. Couar. quos allegat. Caſar.de Graſ.deciſ.5.n.3. de præben. Rot.deciſ.330. num.1.par.1. diuerſ.*

14 Nulla autem eſt differentia inter reſidere, & intereſſe, niſi qnod reſidere reqnirit domicilium, intereſſe verò expoſtular præſentiam, dum diuina peraguntur, & beneficiati miniſterium in actu celebrationis exhibeat, vt pulchrè declarat *Paul. Rub.in Adnot. ad deciſ.576.num.139.& 140. par.4. tom.3.in recent.*

15 Quæ magis ſibi locum vindicant, quia teſtator cenſetur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione iuris communis, cuius vigore etiam beneficia ſimplicia reſidentiam requirunt, *cap. fin. de reſcript. in 6. gloſ. in extrauag execrabilis de præben. Abb.in cap.ſuper inordinata num.5.de præben. Pariſ. de reſignat. benef. lib.1. quæſt. 10. num. 3. & 66. Hoieda de incompatib.benef.cap.17.num.54.cum alijs per Garz.de benef.par.3. cap.2 num.1. Rot.dec.483. num.2.par.1.diuerſ.*

16 Nec prætendatur ſtatum præcedentem dictæ Capellaniæ non reſidendi plenè præſcriptum fuiſſe, ex quo ſtatus beneficij per ſpatium 40. annorum præſcriptione mutetur *cap.cum de beneficio de*
17 *præben.in 6. Rot. deciſ.5. de præben. in nouiſ* Quinimmo legata ad pias cauſas pariter 40. annorum curſu præſcribantur, vt per *Authen.de Eccleſ. tit.in §.pro temporalibus, & l.1.C.de Sacroſanct.Eccleſ. latè tradit Abb.conſ.54.num.1.in fin.& num.2. verſ. hoc tamen par.2.*

18 Quia dicta præſcriptio non iuſtificatur cum ſuis requiſitis, & præcipuè cum ſcientia, & patientia Ordinarij, prout iuſtificari deberet, *l.2. C.de ſeruit.vbi Bald. num.6. & 24. Pariſ. conſ.25. num.109. lib.1. Alex.conſ.108. num.9.& ſeq.lib.2. Bald.de præſcript.2. par.5. primus paſtoralis quæſt.7. num.4. Seraphin. deciſ.1432. num.2. Rot.deciſ.167. num. 5. & deciſ. 184. num. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ.717.ſub n.3.par.2.in recent.Greg.XV.deciſ.249. num.3.*

19 Hinc eſt quod prætenſa obſeruantia non reſidendi nihil debeat operari, dum verba fundationis beneficij imponentia onus reſidentiæ ſint clara, cum non deneat eſſe in poteſtate Capellani derogare qualitatibus fundationi appoſitis *Rot.deciſ.496. num.1. par.1.recent.*

20 Contrarium tamen his non obſtantibus reſoluendum videtur; quia ſtatus huiuſmodi beneficij non reſidendi plenè præſcriptus fuit non tam curſu, 30. vel 40. annorum, ſed centum, & vltra, quæ quaſi poſſeſſio, ſeù quaſi præſcriptio centenaria immemorabili æquiparatur, & affert meliorem titulum de mundo, *Rot. in Placentina Decimarum de Alorza 11.Martij 1650. in princ.coram Pentingerio, & deciſ.770.num.8.par.18. & deciſ.106.num.27.deciſ.152.num.2.& deciſ.251. n.31. par.19.in recent.*

21 Et prodeſt præfato Rectori ad obtinendam manutentionem, immo in petitorio plenam facit probationem, *cap. ſuper quibuſdam §. præterea ibique gloſ.de verb.ſignif. Gonzal.ſuper reg. 8. Cancel.gloſ.18.num.43. Achil.dec.4.de iurepatron. Burat. deciſ. 673. in fin. cum alijs relat. per Rot. in dicta Placentina Decimarum in §. immemorabilem vero.*

22 Et quamuis non probetur ſcientia, & patientia Ordinarij, cum contra ignorantem non currat præſcriptio etiam per mille annos defectu conſenſus, qui ab ignorante non cenſetur præſtitus ſecundum magis communem opinionem, *Grat. conſil.146. num.15. vol.2. & conſ.125. vol.1.*

Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. quaeſt. 15. num. 115. Rot. Bonon. deciſ. 69. & deciſ. 71. Mogon. in Rot. Lucan. deciſ. 77. num. 23. cum alijs per Borgnin. deciſ. 27. num. 44. par. 1.

33 Hoc tamen non aduerſatur, cum non procedat in præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ poteſt currere etiam cum ignorantia alterius partis, *Felin. in cap. de quarta ſub num. 40. de præſcript. Maſcard. de probat. concl. 1214. num. 40. & ſeq. vol. 3. Balb. in tract. de præſcript. in 2. par. 4. par. 1. 8. quaeſt. ſub n. 14. cum alijs congeſt. per Borgnin. deciſ. 2. nu. 71. & deciſ. 4. num. 53. par. 5.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Beneficium Eccleſiaſticum non efficitur legatum relictum pro celebrandis Miſſis.
2 Manſionariæ nomen deſignat beneficium Eccleſiaſticum.
3 Manſionaria non poteſt cum alio beneficio retineri ſub eodem tecto.
4 Beneficium eſſe Eccleſiaſticum ex quibus probetur, & n. 5. vſque ad n. 11.
5 Onus perpetuum celebrationis Miſſarum abſque Ordinarij licentia recipi nequit.
6 Ius eligendi ſucceſſorem in beneficio eſt de iure prohibitum.
9 Beneficium in dubio præſumitur Eccleſiaſticum.
10 Beneficia de iurepatronatu omnes fundare poſſunt, vt ſuum tamen ſortiantur effectum, requiritur authoritas Ordinarij Intel. vt num. 11.
12 Collatio beneficij ordinata per verbum (detur) demonſtrat collationem, & præſentationem canonice faciendam.
13 Iuspatronatus reſeruatum certis perſonis, ipſis deficientibus, remanet liberum, & deuoluitur ad Ordinarium.
14 Ordinarius eſt omnium piarum diſpoſitionum executor.
15 Prouiſus ab Ordinario ob negligentiam hęredum in nominando Rectorem pręfertur nominato, deinde ab hęredibus.
16 Caſus omiſſus à teſtatore remanet ſub diſpoſitione iuris.
17 Patronus amittit ius nominandi poſt lapſum temporis à iure ſtatutum, & ius deuoluitur ad Ordinarium.

DECISIO CXXXI.

Alias Conſtitutum XXVIII.

VLtimo Teſtamento, quo deceſſit Doctor Ioannes Baptiſta de Folis condidit legatum ducatonorum mille ad effectum erigendi vnam Manſionariam in Sacello Diuæ Ceciliæ exiſten. intus Eccleſiam Parochialem Fanani, & primo loco conferendam R. D. Bartolomæo de Folis eius nepoti, cum onere celebrandi tres, aut quatuor Miſſas qualibet hebdomada, & facultate eidem Bartolomæo attributa in eius obitu alteri Sacerdoti bonæ, honeſtæque vitæ relinquendi, & ſic tractu ſucceſſiuo continuandi de ſucceſſore in ſucceſſorem, poſt obitum præfati fundatoris, licet quinque annorum curſus, & vltra effluxerit non ſolum ad erectionem huiuſmodi Manſionariæ non fuit deuentum, verum etiam deceſſit idem Bartolomæus primus nominatus, nulla facta nominatione alterius Sacerdotis pro Manſionario, quapropter defectu perſonarum contemplatarum pro conferendo tale beneficium pręrendens Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardinal. Abbas, Ordinarius ius ad ſe deuolutum, vel ſaltem tamquam Executor legatorum, & piarum diſpoſitionum ob negligentiam hæredum, deuenit ad fundationem dictæ Manſionariæ, eamque contulit Dominico de Turris, Prætendentibus tamen hæredibus diſpoſitionem eſſe ſimplex legatum pium, & non beneficium authoritate Ordinarij fundandum, pro Manſionario nominauerunt R. D. Hortenſium Cimam, quod diſceptandi præbuit occaſionem an, & quis præferendus, & manutenendus veniat in poſſeſſione dicti beneficij, & an beneficium authoritate Ordinarij erigendum, vel potius legatum pium dici debeat, & affirmatiuè reſpondendum videtur.

1 Quod autem huiuſmodi diſpoſitio non contineat ſimplex legatum pium ſolum diſpoſitioni fundatoris, ſeu eius hæredum ſubiectum, vt in terminis legati pij dixit *Rot. deciſ. 238. per tot.*
2 *par. 5. recent.* Sed vere beneficium authoritate Ordinarij inſtituendum manifeſte deducitur, quia teſtator de hac beneficij fundatione diſponens, expreſſit ſub nomine Manſionariæ, nomen autem Manſionaria deſignat beneficium Eccleſiaſticum, & eidem conueniunt omnia, quæ de beneficio
3 Eccleſiaſtico diſponuntur, & ſic cum alio retineri nequit ſub eodem tecto abſque diſpenſatione Apoſtolica, vt firmaſſe *Sac. Congreg. Concil. refert Garz. de benef. par. 11. cap. 5. n. 242. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. num. 25.*

Nec infringit, quod Eccleſia Parochialis Fanani non ſit actu Collegiata, nec adſit Chorus, quia licet non adſit formaliter, adeſt tamen materialiter, cum ſingulis diebus feſtiuis Clero congregato ad formam Synodalium conſtitutionum, ſolemniter diuina celebrentur; & ideo hanc Manſionariam regulandam eſſe ſecundum morem regionis idem teſtator declarauit, *ibi ſecondo l'vſo del Paeſe.*

4 Tum quia fuit expreſſus titulus, nempè ſub inuocatione Diuæ Ceciliæ, in cuius ſacello, huiuſmodi fundatio circa Ordinarij conſenſum, & auctoritatem fieri non poterat; cum laici nequeant exercere iuriſdictionem in Eccleſijs.

5 Tum quia impoſuit onus perpetuum celebrationis Miſſarum, quod ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ recipi non poteſt abſque Ordinarij licentia, vt decreuit *Sac. Congreg. Concil. in decret. de celebrat. Miſſar. iuſſu fælicis recordationis Vrbani Papæ VIII. ſub die 21. Iunij 1625. in §. ad hęc emanato.*

6 Tum quia facultas nominandi Rectores non fuit conceſſa laicis, ſed Eccleſiaſticis, quinimmo cum concernat ius eligendi ſucceſſorem in beneficijs de iure apponi prohibitum, *cap. Epiſcopo 1. quaeſt. 1. cap. accipimus de pot.* vt ſuum ſortiatur effectum, vtique Ordinarij conſenſus accedere debet, *Lambertin. de iurepatron. par. 1. lib. 1. quaeſt. 9. art. 3. Rot. deciſ. 530. num. 3. par. 1. in recent.*

7 Tum quia habet omnes alias conditiones requiſitas ad hoc, vt beneficium Eccleſiaſticum dicatur, nempè continet primo quid ſpiritualitati annexum, 2. eſt tantum conferibile Clerico, 3. conferri nequit niſi ab Eccleſiaſtica perſona, ex quo vltimus Manſionarius nominare debebat in eius obitu ſucceſſorem, 4. eſt perpetuum, &

non

nqn ad certum tempus, nec Rector eſt amouibilis, 5. conferens non ſibi, ſed alteri purè, & abſque aliqua extrinſeca conditione conferre tenetur, *vt latè comprobat Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 141. par. 3.*

8 Vlterius habet onus Miſſarum, dotem competentem, nuncupatur Manſionaria, fuit viſitatum ab Ordinario, ex quibus intrare præſumptionem, quod ſit beneficium Eccleſiaſticum dixit *Rot. deciſ. 57. in prin. par. 6. recent.*

9 Et ita in dubio ſemper præſumendum eſſe dixit *Rot. deciſ. 15. num. 10. & 26. par. 6. in recent.*

10 Nec aduerſatur Teſtatorem nullam mentionem feciſſe de auctoritate Ordinarij circa erectionem huius Manſionariæ, quia in hoc cenſetur ſe conformaſſe, ſeù reliquiſſe diſpoſitioni iuris communis; ſecundum quam, licet beneficia de iurepatronatus libera omnibus fundandi concedatur facultas, vt ſuum tamen ſortiantur effectum Ordinarij conſenſus, & auctoritas interuenire debet, *cap. nobis de iurepatron. cap. nemo Eccleſiarum de conſecrat. diſt. 1. Calderin. conſ. vltim de iure patron. Rot. deciſ. 157. num. 29. par. 6. recent. & ſancitur in Synodo Diœceſana Nonantolana celebrata de anno 1658. par. 3. practicab. 10. decret. 5.*

11 Quimnimo cum inſtituerit dictam Manſionariam ſimpliciter videtur inſtituere voluiſſe beneficium Eccleſiaſticum, cum nihil appareat, quod contrarium ſuadere poſſit, præcipuè quia non inſtituit inter viuos, ſed in vltima voluntate, in qua non ſolet tunc actualiter interuenire auctoritas, & erectio Ordinarij, ſed poſt mortem Teſtatoris nempè quando executioni demandatur, vt pulchrè animaduertit *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. à num. 108. vſque ad num. 111. qui alios allegat.*

12 Tanto magis, quia collationem dictæ Menſionariæ ordinauit per verbum detur, ibi, *dichiarandomi, che detta Manſionaria debba eſſer data à D. Bartolomeo Fob, &c.* quod ſolum conuenit præſentationi, & collationi Canonicè facien. *idem Garz. de benef. p. 1. c. 2. n. 111. in fin.*

13 Sed quid quid ſit, an huiuſmodi Manſionaria ſit beneficium Eccleſiaſticum, vel legatum pium, certum eſt ritè, ac validè Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalem Abbatem conferre potuiſſe, ſiquidem aut viuente præfato Bartolomæo primo loco nominato hæc diſpoſitio fuit, aut non fuit executioni demandata, ſi executa fuit, & ſe pro Manſionario Bartolomæus geſſit, ex quo deceſſit non facta nominatione ſui ſucceſſoris, hoc ius è perſona Eccleſiaſtica tantum in diſpoſitione contemplata, & expreſsè priuatiuè quo ad alios nominata, non poteſt redire ad hæredes laicos à Teſtatore non contemplatos, nec nominatos, aut ſpecialiter ſubrogatos, ſed ad Ordinarium deuolutum cenſetur; nam iuſpatronatus, ſeu ius nominandi reſeruatum à fundatore in eius conſtitutione ad fauorem certarum perſonarum, ipſis non exiſtentibus, vel deficientibus beneficium, ſeù legatum remanet liberum, *Penia. deciſ. 254. num. 1. vbi ita latè Rot. firmaſſe in Cremonen. Iuriſpatronatus coram. Card. Seraph.*

14 Si vero non fuit executioni demandata prout intra quatuor, aut ſex menſes exequi debebat, Ordinarius attenta tam longa mora quinque annorum, & vltra, ac notabili hæredum negligentia, tamquam omnium piarum diſpoſitionum executor, ac etiam vti Sedis Apoſtolicæ delegatus *cap. tua nobis de teſtament. Clem. vnica eod. tit. cap. quia contingit, de Relig. dom. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 8 Rot. deciſ. 259. num. 10. & 11. part. 3. re-*

15 *cent.* benè potuit de eo prouidere, ita vt prouiſus per eundem in concurſu cum alio prouiſo ab hæredibus præferendus, & in beneficij poſſeſſione manutenendus veniat, vt in fortioribus terminis, in caſu, quo Ordinarius ex fundatoris ordinatione ſe intromittere non poterat, firmauit *Rot. in Salamantina Capellania 27. Martij 1583. coram Seraphin. relata per Garz. de benef. p. 1. cap. 2. num. 107. fol. mihi 16.*

16 Hæredibus autem neque ex diſpoſitione iuris, neque ex prouiſione Teſtatoris ius Manſionarium, ſeù Cappellanum nominandi competere poteſt, non ex diſpoſitione Teſtatoris, quia ſolum ordinauit, vt Manſionaria dicto Bartolomæo conferri deberet, & eidem contulit poteſtatem in eius obitu alium nominandi, quod cum non fuerit executum in perſona Bartholomæi, non videtur, qua ratione contra formam teſtamentariæ diſpoſitionis poſt eius obitum in fauorem extranei ab hæredibus exequi poſſit; ac proindè tamquam caſus omiſſus à Teſtatore remanere debet ſub diſpoſitione iuris ad fauorem Ordinarij, vt conſiderauit *Rot. in dicta Salamantina Capellania coram Seraph.*

17 Nec ex diſpoſitione iuris, quia poſt lapſum temporis a iure ſtatuti ad præſcutandum, & ad exequenda legata pia expirauit hæredum auctoritas, & ius deuolutum fuit ad Ordinarium *iuxta text. in cap. ſi vero de iurepatr.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Narratiua facta in inſtrumento facit inter contrahentes plenam probationem.
2 Confeſſio reſultat ex ſoſtantia iudicialiter facta.
3 Contractus bonorum Eccleſiæ redditur nullus, ſi copulatiuè non ſit celebratus cum euidenti Eccleſiæ vtilitate, & cum debitis ſolemnitatibus, ſeu beneplacito Apoſtolico
4 Eccleſia ex contractu iniuſto non cadit à ſua poſſeſſione.
Quæ remedia competant Eccleſiæ pro recuperatione rei nulliter alienatæ amp. vt num. 5.
6 Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ interuenire debet loco ſolemnitatis.
7 Alienatio bonorum Eccleſiæ perpetua non eſt vtilis.
8 Inſtrumentum facit probationem probatam.
Bona culta, & fertilia Eccleſiæ in Emphyteuſim perpetuam concedi prohibentur eod. num. 8.
9 Contractus non eſt vtilis Eccleſiæ, ſi penſio non correſpondeat valori bonorum locatorum, & ſit æqualis fructibus, & num. 11.
10 Emphyteuſis pro modico canone conceditur. Intel. vt num. 12. lim. vt num. 15.
13 Penſio in contractu emphyteutico ſoluitur in recognitionem directi dominij.
14 Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. competit etiam Eccleſiæ, ſi fuerit læſa.
15 Beneplacitum Apoſtolicum non eſt neceſſarium in bonis locari ſolitis.
16 Eccleſia non poteſt dici læſa, poſtquam coloni impenſis bona redacta fuerint ad culturam.
17 Bona Eccleſiæ eſſe ſolita locari non probatur ex partium aſſertione.

18 Bo-

18 Bona Eccleſię, quod ſint ſolita locari, quomodo probetur, & num.19. & 20.

21 Beneplaciti Apoſtolici præſumptio, quando eſt Eccleſię præiudicialis, ſublata fuit per conſtitutionem Vrbani VIII.

22 Ratificatio contractus Eccleſię nulliter celebrati non ſubſiſtetur, ſi non fuerint adhibitę ſolemnitates requiſitę, prout in ipſamet alienatione.

23 Ratificatio non inducitur, ſi ratificans non habuerit ſcientiam nullitatis iam factæ, quam iuris.

24 Pręſcriptio non ſuffragatur, ſi non inchoata, aut non completa fuerit.

25 Pręſcriptio non currit viuentibus Prelatis, qui nulliter alienauerunt.

26 Bona Eccleſiæ hodie curſu 40. annorum non præſcribuntur, attente duplici prohibitione vigore Paulinę.

27 Præſcriptio quadragenaria rerum Eccleſię non ſuffragatur, ſi alienatio fuerit facta, non ſeruatis ſolemnitatibus, & titulus ſit de iure nullus.

DECISIO CXXXII.

Alias conſtitutum XXIX.

NOn controuertebatur inter R. D. Sindicum Abbatialem, & Illuſtriſs. DD. Comites Franciſcum Mariam,& Iulium Antonium de Bologninis Dominum directum, identitas, & poſſeſſio bonorum, de quibus agitur, immo præfata ſatis apertè comprobata remanebant tum ex narratiua, quod bona erant emphyteutica ex-
1 preſsè adiecta in inſtrumento inueſtituræ, quod facit contra recipientes plenam probationem, *Bart. & Iaſ. in l. cum tale §. falſa ff. de condit. & demonſtr. Rot. deciſ.290. num.3. part.1. & deciſ.36. num.4. part.3. recent.* tum ex diuerſis inſtantijs iu-
2 dicialiter factis à dictis de Bologninis, tam pro renouatione inueſtituræ, quam pro receptione canonum, ex quibus non ſolum implicita, ſed etiam explicita præfatorum confeſſio reſultauit *adnotata per DD. in cap. cum venerabilis, vbi Dec. præcipue num.90. de except. Rot. deciſ.92. num.6. poſt tract. Labyrint. creditor. Salgad. & in Romana Domorum 15. Decemb.1649. in §. dominium directum coram Bichio.*

Tota igitur diſceptatio in eo poſita erat, an Eccleſia Nonantula reintegrari deberet ad poſſeſſionem dictorum bonorum nulliter, & inualidè
3 alienatorum, & affirmatiuè reſoluendum duxi. Animaduertebam in huiuſmodi inueſtiturę contractu euidentem Eccleſiæ vtilitatem, debitaſq; ſolemnitates, ſeu beneplacitum Apoſtolicum copulatiuè non concurrere,ac proindè nullitatis, & inualiditatis vitio laborare, *cap.1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. prim. & extrauag. Ambitioſæ tit. eod. Rot. dec.251. num.9. part.3. & deciſ.367. num.1. part.5. & deciſ.223. num.3. part.6. in recent. & deciſ.555. num.2. & 3. coram Penia.*

4 Eccleſia enim ex contractu iniuſto, & nulliter inito non cadit à ſua poſſeſſione, nec transfert in contrahentem, ideoque ad rem iniuſtè alienatam competit non ſolum reintegratio, vel ex conditione legis, vel ex canon. reintegranda, vel ex officio Iudicis, vt docet *Bart. in l. 1. §. ſi vir vxori num.3. ff. de acquiren. poſſeſſ.* ſed etiam interdicto vndè vi, *Rot. deciſ.94. à num. 4. vſque ad 8. part.3. & dec.291. num.9. part.6. in recent. cum alijs in Cracouien. donationis 26. Nouembris 1650. in §. ijs conſequens eſt coram Bichio.*

5 Quamuis à poſſeſſione ceciderit facto ſui Rectoris, ſeu Prælati, *cap. conquerens, cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. Caputaquen. deciſ.170. part.3. Rot. coram Gregor. XV. deciſ.116. num.1. vbi Adden. num.4. & in recent. deciſ.437. num.1. & 2. & deciſ.485. num.2.*

6 Deficit quidem ſolemnitas, quia non docetur beneplacitum Apoſtolicum verè, & realiter interueniſſe, *iuxta extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.*

7 Deficit vero vtilitas, tum quia alienatio eſt perpetua, & pactum in perpetuum nullam alienantis reſpicit vtilitatem, *Dec. conſ.141. ſub nu.5. verſ. non obſtat quod dicitur.*

8 Tum quia huiuſmodi bona conceſſa fuerunt culta, vineata, & pratiua cum ſuis ædificijs, domibus, & habitationibus, vt apertè legitur in inſtrumento inueſtituræ, quod probatam probationem facit *Mantic. deciſ.4. num.1.* & bona culta, & fertilia Eccleſiæ omnino in Emphyteuſim perpetuam concedi prohibentur, *Camil Borel. in ſumma omnium deciſ. tit.33. num.128. Capic. deciſ.105. Gram. deciſ. 323. num.1. cum alijs relatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 94. num. 26. part.3.*

9 Tum quia apparet eſſe notabilis valoris pro pretio librarum 12000. monetæ Bononien. in ſolutum tradita Iuliæ de Gomeſijs in ſuæ dotis reſtitutionem, & diſtracta, alienataque fuerunt pro redditu trium ſolidorum pro qualibet tornatura, quæ penſio non correſpondet, nec diſtribuitur per proportionem geometricam valore, & annuis redditibus ſingularum tornaturarum aſcenden. ad 215. habito reſpectu ad ipſam perpetuam alienationem, ita vt nec centeſima vtilitas fructuum ab Eccleſia percipiatur, & medietas conſequeretur, ſi ad coloniam partiariam locarentur *ad tradita per Paul. de Caſt. in auth. ſi quas ruinas num.2. C. de Sacroſan. Eccleſ. & per ea, quæ dixit Rot. deciſ.36. num.13. & 14. part.3. in recent. Cæſar de Graſ. deciſ.4. num.32. & per tot. de reb. Eccleſ. non alien.*

10 Nec turbare debet, quod Emphyteuſis pro modico canone concedatur, *vt tradunt DD. in l.2. C. de reſcind. vend.*

11 Cum hoc non procedat in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, in qua penſio eſſe debet æqualis fructibus, quia alias non tenderet in euidentem vtilitatem Eccleſiæ benè *Surd. deciſ.198. nu.22. ex Capic. deciſ.182. in princ. & Franc. deciſ.191. num.10. & deciſ. 235. num.2. quos allegat.*

12 Aut ſaltem procedit quando conceditur res ſterilis, quæ cum detur ad meliorandum, non eſt mirum, ſi in vno nummo penſio conſtitui poſſit, ſecus vero quando conceditur res culta, & fertilis, nam tunc ad ſeruandam æqualitatem eſt conſtituenda ad reddituum menſuram,& proportionem, cum non ſit æquitati conſonum, quod Eccleſia percipiat vnum, ſi decem percipere valeat, vt docet *Surd. dicta deciſ.198. n.22. & 23. vbi alios allegat.*

13 Et licet penſio conſtituatur in contractu Emphyteutico principaliter in recognitionem directi dominij, nihilominus eſt etiam habenda ratio eiuſdem penſionis in vim proportionatę mercedis; alias Eccleſia enormiter læſa remanet;

pro-

propterea ſubuenienda eſt non ſolum per beneficium reſtitutionis in integrum *l. in cauſa in princ.*
14 *ff.de minor. & cap. 2. de offic. Ind.* Sed etiam remedio *cap. dilectis, & cap. cum cauſa de emp.. & vendit. & l.2. C.de reſcind.vendit.* cuius textus diſpoſitionem etiam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſibi locum vindicare de veriori, & communiori teſtatur *Aluar.Valaſ.de iur.Emphyteut.q.21.nu.19. verſ.verum attende. & verſ.ſed quamuis vbi contrarijs reſpondet. & alios allegat.*

15 Nec prætendatur, quod agatur de bonis locari, ſeù in emphyteuſim concedi ſolitis, ac proinde beneplacitum Apoſtolicum non fuiſſe neceſſarium, quinimmo ad arguendam iuſtitiam canonis, & Eccleſiæ vtilitatem conſtituendam, attendendum non eſſe ſtatum huius vltimæ conceſſionis, ſed primæ, cum vltima non poſſit dici noua, ſed continuatiua, & confirmatoria antecedentium, in quibus ſatis fuit Eccleſiæ vtilita-
16 tem interueniſſe, ita vt poſtquam bona opere, labore, & impenſis conductorum ad culturam redacta fuerunt, nequeat Prælatus aut canonem augere, aut dicere Eccleſiam læſam fuiſſe, *vt ex Abb. Federic. de Sen. Imol. tradit Bero. conſ. 83. num.13. vol.1. Dec. conſ.309. num. 3. verſ. & ſufficit Rot. coram Penia deciſ. 553. num. 4. & per totam.*

17 Quia reſpondetur de huiuſmodi ſolito non conſtare, nec probatur ex partium aſſertione, *Bart.in l ſi ſorte ff.de Caſtren.Pecul. Federic.de Sen. conſil.143.Pariſ.conſ 62.num.7.lib.1.Alex.conſ.17. num.6.lib.4. Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.alleg.95. num.32.in fin.part.3. Rot. deciſ.160. num.4 part.2. diuerſ.& deciſ.251.num.21.part.3.in recent.*

18 Sed probandum eſſet, vel ex vna conceſſione valida, & ſolemni, quæ præceſſerit, vel ex duabus minus ſolemnibus cum curſu 40.annorum, *Ruin.conſ.25.ſub num.30.lib.1.Alex.conſ.9. num.5. lib. 3. Clar. in § feudum quæſt. 13. verſ. nunc pro intelligentia Seraph. deciſ.434.et deciſ.1451. num.2. Rot.deciſ.160.num.5.part.2.diuerſ. et deciſ.36. nu.7. part.3.in recent.*

19 Nec ſufficit, quod in conceſſione anni 1584. quæ ſolum datur, fiat mentio de alijs antecedentibus conceſſionibus factis Angelo de Scalis, Io: de Letis, & D.Franciſco de Bologninis, vt non vnica tantum, ſed duæ, & plures adeſſe dicantur; quoniam ad hunc effectum neceſſe eſt docere de duabus inueſtituris ſeparatis, ac diſtinctis per diſtincta, & ſeparata inſtrumenta diuerſis temporibus celebrata, *vt in puncto firmauit Rot.in Aeſina Bonorum 27. Aprilis 1635 coram Buccabella in recent. deciſ. 36. num. 8. & 9. part. 3. & coram Seraphin. deciſ. 1451. num.3. & in deciſ. 1490. num.5.*

20 Prout etiam nec ſuffragatur præſumpta confirmatio ex obſeruantia, & lapſu longiſſimi temporis, vt ſaltem vnica conceſſio pro ſolemni habeatur, & res locari ſolita dicatur, cum ad illum effectum conſtare debeat vere, & realiter, & non per tales præſumptiones beneplacitum Apoſtolicum interueniſſe, *Rot.dicta dec.36.nu.8. part.3. in recent. Seraph deciſ.434.num.1. verſ.non obſtat, quod ex curſu, & deciſ.1451. num.3. & deciſ.1490. num 4.*

21 Quinimmo quando beneplaciti præſumptio eſt Eccleſiæ præiudicialis, prorſus ſublata fuit *per conſtitutionem Vrbani VIII. præſeruatiuam iurium Eccleſiæ editam de anno 1641. ſub §.item quaſcumque prorogationes, quæ loquitur tam in tempus præteritum, quam in futurum, Rot. in Rauenaten. Domus 14. Iunij 1649. ſub §. nec huiuſmodi in fin. coram Royas, & in Romana deuolutionis domus 4. Decembris 1651. §.fin. in fin. coram Bichio.*

22 Nec infringit Abbates per canonum receptionem, & ſimiles actus poſitiuos contractum ratificaſſe, quia ratificatio contractus Eccleſię ſine ſolemnitatibus requiſitis, prout in ipſamet alienatione non ſubſtinetur, cum ipſa quoque ratificatio ſit ſpecies alienationis, & conſequenter ſemper Paulina conſtitutio reſiſtat, *Rot. deciſ. 204.num.7.& 10. part.4. diuerſ. & deciſ.94.n.81. part.3. in recent.*

23 Vltra quod nec conſtat Abbates habuiſſe plenam ſcientiam dictæ nullitatis, non ſolum facti, ſed etiam iuris, prout requiritur ad inducendam ratificationem contractus nulli, vt in terminis locationis factæ ab Epiſcopo anteceſſore *Seraph. dec.136.num.2. & in recent. deciſ 95. num.4. & deciſ.535.num.12.par.1. Gregor.XV.deciſ.160.nu. 11. vbi Adden. num.22. Caualer. deciſ.612. numer.27. & 28.*

24 Minus aliqua vis fieri poteſt in aſſerta pręſcriptione, cum nunquam inchoata, nec completa fuerit, *gloſ. in auth. quas actiones, in verba excluduntur C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l.in vſucapionibus ff.de diuerſ.& temporal. præſcript.& in l.3.§.minore verb.momentum ff.de minor. Balb.de præſcript. 3.par.6.part.principalis num.11.*

25 Non inchoata, quia non potuit currere viuentibus Prælatis, qui nulliter, & inualide alienauerunt, *late Coſta de facti ſcien. & ignor. diſt. 78. num 3.& ſeq. & diſt.80.num.66. Quaranta in ſumma bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. num.46. verſ. hinc non immerito Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg.95.num 72. in fin.par.3. late Rot. coram Merlin. deciſ.702.num.12.13.14 & 15. quæ eſt in recentior. deciſ.94.par.3. & coram Coccin.deciſ.445.num.8.*

26 Non completa, quia Eccleſia Nonantulana gaudet præſcriptione centum annorum. Quinimo cum præter ius commune antiquum alienationi rerum Eccleſiæ reſiſtat Paulina, & nouiſſime dicta Vrbana Conſtitutio præſeruatiua rerum Eccleſiæ, per quas additur, vt etiam in caſu licito non poſſit fieri abſque aſſenſu Apoſtolico, quadragenaria præſcriptio, concurrente hac duplici prohibitione hodie non ſufficit, vt ex *Ruin. & Dec. & alijs tradit Quaranta loco citato num.47. circa med.*

27 Immo alienationi factæ non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, & quando titulus eſt de iure nullus, non ſuffragari quadragenariam, & longam temporis pręſcriptionem *ex Conſtitutione Pauli IV. Clementis VIII. & cap. dudum de decimis teſtatur Villagut.de reb.Eccleſ.male alien.reſtit. par.2. cap.5. num.51.& 53.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Negotiorum geſtor tenetur debitis temporibus fructus exigere, & vendere.

2 Te-

2 Tenetur de neglectis, & inexactis, ſi debitor propter ſuam negligentiam durante adminiſtrationis efficiatur non ſoluendo.

3 Exactor ob negligentiam in non exigendo conſtituitur in culpa lata.

4 Negociorum geſtor tenetur de neglectis, & omiſſis ob libros inordinate, & inautentice confectos.

5 Amp. vt hoc caſu Dominus habeat actionem contra Adminiſtratorem, & eius hæredes.

6 Liber adminiſtratoris, ſi ob eius inordinationem non probet contra tertium, probat contra Adminiſtratorem.

7 Negociorum geſtor ſtatim, ac operas ſuas locauit, & exegit pecuniam, & in vſus proprios conuerterit abſque alia interpellatione moram quacumque alia mora maiorem incidit.

8 Moroſus ex culpa, vel ex delicto ipſo facto abſque interpellatione tenetur de interitu rei, & ſi res eſſet penes dominum peritura.

DECISIO CXXXIII.

Aliàs Conſtitutum XXX.

N. N. alijque filij, & hæredes quondam N. N. in redditione rationis, quam fecerunt adminiſtrationis, bonorum, & redditum Auguſtæ Abbatiæ S. Silueſtri de Nonantula multorum annorum ſpatio à præfato eorum Patre factæ, ad minuendum debitum, in quo remanebant, multa credita inexacta aſſignare prætendebant, ſed cum viſa fuerint inexigibilia, vel ob negligentiam eiuſdem adminiſtratoris in non exigendo debitis temporibus, & decoctionem debitorum, vel ob defectum librorum inordinatè, & non in forma authentica (hoc eſt ſine ſuis iuſtificationibus) confectorum, in damnum Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Abbatis cedere minime debere, ſed ab eis ſoluenda eſſe concluſum.

1 Certi enim iuris eſt, quod Adminiſtrator, factor, ſeù negotiorum geſtor tenetur fructus, & introitus exigere, & ad tempus congruum vendere iuſto pretio, & ad Domini vtilitatem, alias erit obligatus ad intereſſe. *Bart. in l. omnia in fin. C. de condit. impud. hæred. lib. 10. Borgnin. qui alios allegat deciſ. 10. in ordine 39. num. 6 par. 1.*

2 Nec ſufficit huiuſmodi exactio, & venditio, niſi etiam debitis temporibus nomina debitorum exigantur, itaùt ſi propter adminiſtratoris culpam, & negligentiam, durante adminiſtratione debitor efficiatur non ſoluendo, tenetur etiam de neglectis, & non exactis, & contra eum, eiuſque hæredes iurari poteſt in litem, alio in contrarium non apparente, *per text. in l. 2. ff. de adminiſtr. rer. ad quem pertinen. l. à procuratore C. man. l. ſi pupil. §. videamus ff. de negot. geſt. vbi Bart. & DD. Socin. ſen. conſ. 2. num. 29. & 12. vol. 2. cum alijs congeſtis per Borgnin. deciſ. 10. in ordine 39. num. 24. 27. & ſub num. 31. & à num. 35. vſque ad num. 38. par. 1.*

3 Quinimo exactor in non exigendo nomina debitorum, ad quod tendit eius officium, præcipue ſi cœperit exigere, & non terminauerit, conſtituitur in culpa lata; *DD. in l. ſi videamus §. pupillus ff. de negot. geſt. l. quid quid C. arbit. tutor.* vt magis teneatur ad intereſſe præſtandum.

4 Vlterius tenetur etiam de neglectis, & omiſſis, caſu quo adnotati debitores in codice rationum, debitum conſcriptum negarent, illudque iuſtificari nequeat ob vitium, & defectum librorum inordinate, & in forma authentica minime confectorum per adminiſtratorem, quia ſibi imputare debet, ſi abſque neceſſarijs ſcripturis, authenticiſque documentis fructus, & introitus bonorum ſuæ adminiſtrationis cum pretij dilatione vendiderit, *vt ex Bald. Ruin. Gratian. Faderic. & alijs comprobat, Borgnin. dec. 10. in ordine 39. nu. 38. & num. 40. vſque ad fin. par. 1.*

5 Hinc eſt, quod ſi Dominus non poteſt conuenire debitores per exhibitionem librorum adminiſtrationis, habet actionem, contra adminiſtratorem, & eius hæredes pro rebus, & partitis deſcriptis, *Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 209. Natta conſ. 685. nu. 5. vol. 4. Pancirol. conſ. 173. lib. 1.* cum paria ſint non facere libros, & facere, ſed inutiles, & non ſolemnes, nec aptos ad conueniendum debitores ibidem deſcriptos, *Simon. de Petr. conſ. 179. num. 37. lib. 1.* & propterea in hoc caſu de ſuo damnum reſarcire tenetur, *Afflict. deciſ. 44. num. 33. & 34.*

6 Siquidem licet liber adminiſtrationis non faciat fidem contra debitores ibi adnotatos, tamen contra adminiſtratorem ſcribentem ad fauorem Domini, cui tenetur reddere rationem adminiſtrationis, facit indubitatam fidem, *l. exemplo l. rationes C. de probat. Menoch. conſ. 23. num. 13. & ſeq. vol. 1. Caphal. conſ. 85. num. 33. verſ. circa reconuentionem vol. 1.*

7 Non enim poſſunt hæredes ſubterfugere hanc ſolutionem, cum præfatus eorum Pater Eminentiſs. D. Abbatis negocia gerere promiſerit, eique opera ſua locauerit cum tacito pacto, & conditione, vt ſtatim atque ad ſuas manus perueniebant pecuniæ, eas Domino ſoluere deberet, & non conuertere in vſus proprios, & culpabiliter alias inexactas relinquere, ex quo moram abſque alia interpellatione quacumque alia mora maiorem incidit *per text. in l. 1. §. rectiſſimè l. fin. cum alijs ibi not. C. de cond. ob turp. cauſ. l. in re furtiua in fin. & l. fin. ff. de condit. furt. tradit. Bero. conſ. 193. num. 17. vol. 1.* quæ mora tan-

8 quam in hoc alia quacumque maior, & potentior efficit adminiſtratorem moroſum teneri de interitu rei, quamuis res alias eſſet penès Dominum peritura, ſiuè non, vt comprobat, *idem Bero. dicto conſ. num. 18.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Clericus duplex patrimonium habet vnum prophanum, aliud Eccleſiaſticum.

2 Clericus non poteſt patrimonium Eccleſiaſticum ad hæredes tranſmittere, ſed tenetur reddere rationem, & in eo ſuccedit Eccleſia, vel ſucceſſor.

3 Fructus omnes beneficiorum tam pendentes, quàm inexacti ſpectant ad ſucceſſorem, & non ad hæredes beneficiati. Amp. præcipuè ſi non fuerint recollecti 4.

5 Fructus beneficiorum ipſo vacante percepti, à defuncti Rectoris hæredibus peti poſſunt à ſucceſſore, tam contra hæred. 8, quam contra conductorem.

6 Fructus beneficiorum hodie à die vacationis ſpectant ad Cameram Apoſtolicam. Intel. procedere quo ad beneficia reſeruata, & vbi abeſt vſus ſpoliorum.

7 Fructus beneficiorum inter beneficiarum defunctum, eiuſque hæredes, aut inter renunciantem, & ſucceſſorem diuidi debent pro rata anni, & 11.

8 Intel. deductis expenſis, & proportionabiliter pro rata tantum ſubſequenda ſim. vt num. 13.

9 Beneficiatus conſequitur fructus vltimi anni pro rata tantum temporis, quo vixit, fructus verò aliorum annorum in totum facit ſuos.

10 An

10 Annus ad effectum diuidendi fructus beneficiorum quando incipiat, & quando computetur.
11 Fructus vnius anni in beneficialibus ſunt deſtinati pro alimentis futuris, & non præteritis.
12 Nomine fructuum ad effectum faciendi diuiſionem inter hæredes beneficiati, & ſucceſſorem, quæ veniant.
13 Fructus beneficij tenuis ſi cenſeantur arbitrio boni viri conſumpti, non ſunt diuidendi inter hæredes, & ſucceſſorem in beneficio.
14 Amplia etiam quo ad fructos inexactos.
Bulla Iulij tertii diſponentis fructus inexactos ſpectare ad ſucceſſorem intelligi debet de fructibus beneficii pinguis, & non tenuis.
15 Conſtitutio, bulla, ſtatutum intelligi debet ſecundum ius commune, à quo paſſiuam recepit interpretationem.
16 Conſtitutio quando ad duo poteſt ſe referre, referri debet ad illud, quod non eſt contra ius commune.
17 Hæredes beneficiati defuncti quando tenentur ſoluere congruam Economo deputato vacante beneficio.
18 Fructus integrum vltimi Anni diuidi debent inter defuncti beneficiati hæredes, & ſucceſſorem, ſecus annorum præteritorum.
19. Amp. vt huiuſmodi Diuiſio ſit facienda in omni genere vacationis beneficij.
20 Limit. ſi Anteceſſor erogaſſet fructus in vtilitatem Eccleſiæ, in ſoluendis oneribus vltimi anni ipſius beneficii.
21 Limit. Quod viceuerſa ſucceſſor in beneficio tenetur reſtituere hæredibus beneficiati defuncti ad ratam temporis fructus ab eo exactos, & decurſus tempore, quo vixit anteceſſor.
22 Limit. in caſu, quo Clericus habeat plura beneficia, quo caſu pro conſtituendis eius alimentis ad omnia habenda eſt ratio.
23 Clericus debet conſequi alimenta ex fructibus beneficii, & non ex patrimonialibus.
24 Fructus beneficiorum maturi, non exacti, vbi eſt facta concordia cum Camera, ſunt hæredum beneficiati.
25 Penſionis termini decurſi non ſoluti ante mortem penſionarij tranſmittuntur ad eius hæredes amp. vt nu. 26. Intel. vt num. 27.
28 Fructus an pro rata temporis debeantur hæredibus penſionarij, & quid Rota ſeruat. 29.30.31.
32 Penſionis termini decurſi, & non ſoluti, vbi adeſt vſus ſpoliorum debentur Cameræ Apoſtolicæ.
33 Penſio pro terminis decurſis tempore prædeceſſoris non eſt ſoluenda à ſucceſſore niſi adhibitis diligentijs contra eius hæredes, & 37. Intel. vt num. 34. & 35. contrarium num. 36. lim. vt num. 38.
39 Inter anteceſſorem, & ſucceſſorem in beneficio penſio ſolui debet pro rata temporis computan, a die reſeruationis.

DECISIO CXXXIV.

Alias Conſtitutum XXXI.

VAcante Eccleſia Parochiali Sancti Proſperi de Roncaglia per obitum annis elapſis de menſe Decembris ſecutum quondam R.D.Hyacinti de Ferrarijs tempore, quo omnes fructus, & redditus recollegerat, & perceperat. Ioannes de Tuſinis Sacerdotali ordine inſignitus de menſe Martij, eiuſdem Eccleſiæ collationem, pacificamque poſſeſſionem adeptus fuit; & ex quo debebat inſeruire vſque ad nouam fructuum recollectionem, abſque vlla præteritorum participatione, dubitatum fuit, an hæredes prædefuncti Rectoris ſaltem pro rata temporis ad reſtitutionem, ſeù diuiſionem perceptorum fructuum teneantur. Et pro affirmatiua ſententia ad fa-
1 uorem moderni Rectoris deducebatur; Clericum duplex patrimonium habere, vnum prophanum deſcendens, ſiuè à re prophana, ſiuè etiam ab Eccleſiaſtica ſpirituali, & pia, vt eſt Patrimonium eidem relictum à Conſanguineis, vel ab alijs extraneis donatum, aut ab ipſomet acquiſitum ſuâ induſtria, laboribus, negotijs, doctrina, vel intuitu Eccleſiæ, vt in oblationibus, & decimis perſonalibus, & propter Sacramentorum Adminiſtrationem, ac Miſſarum, & Diuinorum Officiorum celebrationem, vt docet *Borgnin. Caualcan. in tit. de vltim. voluntat. deciſ. 8. num. 74. part. 3. fol. mihi 57.*
2 Aliud verò Clerici Patrimonium dicitur Eccleſiaſticum, nempè quod ipſe acquiſiuit non ex propria perſona, & labore, ſed propter beneficium, ſeù redditus, & prouentus bonorum Eccleſiaſticorum, & de hoc, ac huiuſmodi occaſione acquiſitis non poteſt ad libitum diſponere, ac ad ſuos hæredes liberè tranſmittere, ſed tenetur reddere rationem, cum reputetur tantum Adminiſtrator, & Vſufructuarius in vita, in morte verò vſuarius; itaut de huiuſmodi fructibus, & bonis, & ex eis acquiſitis benè ſuccedat Eccleſia, ſeù ſucceſſor in beneficio, *Menoch. conſ. 114. num. 27. vol. 2. Garz. de benef. part. 2. cap. 1. num. 8. & 10. circa medium, Borgnin decıſ. 8. nu. 25. part. 3. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 10. cap. 1. in princ. fol. 459. ad tradita per Abb. in cap. cum in Officijs num. 4. de Teſtament.*
3 Quinimmò fructus omnes naturales, & induſtriales tam pendentes, quàm inexacti ſpectant ad ſucceſſorem, & non ad hæredes beneficiati, etiamſi maturi fuerint ante eius mortem, *eſt text. in cap. præſenti, vbi gloſ. & DD. de Offic. ordinar. in 6. Barboſ. Collect. decıſ. 309. num. 4. Penia. decıſ. 300. per tot. Rot. decıſ. 278. num. 3. part. 2. in rec. & expreſsè ſancitur Conſtit. 7. Iulij III. confirmata per Vrbanum VIII. Conſtit. 80. §. 5. ex ordine Bul-*
4 *lar. Cherub. tom. 4. fol. 93.* Præcipuè ſi non fuerint recollecti, *cap. cum in Officijs cap. relatum il 2. de teſtament. Caualer. decıſ. 637. num. 2.*
5 Adeoue huiuſmodi fructus ſtatim poſt mortem Rectoris, ſeù renunciationem, aut priuationem beneficij, ſi fuerint eodem beneficio vacante percepti à defuncti Rectoris hæredibus, etiam ante collationem, & conſecutionem beneficij peti poſſunt à ſucceſſore tàm cõtra hæredes, quàm contra Conductorem, *Didac. var. reſolut. cap. 15. nu. 6. verſ. 5. principaliter latè Gigas. de penſ. quæſt. 88. Plot. in l. ſi quando nu. 644. verſ. ex prædictis C. vnde vi.* Vbi quod poſſit iurari in litem, *Borgnin. decıſ. 44. num. 1. & num. 7. part. 1. Caualer. decıſ. 637. nu. 2. Garz. de benefic. part. 2. cap. 1. nu. 89. tom. 1.* Vbi quod fructus beneficiorum obuenientes tempore vacationis debent futuris ſucceſſoribus reſeruari, niſi in vtilitatem Eccleſiæ expendantur, hoc eſt in vtilitatem ipſorum beneficiorum *c. cum vos de offic. ord. cap. præſenti eodem tit. in 6. Clem. ſtatutum de elect.*
6 Et quod dicitur hodiè fructus beneficiorum à die vacationis ad Cameram pertinere, vt tradit *Zerola in prax. Epiſcop. 2. p. verb. Beneficium §. 6.* procedit quoad beneficia reſeruata in partibus Italiæ, & vbi ſpoliorum vſus adeſt, & collectores deſtinantur ex *Conſtitutione Iulij III. Pij V. & Vrbani VIII. de quibus Garz. de benef. part. 2. cap. 1. nu. 90. Bonacin. de contract. diſp. 3. quæſt. vlt. punct. 2. §. 1. nu. 7. tom. 2.* Secùs verò vbi non adeſt vſus ſpoliorum, & fuerit facta compoſitio cum Camera, prout eſt in Diœceſi Nonantulana, cum hoc

caſu fructus ſpectantes ad Cameram Apoſtolicam vigore ſpoliorum, de iure ſpectent ad ſucceſſorem *Seraph. decif.592.num.1.*

Et ſaltem quod huiuſmodi fructus inter beneficiatum defunctum, ſeù eius hæredes, aut inter renunciantem, & ſucceſſorem diuidi debeant pro rata anni, tamquam de receptiori tradunt, *Garz. de . ef.part.2.in tit.de fructib.cap.1.num.96. cum plurib.ſeq. Couar. lib.1.var.cap.15.num.12. & ſequen. Pariſ de reſignat.benef.lib.1.quaſt.6.à nu.79. & de confiden.quaſt.35 nu.49. Zerola in praxi Epiſc. 1.part. verb.beneficium §.6. & 2.part. verb. renuntiatio §. 2.*

8 Itaut ſucceſſor in beneficio debeat habere fructus ad ratam temporis, deductis tamen expenſis factis cauſa eos colligendi per prædeceſſorem proportionabiliter, ſeù pro rata tantum ab eodem conſequenda, & obtinenda, niſi tamen Eccleſiæ contemplatione huiuſmodi expenſæ factæ fuerint, *Gabr. conſ.42.vol.2. latè Borgnin. qui alios allegat. deciſ. 27. num. 18. 19. 28. part.3. & in*

9 *num.25. verſ. Rector in beneficio ſubdit.* quod Rector in beneficio cum adminiſtratione, vel ſine cum ſit tantúmodo vſufructuarius in vita, vſuarius in morte, ſolum alimenta pro ſe, & neceſſarijs famulis conſequatur, & de alijs teneatur reddere rationem; ac proinde quòd ſolum lucretur fructus vltimi Anni perceptos ad ratam temporis, pro quo vixerit, etiamſi eos recollegerit, & in horreo repoſuerit pro ſuis alimentis, & oneribus neceſſarijs.

10 Annus verò ad hunc effectum computatur, & incipit à menſe Auguſti, vel Octobris, nempè 1659. vſque ad alium menſem Auguſti, vel Octobris anni futuri 1660. pro quo tempore fructus ſunt deſtinati, & obligati ad alimēta beneficiati, vt illius beneficij dignitas, & non qualitas perſonæ beneficiatæ exigit, *Borgnin.deciſ.17.num.48. part.2.fol.270.& deciſ.27.num.19.circa med part.3. ex Caldaſ. Abb. Rumin. Iun. & ſen. & alios, quos allegat.*

11 Ad ratam igitur temporis, prout vixit anteceſſor, eius hæredes lucrantur fructus, vt excedunt alimenta, & onera illius temporis; Reſiduum verò debetur ſucceſſori pro eius alimentis, & oneribus futuris intra illum annum vſque ad nouos fructus, cum in beneficialibus fructus vnius anni ſint deſtinati pro alimentis futuris, & non pro præteritis vſque ad alium annum, ſeù nouam recollectionem, & ſic de anno in annum pro tempore futuro, & non præterito, adeo vt ſi Rector, & Beneficiatus recollegerit fructus de menſe Auguſti, ſeù Octobris, & moriatur de menſe Ianuarij, & poſtea ſuperueniat ſucceſſor de menſe Martij, poſſunt hæredes beneficiati retinere fructus per menſes quinque, ſeù pro tempore, quo vixit defunctus Rector, pro alijs vero menſibus vſque ad nouos fructus, debent illos reſtituere nouo ſucceſſori ad effectum ſe alimentandi, & onera, & expenſas beneficij, pro ſuo tempore ſubeundi, pro quibus huiuſmodi fructus obligari cenſentur, vt latè deducit, *Borgnin. deciſ.37.num.48. 50.53.& 56.part.2.& deciſ.8. nu.79. & 80.eadem part.2.latè Io. Guter.in ſuis qq. Canon. cap.1.num.126.& 33.per tot.max. num.3. 9.& 33. Gigas. de Pent. quaſt.40. col. 1. Franc. Marc. deciſ. 557. part.2. Vicen. de Franc.deciſ.107.num.11. & 12. Putens deciſ.40. num.3.*

12 Nomine autem fructuum ad effectum faciendi huiuſmodi diuiſionem pro rata temporis inter hæredes beneficati, & ſucceſſorem, non tam veniunt fructus naturales, induſtriales, & Ciuiles, verum etiam decimæ, primitiæ, ſiuè reales, ſiuè prædiales, ſiuè perſonales, ſiuè mixtæ, cum debeantur ratione Curæ, & pro adminiſtrandis Sacramentis pro eo anno, quo à ſubditis ſoluuntur, *Io. Gutierez in ſuis quaſt.Canon.cap.33.num.2.*

13 His tamen non obſtantibus hæredes præfati defuncti Rectoris teneri tantum ad ſolutionem congruæ debitæ Economo deputato tempore vacationis beneficij, & in reliquis abſoluendos eſſe arbitratus ſui; ſiquidem cum fructus huius beneficij ſint adeo tenues, vt in alimentis, & expenſis neceſſarijs illius anni à defuncto Rectore arbitrio boni viri conſumpti cenſeantur, certum eſt hoc caſu præſatos hæredes non teneri reſtituere ſucceſſori in beneficio, ſed de ſuo vſque ad nouos fructus ſe alimentare, *Menoch de Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 195. per totum. & præcipuè num.5. & 8. cum alijs adductis per Borgnin. deciſ. 8. num.75.verſ.quod ego ex num.76.part.1.& deciſ.27. num. 23. eadem part. 3. & deciſ. 30. num. 7. part. 5.*

14 Quod ſibi locum vindicat etiam quoad fructus inexactos; nec aduerſatur Bulla Iulij III. diſponentis, quod fructus inexacti ſint Eccleſiæ, & ſucceſſoris in beneficio, cum intelligi debeat de fructibus beneficij pinguis, non autem tennis non excedentis victum, & alimenta, cum hoc caſu fructus efficiantur proprij vltimi Rectoris, eiuſque hæredum, & non ſucceſſoris, *Borgnin. deciſ.8.num.78.verſ.quæ ſunt notanda part.3. fol.58.*

15 Conſtitutio enim, Statutum, ſeu Bulla debet intelligi ſecundum Ius cōmune, à quo paſſiuam recipit interpretationem *l. 2. C. de noxal. Dec. conſ.75. ſub nu. 1. circa fin. verſ. & hoc etiam Scanderol. de viſit. carcerat. lib. 3 §. 6. cap. 1. num. 16. Rot. deciſ.512. num.5. part.1. diuerſ. & in Romana, ſeù Comen. Societatis 5. Iulij 1627. coram Vbaldo impreſſ. penès eundem Scanderol. dicto tract. in Appen. cap.13. num.7.*

16 Er quando ad duo poteſt ſe referri, ſemper referri debet ad illud, quod non eſt contra Ius commune, & vt minus lædatur quantum fieri poteſt, & ſufficit in vno operari, *Borgnin. dicta deciſ. 8. numer. 78. verſ. quæ ſunt notanda part. 3. fol.58.*

17 Congruam verò, ſeù mercedem debitam Economo propter totalem fructuum perceptionem ratione illius ratæ, quæ arbitrio boni Viri veriſimiliter excedere potuerit neceſſaria alimenta defuncti Rectoris, eius hæredes ſoluere tenentur, præcipuè quia agitur de ſubleuando ab hoc onere Moderno prouiſo, cui nullum fructuum commodum participatur, *Burza. conſ. 361. num. 15. & ſeqq. vol.4. Borgnin. in tit. de contract. deciſ. 37. num. 51.& deciſ. 52. num. 24. part.2. & in repert. ſuarum deciſ. in verb. fructus num. 12. in 2. part.*

Et ita &c.

ADDI-

ADDITIONES.

18 IN diuiſione fructuum facienda inter hæredea beneficiati defuncti, & ſucceſſorem, non ſolum veniunt fructus non recollecti, & penſiones non exactæ, ſed etiam exactæ, & recollectæ, & in horreo poſitæ pro vltimo tantum, anno, quo obijt, non autem pro annis præteritis, in quibus etiam in non exactis ſucceſſoe nullum Ius habet, cnm iam lucrati fuerint ab anteceſſore, tanquam obligati pro eius alimentis, & oneribus beneficij præfatorum Annorum præteritorum, & de illis ad libitum poreſt teſtare, & diſponere, ac traſmittere ad eius hæredes, & non ad Eccleſiam, nec ad ſucceſſorem in beneficio latè *Borgnin. in tit. de vltim. voluntat. deciſ. 27. num. 18. & 19. part. 3. fol. 219.*

19 Amp. vt huiuſmodi diuiſio ſit facienda in omni genere vacationis beneficij, ſiuè per mortem, ſiuè per ceſſionem, renunciationem, translationem, ſiuè per priuationem, quia cum in omnibus his caſibus Eccleſia viduata remaneat, & ſucceſſor dicatur nouus in beneficio de eiuſdem fructibus vſque ad nouos viuere debet, ſi natura eiuſdem beneficij hoc patiatur, *Lambert. de Iure patron. lib. 3. art. 8. quæſt. 2. ſub num. 5. Borgnin. in tit. de vltim. voluntat. deciſ. 27. num. 20. vbi latè alios allegat. part. 3.*

20 Limit. Si Anteceſſor conſumpſiſſet fructus in vtilitatem ipſius Eccleſiæ, vel erogaſſet in ſoluendis oneribus neceſſarijs beneficij illius vltimi anni, *Ferret. conſ. 225. num. 7. vol. 2. Borgnin. deciſ. 27. num. 24. vbi de communi part. 3.*

Limit. Quod vice verſa ſucceſſor in benefitio eadem ratione tenetur ad ratam temporis reſtituere fructus hæredibus, vel creditoribus beneficiati demortui, ſi exegèrit fructus, vel penſiones decurſas anni proximè præteriti, quo viuebat anteceſſor, qui ſi vixerit verbi gratia vſque ad menſem Martij, & in Paſchate ſucceſſor exegerit fructus menſis Augusti, aut Septembris anni præteriti tenetur ad ratam temporis pro ſeptem menſibus fructus reſtituere præfatis Hæredibus, vel Creditoribus, aut Ceſſionarijs prædefuncti Rectoris *DD. in cap. præſenti de Offic. ord. in 6. benè Franciſ. Caldas in ſuo conſ. 2. poſt repetit. §. ſi Curatorem habens C. de reſtit. in integr. nu. 34. cum alijs per Borgnin. Caualcan. in tit. de vltim voluntat. deciſ. 27. n. 21. ante fin. verſ. & dic. idem part. 3. fol. 219.*

22 Lim. ſi defunctus habeat plura beneficia, quo caſu haberi debet ratio ad omnia, & ad illorum ratam detrahere tot fructus, quot ſufficiant ad alimenta, etiam ſi vnum ſit pingue, & alterum tenue *Borgnin. in tit de vlt. volunt. dec. 8. n. 78. par. 3. fol. mihi* 82.

23 Non tamen babenda eſt ratio ad bona propria patrimonialia, & prophana cum illa ſint prætermittenda, & ſegreganda, quia presbyter non tenetur de illis ſe alimentare, nec præſumitur alimentatus, ſed in primis, & ante omnia alimenta conſequi debet de beneficijs, nempè ex fructibus anni præteriti non exactis, & futuri ad ratam temporis, quo vixit, vt ex *Anerat. conſil. 246. tradit Borgnin. dec. 8. num. 79. & 80. p. 3.*

24 Vbi verò eſt facta concordia cũ Camera Apoſtolica fructus maturi, & non exacti ſpectant ad hæredes beneficiati, *Viuian. de iurepatron. par. 3. lib. 14. c. 8. n. 17. relat. per. Gauant. in Manual. Epiſc. in verb. bona Eccleſiaſtica n. 38.*

25 Termini verò penſionis impoſitæ, ſeù reſeruatæ ſuper fructibus beneficiorum decurſi, & non ſoluti ante mortem penſionarij, quod etiam transmittantur ad illius hæredes tradit *Gigas de penſ. q. 52. n. 2. & 3. Burat. dec. 448. n. 3.*

26 Amp. procedere, quamuis penſionarius deceſſerit ante maturatum terminum, dummodo tempore mortis penſionarii fructus eſſent iam recollecti, alias ſecus *Gabr. conſ. 191. n. 4. lib. 2. Burat. dec. 364. n. 2. & dec. 670. n. 2. & dec. 842. n. 1. Duran. dec. 445. num. 26. & 27.*

27 Intel. Quod ſi fructus beneficij, ſuper quibus penſio reſeruata fuit ſint præcepti debentur hæredibus pẽſionarij, ſecus ſi non ſint percepti, ſed ſi pars eſt iam collecta, & pars colligenda, debetur ſolum pro rata fructuum perceptorum in vita pẽſionarij, ſiue terminus ſolutionis veniſſet, ſiue non *Gabr. conſ. 191. num. 5. & 6. lib. 2. Gigas de penſ. quæſt. 53. Garz. de benef. par. 2. cap. 1. nu. 108. et 109 vbi ita firmaſſe Rot. in foren. penſion. cor. Clem. VIII. cum alijs deciſ. per eundem allegat. in fin. dicti numeri, Duran. dec. 448. n. 34.*

28 Et quod fructus pro rata temporis penſionis debeantur hæredibus penſionarij tenent *DD. relati per Garz. de de benef. p. 2. cap. 1. n. 112.*

29 Sed ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat de communiori, & receptiori. penſio ſiue debeatur in fructibus, ſiue in pecunia hæredibus penſionarij non debetur pro rata temporis, ſed pro rata fructuum, vt ſæpe firmauit in deciſionibus coram *Seraph Robuſterio, Pamphilio, Penia. & Coccino, relat s per Garz loco cit. n. 109. in fin.*

30 Feruntur tamen DD. in hoc articulo in varias ſententias, & ipſa Rota aliquando firmauit diuiſionem faciendam eſſe iuxta terminos *l. defuncta, vbi DD. ff. de vſufruct.* hoc eſt, quod diuiſio fieri nequeat pro rata temporis inter hæredes beneficiati, & ſucceſſorem, vel inter transferentem, & translatarium, ſed fructus omnes ſpectare ad ſucceſſorem, & hoc potiſſimo fundamento, quia ante maturatum terminum penſionis, ſeu cuius ſolutionis dies tempore mortis beneficiati non venerat, non erat orta actio, nec ius ad fructus penſionario competebat, & ita ſæpius firmaſſe Rot. teſtatur *Gabr. conſ 191. num. 3. volum. 2. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 6. quæſt. 4. num. 49. Puteus deciſ. 14. lib. 3.*

Sed mutatis Auditoribus Rot. mutaſſe pariter opinionem, ſubdit idem *Pariſ. loco citato num. 49. ſub verſ. in neceſſaria extinctione*, diuiſionem nempe faciendam eſſe iuxta formam *l. diuortio ff. ſolut matrim.* hoc eſt quod fructus diuidantur pro rata temporis, quo vixit Penſionarius inter eius hæredes, & Rectorem, *Gabr. conſ. 191. num. 9. vol. 2. late Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 15. num. 13. Peregrin. de fideicom. art. 49. num. 101. & hanc ſententiam tanquam veriorem tenet Garz. de benef. par. 2. n. c. 1. 120.* ea potiſſimum ratione, quia penſionarius vigore Bullæ Pij V. habet onus recitandi Officium paruum B.M.V. adeo, vt dici debeat penſionem dari propter officium, ſicut datur ipſum beneficium.

31 Quod maximè procedit in penſione reſeruata in pecunia, & non in fructibus, cuius natura eſt, vt magis aſſimiletur cenſui ad vitam, quam vſufructui, & propterea hodie Romæ magis obſeruari, vt ſoluatur rata, comprobat idem *Garz. de benef. p. 2. c. cap. 1, n. 121. & 122.*

32 Vbi tamen adeſt vſus ſpoliorum, termini penſionis debiti, ſed nondum exacti tempore mortis penſionarij acquiruntur Cameræ Apoſtolicæ ex Conſtitutione *Pauli III. Iulij III. Pij V. & Vrbani VIII. Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 2. §. 1. num. 7.*

33 Penſio vero pro terminis decurſis tempore prædeceſſoris non eſt ſoluenda à ſucceſſore, niſi adhibitis diligentijs contra illius hæredes *Seraph. dec. 1351. num. 2. Burat. deciſ. 617. num. 5. & ſequen.* vbi quod diligentiæ debent eſſe iudiciales, & continuatæ *Gratian. diſcept. forenſ. c. 94. à num. 59. vſq; ad num. 303. Pacif. de Salnian. interdict. inſpect. 3. c. 4. ex nu. 199. & poſt eundem Rot. dec. 97. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. §. 1. num. 198. 199. & 202.* Vbi hanc ſententiam ſequendam eſſe tanquam ſtylum Rotæ, quæ facit ius etiam extra Curiam, docet.

34 Factis igitur diligentijs contra anteceſſorem termini penſionis illius tempore decurſi debent ſolui a ſucceſſore, reſeruata tamen eidem congrua, in qua nullam diminutionem, & detrimentum recipere debet *Greg. XV. dec. 507. num. 3. & 4. vbi Adden. n. 7. Ferentil. ad Burat. dec. 418. n. 31.*

35 Ad faciendas tamen huiuſmodi diligentias cōtra beneficiati hæredes procedendum eſt via ordinaria, & non executiua, *Saluſt. Tiber. in prax. Auditor Camer. lib. 1. cap. 3. n. 24. verſ. ſi autem Marcheſ. de commiſſ. appell. in cauſ. penſion. p. 1. §. 2. n. 3. f. 697.*

36 Cauendum eſt igitur à DD. mox citandis inſiſtentibus in ſententia, quod ſucceſſor in beneficio teneatur ſoluere penſionem decurſam tempore anteceſſoris, eo quod reputetur onus reale, cum quo beneficium tranſit, ac proinde eſſe in electione penſionarij agere contra ſucceſſorem, vel diſcutere, & diligentias facere, contra hæredes beneficiati defuncti, *Cigas de penſ. qu. 39. num. 40. & 43. & qu. 51. num. 29. Burſat. qui de probabiliori, & communiori conſ. 361. num. 20. Surd. conſ. 259. nu. 16. Saluſt. Tiber. in ſua prax. lib. 3. c. 3. n. 24. Valac. de iur. Emphyteut. qu. 17. n. 10. Io. Garzia de expenſ. & melioramen. c. 11. n. 54. Zerola in prax. Epiſcop. c. 50. §. 17. n. 3. Bucca in tract. de ſtylo Curiæ Auditor. Cameræ c. 24.* vbi, quod ſucceſſor teneatur, dummodo penſionarius ſit in poſſeſſione exigendi.

37 Rota tamen nunquam voluit declarare ſucceſſorem teneri ad penſiones per prædeceſſorem non ſolutas; *Creſcen. dec. 3. de ſolution. ad fin. Caſſador. dec. 3. n. 2. & dec. 2. n. 3. de locat. Achil. dec. 415. n. 3. de penſ. Rot. dec. 1182. lib. 3. par. 3. diuerſ.* ac propterea nihil facere deciſiones relatas per *Pariſ. de reſignat. benef. lib. 6. qu. 2. n. 103.* comprobat *Garz. de benef. par. 1. c. 5. §. 1. n. 193. & ſeq.*

38 Et quod ſucceſſor in beneficio non teneatur ſoluere onera, cenſus, & ſimilia pro annis præteritis, quibus fructus recollecti, & percepti fuerunt à ſuo anteceſſore, ſed ad hæredes ſpectare huiuſmodi ſolutionem, & abſque vllo dubio vbi non adeſt vſus ſpolij teſtatur, *Borgnin. dec. 30. n. 1. par. 5.*

39 Inter anteceſſorem vero, & ſucceſſorem in beneficio penſio ſolui debet pro rata temporis, quo vnuſquiſque fuit in poſſeſſione ipſius beneficij, & fructus exegit, nulla habita conſideratione, an venerit dies ſolutionis, ſeu an terminus ſit maturus, aut non, cum penſio ſingulis annis terminetur à die reſeruationis, à quo incipit annus, licet gratia commodioris ſolutionis diſtribuatur in duobus terminis iuxta *Rot. dec. relat. per Garz. de benef. par. 1. cap. 5. §. 1. num. 190. Pariſ. de reſign. benef. lib. 14. 8. n. 52.*

SVMMARIVM.

1 Deponere non eſt ſoluere.
2 Depoſitum Canonum ſuffragatur ad euitandam caducitatem.
3 Depoſitum ritè, ac rectè factum parit effectum liberationis.
4 Deuolutio debet eſſe clara, vt ſuum ſortiatur effectum.
5 Ad euitandum deuolutionem ſumitur benigna interpretatio.
6 Emphyteuta alienans Emphyteuſim abſque Domini licentia cadit à Iure ſuo.
7 Emphyteutica bona in Statu Ferrariæ, in vim Bonifaciana ſunt redacta ad inſtar allodialium Intellig. vt n. 8.
9 Caducitas excluditur, ſi alienatio fiat cum reſeruatione conſenſus Domini directi Intellig. & lim. vt num. 10. 11. & 12.
13 Vbi adeſt prouiſio hominis ceſſat prouiſio legis.
14 Diuiſio eſt ſpecies alienationis.
15 Inter Emphyteotas eſt permiſſa omnis alienatio etiam irrequiſito Domino, & 19. amp. vt n. 21.
16 Obſeruantia declarat voluntatem partium.
17 Laudemium non ſoluitur ſtante obſeruantia de non ſoluendo.
18 Laudemium ſoluitur Domino directo pro Inueſtitura.
20 Alienatio etiam in caſu permiſſo cenſetur prohibita, vbi concurrit prohibitio hominis cum prohibitione legis.
22 Inter Emphyteutas ſi adeſt Ius accreſcendi impune inter eos alienare poſſunt.
23 Vniuerſitas ex particularium delicto nullam pœnam incurrit.
24 Alienatio bonorum Emphyteuticorum facta à non repreſentantibus Conſilium, vel Communitatem irrequiſita Eccleſia eſt nulla, ſed bona ad Communitatem; & non ad Eccleſiam reuertuntur.
25 Caducitas excluditur, ſi ſit dubia.
26 Eccleſia Iure minoris illæſa ſeruari debet.
27 Eccleſia eſt ſubueniendа per beneficium reſtitutionis in integrum.
28 Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſine nouo beneplacito Apoſtolico alterari nequit, & redditur inefficax.
29 Alienatio bonorum Eccleſiæ duo copulatiue requirit, nempe ſolemnitatem, & vtilitatem.
30 Conceſſio bonorum Eccleſiaſticorum, vt ſubſiſtatur vtilitas debet concurrere in vltima, & non ſufficit adfuiſſe in antiqua conceſſione, amplia etiam ſi bona ſint ſolita locari 31.
32 Locatio bonorum Eccleſiæ pro minori pretio, quod ab alijs poſſit haberi, reputatur notabilis læſio.
33 Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationibus factis a ſuis anteceſſoribus, niſi copulatiue fuerint inita nomine Eccleſiæ, & ad eius vtilitatem 34.
35 Obreptio, & ſubreptio ſemper vitiat gratiam, ſeu beneplacitum Apoſtolicum.
36 Gratia Summi Pontificis intelligitur ſine præiudicio tertij.
37 Contractus remanet ipſo iure nullus, non obſtante beneplacito Apoſtolico. ſi deficiat vtilitas: amplia, vt bona cum fructibus reſtitui debeant, etiamſi notabile temporis internallum effluxerit 38.
39 Ex curſu longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, & obſeruantia ſubſequuta omnia in forma valida confecta præſumuntur.
40 Bona Eccleſiæ nulliter alienata nunquam præſcribuntur.
41 Mala fides præſcriptionem non captam impedit currere, & ceptam interrumpit.
42 Præſcriptio contra Eccleſiam non currit viuentibus Prælatis, qui nulliter alienauerunt.
43 Præſcriptio rerum Eccleſiæ cenſetur interrupta per genera-

lem

lem monitionem, quæ quotannis fieri ſolet à SS. Pontificibus in die Cœnæ Domini.

44 Beneplacitum Apoſtolicum ſi rectè non exequatur in perquirenda Eccleſiæ vtilitate, ſententia Iudicum commiſſariorum non eſt attendenda.

45 Vtilitas requiſita in alienatione bonorum Eccleſiæ aliter quam ex aſſertione partium, & executorum, ſi iudicialiter procedere tenetur, probanda eſt.

46 Et de ea conſtare debet per legitimas probationes.

47 Super vtilitate requiſita in alienatione rerum Eccleſiæ, quando Executores debeant procedere iudicialiter, & quando extraiudicialiter 48.

49 Eccleſia ſola poteſt opponere defectum beneplaciti Apoſtolici.

50 Alienatio rerum Eccleſiæ eſt nulla. ſi tempore conceſſionis plus percipiebatur, & quomodo vtilitas probatur 51. 52. & 53.

54 Vtilitas vt in euidentem Eccleſiæ vtilitatem cedere dicatur debet excedere tertiam partem.

55 Nec ſufficit Eccleſiam remanere ſine damno, ſed debet fieri locupletior.

56 Locatio ſemper cenſetur facta in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ſi fiat cauſa beneficandi, & ad culturam bone redigendi, & ſufficit ſi facta fuerit etiam ante Summi Pontificis beneplacitum.

DECISIO CXXXV.

Aliàs Conſtitutum XXXII.

VSque de anno 1358. ab Auguſta Abbatia Nonantulæ præcario, & emphyteutico iure adrenouandum de 20. in 20. Annos in perpetuum D. Epiſcopus Bononien. pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus obtinuit medietatem pro indiuiſo Curtis Trecentulæ, ſeu pontis Diuis, hodie nuncupatæ Caſumar (ſaluo iure DD. Eſtenſiũ quoad aliam medietatem, alias eiſdem eodem titulo pro indiuiſo conceſſam (& cum facultate ſublocandi Communitati, & hominibus Centi, & Plebis, multiſque alijs adiectis pactis, & conditionibus, prout latius conſtare dicitur ex Inſtrumento rogato per quondam Lencium.

De anno vero 1359. vigore ſupradictæ facultatis Epiſcopus Bononien. ſublocauit Communitati Centi, & Plebis eadem bona cum eiſdem pactis, & conditionibus, ad vlterius de ſoluenda decima ad eiuſdem fauorem omnium, & ſingulorum fructuum in eiſdem bonis quotannis recolligendorum, quæ ſublocatio ab Abbate Nonantulano ſub eadem die approbata, & ratificata fuit, prout pariter obſeruatum fuit anno 1378. occaſione renouationis eidem Epiſcopo Bononien. factæ.

Verum quia Epiſcopus Bononien. ad formam inueſtituræ canones non ſoluere, ac renouationem debitis temporibus vſque de anno 1398. petere prætermiſit, Centenſes forſitan huiuſmodi nacti occaſionem pro ſe ipſis tantum excluſa Cõmunitate plebis anno 1466. à Io: XXIII. P.O.M. extorſerunt conceſſionem præfatorum bonorum in perpetuum ad renouan de 20. in 20. Annos cum facultate diuidendi eadem bona inter municipes, ſeu homines einſdem Terræ Centi.

Inſuper de Anno 1450. quamuis deuolutum fuerit ad fauorem menſæ Abbatialis præfatum ius percipiendi decimas alias quæſitum Epiſcopo Bononien. nihilo tamen minus, vel ex ignorantia, quæ præſumitur, vel ex inaduertentia in eiuſdem menſæ damnum, & præiudicium, abſque vlla mentione huiuſmodi obligationis ſoluendi decimas à quodam Procuratore D. Abbatis, & ſucceſsiuè ab eodem Abbate, & alijs pro tempore, tam de Anno 1470. quam etiam de Anno 1518. & ſucceſsiuè, diuerſis alijs temporibus nempè 1539. 1546. 1559. & 1570. renouationes obtinuerunt in forma.

Vlterius Anno 1598. ſub die 5. Ianuarij Eminentiſs. D. Cardinalis Matthæus Abbas, mediante procuratore inueſtituram ad formam antiquarum renouauit cum pactis, & conditionibus alias expreſſis in conceſſione anni 1518. nempe quod homines Communitatis, & Vniuerſitatis Terræ Centi habeant, & quidquid voluerint faciant de dictis bonis, ita tamen quod non habeant licentiam, neque poteſtatem, dictam medietatem in totum vel pro parte vendendi, vel alienandi, vel modo aliquo in alium traſferendi, niſi quod habeat ius Communis Centi inter ipſos homines, & perſonas diuidendi, diſtribuendi, & inter ſe ſolum communicandi, & participandi in dicta Curia, & illam partem quam voluerit, laborandi, piſcandi, & arbores incidendi, & omnia alia facere opportune, vt dicto Communi videbitur, & placuerit, & ſi contrafecerit in modo aliquo ipſa alienatio, ſiue translatio ſit ipſo iure nulla, & inefficax &c.

Quæ quidem pacta, & conditiones, vt continuo in viridi obſeruantia apud Centenſes permanerent in quodam generali Concilio ab eiſdem celebrato nonnulla condita, & promulgata fuerunt ſtatuta, ſeu municipales conſtitutiones, quibus tam prohibetur dictorum bonorum alienationes, & locationes in exteros non habentes domicilium in terra, & guardia Centi, quam datur forma ſeruanda in diuiſionibus ſinguli viginti annis faciendis de eiſdem bonis; ad quorum participationem harum vigore cæteris excluſis deſcendentes tantum ex alijs qui alias admiſſi fuerunt ad huiuſmodi participationem, & per decennium continuum in eodem loco habitauerint, admittuntur; quas conſtitutiones, & ordinationes aſſeritur confirmatas fuiſſe à Sixto IV. vſque ab anno 1473. & inſuper eſſe conformes alijs gratijs, & indultis deſuper obtentis à Nicolao V. à Caliſto III. de anno 1457: & nouiſſime à Clemente VIII. & ab Eminentiſſimo D: Cardinal. Spinola Ferrarien. Legato.

Demum vſque de Anno 1618. ſub die 6. Octobris ob non ſolutionem canonum, & laudemij, Inueſtituram in tempore non petitam, alienatione irrequiſito D. Abbate facta, fuit declarata deuolutio dictorum bonorum, & caducitas acceptata, ac ſucceſſiue à Procuratore D. Cardinalis Matthæi Abbatis ſub die 9. Ianuarij 1620. inſtatum coram Vicario Generali Nonantulano citata Communitate, pro confirmatione dicta declaratoriæ, & mandato de aſſociando ad tenutam præfatorum bonorum.

Verum cum adhuc lis indeciſa permaneat, vt pro parte Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Cardinalis Antonij Barberini vltimi Abbatis Patroni iudicium valide perſequi queat, diſcutiendum eſt an ad obtinendum ſufficiant, ac releuent fundamenta quibus huiuſmodi caducitas innixa

fuit

fuit, & hæc pro veritate eidem Eminentiſs. propoſui.

1 Prinum, & ſecundum fundamentum declaratæ caduciratis in facto (Eminentiſs. D.) nullam ſubſiſtenriam habent, cùm Centenſes quotannis coram Vicario inſteterunt pro receptione Canonis, & renouationem debitis temporibus perierunt cum oblatione vigintiquinque Fiorenorum pro ſolito laudemio in qualiber renouatione ſoluen, & cum vtrumque denegatum fuerit præuia proteſtatione actualiter ab Anno 1598. & ſucceſſiue vſque ad Annum præſentem depoſuerunt, & quamuis deponere non ſit ſoluere *Bart. in l. item liberetur §. primo ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolunt. Greg. XV. deciſ. 146. num. 1. vbi Add. num. 20.*
2 *Caualer. deciſ. 156. num. 2,* Tamen cum emanauerit tale depoſitum intuitu expreſsè Domini directi recuſationis, & non acceptationis, certum eſt ad euitandam caducitatem ſuffragari ad *Text. in l. 2.*
3 *in fin. C. de iur. Emphyteut.* imò ad eorum fauorem parere effectum liberationis, ſeù vim ſolutionis habere, *Surd. conſ. 86. num. 32. Add. ad Greg. XV. deciſ. 430. num. 7. Rota in Verulana Bonorum 5. Iulij 1649. in §. reſpectu fructuum coram Dunozet.*

4 Deuolutio autem, vt introducta dicatur, debet eſſe adeo clara, & patens, vt nullo modo controuerti queat *Rota deciſ. 105. numer. 15. coram Greg. XV. & deciſ. 359. num. 4. part. 5. & dec. 207. & 409. part. 7. recent. & deciſ. 19. num. 10. poſt Labyrint. creditor. Salgad.*

5 Cum ad eam euitandam omnis ſumatur benigna interpretatio, & quælibet leuis cauſa ſufficiat, *l. igitur §. poteſt ff. de lib. cauſ. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. limit. 17. num. 2. Rota coram Merlin. deciſ. 171. num. 10. & deciſ. 224 num. 4. & in recent. deciſ. 393, num. 25. part. 6.*

Quo verò ad tertium fundamentum deſumptũ ex alienationibus irrequiſito Domino factis, animaduertendum eſt à quibus commiſſæ, ſeù committantur huiuſmodi alienationes, ita & taliter, vt caducitas ex eis reſultare dicatur, Primo an ab ipſamet Communitate, ſiuè alienando in Forenſes per bonorum diſtractionem, ſiuè in Ciues, & Incolas per eorundem diuiſionem, Secundo an ab ipſiſmet Ciuibus poſt diuiſionem contractando, & alienando eorum portiones, ſiuè in extraneos, ſiuè inter ſe.

6 Quo ad primum ſi iuſtificarentur huiuſmodi alienationes prouenire ab ipſamet Communitate alienante in exteros. & forenſes vtrique, attenta diſpoſitione iuris Communis, deuolutio eſſet clara *iuxta Text. in l. fin. §. ſin autem C. de iur. Emphyt. cap. potuit, de locat, Corbul. qui alios abundè allegat. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. D. Fact. in princ. tit. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 28. num. 1. 5. & ſeq. Merlin. deciſ. 871.*

7 Nec aduerſatur Bonifaciana, cuius diſpoſitioni ex conſtitutione Pauli V. videntur ſubiacere præfata bona, tamquam exiſtentia in iuriſdictione Ciuitatis Ferrariæ, quia licet vigore dictæ conſtitutionis bona Emphyteutica Eccleſiaſtica fuerint redacta ad inſtar allodialium, itaut contra eorum naturam alienari valeant, *Rot. dec. 371. num. 5. part. 5. recent. & deciſ. 87. num. 1. coram Burat.*

8 Nihilo tamen minus cum non fuerit ſeruata eius forma, tam in ſoluenda recognitione, quam in petenda inueſtitura intra Annum, & vnum menſem vltra, poſt factam alienationem, certum eſt quod Communitas cecidit ab omni iure ſuo, & bona ad ipſam Abbatiam ex eiuſdem conſtitutionis tenore libere deuoluta cenſeatur.

9 Nec excluditur huiuſmodi caducitas per prætenſam reſeruationem conſenſus Domini directi, quo caſu alienatio non inducit caducitatem, quia ſi Dominus conſenſit, alienatio non dicitur inuito Domino facta, & donec eius conſenſus interueniat, pro non facta habetur, ſi vero diſſentit, reſoluitur ob non purificatam conditionem *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 24. num. 18. Cald. de iur. emphyteut. lib. 4. cap. 6. num. 33. verſ. immo, & hanc opinionem, vt receptiorem, & æquiorem ſæpius Rota approbauit, vt dixit in deciſ. 36. num. 11. & deciſ. 51. num. 20. & 25. poſt tract. Labyrint. Creditor. Salgad. & coram Merlin. deciſ. 871. num. 4.*

10 Quia ſi fuerit per Communitatem proceſſum ad traditionem, & apprehenſa fuerit poſſeſſio, huiuſmodi conſenſus reſeruatio ad nihilum releuaret, *Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 2. num. 8. & 9. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 28. num. 21. & 24.*

11 Sed hoc non ita de plano procedit, ſi contrahentes reſeruauerint conſenſum Domini directi cum clauſula, *& non alias aliter, nec alio modo,* quæ excludit caducitatem, etiamſi fuerit deuentum ad traditionem rei alienatæ ante petitum, & obtentum Domini conſenſum, cum traditio ipſa contineat eandem conditionem, itaut ſi iuſte Dominus conſenſum deneget, poſſeſſio haberi debeat, perinde ac ſi tradita non fuiſſet ſecundum magis communem opinionem, quæ vti æquior ab Eccleſia amplecti debet, cum & ipſa ſit cultrix æquitatis, & pietatis, vt dixit *Rot. deciſ. 871. num. 6. coram Merlin. & deciſ. 51. num. 21. poſt tract. Labyrint. credit. Salgad. & deciſ. 37. num. 7. coram Mantic. Gram. deciſ. 49. num. 3. & ſeq. Guid. Pap. deciſ. 46. per tot. Inte, Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 37.*

12 Vltra quod attentis pactis, & conditionibus in conceſſione expreſſis ibi *ſi contraſecerint in modo aliquo ipſa alienatio, ſiuè tranſlatio ſit ipſo iure nulla, & inefficax &c.* non videtur eſſe locus caducitati, ſed tantum ad reſcindendas alienationes ex capite nullitatis; ſiquidem in ea parte Inueſtituræ, vbi de alienationibus fit mentio fuit tantum adiecta nullitas, & in alia parte vbi fit mentio de ceſſatione in ſoluendo canones per biennium, & in non petenda renouatione in tempore, fuit in pactum deducta bonorum deuolutio, ex quibus manifeſte arguitur, quod in ea parte vbi agitur de bonorum alienatione, contrahentes recedere voluerint à diſpoſitione iuris communis, trita
13 eſt enim iuris regula, quod vbi adeſt prouiſio hominis, ceſſet, & prouiſio legis, *Rot. coram Merlin. deciſ. 86. num. 13.*

14 Ex diuiſionibus vero dictorum bonorum, quæ ſingulis 20. annis inter Ciues, & incolas ſolent fieri ab ipſa Communitate, nulla caducitas reſultare poteſt, cum expreſſe ex tenore inueſtituræ, & conſtitutionum SS. Pontificum permittantur,
15 & quamuis diuiſio ſit ſpecies alienationis *l. prim. a*

vbi

vbi Bald. num.4. C. ſi aduerſ. tranſ. Nihilo tamen
minus Emphyteutæ poſſunt inter ſe inconſulto
Domino Emphyteuſim diuidere, etiam ſi acqui-
rentes in receptione promiſerint rem Domino
irrequiſito non alienare *Bart. in l. qui Romæ §.
duo fratres quæſt.10. ff. de verb.oblig. Federic. de ſen.
conſ.228. Aufer. in addit. ad Capel. Tholoſ. dec.75.
Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. tit. de caducit. ob rei
alien. verſ. Emphyteut. quoque numer.21. fol. mihi
518. Clar. in §. Emphyteuſ. quæſt.14. cum alijs relat.
per Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. limit 7. num.1.
plurib. ſeq.*

Immò enim particulares, poſtquam admiſſi fue-
runt ad bonorum participationem, per diuiſio-
nem, non teneantur vti ſinguli ſumere nouam
inueſtituram, tum quia hoc non fuit expreſſum
in conceſſione, tum ex obſeruantia ſubſecuta il-
las non petendi, qua omnis penitus remouetur
ambiguitas, & certa reſultat præcedentium con-
16 ceſſionum, ac voluntatis partium declaratio *L.
item 7. §. proinde ff. ad S. C. Macedon. L. quædam
ſunt de reb. dub. Rot. poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ.
27. num.13. & late in Romana Pecuniaria 5. Iunij
1648. §. tum etiam ex obſeruantia, & 31. Iunij
einſdem anni, §. fin. coram Eminentiſs. Card. Corra-
do, & Romana Caſalis Aguzzani 26. Nouembris
1645. §. ac demum in fin. coram Dunozet.*

17 Neque tenentur ad ſoluendum laudemium,
tum ex ipſa obſeruantia non ſoluendi laude-
mium, *Burg. de laudem part.1. inſpect.6. num.6. &
18 part.2. inſpect.40. num.12. & part.3. inſpect.16.*
tum quia laudemium ſoluitur Domino directo
pro Inueſtitura, & actuali traditione poſſeſſionis
*L. fin. §. & ne auaritia C. de iur. Emphyteut. Surd.
deciſ.200. num.6. Gratian. diſcept.377. num.34. Rot.
in Aueniouen. Saluiani 20. Martij 1650. §. tandem ex
pluribus coram Bichio.*

19 Quo ad ſecundum ſi conſiderentur alienatio-
nes, quæ dicuntur fieri à Centenſibus inter ſe de
partibus diuiſis, ipſis iuſtificatis, eſſet locus ca-
ducitarj, quia cũ in Inueſtitura omnis alienatio
expreſsè prohibeatur, & tantum diuiſio permit-
tatur, tam ex prohibitione legis, quam ex prohi-
bitione hominis apertè reſultaret. Verum quia
homines, & particulares Centi non tantum ſub
nomine collectiuo, ſed vti ſinguli videntur com-
prehenſi in Inueſtitura tamquam vniuſcuiuſque
perſona à principio contemplata in ipſa partici-
patione partis bonorum conceſſorum ex permiſſa
diuiſione reſultan. *ad Text. in l. vniuerſitas vbi
Bart. ff. de rerum diuiſ. l. ſicut l. plane ff. quod cuius
que.* Videtur quoque inter eos vti comprehen-
ſos permiſſa alienatio etiam inconſulto Domi-
no directo, abſque caducitatis incurſu, *Bart. in l.
ſi Domus §. fin. in fin.* & ibi *Alex. nu.7. ff. de legat.1.
Ruin. conſ.11. num. primo vol. primo Clar. in §. Em-
phyteuſis quæſt.14. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien.
tit. de caducit. ob rei alienat. verſ. Emphyteuta quo-
que num.22. fol.513. cum alijs relatis per Corbul. de
cauſ. priuat. ob alienat. lim.6. num.1. & ſeq. Gratian.
diſcept. 36. in prin. Burat. deciſ.50. num.2. & 4. vbi
Fecentil. lit. B.*

20 Et quamuis alienatio etiam in caſu permiſſo
cenſeatur prohibita, vbi concurrit prohibitio
hominis cum prohibitione legis, prout in caſu
noſtro, *Rota deciſ.529. num.10. coram Greg. XV.
& deciſ. at 1. num.31. 32. & 34. part.6. in recent.*
præcipue ſi Emphyteuta in inueſtitura pacto ex-
preſſo promiſiſſet Domino non alienare ipſo ir-
requiſito.

21 Tamen tale pactum non aduerſatur Centenſi-
bus, quia intelligi debet de alienatione facienda
in extraneos, & non inter ipſos comprehenſos,
vt teſtatur, *Salyc. in l. ea lege num.16. C. de condit.
ob cauſ. Corbul. loco citato dicto limit.6. num.5.*

22 Tanto magis quia huiuſmodi Emphyteuſis in
ſolidum conceſſa dignoſcitur, non ſolum tam-
quam concepta ſub nomine collectiuo, verum
etiam quia ſolutio canonis ex oſeruata conſue-
tudine non minutatim à ſingulis pro eorum por-
tionibus, ſed in ſolidum vnica ſolutione à Com-
munitate præſtatur; quo caſu cum ſit locus iuri
accreſcendi, impune inter eos; alienare poſſunt,
*Crat. in l. qui Roma §. duo Fratres num.145. verſ.
ſecundus caſus ff. de verb. oblig. Corbul. de cauſ. priuat.
ob alienat. limit.6. num.7. circa fin.*

Si vero dictæ alienationes proueniant ab ipſis
particularibus alienando in forenſes vtique re-
ſultaret caducitas ob eaſdem rationes, quæ de
ipſa Communitate loquendo ſupra firmatæ fue-
runt, ſed huiuſmodi de cauſa Communitas non
caderet in commiſſum, ſed particulares ipſi alie-
23 nantes, cum ex particularium delicto hanc pœ-
24 nam ſubire non debeat *Seraph. deciſ.1046. num.5.*
quinimmo partes dictorum bonorum alienatæ à
non repræſentantibus Concilium, vel Commu-
nitatem irrequiſito Domino, ad eandem Com-
munitatem, & non ad Eccleſiam reuerterentur,
*vt tradit Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. lim.22
num.3. ex Alex. quem allegat. conſ. 99. num.27
vol.5.*

25 Ex quibus ita deductis redditur potius in du-
bio, quam ponatur in claro huiuſmodi caduci-
tas, quod ſufficit ad eam excludendam, ſecun-
dum benigniorem ſententiam, quam ſemper Ro-
ta ſequi conſueuit, vt dixit *in deciſ.871. num.8.
& ſeq. coram Merlino, Mantic. de tacit. lib.22. tit.28.
num.35.*

26 Tutius igitur ex capite læſionis, & nullitatia
inueſtituræ celebratæ in graue damnum, & præ-
iudicium ipſius Eccleſiæ iura Abbatiæ experiri
poſſe videtur, cum Eccleſia iure minoris illæſa
27 ſemper ſeruari debeat *cap. primo de in integ. reſtit.*
& propterea nõ ſolum eſt ſubuenienda per bene-
ficium reſtitutionis in integrum, *cap. quia contin-
git, §. illi etiam de reli.* Verum etiam remedio *cap.
dilectis &c. cum cauſa de empt. & vend. & l.2. C. de
reſcind. vendit.* cuius textus diſpoſitionem etiam
Emphytheuſim Eccleſiaſticam comprehendere
de veriori, & communiori tradit *Aluar. Valaſ. de
iur. emphytheut. quæſt.21. num.19. verſ. verum atten-
de, & verſ. quamuis, qui alios allegat.*

28 Læſio autem, & nullitas redditur ineuitabilis;
ſiquidem nulla facta mentione de onere, & obli-
gatione ſoluendi decimas ad formam præceden-
tium conceſſionum, & iuxta ſublocationes ob-
tentas ab Epiſcopo Bononien. fuit à Centenſi-
bus extorta, & alterata inueſtitura celabrata
vſque de Anno 1458. omneſque aliæ, quæ ad il-
lius formam poſtea emanauerunt in graue dam-
num, & præiudicium Eccleſiæ Nonantulæ con-
cedentis pro minimo canone librarum ſeptem,
bona

bona magni valoris aſcendentia ad quatuor millia tornaturas terrarum cum diminutione vtilitaris, & fructunm, qui antea ex decimarum obuentione percipiebantur, & abſque eo quod ſuper dicta alteratione obtentum fuerit beneplacitum Apoſtolicum, ſine quo Emphytheuſis Eccleſiaſtica alterari nequit, ex quibus ita redditur inefficax, ac nullius momenti, vt pro non facta haberi debeat, *Rot.coram Duran.deciſ.250.nu.22. & in recent. deciſ.178. num.41. verſ.20. principaliter par.5. & deciſ.211. num.5. par.6. & deciſ.36. num.10. cum ſeq. par.7. cum alijs relatis in Ravenaten. Domus 14. Iunij 1649. §. vltra quod coram Royas.*

29 Duo enim copulatiuè requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ ad illius validitatem, ſolemnitas ſcilicet, & vtilitas, quibus non concurrentibus tamquam nulla, & inualida nullo pacto ſuſtineri poteſt *cap.1.& 2.de reb.Ecclef.non alienan.in 6. Clem.1.tit. & Conar. var.reſol.cap.17. num.2.lib.2. Rot.deciſ.160.num.1.par.2.diuerſ.& deciſ.36.num.5.par.3.in recent.*

30 Quinimo vt conceſſio ſuſtineatur, euidens Eccleſiæ vtilitas concurrere debet tempore vltimæ conceſſionis, ſeu nouæ, & non ſufficit adfuiſſe in antiqua, *Gennen.in prax Epiſc.Neapolit cap.89. num.3. Ric.in prax.for Eccleſiaſt. deciſ.5. in vtraque edit.Bonacin.in tit.de alienat.bonor.Eccleſ.tit.2.quæſt. vnica punct 3.nu.2. Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.95. num.33. vbi ita firmaſſe Rot.in deciſ. per eum relatis coram Brano, & Blanchetto.*

31 Nec infringit, quod bona ſint ſolita locari, cum vtilitas continuè, & per tractum ſucceſſiuum ſemper interuenire debeat, alias alienatio redditur damnoſa, præcipuè quando conſtat (prout in caſu noſtro) bona eſſe notabilis valoris, & quod conceſſa fuerint potius cum diminutione, quam cum vtilitatis augumento per ea quę dixit *Rot deciſ.36.num. . . . & num.14.par.3.in recentior.* locare enim bona Eccleſiæ pro minori pretio, quod ab alijs poſſit haberi, reputatur in iure notabilis læſio nullo pacto toleranda, *Rot. coram Cæſare de Graſ.deciſ.4. num.15. & per tot. de rebus Eccleſ non alienan.* igitur multo magis tolleranda non eſt dicta locationis renouatio facta cum eiſdem Centenſibus conductoribus, cum diminutione pretij, ſeu ſine obligatione ſoluendi decimas, prout antea ſoluere tenebantur.

33 Hinc eſt quod Eminentiſs. D.Card. Abbas Patronus non teneatur ſtare dictis conceſſionibus celebratis à ſuis anteceſſoribus, ex quo copulatiuè non fuerint initæ nomine Eccleſiæ, & ad eius vtilitatem, *Ferentil. ad Burat. deciſ.482. num.17. Rot.coram Merlin. deciſ.399. num.1. & 2. cum alijs in Portuen. Affictus 1. Iulij 1650. ſub §. non applicatur verſ.non prima, & in §. at hic circumſcripta coram Bichio.*

34 Prædeceſſor enim vſufructuario comparatur, & ſolum ius ad fructus habet, donec Eccleſiam poſſidet, obligare verò ſucceſſorem ad obſeruandum eius contractum minimè poteſt, quamuis ageretur ad modicum tempus, *Grat.diſcept.606. num.1.& ſeq. Barboſ.de poteſt. Epiſc. alleg.94. numer.1. Rota in dicta Portuen. Affictus ſub §. nec obſtat.*

35 Nec releuat indultum Io123. ac aliæ gratiæ Nicolai V. Caliſti III. Sixti IV. Clementis VIII. cum reddantur nullæ, & inualidæ, nulliuſque roboris. & momenti tamquam obreptitiæ, & ſubreptitiæ. ex capite falſæ, & doloſæ expreſſionis, & quod non fuerit narrata Summis Pontificibus forma, qua à primæuis conceſſionibus bona peruenerunt ad Centenſes, ſcilicet pro indiuiſo, & in ſolidum cum hominibus Plebis, & cum onere ſoluendi decimas; obreptio enim, & ſubreptio ſemper vitiat gratiam, & beneplacitum Apoſtolicum, ſi Papæ non fuerit narratum id, quod ſi ſciuiſſet, vel gratiam non conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet, vt fere in noſtris terminis dicit *Rot.coram Merlin.deciſ 782. nu.60. & ſeq. Seraphin. deciſ.508. num 9. & 10. & deciſion.1174. num.7. Menoch.de arbit. caſ.201. num.2. Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſs.13. de reform.cap.5. num.3. Surd. deciſ.307. num 13. Rota coram Puteo deciſ.411.num.2.& 3.lib.1.& deciſ.18. num.3. par.2.diuerſ.*

36 Præcipuè quia ex dicta gratia non ſolum præiudicium Abbatiæ, ſed etiam Hominibus, & Communitatis Plebis reſultauit contra mentem Summi Pontificis nullum Eccleſiæ præiudicium inferendi, *Rota coram Gregor.XV. deciſ.150.nu.5. & in Nouarien. Canonicatus coram Pamphilio inter impreſ.penès Marcheſ. de commiſſion. tom.1. fol.451. ſub num.1. verſ. & præſertim cum alijs adductis in Conobren. Penſionis 14. Februarij 1650. §. primum enim in fin.coram Bichio.*

37 Propterea non poſſunt Centenſes in prætenſis indultis, & gratijs Apoſtolicis vim facere, tum ob earum nullitatem, & inualiditatem, tum quia non ſufficit, quod adſit ſolemnitas, ſi deficiat vtilitas, quo caſu non obſtante beneplacito Apoſtolico contractus remanet ipſo iure nullus *Merlin. deciſ.702. num. 71. & 73. Seraphin. deciſion.508.*

38 Itaùt bona cum fructibus reſtitui debeant, etiam ſi notabile temporis interuallum effluxerit à die conceſſionis, & poſſeſſionis, Emphytheuſis, vt docet *Villagut.de rebus Eccleſ. male alienat.recuper.lib.2.par.2.cap.5. num.167. & præcipuè in verſ.idem docuit, qui alios allegat.*

39 Nec obſtat, quod ex curſu longiſſimi temporis 30. & 40. annorum, & longe vltra, & obſeruantia ſubſecuta omnia in forma valida confecta præſumantur, aut legitimè præſcripta cenſeantur.

40 Tum quia res Eccleſiæ nulliter alienata, nunquam præſcribitur, nec alienationi factæ non ſeruatis iuris ſolemnitatibus ſuffragatur longa temporis præſcriptio, quin poſſeſſor teneatur ad bonorum, & fructuum perceptorum reſtitutionem, *Villagut. de reb. Eccleſ. non rite alien. recuper. lib.2. par.2. cap.5 num.11. qui loquitur in terminis conſtitutionum Pauli IV. Pij V. & Clementis VIII. Redoan.de reb. Eccleſ. non alien. rub. de author. Prælat. in alienat.interpon. § iſte quidem nu.11.fol.mihi 224. Batt.Brixien.quæſt.144.*

41 Tum quia Centenſes doloſè recedendo à prima obligatione, & alterando inueſtituram in damnum, & præiudicium Eccleſiæ conſtituti fuerunt in mala fide, quæ præſcriptionem non cæptam impedit currere, & iam cæptam interrumpit, *ad text.in cap.fin. de præſcriptionibus Puteo dec.385. num.1.*

num. 1. par. 3. Rota in Nucerina Fideicommiſſi prima Iulij 1650. coram R.P.D. Meltio in §. non obſtat circa fin.

42 Tum quia cum tempus 30. vel 40. annorum requiſitum ad talem præſcriptionem inducendam non intelligatur currere viuentibus Prælatis qui nulliter, & inualide huiuſmodi alienationem fecerunt, & cum poſt eorum mortem á ſucceſſoribus habita notitia nullitatis reclamatum fuerit dicto tempore ſubtracto, aſſerta præſcriptio nunquam inchoari potuit, vt bene deducit. *Quarant. in ſumma bullar. in verb. alienat. rer. Eccleſ. nu. 46. verſ. hinc non immerito Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 95. num 72. in fin. par. 3.*

43 Tum quia ex quo agitur de præiudicio Eccleſiæ, intrat diſpoſitio Conſtitutionis Vrbani VIII. præſeruatiuæ iurium Eccleſiæ, & pro interrupta haberi debet dicta præſcriptio, etiam per generalem monitionem, prout hactenus conſueuerunt Summi Pontifices obſeruare in die Cœnæ Domini, *Grat. diſcept. 52. num. 6. Creſcen. deciſ. 4. numer. 5. de locat.*

Et ita &c.

ADDITIONES.

44 QVoniam validitas alienationis, locationis, aut alterius conceſſionis bonorum Eccleſiæ tota dependeat ab euidenti vtilitate, idcirco vt beneplacitum Apoſtolicum recte executioni demandetur, diligens perquiſitio de vtilitate Eccleſiæ facienda eſt, adeout ſi non fuerit fabricatus proceſſus, nec impleta iniuncta perquiſitio, ſententia Iudicum Commiſſariorum tamquam ex actis non iuſtificata, & ſine neceſſarijs probationibus prolata non eſt attendenda, *Rot. dec. 160. num. 7 par. 2. diuerſ. & deciſ. 624. num. 4. par. 2 recentior. Caualer. deciſ. 215. num. 4. Merlin. deciſ. 702. num. 43.*

45 Et ſuper vtilitate requiſita in alienatione bonorum Eccleſiæ non ſtatur aſſertioni partium, nec executorum, dum iudicialiter procedere tenentur *Rot. deciſ. 251. num. 21. & deciſ. 94. num. 43. par. 3. in recentior. & deciſ. 752. num. 2. par. 1. & deciſ. 209. num. 3. ac deciſ. 597. num. 2. par. 4. diuerſ. & poſt Cinc. de cenſib. deciſ. 27. num. 4. deciſ. 36. num. 3. & 9. deciſ. 37. num. 6. & 7.*

46 Sed de ea conſtare debet per plenas, & legitimas probationes præuia cauſæ cognitione, & diſcuſſione iudiciaria, vt late firmat *Rota dec. 36. & deciſ. 37. poſt Cinc. de cenſib. Merlin. deciſ. 702. num. 44. & 45. Rota deciſ. 94. num. 45. par. 3. in recentior.*

47 Limita, attenta clauſula, *conſcientias veſtras oneramus*, cuius vigore poſſunt Iudices Commiſſarij ſe extraiudicialiter informare, ad tradita per *Bald. in l. 1. num. 1. C. ſi per plures Lap. alleg. 15. num. 8.*

48 Sublim. ſi adiecta fuerit clauſula *ſeruatis, ſeruandis*, quæ æquipollet clauſulæ vocatis vocandis, & imponit onus aſſumendi partes Iudicis, & conficiendi publica documenta, probationeſque neceſſarias recipiendi, itaut non ſufficiat extraiudicialis informatio, *Rota deciſ. 209. num. 3. par. 4. diuerſ. & deciſ. 11. num. 5. poſt Poſti. de manuten. & deciſ. 36. num. 3. & deciſ. 37. num. 4. poſt Cinc. de cenſib.* Tantò magis ſi concurreret clauſula: ſi vobis conſtiterit, quæ pariter tribuit cauſæ cognitionem faciendam mediantibus legitimis probationibus, ac iudiciali proceſſu, *Seraphin. deciſ. 601. numer. 3. Merlin. deciſ. 702. numer. 50. & 51.*

49 Beneplaciti verò Apoſtolici defectus exceptio ſoli Eccleſiæ competit, tamquam exceptio perſonalis non egrediens ipſam Eccleſiam *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 16. ſub num. 12. Gratian. diſcept. 202. num. 15. Surd deciſ. 171. n. 17. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 467. num. 16. Rot deciſ. 132. num 11. par. 2. diuerſ. & deciſ. 375. num. 4. par. 1. in recent.*

50 Semper enim alienatio rerum Eccleſiæ eſt nulla defectu euidentis vtilitatis, ſi ex Inſtrumentis locationis, vel aliunde appareat, quod Eccleſia de tempore conceſſionis plus percipiebat, & non plus conſequatur, quam antea erat ſolita percipere, *Iaſ. conſ. 54. ſub num. 4. lib. 1. Dec. conſ. 112. num. 6. & conſ. 142. num. 5. Rota deciſ. 94. num. 55. par. 3. in recent.*

51 Sed ſi res Eccleſiæ in perpetuum concedatur pro eadem penſione, pro qua ſingulis annis locabatur Eccleſiæ dicitur vtilis, *Anchar. conſ. 122. num. 1. Iaſ. conſ. 54. num. 5. verſ. corroborantur prædicta lib. 1.*

52 Oſtenditur itaque eo ipſo Eccleſiæ vtilitas in eius bonorum alienatione, ſi conditionem ſuam faciat meliorem, *cap. ad aures, cap. vt ſuper §. poſſeſſiones de rebus Eccleſ non alienan. Pœnia dec. 553. numer. 1.*

53 Prout ad probandum damnum, & non euidentem Eccleſiæ vtilitatem ſufficit probare, quod ex locatione facta tempore alienationis plus percipiebatur, *vt ex Genuen. Iaſ. Dec. & Rot. authoritate tradit Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 9. cap. 4. num. 48. verſ. verum nihilominus fol. 413.*

54 Vtilitas autem, vt in euidentem Eccleſiæ vtilitatem cedere dicatur debet excedere tertiam partem, ac proinde de ſtylo Curiæ non admittitur ſupplicatio: *ſi in euidentem*, niſi illius officiales perpendant annuum redditum, quem Eccleſia habebit, qui debet excedere regulariter tertiam partem, licet aliquando minorem ſecundum caſuum diuerſitatē prout D. Datario videbitur, *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 9. cap. 4. num. 52. fol. 414.*

55 Nec ſufficit ad hunc effectum Eccleſiam remanere ſine damno, ſed opus eſt ipſam fieri locupletiorem, & lucrum conſequi á conceſſione cum certitudine, & euidentia de tempore contractus, ſecus vero ſi concurrat incertitudo, quæ vtilitatem excludit, *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib 9. cap. 1. num. 20. verſ. hac tamen cauſa fol. 397. Seraph. deciſ. 433. num. 2. & deciſ. 508. num. 12. Rot. deciſ. 65. num. 4. deciſ. 160. nu. 2. part. 2. diuerſ. & deciſ. 544. num. 1. part. 1. & deciſ. 730. num. 3. part. 2. & deciſ 251. num. 22. & 23. part. 3. in recent.*

56 Semper vero bonorum Eccleſiaſticorum locatio cenſetur facta in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ſi conductor pro bonificatione prædiorum fecerit notabiles expenſas, quas Eccleſia facere non potuiſſet pro meliorandis, & ad culturam reducendis, & ſufficit etiamſi huiuſmodi melioramenta facta fuerint ante Summi Pontificis beneplacitum, & antequam Iudex Apoſtolicus exploranda-

plorauerit Eccleſiæ vtilitatem, latè *Rot. coram Penia deciſ. 553. per totam*.

SVMMARIVM.

1 Sequeſtrum de facto conceſſum de facto reuocari debet, lim. vt num. 2.
3 Sequeſtrum cautione reuocatur.
4 Sequeſtratio eſt de iure prohibita, & à ſequeſtrationibus non eſt inchoandum, lim. vt num. 5. 6.
7 Sequeſtrum conceditur, ne iudicium reddatur inane.
8 Sequeſtrum tam à Iudice ordinario, quam delegato, tam in prophanis, quam in beneficialibus conceditur in caſibus permiſſis.
9 Sequeſtratio fructuum facilior eſt, quam rei.
10 Ad obtinendum ſequeſtrum non requiritur tam exacta probatio, & ſatis eſt vt poſtea iuſtificetur.
11 Cenſurarum fulminatio eſt remedium extraordinarium.
12 Penſio non debetur, ſi literæ Apoſtolicæ in omnibus non iuſtificentur.
13 Penſio corruit non iuſtificatis literis Apoſtolicis.
14 Non debetur non iuſtificata Clauſula, dummodo remaneant centum pro Rectore. Amp. plurib. modis, et n. 15. 16. 17. 18. 19. 20. limit. vt num. 24. vſque ad 38.
20 Congrua debetur detractis oneribus neceſſarijs, & ordinarijs.
21 Quæ onera ſunt deducenda, & quæ non ex congrua, & num. 51. & ſeq.
22 Penſionarius, tenetur iuſtificare gratiam, ſi ſit conditionalis, ſecus ſi penſio fuerit purè reſeruata amp. vt num. 23.
23 Penſionarius adhuc vt conſtituatur in poſſeſſione exigendi, quæ requirantur, & num. 28.
35 Gratia non redditur conditionalis vigore Clauſulæ, ſi ita eſt.
36 Nec ſi narratiua ſit poſita ſub Clauſ. vt aſſeritur, ſecus vero ſi ſub Clauſ. vt aſſeris.
37 Beneficij valor ad effectum iuſtificandi gratiam, quomodo probetur vſque ad num. 43. Intel. vt num. 38. & 39.
40 Valor ad effectum reſeruationis penſionis attenditur de tempore datæ.
41 Inſuper probatur ex confeſſione aduerſarii emaneta pro ſua gratia.
42 Valor non eſt neceſſe punctualiter, & iudaicè verificari, ſed ſufficit ſi probetur valor, vel paulo minus.
43 Non eſt neceſſe verificari per aſcenſum affirmatiuè, ſed ſatis eſt verificari per non exceſſum, vt fuit ſupplicatum.
45 Penſio eſt diuidua, & catenus ſubſiſtetur, quatenus narrata extabit.
46 Penſio in obulo nulla in totum eſt nulla Intel., vt num. 47.
48 Congrua pro titulari eſt in primis, & ante omnia deducenda de fructibus beneficij.
49 Valor centum ducatorum, qui debentur pro congrua Rectori cuius monetæ generis intelligantur. Intel. vt num. 50.
54 Penſionis ſecundæ reſeruatio non ſubſiſtit, ſi non fuerit facta mentio de prima, etiamſi motu proprio reſeruata fuerit.

DECISIO CXXXVI.

Alias Conſtitutum XXXIII.

INſtabat R.D. Donatus Præpoſitus Eccleſiæ Parochialis Cameranę pro reuocatione ſequeſtri obtenti ad inſtantiam D. Penſionarij pro terminis
1 decurſis, & non ſolutis ſuper fructibus, & redditibus eiuſdem Eccleſiæ in aſſecurationem Iudicij inchoandi circa penſionem, de qua agitur, quod vtique de facto reuocari deberet, ſi de facto conceſſum fuiſſet, *ad plane tradita per Felin. in cap. ſignificauerunt de iud. Pariſ. conſil. 41. numer. 27. vol. 1*.

2 Verum quia fuit relaxatum in caſu bene viſo, docto de credito Penſionarij, & iurato de metu dilapidationis, ſeù diſtractionis fructuum pro aſſecuratione iudicij intentandi ſuper conſecutione præfatæ penſionis, eo quod D. Donatus non poſſideat ſtabilia in Diœceſi Nonantulana, in qua etiam vti contumax reſidentiam non faciebat, ita vt perceptis, & extra Diœceſim diſtractis beneficij fructibus, minimè recuperari valeant, certum eſt fuiſſe ritè, & rectè relaxatum ſecundum optimam praxim, etiam obſeruatam in ſupremo Tribunali Auditoris Cameræ almæ Vrbis (à quo omnia alia tribunalia benè poſſunt deſumere normam) *vt tradit Petrus Ridolphin. in ſua prax. recent. part. 1. cap. 14. num. 39.*

3 Et propterea ad eius reuocationem minimè deuenire poſſe videtur, niſi ſaltem præſtita cautione de ſtando iuri &c. cum ſequeſtratio introducta dicatur in defectum non idoneę cautionis, *l. fideiuſſor §. fin. ff. qui ſatis dar. cogunt. l. Senat. conſult. ff. de offic. præſid. l. fin. C. de ordin. cognit. Galleſ. de oblig. cameral. quæſt. 37. num. 39. Rot. deciſ. 654. nu. 2. & 5. part. 2. & deciſ. 381. num. 5. part. 3. in recent. Ferentil in addit. ad Burat. deciſ. 805. num. 9.*

4 Et quamuis ſequeſtratio tamquam odioſa ſit regulariter de iure prohibita, cum à ſequeſtrationibus, ſicut ab executionibus non ſit inchoandum, *l. 1. C. de probib. ſequeſt. Pariſ. conſ. 41. num. 17. vol. 1. & conſ. 107. num. 12. vol. 1. Rebuf de ſequeſtr. art. 1. gloſſ. 2. num. 3. Rot. deciſ. 293. num. 2. & dec. 464. part. 1. recent.*

5 Tamen hoc non procedit, aut quando (prout in caſu noſtro) concurrit dilapidationis ſuſpicio, vel perſona pro ſuſpecta habetur, vt quia non poſſideat immobilia, *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 23. in princ. & num. 1. Puteus deciſ. 3. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Veral deciſ. 92. part. 2. & deciſ. 158. num. 1. part. 3. Rot. deciſ. 654. n. 2. & dec. 727. num. 1. part. 2. recent. Canaler. dec. 324 num. 4. Burat. deciſ. 505. num. 6. & deciſ. 595. num. 6.*

6 Aut quando recuperatio fructuum (eiſdem à Domino perceptis) eſſet difficilis, vel ſaltem executio difficilior redderetur in euentum ſuccumbentiæ debitoris, *Rot. dec. 13. num. 1. & ſeqq. part. 2. diuerſ. & deciſ. 136. num. 3. part. 2. recent. & in Craconien. donationis 26. Nouemb. 1650. in §. fin. coram Bichio.*

7 Adeo vt in his caſibus tamquam de iure permiſſis, quod Iudex bene moueatur ad ſequeſtrum concedendum, ne iudicium intentandum inane reddatur docet *Abb. in d. cap. dilectus num. 16. de ſequeſt poſſeſſ. & fruct. ad notata per Innoc. & alios in cap. 1. & 3. tit. eod. & in l. Imperatores ff de appell.*

8 Et quod nedum Iudex Ordinarius, verum etiam delegatus, tam in prophanis, quam in cauſis beneficialibus, in caſibus permiſſis ſequeſtra concedere ſoleat, ſubdit idem *Abb. dicto cap. cum dilectus num. 20. 21. & 22. de ſequeſt. poſſeſs. & fruct. Felin. in cap. olim col. 2. verſ. conſidera bene de reſcript. Tyber. Saluſt. in ſua prax. cap. 22. lib. 2. nu. 3. & ſeq.*

9 Tanto magis quando non agitur de ſequeſtratione poſſeſſionis (cum quis potius manuteneri, quam ſua poſſeſſione priuari debeat) ſed de ſequeſtratione fructuum, quæ facilior eſt, quam rei, & poſſeſſionis, & ideo prohibita ſequeſtratione

tione rei, non prohibetur ſequeſtratio fructuum, *Gonz. ſuper reg. 8. Cancell. §. 7. princ. de menſ. & altern. num. 60. & 61.*

10 Nec dicatur non fuiſſe doctum de credito prætenſæ penſionis, & quatenus etiam doctum fuiſſet literas Apoſtolicas iuſtificari debere, vt executioni demandari poſſint, quia iuſtificatio literarum Apoſtolicarum non eſt neceſſaria ad effectum obtinendi ſequeſtrum, ſed tantum ad inſtruendum, & proſequendum iudicium poſt ſequeſtrum inchoandum (quatenus penſio non fuerit motu proprio ſanctiſſimi reſeruata) de reſeruatione vero huius perſonis vltra aliam ad fauorem quondam D. Manxini ſuper Præpoſitura Eccleſiæ Parochialis Cameranæ ſatis conſtare videtur expreſſa aſſertione Summi Pontificis in bullis in actis exhibitis, quæ probatam probationem faciunt iur. vulgar. quinimmo pro obtinendo ſequeſtro non requiritur exacta probatio, ita vt ſi obtentum ſequeſtrum contra ſuſpectum de dilapidatione non fuerit tunc plene iuſtificatum, ſatis eſt, vt poſtea iuſtificetur in termino probatorio præfigendo, quo elapſo, & minime verificato, tunc bene ad eius reuocationem deuenire debet, *Saluſt. Tiber. in ſua prax. lib. 2. cap. 23. num. 3. Petrus Rídolphin. in dicta ſua prax. part. 1. cap. 14. num. 188. Burat. deciſ. 653. num. 6. & ſeq.*

11 Nec infringit penſionario competere remedium procedendi per viam fulminationis cenſurarum, & non per viam ſequeſtri, quia reſpondetur remedium fulminationis cenſurarum eſſe remedium extraordinarium, & ad eum non eſſe deueniendum, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet, intentatis alijs remedijs ordinarijs, executio, & exactio ſuum non potuit ſortiri effectum, vt declarauit, *Pius V. in conſtit. 117. inter alia ſecundum antiquam impreſſ. ſuper refor. tribunal. A. C. §. quod ſi quando & Paulus V. ſuper refor. trib. Vrbis ſub tit. de A. C. & eius tribun. §. minuſque ex ordine Bullarum conſtit. 71. Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 11. n. 8. & ſeq. et cap. 13.*

Quod etiam eſt ſacroſancto Concilio Tridentino conſonum *ſeſſ. 25. cap. 3. de reform. Nouar. in ſum. cap. 27. num. 10. Rot. poſt lib. 2. conſil. Farinac. deciſ. 327. num. 5.*

Et in omnem caſum neſcitur quo iure penſionario prohibeatur alijs de iure remedijs vti non poſſe, quam fulminatione cenſurarum pro penſionibus conſequendis.

12 Nec obſtat hanc penſionem non deberi, nec exigi poſſe à penſionario, & conſequenter literæ Apoſtolicæ nullam mereri executionem, cum non appareat iuſtificatas fuiſſe, prout iuſtificari debent, *Felin. in cap. conſtitut. num. 1. de reſcript. Burat. deciſ. 491. num. 5. et in recent. deciſ. 652. num. 1. part. 4. Rot. in Rauennaten. Canonicatus 14. Martij 1646. et in Lucana vnionis 28. Ianuar. 1647. coram Bichio*, quia huiuſmodi Apoſtolicarum literarum iuſtificatio eſt facienda in proſecutione iudicij circa negocium principale, nec eſt neceſſe vt præcedat relaxationem ſequeſtri, quod ſolum conceditur pro aſſecuratione iudicij abſque exacta negocij principalis iuſtificatione,

Et ita, &c.

ADDITIONES.

13 PEnſio corruit, non iuſtificatis literis Apoſtolicis circa valorem narratum concludenter, *Merlin. deciſ. 123. num. 1. Rot. in Burgen. penſionis 18. Febr. 1585. coram Giptio, et in Spoletana penſionis 26. Ianuar. 1622. coram Vbaldo confirmata in Parmen. penſionis 25. Iunij 1627. coram Manzanedo.*

14 Inſuper non iuſtificata Clauſula, *dummodo remaneant centum pro Rectore libere*, quæ cum reddat gratiam conditionatam, illa non iuſtificata penſio non debetur, *Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 464. Seraph. deciſ. 1017. Caſſad. deciſ. 10. nu. 8. de reſcript. Caual. deciſ. 148. num. 4. et deciſ. 183. n. 1. Burat. dec. 261. num. 8. et ibi Ferentil. num. 17. Rot. deciſ. 547. num. 2. part. 1. deciſ. 640. num. 2. deciſ. 642. num. 2. et ſeq. deciſ. 747. num. 1. part. 1. deciſ. 548. n. 3. part. 4 deciſ. 287. num. 5. part. 5. recent.*

15 Et requiritur plena, & concludens probatio, *Pariſ. de reſignat. benef. lib. 6. quaſt. 2. num. 25. Barboſ. de offic. Paroch. part. 3. cap. 29. num. 15. Seraph. deciſ. 1222. n. 2. late Beltram. ad Greg. XV. deciſ. 245. n. 11. et Ferentil. ad Burat. deciſ. 261. num. 17. Rot. in Caietana penſionis coram Litta inter impreſſ. penes Marcheſ. de commiſ. tom. 1. fol. 629.*

16 Ampl. etiam parte non opponente, *Saluſt. Tiber. in ſua prax. lib. 3. cap. 1. num. 8. Rot deciſ. 380. per tot. part. 1. diuerſ.* vbi quod probatio debet eſſe concludens, quod vere remaneant centum libera pro Rectore per modum affirmatiuum *Mohed. deciſ. 148.* licet ſecus ſit, ſi ageretur de probando non exceſſu, quia cum habeat aliquam præſumptionem pro ſe, ideo ſemiplena ſufficit probatio.

17 Ampl. etiamſi titularis conſenſerit penſioni, eſt iuſtificanda Clauſula dummodo remaneant centum pro Rectore, *Beltram. ad Greg. XV. dec. 57. num. 12. et 13. Seraph. deciſ. 1017. et deciſ. 1122. Caualer. deciſ. 183. num. 2. Rot deciſ. 547. num. 3. part. 1. et deciſ. 429. num. 4. part. 3. recent. Ferentil. ad Burat. deciſ. 261. num. 17. Barboſ. de offic. Paroch. par. 3. c. 29. ſub num. 16.*

18 Quia conſenſus habet in ventre eandem conditionem, quam habet gratia, cui accedit, nempe dummodo remaneant centum libere pro Rectore, & hoc procedere, ſiue agatur poſſeſſorio, ſiue petitorio teſtatur, *Garz. de benef. 1. cap. 5. num. 464. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 57. num. 12. & 13.*

19 Ampl. vt huiuſmodi Clauſulæ iuſtificatio continuo durare debet, alias eſſet ſupplendum ex penſione, quod titulari deeſſet, *Barboſ. de offic. Paroch. part. 3. cap. 29. num. 15. Beltram. ad Gregor. XV. deciſ. 245. num. 12. & ſequent. Seraph. deciſ. 951. num. 4.*

20 Amp. vt huiuſmodi iuſtificatio eſt facienda detractis oneribus neceſſarijs, & ordinarijs, *Adden. ad Greg. XV. deciſ. 245. num. 12. & ſeq. cum alijs relatis per Barboſ. de offic. Paroch. part. 3. cap. 29. n. 18. & 19.*

21 Nomine autem onerum ordinariorum, & neceſſariorum deducendorum, vt libere dicta centum remaneant, veniunt onus Capellani, Clerici, Candelarum in feſto Purificationis B. M. Virginis,

nis, manutentionis Sacriſtiæ, Cathedratici, Predicatoris, Viſitationis Epiſcopi, & Organi, *vt firmaſſe Rot. in Feretrana Penſionis 4. Decembris 1623. coram Vbaldo ſen. refert Barboſ. de offic. Paroch. par. 3. cap. 29. num. 19.*

Vlterius deducenda ſunt, onera expenſarum pro cultu diuino; nempe pro cera, hoſtijs, vino, & oleo, pro luminaribus Sanctiſſimi Sacramenti, & muſica in feſto titularis Eccleſiæ iuxta quantitatem per Ordinarium declarandam; de extraordinarijs vero oneribus nulla eſt habenda ratio, vt de voluntarijs, ſeu arbitrarijs, alijſque, quæ per ipſum Rectorem expleri poſſunt, ac de incertis, variabilibus, & non perpetuis, *Burat. deciſ. 418. num. 1. Canaler. deciſ. 466. num. 3. cum alijs relat. per Barboſ. de offic. Paroch. cap. 29. num. 19. iuncto nu. 20.*

22 Intell. ſi gratia ſit conditionalis, alias penſionarius non tenetur iuſtificare gratiam, vt ſi penſio fuerit pure reſeruata, quo caſu onus probandi non remanere centum, ſpectat ad titularem, *Canaler. deciſ. 251. num. 1. Barboſ. loco citato num. 16. in fin.*

23 Præcipuè ſi agatur contra eum, qui penſionis reſeruationi conſenſit, cum ex conſenſu in ſupradicto caſu reſultet virtualis confeſſio veritatis narratiuæ literarum, æquipollens illarum iuſtificationi, *Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 57. num. 13. Caſſad. deciſ. 10. nu. 8. de reſcript. Seraph. deciſ. 1017. num. 3. Burat. deciſ. 383. num. 2. & ibi Ferentil. lit. B. Cocin. deciſ. 299. num. 2. Rot. deciſ. 23. nu. 1. deciſ. 519. num 2. par. 2. recent. idem Ferentil. in addit. ad Burat. deciſ. 261. num. 17.*

24 Lim. quod ſi agatur poſſeſſorio, & penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, non tenetur iuſtificare gratiam, etiam ſi ſit conditionalis, & onus probandi falſitatem valoris narrati, & aliorum expreſſorum in ſupplicatione incumbit titulari, cum penſionario ſatis ſit docere de quaſi poſſeſſione exigendi, ad effectum manutentionis, quia interim non eſt retardanda executio literarum reſeruationis, *Seraph. deciſ. 1017. num. 3. Ferent. ad Burat. deciſ. 261. num. 17. cum alijs Rot. dec. relat. per Barboſ. de offic. Paroch. par. 3. cap. 29. num. 16. propè fin. Caſſad. deciſ. 10. num. 8. de ſcript. Rot. deciſ. 547. num. 4. par. 1. deciſ. 57. num. 1. & 5. deciſ. 567. num. 1. par. 2. & deciſ. 253. num. 2. par. 3. recent. Puteus deciſ. 239. num. 4. lib. 1. Gabr. conſ. 181. num. 2. lib. 2. Pariſ. de reſignat. benef. par. 6. lib. 6. queſt. 2. num. 167.*

25 Et hoc magis ſibi locum vindicat, ſi quis ſit in poſſeſſione per longum temporis ſpatium 30. annorum, cum per tanti temporis lapſum, & curriculum, gratia, & *Clauſula dummodo* aliæque in eadem contentæ iuſtificatæ præſumantur, *Rot. deciſ. 265. nu. 4. par. 2. & deciſ. 253. nu. 2 par. 3. deciſ. 119. num. 5. par. 4. deciſ. 7. num. 1. & deciſ. 39. num. 7. par. 5. recent. Burat. deciſ. 296. num. 3. & ibi Ferentil. lit. B.*

26 Si vero agatur petitorio gratia, & valor narratus, aliæque Clauſulæ iuſtificandæ ſunt à penſionario, cum titularis habeat intentionem fundatam in diſpoſitione iuris, quod beneficia ſine diminutione conferantur, & huiuſmodi literarum iuſtificatio eo magis eſt facienda, vbi agitur contra ſucceſſorem in beneficio, qui reſeruationi penſionis non conſenſerit, iuxta diſtinctionem in ſacro Rotæ Tribunali receptam, *Garc. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 464. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 3. cap. 29. num. 16. Manzic. deciſ. 196. num. 2. & 3. Rot. in Albanen. penſionis 20. Martij 1628. penes Garz. loco ſupra citato, & in Carpentoren. penſionis coram Cardinal. Lancellotto, inter impreſſ. penes Marcheſ. de commiſſion. par. 1. fol. 529.*

27 Penſionarius vero ad hoc vt conſtituatur in quaſi poſſeſſione exigendi, debet conſtare de integra ſolutione penſionis, & non de vno termino, *Rot. deciſ. 547. num. 5. & 6. par. 1. recent.*

28 Sed quod etiam ſolutio partis penſionis ſit ſufficiens ad conſtituendum penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi iudicatur verius, dummodo appareat in ſoluente adfuiſſe animum ſoluendi totum debitum; ſecus vero ſi titularis contradixerit, vt puta ſi ſoluerit metu mandati, vel fecerit proteſtationem, nam tunc non ſuffragatur ſolutio partis, quia in hac materia intentio ſoluentis attenditur, & poſſeſſio recipit ſuum eſſe ab animo, & patientia illius, contra quem quis prætendit acquirere quaſi poſſeſſionem exigendi, vt per hæc verba reſpondit, *Rot. deciſ. 546. n. 8. par. 1. recent.*

29 Limit. vlterius principalem concluſionem non procedere, & gratiam iuſticandam non eſſe in penſione motu proprio à S. Pontifice reſeruata, quamuis cauſa, ob quam illam aſſignauit, non eſſet vera, quia nihilominus non requiritur iuſtificatio, nec admittitur probatio in contrarium, *Saluſt. Tiber in ſua prax. lib. 3. cap. 3. num. 22. Achil. dec. 10. de probat. Seraph. dec. 1484. num. 10. Rot. dec. 645. num. 2. par. 1. recent.*

30 Et licet narratiua in literis Apoſtolicis motu proprio emanatis ſit de facto alieno, non tamen pro eius iuſtificationis requiritur alia probatio *cap. ſi motu proprio de præben. in 6. Clem. 1. de probat. Achil. deciſ. 10. nu. 1. de probat. Puteus deciſ. 101. lib. 3. Seraph. deciſ. 148. num. 10. Burat. deciſ. 401. num. 6. Canaler. deciſ. 214. num. 1. Duran. deciſ. 60. num. 8. Rot. deciſ. 633 num. 2. par. 1. deciſ. 656. num. 1. par. 2. deciſ. 30. num. 6. par. 5. dec. 109. nu. 21. par. 6. dec. 99. num. 4. deciſ. 140. num. 8. par. 7. recent.*

31 Siuè motus proprius emanauerit ex mera liberalitate Principis, ſiuè ad inſtantiam partis, vt praxis quotidiana Romanæ Curiæ ſeruat, *Ferentil. ad Burat. deciſ. 621. num. 24. & 25. Rot. deciſ. 656. num. 2. par. 2. in recent.*

32 Limita non procedere quando vltra conſenſum fuerit adiecta obligatio Cameralis, & gratia ſit pura, tunc enim nulla iuſtificatio requiritur, *Seraph. deciſ. 1017. num. 3. Rot. deciſ. 441. num. 2. & 3. par. 4. recent.*

33 Limit. parte non opponente, quia tunc ea ſolum ſunt iuſtificanda, quorum falſitas gratiam vitiaret, vel quorum expreſſio Papam ad gratiam concedendam facilius induxiſſet, *Saluſt. Tiber. in ſua prax. lib. 3. cap. 1. num. 10. propè fin.*

34 Limit. non procedere quando *Clauſula dummodo* non fuerit appoſita reſeruationi, ſed tantum poſt reſeruationem, *Canaler. dec. 148. num. 5.*

35 Limit. in Clauſula, *ſi ita eſt*, vel *ſi preces veritati nitantur*, quæ non faciunt gratiam conditionalem, *Beltram. ad Greg. XV. deciſ. 57. num. 14. Ferentil. ad Burat. dec. 261. num. 17. in fin. verſ. notandum autem.*

36 Limit. quando in literis Apoſtolicis narratiua eſt poſita ſub Clauſula: *vt aſſeritur*, quia hoc non refertur parti, cum ſit narratiua Papæ ac proinde eximit ab onere iuſtificandi gratiam, ſeu literas Apoſtolicas, *Marta de Clauſ.par.1.Clauſ.197.num.1. Ferentil.ad Burat. deciſ.621. num.18. & dec. 708.num.15.& ſequen.*

Licet ſecus ſit, quando narratiua eſt poſita ſub Clauſula, vt *aſſeris*, quia tunc refertur parti, & iuſtificatione indiget, *Cæſar.de Graſſ.deciſ.2. nu.1. & 2.de probat.Caſſad.deciſ.4.nu.1.6. & 9.de probat. Caualer.deciſ.533.num.5.Ferentil.ad Burat.dec.621. num.18.deciſ.708.num.15.& 16.Rot.dec.60.num.1. & 2.deciſ.77.de reſcript in antiq. & deciſ.412. nu.1. & 2.par.1.diuerſ.& deciſ.5 1.num.1.par.4.in recent.*

37 Ad probandum vero valorem beneficij ad effectum iuſtificandi gratiam iuxta expreſſionem in narratiua factam, licet videatur iuxta communiorem opinionem attendendum eſſe, & probandum dictum valorem per decem annos ante gratiam, cum per lapſum decennij melius ſumi poſſit regula ad iudicandum valorem beneficij, eo quod intra tanti temporis curriculum facile, & veriſimiliter computari poſſunt anni ſteriles, & fertiles, & propterea ab hac opinione recedendum non eſſe tamquam à Rota canonizata, & obſeruata, & tamquam feciſſe tranſitum in ſtylum, & conſuetudinem Curiæ teſtatur, *Garz. de benef.par.2.cap.3. §.1. num.228. vſque ad 239. vbi Rota deciſ.allegat.*

38 Hoc tamen procedit ad probandum falſitatem valoris expreſſi, *Rot. deciſ.159. num.7. part.5. recent.* Et ad effectum regulæ de valore, non autem quando agitur de fructibus, & redditibus, cauſa experiendi, & videndi, an poſſit ex illis Rector ſubſtentari, *Cæſar.de Graſ.deciſ.7.num.13. de præben.Rot.deciſ.159.num.8.par.5.recent.*

39 Nam hoc caſu ſufficit probatio valoris aliquorum annorum ante, & poſt permutationem, reſignationem, aut beneficij poſſeſſionem adeptam arbitrio Iudicis, cum hæc materia ſit arbitraria, *Rot.dec.159.num.9.part.5.recent.*

40 Et ad effectum reſeruationis penſionis attenditur de tempore datæ, *Rot.deciſ.444.num.1. & 2. par.2.& deciſ.159. num.15. & 16. par.5, in recent.* Et de tempore datæ gratiæ ſufficit probari per duos annos antea, & per annum poſt *Oltrad. conſ. 58.Greg.XV.dec.13.num.1.& deciſ.419.num.1.*

41 Bene tamen comprobatur ex confeſſione aduerſarij emanata pro ſua gratia obtinenda, vt firmauit Rot. *in dec. relat. per Garz. de benef. par. 5. cap.3.num.208.* Rot. *in Bonen. Abbatia 3.Iulij 1645. §. valor. expreſſus coram Arguelleſ. impreſ. penes Dian.reſol.moral.par.8.fol.656.*

42 Aduertendum tamen eſt, quod in verificatione valoris narrati ſufficit probare dictum valorem, vel parum minus, cum difficile reddatur, valorem in certa quantitate aſſignari poſſe, vt puta ſi fuiſſet narratum fructus aſcendere ad 450. ducatos de Camera, & appareat aſcendere tantum ad 438. iſta diminutio cum ſit modica non efficit gratiam ſubreptitiam, nec eam vitiat, cum non ſit neceſſe punctualiter, & ad vnguem probare valorem narratum, & modicus defectus non nocet, iuxta vulgatum dictum quod de minimis non curat Prætor, Rot. *in Burgen. Penſionis coram Gipſio relat.per Garz.de benef.par.1.cap.3.num.405. & plurib ſequen.*

43 Et cum in ſupplicationibus reſignationum cum penſione valor narrari ſoleat non per aſcenſum affirmatiuè, ſed per non exceſſum (puta dicendo cuius fructus ducatorum ducentorum ſecundum communem æſtimationem valorem annum non excedunt) ſufficit verificare non exceſſum, nec eſt neceſſe aſcenſum probare, *Mandoſ. reg.22. quaſt.5. num.2. & 3. & ſæpè firmauit Rot. deciſ.relatis à Garz.de benef.par.1.cap.3.§.3.n.409. & ſequen.*

45 Penſio enim eſt diuidua, & eatenus ſubſtinetur, quatenus vera ſit expreſſio facta onerum, & valoris beneficij, *Gigas de penſ. quaſt.35. num.8. Rot.deciſ. 68.num.8.tom 3.par.2.in recent.*

46 Et ſic penſio in obulo nulla, in totum eſt nulla, *Rot.deciſ.026.num.5.par.1.diuerſ.*

47 Intell. in penſionis reſeruatione, cui conditionaliter fuit conſenſum, nempe in reſignatione cum Clauſula *non alias aliter*, vel in penſione reſeruata cum Clauſula *dummodo remaneant centum*, quo caſu, ſi quantitas in conditione non verificetur in totum vſque ad ſummam expreſſam, penſio in nulla ſui parte ſubſiſtit, eo quod deficiat conditio, ſub qua reſeruata fuit, ex cuius defectu ita in totum corruit, vt habeatur perinde, ac ſi reſeruata non fuiſſet bene, *Rot.dec.444.num.5.& 6. par.1.diuerſ Mantic.dec.171.num.1. Lother.de re benef.5.quaſt.47.à num.33.vſque ad 37.*

48 Congrua vero pro titulari eſt in primis, & ante omnia deducenda ex redditibus beneficij vbi eſt ſoluenda penſio, tum ex diſpoſitionis in *cap.extirpanda, cap.cum ſecundum Apoſtolum de præben.cap.1. tit.eod.in 6.Rebuf.in tract.de congrua quaſt.4 in prin. Barboſ.de offic. Paroch par 3. cap.29 num.20. verſ. certum eſt, Cæſar.de Graſ.deciſ.6 num.7. de præben. Rot.deciſ.16.num.1. par.1. diuerſ deciſ.352.num.4. par.2.in recent.Ferentil.ad Burat.deciſ.448.num.11.* tum ex diſpoſitione *Sac.Concil.Trid.ſeſſ.24. de reform. cap.13.* cui Papa non derogat, *Mandoſ. in tract. Signatur. Gratiæ ſub tit. de fructib. reſignat. ad fin.* tum etiam ex Clauſula apponi ſolita *dummodo remaneant centum pro Rectore*, per quam Clauſulam videtur S.Pontifice prius conſultum fuiſſe Rectoris indemnitati, eique reſeruaſſe ducatos centum, quam alios fructus penſionario *Rot.deciſ. 763.num.1.part.2.recent.*

49 Valor centum ducatorum, qui debent remanere Rectori Parochialis Eccleſiæ, quæ penſione grauatur, intelligitur iuxta morem regionis, vbi ſitum eſt beneficium, ita vt congrua debita Parocho vigore Concilij conſtituat ſummam ſcutorum centum argenteorum illarum partium, *Aloyſ.Ric.in collet.deciſ.par.4.collet.745.in fin.& in prax.for.Eccleſ.deciſ.428.num.1.in 1.edit.alias reſol. 365.num.2,& reſol.644.in 2.edit. Garz. de benef. in addit.ad par.1.cap.5.nu.373.Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.13. vbi ita fuiſſe reſolutum à Sac.Cong.in Colen.13.Iulij 1630. & in tract.de offic. & poteſt. Paroch. par.3. cap.29. num.17* & ita eandem S.Cong.declaraſſe *ſub 30. Martij 1594. teſtatur Garz.de benef.par.1.cap.5 §.3. num.373.*

50 Sed hoc intellige ſi ſimpliciter, & abſolutè fuerit dictum *dummodò remaneant centum ducati pro Rectore*, nam tunc valor eorum intelligitur

iuxta

iuxta morem cuiuſcumque regionis, ſecus verò ſi fructus narrati fuerint in ducatis de Camera, & adiecta fuerit clauſula *de ducatis ſimilibus*; nam hoc caſu centum pro Rectore intelligi debeant de ducatis de Camera, & non iuxta morem regionis, & de moneta illorum partium, vt ex dicta declaratione *Sac. Congregat. Concil. 30. Martij 1594. tradit Garzias de benef. par. 1. cap. 5. §. 3. num. 373. & par. 5. cap. 3. §. 1. num. 151. fol. mihi 441.*

51 Et ad conſtituendam congruam vltra onera deducenda (vt ſupra demonſtrauimus) non imputantur anniuerſaria, oblationes, diſtributiones, baptiſmalia, funeralia, emolumenta nuptialia, tamquam incerta, & in conſideratione minimè habenda, *Rota deciſ. 5. num. 3. iuncto nu. 4. par. 2. diuerſ.*

52 Sed hoc limita ſi huiuſmodi incerta ad certam ſummam redigi poſſunt, nam tunc in congruam imputari debent, licet non ita exactè, ſicuti certa imputantur, *Rebuff. in tract. de congr. quaeſt. 8. num. 87. Felin. in cap. ad aures num. 16. circa med. de reſcrip. Achar in Clem. vnica nu. 42. verſ. ſed aduerte de conceſs. praeben.*

53 Sed contrarium tenet *Rota deciſ. 5. num. 6. & 7. par. 2. diuerſ.* vbi, quod emolumenta anniuerſariorum, & diſtributionum quotidianarum non computantur in valorem, & fortaſſe ſupradicta opinio procedere poteſt in caſu, quo Eccleſia habeat redditus incertos, qui communiter ad vnam ſuam ſummam redigi poſſint, nam tunc ad inſtar certorum iudicari debent.

54 Penſionis ſecundæ reſeruatio nulla facta mentione de prima non ſubſtinetur, ſed in totum corruit, *Garzias de benef. par. 1. cap. 5. num. 561. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 6. quaeſt. 2. num. 4. Rota deciſ. 168. num. 1. tom. 3. par. 2. recent.* & quidem ipſo iure, non ope exceptionis, adeo vt non reuiuiſceret, etiam ſi prima Penſio ſecunda motu proprio reſeruata fuiſſet, quia non præſumitur Pontificem Eccleſiam duplici onere grauare voluiſſe, *Caputaq. deciſ. 312. n. 3. & 4. par. 2.*

SVMMARIVM.

1 Eſt locus gratificationi, quando præſentati ad beneficium de Iure patronatus ſunt pares in voce.
2 Arbitrium regulari debet prout de Iure.
3 Quis præferendus ſit in Inſtitutione Iuris patronatus ſtante paritate vocum, & num. 4. 5. 6 & 7.
8 Ius patronatus tranſit cum hereditate.
9 Patrono poſſunt competere plures voces diuerſa cauſa, ſeu diuerſo reſpectu.
10 Ius patronatus factum pluribus perſonis nominatim diſtinctis cenſetur vnicuique pro virili acquiſitum.
11 Vocum æqualitas reſultat iuxta numerum ſtirpium.
12 Ius patronatus etiam ad fœminas tranſit. Ampl. vt nu. 13. & 14. Et quid ſi fuerit iuſtum pactum, quod fœminæ non ſuccedant. 15.
16 Vocati ſimul, & copulatiuè ad Ius patronatus omnes dicuntur Compatroni.
17 Ius patronatus de ſui natura eſt merè hæreditarium.
18 In dubio cenſetur hæreditarium, & non gentilitium, & tranſitorium ad quoſcumque hæredes vniuerſales licet extraneos.
19 Amplia multo magis ſi adſit obſeruantia.
20 Ampl. Vt iſta dubietas declarari poſſit ex ſubſecutis præſentationibus.
21 Ius patronatus fundatum pro hæredibus de familia dicitur mixtum.
22 Non præſumitur gentilitium, ſi Teſtator numquam fecerit agnationem.
23 Ampl. Nec ex eo quod vocati fuerint filij, & deſcendentes per lineam maſculinam.
24 Quando dicatur gentilitium.
25 Ius patronatus, quando eſt hæreditarium, quis præſentare non poteſt, niſi ſit hæres, Ampl. & limita, vt n. 31. vſque ad 35.
26 Et in gentilitio niſi ſit de familia.
27 Ampl. vt in Iure patronatus gentilitio præſentare debet antiquior de domo.
28 Ampl. vt donec adſit aliquis de domo, non poteſt tranſire ad extraneos ſi ſit gentilitium.
29 Ius patronatus quando dicatur mixtum, & quando quis hoc caſu admittatur ad præſentandum, niſi ſit hæres, & agnatus, ſi vtraque qualitas exigatur.
35 Extranei non admittuntur ad præſentandum, niſi gradatim, hoc eſt mortuo filio, & deſcendente hærede.
36 Ius Patronatus, ſeu Eccleſia remanet libera, deficientibus omnibus vocatis
37 Patronus vltimus, & primus fundator Iuris patronatus gentilitij poſſunt liberè de eo diſponere, & num. 38.
39 Ius patronatus acquiritur familiæ contentiue, ſi deficiat effectiua limit. vt num. 40.
41 Ius patronatus non tranſit ad fideicommiſſarios, limit. vt num. 42.
43 Præſentatio fit in ſtirpes, & non in capita, quando agitur de iure patronatus hæreditario.
44 In iure præſentandi iuxta numerum ſtirpium reſultat æqualitas ad voces.
45 Patroni in iure patronatus gentilitio ad præſentandum admittuntur in capita, & non in ſtirpes.
46 Patroni in iure præſentandi, quando cenſeantur vocati in capita, & quando in ſtirpes.
47 Quando in præſentatione non ſit neceſſarius ſimultaneus conſenſus, ſi Ius patronatus ſit acquiſitum pluribus perſonis.
49 Voces, ſeu ius nominandi, quomodo competat, & acquiratur.
50 In Iure patronatus primi hæredes fundatoris ſuccedunt in capita, alij poſtea in ſtirpes.
51 Ampl. vt pinguius ſuccedat ille, qui habet maiorem partem bonorum hæreditariorum.
52 Limit. in eo qui ſuccederet iure legati, aut alio titulo, nam ſuccedit in capita.

DECISIO CXXXVII.

Alias Conſtitutum XXXIV.

1 QVamuis detur locus gratificationi, quando præſentati ad beneficium de Iurepatronatus Laicorum ſunt pares in voce, adeo vt ſi vterque ſit idoneus Ordinarius inſtituere valeat, quem maluerit *gloſſ. notab. in l. quod lex in verbo eligendum, & ibi Bart. ff. de lib. homin. exhiben. Borgnin. deciſ. 32. num. 6. & 14. par. 5.*

2 Nihilo tamen minus arbitrium in huiuſmodi gratificatione facienda regulari à Iure, ſeu Iuri, & æquitati conſonum eſſe debet, *l. fin. §. ſed & ſi Cod. com. de legat. vbi Bart. nu. 16. Grat. diſcept. 550. num. 23. & diſcept. 462. num. 32. Seraph. deciſ. 1017. num. 1. Canaler. deciſ. 63. num. 1. deciſ. 88. num. 1. deciſ. 183. num. 3. deciſ. 185. num. 1. deciſ. 278. num. 1. deciſ. 507. num. 1. Greg. XV. deciſ. 189. num. 3. deciſ. 221. num. 1. deciſ. 463. num. 1. Caeſar de Graſs. deciſ. 7. n. 7. de re iudic. Rota deciſ. 450. num. 1. deciſ. 587. num. 1. deciſ. 669. num. 1. par. 2. in recent. & deciſ. 15. num. 1. poſt Zacch. de obligat. Cameral. ſecundum nouam impreſs.*

3 Hinc eſt, quod ſtante paritate vocum, ille eſt præferendus, primo, qui maioribus innatur ſtudijs, & meritis, *iuxta Textum expreſſum in cap. ſi*

fortè

forte diſt.63.Rota in Leodicen.Præpoſitura Torguen. 19. Ianuarij 1650. in fin. princ. coram Card. Ottbo-bono.

4 Qui ſit incorruptæ vitæ, ac morum integritatis ſcientiæ, prudentiæque conſpicuus, *Barboſ.de*
5 *offic.Epiſcop alleg 60. num.101. Rota in dicta Leodicen.præpoſitura in §. cum Canonicis 3.* graduatus in
6 aliqua ſcientia, *Caputaqu. deciſ.277. par.1.Puteus deciſ.200.lib.3.Barboſ.loco citato nu.101. lib.4.* qui ſit pauperior nullum habens beneficium, *Rot. de iur. patron. in verb. bonorificam num. 42. Borgnin. deciſ.33.num.5.& 6.par.5.Seraph.deciſ.768. nu.50.*
7 magis idoneus, & verſatus in Officijs Diuinis celebrandis, & qui alias animarum curam exercuerit, *C. conſtieutis il 2. de appell. Borguin. deciſ. 30.num.1.par.5. Brixian in repert ad deciſ. eiuſdem Borguin. in verbo Iuſpatronatus poteſt ſtare num. 16.*

Quæ omnia cum manifeſtè concurrant in Rev. D.Dominico de Ottonellis Sacerdotali ordine inſignito I.V.D. paupere abſque beneficio, verſato in exercitio curæ animarum, ſcientiæ, prudentiæ, morum, inculpatæque vitæ, propterea partes Eminentiſs. D. Abbatis omninò eſſe debent in inſtituendo, ſeu eidem conferendo Eccleſiam, ſeu beneficium D. Laurentij cum æqualibus vocibus à compatronis nominatus, & pro idoneo ab Examinatoribus Synodalibus approbatus fuerit.

8 Habent enim æquales voces, cum nominatus fuerit à DD.Baldaſſarre,& Horatio deGuidobaldis, qui tamquam deſcendentes à primis patronis habent vnam vocem, & aliam tamquam hæredes vniuerſales q. Catharinæ filiæ, & hæredis vniuerſalis q. Nicolai. Siquidem Iuſpatronatus tranſit cum hæreditate, conſequatur etiam Iuſpatronatus, ſiue ſit conſanguineus, ſiue extraneus, *cap.cum ſeculum de iur.patron. Clem. plures eod.tit.Azor.inſtit.moral.par.2 lib.6 cap.20.quæſt.19. in medio Crauet.conſ.37.num.4. Menoch.de præſ.99. vt num.3.lib.4.Rota deciſ.205.num.16.to.3.par.2.& deciſ.9x num 8.par.6.recent.*

9 Voces enim Iuriſpatronatus poſſunt vni, & eidem patrono, ſeu perſonæ plures competere diuerſis cauſis, nempe; ſi deſcendat, vel ſit hæres plurimorum, qui habebant dictas voces, & licet hoc caſu voces in dicta perſona videantur vniri, tamen in abſtracto ſeparatæ, & vti ſeparatæ conſiderari, & tot voces dici debent, quot ſunt perſonæ, quæ repræſentantur, *Abb.conſil.54.num.3. & 4. vol.1.cum alijs allegatis per Borgnin. deciſ.28. num.7.par.3.*

10 Quæ magis ſibi locum vindicant, quia ſumus in Iurepatronatus facto pluribus perſonis nominatim diſtinctis, quibus cenſetur acquiſitum pro virili, *l.nonnumquam ff.ad Trebell.l.fin. C de impub. Rota deciſ.2.num.1.& deciſ.125.num.1.tom.3.par.2. recent.* vt vnuſquiſque ſuam ſtirpem conſtituat, vocem habeat, ſuæque ſtirpi vocem, & ius nominandi tribuat: quatuor enim voces, ſeù quatuor ſtirpes in huiuſmodi Iurepatronatus de quo agitur, concurrunt, ſcilicet primo ſtirpes Iacobi de Guidobaldis 2. Balthaſſaris, & Horatij 3. Nicolai 4. Alberti, & Hieronymi, vnde cum Dominicus habeat vocem Baldaſſatis, & Horatij pro vna, & pro alia. Nicolai repræſentati à Baldaſſarre, & Horatio eius hæredibus vniuerſalibus, certum eſt, quod remanet præſentatus à medietate patronorum, beneque adhæreat me-
11 dietati, & vocum æqualitati, quæ ſemper reſultare dicitur iuxta numerum ſtirpium, *Rot.deciſ.37.num.2.par.6.recent.*

12 Nec dicatur vocem Nicolai ex perſona Catherinæ eius filiæ tamquam fœminæ non potuiſſe deuenire ad Baldaſſarrem, & Horatium, quia Iuſpatronatus, & Ius præſentandi etiam ad fœminas tranſit, *cap.1.de conceſſ. præben. cap.ex literis de Iurepatron.cum alijs per Garz de benef. par.5. cap.9.§.1.num.342.fol.mihi* 590.

13 Tantò magis (prout in caſu noſtro) quando in Iuris patronatus fundatione aut fœminæ non ſunt ſpecialiter excluſæ, aut nihil fuit dictum, exceptum, reſeruatum, vel prohibitum, nam tunc etiam fœminis dicitur acquiſitum, cum Iuſpatronatus ex eius propria natura ſit tranſitorium ad quoſcumque hæredes, & ſucceſſores, & etiam ad fœminas, *Ancbar.conſ.81.n.2. Caſſad.deciſ.1. num.3.de Iur.patron. Rota deciſ.254. num.2.coram Penia.*

14 Quod procedit ſiue Ius patronatus ſit hæreditarium, ſiue gentilitium, cum etiam fœminæ ſint de familia, *Garzias de benef.par.5. cap.9. §.1. num.144. Rota deciſ.166.num.15.par.6.recent.*

Hinc eſt, quod bene Catherina potuerit tranſmittere hoc ius ad præfatos eius hæredes, qui ex eiuſdem perſona bene nominare, & præſentare potuerunt vltra eorum vocem propriam dictum Dominicum.

Ita &c.

ADDITIONES.

15 INter Patronos, ſi fuerit initum pactum, quod fœminæ non ſuccedant in Iure patronatus, eſt intelligendum, extantibus maſculis de familia paciſcentium, ſed eis deficientibus, mulieres non cenſentur excluſæ, *Caſſad. deciſ. 1. num.3 de iur.patron. Penia deciſ.254.num.4.*

16 Vocati ſimul, & copulatiuè ad Ius patronatus omnes dicuntur compatroni æquis portionibus, *Borg.in.deciſ.32.num.4.par.5.*

17 Ius patronatus de ſui natura eſt merè hæreditarium, *Clem.plures de iur.patr. Seraph.deciſ.456. num.1. Rota deciſ.756.num.1.par.2.& deciſ.72.n.1. tom 3.par.2.recent.* Et ex iuris præſumptione hæreditarium, & non gentilitium præſumitur *Rot. deciſ.422.num.1.par.1.deciſ.274.nu.4.& deciſ.279. nu.5.to.3.par.2.recent.*

18 Immò in dubio cenſetur hæreditarium, & non gentilitium, & ſic tranſitorium ad quoſcunque extraneos, ſeù ſucceſſores cum vniuerſitate bonorum, adeo vt potiùs reale, quàm perſonale dicatur, *Canar.reſol.lib.2.cap.18.n.6.Clar.in §.emphyteuſis quæſt.42.verſ.ſed quid ſi commiſſa ſit, & in § feudum quæſt. 9. verſ.ſed quid dicendum eſt, Borguin.deciſ.11.num.121.& deciſ.27. num.4.par.3.Seraph.deciſ.378.num.456.num.1. Rota deciſ.707.n.8. par.1.recent.*

19 Et multò magis præſumitur hæreditarium, ſi ſuper hoc adſit obſeruantia, quæ in hac materia eſt multum attendenda, præcipuè ſi ſit proxima fundationi, *Rota deciſ.274.& n.7.& 8.to.3.par.3. recent.*

recent. vbi ita etiam alius firmaſſe coram Seraphino deciſ.1410.num.7.& Greg.XV.deciſ.315.num.1.

20 Et in dubio, Ius patronatus, an ſit hæreditarium, vel gentilitium, iſta dubietas optimè declarari poteſt ex ſubſecutis præſentationibus ſuũ effectum ſortitis, *Rota deciſ. 274. num. 11. tom.3. par.2.recent.*

21 Iuſpatronatus vero fundatum pro hæredibus de familia dicitur mixtum, & vtraque qualitas copulatiuè concurrere debet in præſentare volente, *Rota deciſ.306.num.6.tom 3.par.2. recentiorum.*

22 Non præſumitur gentilitium, ſi teſtator nunquam fecerit mentionem agnationis, & multo magis, ſi excluſerit agnatos, vocando diuerſas familias abſque onere aſſumendi nomen, aut inſignia ſuæ familiæ, *Rot.deciſ.264.num.5.& deciſ.269.num.6.tom.3.par.2 in recent. & coram Gregor.XV.deciſ.464.num.19.*

23 Nec dicitur gentilitium, ex eo quod vocati fuerint filij, & deſcendentes ſtipitum per lineam maſculinam, quia hoc ſolum concludit, quod contemplata fuerit qualitas deſcendentiæ maſculinæ, quæ tantum expreſſa fuit, *Surd.conſ.4 8. ſub num.23. Rot. deciſ.274. num.6. tom.3. par.2. in recent.*

24 Dicitur verò Iuſpatronatus gentilitium, ſed huiuſmodi gentilitij qualitas, & natura probatur ex longiſſima obſeruantia, quod deſcendentes iure ſanguinis ſemper præſentauerint, *Gratian.diſcept foren. cap.571. num.17. & 19. Rot.deciſ.482.num.6.par.1.& deciſ.166.num 9. par.6. rec. vbi num. 10.* hoc præcipuè ſibi locum vindicare caſu, quo non conſtet de fundatione, & dotatione.

25 Quando igitur Iuſpatronatus eſt hæreditarium, quis non admittitur ad præſentandum, niſi ſit hæres, *Rot. deciſ.90. num.16. par.6. recent. ad notata per Iulium Clar. in §. Emphyt. quæſt. 37. verſ. an verò eſt, Ferret.conſ.327.num.8.& 9.vol.2. Borgnin in tit. de dilectis deciſ. 31. num. 12. par. 5. fol. 106.*

26 Ad præſentandum verò in Iurepatronatus gentilitio non eſt admittendus aliquis, qui non ſit de agnatione, *Pariſ. conſ.48. num.9.& ſeq. par.4. Gabr.conſ.195.lib.1.num.3.*

27 Et ſemper præſentare debet antiquior de domo in Iurepatronatus habente gentilitiam qualitatem, aut ſi ſit mixtum, *Rot.deciſ.306. num.6. tom.3. recent.*

28 Et quando eſt gentilitium donec adſit aliquis de familia non poteſt tranſire ad extraneos, *Couar. var. reſol. lib.2. cap.18. num.1. cum alijs relat. per Rot. deciſ 306. num.5.9. & 12. tom.3.par.2. in recent.*

29 Si vero Iuſpatronatus ſit mixtum, nempè gentilitium cum qualitate hæreditaria, tunc illi, in quibus deficit qualitas gentilitia non admittuntur ad præſentandum, *Rot. deciſ.247. num.5. part. 3. & deciſ. 207. num. 1. tom. 3. part. 2. in recent.*

30 Et nunquam hæres extraneus admitti debet ad Iuſpatronatus, ſi extet aliquis hæres ex familia Teſtatoris, ſi vtraque qualitas in eius ſucceſſione requiratur, nempè quod ſit hæres, & agnatus, *Rot.de Iurepatron.verbo ipſe, vel ijs quæſt. 33. num.73. Lambert.eod tract.lib.1.par.2.art.8. quæſt.2. num.1. & ſeq. Seraphin. deciſ.578. num.8.cum alijs relat. deciſ.96.num.18.par.6.recent.*

31 In præſentatione Iuriſpatronatus ex pacto, & prouidentia, omnes gradatim à primo fundatore vocati ſuccedunt, & veniunt, nec eſt neceſſe eos eſſe hæredes, ſecus ſi Iuſpatronatus eſſet hæreditarium, aut mixtum. Quapropter ſi eſt ex pacto, & prouidentia, nempè pro ſe, ſuis filijs, & deſcendentibus, vel pro ſe, & agnatis ſuis, aut de familia, de domo, de cippo, de colonello ordine ſucceſſiuo ad exercitium Iuriſpatronatus habiles, & capaces, & ſic proximiores gradatim venire debent, adeo vt vltimo moriente tranſeat ad eius hæredes extraneos, ſi ſit perpetuum; ſi verò ſit mixtum, vt pro ſe, ſuis filijs, & deſcendentibus, & hæredibus tunc ordine ſucceſſiuo, & hæreditario debent prius filij hæredes admitti, poſtea deſcendentes, vltimo loco extranei, ac proinde ſi concurrent deſcendentes, vel extranei, cum filijs in hæreditate, non propter hoc omnes venirent ad præſentandum, ſed gradatim, & donec aliquis filius hæres eſſet, deſcendens, & extraneus licet hæres, ſupraſedere, ſeu ab exercitio præſentandi debet ſtare ſuſpenſus, cum ſpe præſentandi, ceſſantibus filijs, & ita de extraneo cum deſcendentibus, quia ſic intelliguntur à fundatore vocati, & non vnanimiter, & communiter, licet ſint hæredes, ſiquidem nomen collectiuum ſiue ſit per dictionem: &, ſiue, vel, poſitum, & expreſſum ſemper intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt primo nominati veniant, deinde ſecundo, poſtea tertio, & vltimo loco nominati ſecundum naturam contractus, & mentem exprimentis, latè *Borgnin. deciſ.11. à num 5. & pluribus ſequen. & num.30.37.& 38. & num.118. & ſequen. par 3. vbi copioſiſſimè alios allegat. Molin. in tract. de primogen.lib.1 cap. 4.num.31.verſ.ſeptima,& vltima concluſio, Lambert. de Iurepatron. lib. 3. art. 86. part. 7. num.7. Cephal. conſil. 68. & conſil. 681 vol. 5.*

32 Si verò non ſit mixtum, ſed mere hæreditarium, vt pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcumque, & ſucceſſoribus, tunc ſufficit, vt quis ſit hæres, ſiue ſit de deſcentibus, ſiue de familia, ſiue extraneus, vt præſentare valeat, cum ita cenſeatur fuiſſe de mente, & voluntate Teſtatoris, tantò magis, quia de ſui natura Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, etiam ſi in inueſtitura, & fundatione non nominarentur hæredes extranei, *Borgnin. deciſ.11.n.5. 6.& 37.& num.119.verſ.ſi vero quæſt.3.per text. in rub.& in cap.1.& 2.de Iurepatron.& ibi DD.Clem. plures tit.eod.vbi DD.*

33 Sed hoc intellige, quod debeant eſſe hæredes vniuerſales in quota bonorum, & non in re certa, *Ruin. conſ.53. num.14. & 17. vol.3. Menoch. conſ.410. num.124.& 125.vol.5. Borgnin.deciſ.11. num.120.par.3.* alias non ſuccedunt in Iuſpatronatus, nec haberent voces, ſi non eſſet ex pacto, & prouidentia, etiam ſi eſſet ſubſtitutus, & fideicommiſſarius, *Alex. conſil.73 ſub num 1.vol.7. Ruin.iun.conſ 107. num.30. vol 1. Molin. de primogen. lib.1. cap.24. num.4. & ſeq. Borgnin.deciſ.28. num.8. par.3.*

34 Sublimita procedere in extraneo non de prole, & ſanguine, ac deſcendentia Teſtatoris, ſeu fundatoris, vel primi nominantis, ſecus in illis de ſanguine, quia præferuntur extraneis, quando ſunt omnes hæredes, quamuis ſint hæredes particulares, *Borgnin. deciſ. 28. numer. 9. par. 3.*

35 Et in dubio ita etiam præſumitur à Teſtatore ordinatum, ſi inſtituet hæredes filios, & extraneos, nam extranei non debent venire ad ſupradicta iura, niſi gradatim, hoc eſt mortuo filio, & deſcendente hærede, & ita in ſubſidium, vt ſe conforment cum mente Teſtatoris, & diſpoſitione Iuris communis, niſi aliud ex verbis colligeretur, *ad notat. per Clar. in §. ſi Emphyteuſis quæſt. 32. ſed pone facit Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 15. & 19. Ancharan. quæſt. 20. num. 5. & 6. in 3. par. & quæſt. 65. num. 10. & 11. & in 2. par. relat. per Borgnin. deciſ. 11. n. 123. verſ. & dubio par. 3.*

36 Deficientibus verò omnibus vocatis, tunc Eccleſia remanet libera, & vtile dominium cum directo conſolidatur, ad inſtar Emphyteutæ, & domini directi, itaut Ordinarius poſſit liberè de ea diſponere, ſeu conferre vti alia beneficia de eius libera collatione, *Borgnin. deciſ. 303. nu. 3. circa fin. par. 3. qui alios allegat.*

37 Poteſt tamen Patronus vltimus Iuriſpatronatus gentilitij, ſi amplius non extent vocati de familia, eo quia gentilitia vocatio expirauit, liberè de eo diſponere, quemadmodum primus fundator diſponere poterat, cum in vltimo patrono Iuſpatronatus gentilitiú aſſumat naturam, & qualitatem hereditariam, tranſitoriam in quoſcumque ab vltimo vocatos, *iuxta conſ. 4. Calder. de Iurepatron. Ferret. conſ. 131. num. 10. lib. 1. Vinian. de Iurepatron. deciſ. 12. ſub num. 1. & 13. & dec. 41. ſub num. 14. Caſſador deciſ. . de Iurepatron. Seraph. deciſ. 364. & 378. Rot. deciſ. 205. num. 1. & per tot. deciſ. 385. num 1. & ſequen. par. 1. & dec. 306. num. 4. tom. 3. par. 2. deciſ. 363. num. 1. verſ. & in terminis part. 5. deciſ. 166. num. 16. & ſequen. part. 6. recent.*

38 Prout etiam primus fundator, ſeu primus acquirens Iuriſpatronatus gentilitij competentis ſoli familiæ præiudicare poteſt ſucceſſoribus, illudque vel per contractum, vel vltimam voluntatem in extraneum, licet non ſit de familia, ſeù parentela transferre, *Calder. conſ. 19. de Iure patron. Molin. de primogen. Hiſpan lib. 1. cap. 24. n. 33. Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. par. 2. art 6. num. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 142. Rot. deciſ. 166. num. 7. & 8. par. 6. recent.*

39 Acquiritur vero familiæ contentiuæ, hoc eſt tranſuerſalibus, ſi deficiat effectiua, hoc eſt deſcendentes, *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 11. Rot. deciſ. 362. num. 13. par. 5. recent.*

40 *vbi num.* 14. limitat. non procedere ſi Iuſpatronatus eſſet ſolum reſtrictum ad deſcendentes, quia tunc dictis deficientibus, fieri nequit tranſitus ad tranſuerſales cum in poſtremo deſcente Iuſpatronatus efficiatur hæreditarium, ita vt de eo libere diſponere valeat.

41 Iuſpatronatus cum reputetur inter iura mere honorifica *cap. quando de iudic.* non tranſit ad fideicommiſſarios, ſed remanet penes hæredes inſtitutos, & hanc opinionem ſemper fuiſſe receptam dixit *Rot. deciſ. 72. num. 7. 14. 15. & 18. vbi contrarijs reſpondet. deciſ. 169. num 3. & deciſ. 205 num. 5. & 14 tom. 3. par. 2. in recent.* & hanc ſententiam vti veriorem ſecuti ſunt *Peregrin. de fideicomm. art. 6. nu. 37. Graſſ. in §. fideicommiſſ. quæſt. 52. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 1. par. 5. num. 29. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 29. & 30. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 17. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 71. num. 9. par. 3.* In fideicommiſſarium enim tranſeunt ea ſolum, quæ pecuniarum, & bonorum commodum, & vtilitatem reſpiciunt, non autem ea, quæ religionem, ſpiritualitatem, & potius Eccleſiaſtica iura, quam temporalia præſeferunt, ac demonſtrant, vt conſiderauit, *Rot. deciſ. 205. num. 9. & 10. tom. 3. par. 2. in recent.*

42 Lim. quod Iuſpatronatus poteſt etiam tranſire in fideicommiſſarios ſtante voluntate Teſtatoris, *Couar. var. lib. 2. cap. 18. num. 6. Garz. de benef. par. 5. cap. 9 num. 19. Rot. dec. 169 num 5. 6. & 7. dec. 205 num. 15. tom. 3. par. 2. in recent. & apud Vinian. de re benef. de Iurepatron. dec. 24.*

43 Præſentatio verò fit in ſtirpes, & non in capita, quando agitur de Iurepatronatus hæreditario, *Clem. plures de Iurepatron. Rot. deciſ. 72. num. 21. & deciſ. 274. num. 3. tom 3. par. 2 recent.* vbi quod hoc caſu deſcendentes admittantur in ſtirpes, & non in capita, *& deciſ. 251. num. 1. par. 2. recent. & deciſ. 37. num. 1. par. 6. recent. Lambertin. de Iurepatron. par. 2. lib. 1. quæſt. 1. principali art. 26. num. 19 & 20.*

44 Et iuxta numerum Stirpium reſultat coæqualitas ad voces in Iure præſentandi, in qua ſi adeſſent centum, non tamen per hoc vnuſquiſque facit ſuam vocem, ſed omnes collectiuè, & non diſtributiuè ſuper vnam tantum vocem conficiunt, *Rot. dec. 37. num. 2. par. 6. recent.*

45 Quando verò Iuſpatronatus eſt gentilitium, patroni ad præſentandum ſunt admittendi in capita, & non in ſtirpes, *Rot. dec. 279. nu. 4. tom. 3. par. 2. in recent ſeu nouis.*

46 Ad iuſpatronatus cenſentur vocati in capita, quando ſunt vocati tamquam vnum corpus; ſecus ſi ab initio vocati fuerint plures de per ſe, & plures ſtipites conſtituerint iuxta numerum perſonarum vocatarum, *Rot. dec. 279. n. 11. & 12. tom. 3. par. 2. in recent.*

47 Et vbi Iuſpatronatus eſt acquiſitum pluribus perſonis vti ſingulis, tunc in præſentatione non eſt neceſſarius ſimultaneus, & collegialis conſenſus, ſed vnuſquiſque poteſt ſeparatim, & de per ſe præſentare, *Lambertin. de Iurepatron. lib. 2. par. 2. art. 8 num. 5. & 11. Caſar. de Graſ. deciſ. 2. tit. eod. Rot. deciſ. 2. num. 3. tom. 3. par. 2. in recent.*

48 Patroni, vbi non intrant ad præſentandum vniuerſi, vel collegialiter, & tamquam vnum corpus, ſed tamquam diuerſi, & voces diſtinctæ ſunt, tunc præſentatio non fit in capita, habita ratione omnium deſcendentium, ſed in ſtirpes ab vnoquoque ſcilicet ex vocatis, attenta maiori parte concurrentium ad illam vocem, conſtituendam, *Lambert. de Iurepatron. lib. 1. par. 2. qu. 1. art. 25. num. 17. Siluan. de benef. par. 2. quæſt. 17. nu. 2. cum alijs relat. per Rot. dec. 2. nu. 5. & 6. tom. 3. par. 2. in recent.*

49 Plurimorum enim refert in Iurepatronatus, quan-

quando agitur de concurſu habentium particulares voces, videre, an intrent in ſtirpes, vel in capita; nam ſi iuſpatronatus ſit relictum quinque perſonis nominatim diſtinctis, & eorum deſcentibus, tunc illæ quinque voces non poſſunt multiplicari, etiam ſi mille deſcendentes ex vno ex dictis quinque reperirentur, ſed omnes conſiderandi ſunt in propria ſtirpe emanati à ſingulis ex dictis quinque, ad effectum integrandi eorum vocem, vel in totum, vel pro maiori parte, ad hoc, vt præſentatus dicatur habere illam vocem, *Caſſad.deciſ.2. de iur.patron. Rot. deciſ.2. num.8. 9. & 10.tom.3.par.2. in recent. & vt bene diſtinguitur in Aretina Capellania 20.Ianuarij, & 9. Maij 1603. coram Card. Hieronymo Panbplio.*

50 Aduertendum tamen eſt quod in iurepatronatus primo hæredes fundatoris ſuccedunt in capita, & tantam vocem habent, qui ſuccedunt in duabus vncijs, quantam qui in quatuor, & ſex, dummodo ſuccedant vti hæredes, alias ſecus, quia eſt ius hæreditarium, & indiuiduum. Secundi vero, & ſequentes poſtea hæredes, & ſucceſſores veniunt in ſtirpes, & non in capita, habita conſideratione ad primas voces, per *text. in cap.1. & ibi gloſ. & DD de iur.patron. Decian.conſil.32. num.10. & 11. vol.1. Rocc. de iurepatron. in verb. ipſe, vel ijs num.3. in prima quæſt. Lambert. eod.tract. in 2.par.lib.1. art.55. quæſt.1. Borgnin. deciſ.17. num.19. par. 2. & deciſ.32. numer.2. & 5. par. 5.*

51 Sed pinguius ſemper ſuccedit ille, qui maiorem partem habet bonorum hæreditariorum, & propterea in concurſu alio non contradicente præfertur in præſentatione, *DD. in cap. paſtoralis de reſcript. & in Clem. plures de iurepatron. Decius conſ.32. ſub num.15. & 16. vol.1. Brixian. loco ſupra citato num.2.*

52 Qui verò iure legati, aut alio titulo non hæreditario ſuccederet in iurepatronatus, ſuccederet in capita, & non in ſtirpes, *Alexand. de Neuo conſ.63.*

SVMMARIVM.

1 Manutentio datur poſſeſſori tempore motæ litis, vel paulò ante.
2 Patronus qui habet titulum, & exiſtit in poſſeſſione vltima præſentandi præfertur compatrono, qui habet ſolum titulum.
3 Manutentio datur poſſeſſori.
4 Limita ſi notoriè, & euidenter doceatur de iniuſtitia poſſeſſionis.
5 Ampl. Quando ad hunc effectum dicatur notoria iniuſtitia poſſeſſionis.
6 Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis eſt notoriè, nulla, & iniuſta.
7 Manutentio non debetur ex ſententia nulla.
8 Sententia recipit declarationem à poſitione, & actis.
9 Actus geſtus à non habente interuallo intelligitur tutorio, vel procuratorio nomine.
10 Manutentio non debetur, ſi nullitas, & iniuſtitia ſit patens, & notoria.
12 Exceptio Iuris tertij allegari, & admitti non debet.
13 Hæres tenetur obſeruare factum defuncti.
14 In Iudicio manutentionis non eſt facienda diſcuſſio tituli, ſed ſolum merum factum poſſeſſionis attenditur.
15 Ampl. In Beneficialibus.
16 In iudicio manutentionis non eſt cognoſcenda iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis.
17 Patronus vnus præſentans præſeruat poſſeſſionem aliorum Compatronorum.
18 Limita ſi præſentauerit priuatiuè, & animo alios ſpoliandi.
19 Limita ſi non doceatur Compatronos alios per prius non exiſtiſſe in poſſeſſione præſentandi.
20 Præſentandi quaſi poſſeſſio, an tranſeat in ſucceſſorem abſque apprehenſione.

DECISIO CXXXVIII.

Alias Conſtitutum XXXV.

QVamuis vſque de anno 1645. Illuſtriſs. D. Co: Odoardus de Pepulis vti Pater, & legitimus Adminiſtrator Co:Philippi Candidi eius filij à Vicario Generali Nonantulano meo anteceſſori fauorabilem reportauerit ſententiam ſuper adiudicatione ad eius fauorem Iuriſpatronatus Eccleſiæ Parochialis S.Ioannis Baptiſtæ de Palata, ac deinde Rectorem nominauerit, qui inſtitutionem in forma, & legitimam Parochialis poſſeſſionem obtinuit. Nihilominus Illuſtriſs. D. Comes Vgo Ioſeph de Pepulis prætendens ſupradicta omnia geſta fuiſſe tempore ſuæ pupillaris ætatis contra formam conuentionis, & pacti, quod huiuſmodi ius remaneret commune expreſſè adiecti in Inſtrumento diuiſionis bonorum celebrato vſque de anno 1557. inter Comitem Galeatium, Cornelium, & Ioannem eorum anteceſſores, ac proinde non habens ſe pro ſpoliato introduxit iudicium ſuper manutentione in quaſi poſſeſſione nominandi Rectorem, & Concionatorem pro tempore præfatæ Eccleſiæ, vnde acerrime diſceptatum fuit, an, & cui eſſet concedenda manutentio, & ſine præiudicio Iurium præfati Co. Vgonis Ioſeph in petitorio diſcutiendorum pro Co:Odoardo, ſeu Co:Philippo Candido fauorabilis capta fuit reſolutio.

1 Siquidem cum Comes Odoardus, ſeu Philippus Candidus eius filius reperiantur in huiuſmodi quaſi poſſeſſione præſentandi de tempore motæ litis, vtique manutentio debetur, cum vltimus ſtatus, ad hunc effectum attendi debeat, & vnicus actus ſufficiat, *§.retinendæ, §.hodie inſtit. de interdict. l.prædia vbi Bart. ff. de acquir. poſſeſſ. Seraphin. deciſ.1047. num.7. Rota deciſ.512. num.1. & deciſ.685. num.1. par.1. & deciſ.171. num.1. & deciſ.238. num.1. deciſ.263. num.1. & deciſ.501. num.5. par.2. deciſ.150. num.1. deciſ.188. num.1. & dec.260. num.1. par.3. & deciſ.106. num.2. & deciſ.466. num.1. & deciſ.563. num.1. par.4. & deciſ.13. num.1. & deciſ.70. num.1. deciſ.150. num.1. & deciſ.123. num.1. par.7. recent. Greg. deciſ.582. num.1. Canaler. deciſion.242. num.1. Canaler deciſ.242. num. 1. & deciſ. 359. num.1. & deciſ.565. num.1.* vbi quod hoc eſt tritum in *Rota Duran. deciſ.21. num.1.* & ſufficit poſſeſſio acquiſita paulò ante, ſeu immediate ante litem motam, *Verall. deciſ.198. par.2. Rota in dicta Ciuitatis Caſtelli Bonorum 8. Nouemb. 1589. coram claræ mem. Cardinali Pamphilio, Coccin. deciſ.110. num.5. Rota in Craconien. Iuris reſpondendi 11. Decembris 1651. coram Bichio §. quia dubitari non poteſt, & in Aquilana Canonicatus 2. Iunij 1651. coram Celſo, & in Romana Legati 29. Ianuarij 1652. §. ſtatim ſecuto coram Zarate,*

2 Quinimo Patronus qui habet titulum, & exiſtit in poſſeſſione vltima præſentandi præfertur compatrono, qui habet ſolum titulum *cap. con-*

ſulta-

ſultalianibus de Iuriſpatron. Bergnin. *decif.33. nu.2. par. 5.*

3 Manutentio enim ſemper datur poſſidenti, ſeù ad limites poſſeſſionis (in qua de præſenti non reperitur Co:Vgo Ioſeph) *l.pen. §.Creditores ff.vt poſſidetis, Seraph. decif.147. num.1. & ſeqq. Rota deciſ.56.num.1. & deciſ.508.num.1.par.2.& dec.8. num.9.& deciſ.49.nu.1.& ſeqq.par.7.recent.Coccin. deciſ.14.num.1. & ſeqq. deciſ.99. num.1. deciſ.125. num.1.deciſ.150.num.2.deciſ.261.num.2. deciſ.286. num.1. deciſ.314.num.1.& ſeq.deciſ.354. num.1.& ſeq.deciſ.366.num.1.deciſ.378 num.1.deciſ.417. n.2. & ſeq. deciſ.486. num.1. & ſeq. deciſ.438. num.1. Canaler.deciſ.71.num.4.& deciſ.106.num.1. & ſeq. Burat.deciſ.378.num.4.& deciſ.904.num.5. & ſeq. Greger.deciſ.459.num.1. Duran.deciſ.308.num.5.*

4 Nec obſtat, quod poſſeſſori non ſit danda manutentio, ſi in promptu notoriè, & euidenter abſque alia diſputatione doceatur de iniuſtitia poſſeſſionis, ſeù de illius violentia, clandeſtinitate, vitio, ſpolio, ſeu poſſeſſorem eſſe furem, aoe prædonem, *Poſt. de manuten. obſeruat.42. numer.137. vſque ad numer.152. vbi copioſe alios allegat.*

5 Ee notoria, & euidens iniuſtitia poſſeſſionis, ſeu exceptio non iuris poſſeſſoris, vel dominij alterius ad hunc effectum ſatis dicatur apparere, vel per confeſſionem ipſius ſpoliatoris, prædonis, alteriuſque iniuſti poſſeſſoris, vel per ſententiam, & rem iudicatam, vel alias ex actis per clara iura, & publica Inſtrumenta producta, ſeu per claras depoſitiones teſtium, tam in profanis, quam in beneficialibus, *Marcheſ. de com. par.1.de com. appel.in poſſeſſ.fol.935.num.125. Gratian.diſcept 899. num.22. Seraphin. deciſ.555. num.48. & deciſ.876. num.3. Rot.diuerſ.deciſ.27 num.11.deciſ.28. num.9. par.1. Poſt.de manuten.obſeruat.42. num.153.*

6 Et notoria nullitas, & iniuſtitia ſententiæ adiudicatoriæ huius Iuriſpatronatus latæ per D.Vicarium ſatis clarè ex actis reſultare prætendatur, eo quod ex confeſſione Comitis Odoardi liqueat ipſum nullum habere intereſſe, niſi vti Patrem, & Adminiſtratorem Comitis Philippi Candidi, & nihilominus per Viearium pronunciatum fuiſſe præfatam Eccleſiam fuiſſe, & eſſe, ac extare de iurepatronatus Comitis Odoardi, ac proinde cum non iuſtificetur ex actis, immo eiſdem repugnet, notoriè nullam, & iniuſtam remanere di-
7 cendum ſit, *Greg.XV. deciſ.5. vbi Adden.* adeoùt ex eadem nulla debetur manutentio ad aliquem Iuris effectum dicto Comiti Odoardo, *Seraphin. deciſ.367.num.1. Rota recent.dec.646.num.2.par.2. & pendè Poſt.de manut.dec.236.num.1.& 2.*

8 Tum quia huiuſmodi nullitas, aut nullo modo concurrit, aut non eſt conſiderabilis, eo quod in corpore præfatæ ſententiæ non ſolum fuit nominatus Co:Philippus Candidus, verum etiam expreſſio nominis Comitis Odoardi debet intelligi tacitè vti patris, & adminiſtratoris prout expreſsè in actis nominatus fuit in ſuis inſtantijs. Nam
9 ſententia recipit declarationem à petitione, & habet relationem ad acta, immò actus geſtus ſub nomine particulari certæ perſonæ, quæ iure proprio non habet intereſſe, ſed ſolum vti Tutor, Procurator, ſeu Pater, cenſetur talis actus expeditus Procuratorio, Tutorio, vel legitimis administratoris nomine, etiam ſi non fuerit expreſſum, *Maſcard.de probat.concl.38.per totum Cancer. var.reſol.par.2.cap.14.num.4.*

10 Nullitas enim, vt obſtet manutentioni, ita debet eſſe patens, vt nullo modo controuerti queat, *Seraphin.deciſ.867.num.1.*

Et iniuſtitia ita debet eſſe notoria, vt tergiuerſari non poſſit, alias tamquam exceptio requirens altiorem indaginem non eſt admittenda in huiuſmodi ſummariſſimo poſſeſſorio, ſed in petitorio reijcienda *Rota deciſ.646. num.2. par.2. recentior. & poſt Poſth. de manuten.136. num.1. & 2.*

12 Tum quia huiuſmodi exceptio videtur tantum competere Comiti Philippo Candido, & conſequenter tamquam exceptio iuris tertij à Comite Vgone Ioſeph allegari, & admitti non debet, *Fulgoſ.in l.1 C.de iur.emphyt. Soccin.conſ.78. nu.8. vol.4. Crat.conſ.119.num.1. Crou.conſ.820. nu.1. relat per Surd.deciſ.108. num.2. Theſaur. deciſ.4. num.1.& ſeq. Caſar.de Graſſ.deciſ.3.num.1. de conſtit. Rota deciſ.131.num.10.& deciſ.282.nu.1.par.2. diuerſ.Greg.XV. deciſ.582. num.7. Add. ad eundem Greg deciſ.415.num.6.*

13 Minus obſtat Comitem Vgonem Ioſeph habere manifeſtum titulum ex conuentione, & pacto in præfato Inſtrumento diuiſionis Inito inter eorum ſenes, & anteceſſores, quod hodie controuerti, & minus impugnari poſſe videatur, ex vulgata regula, quod hæres teneatur obſeruare factum defuncti, ex tacita obligatione, quæ contrahitur ex ipſo actu aditionis hæreditariæ, *l. cum à matre C.de rei vindic. Surd.de aliment. tit.2. quæſtion.15.num.182. late Gabr.lib 6.tit.de reg.iur. concluſ.11 num.1.Peregrin.de fideicomm.art. 33.num.8. & 9. DD.in §.1.& Auth.de hared ab inteſt. venient. Rota in Romana fideicommiſſi de Mutis 2.Iunij 1650. coram Meltio in princ.verſ.quod etiam procederet.*

14 Quia in iudicio manutentionis non eſt facienda diſcuſſio tituli, ſed ſolum merum factum poſſeſſionis attenditur, *l.1.§.huius aut interdicti ff.vti poſſidetis §.retinenda, Inſtit. de interd. Rota dec.35. num.5.par.2.recent. Greg deciſ.9 num.9.& dec.275. num.12. Duran.deciſ.407.nu.4. Seraphin dec 141. num.7. Burat.deciſ.263.num.6. vbi Adden.lit.B Vrgellen. deciſ 13. num.3. in Toletana Archidiaconatus de Tolauera 4. Aprilis 1650. coram Albergato ſub*
15 *prin.verſ.etiam abſque diſcuſſione tituli*; & ſignanter in Beneficialibus dari mandatum de manutenendo abſque aliqua tituli iuſtificatione firmauit *Rota coram Seraphin. deciſ.299. num.5. & dec.835. num.7. Rota deciſ.595.n.8.par.1.diuerſ.& dec.193. num.8.par.3.recent. Greg.deciſ.323.num.2. & nu.4. Burat.deciſ 262.num.6.* & ibi *Ferentill. lit.B.* alias deciſiones cumulat, *& deciſ.318.num.15. & deciſion 491. num.1. & deciſ.532. num:14. Beltram. ad Greg.deciſ.40.num.7.*

16 Nec eſt cognoſcenda ad hunc effectum Iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſoris, ſed ſolum ipſa detentio, & inſiſtentia, *Rota deciſ.93.num.4.par 4. & deciſ.97.num.10.par.5. recent. Burat. dicta deciſion.904.num.8. Canaler.deciſ.589.num.5.* & ſola poſſeſſio de facto, *Rota deciſ.884. num.11. par.5. & deciſ.188.num.10.par.7 recent.*

17 Nec infringit, quod ius præſentandi competens præfato Vgoni Ioſep præſeruatum cenſea-

tur, etiam quoad poſſeſſionem per præſentationem præfati Comitis Odoardi, ſeù Comitis Philippi Candidi, cum omnes ſint compatroni in vim ſupradictæ concordiæ, *Garzias de benefic. part. 5. cap. 5. num. 115. & ſequent. Viuian. in prax. iur. patron. part. 2. lib. 5. cap. 2. num. 37. & 38. & cap. 4. nu. 64. & 65. Poſt. de manuten. obſeruat. 73. num. 41. Seraph. deciſ. 339. num. 3. deciſ. 970. nu. 2. Gregor. XV. deciſ. 417. num 9. vbi Adden. num. 15. & deciſ. 452. num. 9. Rot. deciſ. 229. num. 5. & deciſ. 713. num. 6. & 7. part. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 207. ſub num. 5. deciſ. 251. num. 4. deciſ. 260. ſub num. 5. deciſ. 284. num. 4. part. 2. Rot. recent. deciſ. 174. num. 10. part. 5. & deciſ. 667. num. 27. poſt tract. Poſt. de manuten.*

18 Quia hoc procedit in dubio, ſecùs verò quando appareat præſentationem priuatiuè quoad alios factam fuiſſe, ſeù animo alios ſpoliandi, prout per huiuſmodi litis ſubſtentationem, & impugnationem, quod ad Comitem Vgonem Ioſeph non ſpectet hoc Ius, animum eum ſpoliandi Comites Odoardum, & Philippum Candidum habuiſſe manifeſtè colligitur, *Garzias de benefic. part. 5. cap. 5. nu. 117. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 417. num. 15. verſ. hoc non procedit. Poſt. de manuten. obſeruat. 73. num. 42.*

19 Vltra quod regula non procedit, quando non conſtat tempore antea Patronos extitiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi (prout per Comitem Vgonem Ioſeph non fuit legitimè iuſtificatum) cum non poſſit præſeruari poſſeſſio, in qua quis non reperitur, *Pat. deciſ. 298. lib. 1. Gregor. XV. deciſ. 417. num. 10. vbi Adden. num. 15. circa fin.*

20 Nec dicatur quod quaſi poſſeſſio præſentandi, & eligendi ex veriori (prout generaliter in incorporalibus obſeruatur) tranſeat in hæredem abſque noua apprehenſione, etiam in præiudicium compatronorum (licet ſecus in præiudicium Eccleſiæ) vt comprobat alijs relatis ex Rotæ auctoritate *Poſt. de manuten. obſeru. 55. nu. 33. verſ. ſed quod generaliter, & num. 34. & 35.* quia obiectum præſupponit defunctos, ſeù auctores Co. Vgonis Ioſeph fuiſſe in huiuſmodi quaſi poſſeſſione præſentandi, de quo non conſtat, & quatenus conſtaret, nec ſufficeret ad obtinendam petitam manutentionem, cum Co. Odoardus, & Philippus Candidus habeant vltimum ſtatum tempore motæ litis. quod ſolum attenditur in hoc manutentionis iudicio, vt ſupra demonſtratum fuit.

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Ratione beneficij quis ordines recipere poſſit ab Ordinario loci, vbi ſitum eſt beneficium, & num. 2. & 13.
3 Ordinarius ad valide initiandum, & ordinandum poteſt conferre beneficium hac ſola intentione.
4 Epiſcopus poteſt ordinare quemcumque in ſua Diœceſi ex ſola ſubiectione beneficij.
5 Epiſcopus ratione beneficij ordinare poteſt tàm extraneum, quàm ſuum familiarem nulla habita ratione triennalis ſeruitij.
6 In beneficialibus autem regulariter attenditur titulus, & non poſſeſſio.
7 Collatio beneficij etiam requiritur pro conferenda prima tonſura.
8 Ad Beneficij collati titulum conferri poteſt etiam prima tonſura ad effectum poſtea conſequendi poſſeſſionem, & exercitium.
9 Laicus eſt incapax collationis beneficij declar. vt num. 10.
11 Beneficium ſi conferatur Laico, qui poſtea efficiatur Clericus, collatio propter ſuperuenientiam Clericatus ſubſiſtit.
14 Beneficium licet ſit tenue ſufficit, vt quis ordinari poſſit ab Epiſcopo beneficij, dummodo ſit perpetuum.
15 Beneficium redditus duorum ducatorum ſufficit ad gaudendum priuilegio fori, & ad recipiendos ordines.
16 Amp. quod non eſt neceſſe, quod ſufficiat ad victum, dummodo ſuppleri poſſit per Patrimonium.
17 Amp. vt non ſit neceſſe, quod beneficium ſit reſidentiale.
18 Lim. quod beneficium in hoc caſu debet eſſe Eccleſiaſticum.
19 Beneficium authoritate Ordinarij fundatum dicitur Eccleſiaſticum licet ex patrimonio Laicorum.
20 Conſtitutio Vrbani VIII. contra male promotos declaratur.
21 Quibus cauſis quis efficiatur ſubditus Epiſcopi, vt ab eo ordinari poſſit.
22 Ordinatus ab vno Epiſcopo v. g. originis, an poſſit vertere, & alios ordines recipere ab alio domicilij, vel beneficij 23. 24. & 25.
26 Epiſcopus originis quis dicatur.
27 Origo ad effectum ordines recipiendi ſumitur à natiuitate propria, vel paterna, non autem ab origine Matris 28. neque aui 29.
30 Origo vt contracta dicatur, quæ requirantur.
31 Natus fortuito in aliqua Diœceſi ordinari nequit ab illius Epiſcopo.
32 Ordinari poteſt ab Epiſcopo loci, vbi quis baptizatur.
33 Domicilium quomodo contrahatur vſque ad num. 37.
38 Retinens Domicilia ſub diuerſis Epiſcopis poteſt à quocumque ex eiſdem ordinari.
39 Barones, & feudatarij poſſunt ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi habent feudum.
40 Expoſitus ordinari poteſt ab Antiſtite loci, in quo expoſitus fuit.
41 Beneficium manuale, & amouibile non ſufficit ad recipiendos ordines ab Epiſcopo Beneficij.
42 Beneficium habens in commendam ſufficit ad recipiendos ordines ab Epiſcopo Beneficij.
43 Beneficium non debet eſſe obtentum in fraudem, vt quis valide ordinari poſſit ab Epiſcopo Beneficij, & quando dicatur obtentum in fraudem, ſim. vt num. 44.
45 Fraus, & dolus ex defectu cauſæ excluditur.
46 Fraudis, & doli excluſiua præſumptio reſultat, quando quis facit actum à iure permiſſum.
47 Dolus excluditur ex actu facto iuris ſui conſeruandi gratia.
48 Epiſcopus ſi ordines conferre recuſauerit, quid agendum.
49 Habens plura beneficia in diuerſis Diœceſibus poteſt ab omnibus illis Epiſcopis ordinari.
50 Ratione penſionis non efficitur quis ſubditus, nec ordinari poteſt ab Antiſtite beneficij, in quo reſeruata fuit.
51 Epiſcopus poteſt ordinare ſuum familiarem ratione ſeruitij triennalis, dummodo eidem conferat beneficium. Intellig. vt num. 58.
52 Triennale ſeruitium quale debeat eſſe, & de eius materia 53. 54.
55 Familiaris, & Commenſalis quis dicatur, præcipuè ad recipiendos ordines ratione ſeruitij triennalis 56. & 57.
58 Familiaritas ex quibus inducitur.
59 Epiſcopus ordinare poteſt ſuum familiarem ad titulum patrimonij pro neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ. Amp. vt etiam ad titulum penſionis 60.
61 Epiſcopus an diſpenſare poſſit ſuper interſtitijs cum ſuo familiari 62.
63 Ordines male ſuſcipiens quibus pœnis afficiatur, & num. 64.
65 Vltramontanus vt ordinari poſſit ab Epiſcopis Italiæ, quæ requirantur.
66 Suſcipiens ordines minores ſalua dimiſſorijs ſecuta declaratione non gaudet priuilegio fori.
67 Ordinatus ſine beneficio, vel patrimonio non remanet ſuſpenſus.

DECISIO CXXXIX.

Aliàs Conſtitutum XXXVI.

THeodobaldus in aliena Diœceſi nominatus,
ſeù præſentatus de quodam beneficio ſimplici
(ex laicorum Patrimonio, ſed Ordinarij autho-
ritate fundato) ſub conditione quatenus habilis
reperiatur, & ordines ſuſceperit: inſterit coram
Ordinario loci beneficij ratione huius tituli ſibi
collati effectus ſubditus prima Clericali tonſura
initiari ad effectum conſequendi inſtitutionem,
& beneficij poſſeſſionem, pro vt repertus ido-
neus, initiatus, & poſtea inſtitutus fuit, verò
animaduertens proprius Epiſcopus, cui tàm ra-
tione originis, quàm domicilij ſubditus reperie-
batur, præfatum Theodobaldum abſque eius
authoritate gerere ſe pro Clerico; tanquam
nulliter initiatum ſibi locum vindicare pœnam,
ſeù diſpoſitionem Conſtitutionis Vrbani VIII.
ex ordine 33. §. 4. Bull. Cherub. tom. 4. fol. 52.
ac proindè fori priuilegio minimè gaudere, ſed
ſæculari iuriſdictioni, vt antea plenè in omnibus
ſubiacere declarare prætendebat, fuit igitur di-
ſceptatum.

An ratione beneficij valide ab Ordinario loci
ipſius beneficij ordinari, ſeù prima Clericali ton-
ſura initiari potuerit. & affirmatiuè reſoluen-
1 dum videtur. Siquidem, quod ratione beneficij
valide quis ad ordines promoueri poſſit ab Or-
dinario, ſeù Epiſcopo in cuius Diœceſi eſt bene-
ficium, ſeù ab alio de eius licentia, licet alias ei
nulla alia ratione ſubditus ſit; *eſt text. expreſſus
in cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6.* & ita
declaraſſe S. Congregationem Concilij ad fauo-
rem cuiuſdam Matthæi Mediolanen. qui ab Epi-
ſcopo Regien. obtinuit beneficium, & per eiuſ-
dem literas dimiſſoriales ordinatus fuit non ob-
ſtante diſpoſitione *Concil. Trid. in cap. 9. ſeſſ. 29.
teſtatur, & refert Garz. de benef. part. 2. cap. 4.*
2 *num. 1. fol. mihi* 12. vbi ſubdit, quod Concilium
in dicto cap. 9. loquatur de non ſubditis, non
autem de illo, qui ratione beneficij collati effi-
ciatur ſubditus.

3 Quinimmò poteſt ordinarius alicui, qui nullum
in ſua Diœceſi habeat beneficium etiam inten-
tione, vt eum valide ordinare valeat, aliquod
beneficium conferre, & initiare, quia cum *tex-
tus in dicto cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6.*
ſolum requirat, vt quis legitimè beneficium ob-
tineat, nec diſtinguat, qua ratione illud obten-
tum fuerit, neque nos diſtinguere debemus, vt
docet *Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 1. par. 5.
cap. 8. num. 9. relat. per Dian. reſol. moral. part. 8.
tract. 2. de Miniſtr. Sacrament. Ordin. reſol. 22. vbi
contrarijs reſpondet.*

4 Et quod poſſit Epiſcopus ordinare quemcum-
que habentem beneficium in ſua Diœceſi ex ſola
ſubiectione beneficij, faciunt tradita per *Auerſ.
de Sutrament. Ordin. quæſt. 3. ſect. 6. Dian. reſol. mo-
ral. part. 4. tract. 4. reſol. 145. verſ. notandum eſt, &
& part. 8. tract. 2. de Miniſtr. Sacram. Ord. reſol. 37.*
5 in quibus docet poſſe Epiſcopum ratione bene-
ficij non tàm extraneos, quàm ſuum familiarem
nulla habita ratione triennalis ſeruitij ordinare,
nam vt quis ratione beneficij efficiatur ſubditus
Ordinarij loci, vbi ſitum eſt beneficium, ita vt
ad primam Clericalem tonſuram, ſicut ad cæte-
ros ordines promoueri poſſit, & valeat, non re-
quiritur actualis beneficij poſſeſſio, ſed ſola col-
latio Tituli, hoc eſt quod fuerit nominatus, gra-
tificatus, ſeù electus ad beneficium, quia pote-
ſtas ordinandi non præſupponit ſubiectionem
poteſtati denominatiuè, vt latè probat, *Ric. de-
ciſ. 188. num. 3. & contra Garz. de benef. tom. 1.
part. 2. cap. 4. numer. 16. & 17. tenet. Dian. dicta
part. 8. tract. 2. reſol 24. Barboſ. in tract. iur Eccleſ.
vniu. lib. 1. de ordin. & qualit. ordin. cap. 33. nu. 32.
& ſequent.*

6 In beneficialibus enim regulariter attenditur
titulus, & non poſſeſſio, latè *Bocr. deciſ. 24. nu. 8.
relat. per Pariſ. de reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 1.
num 46. Zabarel. in Clem. vt hi, qui §. illi verò
num. 10. & 11. de ætat. & qualitat.*

7 Huiuſmodi enim beneficij collatio neceſſaria,
vt ordinatus ab Epiſcopo non ſuo efficiatur de
eius foro, eique ſubditus ratione beneficij, quod
etiam requiratur pro conferenda prima Tonſura
dixit *Rot deciſ. 781. num. 15 part. 1. diuerſ. Nauar.
conſ. 24. in antiq. alias 11. in nouiſ. de tempor. ordin.
Zerola in verb. Ordo verſ 5. dubitatur poſt med.
Cened Canon. qq lib. 1. quæſt. 38. nu. 30. verſ. quan-
do deerat Bonacin de ſuſpenſ. in part diſ. 3. quæſt. 1.
punct. 11. ſub num. 9. Garz. de benef. part. 2. cap. 5.
num. 84.* Qui DD. licet loquantur in caſu ordina-
tionis familiaris Epiſcopi; tamen indiſtinctè
hoc ſibi locum vindicare etiam cum extraneis,
quia, nulla habita ratione triennalis ſeruitij,
poteſt eundem ordinare, ſi contulerit beneficium,
ſicuti cæteros extraneos, ex *Sac. Congreg. & DD.*
8 *authoritatibus ſupra demonſtrauimus*, non enim
implicat, nec repugnat ad titulum collati bene-
ficij primam tonſuram conferri poſſe, conſe-
quenda tamen poſt eius receptionem beneficij
poſſeſſione, & exercitio, benè *Corrad. in prax.
diſpenſ. Apoſtol. lib. 4. cap. 5. num. 63. fol. 59.*

9 Nec turbare debet, quod laicis conferri, &
præſentari nequeant beneficia, & ſi præſententur
collatio, & præſentatio reddatur nulla ex *DD.
congeſtis per Maſſobr. in prax. de habend. concurſ.
ad Paroch. prel. 7. dub. 20. numer. 102. & ſequent.*
10 quia obiectum procedit quo ad collationem, &
inſtitutionem, & ad effectum conſequendi poſ-
ſeſſionem, & ipſius beneficij exercitium; ſecùs
verò ad effectum conſequendi ordines ab Epi-
ſcopo beneficij; tanto magis, quando præſenta-
tio fuerit facta proximè clericando, cum ſatis
ſit, quod ante inſtitutionem ſit Clericus, *Pariſ.
de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. 2. num. 6. vbi ita fir-
maſſe Rot. in Imolen. Iuris patronatus 19. Nouem-
bris 1584. coram Orano.*

11 Et præcipuè ſi præſentatio fuerit facta ſub
conditione, quatenus ordines ſuſceperit, & habi-
lis reperiatur, & pro ipſa ordinum receptione
eodem tempore inſtatum fuerit, *ad tradita per
eundem Maſſobr. locò citato num 106.*

12 Immò quod magis eſt, ſi beneficium confera-
tur laico, qui poſtea Clericus efficiatur, colla-
tio propter ſuperuenientiam Clericatus ſubſi-
ſtit, & valida iudicatur, & ſic quod de ſtylo Cu-
riæ porrigi ſoleant ſupplicationes Sanctæ Sedi

pro obtinendis beneficijs à laicis Clericandis, &
obtinere cum Clauſula quamprimum Clericali
caractere inſignitus fuerit, teſtatur *Quintil. Man-
doſ. in comment. reg. 4. Cancellar. de male promot.
num. 4. & 11. fol. mihi 36. & 37.*

13 Et quod quis efficiatur ſubditus, & ſubiectus
Ordinario in cuius Diœceſi beneficium obtinuit,
& ab eo, ſeù alijs de eius licentia promoueri poſ-
ſit ad ordines docuerunt, *Quarant. in ſum. bullar.
in verb. Ordo verſ. quo ad tertium, & verſ. circa
ſecundum Bonacin. in tit. de Sacrament. ordin. diſ. 8.
quæſt. vnic. punct. 4. num. 8. & 14. tom. 1. Barboſ.
de poteſt. Epiſcop. allegat. 4. nu. 32. & in collec. DD.
in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de reform. num. 15.
plurib. ſequent. Garz. de benefic. part. 2. cap. 4. nu. 1.
tom. 1. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4.
cap. 5. num. 34. fol. mihi 96.*

14 Et dummodo beneficium ſit perpetuum non
aduerſatur, ſi eſſet tenue cum in dicto *cap. cum
nullus de tempor. ord. 6.* non explicetur valor, &
qualitas beneficij, & ideò cum generaliter lo-
15 quatur, generaliter debet intelligi, *Dian. par. 4.
tract. 4. dicta reſol. 51.* vbi quod beneficium duo-
rum ducatorum ſicuti ſufficit ad gaudendum
16 beneficio fori, ita ad ſumendos ordines, *&
part. 8. tract. 2. dicta reſol. 20.* ſubdit quod non ſit
neceſſè, vt ſufficiat ad victum, ſed ſatis ſit,
quod ſuppleri poſſit per patrimonium, *& in fin.
verſ. nota reprobat, & non admittit reſol. Sac. Cang.
relatam per Squillan. tamquam non authenticam,
quam etiam refert Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ.
lib. 4. cap. 5. num. 35. & 36. fol. 96. idem tenet.
Garz. de benef. tom. 1. part. 2. cap. 4. num. 8. Hen-
riquez lib. 10. cap. 21. §. 1. in alia gloſ. lit. C. &
cap. 17. in gloſ. lit. Q. Barboſ. de iur. Pontific. lib. 1.
cap. 33. num. 18. Sanchez in Opuſc. tom. 2. lib. 7.
cap. 1. dub. 22. num. 7.*

17 Quinimmò ad hunc effectum non requiritur,
vt beneficium ſit cum onere reſidentiæ, nec quod
beneficiatus in loco, aut Diœceſi, vbi reperitur
beneficium, reſideat, & quamuis non eximatur
à iuriſdictióne proprij Epiſcopi originis, ſeù
domicilij, *Garz. & Barboſ. locis citatis, Diana
dicta part. 4. tract. 4. reſol. 51. Quarant. in ſum.
Bullar. in verb. Ordo verſ. circa ſecundum fol.
mihi 373.*

18 Nec dicatur ad hoc vt quis efficiatur ſubditus
ratione beneficij, beneficium debere eſſe Ec-
cleſiaſticum, ad differentiam beneficij ſæcula-
ris, vt declarat *gloſ. in d. cap. cum nullus de tem-
19 por. ordin. in 6.* quia huiuſmodi beneficium
præfato Theobaldo collatum, non ſæculare,
ſeù ſimplex legatum pium cenſeri debeat, ſed
beneficium Eccleſiaſticum, tamquam Ordinarij
authoritate fundatum (licet ex patrimonio lai-
corum) tum quia eius collatio, ſeù inſtitutio
ad eundem Ordinarium ſpectat, *gloſ. in Clem. 1.
de decim. in verb. ſi beneficium in fin. vbi DD. Gon-
zal. ſuper reg. 8. Cancel. gloſ. 5. nu. 7. Barboſ. de iur.
Eccleſ. lib. 3. cap. 4. num. 15. Viuia. in prax. Iur.
patron. lib. 1. cap. 1. num. 61. Guid. Pap. deciſ. 187.
Caſar de Graſ. deciſ. 13. num. 9. de preben. Rot.
deciſ. 157. num. 29. part. 6. recent.*

20 Nec vis aliqua fieri poteſt in dicta Vrbani
VIII. conſtitutione, cum loquatur in caſu quo
quis ad primam Clericalem tonſuram, aut ad
minores ordines promoueatur cum falſis dimiſ-
ſorijs ab alieno Epiſcopo, non autem in caſu,
quò quis promoueatur ab Ordinario, cui ratio-
ne beneficij ſubditus effectus fuerit, cum tunc
in forma valida ordines recipiantur, vt expreſsè
diſponit, *text. in dicto cap. cum nullus de tempor.
ordin. in 6.* cuius diſpoſitioni à præfata conſtitu-
tione minimè derogatum fuit.

Et ita &c.

ADDITIONES.

21 Subditus, & Diœceſanus Epiſcopi quis ef-
ficitur, vt ab eo ad ordines promoueri poſ-
ſit, & valeat, vel ratione originis, vel domici-
lij, vel beneficij, *per text. expreſſ. in cap. cum
nullus de tempor. ordin. in 6. Bonacin. tit. de Sacram.
ordin. diſput. 8. quæſt. vnic. punct. 4. num. 8. tom. 1.
Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 1. part. 2.
& in collect. DD. in Concil. Triden. ſeſſ. 23. de
reform. cap. 8. num. 15. Quaranta. in ſumma Bul-
lar. in verbo Ordo verſ. quò ad tertium requiſitum
Diana. reſol. moral. part. 8. tract. 2. de miniſtr. Sa-
crament. ordin. reſol. 8.*

22 Ordinatus verò ab Epiſcopo ſcilicet originis
non poteſt variare, & eligere alium Epiſcopum,
& ab eo ordines recipere, licet ei ſubditus ſit
alia ratione, nempè vel domicilij, vel beneficij,
cum per electionem ſemel factam per primam
ordinationem contraxerit obligationem conti-
nuandi in recipiendo vlteriores ordines ab eo-
dem Epiſcopo ſemel electo, niſi idem Epiſco-
pus ex cauſa iudicauerit remittere ordinatum
ad alium ex dictis Epiſcopis, *Archidiac. in cap.
nec captanda de conceſſ. preben. Molfeſ. in ſum. tom.
1. part. 2. cap. 2. nu. 10. Bonacin. in tit. de Sacram.
Ordin. diſput. 8. quæſt. vnica punct. 4. numer. 20.
Ricc. deciſ. 306. Achil. de Graſſ. deciſ. 13. tit.
de penſion.*

23 Contrarium verò, quod liceat variare, &
quod ordines diſtent inter ſe, & nullus Textus
hoc prohibeat, adeò vt permiſſiuum cenſeri dici
debeat, tantò magis quia in Iure expreſſa eſt
conceſſio, vt adire liceat quemcumque libeat
originis domicilij, aut beneficij, vt latè probat
*Zypaus in ſuis conſult. Canonic. lib. 1. tit. de ætate,
& qualitate ordinandorum conſ. 3. relat. per Diana.
reſol. moral. tract. 7. Miſcelan. reſol. 35. verſ. ſed
nouiſſimè part. 6. fol. 161. Corrad. in prax. Apoſto-
lic. diſpenſat. lib. 4. & 5. num. 39. fol. 96.*

24 Verum quia in hoc committi poſſunt pluri-
mæ fraudes, & propterea in Curia Neapolitana
prouiſum eſſe ſic ordinatos non poſſe ordines
exercere in dicta Ciuitate, niſi iterum appro-
bentur, & quoad doctrinam, & ad alia requi-
ſita tradit *Corrad. loco proximè citato num. 46.*

25 Prima autem opinio ſibi locum vindicare
poteſt in caſu, quo quis à priori Epiſcopo ori-
ginis, verbi gratia, ordinem aliquem accepiſ-
ſet ad titulum beneficij reſidentiam requirentis,
vel ad titulum Patrimonij pro vtilitate, vel ne-
ceſſitate Eccleſiæ iuxta formam *Conc. Tridentin.
ſeſſ. 23. de reform. cap. 16.* quo caſu inconſulto
priore Epiſcopo nequit ab alio domicilij, vel
beneficij promoueri niſi ab eodem certiorato,
an præfata cauſa, quæ ad collationem ordinum
coegit,

coegit, ceſſauerit, vel adhuc vigeat, cum adhuc vigente, non debeat defraudare Eccleſiam obſequijs, ſeù ſeruitijs, cuius gratia fuit ordinatus, *Diana. reſol. moral. part. 8. tract. 2. de miniſter. Sacr. Ordin. reſol.* 10. qui alios allegat, & reprobat. *Guid. Pap. deciſ.* 44.

26 Epiſcopus originis dicitur Epiſcopus loci, in cuius Diœceſi eſt oriundus, qui ad ordines promoueri cupit, *Vgolin. de poteſt. Epiſcoporum cap. 26. §. 1. num. 3. Barboſ. eodem tract. alleg. 4. num. 1. part. 2. & in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 16. Grat. diſcept. 75. d num. 16.*

27 Origo autem ad effectum, vt quis ordinari poſſit, vel ſumitur à natiuitate propria, vel paterna, etiam ſi Pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam Diœceſim tranſtulerit domicilium, & ita fuiſſe deciſum in Viuiequen. 12. Auguſti 1628. & 7. Aprilis 1629. refert *Barboſ. allegat. 4. nu. 4. 6. & 10. & d. c. 8. n. 17. Diana. reſol. moral. part. 4. tract. 4. Miſcel. reſol. 148. Vbi ita etiam firmaſſe Sac. Congr. Concil. 16. Decembris 1599. & part. 8. tit. 2. de miniſtr. Sacram. Ordin. reſol. 12. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. num. 26. ſub verſ. & cum alia fol. 95.*

28 Matris tamen origo non eſt attendenda niſi in vulgo quæſito; cuius pater ignoretur, *Barboſ. d. alleg. 4. num. 5. & d. cap. 8. num. 18. Diana. reſol. moral. part. 8. tract. 2. de Sacrament. ordin. reſol.* 18.

29 Neque ex origine Aui Nepos dicitur originarius loci, in quo Auus natus eſt ad ordines ſuſcipiendos, *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 4. cap. 5. num. 22. in fin. fol. 95. Barboſ. d. alleg. 4. num. 13. & d. cap. 8. num. 18.*

30 Origo igitur vt contracta dicatur, non ſolum requiritur, vt quis in loco natus ſit, ſed quod etiam Parentes ibi domicilium contraxerint, *DD. in cap. Rodulphus de reſcrip. Bonacin. de Sacrament. ordinis diſput. 8. quæſt. vnica punct. 4. num. 13. fol. 262. tom. 1. Caſar de Graſſ. deciſ. 15. da probat. num. 4. quæ eſt deciſ. 327. num. 3. part. 1. diuerſ.*

31 Hinc eſt quod fortuitò in aliqua Diœceſi natus nempè in Itinere, tranſitu, vel alicuius negotij cauſa ordinari nequit ab Epiſcopo illius Diœceſis, cum talis natiuitas non efficiat illum originarium, nec ſubditi qualitatem tribuat, vt ab eodem ordines recipere valeat, latè *Dian. part. 8. tract. 2. de miniſtr. Sacrament. ordin. reſol. 11. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 18. & 19.*

32 Sed quod poſſit ordinari, præcipuè ſi ibidem baptizatus fuerit, cum hac de cauſa efficiatur Ciuis, & acquirat originem, tradit *Corrad. in prax. diſpenſation. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. num. 32. & 33. fol. 96.*

33 Efficitur quis ſecundo modo ſubditus, & Diœceſanus Epiſcopi ratione Domicilij, quod quidem contrahitur, primo ſi quis transferat ſe ad habitandum in aliquo loco, & expreſsè declaret, ſeù oſtendat animum ibi contrahendi domicilium, ſeù larem, rerumque, ac fortunarum ſuarum ſummam in eodem loco conſtituat; vnde rurſus diſceſſurum non eſſe manifeſtè arguatur, *l. Pupillus §. Incola ff. de verb. ſignific. l. Domicilium ff. de municipal. l. Ciues C. de incol. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 22. part. 2. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib. 4. cap. 5. num. 24. fol. 95.*

34 Secundo domicilium contrahitur, dum quis in aliquo loco maiorem bonorum partem transferat cum perpetua animi deſtinatione ibidem habitandi, *l. Ciues C. de incol. lib. 10. Barboſ. d. alleg. 4. n. 27. Dian. reſol. moral. par. 8. tract. 2. de miniſtr. Sacram. ordin. reſol. 15.* Vbi ſubdit, quod ſi bona non adſint, nihilominus domicilium contractum dicatur per longam, & continuam habitationem, aliquo tamen adiuncto actu, ſeu ſigno aſſumpti Domicilij.

35 Non tamen ſufficit ſola emptio Domus, vel alicuius partis bonorum, niſi ibidem quis contrahat, & dies feſtos celebret, *Barboſ. d. alleg. 4. numer. 27. in fin. Diana d. par. 8. tract. 2. reſol. 15.*

36 Quinimmo nec ſufficeret declaratio, niſi copulatiuè concurreret aliquis actus poſitiuus, *Corrad. in prax diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. c. 5. nu. 25. fol. 95. Rot. dec. 150. n. 8 par. 2. diuerſ.*

37 In dubio verè vbi nullus concurrit exterius actus aſſumpti Domicilij, ex continua decem annorum habitatione contractum dicitur, cum præſumatur non velle recedere, niſi ex alijs indicijs demonſtretur illum non habere animum permanendi, *Burat. conſ. 36. vol. 1 Bald. conſ. 311. vol. 4. Farinac. fragment. crim. par. 1. lit. D. nu. 215. & 222. Gratian. diſcept. 181. num. 4. & 5. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſc alleg. 4. num. 28. & 29. Diana d. par. 8. tract. 2. reſol. 15.*

38 Retinens duo Domicilia ſub diuerſis Epiſcopis poteſt indifferenter à quocumque ex eiſdem ad ordines promoueri cum ratione vtriuſque Domicilij ſingulis efficiatur ſubditus, quamuis æqualibus temporibus non inhabitet in vtraque Diœceſi, vt ex *Auerſa, Torreblanc. Molfeſ. Sanchez Marchin. locis per eum relatis tradit Diana reſol. moral. par. 8. tract. 2. de miniſtr. Sacram. ordin. reſol. 14. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 38. par. 2. Vgolin. eadem tract. c. 26. §. 2. n. 3.*

39 Barones, & feudatarij poſſunt promoueri ad ordines ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi obtinent feudum, etiamſi ibidem non inhabitent, & alibi domicilium retineant, *Marchin. de Sacram. ordin. tract. par. 5. cap. 7. num. 15. Auerſa eod. tract. quæſt. 3. ſect. 6. Barboſ. d. alleg. 4. n. 32. & 33. par. 2. Diana d. par. 8. tract. 2. reſol. 16.*

40 Expoſitus pariter ab Antiſtite loci, in quo expoſitus fuit ordinari poteſt, quia illius ſine dubio effectus eſt ciuis, *Barboſ d. alleg. 4. n. 37. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 4. c. 5. n. 30. fol. 96.*

41 Tertio modo efficitur quis ſubditus Epiſcopi Diœceſis, in qua beneficium habet, & poſſidet vt ſupra demonſtrauimus. Beneficiũ tamen ad hunc effectum debet eſſe perpetuum, nec ſufficit ſi eſſet manuale, & amouibile, *Diana reſol. moral. par. 8. tract. 2. de miniſt. Sacram ordin. reſol. 19.*

42 Non tamen requiritur, vt beneficium, quis habeat in titulum, dummodo ſaltem habeat in cõmendam maxime perpetuam, *Barboſ. de off. poteſt. Epiſcop alleg. 4. num. 50.*

43 Limita vero ſupradictam concluſionem, quod beneficium non debeat eſſe obtentum in fraudem proprij Ordinarij ad ſubterfugiendum ſcilicet examen, & approbationem, aut quoad Patrimonij

monij ſufficientiam; nam hoc caſu non efficitur quis ſubditus Epiſcopi beneficij, nec ab eo valide ordinari poteſt, ſed ſic ordinatus in ſuſpenſionem incidit, & ipſe Epiſcopus à collatione ordinum per annum ſuſpenſus remanet, vt in dies ſecundum caſuum contingentiam emanare ab Vrbe ordinationes circa hoc tradit, *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. c. 5. num. 35. & 36. fol. 96. Diana reſol. moral. par. 8. tract. 2. de miniſt. Sacram. ord. reſol. 22. verſ. verum communiter, qui alios allegat.* Fraus enim, & dolus nemini debet patrocinari, & hanc ſententiam comprobat *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 4. num. 57. Ric. reſol. 262.*

44 Sublimita, ſi Epiſcopus abſque vlla cauſa recuſaret ſuum ſubditum ordinare, nam hoc caſu ſi obtineat beneficium in aliena Diœceſi, & ratione eiuſdem promoueatur ad ordines ab Epiſcopo beneficij, dici nequit beneficium, & ordines reſpectiuè in fraudem collatos fuiſſe, cum hoc ſibi debeat imputare alter Epiſcopus, qui indiſcre-

45 te, & ſine cauſa ordinare recuſauit. Fraus, enim, & dolus ex defectu cauſæ excluditur, præcipuè hoc caſu, in quo nulla concurrit cauſa receptionis ordinum in fraudem per *text. in l. ſi mulier in princ. ff. rerum amot. Auth. ſed iam neceſſe C. de donat. ante nupt.*

46 Iure enim permittitur, vt quis ratione beneficij ordinari queat ab Epiſcopo Diœceſis, vbi ſitum eſt beneficium fraudis, & doli præſumptio excluſiua reſultet, quando quis iure permittente agit, vel facit actum à lure permiſſum, *l. Graccus ff. de adult. l. qui autem §. apud Labeonem ff. de his, qui in fraud. Cred. l. 1. §. non fuit ff. de dol. l. Sancimus C. de adminiſtr. tutel q. 84. inſpect. 3 n. 59. Aym conſ. 8. n. 18* vbi ampliat, etiam quod ex illo actu permiſſo perueniatur ad aliquod prohibitum.

47 Ita enim reiectus à proprio ordinario, ſtatim videtur acquirere ius iure, & abſque vllius pœnæ incurſu eligendi alium ordinarium, cui alia ratione ſubditus effici valeat ad effectum promouendi, cum vtatur iure ſuo à Sac. Canon. attributo itaut multo magis præſumpta fraus, & dolus excludatur ex huiuſmodi actu facto iuris ſui conſeruandi gratia per *text. in l. 1 §. quod ait Prætor ff. de incend. Ruin. & Naufrag. & ex Alex. Rolan. Decian. Menoch. & alij tradit Farinac. quæſt. 80. inſpect. 3. num. 61. par. 3.*

48 Tutius tamen eſt in facti contingentia habere recurſum ad Summum Pontificem, & impetrare literas, vel per breue ſub Annulo Piſcatoris, vel per Officium Sacræ pœnitentiariæ, quod minoris gratiæ nuncupatur pro ordinario viciniori, vt quatenus iterum requiſito ordinario Oratoris eiuſque Procuratore fiſcalis audito, vt ſi legitimas cauſas non deduxerit, quare promoueri non debeat, receptis requiſitis neceſſarijs ad formam Sacri Concil. Trid. promoueat, *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. num. 53. 55. & 56. fol. 97.* Vbi quod idem ſeruatur propter Epiſcopſeruitiam, litem, aut inimicitiam, cum ipſo ad ordines promoueri petente.

49 Habens plura beneficia in diuerſis Diœceſibus poteſt ab omnibus illis Epiſcopis Ordinari, cum in omnibus ſicuti militat eadem ratio, ita debeat militare eadem Iuris diſpoſitio, *Barboſ. de off. poteſt. Epiſc. alleg. 4. num. 51. & in Collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. n. 27. Diana reſol. moral. par. 8. tract. 2. de miniſtr. Sacrament. Ordin. reſol. 23. Gargia de beneſ. par. 2. cap. 4. num. 2. tom. 1.*

50 Ratione verò penſionis, cum propriè non ſit beneficium, nec penſionarium efficiat ſubditum Antiſtiti loci beneficij, ſuper quo reſeruata fuit ad ordines promoueri nequit, *Aloiſ. Ricc. in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 302. in prima impreſ. & reſol 261 in ſecunda impreſ. Marchin. de Sacrament. Ordin. reſol. 26. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 16. §. 3. verſ. excipitur tamen primo Barboſ. eodem tract. alleg. 4. n. 56. par. 2. Dian. d. par. 8. tit. 2. de miniſt. Sacrament. ordin. reſol. 22.*

51 Poteſt etiam Epiſcopus ordinare familiarem ſuum ratione triennalis ſeruitij eidem præſtito, dummodo beneficium quacumque fraude ceſſante ſtatim reipſa eidem conferat iuxta diſpoſitionem *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 9. Quaranta in ſumma bullar. in verb. ordo verſ. limita ſeco, Bonacin. in tit. de Sacrament. ordin. diſput. 8. quæſt. vnica punct. 4. num. 15. tom. 1. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. alleg. 3. num. 1. par. 2. Diana par. 8. d. tit. 2. reſol. 27.*

52 Huiuſmodi tamen triennalis temporis ſeruitium debet eſſe continuum *Alex. Ricc. in prax. fori Eccleſiaſt. deciſ. 308. in 1. impreſſ. & reſol. 267. in 2. impreſ. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 5 num. 9. par. 2. & in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 9. num. 8.*

53 Sufficit verò quod inceperit antequam fuiſſet Dominus promotus ad Epiſcopalem dignitatem, ita deciſum refert, *Aloiſ. Ric. in collect. deciſ par. 3. collect. 596. verſ. amp. 5. & in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 309 in prima impreſ. & reſol. 268. in 2. impreſ. Barboſ. d. alleg. 5. num 8. & d. cap. 9. num. 9. Diana d par. 8. tit. 2. de miniſt Sacram ordin. reſol 30. Carz. de beneſ. tom 1. par. 2. cap 5. num. 38. vbi ſic fuiſſe deciſum à Sac. Cong Bonacin. de Sacrament. ordin. diſput. 8. qu. vnic. punct. 4. num. 16. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 4. c 5. num 61.*

54 Sed vltimus annus ad hunc effectum debet eſſe completus, nec ſufficit, quod fuerit inceptus, ſeu inchoatus, *Marchin. de Sacrament. ordinis tract. 1. par. 5. cap. 9. num. 2. Diana par. 8. tract. 2. de miniſt. Sacrament. ordin. reſol. 29.*

55 Familiaris triennalis, vt ordinari poſſit, dicitur qui expenſis Domini continuò alitur, vel cũ Epiſcopo commoratus fuerit, & præſens inſeruierit, & inſeruiat non tamen is, qui adeſt, quamuis ſumptibus Epiſcopi viuat, & eidem inſeruiat in longinqua, ſeu remota regione, eo quod Epiſcopus ſui familiaris abſentis mores perſcrutari non poteſt, *Bonac. de ſuſpenſ. in particular. diſp. 3. qu. 1. punct. 11. num. 18. Barboſ de off poteſt. Epiſc. alleg. 5. à num. 2. vſq; ad 6. & in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 9. num. 5. 6. Diana reſol. moral p. 8. tract. 2. de miniſt. Sacrament ordin reſol. 31.* vbi quod debet eſſe præſens, & aſſiſtere obſequijs Epiſcopi *Corrad in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 4. c. 5. num. 60. Adden ad Greg. XV deciſ. 160. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib 4. cap. 5. num. 60. verſ. non ſufficit fol 98.*

56 Sub alio tamen reſpectu etiam familiaris, & continuus comenſalis dicitur ille, qui viuit in Domo conducta à Domino cum aſſignatione certæ pecuniarum quantitatis pro victu, alimentis, ac ſalario, cum hoc caſu dicatur viuere in

Do-

Domini, per *tex.in cap.fin. de verb. ſignifica* in 6. *Paul.de Caſt.conſ.340.num.2. vol.1. Alex. in l. pronuntiatio ff.Camil.Hercir.* Nam qui recipit victum ex pecunia quotidiana ad videndum dicitur verus commenſalis, ſicut ille qui ſtat ad menſam,& in Tinello, ita declarat, *Gomeſ. in reg. Cancell. de impet.beneſ.vacan.per obitum familia Cardinal.q.13 verſ.eſt tamen vlterius* Et ita bene probari familiaritatem dixit, *Rota dec.145.par.3.lib.2.diverſ. Maſcard.de probat. concl.745.vol.2.cum alijs relatis per Borguin.dec.31.in ordine 105.num.16.& 17. par.3. Corrad.loco citato num.61.* vbi quod parum refere ſi familiaris non habitet in eodem Epiſcopi Palatio.

57 Familiaritas enim non inducitur verbo, ſed facto, & ad eam inducendam opus eſt, vt concurrat vſus, exercitium, mora continua,& expenſæ Domini *Borguin.dec.31.in ordine 105. num. 33. verſ.cum virtualiter*.

58 Beneficium verò iuxta mentem decreti Sacri Concilij Tridentini licet conferri poſſit poſt traditos ordines, nihilo minus tamen notabile temporis ſpatium intercedere non debet, propter verbum ſtatim in decreto appoſitum hoc eſt abſque interuallo ſeù incontinenti, quod non adimpleretur, ſi tranſacto tempore vndecim menſium à die ordinationis Epiſcopus beneficium conferret, *Barboſ.in collect.DD. in Concil. Trid.ſeſſ. 23. de reform.cap.9.num.10.in fin.Bonacin.de ſuſpenſ. in particular.diſt,3. quæſt.1. punct.11.num. 10. Pariſ.de reſign.lib.4.qu.2.num.92.Garz.de beneſ.par.2.cap.5. num.84.& ſeq.*

59 Pro neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ etiam ad titulum Patrimonij Epiſcopus ordinare poteſt ſuum familiarem triennalem, dummodo adſcribat ordinatum Eccleſiæ, pro cuius neceſſitate, & vtilitate ordinauit, *Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſcop.alleg.5.n.12.Bonacin.tit.de Sacrament.ordin.diſput.8.q.vnic.punct.4.n.16.tom.1.*

60 Et ſi eadem Eccleſiæ vtilitas, & neceſſitas vrgeat, poteſt etiam Epiſcopus ordinare familiarem ſuum ad titulum penſionis, *Garz. de beneſ. par.2.cap.5.num.81.Bonacin.de Sacram.ordin.diſput. 8.qu.vnica punct.4.num.16.tom.1.Barboſ. in collect. DD.in Concil.Trid.ſeſs.23.de reform. c. 9. n.13. & de poteſt.Epiſcop.alleg.5.n.13.*

61 Et licet Epiſcopus diſpenſare nequeat cum ſuo familiari triennali alias non ſubdito ſuper illegitimitate,& interſtitijs niſi pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate, vt declaraſſe *Sac. Cong. refert. Diana reſol. moral.par.8.tit.2. de miniſt. Sacram. ordin. reſol.* 55.
62 *Grac.de beneſ.p.1.c.5.num.86. tom. 1. Barboſ. alleg 5.n.14.& 15.* Secus verò ſi illi contulerit beneficium, cuius reſpectu tamquam effectus ſubditus iuriſdictionem acquirit ad diſpenſandum ſuper ſupradictis interſtitijs &c. *Barboſ.d.alleg.n. 15. & in collect.DD.in Concil.Trid.ſeſſ.23.de refor.c.9.n.16 Bonacin.de ſuſpenſ.omnibus in particulari diſp.3.q.1 punct.11.num.13.*

63 Ordines malè ſuſcipiens, ſeù Clericus malè promotus nempè, qui abſque canonica diſpenſatione, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſorijs literis ad ordines ſe promouere fecerit ab executione, miniſtro, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſus remanet. & ſi in eis miniſtrare præſumpſerit, efficitur irregularis, & beneficijs ipſo facto priuatur, & inhabilis, & incapax ad alia in futurum obtinenda in perpetuum redditur, & Regulares actiua, & paſſiua voce ipſo facto priuantur & diſpoſitio beneficiorum ſic vacantium Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, ex *Conſtit. Pij II. ex ordine Bullar.Cherubin.7.tom.1.fol.392.& Sixti V.contra Clericos malè, aut Simoniacè promotos ex ordine 91. eod.Bullar.Cherub.§.3.tom.2.fol.494.*

64 Sed huiuſmodi Sixti V. Conſtitutio ad terminos ſacrorum Canonum, *& dicta Conſtitutionis Pij II. & Concil. Tridentin.* præterquam quoad ſimoniacè promotos, & promouentes reducta fuit *à Clemente VIII. eod.Bullar. ex ordine 40.to.3. fol.40.*

65 Vltramontani ab Epiſcopis in Italia exiſtentes neque ad Clericalem Caracterem, & alios minores, & ſacros ordines promoueri poſſunt, niſi dimiſſoriales ſuorum Ordinariorum literas à Nuntijs Sedis Apoſtolicæ, ſeu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & ſubſcriptas habeant, & dictorum Nuntiorum, ſeù Collectorum ſubſcriptiones ab Vrbis Generali Vicario recognitæ,& approbatæ fuerint,alias promouentes ad annum ab exercitio Pontificalium.promoti verò perpetuæ ſuſpenſionis pœnam abſquè ſpe diſpenſationis à Sede Apoſtolica obtinendæ eo ipſo incurrant, *& Conſtit. Vrbani VIII. 33. Bullar. Cherubin. § 3. tom.4.fol.52.*

66 Itali verò ſi ad primam Clericalem tonſuram, vel ad minores ordines ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſorijs promoueantur, etiamſi qualitatibus *Concil. Trident. in ſeſſ.23. cap.*16. præditi ſint, nihilominus ſecuta tamen prius deſuper Iudicis Eccleſiaſtici declaratione, fori priuilegio minime gaudere, ſed ſæculari Iuriſdictioni, vt antea plenè in omnibus ſubiacere debent *d. Vrbani VIII. Conſtit. §.4.*

67 Ordinatus vero contra formam *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.21.cap.2.* ſine patrimonio, vel beneficio non remanet ſuſpenſus, nec aliquam pœnam incurrit, ſed cogendus eſt ordinarius illi alimenta præbere, & de neceſſarijs prouidere *cap. cum ſecundum de præben. & cenſuiſſe Sac.Cong.refert Maſſobr. in prax.de habend. concurſ.ad Paroch.requiſit.7. dub.21.*

68 Epiſcopali Sede vacante Capitulum, ſeù eius Vicarius non poteſt concedere dimiſſorias infra annum à die vacationis computan. niſi arctatis occaſione obtinendi, aut obtenti beneficij Eccleſiaſtici etiam ad primam tonſuram ex decreto *Concil. Trid. ſeſſ.7. de reform. cap.10. & in illud Barboſ. num.2. & 9.* ſed hoc caſu concedi conſueuit facultas Vicario Capitulari per literas priuatas Sac. Congreg. Epiſcopor. vt ipſi Oratori concedat literas dimiſſoriales, ad ordines, *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.4. cap.5. nu.58. fol.98.*

69 Tranſacto verò anno ſedis vacationis, eaque durante poteſt Vicarius Capitularis huiuſmodi dimiſſorias concedere, non tamen ipſum Capitulum *Barboſ. loco citato num.9. & 10.*

OBSERVATIONES,

Circa Patrimonium Clerici,

SVMMARIVM.

70 Patrimonium Clerico à Patre aſſignatum computatur in legitimam, & venit in diuiſione cum fratribus.

71 Donatio facta à Patre cauſa dotis eſt conferenda in diuiſione cum fratribus.

72 Clericus non gaudet exemptione bonorum ſibi in patrimonium aſſignatorum, niſi ſit in ſacris.

73 Patrimonium alienari non poteſt ſine licentia Epiſcopi.

74 Limit. in Clerico in minoribus tantum conſtituto.

75 Limit. ſi Clericus aliundè habeat vnde viuere poſſit, nam hoc caſu non requiritur licentia Epiſcopi, contrarium num.76.

77 Limita concluſionem procedere in alienatione voluntaria, ſecus in neceſſaria ſublimit. vt num.78.

78 Sublimita ſi Clericus contraxiſſet debitum poſt receptos ordines, ſecus ſi prius.

79 Ære ſi alieno grauatus ſi ordinetur ad titulum patrimonij, quod ſoluto debito remaneat diminutum, dicitur ordinatus ſine titulo.

80 Patrimonij alienatio vt valeat, relinquitur arbitrio Epiſcopi iudicare, quid remanere debeat pro congrua ſubſtentatione.

81 Epiſcopus quomodo in hoc caſu ſuum arbitrium regulare debeat.

70 BOna Patris donata filio in titulum Patrimonij ad effectum promouendi ſe ad ordines ſacros, computantur in legitimam, & veniunt in diuiſione bonorum cum alijs fratribus, *Gutierez pract. quaſt. lib.2. quaſt.65. num.12. Molina de inſtit. tract.2. diſp.238. Vgolin. de offic. Epiſc. cap.26. §.9. in fin, Garz. de benef. part.2, cap.quinto nu.159. cum alijs relatis per Dian. reſol. moral. tract.6. de donat. reſol.94. verſ. ſed affirmatiuam part.8. Bonacin. de contract. diſp.3. quaſt.6. punct.7. §. vnico num.5. verſ. reſpondeo ſecundo tom.2.* vbi quia donata ob cauſam ex ſua natura conferri debent, cũ præſumantur tradita in compenſationem legitimæ niſi aliter conſtaret de mente conferentis.

71 Sicuti etiam donatio facta à Patre filio cauſa dotis, vel donationis propter nuptias eſt conferenda, quia cum Pater donet ex iuris neceſſitate videtur velle, quod conferatur, tum etiam quia talis donatio quæritur filio in vita Patris, ideoq; conferenda, *l. fin. C. de dot. promiſ. l. qui liberos ff. de rit. nuptiar. probatur l. Pomponius| Philadelfus ff. fam. erciſ. Papien. in form. libel. pro hered. vel reſing. diuid. gloſ. communiter num.13. circa med. Maſſuer. in addit. ad eundem Papien. d. loco in verbo Dotis, vel Donationis, vbi de communi, & veriori Rol. conſ. 70. num.13. 16. 17. & ſeq. lib.4. Bec. conſ. 20. nu.26. lib.1.*

72 Non tamen Clericus gaudet exemptione pro bonis ad ſuſcipiendos ſacros ordines ei aſſignatis, donec non fuerit in eiſdem Sacris ordinibus conſtitutus, & Epiſcopus cognoſcere debet ſuper fraudolentibus donationibus, vt cenſuit S. Congregat. Cardinalium controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorum ſub die 18. Septemb. 1639. relat. per *Corrad. in addit. ad Prax. diſpenſ. Apoſtolic. n.33. fol. mihi 21. & 22.*

73 Regulariter verò Clericus non poteſt alienare patrimonium, minuſq; extinguere, vel remittere ſine licentia Epiſcopi, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſit adeptus; vel aliunde habeat vnde viuere poſſit ex *decret. S. Concil. Trident. ſeſſ.21. c.2. de refor.* Et alienatio facta contra formam Concilij eſt ipſo iure nulla, & inualida, late *Barboſ. in Concil. d. c.2. num.59. vſq; ad 62. vbi alios alleg.*

74 Limita in Clerico in minoribus tantum conſtituto, qui non ſolum poteſt liberè, & abſolute alienare Patrimonium, etiam ſi ad illius titulum ſi promotus, ſed etiam poteſt reſignare beneficium, licet non habeat aliunde videre poſſit, nec facta mentione, quod ad illius titulum ſit promotus, ſiue renunciatio fiat coram Ordinario, ſiuè coram Papa; nec obſtat Conſtitutio *B. Pij V. in ordin. Bullar.* cum non loquatur de conſtitutis in minoribus, quia in eis ceſſat ratio decoris ordinis, *Pariſ. de reſignat. benefic. lib.3. quaſt.14. n.1. & 2. & lib.5. quaſt. vltim. num.78. Gratian. diſcept.158. à num.9.| cum alijs per Garz. de benef. part.2. cap.5. §.1. num.203. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap.26. §.8. num.4.| verſ. poſtremo, Barboſ. eod. tract. alleg.19. num.39. & in Concil. Trid. ſeſſ.21. cap.2. de reform. num.31.*

75 Limit. Quod alienatio Patrimonij ad cuius titulum quis promotus fuit, valida erit, etiam ſine licentia Epiſcopi, ſi tunc habeat beneficium, ſeù alias vnde viuere poſsit, late *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.21. cap.2. à num.63. fol.138.*

76 Contrarium verò quod nihilominus ſit neceſſaria licentia Epiſcopi, cum ad euitandas fraudes arbitrio Epiſcopi relinquatur iudicari id, quod acquiritur, aut ſubrogatur loco Patrimonij, an ſit ſufficiens ad comodam ſubſtentationem Vnde duo copulatiuè concurrere debẽt ad validam Patrimonij, aut beneficij alienationem, nempè, quod alia res ſubrogetur pro decenti victu, alterum quod Epiſcopus comperto ita eſſe, aſſentiat, *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.19. num.90. & late in Concil. Trident. ſeſſ.21.| cap.2. num.63. verſic. contrarium tamen, Vgolin. de poteſt. Epiſcop. §.13. num.4.*

77 Limit. huiuſmodi Decretum prohibens alienationem patrimonij, ad cuius titulum qui promotus fuit ad ſacros ordines, procedere in alienatione voluntaria, non autem in neceſſaria, vt ea quæ fieret cauſa debitorum, niſi ea in fraudem dicti Decreti contracta fuiſſent, *Garz. de benef. part.2. cap.5. num.222. fol.136.*

78 Sublimita quando Clericus contraxiſſet debitum poſt receptos ordines, ſecus ſi ſe obligaſſet ante ordinationem; nàm poſt ordinum receptionem patrimonium non recipit hypothecam, ac proinde alienare nequit etiam auctoritate Iudicis, ex quò non poteſt remanere ſine titulo, cuius ratione fuit ordinatus, & quamuis iſta alienatio videatur neceſſaria, nihilominus habuit principium voluntarium, ex quo Clericus ſua voluntate æs alienum contraxit, adeò vt obſtet prohibitio *Conc. Trident. Garz. loco citato num.140. & ſeq. vbi alios allegat, & num.142.* vbi quod non militat eadem ratio in patrimonio quæſito ante ordines, quia tranſit cum onere ſuo,

79 Aere alieno grauatus ſi ordinetur ad titulum Patrimonij, quod ſoluto debito, ita minuatur, vt non remaneat ſufficiens ad eius ſubſtentationem, dicitur ordinatus ſine titulo, ſiuè debitum con-

cōtractum fuerit ante acquiſitum Patrimonium ſiue poſtea ante tamen ordinationem *Garz. de benef. part. 2. cap. 5. §. 1. num. 136.*

80 Quę verò quantitas, ſeù quæ dicatur congrua ſubſtētatio, vt valeat alienatio patrimonij, & reſignatio beneficij ad cuius titulum quis promotus fuit. Relinquitur arbitrio Iudicis, qui conſiderata qualitate, perſonarum, locorum, & temporis iudicabit, *Menoch. de arbitr. caſu 216. nu. 12. & 13. Grat. deciſ. 159. à num. 15. ex DD. late relat. per Barboſ. in Concil. ſeſſ. 21. cap. 2. num. 64.*

81 Et illa quantitas, quæ eſt ſufficiens à principio, vt quis ad ſacros ordines promoueatur, erit etiā ſufficiens, vt patrimonium, & beneficium, ad quorum titulum eſt promotus poſſit alienari, & reſignari, vt alienatio ſuum ſortiatur effectum, & dicatur reſignans aliunde habere, vnde commodè viuere poſſit, ſed in hoc non erit attendenda qualitas perſonæ, nobilitas, literatura &c. ſed honeſta, congrua, & commoda ſubſtentatio, vt ex *Zauallios late tradit Garz. de benef. part. 2. cap. 5. §. 1. num. 20. & pluribus ſequen. fol. 135.*

DECISIO CXL.

Alias Conſtitutum XXXVII.

SVMMARIVM.

1 Valor bonorum, ſeù proprietatis conſtituitur ex fructibus viginti annorum calculato eorum valore.
2 Bona Emphyteutica affrancanda quomodo æſtimari debeant, & num 3.
4 Interpretatio debet eſſe bona, & æqua.
Diſputatio debet intelligi ne contineat iniquitatem 4.
5 Interpretatio debet eſſe veriſimilis quod exponat. & non perimat, quod venit interpretandum.
6 Verba interpretari debent prout veriſimile eſt partes ſenſiſſe inſpecta natura negotij. Amp. vt num. 10.
7 Ea interpretatio ſumi debet per quam conſulitur vtrique parti.
8 Illa interpretatio ſumenda eſt, per quam diſpoſitio non mereatur à ſapientibus reprehendi.
9 Nemo locupletari debet cum iactura alterius.
11 Principes, & Papa non præſumitur facere iniuſtitiam, nec tertio, eiuſque iuribus præiudicare 12.
13 Ex obſeruantia remouetur omnis ambiguitas, & certa reſultat partium voluntatis declaratio.
14 Obſeruantia licet ſit contra iuris diſpoſitionem præſcribitur ſpatio 40. annorum.
15 Ad conſtituendum pretium rerum immobilium certa doctrina dari nequit.
16 Pretium rerum redditur iuſtum, & iniuſtm prout à lege, vel conſuetudine taxatur.
17 Valor beneficiorum quomodo taxetur, & num. 19.
18 Valoris mutatio intra decennium non præſumitur.
20 Cauſa Conſtitutionis ex proemio declaratur
21 Clauſula ſublata, & Decretum irritans claudunt os, & tollunt facultatem aliter iudicandi.

THomas Burgus, & Geminianus de Caſteluetris inſtabant deueniri ad electionem Peritorum ad effectum æſtimandi bona alias in Emphyteuſim ad tertiam generationem obtenta ab Augusta Abbatia Nonantulana, & ſoluendi quinque pro quolibet centenario pro francatione, quam facere intendebant de eiſdem bonis iuxtà formam Breuis Clementis VIII. emanati ad fauorem Ciuium Mutinæ, & Nonantulæ in vim conuentionum initarum inter Sedem Apoſtolicam, & Sereniſſimi Ducem Mutinæ ſuper reſtitutione Ducatus Ferrariæ, obijciebatur pro parte Sindici Abbatialis Eccleſiam Nonantulanam grauiter lædi, tum ex ipſa affrancatione, quam ex modo æſtimandi bona affrancanda, ac proinde ad conſtituendam aliquam formam, vt ſaltem in aliqua parte huiuſmodi læſio euitetur ſuper interpetratione præfati Breuis Clementis VIII. infraſcripta deducebantur.

Verba Conuentionis inita cum Petro Cardinali Aldobrandino, Che per li beni poſſeduti dall' Abbate di Nonantula Sua Santità ſi degni di concedere alla Città di Modena, & à quei di Nonantula vna Bolla gratioſa conforme alla Bonifaciana: *O almeno conceda di poterli appropriare col liberarli dalla detta Abbadia à cinque per cento del valore d'eſſi da ſtimarſi da Periti.*

In cuius executionem Clemens VIII. per literas in forma Breuis datas Romæ die 30. Octobris 1603. motu proprio, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuò conceſſit, & induſſit omnibus, & ſingulis Ciuibus, & Incolis Mutinenſibus, ac Terræ Nonantulæ eorum Comitatuum, & Diſtrictuum, qui Poſſeſſiones, Villas Prædia, & quæcumque alia bona ſtabilia in Ciuitate Mutinæ, aut Terræ Nonantulanæ, eorumque Comitatibus, & Diſtrictibus, aut alias vbicumq; exiſtentia ſub nomine Precarij, ſeù Precariatus, vel Emphyteuſis, ſiuè alterius ſimilis contractus titulo comprehenſa, ſeù cadentia, & vt talia ſibi, aut eorum Anteceſſoribus Vniuerſalibus, aut ſingularibus ſub Precariatus, vel Emphyteuſis, ſiuè alterius ſimilis contractus titulo, vt promittitur à Monaſterio S. Siluestri de Nonantula Ordinis Sancti Benedicti nullius Diœceſis, eiuſque Abbatibus, ſeù Comendatarijs, vel alijs Præſidentibus, Adminiſtratoribus, ſeù Reſeruatarijs, nec non Priore, & Conuentu coniunctim, vel diuiſim conceſſa habent, & poſſident, ſeù habuerunt, & poſſederunt, vt deinceps eadem bona, quandocumque ipſis. Precarij, ſeù Precariatus, vel Emphyteuſis, ſeù alterius contractus titulo poſſidentibus videbitur, & placuerit (ante tamen finitum tempus huiuſmodi conceſſionum) quacumque præſcriptione etiam centenaria non obſtante, & Iure proprietatis, & directi Dominij eiuſdem Monaſterij, illiuſque menſæ, tàm Abbatialis, quā Conuentualis, *Solutis pro eis in numerata pecunia ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet centenario valoris in proprietate eorundem Bonorum per Peritum, vel Peritos communiter eligendos æſtimandorum*, liberare, & affrancare, illaque ſibi ipſis nec non filijs, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque in infinitum appropriare, & pleno Iure acquirere, & ſuper his quæcumque Inſtrumenta neceſſaria, & opportuna celebrare liberè, & licitè poſſint, & valeant &c.

Verba inquam prædicta non ſunt intelligenda, quod ſufficiat pro huiuſmodi affrancatione ſoluere, ac deponere ſcuta quinque in ſingula centum, ad quæ aſcenderet integer valor bonorum æſtimandus à Peritis, vtpotè ſi æſtimatio fiat in ſcutis mille, ſatis ſuperquè ſit affrancare volenti offerre, ac deponere ſcuta quinquaginta, reliquum valorem ipſius rei æſtimatæ, ſicque ſcutorum 950. ex mille ſibi lucrando in manifeſtam læſionem, & perniciem Eccleſiæ, quæ in hoc ſen-

ſu decem, & nouem partes ſua proprietatis penitus amitteret, ſuumque patrimonium in tam notabili quantitate diminueret.

1 Verum ſanè modo, quod ſcilicet Bonorum affrancandorum æſtimatio fiat ad rationem fructuum calculando ſcuta quinque in ſingula centum, adeout fructus viginti annorum verum, ac iuſtum valorem proprietatis conſtituant ad mentem Iuſtiniani *in § ſi verò alicuius Eccleſiaſtici prædij Auth. de non alienan. aut. permut. reb. Eccl.* ibi, *ſed æſtimari ſuburbanum ſubtiliter, & reputari ex pretio collecto redditus poſſibilis in viginti annis computati*, quam perpendit *gloſ. in cap. cum cauſam 42. verbo ad alium poſt medium verſ. quandoque etiam conſideratur de Teſtib.* Vnde etiam *gloſ. in Auth. perpetuo verb. iuxta C. de Sacr. ſ. Eccleſ.* à Doctoribus communiter recepta, dixit quod redditus collecti in viginti annis continent iuſtam rei æſtimationem, nempè ad rationem quinque pro quolibet Centenario, *Borgnin. deciſ. 1, num. 21. in tit. de contract. part. 2. quæ eſt in tom. 3. deciſ. diuerſ. fol. mihi 403. Rota deciſ. 376. num. 7. part. 5. recent.*

2 Quod etiam confirmatur, Primo quia bonorum affrancandorum valor in eorum æſtimatione non eſt diminuendus vigore oneris, liuelli, canonis, vel qualitatis rei Emphyteuticæ, & ſic ad rationem certæ partis minus, ſed æſtimari debent abſque vllo onere, & vti bona libera, & allodialia, cum hæc ſit vltima functio, quam prò Eccleſia Domina facere debent, licet vti feudalia, & Emyteutica ſint minoris pretij *Borgnin. dec. 36, num. 5. part. 1.*

4 Secundo. Quia Interpretatio debet eſſe bona, & æqua, & conſueta ſecundum *Petrum de Bella pertica in l. in his ff. de condit. & demonſt. vbi idem repetit. Bald. inſerendo*, quod omnis Interpretatio debet habere duos Comites, ſcilicet bonum, & æquum, qui propterea *in l. cum allegas 15. nu. 28. in fine, & 29. C. de Vſuris*, admonet, Iniquum non eſſe interpretandum in dubio, cum omnis interpretatio æquitatem deſideret. *Hinc Felin. in ſubſcriptione ad conſ. 702. Soc. Sen. vol. 2. circa med. verſ. & ideo dixit cum Oldr.* non cenſeri conceſſum aliquid, quod iniquum effectum producat, cuius auctoritate reſpondit *Aym. conſ. 186, num. 14.* quod diſpoſitio debet ita intelligi ne contineat Iniquitatem, paſſimque aſſeritur eam interpretationem fieri debere, per quam actus ſit conformis æquitati *Aym. conſ. 259. num. 8. verſ. et poſito Becc. conſ. 99. num. 17. lib. 1, Surd. conſ. 481. num. 24. et vol. 3*, quod pluribus comprobat *Cyriac. contr. 478. num. 47. et ſeqq.* Ergo ſecunda non prima Interpretatio videtur amplectenda hoc Caſu, quoniam illa ſaperet iniquitatem, vt ſcilicet affrancatio fieret cum damno Eccleſiæ in decem, & nouem partibus ex viginti: Hæc autem ſortitur duos illos Comites bonum, & æquum, dum æqualitatem ſeruat metiendo Iuſtitiam pretij ſoluendi pro affrancatione proprietatis Eccleſiæ ex redditu annorum viginti, hoc eſt ad rationem quinque pro quolibet centenario.

5 Tertio. Quia prorſus inueriſimile eſt à Summo Pontifice petitum, & ab ipſo conceſſum fuiſſe, quod Abbatia Nonantulana ſuas proprietates valoris ſcutorum centum dimitteret illas affrancare volentibus pro ſolis ſcutis quinque cum tam graui læſione Eccleſiæ, nec ideo ſumenda eſt Interpretatio adeo inueriſimilis, cum enim, *Bald. in l. de die 8. num. 12. ff. qui ſatiſ dar. cogan.* regula ſit, quod Interpretatio debet eſſe veriſimilis, quæ exponat, non pertimat id, quod venit interpretandum iuxta verba *cap. cum dilectis 18. ad med. verſ. cum excuſationes de accuſat.* quare idem *Bald. conſ. 341, num. 1. vol. 1.* etiam in examinandis Capitulis ligæ cenſuit congruam interpretationem aptandam eſſe, quæ ſemper inſit de veriſimilitudine, vel natura ipſius rei. Subdens in *verſ. et licet*, quod & ſi litera poſſit ſe habere ad plures formas interpretantes, ea tamen inſpicienda eſt, quam diſcretio naturalis nobis inſinuat, quem ſecutus eſt *Aym. conſ. 185, num. 33. addito ex Oldr. conſ. 13. in fin.* quod veriſimilitudo habetur pro lege, atque ex ipſo *Bald. conſ. 180. num. 3. verſ. Puta veriſimilitudo vol. 3.* quod eſt cognita naturæ.

6 Quarto. Quia verba debent interpretari, prout veriſimile eſt partes ſenſiſſe, ac facere voluiſſe inſpecta natura negotij *ex traditis à Soccin. Sen. conſ 9 num. 18. vol. 1, Bec. conſ. 105. num. 32. lib. 1. & Surd. conſ. 381. num. 27. vol. 3, ac conſ. 460. num. 16. volum. 4.* atque de natura affrancationis eſt, vt qui rem liberat à proprietate, & Dominio alterius illi iuſtum pretium ſoluat, ergo verba ſuperius relata interpretanda ſunt ea inſpecta, vt iuſtus rei affrancandæ valor æſtimandus ſit ex annuo redditu ad rationem quinque pro quolibet centenario, non autem, quod ſola quinque ſoluantur in affrancationem rei æſtimandæ centum.

7 Quinto. Quia *Bald. in præcitat. conſ. 343. nu. 1. verſ. & id videtur volum. 1.* ait id eſſe de mente contrahentium, quod vbique parti prodeſt, & neutri oneroſum eſt, ſcripſitque etiam *Caſtr. in l. 1. num. 3. ff. ſi quis cantion.* illam interpretationem ſumendam eſſe, per quam conſulitur vtrique parti, atque in ſe minus oneroſa ſit, cum ſimilibus relatis à *Surd. conſ. 389. num. 17. verſ. & Interpretatio cum ſeqq. volum. 5.* Et per vltimum intellectum vtrique parti conſulitur abſque onere, quia volentes affrancare res, ab eis poſſeſſas, ſuum deſiderium aſſequuntur, ſoluendo earum pretium, æſtimandum ex annuo redditu ad rationem quinque in ſingula centum, & Abbatia iuſtum ſuæ rei valorem obtinebit in pecunia numerata ab ea poſtmodum inueſtienda in alijs bonis, vel locis Montium.

8 Sexto. Quia ſemper illa interpretatio ſumi debet, per quam ipſa diſpoſitio non mereatur à Sapientibus reprehendi, *l. Saluius Ariſt. 6. ff. de legat. præſtan. Aym. conſ. 5. num. 23. Crot. conſ. 53. num. 26. lib. 1, Soccin. Iun. conſ. 76. num. 11. volum. 2. Rol. conſ. 38. num. 32. vol. 4. Becc. conſ. 57. num. 12. lib. 1. Surd. conſ. 141. num. 35. vol. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 199. num. 8.* Sed huiuſmodi conceſſio in primo ſenſu reprehenſibilis eſſet à ſapientibus, ob enormiſſimam læſionem Eccleſiæ ferè in totum, quia per affrancationem conſequeretur ſolam vigeſimam partem rei ſuæ; In ſecundo autem minimè, quia tantundem obtineret Eccleſia in pecunia numerata, cum beneficio tamen affrancantis, qui eam calculat ad rationem annui redditus quinque in ſingula centum.

9 Septimo. Ex regula *l. iure naturæ 206. ff. de reg. Iur.*

Iur. quod Iure naturæ æquum eſt neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem, &c. *locupletari 48. eod. tit. in 6.* locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura, adeout *Caſtr. in l. ſi poſſeſſor 55. ſub num. 2. ff. de petit. hæredit.* dixerit, quod nec honeſta interpretatio fieri debet, quando ex ea quis inhoneſtè lucraretur, quem ſequitur, *Cyriac. contr. 533. num. 38.* ſiquidem admiſſo intellectu ſolui quinque pro centum iuſti valoris rei affrancandæ, verba petitionis, conceſſionis, de quibus ſupra interpretarentur cum maximo detrimento, & iniuria Eccleſiæ amittentis in affrancatione pretium decem, & nouem partium ſuæ proprietatis in viginti; igitur, eo dimiſſo, amplectendus eſt alter ſenſus, quo tamen enormis iactura euitari poteſt, ſcilicet vt proprietas Eccleſiæ æſtimetur iuxta annuum redditum ad rationem quinque pro quolibet centenario.

10 Quæ procedunt, etiamſi verborum ſonus, ac litera aliter ſuaderet, cum veriſimilis mens ſit magis attendenda *l. ſed Celſus filius 61. §. 5. fundus verſ. in emptis enim*, & venditis, potius id, quod actum, quam id, quod dictum ſit, ſequendum eſt, iuncta gloſa notante ſenſum magis, quam verbum ſpectari *ff. de contrah. empt. l. 219. ff. de verb. ſignif.* In conuentionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba ſpectari placuit, vbi gloſa idem notat, *& l. final. C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* ibi, cum ſit iuſtum voluntates contrahentium magis, quam verborum conceptiones inſpicere, idque actum, ac volitum cenſeatur, quod ex rei qualitate colligitur ſecundum *gloſ. in l. ſemper in ſtipulationibus 34. verſ. intellige etiam tacitè Bart. & alios ſcribentes ff. de reg. Iur. Malcaſ. conſ. 25. num. 5. volum. 1. cum ſimilibus congeſtis per Cyriac. controuerſ. 478. ex num. 17. in fin. cum pluribus ſeqq.*

11 Et hoc potiſſimè videtur obſeruandum in mandato Summi Pontificis, nam vt *Bald. inquit in l. accepiam 19. num. 67. C. de vſur.* Papa non intelligitur facere alicui iniuſtitiam, *ad text. in cap. Clientulis §. ſed diuerſum de alienat. feud.* dicentem, quod Eccleſia cultrix, & authrix Iuſtitiæ non patitur contra Iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, qui etiam *in l. 1. num. 13. ff. de Conſtit. princip.* notandum eſſe dixit, quòd non præſumitur aliquid placere Principi, niſi iuſtum, cum velit omnes actus ſuos regulari à Iuſtitia Poli, & Fori ea hoc inferens *in l. ſi quando 35. n. 4. C. de inoffic. teſtament.* quod Princeps ſub verbis generalibus non intelligitur concedere illud, quod eſt iniquum, vel abſurdum. quin etiam generaliter aſſeruit *Papinianus in fin. l. filius 15. ff. de condit. Inſtit.* non eſſe credendum nos facere poſſe ea, quæ contra bonos mores fiunt.

12 Satiſque videtur vulgatum Axioma, quòd Princeps nunquam præſumitur, aut cenſetur velle tertio, ac iuribus illius præiudicare, *l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. merito ff. ne quid in loco publico l. 3. in princip. ff. de bon. libert. & l. ex facto 43. verſ. verum ff. de vulg. & pupill. cum ſimilibus adductis per Maſtrill. ad indultum generale cap. 22. n. 30. & Laream part. 1. allegat. 50 num. 30. verſ. & Principem, ac part. 2. allegat. 91. num. 6. verſ. quia hinc Princeps.*

13 In contrarium tamen animaduertebatur modum æſtimandi bonorum ſtabilium valorem, habita ratione fructuum viginti annorum iuxta mentem Imperatoris Iuſtiniani *in dicto §. ſi verò,* non fuiſſe vſu receptum, ac proindè Breue Clementis VIII. recipere debere interpretationem ab obſeruantia, ſeù prout hactenus æſtimari conſueuit huiuſmodi bona contingente caſu affrancationis, cum ex ea omnis penitus remoueatur ambiguitas, & certa reſultet Principis, ac partium voluntatis declaratio, *l. item 7. §. proinde ff. ad Sen. conſ. Macedon. l. cum de in rem verſ. 6. ff. de vſur. l. quædam ſunt. 16. ff. de reb. dub. Rot. in Romana Caſalis Aguzzani 26. Nouemb. 1649. ſub §. ac de num. in fin. coram Dunozet. vbi alia dec. allegantur Surd. deciſ. 311. num. 3.*

14 Tanto magis quia huiuſmodi obſeruantia licet contra iuris diſpoſitionem ſcientibus, & patientibus Abbatibus, imo pecunias bonorum huc vſque affrancatorum reinueſtientibus fuit legitimè præſcripta non ſolum ſpatio 40. annorum, verum etiam ſexaginta, & vltra per ea, quæ firmauit *Rot. coram Puteo deciſ. 15. nu. 4. lib. 3. in correct. & in Piſauren. adminiſtr. montis 27. Iunij 1650. §. quin etiam circa med. coram R. P. D. Cerro.*

15 Ad conſtituendum enim pretium, ſeu æſtimationem rerum immobilium certa doctrina dari nequit, qua punctualiter cognoſci poſſit pretij iuſtitia, & iniuſtitia, latè *Cepol. in tract. de ſimulat. contract. num. 99. & ſeq. Scaccia de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2 amp. 10. num. 56.*

16. Ac proinde prout à lege, ſtatuto, vel conſuetudine, & obſeruantia taxatur, iuſtum, & iniuſtum redditur, pretium, & rerum æſtimatio ad tradita *per Scaccia loco citato*, cum materia probationis valoris ſit difficilis probationis, *Rot. deciſ. 159. nu. 5. part. 5. recent. & deciſ. 245. n. 4. & 5. coram Greg XV.*

17. Nec huiuſmodi æſtimandi modus fuit vſu receptus in taxando beneficiorum Eccleſiaſticorum valorem, in quo ſolet ſtrictè procedi cum agatur, vt plurimum de conſtituenda congrua debita titularibus pro eorum neceſſarijs alimentis, ſed æſtimantur ad rationem fructuum decem annorum ante gratiam; cum intra tanti temporis curſum bene computari poſſunt anni ſteriles, & fertiles, & hanc opinionem à Rota ſeruari, & feciſſe tranſitum in ſtylum, & Curiæ conſuetudinem teſtatur, *Garz. de benef. part. 5. cap. 3. §. 1. nu. 228. vſque ad 239. tom. 1. Seraph. deciſ. 485. n. 1. Rot. deciſ. 189. num. 1. & 4. part. 1. & deciſ. 159. nu. 7. & 11. part. 5. recent.*

18 Et intra huiuſmodi decennalis temporis breuitatem valoris mutatio non præſumitur, vt ex *Alciat. Burſat. Alex. & alijs tradit Borguin. deciſ. 1. n. 22. in tit. de contract. part. 2. quæ eſt etiam in tom. 3. deciſ. diuerſ. fol. 407.*

19 Et in valore probando teſtes bene deponunt ſi per decem, & vltra annos teſtificant, *Rot dec. 268. num. 1. part. 3. tom. 2. in recent.*

20 Nec vis aliqua fieri poteſt in læſione, quam recipit Menſa Abbatialis in huiuſmodi affrancationibus contra Principis mentem, quæ nunquam cenſetur velle tertio præiudicare, quia cum dicta Bulla emanauerit vigore capitulorum inito-

ſtens ſcienter matrimonio ratione impedimenti dirimentis prohibito abſque licentia Iudicis executoris, à quo vigore literarum Apoſtolicarum executa diſpenſatione concedenda erat.

5 Nec dicatur ad hunc actum deueniſſe bona Fide intuitu literarum Apoſtolicarum iam obtentarum, dictique periculi mortis, ne ſuſcepta proles legitimationis beneficio ob non ſecutum matrimonium priuaretur, quia cum agebatur de adminiſtrando Sacramentum incapacibus, huiuſmodi cauſæ non erant habendæ in conſideratione, antequam executor ſuper diſpenſatione ſuum protuliſſet iudicium, nam gratia Summi Pontificis diſpenſationem non continet, ſed diſpenſationis commiſſionem, *vt ſi preces veritati nitantur*, & ſeruatis alijs de iure ſeruandis, nomine Sedis Apoſtolicæ diſpenſetur, vt animaduertit *Homobon. de exam. Eccleſiaſt. tract. 13. de artic. circa admin. Sacram. de matrim. cap. 11. quæſt. 24. in 3. ſuppoſit. part. 3. fol. 91.* quapropter cum temerario auſu, ſibi arrogauerit auctoritatem, quam nullo pacto, nullaque neceſſitate cogente ſibi vindicare poterat, conſtituit ſe, non tam in culpa, quam in dolo, vt impunis remanere minime debeat.

6 Nec prætendatur non tam iniuſte, quam indebite à Delegato Apoſtolico, ſeù executore denegatam fuiſſe executionem literis Apoſtolicis, cum taciturnitatis copulæ, habitæ ante conceſſionem, ſeù commiſſionem Papæ non irritet diſpenſationem ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis impetratam, *Ceual. commun. contra commun. 737. Emanuel Sà in Aphoriſm. verb. diſpenſatio num. 10. Petr. de Ledeſm. de matrim. quæſt. 56. art. 6. & in ſumma part. 1. de Sacram. vbi de Sacram. matrim. cap. 27. diffic. 3. concl. 1. Baſil. Pont. de Sacram matrim. lib. 8. cap. 17. §. 6. cum alijs relatis per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 5. num. 5. verſ. contra Nauar. fol. mihi 274.*

7 Quia omnino diſpenſatio ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula, redditur ſubreptitia, & inualida, & propterea quod in Epiſcopalibus Curijs reijciatur, & non concedatur licentia contrahendi, niſi noua diſpenſatio impetretur, teſtatur in puncto *Homobon. tract. 13. de art. circa Sacr. Admin. de matrim cap. 11. quæſt 24. in reſol. caſus part. 3. fol. mihi 91. & de communi DD. calculo videtur recepta ſententia, Dian. reſol. moral. part. 2. tract. 11. de leg. reſol. 24. & part. 4. tract. 4. reſol. 135. & part. 6. tract. 14. reſol. 28. & part. 8. tract. 3. de diſpenſat. reſol. 25. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 14. num. 3. & lib. 8. diſ. 25. Gennen. in prax. Curiæ Archiepiſc. Neapol. cap. 25. num. 4. late Garz. de benef. part. 8. cap. 3. num. 31. cum ſeqq. Santarel. var. reſol. lib. 1. quæſt. 51. per tot. Quarant. in ſum. bullar. verb. matrimonialis diſpenſatione §. 4. Nauar. in manual. cap. 22. n. 86. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5. num. 5. fol. mihi 274.*

8 Hinc eſt, quod ſi de facto celebretur matrimonium vi dictæ diſpenſationis reddatur nullum, & inualidum, cum dicta commiſſio diſpenſationis, tamquam nulla, non tribuat iuriſdictionem, vt reſoluit *Homobon. loco proximè citato.*

9 Quinimmo licet inter probabiliter ignorantes, ſe eſſe conſanguineos, & affines non contrahatur impedimentum inceſtus *cap. ſi quis cum Matre, cap. quidam 34. quæſt. 2. cap. ex literis de eo, qui cognoſc. vxor. ſuæ Ledeſm. de matrim. quæſt. 51. artic. 6. diff. 5.* vbi quod neque committitur peccatum inceſtus,

10 Attamen in ſupplicatione pro diſpenſatione, quantumuis inter oratores ignoranter, ſecuta fuerit, de ea omnino mentio eſt facienda de praxi, & ſtylo, qui pro lege ſeruari debet, vt inquit *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 8 cap. 4. num. 30. fol. mihi 336.*

11 Et quod magis eſt, impetrantes diſpenſationem cum copula in forma pauperum, ſi durante ſeparatione, vel alias ante obtentum decretum diſpenſationis Oratores ſe denuo carnaliter cognouerint, hæc noua copula iterum eſt Summo Pontifici manifeſtanda, cum egeat noua diſpenſatione, mediantibus literis, in forma perinde valere, ita reſponſum fuiſſe à Paulo V. & practicari teſtatur *Corrad. in prax. Apoſt. diſpenſ. lib. 8. cap. 5. nu. 27. verſ. cæterum affirmatiua fol. 338. Marc. Anton. Gennen. in prax. Cur. Archiepiſc. Neapol. c. 25. num. 5.*

12 Secus vero ſi copula iterabitur inter Oratores, qui in forma ordinaria, non autem in forma pauperum diſpenſationem cum prioris copulæ mentione impetrauerint, cum in diſpenſatione in forma ordinaria non adſit clauſula, vt Oratores ſeparentur, ſicuti adeſt in forma pauperum, & propterea non indiget noua diſpenſatione reſpectu reiteratæ, ac poſterioris copulæ, de notoria, & antiqua praxi tradit *Corrad. loco citato num. 38. fol. 338.*

13 Et quoniam hæc materia in curijs Eccleſiaſticis frequens eſt, vltra ſupradicta animaduertendum eſt, quod obtenta diſpenſatione ſuper actu fornicario, ſi fuerit per Oratorem iterata copula cum conſanguinea fœminæ à ſe ducendæ, antequam Ordinarius diſpenſationem exequatur, poteſt Ordinarius nihilominus diſpenſare, ex quo iſta noua copula nec auget affinitatem, nec nouum inducit impedimentum ſecus vero ſi poſterior copula habita fuerit poſt Ordinarij diſpenſationem, quia licet prima affinitas ſublata fuerit per primam diſpenſationem, contracta fuit noua affinitas, per nouam copulam noua diſpenſatione indigent, cum pro hac noua affinitate nulla fuerit attributa diſpenſandi commiſſio, *Sanchez de matrim. lib. 8. diſ. 24. num. 8. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 6. cap. 5. num. 38. verſ. prout eadem ratione fol. 338.*

14 Hac eadem noua diſpenſatione indiget, qui obtinentes diſpenſationis literas ſuper gradu prohibito, ſi eis non præſentis, contraxerunt, vel ſe carnaliter cognouerunt, & ita declarauit *Sac. Congregationem Concil. refert Corrad. loco citato verſ. in ſimili declarauit.*

15 Generalis tamen regula eſt, quod vbi agitur
de nouæ carnalis copulæ expreſſione, ſi impedi-
mentum ſuper quo diſpenſatum eſt publicum
exiſtat, noua diſpenſatio pro vtroque foro requi-
ratur, ſi vero ſit occultum, tunc Sacra Pœniten-
16 tiaria Apoſtolica (quæ in occultis tantum habet
iuriſdictionem, vt tradit *Sanchez. de matrim. lib. 8.
diſ. 23. num. 8. circa med.*) ſuper noua copula, quæ
occulta eſt, nouam diſpenſationem in foro con-
ſcien-

3 Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori, quamuis ſiot laici.

4 Familiares Prælatorum habentium territorium ſeparatum, & intra Epiſcopalia gaudent fori priuilegio.

5 Famuli Vicarij Generalis gaudent fori priuilegio.

6 Vicarius Generalis dicitur Prælatus, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtituitur.

7 Vicarius Generalis facit vnum Tribunal cum Epiſcopo.

8 Iudex Eccleſiaſticus, & non laicus debet cognoſcere, an quis gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica.

In caſu immunitatis ſtandum eſt iuri canonico, & non ciuili 8.

9 Iudex Eccleſiaſticus tamquam dignior debet cognoſcere in dubio an agitur de re Eccleſiaſtica, vel prophana citato Iudice ſæculari.

10 Pendente illa ſummaria cognitione, Iudex ſecularis debet ſe abſtinere ab vlteriori proceſſu.

11 Iudex Eccleſiaſticus non tenetur iudicare cum proceſſu Iudicis Laici.

12 Iudex Laicus in materia immunitatis, & rei ſpiritualis tenetur ſtare reſolutioni factæ à Iudice Eccleſiaſtico.

DECISIO CXLII.

Alias Conſtitutum XXXIX.

N. N. & verbo prouocatus à N. N. manuale tormentum, quod geſtabat aduerſus eundem exonerauit, & in Brachio vulnerauit, qua de cauſa à D. Iudice Laico non obſtante, quod gaudere deberet priuilegio fori, tamquã exiſtens in meis obſequijs, nõ tam generaliter inquiſitus fuit, vt ſe ab vlteriori proceſſu abſtineret præbuit, anſam de-
1 monſtrandi, familiares Vicarij Generalis gaudere debere priuilegio fori; ſiquidem licet familiares, & famuli Clericorum iudicio Laicorum ſubijciantur nec gaudeant priuilegio fori, *Clar. in §. fin. quæſt. 35. num. 12. Cened. in qq. canon. quæſt. 8. num. 26. Gutier. pract. quæſt. 4. nu. 2. lib. 1. Couar. pract. quæſt. cap. 35. num. 2. Vulp. de libert. Eccleſ. part. 3. num. 24. Grat. deciſ. 233. num. 3. Farinac. quæſt. 8. num. 46. par. 1* Bonac. *de cenſur. diſ. 1. quæſt. 16. ſeſſ. 1, punct. 3. num. 8. tom. 3. fol. 103.*

2 Dummodo ſint temporales pretio, aut mercede conducti, non de perpetuis, & de mancipijs non ſit dubium, quod gaudeant huiuſmodi priuilegio, quia tales ſerui habentur tamquam pars matrimonij, & ſubſtantiæ dominorum, *Menoch. de arbitr. cent. vltim. caſ. 562. num. 3. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. no. 149 cum alijs congeſt. per Dian. reſol. moral. par. 3, tract. 1. de immunit. reſol. 47. in princ.*

3 Indubitatum tamen eſt, quod famuli, & familiares Epiſcoporum, quamuis ſint merè laici gaudent priuilegio fori, ita vt, ſi delinquant Iudice laico puniri nequeant, vt firmauit *S. Congr. Epiſc. in vna Regienſi die 14. Februar. 1581. & in Turritana 18. Maij 1603. relat. per Dian. poſt par. 5. reſol. moral. num. 1. idem in par. 4. tract. 1. reſol. 30. & par. 6. tract. 1. reſol. 2. vbi innumeros allegat. Farinac. quæſt. 8. num. 46. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 107, num 9. Clar in §. fin. quæſt. 35. num. 12. circa med.* vbi ſi delinquunt, nequeunt à Iudice laico puniri, *Gratian. diſcept. 341. num. 9 et 340. nu. 3. Gauant. in Encherid. Epiſc. verb. familiar. Epiſc. Capic. deciſ. 12. nu. 1. Boſſ. in tit. de for. competen. poſt num. 127.*

4 Quod non ſolum ſibi locum vindicat, etiam in familia laica aliorum prælatorum habentium territorium proprium, ſeù Diæceſim, & intra Epiſcopalia, cum hoc priuilegium non fundetur in poteſtate ordinis Epiſcopalis, ſed potius in dignitate, vnde ipſi pariter Ordinarij vocantur, vt firmat *Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 1. reſol. 25.*

5 Verum etiam in familia, ſeù famulis ipſiuſmet Vicarij Generalis, quamuis laicis, qui eodem modo fori priuilegio gaudere debent, ſicuti gaudet familia laica ipſiuſmet Epiſcopi, ita *Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 46. fol. 13. ex Io: Anton. de Nigris quos allegat in Clem. vnic. de vit. & honeſt. Cleric. Squillan. de priuil. Cleric. cap. 7. dub. 2. nu4. Nouar. de elect. for. quæſt. 36. ſect. 2. Aloyſ. Ric. in prax. tom. 1. reſol. 471. num. 6. & tradit etiam Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 54. num. 143.*

6 Hinc eſt quod Vicarius Generalis ratione iuriſdictionis, quam habet cum adminiſtratione, dicitur Prelatus, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus *Barboſ. qui alios allegat. d. alleg. 54. num. 135.*

7 Immò ad hunc effectum non eſt ad imparia iudicandus cum ipſo Epiſcopo, & Ordinario, cum eius perſonam repreſentet, & faciat cum eodem vnum Tribunal. *Bonaccin. in tract. de cenſ. in part. in tit. de excom. in partic extra Bullam Cenæ diſ. 2. quæſt. 3. punct. 6. ſect. 5. num. 4. tom. 3. fol. mihi 229.*

8 Nec ad D. Iudicem Sæcularem, ſed ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat huius articuli cognitio, nempè, quis gaudere debeat immunitate Eccleſiæ, an quis ſit captus in loco ſacro, vel prophano, vel ſit Clericus, vel Sæcularis, & quid ſimile, licet ſit quid facti, quia habet connexionem cum re ſpirituali, vel cum perſona, vel re Eccleſiaſtica latè *Borgnin. deciſ. 21. num. 17. 18. 19. par. 5.* vbi alios allegat, & reprobat contrarium tenentes, tamquam eorum opinionem non veram, nec fundatam bonis rationibus, nec ſuper iure canonico, quibus ſtandum eſt, & non iuri ciuili in caſu immunitatis, *Decian. conſ. 80. num. 27. & 28 vol. 3. Boer. deciſ. 109. vol. 2.*

9 Semper autem, quando eſt dubium, an agatur de re Eccleſiaſtica, vel prophana, dummodo qualitas Eccleſiaſtica ſit deducta Iudex Eccleſiaſticus tamquam dignior debet ſummariè cognoſcere, de iſto dubio, & articulo, an ſua ſit, vel non ſit iuriſdictio, non autem Iudex Sæcularis inferior, qui nec cum Eccleſiaſtico ſe intromittere poteſt ad cognoſcendum, ſed bene pro ſuo intereſſe citari debet, latè *Soccin. in cap ſi Clericus laicum num. 11. 12. & 13. verſ. circa vndecimum articulum de foro Competen. Alex. conſ. 149. num. 3. 6. & ſequent. vol. 6. Hieronym. de Monte quæſt. 15. num. 12. cum alijs per Borgnin. deciſ. 21. num. 30. & 21. par. 5.*

10 Et pendente iſta cognitione ſummaria coram Iudice Eccleſiaſtico, Iudex Secularis debet ſe abſtinere ab vlteriori proceſſu contra reum, alias proceſſus redditur nullus, & excommunicari poteſt in contemptum, *Innoc. & communiter Canoniſta in cap. vt fama de ſent. excomm DD. in cap. ſi Iudex Laicus tit. eod. in 6. ſenſit etiam Vincenz. de Franc. deciſ. 189. par. 1. cum alijs relatis per Borgnin. dicta deciſ. 21. num. 22. par. 5.*

11 Nec Iudex Eccleſiaſticus tenetur iudicare cum proceſſu compilato à Iudice Laico, ſed à

ſe ipſo de huiuſmodi articulo, & qualitate iuriſdictionali ſe informare debet, *Lanfranc. in cap. quoniam contra de citat. & in cap. 1. num. 31. verſic. nota etiam de probat. Ruin. conſ. 7. num. 6. vol. 5. Borguin. deciſ. 21. num. 24. & 25. par. 5. & cauetur in Bulla Gregor. XIV. 7. ex ordine Bullar. Cherub. tom. 2. fol. 531. in §. vt laicus.*

12 Et Iudex Laicus tenetur ſtare reſolutioni Iudicis Eccleſiaſtici, quia tamquam delegatus à lege, vel à Principe ad huiuſmodi cauſæ cognitionem non ſolum cenſetur delegatus ad receptionem probationum, ſed etiam ad eiuſdem cauſæ diffinitionem, *vt ex Sayl. & Menoch. tradit Farinac. conſ. 76. ſub num. 2. tom. 1.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Incendiarius quomodo puniatur de iure ciuili.
2 Doloſus Incendiator tenetur ad omnia damna, & intereſſe.
3 De iure canonico quibus pœnis Incendiarius puniatur remiſſiuè, & præcipuè excommunicatur, aut ſaltem Eccleſiaſtico interdicto ſubijcitur, & ſepultura Eccleſiaſtica priuatur.
4 Excommunicatio niſi in grauiſſimis eſt ferenda.
5 Incendiarius, an declarari debeat excommunicatus, relinquitur arbitrio ordinarij.
6 Clericus Incendiarius non videtur excommunicandus.
7 Incendium reputatur inter caſus fortuitos.
8 Intel. procedere, quando non appareat de culpa alterius.
9 Teſtes deponentes de facto nocturno non probant, ſecus ſi deponere vidiſſe ad lumen accenſum.
10 Teſtibus deponentibus de auditu alterius, nempè cognouiſſe aliquem ad vocem eis notam non creditur præcipuè quando agitur de condemnando.
11 Sed hoc limit. ſi dicta teſtium ſint veriſimilia, & aliundè adminiculentur.
12 Incendium eſt delictum difficilis probationis.
13 Ad probandum Incendium ſufficiunt minores probationes.
14 Incendium cuius, & qualis culpa ortum fuerit, probatur coniecturis.

DECISIO CXLIIII.

Alias Conſtitutum XL.

INcendium dolo commiſſum rigoroſè de iure ciuili punitur, Incendiarij enim quandoque de-
1 portationis, quandoque relegationis, quandoque etiam vltimi ſupplicij ſecundum Incendij, & perſonarum qualitatem pœna plectuntur, vt in *l. qui ædes l. fin. §. qui data opera ff. de incend. ruin. & naufrag. & in l. 1. in prin. C. ad l. Cornel. de ſicar. & in l. capitalium §. incendiarij, & §. qui ab inimicitia ff. de pen. & in l. data opera C. de ijs qui accuſare non poſſunt, Clar. in §. fin. quæſt. 68. num. 20. & 21. verſ. incendiarij, Boer. deciſ. 26. num. 17. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 4. & ſeq. & num. 6. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 28. de pen. male fact. alien. num. 31. circa med. fol. mihi 450. latè Farinac. q. 110. cap. 1. num 5. & ſequen.*

2 Inſuper doloſus incendiator tenetur ad emendationem omnium damnorum, & intereſſe propter incendium illatum *ad text. in l. qui ædes, verſ. ſi vero ff. de incend. ruin. & naufrag. cap. ſi quis aggreſſus cap. ſi quis damnum de iniur. & dam. dat. Ioſeph. Ludou. deciſ. 25. n. 4. par. 1. cum alijs per Farinac. quæſt. 110. num. 9.*

3 De iure vero canonico variæ etiam pœnæ contra perpatrantes huiuſmodi crimen ſtatuuntur, vt refert *Farinac. dicta quæſt. 110. cap. 1. num. 15. par. 3.* & præcipuè excommunicationis gladio feriuntur, ſeu Eccleſiaſtico interdicto ſupponuntur, ac Eccleſiaſtica ſepultura priuantur *cap. peſſimam 23. quæſt. 8. & latè demonſtrat. Bonacin. de cenſ. diſ. 2. quæſt. 3. punct. 43. num. 1. verſ. ſecunda ſententia. & num. 2. & pluribus ſequen.* vbi tenent excommunicationem incendiorum non eſſe latæ ſententiæ, ſed ferendæ *Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 29. num. 7. & ſequen.*

N. N. autem quondam Sacerdotem ob incendium illatum tempore nocturno doloſè, appenſatè, dataque opera in ſæpè N. N. ſi non ordinaria, & præcipuè excommunicationis pœna, ſaltem extraordinaria, ſentorum ſcilicet quinquaginta, & trium menſium carceris vltra damni illati emendationem, huius delicti qualitate, & circumſtantijs benè penſatis, mulctari poſſe arbitratus fui.

4 Huiuſmodi enim incendium tamquam vnius ſæpis parui valoris, modicique præiudicij, non eſt materia apta ad publicandam excommunicationem, & ſic ad condemnandum in pœnam ordinariam, hoc enim gladio non niſi in grauiſſimis cauſis vtendum, ſobrièque, & magna circumſpectione adhibita exercendum eſt, *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 96. num. 1. par. 3.* vbi alios allegat.

5 Quinimmo incendiarius, an declarari debeat excommunicatus relinquitur arbitrio Ordinarij, ciuſque prudentiæ, qui in caſibus particularibus perpendere debet, an expediat ſententiam excommunicationis ferre, ſeu excommunicatum denunciare *Bonacin. de cenſur. diſ. 2. qu. 3. punct. 43. num. 7. tom. 3.*

6 Tanto magis quia præfata iura pœna excommunicationis incendiarios punientia videntur loqui de laicis incendiarijs, non autem de Clericis, contra quos tamquam à canonibus in hoc caſu non determinata, eo facilius intrat huiuſmodi arbitrium, vt animaduertit *Diaz. in prax. crim. canon. verb. incendiarij cap. 98. fol. mihi 115.*

7 Ad effugiendam autem dictam pœnam à dicto N. N. non aduerſatur, quod incendium reputetur inter caſus fortuitos, *l. ſi vt certo §. vero ſenectute ff. commod. l. videmus §. fin. cum l. ſequen. ff. locat. Menoch. de arbit. qq. lib. 2. caſ. 390. num. 2. poſt med. Magon. dec. Florent. 111. num. 40. verſ. rurſus ex alio, & num. 41. & 45.*

8 Quia procedit quando non apparet de alicuius culpa, vt tradit *Saly in l. ſi vendita num. 1. in fin. ff peric. & com. rei vend. Angel. de malef. verb. incendiario num. 9. cum alijs per Farinac. quæſt. 110. num. 37.*

A præfato vero N. N. doloſè, ac data opera huiuſmodi crimen perpetratum fuiſſe, non ſolum docetur per atteſtationes ſeptem teſtium de publica voce, & fama, verum etiam per alios tres, qui vltra publicam vocem, & famam atteſtantur, ſe propè vrentem ſæpem vidiſſe, & audiuiſſe eundem N. N. manuali tormento armatum minatorijs verbis aduerſus præfatos N. N. obiurgantem *ſono io, ſono Aſdrubale, vſcite fuori, che hauete à far meco*: quæ verba non niſi malum

ani-

animum, etiam peiora committendi claré demonſtraut.

9 Nec obſtat, quod præfati teſtes deponant de facto nocturno, & propterea eiſdem non eſſe credendum, *Rol.conſ.7.num.24.& ſeq.vol.1.* Quia pro ſuſpectis de falſo habere nequeunt, eo quod deponunt vidiſſe ad lumen accenſi ignis, & ſæpis comburentis, non ex longinquo loco, ſed ex eorum propinquis, & finitimis feneſtris, *Brun.conſ. crim.diuerſ.115.num.2. lib.2. Menoch. de arbit. qq. lib.2.caſ.279.num.35. Maſcard.de probat. lib.2.concluſ.1109.num.3. & concl.1385.num.25. lib.3. & concl.496.num.14.lib.1.Farinac.conſ.34.n.4. tom.1. & in tract.de teſtib.in tit.de oppoſ.contra perſon.teſt. quæſt.62.lim.2.num.39.*

10 Et vlterius per auditam vocem Aſdrubalis eis bene notam, prædicta verba proferentis, quibus licet in criminalibus præcipué, quando agitur de condemnando, in hoc caſu non credatur, *Rolan.conſ.3.num.44. vol.3.* eo quod voces hominum falluntur, & mutantur, *Boſſ. in tit. de indic. & conſiderat.ante tortur.num.173. verſ.frater Aym. conſ.99.num.9.Maſcard.de probat.lib.2. concl.1109. num.9. Farinac.conſ.34 num.4.circa med.et in tract. de teſtib.quæſt.62.num.46.*

11 Tamen quia cum dicto teſtium ſic deponentiū concurrit omnis veriſimilitudo, & alia adminicula deſumpta ex viſu ad lumen ignis, propter quod non ita facilé decipi potuerunt á voce, certum eſt, plene probare, *vt ex Clar.Menoch.& alijs tradit Farinac. conſil. 34. num. 13. circa fin. tom. 1.*

12 Vltra quod cum incendium reputetur delictum difficilis probationis, *Afflict.deciſ.57. nu.3. Menoch.de arbitr. iud. conſ. 116. num.10. Farinac.*
13 *quæſt.110.cap.2.num.73.par.3.* minores probationes requiruntur, & videtur ſufficere dictum vnius teſtis, ad tradita per *Marſil. in pract. crim.§. diligenter num.80.in prin. Vulpel.conſ.118.n.15.*

14 Immo ſufficiunt coniecturæ ad probandum, cuius, & qualis culpa ortum fuiſſet *Calcan. conſil.63.poſt num.3.col.4.ante med.verſ. incendium reperitur poſitum*, vbi ampliat etiam ad criminaliter puniendum, *Bertrax conſil.382.num.4. & conſil.481.num.7.& ſeq. Gabr.conſ.159.num.8.in fin.& ſequen.lib.1. Afflict.deciſ.47.nu.3. cum alijs congeſt. per Farinac.dicta. quæſt.110.num.73.74.& 75.* vbi quod in iſtis coniecturis ſtandum ſit arbitrio Iudicis.

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Sepoltura Eccleſiaſtica denegatur decedentibus in Duello. Et quibus pœnis puniantur.
2 Quæ requirantur ad hoc, vt quis in duello deceſſiſſe dicatur.
3 Inuitatio ad pugnam incohatam ex rixa, & non ex compoſito, non dicitur duellum.
4 Accedentes ad aliquem locum ad dimicandum excuſantur à pœnis duelli.
5 Diffidantes ſe ad pugnam in aliquo loco, quo ſtatim tendunt, & ibi pugnant, non incidunt in excommunicationem.
6 Sententia benignior fauens reo, eſt amplectenda.
7 Duellum non dicitur, ſi inter conuentionem de pugnando, & ipſam pugnam intercedat tempus intermedium, & quomodo hoc procedat.

8 Milites ob priuatas inimicitias ſe ipſos inuitantes ad pugnandum, & alter alterum occidat, non dicuntur proprié committere duellum, niſi concurrat aſſignatio temporis, cum loci determinatione, Intel. dummodo hoc fiat præmeditaté 9.
10 In dubio ſumenda eſt præſumptio minoris delicti.
11 Duellis ſolemnis, & priuati differentia.
12 Conſtitutiones denegantes ſepulturam Eccleſiaſticam decedentibus in duello priuato fortaſſe contraria conſuetudine videntur abrogatæ.

DECISIO CXLIV.

Alias Conſtitutum XLI.

1 Licet ſepultura Eccleſiaſtica denegetur decedentibus in Monomachia, ſeù duello iuxta depoſitionem *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.25.cap.19. de reform.& conſtitut. Iulij II. ex ordine Bullar. Cherub.19.tom.1. Leonis X.31.cod.to.1.fol.341.Pij IV. 21.fol.24. Gregor.XIII.74. tom.3.fol.347.& Clement.VIII. fol.10.tom.3.*

Quinimmo ex tenore præfatarum conſtitutionum eſt prohibitum ſub pæna excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuæ infamiæ, diffidationis, criminis leſæ maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, & alijs cenſuris, & pœnis temporalibus.

2 Tamen ſepulturam Eccleſiaſticam denegandam non eſſe N. N. cenſui, cum non conſtet veré deceſſiſſe in duello, ſeù deueniſſe ad ſingulare certamen ex actu deliberato ab vtraque parte, ſponte, & ex condicto, aut ex compoſito ſuſceptum ſtatuto loco, & tempore, quæ omnia copulatiué requiruntur, vt in duello deceſſiſſe dici debeat, iuxta dictam conſtitutionem *Greg.XIII.* 1
Salonicus 2.2.quæſt.6.art.3.contr.3.fol.376.

3 Siquidem iuxta atteſtationes diuerſorum aliorum militum compertum fuit occaſione ludi altercatione ſuborta ſubitaneo iracundiæ caloris impulſu Aloyſium ad pugnam conſocium inuitaſſe, quæ inuitatio cum ex rixa inchoauerit, & non ex condicto, aut ex compoſito, duellum dici nequit, quia huius actionis initium præcipué inſpiciendum eſt, & non inuitatio ad certamen, *Bonacin in tit.de excommun.diſ.2.q.6.punct.1. num.6.tom.2.fol.484.*

4 Qui autem calore iracundiæ accedunt ad aliquem locum, ibique digladiantur, excuſantur á pœnis duellis, *Ioſeph.Ludouic.dec.Lucen.11.Cened.in decretal.Conſtit.117.nu.4 Aloyſ. Ric.in praxi rerum for.Eccleſ.dec.634.in 2.edit.alias reſol. 573. in prima edit.relat.per Barboſ.in collect.DD.in Concil.Triden.ſeſſ.25.cap.19.de reform.num.14.*

5 Inſuper diffidantes ſe ad pugnam in aliquo loco quo ſtatim tendunt, & ibi pugnant, non incidunt in excommunicationem, quia non concurrit aſſignatio temporis, multo magis ſi orta rixa vnus alterum iracundia motus ad dimicandum in certo loco inuitet, ac incontinenti ibi dimicent, vt per *Farinac.Tuſcum, Ricium, Ludou. Lucen. Graſſium, Franc. Suarez in locis per eum relati tradit Dian. reſol. moral. par.3. tract.6. reſol.11. verſ dico vndecimo.*

6 Et quamuis *Bonacin.loco citato n.7.* contrarium ex probabiliori doceat, tamen ad excludendum

delictum, & pœnam ſemper benignior ſententia, quæ faueat Reo, eſt amplectenda iuribus vulgaribus &c.

8 Et ſic milites, qui ob priuatas inimicitias ſe ipſos inuitant ad pugnandum, & diſtrictis enſibus alter alterum occidit, non dicuntur propriè committere duellum, nec incidere in pœnas pugnantibus in duello propoſitas, niſi vlterius, concurrat aſſignatio temporis cum loci determinatione, *Bonacin. de Excomm. dit. diſp. 2. quæſt. 6. punct. 1. num. 6. tom. 2. fol. 484.*

9 Nec infringit, prælatos milites pro loci aſſecuratione ſe inuitaſſe ad pugnam extra Terram Nonantulæ (ne fortaſſe pugna impediretur ab hominibus ibidem exiſtentibus) & propterea quia ſtatuerunt locum, nempè extra terram, & tempus videlicet præſens, duellum commiſiſſe dicendum; quia hoc benè procederet, ſi hoc fuiſſet præmeditatum, & non tantum rixæ, aut calore iracundiæ, vt declarat *Bonacin. tit. de Excommunic. dicta diſp. 2. quæſt. 6. punct. 1. num. 7. verſ. ſed contrarium in fine Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. de Reform. num. 10.*

10 Et in omnem caſum, quia ſumus in dubio ad excludendum duellum, tanquam maius delictum, huiuſmodi pugnam ex rixa, & non præmeditatè, & ex conducto initium habuiſſe præſumendum eſt, in dubio enim ſemper eſt capienda præſumptio minoris delicti, & cauſæ ad fauorem Rei, quam grauioris ad fauorem Fiſci, *Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 6. numer. 2. & ſup. Gabr. lib. 7. tit. de Crimin. concluſ. 2. num. 6. Bal. conſ. 11. num. 38. col. 2. conſ. 17. num. 10. in fine vol. 1.*

11 Vltra quod, quando agitur de duello priuato, & non ſolemni, vt ſi nulli Patrini, ſocijque ad id vocati interuenerint, nec loci ſecuritas habita fuerit, nullæuè prouocatoriæ literæ, aut denunciationis clauſulæ præceſſerint, eſt cum ali-
12 qua circumſpectione procedendum, & fortaſsè ſupradictas Conſtitutiones decernentes morièntes in duello priuato Eccleſiaſtica ſepultura priuandos eſſe contraria conſuetudine quoad hunc effectum eſſe abrogatas animaduertit, *Ioannes Sancius in ſelect. diſp. 56. num. 5. relat. per Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reformatione cap. 19. num. 20. circa medium.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Homicidium quando dicatur in pura rixa commiſſum.
2 Delicta ira commiſſa, dolo carent.
3 Delinquans excuſatur ob iuſtum dolorem.
4 Homicidium ad defenſam commiſſum redditur impunibile.
5. Conſtitutus in periculo vitæ poteſt aggreſſorem offendere, licet prius non fuerit percuſſus.
6 Ad defenſam licet minantem præuenire, & occidere, ſi in præparatione occidendi a minante dignoſcatur.
7. Immunitate Eccleſiaſtica gaudet, quamuis grauiſſima delicta quis commiſiſſet.
8 Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet, qui commiſit homicidium, vel in Eccleſia, vel proditoriè, vel per aſſaſſinium.
9 Homicidium proditorium quid ſit.
10 Homicidium quando per aſſaſſinium committi dicatur.
11 Exceptio firmat regulam, & in caſu non excepto remanet in ſuo robore.

DECISIO CXLV.

Aliàs Conſtitutum XLII.

N. N. ſub die 22. Decembris proximi præteriti è Ciuitate Mutinæ Nonantulam repetens, non longè ab eodem oppido in ſuam vxorem incidit, quæ de certarum rerum ſubreptione, nonnullorum militum violentia in propria domo ſecuta conquerebatur, accedentibus interim duobus ex dictis militibus, qui huiuſmodi rerum raptores præſumebantur, idem Io. ad eos conuerſus dixit, *ò Signori Soldati reſtituitemi le mie robbe*; quorum vnus materna lingua aliquibus obiurgatorijs prolatis verbis archibuſeum, de quo armatus erat, impugnauit, ad hunc actum dictus Io. pariter archibuſeum, quem geſtabat prius exonerare curauit, ex cuius ictu idem miles incontinenti ex hac vita migrauit, poſt commiſſum facinus fugam arripuit, & in Eccleſia plebis Nonantulæ in tutum ſe poſuit, prætendentibus alijs militibus homicidium fuiſſe proditorium, diſputatum fuit, an gaudere deberet immunitate Eccleſiaſtica, & gaudere concluſum.

1 Liquet enim ex proceſſus reuolutione, huiuſmodi homicidium non fuiſſe proditoriè perpetratum, quinimmò nec dolosè, aut ex propoſito, ſiuè induſtria, aut inſidijs, inimicitia præcedente, ſed in pura rixa primis animi motibus, qui non ſunt in noſtra poteſtate, inconſulto iracundiæ calore ob iuſtum dolorem, & iram ablatarum rerum conceptam ad tradita per *Clar. in §. homicidium num. 1. Farinac. quæſt. 126. num. 7.*

2 Delicta enim ira commiſſa, dolo carent, nam ira ſæpè innocentes ad crimen adducit, propterea excuſat à culpa, & minuit delictum *l. 1. ibi, ſed calorem C. de abſol. l. aut facta §. cauſa ff. ad pœn. Boſſ. in tit. de homicid. num. 60. vbi ex auctoritate D. Gregorij*, dicit difficilius eſſe iram temperare, quam miracula facere *Tiraquel. de pœn. temperan. cau. 1. num. 1. Nouel. in tract. ad defenſ. num. 28. verſ. calor iracundiæ.*

3 Quinimmo ob iuſtum dolorem delinquens excuſatur, cum arduum ſit temperari poſſe, quia homo intenſi doloris agitatione præmotus, non eſt in plenitudine intellectus, ideòque mitius punitur, *l. ſi adulterium §. imperatores ff. de adult. Clar. in §. fin. quæſt. 6 verſ. ſed hic quæro Pet. ad Plan. in epiſt. dilect. lib. 1. cap. 2. num. 19. cum alijs per Farinac. quæſt. 91. num. 5.*

4 Sed quod magis eſt ad hunc homicidij actum, potius ab propriam defenſionē, quam ob aliam cauſam deueniſſe iudicatur, ſiquidē dictus NN. ex archibuſei impugnatione per eundem militem aduerſus eius perſonam facta, vtique inſultatus, & in vitæ diſcrimine conſtitutus fuit, ex quo in militibus ſolitum minas exequi de facili præſumatur, ideòque quid quid poſtea perpetrauit, ſine dolo perpetraſſe, & ad propriam defenſionem feciſſe, vt nulla exindè pœna affici poſſit iudicetur; homicidium enim ad defenſam commiſſum, redditur impunibile, cum omni iure defenſio permittatur, & vim vi repellere liceat, nec pœna mereatur quid quid fit lege permittente,

te, *l. Grattus C. de adult. l. quod calore ff. de reg. iur. l. 1. §. vim vi ff. de vi, & vi armat. cap. ſignificaſti il 2. in Fior. de homicid. cap. ſi verò Clericum de ſent. Excommun. Capol. conſ. 51. num. 9. conſ. 41. num. 2. & conſ. 42. num. 2. Nouel. in tract. ad defenſ. in prin. num. 29. Farinac. conſ. 35. num. 20. & ſequent. & conſ. 67. nu. 4. tom. 1. Clar. in §. homicidium nu. 19. verſ. excuſatur autem Boſſ. in tit. de homicid. nu. 82. Tiraquel. de pœn. temperan. cauſ. 1. num. 6. Gram. conſ. 18. & conſ. 156. per tot.*

5 Quæ ſibi locum vindicant, etiamſi à dicto miſ-ſite archibuſeus non adhuc exoneratus, & idem Io. percuſſus, aut offenſus fuerit, quia non debebat expectare ſe percuti, & vulnerari, dum periculum erat in mora, & probabiliter ſuſpicari poterat de exoneratione, & eius offenſione, *Iaſ. in l. vt vim num. 9. in fin. ff. de iuſt. & iur. Capol. conſ. crim. 28. num 10. & 11. & conſ. 29. verſ. noua præſumptio, & conſ. 43. num. 5. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 490. num. 3. & lib. 3. concl. 1126. num. 10. Foller in pract. crim. in verb. recipiantur defenſiones num. 15. Farinac. quæſt. 125. num. 74. iuncto num. 77. part. 4. Boer. deciſ. 168. num. 7.*

6 Licet enim minantem præuenire, & occidere, ſi in actu offendendi, & in preparatione occidendi à minato dignoſcatur, vt iudicatum fuiſſe refert, *Bal. in l. in lege in lect ant. ff. locatu. & declarat Bart. in l. 1. C. vndè vi Iaſ. d. l. col. 3. relat. & ſecut. per Gram. deciſ. 5. numer. 5. 16. vſque ad 22.*

7 Propterea ſicuti ſaltem ordinaria huius delicti pœna puniri nequit, ita etiam multò magis antiquiſſima Eccleſiæ immunitate priuari non debet, quantumuis grauiora delicta commiſiſſet, vt expreſsè cauetur *in Conſtit. Gregor. XIV. ex ordine Bullar. Cherub. 7. tom. 2. fol. 531. Triden. ſeſſ. 25. cap. 2. cap. ſicut antiquitus 17. quæſt. 8. cap. rerum frater ead. cauſ. & qu. l. præſent. & tot. tit. C. qui ad Eccleſ. confug. Farinac. conſ. 76. num. 16. tom. 1. & latè in prax. quæſt. 28. num. 75. lib. 2.*

8 In triplici enim homicidij ſpecie quis ad huius immunitatis beneficio excluditur, nempè ſi homicidium, vel in ipſa Eccleſia, vel proditoriè, vel per aſſaſſinium committatur, vt habetur in eadem *Greguriana Conſtit. in §. 3.*

9 Hoc autem homicidium certum eſt perpetratum fuiſſe, non in Eccleſia, ſed in via publica, ab eadem valde diſtante, non proditoriè, quia non ſub colore amicitiæ, vt in terminis dictæ Conſtitutionis docet *Diana in ſuis reſol. moral. part. 4. tract. 1. de immun. Eccl. reſol. 34. §. 2. & part. 6. tract. 1. eod. tit. §. ſed ego puto circa fin. Ambruſ. in eod. tract. cap. 6. num. 1. Peregr. eod. tract. cap. 7. num. 2. Conar. var. reſol. lib. 2. cap. fin. num. 7. verſ. tandem Farinac. quæſt. 18. num. 74.*

10 Non per aſſaſſinium, quia non probatur recepta ab altero pecunia mediante mandato occidiſſe *gloſ. in cap. pro humani in gloſ. 1. in verbo pro humani in fin. de homicid. in 6. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 138. num. 1. Farinac. quæſt. 123. num. 19.*

11 Adeò vt cum non ſimus in caſu excepto regula firma, & in ſuo robore remanere debet, *l. nam quod liquidè §. fin. de procurat. legit. l. quæſitum §. deniq. ff. de fund. inſtruct. cap. domus 32. quæſt. 7. Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 259. num. 4. & poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 93. num. 17. ſecundum nouam impreſſ,*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Defenſio omni iure permittitur non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro extraneo limit. vt num. 15.
2 Homicidium commiſſum pro defenſione coniuncti dicitur ad defenſam.
3 Clericus non incurrit Irregularitatem ob homicidium commiſſum ad defenſam etiam extraneæ perſonæ. Intel, ſi defenſionis gradus non exceſſus fuerit 4. contrarium num. 16.
5 In defenſione quando dicitur ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, & num. 6. 7. & 8. & quando non num. 9.
10 Defenſionis exceſſus quando excludatur.
11 Ceſſante dolo ceſſat pœna delicti.
12 Nulla pœna meretur quid quid fit lege permittente.
13 Qualibet cauſa etiam leuis excuſat à pœna delicti.
14 Pœna ordinaria non eſt irroganda ob culpam leuem, ſed extraordinaria.
17 Clericus de iure canonico ob ſimplicem occiſionem non degradatur, ſed tantum deponitur.
18 Epiſcopus diſpenſare poteſt in homicidio occulto cauſa defenſionis commiſſo, quod non videtur includi ſub diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ. 24. num. 6.
19 Verbaliter degradatus poteſt per Epiſcopum reſtitui. Intel. vt num. 20.
20 Limit. in homicidio publicè, & palam perpetrato.

DECISIO CXLVI.

Alias Conſtitutum XLIII.

1 Defenſio tamquam actus neceſſarius omni iure permittitur, non ſolum Ciuili, & Canonico, ſed etiam gentium, & naturæ, nec dum pro ſui ipſius, ſed pro alterius licet extranei, & prorſus incogniti defenſione; ita vt quis inſultatum, & in periculo vitæ conſtitutum ab altero agnoſcens ſine metu incurſus alicuius pœnæ agreſſorem occidere poſſit, & valeat, faciens enim iniuriam, & vim tertio, illam etiam Reipublicæ feciſſe dicitur, propterea vnicuique eandem propulſare non denegatur, *Bart. in l. vt vim num. 7. verſ ego teneo, ff. de inſt. & Iur. & ibi Paul. de Caſtr. num. 10. Fulgoſ. n. 4. verſ. Item illum num. 5. Villolob. commun. opin. lit. O. num. 21. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. Rub. de homicid. num. 21. per tot. Boſſ. tit eodem num. 85. Alciat. conſ. 475. Clar. in §. homicidium num. 22. verſ. Item locum habet in fin. & ibi Baiard. num. 83.*

2 Quod multò magis ſibi locum vindicat in perpetrato homicidio pro defenſione ſuorum propinquorum, & coniunctorum in vitæ periculo conſtitutorum, nulla habita conſideratione, an defendens ſit poſitus, & non poſitus in vitæ diſcrimine, vt reiecto *Bulognet.* tamquam contra communem *in dicta l. vt vim nu. 74. ff. de Iuſt. & Iure tenet. Farinac. tit. de homicid. quæſt. 125. num. 284. per gloſ. in d. l. vt vim in gloſ. 2. & ibi Bart. num. 7. Bald. num. 4. Dec. num. 32. Iacob. de Liguan. in tract. de bello cap. 109. Planc. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 28. num. 22. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 361. num. 11. Cabalin. in addit. ad Conſtit. March. lib. 4. cap. 54. in verbo ad defenſionem num. 14. in fine Carell. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſin. §. quinto excuſat. defenſion. num. 36. & ſeq.* &c. in puncto pro defen-

ſione fratris inſultati in facti contingentia á Senatu quendam abſolutum fuiſſe, qui vt auxiliaretur fratri ſuo interfecerat alium cum eo rixante teſtatur, *Clar. in §. homicidium num. 22. verſ. Item locum habet Iodoc. in pract. crimin. cap. 80. num. 34. Blaſ. in cap. delict. lib. 1. cap. 28. num. 25. Corell. loco cit. num. 34. Io. de Lignan. tract. de bello cap. 109. Farinac. d. quæſt. 125. num. 287.*

3 Quinimmò Clericum nullam incurrere irregularitatem ex homicidio ad defenſionem alienæ perſonæ commiſſo præſertim, quando inſultatus eſt coniunctus, tradunt *Garz. in repet. l. vt vim num. 32. verſ. ſed hanc communem, & nu. 33. ff. de Iuſt. & Iur. Boic. in cap. 2. num. 16. & ſeq. de homicid. Cauar. in Clement. ſi furioſus part. 3. §. 1. num. 5. Iacob. de Graſſ. dictæ aur. 65. num. 15. Iacob. Agrer tract. de homicid. neceſſ. part. 1. nu. 226. & ſeq. ad tradita per Bonacin. de irregul. diſput. 7.*
4 *quæſt. 4. punct. 7. num. 11.* multoque minus quando defenſionis gradus dolo, & ex propoſito non exceſſus fuerit, *Farinac. quæſt. 127. num. 418.*

5 Propterea N. N. Sacerdotali ordine inſignitus nulla quidem pœna plectendus videtur ob perpetratum homicidium in perſonam N. N. in ipſo actu, quo ab eodem eius germanus frater aggreſſus, & duobus piſtolæ ictibus, quibus armatus erat, interfectus fuit, quia perpetrauit huiuſmodi homicidium ad defenſionem proprij fratris abſque eo, quod exceſſerit terminos defenſionis, ſed potiùs moderamen inculpatæ tutelæ ſeruauerit; tum quia incontinenti huiuſmodi defenſio facta fuit in eadem rixa, & in ipſo actu aggreſſionis, & læthalis percuſſionis dicti eius fratris, *Andr. Gail. de pace public. lib. 1. cap. 16. num. 17. verſ. Tempus, Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1126. nu. 42. & ſeq. & nu. 45. Gaſpar. Cabal. in ad addit. ad Conſtit. March. lib. 4. cap. 54. in verbo ad defenſionem num. 11. Plane. in Epitom. delic. lib. 1. cap. 28. num. 19.*

6 Tum etiam ex facti, & offenſionis æqualitate, cum talem defenſionem fecerit, qualis fuit offenſio, illum occidendo, qui fratri vitam abſtulit, ad latè tradita per *Farinac. quæſt. 125. num. 349. Medic. de caſ. fortuit. part. 1. quæſt. 8. num. 52. in fin. Carrell. in tract. tit. de homic d. & aſſaſſin. §. circa quartum nu. 2. in fin. Boer. deciſ. 168. nu. 4.*

7 Tum etiam ex armorum paritate, & genere, quo vſus fuit ad huiuſmodi defenſionem faciendam *l. 3. §. cum igitur* ibi cum enim qui cum armis venit poſſumus armis repellere, *& ibi gloſ. in verbo cum igitur ff. de vi, & vi armat. Bouſ. de Vitol. in tit. de Inſult. & percuſ. num. 9. in fin. verſ. item intelligo, Gandin. in tit. de defenſ. à reo facien. num. 8. Baiard. ad Clar. in §. homicid. num. 110. Maſcard. de probat lib. 3. concluſ. 1126. ſub n. 32. & 34. Cepol. conſ. crim. 43. num. 3. Boer. deciſ. 169. nu. 4. verſ. ferrum autem.*

8 Tum quia ob fratris amorem, ob conceptam iram, & iracundiæ calorem ex ipſomet occidentis facto præcedente cauſatum, non plus fecerit, quam facere oportebat vt animaduerrunt *Hoſtien. in cap. Dilecto num. 2. verſ. ſi perſona de ſent. excom. in 6. Iodoc in pract. crim. cap. 76. num. 16. Angel. de maleſ. in verbo, & deciſ. Tritius ſe defendendo num. 18. in fin. cum alijs per Farinac. dicta quæſt. 125. num. 231. & 381.*

9 Nec infringitur dictum Sigiſmundum defenſionis modum exceſſiſſe, & potiùs ad vindictam, quam ad defenſam homicidium huiuſmodi patraſſe, ex quo vt deponunt duo teſtes, ab eis hortatum, vt ſui fratris animam agentis peccata audiret, reſponderit, *Io non lo voglio confeſſare, che voglio amazare queſto traditore, che hà amazato mio fratello*, nam in illo repentino actu ob fratris necem, attento dolore, conceptaque ira, tamquam non ſui compos, nullus dolus, aut culpa in dictis verbis conſiderari poteſt, ſiquidem exceſſus ex propoſito nunquam inducitur, quando tempus non patitur deliberandi conſilium, *Bertazol. conſ. 1. num. 34. & ſeq. & conſ. 135. num. 18. Gail. de pac. publ lib. 1. cap. 16. num. 20. verſ. metus enim, & obſeruat. 110. num. 6. in fin. lib. 2. Baiard. ad Clar. §. homicidium num. 100. verſ. item adde Boer. deciſ. 168. nu. 7. ad med. verſ. & occaſio Magon. deciſ. Lucen. 56. num. 3.*

10 Quinimmò, attento pari genere armorum, quo vſus fuit offenſionis, & defenſionis tempore, & conſimili percutiendi modo, omnis defenſionis exceſſus his tribus concurrentibus excluditur; *Farinac. quæſt. 125. num. 413.*

11 Ceſſante igitur dolo, & culpa pariter etiam delicti pœna ceſſare debet *l. 1. C. de ſicar. l. qui iniuriæ ff. de furt. l. qui Reipublica ff. de iniurijs l. cum autem §. excipiuntur ff. de ædilit. edict. Decian. in tract. crim. part. 1. lib. 1. cap. 4. num. 9. verſ. hoc ego primo caſu.*

12 Quid quid enim fit lege permittere, nullam pœnam meretur *l. Gracus ff. de adult. latè Marſil. in l. 1. in prin. col. 4. ſub num. 18. C. de ſicar. ad tradita per Soccin. conſ. 36. col. 4. lib. 2. & conſ. 117. lib. 3.*

13 Et quælibet cauſa etiam leuis non ſolum excuſat in ijs, quæ à Iure permiſſa ſunt, ſed etiam in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum, & de ſe mala, vt in ſpecie in crimine homicidij tradit *gloſ. in l. Cornelia de Sicar. C. ad l. Falcid. de pelagiar. Bart. in l. Iuſtè poſſidet in fin. poſt num. 14. ff. de acquiren. poſſeſſ. Hond. ſeſſ. ſed conſ. 115. num. 29. Menoch. de recuperat. poſſeſſ. remed. 5. num. 51.*

14 Et omnem caſum, quatenus aliqua leuis, aut leuiſſima culpa in hac facti ſpecie conſideraretur, non pœna ordinaria, ſed tantum arbitraria, & quidem leuis irroganda veniret, *Bart. in l. data opera num. 7. C. de ijs qui accuſ. non poſſunt. Angel. de maleſ. in verbò ſcienter, & dolosè num. 64. & in verbo incendiario num. 5. ad fin. cum alijs per Farinac. tit. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 84. num. 85.*

15 Verum quia, licet ſit licitum pro defenſione inſultati etiam propinqui aggreſſorem occidere, non tamen quis hoc facere cogitur, nec de Iure tenetur, *Vgolin. de cenſur. part. 2. cap. 11. §. Propoſuimus num. 5. in fin. Gandin in tit. de defenſ. à reo facien. num. 12. Conar. in Clementin. ſi furioſus part. 2. §. 2. num. 7. de homicid. Vicci. opin. 190. num. 1. Iodoc. in pract. crim. cap. 86. num. 3. & ſeq. Io. de Lignan. in tract. de Bello cap. 91. & cap. 110. Boer. deciſ. 183.*

16 Et Clericum in huiuſmodi homicidij contingenti irregularem effici de magis communi, receptaque opinione tradunt, *Paul. de Caſtr.*

in

in l. vt vim n.11. de Inſt.& iur. ibi Bolegnet. n.77. Aymon. in cap. 2. num. 12. & 13. extra de homicid. Abbas in cap. olim cauſam num.18. de reſtit. ſpoliat. Ioan. de Lignan. d. tract. de Bello cap. 119. verſ. ſi quæramus de primo, Carrell. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. 5. excuſat. defenſio Planc. in epitom. delict. lib. 1. cap. 28. num. 21. Polidor. Ripa in tract. de nocturno tempore cap. 29. Rub. de furt. num. 24. & ſeq.

17 Et quoniam de Iure Canonico propter ſimplicem occiſionem Clericus non degradatur, ſed tantum deponitur, & in carcerem detruditur *c. Tua extra de Pænis cap. Presbyter 81. diſt. cap. cum non ab homine §. conſultationi tuæ de Iudic. c. inquiſitionis in prin. de excuſat. Dian. in pract. crim. canon. rub. de homicid. cap. 44. alias 48.*

Propterea dictum Sigiſmundum ab ordinum miniſterio, & exercitio ſuſpendendum eſſe, & ratione ſcandali ne ſacræ manus humano ſanguine pollutæ conſpiciantur in exilium ponendum à ad arbitrium loco carceris arbitratus fui.

Et ita &c.

Seruauit per ſpatium ferè duorum annorum exilium, poſtea fuit ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Abbate gratiatus, & quoniam ab eodem Eminentiſſimo quærebat diſpenſari à ſupradicta irregularitate contracta cauſa dicti homicidij ad defenſam perpetrati, ſeù à verbali degradatione reſtitui, & ad exercitium ordinum reintegrari, & ad Summum Pontificem in hunc caſum recurrendum eſſe reſponſum fuit.

18 Quia licet Epiſcopus poſſit diſpenſare in homicidio occulto, cauſa defenſionis, commiſſo, etiam nō ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, cum per diſpoſitionem *S.C. Trident ſeſſ.24.cap.6.* nomine homicidij voluntarij, non videtur intelligi homicidium volitum cauſa defenſionis, tamquam non factum ex propoſito, & abſoluta voluntate occidendi, vt alijs congeſtis tradit *Bonacin. tit. de irregularitate diſput.7.quæſt.5. nu.9. tom.1.*
19 *Barboſ. de Offic. et poteſt. Epiſc. alleg. 110. num. 29. vbi indiſtinctè tradit verbaliter degradatum poſſe per Epiſcopum reſtitui.*

20 Non tamen hoc ſibi videtur permitti in homicidio publicè, & palam perpetrato, & in foro contentioſo deducto. Quo caſu cum ſimus in delicto grauiſſimo, pro vt eſt homicidium, videtur etiam eidem interdicta facultas reſtituendi depoſitum, ſeu verbaliter tantum degradatum, cum ſolum concedatur in criminibus adulterio minoribus per diſpoſitionem *text. in cap. ſi Clerici de Iudicijs* per doctrinam eiuſdem *Bonaccin. tit. de degradat. diſp.4. punct. vnico num 21. tom.1. fol mihi 511.* vbi alios allegat, & quicquid ſit de iure, ita ſeruatur in praxi, & de ſtylo curiæ, habuit propterea recurſum ad Summum Pontificem, & obtinuit comiſſionem abſolutionis cum ſolita clauſula *præter quam in loco comiſſi delicti.*

SVMMARIVM.

1 Clericus pro homicidio, & alijs delictis, quando ſit actualiter degradandus, & curiæ ſæculari tradendus, & quando verbaliter tantum 2.3.4.5.
5 Clericus hodie pro ſimplici homicidio quomodo puniatur, 18.
6 Depoſitio de iure canonico imponitur in caſibus, in quibus de iure ciuili imponitur pœna mortis.
7 Et in alijs caſibus, qui inferunt irregularitatem.
8 Clericus homicida priuatur beneficio, & redditur [illegible] lis ad alia obtinenda.
9 Non tamen cenſetur priuatus ipſo iure, ſed eſt priuandus per ſententiam.
10 Amp. vt interim faciat fructus ſuos.
12 Homicidium, quando dicatur doloſum, præmeditatum, deliberatum.
13 Vulnerans in capite præſumitur habuiſſe animum occidendi.
14 Animus occidendi arguitur ex armorum qualitate apta ad mortem inferendam.
15 In dubio præſumitur animus occidendi.
16 Delictum redditur graue, ratione perſonæ, & cauſæ.
17 Clericus quando dicatur incorrigibilis ad effectum tradendi curiæ ſæculari.
18 Clericale priuilegium quo ad forum, vt perdatur quæ requiratur.
19 Clericus quando condemnari debet ſecundum ius ciuile, & quando ſecundum ius canonicum.
20 Probato delicto Iudicis partes debent eſſe in eundem [illegible] nando.

DECISIO CXLVII.

Alias conſtitutum XLIV.

1 CLericus actualiter degradari, & curiæ ſæculari tradi debet, ſi ſit incorrigibilis, & tranſierit in profundum omnium malorum, & commiſerit aliquod immane horrendumque delictum, veluti in homicidio qualificato per inſidias, & induſtriam, ac in proditorio, parricidio, fratricidio, presbytericidio, aſſaſſinio; pro combuſtione Eccleſiæ, & ſimilibus, enormiſſimis delictis, *Bero in cap. ſi Clerici num.75. & multis ſeq. et num 174. de Iud. Carol de Graſſ. de effect. Cleric. effect. num.88. Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſcop. alleg. 10. nu.11. per.3. Bonacin. de cenſur. in communi in tit. de depoſit. diſ.4. punct. vnico num 7. verſ. crim. vero. tom.2. Farinac. quæſt.3. num.79. et 81.*

2 Ita vt delicti enormitas non ſufficiat, niſi concurrat delinquendi pertinacia, vt probatur in *cap. Clerici de except. prælat. cap. fidelis de pen. num.6.* Propter homicidium vero ſimplex non degradatur, nec curiæ ſæculari traditur, ſed eſt deponendus, & in carcerem detrudendus, niſi ſit incorrigibilis *cap. tua extra de pæn. cap. presbyt. 81. diſtin. cap. cum non ab homine §. conſultationi tuæ de iudic. cap. inquiſitionis princ. de accuſat. Diaz in prax. crim. canon. rub. homicid. cap. 44. alias 88. num. 1. pro conſ. 4. num. 23. volum. 1. Alex. de neuo conſil. 59. nu. 21. Clar. in §. homicid nu. 16. verſ. iure canonico Angel de maleſ. verb. & ſit apud à ſpatulis amputat. num. 38. Foller. in prax. in verbo, & ſi confeſſi aut conuicti ſint cap. 31. num. 36. Farinac. quæſt. 8. num. 79. & ſeq. & quæſt. 119. num. 46.*

3 Et licet in qualificatis homicidijs, alijſque grauiſſimis delictis Clericum etiam nulla expectata incorrigibilitate debere Curiæ ſæculari tradi tenuerint DD. magnæ auctoritatis, vt latè comprobat *Epiſcop. Stalen. in tract. de cenſ. & irregularit. tit. de depoſit. & degradat. cap. 14. per totam.* Tamen hanc opinionem eſſe magis iuri conſonam; primam vero magis ſeruatam teſtatur *Farinac. dicta quæſt. 8. num. 81. verſ. Ego in hoc.* Id-
4 circo Iudicis prudentis arbitrio remittitur, an iſtis caſibus Clericus Curiæ ſæculari tradi debeat, inſpectis loci, temporis, & perſonarum qualitatibus, & an crimen ſit adeo reipublicæ pernicio-

, vt neceſsè ſit Clericum ob ſcandalum ſæculari tradi, conſulto tamen ſemper Pontifice.

...ie vero apud nos Clericos pro voluntario ...nicidio ad triremes tranſmitti teſtatur *Fari-...n prax.crim.quaſt.119.num.55.* & de iure Ca-...onico licet Clericus pro ſimplici homicidio non actualiter degradetur, nec curiæ ſæculari tradatur, tamen à Clericalibus ordinibus, eo-...umque exercitio omni officio, beneficio, ac priuilegio deponitur, ſeu verbali degradatione priuatur, latè *Farinac.tit.de inquiſit. quaſt.8.n.79. & ſeq.& in tit.de homicid. quaſt.119.nu.46.per text. in cap.Tua ext.de Pen.cap.Presbyter 81.diſt.cap.cum non ab homine §. conſultationi tuæ de iudic. Diaz pract.crim.canon.rub.homicid.cap.44.alias 88.num.1. Clar.in §.homicid.num.16.verſ.de iure autem canon. Bertorac.in tract.de Epiſcop. par.8. lib.4. tit.de cauſa mater degradat. Emanuel Sà in verbo depoſitio nu.2. Bonaccin.de cenſ.tit. 4.de degradat.punct.vnic. nu.6. Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc. allegat.*110. *num.*10.

6 Depoſitio enim de iure canonico imponitur non ſolum in omnibus caſibus, quibus de iure ciuili imponitur pœna mortis, *Innoc. in cap. cum dilectis de Purgat. canon.& per Alter. tom.2. diſp.2. cap.tradit Bonac.loco citato.*

7 Verum etiam in omnibus alijs caſibus, & delictis, quę inferunt irregularitatem, vt ſunt adulterium, Concubinatus, Simonia, notoria, ſtuprum, inceſtus, furtum, periurium, homicidium etiam ſolo conſilio patratum, delictum, quo quis permiſit ſua culpa, ſeu incuria ſuum Parochianum decedere ſine Baptiſmo, & ſimilia crimina maxima, & atrocia, *Emanuel Sà in verbo depoſitio num.2. Bartoch.in tract. de Epiſc. par.8.lib.4.tit. de cauſa mater. degrad. Bonaccin. de cenſ.tit.de degradat.diſp.4.puncto vnico num.6.tom.1. Barboſ de offic.& poteſt. Epiſc.alleg.*110.*num.*10.

8 Et quod etiam Clericus homicida priuetur Beneficijs, & inhabilis reddatur ad alia obtinenda abſque diſpenſatione Summi Pontificis tradunt *Ignat. Lopez in addit.ad Diaz in pract. crimin. canon. cap.94. alias 88. verſ.notandum tamen, Nauar.in manual.confeſſ.cap.27.num.149. cum alijs per Farinac.quaſt.119.num.58.*

9 Et quamuis non cenſeatur priuatus ipſo iure, venit tamen priuandus per ſententiam, *cap. cum non ab homine de iudic. cap. Clericus ne Cleric. vel Monach.cap.ex literis de exceſ. Prælat. Garz. de beneſ.par.11.cap.10.de var.per priuat. num.39.tom.2.* ſiue agatur de ſimplici homicidio *Clar.in §.homicidium num.21.Diaz in prax. crimin. canon.cap.94. Blanc.de delict.cap.11.num.2.cum alijs per Garz loco citato num.40. Farinac.quaſt.119.à num.63. Capell. Toloſan.deciſ.*208. ſiue agatur de homicidio qualificato, *Farinac.vt ſupra num.64.65. Garz.vt ſupra num.41.& ſeq. nu.25.* vbi quod hoc procedat etiam attenta diſpoſitione *Concil.Trident. ſeſſ.14. de reform. cap.7.* ſecus vero in aſſaſſinio, in occidente Cardinalem, & Epiſcopum, quibus caſibus remanet ipſo iure priuatus Beneficijs, vt comprobat, *idem Garz.par.11. cap.10. num.54.55.56-57.58. qui alios allegat.*

10 Hinc eſt, quod faciat fructus ſuos irreuocabiliter donec per ſententiam beneficio priuatus fuerit, *Pariſ.de reſignat.beneſ.lib.3.quaſt.16.num.7. Boer.deciſ.98.num.4.cum alijs congeſtis per Garz. vt ſupra num.48.& 50.*

11 Quibus bene penſatis N. N. Presbyterum ob voluntarium homicidium ex propoſito appenſatèque in perſonam N.N. perpetratum ad triremes in perpetuum condemnandum, & ab ordinum miniſterio deponendum, omnique officio, & beneficio priuandum fore cenſui.

12 Quæ vtique in caſu noſtro imponenda veniunt, cum huiuſmodi homicidium doloſum, præmeditatum, ac deliberatum ex totius proceſſus reuolutione manifeſtè detegatur, *Gramm. vol.23.num.1.Marſil.conſil.91.num.1.Cepol.conſ.29. num.3.& Farinac.quaſt.126.num.4.* ſiquidem nulla præcedente rixa, aut iracundiæ calore concepto, ex interuallo, & (vt dicitur) *à ſangue fredo* huiuſmodi flagitium animo reſoluiſſe dignoſcitur, *Boſſ.in tit.de homicid. num.53. Clar.in §.homicid. num.1.& 6. verſ.ex propoſito Menoch. de arbitr.qq.lib. 20.caſ.361.num.4. verſ.ſciendum eſt cum num.6.cum alijs per Farinac.q.126.n.1.& 8.*

13 Quinimmò cum præfatus Presbyter dictum N.N. deambulantem, eumque præeuntem inſectatus fuerit, præpoſteriſque partibus, ſeu à tergo, nullo facto verbo lethaliter vulnerauerit in capite alijſque partibus, præſumitur habuiſſe animum occidendi, *Bartol.in l. 1. §. Dinus in fin. ff.ad l.Cornel de ſicar.Boſſ.in tit.de homicid.ſub n.78. & ſeq.Martel.de præſumpt.lib.5. præſumpt.40.n.11. Gramm.vol.23.num. 2.& 3.*

14 Quod magis indubitatum redditur, ex ipſa armorum qualitate, quibus vulnerauit, nempè Pugione, ſeu *Cultello alla Genoueſe*, punctim, & cæſim ad mortem inferendum apto, vt in ſpecie docet *Farinac.quaſt.126.num.137.& ſeq.& nu-*
15 *mer. 121. & 122.* Vltra quod in dubio homicidio ſecuto, animus occidendi præſumitur, vt probatur *in l.1.in princ.ff.ad l.Cornel.de ſicar. Boſſ. in tit.de homicid.num.34. verſ.ſed ſi non ſumus in rixa Gomez de delict. cap.3. rub.de homicid. num.17. Carthar.de execut.ſent.quaſt.1. cap.1. nu.369.& ſeq. Maſcard.de probat.concl.71. nu.1.& 2.lib.1.& concluſ.864.num.30.in fin.verſ.nec defuerunt,& nu.31. lib.2.*

16 Quod flagitium licet graue reddatur tum ratione perſonæ habito reſpectu ad dignitatem Sacerdotalem, tum ratione cauſæ, ex quo malam conuerſationem, quam habebat cum Lucia ab occiſo manifeſtandam dubitans odium, & rancorem erga eundem conceperat, *l. Auth. facta §. pœna grauior ff.de pœn.*

17 Nulla tamen concurrit qualitas incorrigibilitatis ad pœnam augendam, cum tunc efficiatur Clericus incorrigibilis, præcipuè ad effectum, vt per poteſtatem ſæcularem iudicetur, & comprimatur, quando ſcilicet in graui crimine comprehenſus, depoſitus fuit, & deinde propter contumaciam excommunicatus, inſuper illa creſcente anathematis mucrone percuſſus, & tandem impœnitens, ac obduratus, in profundum malorum veniens contemnit, nam tunc nullum aliud remedium Eccleſiæ remanet, niſi vt exuatur priuilegio Clericali, & curiæ ſæculari tradatur, ad effectum per ſæcularem poteſtatem comprimendi, *Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.*110.*num.*15.16. *Menoch.de arbitrar. Caſ.*415.
num.

num. vltim. Iulius clarus in §. fin. quaſt. 36. num. 29. & 32. & ſic eſt intelligendus textus in cap. cum non ab homine de iudic.

18 Hinc eſt vt Clericale priuilegium quo ad forum perdatur, requiritur Primo, vt Clericus non incedat in habitu, Secundo quod etiam immiſceat ſe enormibus, Tertio quod in eiſdem frequentauerit, quarto quod in alijs ſit deprehenſus; quinto quod ſit ter monitus, ſexto quod poſt monitionem permanſerit in obſtinatione, nec reſipiſcere curauerit; ita vt incorrigibiles effectus fuerit, vt latè tradit *Diana reſolut. moral. par. 1. tract. 2. reſol. 129. §. at his minimè ſuffragantibus, & per totam*, vbi contrarijs reſpondet, &

19 alios allegat, quæ omnia cum non concurrant in præfato Præsbytero condemnari nequit ſecundum Ius ciuile, ſed iuxta diſpoſitionem Iuris Canonici, *Farinac. quaſt. 8. num. 48. Clar. § fin. quaſt. 36. verſ. ſed an ſecularis Boaar. de l. tit. circa 8. decal. precept. diſ. 10. quaſt. 2. punct. 1. §. 1. num. 5. ſub verſ. limita tamen tom. 2. fol. 360.*

20 Et cum de huiuſmodi delicto conuincatur per depoſitiones quatuor teſtium de viſu, loco, tempore conteſtium, & aliorum de publica voce, & fama, abſque dubio Iudicis partes niſi in condemnando eſſe debent, *l. fin. ff. de confeſſ. ad tradita per Brunor. à Sole ſuo conſil. crim. inter ſuas qu. nu. 71. & mihi impreſſ. poſt quaſt. Hieron. de Monte Brixian. num. 199 circa medium.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Mandans, & mandatarius in delictis eadem pœna puniuntur.

2 Indicium etiam ad condemnandum oritur contra illum, qui viſus fuit admenare, ſi admenatus vulneratus repertus fuerit.

3 Mandatum in delictis inducitur quocumque modo, & quibuſcumque verbis amp vt num. 4 lim. vt num. 8.

4 Ad probandum mandatum ſufficiunt indicia, & coniecturæ & 5. lim. vt num. 11.

6 Mandatum in delictis non præſumitur etiam in conſanguineo, qui conſanguinei iniuriam vindicauerit, lim. vt num 7.

9 Mandatum in delictis, vt præſumatur, & excludatur, attendenda eſt qualitas perſonæ mandantis.

10 Indicia, & probationes quando dicuntur certa, & indubitata.

12 Conſanguineus ad hoc vt teneatur ex præſumpto mandato, requiritur ſcientia commiſſi criminis in eius vtilitatem, ſeu vindictam.

13 In dubio præſumitur ignorantia in conſanguineo criminis ab alio commiſſo in eius vtilitatem, ſeu vindictam.

14 Et ignorantia hoc caſu iuramento probatur, & omnino excuſat.

15 Præſumptio mandati in amico, & conſanguineo pro delicto commiſſo in eius vtilitatem non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam, & grauem, ſed tantum extraordinariam.

16 Alexandrina conſtitutio contra offendentem colligantem eſt localis Romanæ Vrbis.

17 Sed propter bandimenta generalia eſt extenſa ad totum ſtatum Eccleſiaſticum.

Eſt ſeruanda etiam in curijs Eccleſiaſticis.

18 Offenſio in dubio præſumitur facta occaſione litis ad effectum incurrendi pœnas Alexandrinæ conſtitutionis.

19 Litis pendentia per actum merè extraiudicialem non inducitur.

20 Litis pendentia ex quibus inducitur.

21 Alexandrina conſtitutio ad hoc vt habeat locum, quæ requirantur.

22 Conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda ad ſolam cauſam, propter quam inducta fuit.

23 Et vltra eius verba non eſt extendenda ad caſus ſimilitudinarios.

24 Aſſociant delinquentem, & armatus aſſiſtens in delicto ab alio commiſſo, an & quando eadem pœna puniri debeant.

25 Clericus, & Laicus ſi ſimul delinquant, Clericus eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico, Laicus à Iudice ſęculari. Contrarium num. 27. vbi quod cognoſcit, qui prævenit in captura.

26 Socius criminis in delictis non gaudet priuilegio ſocij.

DECISIO CXLVIII.

Alias Conſtitutum XLV.

N. N. Sacerdos Oppidi cuiuſdam Nonantulanæ Diœceſis fortaſſe ægrè ferens in eius perſonam executam fuiſſe quandam peremptoriam, ſeù citationem ad ſoluendum pretium certæ panis quantitatis, ad inſtantiam N. N. Piſtoris eiuſdem oppidi. Vltionem capere animo deliberaſſe euentu demonſtrauit: cum die immediatè ſequenti poſt executionem præfatæ citationis; dum idem Piſtor reperiebatur in quadam domo extra dictum oppidum, ab N.N. germano fratre dicti N. N. aſſociato ab N. armatis vocatus fuit, vt ad eos in via publica, vbi permanebant, accederet, prout acceſſit, eique dicto *M. Stefanino, che coſa hauete hauer da noi*, ad quam interrogationem cum reſponderit, ſeu ſignificauerit quantitatem ſui crediti, incontinenti in pecunia numerata ſoluit, & poſtea nulla interpoſita mora baculo, quod geſtabat eundem verberare cœpit, ex quibus in capite vulneratus, & in brachijs offenſus remanſit, prout Teſtes ita vulneratum reperijſſe deponunt, præfatis recedentibus, & terga vertentibus in terra proiecta pecunia mox ſoluta; ad huiuſmodi crimen deuentum fuiſſe de ordine, & mandato dicti N.N. citati, & ſic cauſa litis, & conſequenter puniendos eſſe ad formam Alexandrinæ Conſtitutionis prætendebatur per Syndicum Abbatialem, &

1 adhæren. cum mandans, & mandatarius eadem pœna puniantur, vt probatur *in l. non ideo minus C. de accuſat. Monticel. reg. crim. 7. num. 108. Boſs. in tit. de mandat. ad homicid. num. 4. & 11. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 39. num. 1. Ant. Gomez de delict. cap. 3. rub. de homicid. num. 39.*

2 Conuincitur enim præfatus N.N. de huiuſmodi crimine ex atteſtationibus plurimorum fide dignorum teſtium, qui licet immediatè non deponant vidiſſe eundem N. N. verberantem, & vulnerantem dictum N.N. tamen cum viderint, & audiuerint eundem prius vocatum ad eum acceſſiſſe, & poſtea conclamantem, & conquerentem vulneratum reperierint ipſo Alexandro, & ſocio fugam arripiente, pernecesſè concludunt nonnili ab ipſo Alexandro vulneratum fuiſſe, ſicuti indubitatum oritur indicium aduerſus aliquem, qui admenare viſus fuerit, ſi ille contra quem admenatio tendebat poſtea vulneratus, aut mortuus reperiatur, adeo vt ex hoc ſolo indicio etiam ad condemnandum deueniri poſſe, ſi non in pœnam capitalem, ſaltem mitiorem teſtantur *DD. relati per Farinac. qu. 37. num. 53. par. 1. tom. 2.*

3 Pariter detegitur huius criminis reus dictus

N.N.

N. N. quia mandatum in delictis inducitur quocumque modo, & quibuſcumque verbis, vt colligitur *in l. ſi quis mihi bona §. ſed quod ſi mandauerit ff. de acquir. hæred. & ibi Bart. in princ. Boſſ. in tit. de mandat. & homicid. poſt num. 48. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 806. num. 1. & concluſ. 1012. num. 4. cum alijs per Farinac. quæſt. 134. num. 1. & pluribus ſeqq.*

4 Et ad illud inducendum ſufficiunt coniecturæ & verba tacita importantia mandatum, & mandantis deſiderium faciendi vindictam, etiam ſi expreſſa non fuerint, *Iaſ. in dicta l. ſi quis mihi bona dicto §. ſed quid num. 14. ff. de acquir. hæred.* & ſic

5 indicijs, & coniecturis probatur, *Farinac. q. 134. num. 11. Franc. Marc. deciſ. 423. n. 1. 2. & 4.*

6 Nec aduerſatur, quod mandatum in delictis non præſumatur, etiam in conſanguineo, qui alterius conſanguinei receptam iniuriam vindicauerit, *cap. cum ad ſedem vbi gloſ. magna, & communiter DD. extra de reſtit. ſpoliat. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 14. Anton. Gomez de delict. cap. 3. rub. de homicid. num. 47. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 27. num. 1. 2. 5. & 6.*

7 Quia obiectum procedit in delicto momentaneo, non autem pro vt in caſu noſtro in delicto ſucceſſiuo, ſiquidem N. N. non eodem tempore, quo executa; ſeu præſentata fuit citatio N. N. fratri, deuenit ad actum inſultandi N. N. ſed die ſequenti, quod temporis interuallum efficit, vt inter conſanguineos, ad quorum vtilitatem, & vindictam tendit delictum, præſumatur mandatum, & ſcientia, etiam ex ipſa tantum ſucceſſiuitate, *Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 27. numer. 12. & 13. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 14. poſt num. 24. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1413. nu. 17. Farinac. qui alios allegat quæſt. 134. num. 71. & 76.* vbi quod ab hoc non ſit recedendum vti communiter recepta opinione, *num. 107.* vbi quod indubitanter procedit ſi non ad condemnandum in pœnam grauem, ſaltem mitiorem.

8 Pro excluſione verò huiuſmodi mandati animaduertebam, non eſſe attendendam regulam, quod mandatum in delictis quibuſcumque verbis, & quocumque modo inducatur, cum non appareat, nec ex verbis, nec ex propoſito modo de intentione, & voluntate dicti mandantis, ita nempè voluiſſe, prout poſtea N. N. mandatarius perpatrauit, *vt notant DD. omnes in l. ſi quis mihi bona §. ſed quid ſi mandauit ff. de acquir. hæred. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 866. nu. 1. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa 2. videlicet de mandante num. 1. poſt princ. & nu. 3. Farinac. q. 138. num. 14.*

9 Tanto magis, quia ſi conſideretur qualitas perſonæ dicti N. N. vti Eccleſiaſtici, & non ſoliti in ſimilibus delinquere, non videtur talis, vt manifeſtum præbeat indicium huius commiſſi criminis, & in qua non poſſit cadere alia veriſimilis interpretatio, quam mandati ad inſultandum, & offendendum dictum N. N. *Maſcard. dicta concl. 866. num. 12. & 12. Vulpel. conſ. 62. n. 10. Farinac. quæſt. 134. num. 26.*

10 Indicia enim, & probationes numquam dicuntur certæ, & indubitatæ ad conuincendum reum de commiſſo crimine, niſi ita rem ante oculos ponant, & Iudicis mentem ita coarctent, vt ad aliter credendum inclinari nequeat, *Gomez de delict. cap. 12. rub. de probat. delict. num. 25. poſt verſ. ex quibus infero Clar. in §. fin. q. 20. in fin. princip. Farinac. conſil. 78. numer. 27. tom. 1. Boer. deciſ. 164. numer. 3. & 4.*

11 Ac proinde non quælibet coniecturę in hac materia admittuntur, ſed ſolum illæ, quæ ſunt vehementiſſimæ, & à iure approbatæ, & ex illis adhuc non ad condemnationem, ſed tantummodo ad torturam deueniri poſſe affirmant, *Decian. conſ. 88. num. 2. & 3. lib. 3. & alij congeſti per Farinac. quæſt. 134. num. 11.*

12 Quinimmo, cum non conſtet probabilem huius delicti committendi, & veriſimilem ſcientiam habuiſſe, & non prohibuiſſe, ad nihil tenetur pro huiuſmodi præſumpto mandato, *Honded. conſ. 97. Decian. conſ. 83. nu. 1. lib. 1. Monticel. reg. crim. 5. num. 34. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1300. nu. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 27. num. 9. Bero. conſ. 118. num. 21. lib. 3. Farinac. quæſt. 134. n. 89. & 91.*

13 In dubio enim præſumitur ignorantia in conſanguineo, in cuius vtilitatem, vel vindictam delictum ab altero conſanguineo commiſſum fuit, *Planc. in Epit. delict. lib. 1. cap. 14. poſt num. 4. verſic. aut ſumus Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 27. num. 4. Decian. conſ. 88. num. 1. lib. 3. vbi de communi, Farinac. quæſt. 134. cap. 3. num. 94. & 95.* vbi ſuadit quod ignorantia hoc caſu iuramento probetur.

14 Et quod omnino excuſet tradunt *Hond. conſ. 96. num. 96. lib. 2. Clar. in §. fin. quæſt. 86. in 2. verſ. hinc infertur in fin. vbi de communi Menoch. conſ. 53. n. 14. in fin. lib. 1. Dec. conſ. 84. num. 1. lib. 3. & eſt Textus apertus in cap. quia præſulatus in verſ. tamen ipſa 1. quæſt. 4.* & ibi *gloſ. in verb. an orare.*

15 Vltra quod etiam in caſu, quò mandatum præſumitur contra conſanguineum, & amicum propter delictum ad eorum vtilitatem, vel vindictam commiſſum, talis præſumptio non ſufficit ad imponendam pęnam ordinariam, & grauem, ſed tantummodo extraordinariam, & leuem, *Boniſac. de Vitali in rub. quid ſit accuſatio num. 141.* vbi de Patre pręſente, & non prohibente delictum filij, *Clar. in § fin. quæſt. 86. num. 4. verſ. ſcias autem Farinac. quæſt. 134. cap. 1. num. 107.*

16 Nec diſpoſitio conſtitutionis Alexandrinæ in præſenti caſu ſibi locum vindicare poteſt, non propter quod dicta conſtitutio videatur localis, & reſtricta ad Romanam Vrbem comprehendatq; offenſiones illatas, ſiuè in Curia, ſiuè extra eam, dummodo tamen lis in Curia tractetur, *Pute. deciſ. 102. lib. 1. Rot. deciſ. 21. num. 2. poſt prim. vol. conſ. Farinac. Guazin de confiſcat. concl. 13. ampliat. 87. nu. 2.*

17 Quia propter Bandimenta Generalia totius Status Eccleſiaſtici fuit etiam ad totum eundem ſtatum extenſa, *Guazin. loco citato num. 3.* & etiam in Curijs Eccleſiaſticis ſeruari debet, cum loquatur generaliter de offenſionibus, & moleſtijs illatis cauſa litis abſque vlla reſtrictione, an lis agitetur in Tribunali Eccleſiaſtico, vel ſeculari.

18 Sed quia non liquet huiuſmodi offenſionem illatam fuiſſe cauſa litis, nam licet offenſio in dubio præſumatur facta occaſione litis ad effectum incurrendi pœnas Bullæ Alexandrinæ, vt ſi litigans offendat colligantem tempore motæ litis, ea-

19 eaque pendente, *Rota deciſ.21. num.1. poſt 1. vol.*
conſ. Farinac. tamen in caſu noſtro neque lis mo-
ta, neque pendens dici poteſt, quia per tranſmiſ-
ſionem ſolum præfatæ citationis adhuc in actis
non reproductæ tanquam per actum mere extra-
iudicialem litis pendentia introducta non dicitur,
ad tradita per *DD. in cap. fin. de elect. in 6. Gonzal.*
ſuper reg.8. Cancel. gloſ.9. in annot. contra nullit. &
atten. num.32. Rota in Leodien. Penſion. 16. Maij
1650. §. quia cum ſimplex verſ. ex inde litis penden-
tia, & per tot. coram R.P.D. Cerro. Cum ad eam
20 inducendam requiratur libelli porrectio, reique
reſponſio, acta in cauſa facta, & ſimilia, *Carn.*
conſ.65. num.15. vol.3. & ex Abb. & Fely. tradit
Tiber. Salust. in prax. Auditor. Cam. lib.1. cap.55.
num.8. ad tradita per Rot. in Bonen. Abbatiæ 3. Iu-
lij 1645. in §. lis coram Arguell. impreſ. poſt partem
8. reſol. moral. Dian. fol.656.

21 Et Alexandrinæ Conſtitutioni nunquam eſt
locus, niſi tria copulatiuè concurrant, primo
quod in offenſione, ſeù minis, & iniurijs dolus
interuenerit, ſecundo quod eadem offenſio, ſeù
iniuriarũ illatio ex cauſa litis proceſſerit, tertio
quod ex parte offenſi, ſeù iniurati nulla interue-
nerit prouocatio, *Farinac. conſ.67. num.1. tom.1. &*
ita firmauit Rota coram Blanchetto, vt poſt dictum
conſil. num.8. Guazin. in tract. de confiſcat. concl.12.
ampliat.87. num.4.

22 Quæ non concurrunt in caſu noſtro, cum lis
per ſolam citationis tranſmiſſionem erat in fieri,
& non in facto eſſe, ſeù in ſuo eſſe deducta, &
conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda ad ſolam cau-
ſam, propter quam inducta fuit, *Bald. in l.3. §. ex*
hoc edicto ff. naut. caup. Stabul. Bald. & Saly. in l.
vlt. C. ad Maced. Alex. conſ.280. num.10. lib.2.
Farinac. conſ 65 num.132. lib.1. per Text. in cap. ſta-
tutum de elect. in 6. l. interpretatione, l. ſi præſens ff.
de pæn. & vltra eius verba non eſt extendenda, nec
trahenda ad caſus ſimilitudinarios, *l. factum §. in*
pœnalibus vbi Dec. de reg. iur. Farinac. conſ.65. n.22.
vol. .

His igitur bene penſatis quò ad NN. fuit ordi-
natum deueniri ad maiorem proceſſus impingua-
tionem, NN. vero condemnandum fore, & eſſe
in pœnam ſcutorum quinquaginta locis Pijs ap-
plicandorum & exilij ab oppido Crepalcorij.

24 Quo vero ad N. prætenſum Clericum de N.
qui dictum NN. antea, & poſtea aſſociauit, & in
ipſo delicto aſtitit armatus, pro nunc nulla fuit
capta reſolutio, cum non adhuc iuſtificatum ſuit
doloſe, ſcienter, præcedente tractatu, animo præ-
ſtando auxilium aſſociaſſe, & armatum in delicto
aſtitiſſe, ad tradita per *Farinac. quæſt.131. nu.71.*
78. per totam.

25 Nec dicatur, quod præfatus NN. tamquam
Laicus puniri nequeat à Iudice Eccleſiaſtico non
habente iuriſdictionem in Laicos, adeo, vt quan-
do Clericus, & Laicus ſimul delinquunt, cogni-
tio cauſæ quo ad Laicum ſpectet ad Iudicem ſe-
cularem, & quo ad Clericum ad Eccleſiaſticum,
Clar. in §. fin. quæſt. 36. num.41. circa med. Didac.
practic. quæſt.34. num.1. in fin. Couar. quæſt.34. n.1.
Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ.223. num.7. Oſac.
deciſ. Pedemont.103. num.10. Nouar. de elect. fori
ſect.3. quæſt.1. num.28. Sanchez. in opuſc. tom. prima
lib.3. dub.30. num.5. Bonacin. de cenſur. in particu-
lar. diſ.1. quæſt.16. ſeſſ.1. punct.5. num.20. verſ. ſed
contrarium tom.3. fol.108. per Text. in l. ſi quis vo-
26 *cari ff. de furt.* vbi quod in delictis ſocius crimi-
nis non gaudet priuilegio ſocij.

27 Quia in hoc caſu etiam quo ad Laicum cauſæ
cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, ma-
ximè ſi in captura præueniat, itaut qui præuenit
in captura cognoſcere debeat, *Farinac. quæſt.8.*
num.151. in fin. Bauard. in addit. ad Iul. Clar. § fin.
quæſt.36. num.50. Scaccia lib.1. de Iud. Cauſar. &
cert. cap.11. num.24. vbi ita hanc opinionem ſer-
uare vidiſſe ex Decreto *Sac. Congreg. ſub die 10.*
Decemb. 1591. Menoch. de arbitr. caſ.371. num. 2.
Decian. tract. crim. lib 4. cap.9. num.44. Marth. de
iurisd. part.4. cent.2. caſ.119. num.1. Tamburin. de
iur. Abbatum tom.1. diſ.15. quæſt.19. num.31. May-
nard. de Priuileg. Eccleſ. part.1. art.17. numer.10.
Bellet. in diſquiſit. Cleric. de for. Cleric. perſonal.
§.16. nu.1. Ambroſin. de immunit. Eccleſiaſt. cap.10.
num.5. Duard. in Bulla Cœnæ cap.17. quæſt.11. n.48.
Boſs. in tit. de foro competen. num.116. in fin. Dian.
reſol. moral. part.3. tract.1. de immunit. reſol.1. verſ.
ſed affirmatiuam, & part.4. tract.3. reſol.7. verſ. ſed
ego vbi in fin. ſubdit quod licet contra hanc ſen-
tentiam videatur obſtare Bulla Pij IV. *emanata*
ſub die 26. May 1565. tamen quod non aduerſa-
tur, cum fuerit correpta, & redacta ad terminos
iuris communis, & Sac. Concilij Tridenti per
aliam Bullam B. Pij V. *emanatam ſub die 20. Iu-*
nij 1566.

Et ita &c.

ARGVMENTVM.

Clericus fornicator notorius deponitur ſi ſit incor-
rigibilis, alias ſuſpenditur ſed ex iure nouo *Con-*
cilij Tridentini datur forma procedendi, raro ta-
men ob carnis fragilitatem Beneficijs priuari de-
bent.

SVMMARIVM.

3 Clericus fornicator notorius deponitur declara dummodo
ſit incorrigibilis num.3. alias ſuſpendi ut num 2.
4 Clericus Concubinarius notorius iure antiquo erat ipſo
facto ſuſpenſus.
5 Sed iure nouo eſt ſuſpendendus per ſententiam.
6 Miſſa Presbyteri Concubinarij audiri poteſt.
7 Clerici Concubinarij raro priuantur beneficijs, & niſi præ-
cedente trina monitione, & maxima contumacia.

DECISIO CXLIX.

Alias Conſtitutum XLVI.

NN. Sacerdotali caractere inſignitus ob
malum cõmercium, ſeù potius concubi-
natum, quem retinebat, cum quadam NN. fuit
loco pœnæ, & canonicæ monitionis in carce-
ribus detentus ſex menſium ſpatio, & ne relabe-
retur in huiuſmodi flagitium, cum cautione de
ſe repreſentando toties, quoties, & ad omne
mandatum Domini, etiam nouis non ſuperue-
nientibus indicijs excarceratus fuit. Sed hoc pa-
rum timens, iterum Concubinam introduxit,
prolem ex eadem ſuſcepit, in publicum ſcanda-
lum, & Sacerdotalis dignitatis dedecus; quapro-
pter

præ iterum captus, & de his repertus culpabilis, ac de iure punibilis, poſt quatuor menſes Carceris, pœna ſcutorum centum locis Pijs applicandorum, ſuſpenſionis ab exercitio ordinum, & exilij è Diœceſi Nonantulana, plectendum fore cenſui.

1 Clerici enim fornicatio notoria, ſcandaloſa, vel diù continuata, certum eſt, quod impunis remanere non debeat, & depoſitione dignum eſſe tenent *Ant. de Butr. in cap. at ſi Clerici numer.13. poſt med. verſ. dic. ſi fornicatio eſt notoria de Iudic. vbi Abb. poſt num.35. & 36. verſ. & ſcandalo inde ſurgente, Foller. in pract. crim. canon. cap.33. n.31. Menoch. de Arbit. qq. lib.2. caſ.289. in addit. nu.15. cum alijs per Farinac. queſt.137. num.21. vbi in fin.* hoc declarat procedere (ſcilicet poſſe imponi pœnam depoſitionis) quando huiuſmodi flagitij qualitas, & circumſtantiæ hoc ſuadeant, nempe qualitas notorij ſcandali, reiterationis, ac frequentationis delicti, & ſimilis circumſtantia, quæ ſit potens, & ſufficiens ad aggrauandam criminis pœnam, & in hoc caſu non eſt dubium in Iure, quod imponi poſſit pœna depoſitionis.

2 Ex veriori tamen, & magis recepta DD. ſententia, quod etiam in caſu fornicationis notoriæ non imponatur pœna depoſitionis, ſed tantum ſuſpenſionis, Teſtantur, *Clar. in §. fornicat. verſ. ſi quæro, quæ ſit pena in fin. num.4. Farinac. quaſt.137. num 22. vbi in fin ſubdit*, quod Clericus fornicator notorius ipſo iure ſit ſuſpenſus ab officio, & ſic non eſſe verum quod deponatur.

3 Et prima opinio fortaſſe procedit in Clerico incorrigibili in huiuſmodi crimine, qui abſque dubio depoſitionis pœna afficiendus venit, facit *Text. in cap. Clericos de cohabit. Cleric. & mulier.* vbi Papa mandat illos Clericos, nè dum fornicarios, ſed etiam concubinarios primo canonicè moneri ad dimittendas Concubinas, ſecundo vrgeri per ſententiam interdicti, & ſuſpenſionis, & vltimo loco ſi non acquieuerint, deponi, & ſic videtur, quod hæc vltima pœna non imponi debeat, niſi data incorrigibilitate *Abb. in cap. at ſi Clerici verſ. ſed aduerte de Iudic. & num.36. verſic. & ſic intellige cum alijs per Farinac. quaſt.137. numer.24.*

4 Et licet Clericus Concubinarius notorius videtur ipſo Iure ſuſpenſus ab Officio, & Beneficio, ita quod ſi celebret incurrat irregularitatem, etiam nulla præcedente monitione, vt deciſum refert *Bellet. diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de diſciplin. Cleric. §.5. num.45. Nicol. Garz. de benef. part.7. cap.14. num.11. & 15. relat. per Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.14. de reformat. num.17.*

5 Hoc tamen ſibi locum vindicat Iure antiquo; non tamen nouo, cuius vigore non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, prout præfatus Romualdus per ſententiam ſuſpenſus fuit; quia Sacri Canones in hac parte abrogati ſunt per contrariam conſuetudinem, & ex diſpoſitione *Conc. Trid. ſeſſ.25. cap.14. de reform.* datur forma in hoc caſu procedendi gradatim à leuioribus pœnis ad grauiores, & vtitur verbis futuri temporis, & comminatorijs *Bonacin. de cenſur. in pratic. diſ.3. quaſt.7. punct.4. num.2. verſ. tertia ſententia tom.3. fol.439. Suarez de Cenſ. diſ.31. ſect.4. num.10. & 11. Tolet. lib.1. cap.47. Gutier. canon. quaſt. cap.1. num.43.*

6 Et ſic quod audiri poſſit Miſſa Presbyteri Concubinarij, cum non ſit vitandus, tradit *Bonacin. de Sacram. Eucharist. diſp.4. quaſt. vltim punct. 12. num.1. verſ. vtrum vero fol.127. tom.1.*

7 Nec fuit præfatus Romualdus mulctatus alijs pœnis impoſitis à Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino, quoniam hodie rarò deuenitur ad priuationem beneficiorum, minuſquè ad depoſitionem, ſeù excommunicationem, niſi præcedente trina monitione, & maxima contumacia, cum propter carnis fragilitatem Prælatorum indulgentia mitigatæ ſint pœnæ, quæ in primitiua, & adoleſcenti Eccleſia inferebantur, vt aduertit *Decian. in tract. crim. lib.6. cap.21. num.31. relat. per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.14. num.18. in fine.*

Et ita &c.

F I N I S.

INDEX

INDEX MATERIARVM.

Quæ in Primo, & Secundo Tomo Deciſionum, & Adnotationum Cæſaris Panimollis continentur.

A

ABBAS.

ABBAS Sæcularis in ſua Eccleſia præſente Epiſcopo quomodo ſedere debeat. *Deciſ.I. Adnot.VI. num.1. & 2.*

Sedes Abbatis non debet eſſe fixa ſicut Sedes Epiſcopalis. *deciſ.1. adnot.6. num.3.*

Abbas vbi ſedere debeat in Synodo, & Concilio Prouinciali, & qua mitra vti poſſit. *deciſ.1. adnot.6.n.4. & 5.*

Abbates præcedere debent omnes non habentes vſum mitræ, & commendatarios. *deciſ.1.adnot.6. num.6.*

Abbas vti dignitas anteferendus eſt Canonicis Cathedralis, ſi incedant, vti ſinguli, ſecus ſi collegialiter. *deciſ.1. adnot. 6. num. 7. 8. & 9. Amplia* etiam ſi Abbas ſit benedictus *nu.10.*

Abbates mitrati in Concilijs Prouincialibus quibus præcedant. *deciſ.1. adnot.6.n.11.*

Abbates, & Generales Ordinum Monachorum præcedunt in Cappella Pontificia Generales Ordinum Mendicantium. *deciſ.1.adnot.6.n.43.*

Abbas quem locum habere debeat in Synodo. *deciſ.1.adnot.16.n.4.*

Abbates habentes iuriſdictionem quomodo ſedere debeant in Synodo. *deciſ.1.adnot.16.n.18.*

Abbates Benedicti præcedunt Commendatarios. *deciſ.1.adnot.16.n.21.*

Abbates habentes Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem exequi valent legata pia. *deciſ.12. adnot.6.n.10.*

Abbas habens iuriſdictionem æquiparatur Epiſcopo. *ibid.*

Et exercere poteſt Iuriſdictionem ſicut Epiſcopus. *ibid. n.11.*

Abbas Commendatarius habens territorium ſeparatum, ius exercendi Pontificalia, & plenam iuriſdictionem æquiparatur Epiſcopo. *deciſ.30.num.1.*

Abbati Commendatario, & non Abbati Regulari competit Ius exercendi Pontificalia. *ibid num.7.*

Abbas Commendatarius ſi eius Eccleſia ſit Cathedralis, & Regularis habetur loco Epiſcopi, & Monachi loco Canonicorum, & Abbas Regularis vti prima dignitas. *deciſ.30. num.8. & 9.*

Abbas Regularis ſtante Abbate Commendatario quando poteſt exercere Pontificalia. *deciſ.30.num.15.*

Habens ius ad exercenda Pontificalia propria auctoritate exercere poteſt in locis ſibi ſubiectis. *deciſ.30. adnot.1.n.1.*

Poteſt tribus anni feſtiuitatibus ſolemniter celebrare, & quo ordine. *ibid.num.2.* Declara vt in *num.6.*

Poteſt habere ſedem in presbyterio abſque gradu. *deciſ.30.adnot.1.n.3.*

Paramenta non poteſt ſumere ex Altari, niſi ſi ſolemniter celebret. *ibid nu.4.*

Decretum Sac. Congregationis Rituum circa vſum Pontificalium quo ad Abbates, & Prælatos inferiores refertur. *deciſ.30. adnot.1.nu.7.*

Et declaratio ſupradicti decreti. *num.8.*

Abbates mitra quomodo vti poſſint. *deciſ.30. adnot.1.n.9.*

Abbas, & alij Prælati inferiores non habent facultatem abſoluendi à cenſuris, & irregularitate occulta. *deciſ.30.adnot.2.n.1.* contrar. *n.2.*

Abbates Ordinum Sancti Benedicti poſſunt minores ordines conferre ſuis ſubditis, tàm Monachis, quam laicis. *ibid.num.3.* contrar.*num.4.*

Nec poſſunt conferre alijs Regularibus, aut Sæcularibus, licet habeant dimiſſorias ſuorum Superiorum. *deciſ.30. adnot.2 num.5.* contrar. *num.6.*

Sed hæc ſententia reprobatur. *num.7.*

Abbas vt licitè conferre poſſit minores ordines quæ requirantur. *ibid.n.8.*

An poſſit Sacramentum confirmationis miniſtrare. *deciſ.30.adnot.2.n.10. & 11.*

Abbas Regularis, an Nouitijs primam tonſuram, & minores ordines conferre poſſit. *ibid. num.12. & 13.*

Abbas ſi ordines poteſt conferre poteſt etiam diſpenſare in interſtitijs. *deciſ.30.adnot.2.n.17.*

Ordines conferre Subditis Abbatum pertinet ad Epiſcopos viciniores. *ibid.n.18.*

Abbas Regularis nullius Diœceſis poteſt examinare teſtes pro ſtatu libero. *ibid.n.19.*

Abbas Commendatarius habens Iura Epiſcopalia poteſt remittere denunciationes matrimoniales. *deciſ.30.adnot.2.num.21.* contrat. *num.22.*

Habet etiam facultatem alienandi terrulas Eccleſiæ iuxta *cap. Terrulas 12. quæſt. 2. ibid. n. 23.*
Abbas Cauarum, quam iuriſdictionem habeat. *deciſ. 30. adnot. 2. n. 24.*
Abbas, Abbatiſſa, & Moniales poſſunt repudiare hæreditatem Monaſterio delatam. *dec. 53. adnot. 2. num. 96.*

ABORTVS.

Præbens poculum ſterilitatis, & abortionis æquè homicida reputatur. *deciſ. 68. n. 1.*
Declara, quod præbens, aut ſumens poculum abortionis non punitur pęna mortis fętu non formato, nec animato, ſecùs autem formato, & animato. *ibid. num. 2.* contrar. *vt num. 5. & 6.*
Mulier accipiens medelas ad euitandam prægnantiam non punitur pęna ordinaria homicidij, ſed mitiori. *deciſ. 68. n. 3.*
Abortum procurantes ex Conſtitutione Sixti V. puniuntur pęna mortis etiam in procurante abortus fętus inanimati, ſed fuit redacta ad terminos iuris communis per Gregor. XIV. *deciſ. 68. num. 7. & deciſ. 121. num. 3.*
Et quomodo puniatur. *deciſ. 121. num. 1.*
Vndè mitiori pęna, & non mortis multandus eſt in abortu fętus inanimati. *deciſ. 68. n. 8.*
Anima tanquam forma conſtituit fętum in eſſe hominis. *ibid. num. 9.*
Præbens poculum abortionis ſi ſequatur mors recipientis punitur pęna mortis, morte verò non ſecuta quomodò puniatur. *deciſ. 68. numer. 10. & 11.*
Licet ad alium finem poculum traditum fuerit. *ibid. num. 12.*
In dubio fętus non præſumitur animatus; & contrarium tenentes loquuntur quoad incurſum irregularitatis. *deciſ. 68. nu. 13. & nu. 16. deciſ. 121. n. 5. 6. & 7.*
Fętus ſi maſculus ſit animatur poſt 40. dies, & fęmina poſt 80. *deciſ. 85. n. 17. deciſ. 121. n. 4.*
Non animatur niſi ſit formatus. *deciſ. 68. n. 18.*
Formatio fętus quibus diebus abſoluatur *ibid. num. 19.*
Præbens poculum ſterilitatis, tàm præbens, quam recipiens tanquam homicida tenetur. *deciſ. 68. n. 20.*
Ampl. procedere ſi ex quacumque cauſa poculum ſterilitatis præbeatur. *ibid. n. 21.*
Limit. vt procedat ſi poculum fuiſſet confectum cum alio ſortilegio, ſecùs ſi ſinè. *deciſ. 68. num. 22.*
Præbens poculum ſterilitatis, & abortus de Iure Canonico excommunicatur. *ibid. nu. 23.*
Et reputatur homicida, tàm quoad pęnam legalem, quàm quoad pęnam ſpiritualem. *deciſ. 68. num. 24.*
Clericus præbens poculum ſterilitatis, & abortus excommunicatur. *deciſ. 68 n. 25.*
Eius tamen abſolutio non eſt amplius reſeruata. *ibid. num. 26.*
Et etiam beneficijs priuatur, ſi præbeat poculum amatorium. *ibid. n. 27.*
Clericus præbens poculum abortus fęti animati deponitur, & in Monaſterium detruditur, & vigore Bullæ Sixti V. Curiæ Sæculari traditur. *deciſ. 68. num. 28.*
Sed quia dicta Bulla à Gregorio XIV. fuit reuocata videtur ad triremes tranſmitti poſſe. *deciſ. 68 nu. 29.*
Sed ſi fętus non erat viuificatus, vel animatus Sacerdos non priuatur adminiſtratione Sacramentorum. *ibid. num. 30.*
Conſtitutio Sixti V. contra procurantes abortum fuit à Gregorio XIV. redacta ad terminos iuris Communis, quoad fœtum inanimatum, ſed quoad abortum fętus animati nihil fuit diſpoſitum. *deciſ. 68. num. 31.* vbi declaratur
Mulier, quæ pecunia recepta abortum fecit indiſtinctè pęna mortis punitur. *deciſ. 69. n. 1.*
Limit. in muliere minori *num. 2.*
Mulier, quæ ſuis viſceribus vim infert, vt partum proijciat non pęna mortis, ſed exilij multatur. *deciſ. 69. n. 3.*
Declara iuxtà diſtinctionem ſi fętus erat animatus, vel inanimis. *ibid. n. 4. & 5.*
Mulier ſi ab alio percuſſa abortum fecit, & fętus erat animatus punitur pęna mortis, ſi inanimatus pecuniaria. *deciſ. 69. num. 6.* contrar. *num. 7.*
Declara, quod ſi percutiens habuerit animum committendi abortum, punitur pęna mortis, aliter ſecus, & quid in dubio. *deciſ. 69. num. 8. & num. 9.*
Declara 2. ſi percutiens ſciebat mulierem eſſe prægnantem, ſecus ſi ignorabat. *ibid. num. 10.*
Et præſumptio ſcientiæ, & ignorantiæ mulieris prægnantis relinquitur arbitrio Iudicis. *deciſ. 69. num. 11.*
Abortum ſi faciat mulier ſinè dolo, puta faciendo aliquam vim in domeſticis operibus non tenetur de homicidio, & quod contra eandem nec criminaliter procedatur. *ibid. nu. 12. & num. 13.*
Abortui cauſam dans ludendo nulla pęna punitur. *deciſ. 69 n. 14.*
Clericus verò hoc caſu incurrit irregularitatem. *ibid n. 15. deciſ. 121. n. 2.*
Mulier occidens fętum iam natum, etiam ad euitandam ſuam turpitudinem tenetur pęna mortis. *deciſ. 69. num. 16. & 17.*
Limita quatuor modis, vt à *nu. 18. vſque ad* 22.
Amatorium poculum præbens ſecuta morte, mortis pęna punitur, aliàs mitiori. *deciſ. 69. num. 24.*
Amatorium poculum cum ſortilegio confectum quomodo puniatur. *ibid. n. 25.*
Sanitatis poculum præbens licet mors ſequatur, non pęna mortis, ſed mitiori punitur. *deciſ. 69. num. 26.*
Præbens poculum ſanitatis mulieri prægnanti in periculo vitæ exiſtenti de conſenſu Medici, non eſt puniendus, ſecùs ſinè Medici conſenſu. *ibid. num. 27.* Et quid vigore bandimentorum Vrbis. *num. 28.*
Conceptionis poculum mulieri præbens morte ſecuta relegationis pęna punitur, ſecùs morte non ſecuta. *deciſ. 69. n. 29.*
Poculum ſomniferum alicui præbens quomodò puniatur. *deciſ. 69. num. 30.*
Procurans abortum fętus animati, vel inanimati, qua pęna puniatur. *deciſ. 92. adnot. 2. n. 18. deciſ. 125. n. 23.*

Excom.

Excommunicatio incurſa à procurãtibus abortum à quolibet Confeſſario abſolui poteſt. *deciſ.92. adnot.2. n.19.*

Vir accedens ad vxorem ſi ſit cauſa abortus incurrit irregularitatem, *deciſ.121.n.8.* Ampl.vt in *n.9.* Declar. *n.10.*

Irregularitas contracta cauſa abortus fętus animati non poteſt ab Epiſcopo diſpenſari, *deciſ.121.n.11.*

Abortum non licet procurare ad euitandum periculum infamiæ, aut vitæ puellæ prægnantis, *deciſ.125. n.25.& 26.*

Mulieri prægnanti in vitæ diſcrimine conſtitutæ, an poſſint dari medicamenta, ex quibus ſequitur mors fętus animati, *ibid.n.27.*

ACTOR.

Actor tenetur ſequi forum rei, *deciſ.12. adnot.2. num.10.*

ACTVS.

Actus geſtus ſecundum vnam cauſam non eſt extendendus, *deciſ.10.n.47.*

Actus per iracundiam facti, nec in criminalibus, nec in ciuilibus valent, *deciſ.68.adnot.1.n.29.*

Geſti à non habente intereſſe intelliguntur tutorio, vel curatorio nomine facti, *deciſ. 138. num.9.*

ADMINISTRATOR.

Adminiſtrator tenetur reddere rationem, & ſoluere, *deciſ.94. n.1.*

Negociorum geſtor tenetur debitis temporibus fructus exigere, & vendere, *deciſ.133.n.1.*

Tenetur de neglectis, & inexactis, ſi debitor interim propter ſuam negligentiam efficiatur non ſoluendo, *deciſ.133.n.2.*

Et conſtituitur in culpa lata, *ibid.n.3.*

Tenetur de neglectis, & omiſſis ob libros inordinatè, & inauthenticè confectos, *deciſ.133. num.4.*

Et Dominus habet actionem contrà Adminiſtratorem, & eius hæredes, *ibid.n.5.*

Adminiſtrator, ſeu negociorum geſtor ſtatim ac operas ſuas locauit, & exegit, & in vſum proprium conuertit incidit in moram abſque alia interpellatione, *deciſ.133.n.7.*

Liber Adminiſtratoris ſi ob eius inordinationem non probat contra tertium, probat contrà ipſum Adminiſtratorem, *deciſ.133.n.6.*

ADVOCATVS.

Aduocati in Romana Curia, & præcipuè Conciſtoriales quomodo inter ſe præcedant, *deciſ.1.adnot.11.n.33.*

ADVLTERIVM.

Cauſa de alimentis adulteræ præſtandis, & de amiſſione dotis ob adulterium quando ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, & quando ad Sæcularem, *deciſ.12.adnot.9. n.6.*

In cauſa adulterij, vbi agitur ad pęnam ſanguinis ſolus Iudex Laicus eſt competens, ſecus quo ad diuortium, & ſeparationem ad tempus, *ibid. n.20.*

Adulterium, an ſit mixti fori, & quando ad Laicum, quando ad Eccleſiaſticum ſpectet, *deciſ.17. adnot.1.n.45.*

Vbi agitur de adulterio Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de alimentis, & dote. Sæcularis verò debet ſuperſedere, donec ab Eccleſiaſtico terminetur cauſa diuortij, ſecùs ſi adulterium ſit notorium, *ibid.n.47.*

Adulterium eſt tranſitus vnius thori ad alterum, *deciſ.24.n.1.*

Ex lege veteri, & Moſaica, & de iure gentium grauiſſimè puniebatur, *ibid.n.2.*

De iure ciuili eius pęna eſt deportationis, & de iure Codicis pęna mortis naturalis, & quid de iure Authenticorum, *deciſ.24. num.3.& 4.*

De iure Canonico Laici adulteri excommunicantur, *ibidem*, *n.5.* Et fęmina in Monaſterium detruditur, *n.6.*

Sed hodie de conſuetudine pęnæ adulterij non procedunt, ſed pęna pecuniaria, & extraordinaria imponitur, *deciſ.24.n.13.*

Et circumſcriptis ſtatutis eius pęna eſt arbitraria, *ibid.n.14.*

In muliere quandoque eſt fuſtigationis, & exilij, *ibid.n.15.*

Et in viro vltra pęnam pecuniariam, etiam exilium imponi poteſt, *deciſ.24.n.16.*

Adulterij pęna ceſſat in meretrice nupta, *deciſ.24. n.18.* Contrarium, *n.20.& 22.* vbi quod puniatur iuxta decretum *Sixti V.& Innocentij XI.*

Mulier nupta meretrix de adulterio accuſari poteſt à marito, & conſanguineis, non autem ab extraneis, *deciſ.24.n.21.*

Adulterij pęna reſpectu meretricis nuptæ non ceſſat, & meretricium non excuſat, nec reſpectu viri ad eam accedentis, *ibid. n.22.*

Clericus adulter quomodò puniatur vide in verbo *Clericus* quò ad delicta.

Adulterium punitur pęna diuortij, & amiſſionis dotis, *deciſ.58.n.20.*

Maritus an poſſit occidere vxorem, & adulterum deprehenſos in adulterio, & quid de iure ciuili, & in foro conſcientiæ, *deciſ.124. nn.4. & n.5.* vſque ad *n.11.*

Percutiens Clericum deprehenſum in adulterio cum vxore non incurrit pęnam canonis, *ibid.n.7.*

ÆDIFICARE.

Vnuſquiſque poteſt in ſuo fodere, & ædificare, *deciſ.25.adnot.1. num.7.* Etiam ſi alteri noceat, *num. 8.*

ÆSTIMATIO.

Æſtimatio facit emptionem, & venditionem, *deciſ.4 adnot.4. n.22.& 23.*

ÆTAS.

Ætas requiſita ad validitatem profeſſionis, vide in verbo *Profeſſio*.

Parentes, & conſanguinei ſunt idonei teſtes ad probandam filiorum ætatem, *deciſ.29.n.13.*

Ampl.præcipuè ſi non concurrant alij teſtes in contrarium deponentes, *ibid n.14.*

Limit. ſi atteſtatio parentum tendat in filij vtilitatem, *ibid.n.15.*

Sublim. ſi parentum teſtimonium corroboretur dicto aliorum teſtium, *ibid n.16.*

Quæ ætas requiratur ad obtinendam primam tonſuram, & beneficium ſimplex, *deciſ. 89. adnot.1.n.23.* & quæ ad obtinendum minores, & ſacros ordines, *n.24. & 25.*

Ad obtinendum beneficium curatum, quę ætas requiratur, *deciſ.89.adnot.1. num.26.* & quo ad alias dignitates, *num. 27.* ſiuè in Cathedrali, ſiuè

ſiuè in Collegiata Eccleſia, *num.* 28. & 29.
Ad maiores dignitates obtinendas quæ ætas requiratur, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *n.* 34.
Ætati ſi quid minimum deſit collatio beneficij eſt nulla, *ibid n.* 35.
Eſt numeranda à die natiuitatis, & non baptiſmi ad obtinenda beneficia, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *num.* 36.

AGGRESSOR.

Vide Rixa.
Aggreſſor magis videtur à ſe ipſo occiſus inſultando, quam ab inſultato illum occidendo prò ſui defenſione, *deciſ.* 43. *n.* 30.
Aggreſſor redditur in culpa ſecuri homicidij, *deciſ.* 22. *n.* 2.
Aggreſſus præſumitur omnia ad ſui defenſionem egiſſe, vt ſi fuerit priùs iniuriatus, *deciſ.* 22. *n.* 20.
Aggreſſor quis fuerit coniecturis probatur, *deciſ.* 22. *adnot.* 1. *num.* 1. & ſtatur arbitrio Iudicis, *num.* 2.
Et coniectura deſumitur ex qualitate perſonæ, *deciſ.* 22 *adnot.* 1. *n.* 3. vt ſi ſit magis rixoſus, *n.* 4. vel magis animoſus *n.* 5. vel qui magis armatus erat, *n.* 6.
Item arguitur ex verbis corrixantium, *deciſ.* 22. *adnot.* 1. *n.* 7.
Item in eo, qui minatus eſt, & non in eo, qui in rixa exclamauit, & petijt auxilium, *ibid. num.* 8. & 9.
Aggreſſor dicitur ille; qui primus eſt ſe mouere de loco, ad locum, *deciſ.* 22. *adnot.* 1. *n.* 10.
Item præſumitur ratione loci, *ibid. n.* 11.
Item magis aſſociatus, *ibid. n.* 12.
Item qui dat operam rei illicitæ, *ibid. n.* 13.
Item qui viuus remanſit, præcipuè ſi defenſionem non probauerit, *deciſ.* 22. *adnot.* 1. *n.* 14. & 15. Contrarium, *n.* 16. Declara vt in *n.* 17.
Item præſumitur, qui vulneratus fuit, *ibidem n.* 20. contrarium, *n.* 21.
Et hoc caſu irroganda eſt pęna extraordinaria, *num.* 22.
Sed ſi vterque ęqualiter vulneratus remanſerit, vterque puniri debet, *deciſ.* 22. *adnot.* 1. *n.* 23. Contrarium, *n.* 24. Declara procedere ſi agatur de imponenda pęna corporali, ſecus de pecuniaria, *n.* 25.
Et quid ſi nemo vulneratus remanſit, *n.* 26.
Aggreſſor ſemper habet præſumptionem contra ſe vnde probatur ex parte aggreſſi neceſſaria defenſio, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 8.
Aggreſſor ſi occidatur in actu aggreſſionis non eſt pęna ordinaria puniendus, *ibid. n.* 25.

ALIENATIO BONORVM ECCLESIÆ.

Bona Eccleſiæ hodie inconſulto Romano Pōtifice alienari non poſſunt *deciſ.* 60. *Adnot.* 3. *n.* 1. quid de iure communi. *num.* 2. Ampl. etiam in caſu licito. *n.* 3.
Vltra triennium locari nequeunt ſiuè ſint ſtabilia, ſiuè mobilia pretioſa. *ibid n.* 4. Nec iuramento firmatur. *n.* 7.
Nec valet pactum vt finito triennio cenſeatur renouata locatio. *deciſ.* 60. *Adnot.* 3. *n.* 5. Contrarium. *n.* 6
Annus verò ad hunc effectum non eſt computandus cum ſolo temporis curſu, ſed ex decurſu Agriculari ex perceptione fructuum. *ibid. n.* 8. & quid de ſtylo Curiæ. *n.* 9.
Fructus locari poſſunt vltra triennium. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 10. Contrarium. *n.* 11.
Facta vltra triennium tenet prò tempore permiſſo *ibid. n.* 12. Contrarium. *n.* 14.
Vineolæ, & bona Eccleſiæ parui valoris alienari poſſunt ſolo Epiſcopi conſenſu. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 15. Et res infertiles, & loca diruta. *n.* 16. quæ tamen requiſita ad hunc effectum requirantur. *n.* 17.
Terrulæ vt dicantur modici valoris Iudicis arbitrio relinquitur. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 18. Arbitrium quomodo hoc caſu regulari debeat. *n.* 20.
De quà valoris quantitate intelligatur textus in *cap.* terrulas *ibid. n.* 21. 22. 23. & 24. Et refertur declaratio Sacræ Congregationis. *n.* 25.
Solemnitates non requiruntur in rebus, quæ Eccleſiæ ſunt magis damnoſæ, quam vtiles. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 26.
Nec in bonis incertis, & incognitis, ac difficilis recuperationis. *ibid. n.* 27. ſed de huiuſmodi incertitudine aliter, quam ex partium aſſertione conſtare debet. *n.* 28.
Secùs ſi ius competens Eccleſiæ ſit certum, ſaltem in ſpe. *n.* 29. ſecus etiam in feudis ob potentiam occupantiū difficilis recuperationis. *n.* 30.
Bona Eccleſiæ relicta pro indiuiſo cum laico, non admittentia diuiſionem alienari poſſunt abſquè ſolemnitatibus. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 31.
Bona relicta Monaſterio incapaci retinendi alienari poſſunt abſquè ſolemnitatibus. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 32. & refertur decretum Sacræ Congregationis fabricæ *n.* 39.
Relicta verò Monaſterio capaci, cum facultate alienandi, poſt acceptationem ſinè ſolemnitatibus alienari nequeunt. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 33.
Bona Clericorum Theatinorum alienari poſſunt abſquè ſolemnitatibus. *ibid. n.* 40.
Alienari poſſunt ſinè ſolemnitatibus bona, quæ corrumpuntur, & ſeruando ſeruari non poſſunt. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 41. & 42. ſecus mobilia pretioſa, *n.* 43. & quæ ſint. *n.* 44.
Pecunia deſtinata ad emptionem cenſuum, vel ſtabilium ad fauorem Eccleſiæ alienari non poteſt ſinè ſolemnitatibus. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 45. ſecus ſi pecunia ſit redacta ex fructibus, vel ex eleemoſynis. *n.* 46.
Res Eccleſiæ alienari poſſunt inconſulto Romano Pontifice in caſibus à iure permiſſis. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 58. ſcilicet.
Si vrgeret debitum Eccleſiæ. *n.* 59.
Pro redemptione captiuorum. *n.* 60.
Prò alimonia Pauperum. *n.* 61.
Si res ſit Eccleſiæ incommoda. *n.* 62. vel inutilis. *n.* 63.
Si plus expendatur prò reparatione, quam deducatur. *n.* 64.
Prò recuperanda re meliori. *n.* 65.
Bona aliis obligata ante quam perueniant ad Eccleſiam diſtrahi poſſunt ſinè ſolemnitatibus *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 68. Contrarium. *n.* 69.

Declara procedere ſi alienatio fieri debeat ad inſtantiam creditorum, ſecus ſi Prælatus vellet vendere ex ſè. *ibid. n.* 69.

Solemnitates non exiguntur in rebus alienari ſolitis. *deciſ.* 60. *adnot. n.* 3. 79.

Res Eccleſiæ ſemel effecta alienabilis cum ſolemnitate, efficitur perpetuò alienabilis abſquè ſolemnitate. *ibid. n.* 81.

Quandò ſit alienari ſolita, quomodo iuſtificari debeat. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 82.

Alienandi ſolitum ſi alteretur requiritur noua ſolemnitas. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 83.

Si fiat prò minori quantitate Canonis, ſolitum dicitur alteratum *ibid. n.* 84.

Si prima conceſſio ſit reſtricta ad maſculos, & fœminas deſcendentes per lineam, maſculinam, & ſecunda per deſcendentes, tàm per lineam maſculinam, quam fœmininam dicitur ſolitum alterari. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 85.

Declara procedere ſi alteratio ſit quo ad ſubſtãtialia, ſecùs quoad accidentalia *ibid. n.* 86.

Res alienata ſi ad Eccleſiam reuertatur ceſſante prima Cauſa Conceſſionis abſquè noua Cauſa alienari nequit. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 88

Prout etiam ſi poſt reuerſionem bona Eccleſię incorporata fuerunt. *ibid. n.* 89.

Non tamen cenſentur incorporata, ſi Eccleſia ſaltem per annum non retinuerit. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 90.

Incorporatio ex fundi poſſeſſione præſumitur, ſecus ſi poſſideatur animo dè nouo concedendi. *deciſ* 60. *adnot.* 3. *n.* 91. & 93.

Dicitur facta ex declaratione Prælati. *ibid. n* 92.

In dubio quandò cenſeatur facta incorporatio? *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 94. 95., & 96.

Incorporatio ſine poſſeſſione non ſubſiſtit. *ibid. n.* 97.

Conſenſus Epiſcopi requiritur in conceſſione rei, etiam ſi ſit ſolita alienari. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. *n.* 98.

In Alienatione Rei Eccleſiæ ſolitæ alienari non requiruntur ſolemnitates. *deciſ.* 4. *n.* 11.

Alienatio bonorum Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice, eſt ipſo iure nulla non poteſt tamen allegari à tertio. *deciſ.* 53. *adnot.* 7. *n.* 19. *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *n.* 26.

Epiſcopo eſt interdicta alienatio rerum Eccleſię *deciſ.* 54. *n.* 3.

Alienatio bonorum Eccleſiæ vt ſubſtineatur copulatinè requiritur iuſta cauſa vel ex neceſſitate, vel vtilitate, & ſolemnitas, nempè beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.* 54. *n.* 5.

Cauſa prohibitionis rerum Eccleſiæ alienationis contenta in Paulina conſtitutione an ſit finalis, vel impulſiua. *ibid. n.* 10.

Excommunicatio contra alienantes res Eccleſiæ non incurritur ſi non interueniat dolus, temeritas, & contemptus. *deciſ.* 54. *n.* 13.

Conſtitutio Paulina *de reb. Eccleſ.* non alienan. reſpicit fraudolentes vſurpatores, & alienare pręſumentes dolo, & contemptu. *ibid. n.* 14.

Incommoditas, & pietas eſt iuſta cauſa in alienatione rerum Eccleſię. *deciſ.* 54. *n.* 17.

Iuris repugnantia in alienatione rerum Eccleſię emanauit ad tollendas fraudes, quę ceſſat ſi adſit vtilitas. *ibid. n.* 26.

Alienatio rei Eccleſię abſque beneplacito Apoſtolico eadem non reclamante, remanet in implicito ſtatu validitatis. *deciſ.* 54. *n.* 31.

Facta abſque beneplacito Apoſtolico non ſubſtinetur, licet eſſet Eccleſię vtilis. *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *n.* 1.

Et hodie etiam in caſibus à iure permiſſis inconſulto Romano Pontifice fieri non poteſt. *ibid. num.* 2.

Legatus in alienatione rerum Eccleſiæ non poteſt interponere ſuam auctoritatem abſque Pontificis conceſſione, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 3.

Papa in hac alienatione ſemper habet præ oculis Eccleſiæ vtilitatem, *ibid. num.* 4.

Et vtilitas debet eſſe certa, & indubitata, vt melior efficiatur Eccleſiæ conditio, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 5.

Et non eſt metienda ex ſtatu rei tempore calamitoſo, ſed requiritur cauſa perpetua. *ibid. num.* 6.

Alienatio rei Eccleſiæ facta ex cauſa, quod non afferat fructum ob incurſum bannitorum an teneat, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 7. Et quid cauſa belli, *num.* 8.

Subſtinetur ſi probetur non fuiſſe damnoſam, & quod Eccleſia non ſit deteriorata, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 9 & 10.

Et ſi non ſit facta pauperior intelligitur facta locupletior, *ibid. num.* 11.

Alienatio rei Eccleſiæ facta ex cauſa neceſſitatis valet quocunque modo finem habeat, dummodo ſit vtiliter cepta, ſed ex cauſa vtilitatis omnino in principiò, & in fine debet adeſſe vtilitas, *deciſ.* 54 *adnot.* 1 *num.* 13 & 14. 15. & 16.

Vtilitas in alienatione rei Eccleſiæ debet eſſe in proprietate, & in fructu, & ſi detur res ęqualis eſt damnoſa. *ibid. num.* 17. & 18.

Et ſi ex aliqua cauſa non ſequatur vtilitas, contractus reuocari non debet, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 19.

Vtilitas ſatis eſt interueniſſe de tempore contractus, *ibid. num.* 20.

De euidenti Eccleſiæ vtilitate aliundè conſtare debet, quam ex partium aſſertione, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 22.

Alienatio rei Eccleſiæ facta ſinè beneplacito Apoſtolico, ſi ſit vtilis poteſt ab eadem approbari, & reprobari, ſecus autem ab alio contrahente, *ibid. num.* 23.

Contrarium quod neque in Eccleſiæ fauorem valeat, *ibid num.* 30. & 31.

Quæ cautela detur contrahenti cum Eccleſia, & minori ſinè ſolemnitatibus. Vide in verbo *Contractus* vbi etiam de hac materia.

Eccleſia ſi declaret ſe uolle ſtare alienationi nulliter factæ, fructus ſoluti medio tempore non ſunt reſtituendi, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num.* 51.

Alienans bona Eccleſię ſinè ſolemnitatibus quas pœnas incurrat. *ibid. num.* 18.

Pœnę Paulinæ conſtitutionis incurruntur, etiam ſi alienatio ſit vtilis Eccleſiæ, & ab ea approbetur, *deciſ.* 54. *adnot.* 1. *num* 30.

Alienatio facta ab Eccleſia, vel minore cauſa extinguendi cenſum maioris ſummæ eſt ex

causa

cauſa vtilitatis, & emptor ſoluendo pretium liberatur, *deciſ.54 adnot.2.num.30.* Et hoc caſu pecunia eſt reſtituenda ſi agatur ad contractus reſciſſionem.*num.31.*

Sed ſi extinguatur cenſus ad effectum reinueſtiendi in ſtabilibus, debitor non liberatur niſi doceat de verſione,*ibid.num.32.*

Bona Eccleſiæ malè alienata abſque ſolemnitatibus ſi veniunt recuperanda, fructus reſtitui debent à die alienationis, *deciſ.54.adnot.3. num.3.*

Declara vt veniant reſtituenda vna cum fructibus à die litis conteſtatæ ſi agatur ad reſciſſionem contractus, à die vero celebrati contractus ſi agatur per viam nullitatis, *ibidem num.8.*

Decl.2. vt non veniant reſtituenda cum fructibus à die alienationis ſi fuerit erratum in facto, ſecus ſi cum errore iuris, *deciſ. 54. adnot.3. num.9. & 10.* ſubl. in errore iuris valdè dubij,*num.12.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine cauſa, & ſolemnitatibus inconſulto Romano Pontifice eſt ipſo iure nulla,*deciſ.60.num.22.*

In alienatione bonorum Cathedralis, vel Collegiatæ quorum conſenſus requiratur, *ibid. num.23.*

Validitas in alienatione bonorum Eccleſiæ tota conſiſtit in euidenti vtilitate, *deciſ. 60. num.24.*

Tendit in damnum ſi Eccleſia non faciat ſuam conditionem meliorem,*ibid num.25.*

Item ſi Eccleſia maiores redditus percipiebat antè conceſſionem,*deciſ.60 num. 26.*

Bona culta, & fertilia Eccleſiæ in Emphyteuſim perpetuam concedi prohibentur, *ibid. num.27.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ perperam facta excludit præſcriptionem, ex quà tueri poſſit, *deciſ.60.num.42.*

Eccleſiæ, & minoribus interdicta eſt bonorum alienatio abſque legitima cauſa, *deciſ.60. adnot.1.num.11.*

Quilibet nomine Eccleſiæ poteſt repetere bona malè alienata, etiam abſque mandato,*ibid. num.12.*

Et quilibet etiam extraneus contradicere, & ſe opponere poteſt iniuſtæ, & nullæ alienationi rerum Eccleſiæ,*deciſ 60.adnot.1.num.13.*

Bona fructifera Eccleſiæ nulliter alienata reſtituenda ſunt vna cum fructibus à die alienationis,*ibid.num.21.*

Sed ſi in alienatione adhibitæ fuerunt ſolemnitates, beneplacitum, & decretum executorum interuenerit, fructus ſunt reſtituendi à die motæ litis, *ibid. num.22.* Limit. ſi à principio contrahens fuit in mala fide, *num.23.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ perpetua non eſt vtilis,*deciſ.132 num.7.*

Bona culta, & fertilia Eccleſiæ in Emphyteuſim, perpetuam concedi prohibentur, *deciſ.132.num.8.*

Nec eſt vtilis Eccleſiæ ſi penſio, vel canon non correſpondeat valori bonorum locatorum. *deciſ.132.num.9.& num.11.*

Alienatio etiam in caſu permiſſo cenſetur prohibita, ſi concurrat prohibitio hominis,& legis,*deciſ.135.num.20.*

Alienatio bonorum Emphyteuticorum facta à non repræſentantibus conſilium, vel communitatem irrequiſita Eccleſia eſt nulla, ſed bona ad communitatem;& non ad Eccleſiam reuertuntur,*deciſ.135.num.24.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ duo copulatiuè requirit, nempè ſolemnitatem,& vtilitatem, *deciſ.135.num.29.*

Alienatio rerum Eccleſiæ eſt nulla, ſi tempore conceſſionis plus percipiebatur, & quomodò vtilitas probatur, *deciſ.135.nu.50.51.52. & 53.*

In alienatione bonorum Eccleſiæ vtilitas debet concurrere in vltima, & non ſufficit adfuiſſe in antiqua conceſſione, *deciſ.135. num.30.* Ampl.etiamſi bona ſint ſolita locari.*num.31.*

Locatio bonorum Eccleſiæ pro minori pretio, quod ab aliis poſſit haberi notabiliter dicitur læſiua,*deciſ.135.num.32.*

Bona Eccleſiæ nulliter alienata nunquam præſcribuntur.*deciſ.135.num.40.*

Locatio ſemper cenſetur facta in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, ſi fiat cauſa beneficandi, & ad culturam; bona redigendi, & ſufficit ſi facta fuerit etiam antè Summi Pontificis beneplacitum,*deciſ.135.num.56.*

ALIMENTA. ET SVMPVTS LITIS.

Alimenta, & ſumptus litis denegantur ſi copulatiuè non concurrat præſumptio boni iuris, & paupertas, *deciſ.99. num.1. et adnot.2.num.1.*

Et ad hunc effectum ſufficit ſemiplena probatio,*deciſ.99.adnot. 2.num.2.*

Et procedit ſiuè agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſiuè ad res particulares. *ibid.num.3.*

Non reficiuntur in caſu ſuccumbentiæ, nec imputantur in ſortem, *deciſ.99. adnot.2.num.4.*

Præcipuè debentur ſtante Clauſula ſubminiſtratis alimentis, & dicta clauſula quid operetur,*ibid.num.5.et 6.*

Limit.1. vt denegentur quando quis operando poteſt aliquid lucrari ſine indecore, *deciſ. 99. num.2.* ſecus ſi lucrum ſit tenue,*num.3.* Amp.vt in *Adnot.2.num.16.*

Limit.2.procedere ſi differentia ſit de re fructifera, & pretio æſtimabili, *deciſ. 99. adnot. 2. num.7.*

Limit.3. procedere ſi altera pars ſit diues. *ibid. num.8.*

Pauper enim, alere pauperem, & ſubminiſtrare ſumptus litis non tenetur, etiam ſi haberet redditus ſufficientes pro victu.*deciſ.99.adnot.2. num.9.*

Limit. 4. procedere ſi ex fructibus rei ſuper quà litigatur deduci poſſunt alimenta, & ſumptus litis, ex quibus debentur, *ibidem num.10.*

Paupertas ad effectum conſequendi alimenta, & ſumptus litis eſt probanda in ſpecie, & non in genere.*deciſ.99.adnot.2.num.13.*

Præſumptio boni iuris reſultat ex ſententia, licet fuerit appellatum.*ibid.num.11.et 12.*

Non debentur ſi quis aliunde viuere poteſt.*deciſ.99.adnot.2.nu.14.* Limit. ſi alimenta debeantur

tur vſque àd obitum, *num.*15.

Maritus tenetur ſubminiſtrare alimenta, & ſumptus litis Vxori ſi agat ad Thori ſeparationem. *deciſ.*99. *adnot.*2. *num.*17. Limit. ſi abſque inſta cauſa à marito recedat, *num.* 18. *et* 19.

Ita etiam ſi maritus impugnaret validitatem Matrimonij. *deciſ.*99. *adnot.*2. *num.*20. Etiam ſi mulier ſit indotata, vel dos non ſoluta, *num.*21.

Nec eſt habenda ratio dotis ſolutæ ad effectum taxandi alimenta, ſed reſpicienda eſt qualitas, & neceſſitas mulieris, *ibid. num.*22. Arbitrio Iudicis, *num.* 23. Præcipuè ſi ex parte vxoris concurrat bonum ius, & paupertas, *num.* 24.

Ampl. etiam ſi Maritus eſſet filiusfamilias, cum à ſocero ſint præſtanda, *deciſ.* 99. *adnot.* 2. *num.*25.

Socer tenetur agnoſcere onera filij. *ibidem num.*26.

Maritus ſi ſit inops non tenetur alere vxorem, & filios, *deciſ.*99. *adnot.* 2. *num.*27.

Nepotes tenentur alere patruum egenum, & è contra. *deciſ.*99. *num.*4.

Pater tenetur alere filios, & in ſubſidium Mater. *deciſ.*22. *num.*19. & diues fratrem pauperem, *num.*20.

Cauſa alimentorum, & dotis quando cognoſci poſſit à Iudice Eccleſiaſtico, vide in Verbo Cauſa.

ALTARE.

Altare non debet nudari, vt aliud cooperiatur, *deciſ.*4. *num.*40.

AMBIGEATVS.

Ambigei quomodo puniantur. *deciſ.*94. *adnot.*3. *num.*38. *et* 39. Vide in Verbo furtum, verſ. Ambigeatus crimen.

Ambigei qui ſint, *ibid. num* 40.

Pœna ambigeatus quando intret. *deciſ* 94. *adnot.*3. *num.*41.

Abductio vnius animalis non ſufficit ad irrogandam pœnam ordinariam ambigeatus. *ibid. num.* 42. ſecus in eo, qui videtur hanc artem exercere. *num.*43.

Committitur ex furto vnius equi, vel bouis. *deciſ.*94. *adnot.*3. *num.*44. Secus ex furto vnius Capræ, ſuis, vel Vernicis. *num.*45. ſecus etiam ſi ſurripiantur oues errantes. *num.* 46. ſecus etiam in ſurripiente animalia, quæ ſua eſſe putabat. *num.*48.

Honeſtiores perſonæ in crimine ambigeatus mitius puniuntur. *deciſ.*94. *adnot.*3. *num.*47.

ANIMAL.

Animal ſi moriatur intra triduum poſt perfectam venditionem perit venditori. *deciſ.* 35. *adnot.* 1. *num.*17.

Et ſi appareat morboſus paulo poſt venditionem præſumitur ita fuiſſe de tempore contractus, *ibid. num.*18.

Et venditor hoc caſu tenetur ad reſtitutionem pretij, *deciſ.*35. *annot.*1. *num.*19.

Et hoc procedit tam in equo vendito, quam conducto. *ibid. num.*20.

Limit. procedere ſi appareat de cauſa morbi præcedentis, ſecus ſi de morbo, qui momento contrahi poteſt. *deciſ.*35. *adnot.* 1. *num.*21.

Limit. 2 procedere ſi intra modicum tempus animal decedat, ſecus ſi poſt multos dies. *ibid. num.*22.

ANIMVS.

Animus ab operibus operantis dignoſcitur. *deciſ.*16. *adnot.*1. *num.*19.

Animus, & hominis voluntas eſt ſoli Deo nota tamquam latens in corde, *ibid. num.*20.

Vnde per teſtes probari nequit *deciſ.*16. *adnot.*1. *num.*21. Limit. vt in *num.*22. *et* 23.

Teſtis deponens ſuper animo, & voluntate alterius adducendo rationem per actus exteriores probat. *ibid. num.* 23.

Quæ in animo conſiſtunt probantur indicijs, & coniecturis. *deciſ.* 16. *adnot.*1. *num.*24.

Ad probationem animi admittuntur teſtes ſingulares. *ibid. num.*25.

Animus ex loquela dignoſcitur. *deciſ.*22. *adnot.*4. *num.*20.

Animi deliberatio præſumitur in ſolito vulnerare, & delicta perpatrare. *ibid. num.*31.

Limit. vt in *num.*32.

Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præſumitur ratione loci occulti, apti ad inſidias, *deciſ.* 22. *adnot.*4. *num.*36. Limit. vt *num.*37.

Item præſumitur in eo, qui ex improuiſo nullis dictis verbis alterum aggrediatur, ſecùs ſi aliqua verba prolata fuerunt. *deciſ.*22. *adnot.*4. *num.*38.

Item præſumitur ex multiplicitate vulnerum; *ibid. num.*39. Limit. vt in *num.*40.

Item præſumitur ex præambulis præparationibus, *deciſ.* 22. *adnot.*4. *num.*41. Limit. vt in *num.*42.

Item ex præcedenti tractatu, conſilio, & deliberatione, *ibid. num.*43. Limit. vt *num.*44.

Item præſumitur, ſi tempore nocturno patratum fuerit homicidium. *ibid. num.*45. Limit. vt *num.*46.

Item præſumitur ex præcedentibus minis, & iactatione, *ibid. num.*47. *et* 48. Limit. vt *num.*49. Et quid ſi ignoretur percuſſor *num.*50.

Item præſumitur ex confeſſione extraiudiciali. *ibid. num.* 51.

Item animus præmeditatus occidendi præſumitur ex geminata rixa, vbi declaratur, *deciſ.*22 *adnot.*4 *num.*56.

Item præſumitur animus occidendi ſi nulla cauſa præcedente patratum fuerit, *deciſ.*22. *adnot.*4. *num.* 57. *contrar num.*58.

Animus occidendi ſimplex differt ab animo occidendi cum præmeditatione. *deciſ.*22. *adnot.*4. *num.*69.

Vulnerans in capite præſumitur habuiſſe animum occidendi *deciſ.*147. *num.*13.

Arguitur ex armorum qualitate. *ibid. num.*14.

In dubio præſumitur animus occidendi, *deciſ.*147. *num.*16.

ANNVA PRÆSTATIO.

Annuæ præſtationes dicuntur eſſe de loco vbi eſt deſtinata ſolutio, & ſequuntur creditorem. *deciſ.*13. *adnot.*3. *num.*23.

ANNVS.

Annus quò tempore computetur. *deciſ.*2. *n.*28. &

& quomodo ad faciendam diuiſionem fructuum dotalium, *num.29.*

APPELLATIO.

Appellatio non datur à decreto Epiſcopi contra Adminiſtratores Locorum Piorum, *deciſ.12. adnot.5.num.27.*

Et decretum executioni demandatur appellatione remota, *ibid.num.28.*

Appellatio ſuſpenſiua non datur in cauſis concernentibus Viſitationem, & morum correctionem, ſecus ſi procedatur Ordine iudiciario. *deciſ.12.adnot.5.num.29.*

Tertius pro ſuo iure poteſt à ſententia appellare, etiam ſi principalis acquieuerit. *deciſ.29.adnot.2.num.8.*

Amplia procedere licet tertius non habeat intereſſe principale, ſed ſecundarium. *ibidem num.9.*

Limit. quando ius tertij ſit ſeparatum, & alienum à Iure principaliter intentato, *ibidem num.10.*

Appellatio non poteſt ſuſpendere ea, quæ ad morum correctionem pertinent, *deciſ. 39. num.12.*

Appellatio à declaratoria cenſurarum. Vide *Excommunicatio.*

A declaratoria gaudere, vel non immunitate Eccleſiæ vide. *Immunitas.*

Quando dicatur friuola, *deciſ.96. adnot.2.num.7 & 8.*

AQVA.

Aquæ vſus, aut Iure ſeruitutis, aut Iure conceſſionis competere poteſt, *deciſ.26.num.1.*

Dominus fundi ſuperioris poteſt aquam ex eodem defluentem, vel ingredientem pro libito diuertere in præiudicium inferioris, *dec.26. num.2.*

Aqua pertinet ad eius, in cuius fundo erumpit, de qua pro libito diſponi valet. *deciſ.26. num.3.*

Aquæ ſeruitus non aquiritur ex curſu naturali etiam ſi per mille annos fluxerit in fundum inferiorem, *deciſ.26.num.4.*

Præſcriptio nulla datur in materia decurſus aquarum, *deciſ.26.num.5.*

Per aquæ curſum per canos naturales, & non manufactos non acquiritur ſeruitus, negatiua non diuertendi. *deciſ.26.num.6.*

Aquæ ſeruitus cenſetur inducta per cauos manufactos, *deciſ.26.num.7.*

Limit. procedere ſi opus manufactum exiſtat in fundo, vbi aqua naſcitur, ſecùs ſi in fundo inferiori, *ibid num.8.*

Aqua cenſetur ducta iure familiaritatis, ſi inferior nihil facit in fundo dominante, *deciſ 26. num.11.*

Aquæ ducendæ ius ex quibus competere poteſt, *deciſ.26.adnot.1.num.1.*

Dominus non poteſt diuertere aquam naſcentem in ſuo fundo in præiudicium iuſti tituli poſſidentis. *deciſ.26.adnot.1.num.2.*

Seruitus aquæ ducendæ in quacumque parte fundi conſtitui poteſt, *deciſ. 26. adnot. 1. num.3.*

Aut per continuum fluxum, aut per interualla temporis, *deciſ.26.adnot.1.num.4.*

Etiam per menſuras, per vncias, & digitos; *deciſ.26.adnot.1.num.5.*

Circa aquæ curſum, quæ veniant conſideranda, *deciſ.26.adnot 1.num.6.*

Dominus, per cuius agrum aqua ducitur, an & quando canale mutare poſſit in alterius præiudicium, *deciſ.26.adnot.1.num.8.*

Solitus aquæ curſus quomodo intelligatur, *deciſ.26.adnot.1.num.9.*

Aqua pertinet ad Dominum fundi vbi ſcatet, & excludit ſeruitutem, niſi adſit opus manufactum, *deciſ.26.adnot.1.num.11.*

Efficitur illius poſtquàm eius prædium ingreditur, *deciſ.26. adnot.1.num.12.num.19.* ſi ſit publica, ſecus ſi priuata *num.20.*

Aqua quando dicatur publica, & quando priuata. *deciſ.26.adnot.1. num.13. & 14.*

Aqua priuata quando efficiatur publica, & an à Domino fundi, in quo naſcitur diuerti poſſit. *deciſ.26.adnot.1. num.15. & 16.*

Aqua publica quando efficiatur priuati Iuris, & diuerti poteſt, ſecùs ſi vicino debeatur. *deciſ. 26. adnot 1. num.21.*

Aqua ingrediens fundum ratione ſeruitutis paſſiuæ non efficitur propria Domini fundi. *deciſ.26.adnot.1.num.27.*

Egrediens de fundo alterius deſinit eſſe de eius dominio, etiam ſi iure ſeruitutis recipiatur. *deciſ.26. adnot.1.num.28. & 29.*

In aquarum commoditatibus ſtandum eſt antiquitati. *deciſ.26.adnot.1.num.30.*

Conceſſio vſus aquæ intelligitur ſaluo vſu concedentis. *deciſ.26.adnot.1.num.31.*

In quarum decurſu naturali nulla datur præſcriptio. *deciſ.26.adnot.1.num.32.*

Seruitus aquæ ducendæ quanto tempore præſcribatur, tam contra ſcientem, quam contra ignorantem. *ibid. num.33.34. & num.35.*

Aquæ hauſtus mediante canale quanto tempore præſcribatur. *deciſ.26.adnot.1.num.36.*

Vſus aquæ in dubio præſumitur iure familiaritatis. *deciſ.26.adnot.1.num.39.*

Seruitus aquæ ductus quando non habeat cauſam continuam. *deciſ.26.adnot.1.num.43.*

Et Aquę hauſtus dicitur habere cauſam diſcontinuam. *ibid. num 48.*

Non præſcribitur niſi per tempus immemorabile, vel per curſum centum annorum. *deciſ. 26. adnot.1.num.46. & 50.*

Dummodo quis vſus fuerit aquæ hauſtu proprio iure. *ibid.num.52.*

Aqua poſtquam eſt ingreſſa alterius fundum efficitur propria Domini fundi. *deciſ. 26. adnot.2. num.2.*

In præiudicium tertij non licet aquæ curſum alterare. *deciſ. 26. adnot. 2. num. 9.* Ampl. ſi alijs damnum, & impedimentum afferat. *num.10.* Vndè omnia in priſtinum ſunt reducenda. *num.11. & 21.*

ARBITRIVM.

Arbitrium regulatur à iure. *deciſ.93. num. 2. deciſ. 94. adnot. 3. num. 6.* vbi quod debeat eſſe æquitati conſonum. *deciſ.137.num.2.*

In cauſis criminalibus intelligitur conceſſum iure, & ratione regulatum, & non liberum. *deciſ.94.adnot.3.num.7.*

ARBOR.

Arbores ſolo Eccleſiæ cohærentes alienari non poſſunt abſque ſolemnitatibus. *deciſ. 60. adnot. 3. num. 47.*

Nec incidi pro plantanda vinea cauſa maioris fructus. *ibid. num. 47.* Contrarium *num. 48.*

Incidentes arbores Eccleſiæ incidunt in excommunicationem. *deciſ. 60. adnot. 3. num. 49.*

Limit. in ſilua cędua, & arboribus ad lignandum tantum vtilibus. *ibid. num. 50.*

Limit. ſi ex arborum inciſione fundus fieret fructuoſior. *ibid. num. 51.*

Limit. ſi incidantur arbores vetuſtæ, & ex noua plantatione renouentur. *deciſ. 60. adnot. 3. num. 52.*

Limit. ſi incidantur pro reparatione Eccleſiæ. *ibid. num. 53.*

Beneficiatus vti debet arboribus, & fundo, vt nihil Agriculturæ noceat. *deciſ. 60. adnot. 3. num. 54. deciſ. 78. num. 26. & 27.*

Pretium arborum eſt conuertendum in vtilitatem Eccleſiæ, prout etiam lapidum, & marmorum. *ibid. num. 55.*

Conductor non poteſt incidere arbores fructiferas. *deciſ. 78. num. 13.*

Coloni, conductor, & emphyteuta incidentes arbores fructiferas cadunt à Iure ſuo. *deciſ. 78. num. 14.*

Et Dominus per receptionem penſionis non cenſetur remittere caducitatem. *ibidem numero 15.*

Beneficiatus non poteſt incidere arbores Eccleſiæ, ſiuè fructiferæ, ſiuè non abſque debitis ſolemnitatibus, alias incurrit excommunicationem. *deciſ. 78. num. 16. vſque ad 19.*

Arbores Eccleſiæ cęduæ, quæ ſolum per inciſionem afferunt fructum beneficiatus incidere poteſt. *deciſ. 78. num. 20.*

Prout etiam ſi fundus fiat pretioſior per arborum inciſionem. *deciſ. 78. num. 21.*

Vt ritè incidi poſſint requiritur beneplacitum Apoſtolicum, vel licentia Ordinarij, ſi ſint parui valoris. *deciſ. 78. num. 22.*

Vetuſtæ verò, & corruptæ incidi poſſunt. *deciſ. 78. num. 23.*

Prout etiam pro reparatione Eccleſię. *ibid. n. 24.* Declara vt in *num. 25.*

Contra inciſorem arborum criminaliter agi poteſt. *deciſ. 78. num. 27.*

Beneficiatus pretium arborum, quas incidere non poteſt, & lapidum, & marmorum tenetur conuertere in vtilitatem Eccleſiæ. *deciſ. 78. num. 29.*

Quercus venit appellatione arborum. *ibid. num. 28.*

ARCHIDIACONVS.

Archidiaconus ſi ſit Protonotarius functiones debet peragere cum habitu Canonicali. *deciſ. 1. adnot. 7. num. 11.*

Archidiaconus quando poſtponatur Archipresbytero. *deciſ. 1. adnot. 5. num. 40.*

Archidiaconatus, & Archipresbyteratus de Iure communi ſunt dignitates. *deciſ. 1. adnot. 6. num. 20.*

Archidiaconus de Iure communi regulariter eſt prima dignitas; & præfertur Archipresbytero licet non ſit Sacerdos. *deciſ. 1. adnot. 6. num. 21. 22. & 23.*

Archidiaconus quem locum habeat in Synodo. *deciſ. 1. adnot. 16. num. 5.*

ARCHIEPISCOPVS.

Archiepiſcopus Canonicus debet ſedere in ſuo loco, & dare præcedentiam Præſidenti Capituli; ſed propter ſuam dignitatem habet locum poſt Decanum. *deciſ. 1. adnot. 4. num. 14. & 15.*

Archiepiſcopus titularis, ſeù aliàs tranſlatus ad Eccleſiam ſuffraganeam quomodo ſedere debeat in Concilio Prouinciali. *deciſ. 1. adnot. 16. num. 17.*

Metropolitano in Concilio Prouinciali debetur primus locus. *deciſ. 1. adnot. 16. num. 16.*

ARMORVM DELATIO.

Delatio armorum laicis etiam prohibetur. *deciſ. 39. num. 4.*

Leue tamen delictum reputatur. *ibid. num. 5.*

Deferens Archibuſettos breuioris menſuræ duorum palmorum, puniuntur pœna criminis læſę maieſtatis, & rebellionis, & excommunicationis. *deciſ. 39. num. 14.*

Delatio pugionum, & cultellorum breuioris menſuræ trium palmorum punitur eadem pæna pro archibuſettis impoſita. *ibid. n. 15.*

Delatio cultelli ad incidendum panem ſinè cuſpide permittitur. *deciſ. 39. num. 16.*

Pro retenſione Archebuſettorum non imponitur pæna mortis. *ibidem num. 17.* Contrarium *num. 18.*

Pæna delationis Archibuſettorum paruulorum ad hoc vt habeat locum, eſt probanda paruitas à ſtatuto requiſita. *deciſ. 39. n. 19.*

Adeout teſtes deponentes per verbum in circa non probent. *ibid. num. 20.*

Et neque probarent ſi reddant rationem de ſuo iudicio. *ibid. num. 21.*

Neque probarent ſi ſimpliciter deponant vidiſſe aliquem deferentem tormenticula breuia. *deciſ. 39. num. 22.*

Delatio armorum, & Archibuſettorum non punitur ceſſante dolo, & quid ſecundum Principum conſtitutionem. *ibidem num. 23. & 24.*

Non punitur niſi quis de ea ſit confeſſus, aut conuintus. *deciſ. 39. num. 25.*

Conuintus dicitur ex depoſitione Birruariorum. *ibid. num. 26.* Secus ſi eſſet imponenda pæna corporalis. *num. 27.* niſi aliæ coniecturæ concurrant, quæ animum Iudicis moueant. *num. 28.* & ſaltem facerent indicium ad torturam. *num. 29.*

Quælibet iuſta cauſa excuſat ab armorum delatione. *deciſ. 39. num. 30.*

Deferens arma ligata non punitur pæna delationis armorum, ſi de facili diſſolui nequeant. *ibid. num. 31. & 32.*

Deferens arma prohibita ad effectum ſe defendendi non punitur pęna delationis armorum. *deciſ. 39. num. 33.*

Conceſſa defenſione cenſetur etiam conceſſus armorum vſus. *ibid. num. 34.*

Clerici non ligantur edictis Magiſtratus ſęcularis contra deferentes arma. *deciſ. 39. n. 35.*

Etſi à familia laica cum armis deprèhendantur, eiſdem ſpoliari nequeant. *ibid. num. 36. 39. & num. 44.*

Puniri tamen poſſunt per Eccleſiaſticum Iudicem conſimili pæna à Sęculari ſtatuta. *deciſ. 39. num. 37.*

Curia ſęcularis non poteſt in Eccleſia armis ſpoliare, qui ibidem deſerunt. *ibid. num. 38. 43. 48. & 49.*

Clerici cum armis reperti non poſſunt ſine licentia Epiſcopi carcerari. *deciſ. 39. num. 40. & 45.*

Epiſcopus licet poſſit dare licentiam Executoribus ſęcularibus carcerandi Clericos inuentos cum armis, non tamen expedit generalem licentiam dare. *deciſ. 39. num. 41. & 46.*

Conſtitutio laicalis, quod procedi non poſſit contra arma deferentes, niſi relatio fiat per Baroncellum licet ſuffragetur clericis, debet tamen Epiſcopus publicare conſimilem conſtitutionem. *deciſ. 39. num. 42. & 47.*

ASSASINIVM.

Aſſaſſinii crimen ex ſolo affectu, etiam effectu non ſecuto punitur eadem pęna ſi deuentum fuerit ad actum proximum, *deciſ. 22. adnot. 7. num. 1.* Limit. vt in *num. 11.*

Ampl. vt hoc caſu neque gaudere debet immunitate Eccleſiæ. *ibidem num. 2.*

Etiamſi mandans mandatum reuocaſſet ante effectum ſecutum. *deciſ. 22. adnot. 7. nu. 3. & 4.* Contrarium quod Aſſaſſinus morte non ſecuta gaudere debet immunitate Eccleſiæ. *num. 5.*

Actus proximus ad committendum homicidium, & aſſaſſinium ad imponendam pænam ordinariam, & extraordinariam quis dicatur. *deciſ 22. adnot. 7. num. 6.*

Conatus in crimine aſſaſſinii, vt puniatur eadem pæna, quæ requirantur. *ibidem numero 10.*

In crimine aſſaſſinij non eſt eadem pæna puniendus affectus, effectu non ſecuto, licet deuentum fuerit ad actum proximũ de generali conſuetudine. *dec. 22. adnot. 7. n. 11.* Contr. *n. 13.*

Imponi tamen poteſt pæna extraordinaria. *num. 14. & 19.* Et de iure canonico, quæ pæna imponatur, *num. 12.*

Aſſaſſinium non punitur pæna ordinaria, niſi ſit conſumatum. *ibidem num. 15.*

Limit. ſi ſtatutum puniat etiam expreſsè conatum, conuentionem &c. alias ſecus. *num. 16.*

Mandans extra ordinem puniendus eſt, ſi mandatarius mandatum non acceptauit, *deciſ. 22. adnot. 7. num. 17.*

Crimen aſſaſſinij extra ordinem puniri debet, ſi poſt datum, & acceptum mandatum non fuerit deuentum ad alium actum, niſi ad ſolum verbum. *deciſ. 22. adnot. 7. num. 18.* Contrarium quod intret pæna aſſaſſinij ex ſolo mandato, *num. 20.*

Aſſaſſini tamquam diffidati à Populo Chriſtiano ab omnibus interfici poſſunt. *deciſ. 73. num. 29.*

Siue miniſterio infidelium, ſiue Chriſtianorum delictum commiſſum fuerit; *deciſ. 73. num. 30.*

Aſſaſſinus non dicitur ſuſcipiens mandatum recepta mercede ad vulnerandum. *deciſ. 73. num. 44.*

Et non pæna ordinaria homicidij, ſed alia puta ad triremes puniri debet. *deciſ. 73, n. 45.*

Aſſaſſinium, & Aſſaſſinus, quis dicatur. *dec. 22. adnot. 6. nu. n. 1. deciſ. 145. num. 10.*

Aſſaſſinij crimen, vt commiſſum dicatur, quæ requirantur. *deciſ. 21. adnot. 6. num. 2.*

Inducitur ex ſola promiſſione, & pollicitatione, etiamſi non fuerit data pecunia. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 3. & num. 4.*

Promiſſio ad hunc effectum debet eſſe ſpecialis, & non generalis. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 5.* Contrarium, *num. 6.* & non ſufficit ſi non fuerit acceptata, *num. 7.*

Et debet eſſe pro dicta occaſione, non autem pro expenſis itineris, & ſimilibus. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 8.*

Occidens animo complacendi amico committit aſſaſſinium, ſi habeat ſpem præmij. *deciſ. 22. adnot 6. num 9.* Contrarium, *num. 10.* vbi quod hoc caſu non priuetur immunitate Eccleſiæ.

Aſſaſſinus dicitur accipiens mandatum, & pecuniam ad percutiendum, aut ad vulnerandum tantum, præcipuè vigore Bandimentorum Gubernatoris Vrbis. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 11. & 12.* Contrarium, *num. 13.*

Aſſaſſinium committitur etiam ſi mandans, vel Mandatarius ſint Chriſtifideles, & non infideles. *ibidem num. 14.*

Non committitur, nec immunitate Eccleſiæ priuatur occidens infidelem. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 15. & 16.* Contrarium, *num. 17.*

Occidens ſuum, & mandantis inimicum, etiam mediante pecunia non committit aſſaſſinium, nec priuatur immunitate Eccleſiæ. *ibidem num. 20.* Præcipuè præſente mandante. *num. 21.*

Aſſaſſinium non committitur ex datione paruæ rei, *deciſ. 22. adnot. 6. num. 22.* nec pro receptione expenſarum Hoſpitij, nec ex verbis curialibus, *num. 23.*

Aſſaſſini non dicuntur teſtes, qui pecunia corrupti, ex eorum depoſitione innocens ad mortem damnatur, & ſimiliter Iudex, nec priuantur immunitate Eccleſię. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 24.* Contrarium, *num. 25.*

Receptans, vel defendens aſſaſſinum, non dicitur aſſaſſinus, & non amittit Eccleſiæ immunitatem, *ibidem num. 26.* Contrarium, *num. 27.*

Nec dicitur, qui vti ſocius principali opem tribuat. *deciſ. 22. adnot. 6. num. 28.*

Nec occidens clam proditoriè, vel cum copia ſociorum, *ibidem num. 29.*

Aſſaſſinus ſiue mandans, ſiue Mandatarius non gaudet immunitate Eccleſiæ, *deciſ. 22. adnot. 6. n. 30.* dummodo delictũ fuerit cõſumatũ, *n. 32.*

Secus in alijs ſpeciebus vigore Bandimentorum Gubernatoris Vrbis, *n. 33.*

Punitur pæna mortis naturalis, & impunè offendi poteſt, *deciſ. 22. adnot. 6. num. 34. & 35.* &

quo-

quomodo ex ſtatuto Vrbis, *num.* 36. & de iure canonico incurrit excommunicationem, *num.* 37.
De delicto tamen plenè conſtare debet, *nu.* 39. *ibidem*.
Confeſſio rei de receptione pecuniæ in cauſam, licitam ad inducendum aſſaſſinium non eſt diuidenda, *decif.* 22. *adnot.* 6. *num.* 40.
Aſſaſſinium, & mandatum probatur probabilibus argumentis, *decif.* 22. *adnot.* 3. *n.* 41. *decif.* 148. *num.* 4. & 5. Limit. vt in *num.* 11.
Teſtes de auditu in hoc crimine faciunt indicium ad torturam, *decif.* 22. *adnot.* 6. *n.* 42.
Et recipiuntur teſtes etiam parte non citata, & lite non conteſtata, *decif.* 22. *adnot.* 6. *num.* 43. & *num.* 44.
In crimine aſſaſſinij procedi poteſt iuris ordine non ſeruato, dummodò conſtet de qualitate aſſaſſinij, *decif.* 22. *adnot.* 6. *num* 45. & *n.* 46.
Aſſaſſinij pœna locum non habet in ſimplici, & imperfecto tractatu de occidendo, *decif.* 22. *adnot.* 6. *num.* 47.
Occidens abſque cauſa, vel inimicitia præcedente torqueri poteſt abſque alijs indicijs ad indicandum mandantem, *decif.* 22. *adnot.* 6. *num.* 48.
Mandans, & Mandatarius in crimine aſſaſſinij eadem pœna puniuntur, *decif.* 22. *adnot.* 6. *n.* 49. *decif.* 148. *num.* 1.
Amplia in recipiente, occultante, & auxilium præſtante aſſaſſino, eiuſdemque defenſore, *ibid. n.* 50. 51. & *n.* 52.
Quod procedit ſi auxiliator habeat notitiam qualitatis aſſaſſinij, alias ſecus, *decif.* 22. *adnot.* 6. *num.* 53.
Clericus aſſaſſinus quomodo puniatur, *ibidem num.* 38.
Et tradi poteſt curiæ ſeculari non expectata incorrigibilitate, *decif.* 73. *num.* 28. Declara vt in *num* 31.
Non tamen ſubijcitur curiæ ſęculari pro aſſaſſinio, niſi poſt ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, *decif.* 73. *num.* 31. & 34. alias Iudex laicus incideret in excommunicationem, *num.* 32. Et reprobantur Doctores de contraria conſuetudine atteſtantes, *num.* 35.
Clericus ſuſcipiens mandatum ad vulnerandum recepta mercede pæna extraordinaria puniri debet, *decif.* 73. *num.* 45.
Clericus aſſaſſinus poteſt à Iudice ſęculari puniri etiam morte non ſecuta, *decif.* 22. *adnot.* 2. *num.* 9. Ampl. etiam in defenſoribus, & receptatoribus. *ibid.*
Clericus aſſaſſinus etiam non expectata incorrigibilitate tradi poteſt Curiæ ſęculari, *decif.* 92. *adnot.* 2. *num.* 10.
Limit. procedere conſtito de qualitate aſſaſſinii, & poſtquam tanquam aſſaſſinus fuerit à Iudice Eccleſiaſtico condemnatus, *ibid. n.* 11.
Et ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat declaratio huius criminis à Clerico commiſſi, *decif.* 92. *adnot.* 2. *num.* 12. Contrarium de conſuetudine ſeruari, *num.* 13. Sed dicta conſuetudo tanquam contra Sacros Canones reijcienda, *num.* 14.
Proceſſus fabricatus contra Clericum de crimine aſſaſſinij coram Iudice laico non valet. *decif.* 92. *adnot.* 2. *num.* 15.
Quid in antiquis, & occultis, *ibid. num.* 16.
Mandatum in delictis inducitur quocunque modo, & quibuſcunque verbis, *decif.* 148. *n.* 3. Ampl. vt in *n.* 4. Limit. vt in *n.* 8.

AVDITOR CAMERÆ.

A. C. eſt Iudex obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios, *decif.* 12. *adnot.* 1. *num.* 7.
Declara procedere quoad Iudices Romanæ Curiæ, cumulatiuè verò quoad Iudices extra Curiam, *ibid. num.* 8.
A. C. à Iudice de partibus non poteſt cauſam auocare, ſi coram eo ſit introducta, *ibidem num.* 9.

B

BANNIMENTA, BANNVM, BANNITVS.

Bannimenta, ſeù ſtatuta prohibentia extractionem rerum ad annonam pertinentia ad bonum publicum non ligant Clericos. *decif.* 32. *num.* 12.
Bannimenta prohibentia delationem armorum, vel extractionem alicuius rei non habent locum, niſi quis in fraganti reperiatur, licet teſtibus probaretur, *decif.* 32. *n.* 46. *contrar.* 47.
Limit. ſi ſtatutum, vel edictum tribuat facultatem procedendi per inquiſitionem, *ibidem num.* 48.
Bannum pendente cauſa nullitatis pœnæ exceſſiuæ remanet in ſuſpenſo, *decif.* 86. *num.* 3. & Bannitus impunè occidi nequit, *num.* 4.
Bannitus comparens infrà annum ſponte admittitur ad nouas defenſiones, ſecùs ſi captus, vel poſt annum, niſi ex gratia Principis, *decif.* 92. *adnot.* 2. *num.* 26. & 27.
Quandò admiſſus ad nouas defenſiones recuperet bona confiſcata *ibid num.* 28.

BAPTISMVS, BAPTIZANS.

Baptizatus in alia parte corporis, quam in capite rebaptizari debet ſub conditione, *dec.* 104. *num.* 1.
Baptizatus in capite antequam egrediatur è matris vtero, egreſſus non eſt rebaptizandus, *ibid. num.* 2.
Baptiſmus non eſt validus ſi aqua ſolos capillos tangeret, *decif.* 104. *num* 3.
Aqua debet eſſe ſufficiens ad valdè conferendum, *ibid. num* 4.
Cognatio ſpiritualis contrahitur ſi ratione dubij prioris baptiſmi quis rebaptizetur, *decif.* 104. *num.* 5. Contrarium *num.* 6.
An validè conferatur à Miniſtro putando eſſe fœminam, cum eſſet maſculus, *ibid n.* 7.
Baptizatus vt fœmina, ſi deindè virilia promineant non eſt rebaptizandus, *decif.* 104 *n.* 8.
Pater baptizans in neceſſitate filium concubinæ, an poſſit illam in vxorem ducere, *ibidem num.* 9. & 10.
Coniux baptizans filium in neceſſitate an priuetur iure petendi, vel redendi debitum, *decif.* 104. *num.* 11.
Non confirmatus ſuſcipiens in baptiſmo contrahit cognationem ſpiritualem, *dec.* 117. *n.* 8.

B A R O.

Vide in verbo *Princeps*.

Baro quoad præcedentiam, vide in verbo *Princeps*.

Non poteſt cogere ſuos ſubditos ad molendum in ſuo molendino; & coquendum panem in ſuo furno, *deciſ.* 25. *adnot.* 1. *num.* 11.

Etiamſi ad eum accedere ſoliti fuerint. *n.* 12.

Et non valent ſtatuta id prohibentia, *ibidem*.

Baronis ordinatio reſpiciens eius, & non ſubditorum commodum non valet, *deciſ.* 25. *adnot.* 1. *num.* 12.

Baro, & Dominus etiam ſi habeat merum, & mixtum imperium non poteſt prohibere ſubditis ne accedant niſi ad ſua molendina, *deciſ.* 25. *adnot.* 1. *num.* 13. Ampl. vt in *n.* 18.

Ampl. vt idem ſit in torcularibus oliuarum. *ibid. num.* 14.

Ampl. vt neque Ciuitas poſſit hoc prohibere abſque legitimo titulo, *ibid. num.* 15.

Ampl. vt nec etiam habeat ius prohibendi perſona, ad quam pertineant regalia, *ibidem num.* 15.

Baro quoad ius paſcendi, vide *Paſcua*.

Non poteſt prohibere Eccleſiaſticis, neque ſubditis laicis acceſſum ad alia molendina; abſque legitimo titulo, *deciſ.* 26. *adnot.* 4. *n.* 14.

Neque hoc ius venit in inueſtitura. *ibid. n.* 15.

Baro recognoſcens Superiorem non poteſt ſtatuere contra Ius commune, *deciſ.* 97. *num.* 13. nec ſtatuta confirmare, *num.* 14. ſecùs ad publicam vtilitatem, ex qua præter ius ſtatuere poteſt, *num.* 15.

Baro habens iuriſdictionem ciuilem præcedit Baronem habentem criminalem, *deciſ.* 1. *adnot.* 12. *num.* 23.

Barones, & Magiſtratus quomodo inter ſe præcedere debeant, *deciſ.* 1. *adnot.* 13 *num.* 1.

BENEFICIVM ECCLESIASTICVM.

Vide Capellania.

Beneficium in dubio præſumitur ſimplex, & non curatum, *deciſ.* 5 *adnot.* 1. *num.* 6.

Beneficium curatum ſi perpetuo Capitulo vnitum exiſtat cura habitualis reſidet penes Capitulum, actualis penes Vicarium, *deciſ.* 5. *adnot.* 2. *num.* 3. & 13.

Ampl. præcipuè procedere ſi vnio ſit facta per viam incorporationis; *ibidem num.* 5.

Ampl. præcipuè procedere ſi capitulo conceſſa fuerit facultas nominandi Presbyterum ad nutum, *ibidem num.* 4.

Beneficij de iurepatronatus laicorum inſtitutio ſi vacauerit in curia pertinet ad Pontificem, *deciſ.* 9. *adnot.* 4 *num.* 1.

Limit. procedere in Dignitatibus &c. ſecus in minoribus, *ibidem num.* 2.

Etſi ſit Eccleſiaſticum, vel mixtum, vt præualeat pars Eccleſiaſtica ſi vacat in curia collatio, & inſtitutio ſpectat ad Pontificem, & ſubiacet regulis Cancellariæ, *ibidem n.* 3. & 4. abſque aliqua derogatione, *num.* 6.

Beneficia de iurepatronatus laicorum generaliter non comprehenduntur in reſeruationibus, *deciſ.* 9 *adnot.* 4. *num.* 21.

Ampl. etiam ſi in reſeruatione adſint verba ad cuiuſcunque collationem, & diſpoſitionem pertineant, & clauſula motu proprio, *ibidem num.* 22.

Beneficium de iurepatronatus ſpectans ad Clericum ratione bonorum patrimonialium non ſubiacet regulis reſeruatorijs, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 23.

In prouiſione beneficij de ſtylo Datariæ ſolet apponi datam gratiæ ſub die obitus, ad occurrendum Ordinariorum prouiſionibus, *ibidem num.* 20.

In beneficijs incompatibilibus cum obtentis de ſtylo datariæ apponitur clauſula de dimittendo primum etiamſi ſit de iurepatronatus laicorum, *deciſ.* 9. *adnot* 4. *num.* 18.

Beneficium de iurepatronatus reſeruatum ad fauorem certarum perſonarum, eis deficientibus remanet liberum, *deciſ.* 10. *adnot.* 3. *num.* 17.

Vltimus ſtatus in beneficijs non attenditur, ſi conſtat de anteriori ſtatu laicali, *deciſ.* 21. *num.* 30.

Legatum factum cum onere celebrandi miſſas non eſt beneficium Eccleſiaſticum, *deciſ.* 21. *num* 2.

Beneficium Eccleſiaſticum non dicitur ſi repugnet fundatoris intentio, *ibid. n.* 4.

Eccleſiaſticum eſſe deducitur ex mentione facta per teſtatorem de patronorum electione, vacatione, nominatione, & præſentatione, *deciſ.* 21. *num.* 10.

Sed quod dicta verba etiam verificari poſſint in libera collatione abſque alterius miniſterio, *ibidem num* 11. Et etiam in Capellanijs pijs, & non collatiuis, *num.* 12.

Beneficium dicitur tenue ſi eius fructus annuatim non excedunt ſeptem florenos aureos, ſeu ducatos de Camera. *deciſ.* 27. *num.* 6.

Succeſſor in beneficio ad hoc vt teneatur ſtare contractui celebrato per anteceſſorem, quæ requirantur. *deciſ.* 30. *num.* 27.

Beneficium ſimplex, ſeu Capellania cum Canonicatu retineri poteſt ſub eodem tecto. *deciſ.* 31. *num.* 1.

Beneficia difformia in nomine, & in fine, vt ſi vnum ſit reſidentiale, alterū nō, incompatibilia non dicuntur. *deciſ.* 31. *num.* 2.

Et reprobatur *Hoieda* indiſtinctè tenens ſufficere eſſe ſub eodem tecto, vt incompatibilia dicantur. *ibid. num* 3.

Vniformia eiuſdem nominis, & miniſterij vel incompatibilia non poſſunt retineri ſub eodem tecto, *deciſ.* 31. *num.* 4.

Dignitas cum Canonicatu ex conſuetudine, vel diſpenſatione Papæ retineri poſſunt ſub eodem tecto, *ibid. num.* 5. Et etiam cum diſpenſatione Epiſcopi, *num.* 6.

Difformia quo ad nomen, non autem quo ad reſidentiam ſunt incompatibilia, *deciſ.* 31. *num.* 7.

Et per aſſecutionem ſecundi vacat primum, niſi concurrat conſuetudo, aut diſpenſatio Apoſtolica, *ibid. num.* 8.

Beneficia vniformia ordinata ad diuerſum miniſterium cum diuerſis oneribus, vt ſunt duæ

Ca-

Capellaniæ in diuerſis altaribus ſub eodem tecto retineri poſſunt, *deciſ.31.num.9.*

Sunt incompatibilia ſi vtrumque requirit perſonalem reſidentiam, etiamſi ſint difformia, & ſub diuerſo tecto, *dec.31.num.10.*

Limit. ſi alter non concurrat in tempore cum reſidentia alterius, *ibid num.11.*

Limit. vt procedat in reſidentia vera, & præciſa, ſecus in cauſatiua; *ibid.num.12.*

Capellania habens onus Inſeruiendi Eccleſiæ, ſi poſſit per alium adimpleri retineri poteſt cum Canonicatu ſub eodem tecto, *deciſ. 31. num. 13.*

Beneficia difformia, & diuerſi miniſterij ſub eodem tecto retineri poſſunt cum diſpenſatione Ordinarij; *ibid.num.14.*

Plura beneficia retineri non poſſunt, *deciſ. 31. num. 15.*

Vnum ſingulis eſt conferendum, & ſi non ſufficiat ad commodam ſubſtentationẽ an plura conferri poſſint, *ibid.n.16.17.& n.18.*

Et fructus beneficij an ſufficiant ad commodam ſubſtentationem, iudicis arbitrio relinquitur, *deciſ.31.num.19.*

In beneficijs de Iurepatronatus non habet locum *Concilium Tridentinum ſeſſ.24.de Reformat. cap.17.ibid.num.20.*

Præſentatus ad Beneficia de Iurepatronatus laicorum Inſtitui poteſt ab Epiſcopo etiam vltra tertium, & quartum, *deciſ.31.n.21.*

Beneficia de Iurepatronatus laicorum non ſubiacent regulis Cancellariæ, *ibid n.32.*

Beneficium vacat ipſo iure per aſſecutionem alterius incompatibilis; *deciſ. 31. Adnot. 1. num. 1.*

Ad inducendam dictam vacationem ſecundum antiquam diſpoſitionem Sacrorum Canonum conſtituuntur quinque tempora, *ibid. num.1.*

Hodiè ex Concilio, non ſolum dignitates, & beneficia curata, de quibus loquebantur iura antiqua, ſed etiam beneficia ſimplicia Capellaniæ, quæcumque alia beneficia perſonalem reſidentiam requirentia comprehenduntur, *deciſ.3.Adnot.1.num.2.*

Adeò vt hodie per aſſecutionem ſecundi vacat ipſo Iure primum, *ibid.nu.2.*

Limita vt non procedat, vbi concurrit diſpenſatio Apoſtolica, quæ quomodo ſit iuſtificanda traditur, *ibid.num.3.*

Ceſſio Iurium inducitur per ſolutionem ad fauorem ſoluentis, *decis.* 18. *adnot.* 2. *n.* 40.

Declara ſi ſoluens alium liberauerit, & non ſe ipſum, *ibid. n.* 41.

Cedens nomen debitoris, & promiſerit euictionem, tenetur de realitate, & non de exigibilitate, *decis.* 18. *n.* 23. Limit. ſi fuerit promiſſa, tam de iure, quam de facto, *num.* 29.

Ceſſionarius cenſetur vna, & eadem perſona cum cedente, eiuſque iura conſequitur ad quemcumque effectum, *decis* 43. *n.* 12.

CITATIO.

Citatio in præiudicialibus debet eſſe perſonalis, *decis.* 10. *n.* 20.

Eſt de ſolemnitate iudicij, *decis.* 85. *n.* 17.

Eſt neceſſaria etiam ſi procedatur ſola facti veritate inſpecta, *decis.* 85. *n.* 18.

CLAVSVLA CODICILLARIS.

Clauſula codicillaris, &, omni meliori modo nihil operantur ſi extranei ſint inſtituti, *decis.* 8. *adnot.* 1. *n.* 39.

Clauſula codicillaris ſaluat teſtamentum nullum, tam defectu ſolemnitatum, quam præteritionis, *decis.* 8. *adnot.* 1. *n.* 34. & *n.* 3. Limit. *vt in n.* 38.

Non poteſt tamen habere effectum ſi prædecedat inſtitutus nullo dato ſubſtituto, *ibidem num.* 36.

Non operatur ſi eſſet inſtituta turpis perſona, *decis.* 8. *adnot.* 1. *n.* 40.

Subſtinet teſtamentum ex capite præteritionis ſcienter factæ, ſecus ignoranter, *decis.* 8. *adnot.* 1. *num.* 41.

Reſtringitur ex vrgentibus rationibus, *decis.* 8. *adnot.* 1. *n.* 42.

Subſtinet teſtamentum ſi filij in conditione poſiti ſint vocati, *decis.* 8. *adnot.* 1. *n.* 50.

Clauſula codicillaris, ſiue ſit concepta per verba futuri, ſiue præſentis temporis, ſiue teſtator poſt agnitionem poſthumi ſuperuixerit, ſiue non, & etiam ſi defunctis liberis cogitauerit, & etiam ſi legata ſint magna non operatur poſthumo ignoranter præterito, *decis.* 43. *n.* 18.

Limita ſi ſimul concurrat, quod pater poſt natiuitatem poſthumi ſuperuixerit, & potuerit mutare, & non mutauit teſtamentum, & quod alter filius ſit inſtitutus, *ibid. n.* 19. *vſque ad* 23.

Clauſula codicillaris liberis inſtitutis operatur ſuum effectum, *decis.* 43. *n.* 23. & 24. *in fin.*

Non recipit interpretationem, per quam excludatur filius ab hæreditate Paterna, *decis.* 43. *num.* 24.

Operatur ſuum effectum non obſtante præteritione poſthumi, ſi teſtator de futuris liberis cogitauerit, *decis.* 43. *num.* 25. & etiam ſi præteritio ſit ignoranter facta, *num.* 28.

De futuris liberis cogitaſſe cenſetur ſi habebat tempore teſtamenti vxorem, & ſpem habendi ſobolem, *ibid. n.* 26.

Proùt etiam ſi clauſula codicillaris fuerit concepta per verba futuri temporis, ſecus ſi per verba præſentis temporis, *ibid. n.* 27.

CLERICATVS.

Cognitio habitus, an ſit clericalis, an ſpectet ad Iudicem laicum refertur ſententia affirmatiua, *decis.* 17. *adnot* 3. *n.* 30. Contrarium, & veriùs quod primariè ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, *ibid. n.* 31.

Declara, quod ſi Clericus captus incedebat in habitu laicali, & tunc poteſt Iudex ſæcularis detinere donec declaratum fuerit ab Eccleſiaſtico, ſecus ſi notorium ſit eſſe Clericum, *ibid. n.* 32.

Clericatus probatur per literales patentales ſuſceptorum ordinum, *decis.* 36. *n.* 22. *decis.* 101 *num.* 16.

CLERVS.

Clerus ſæcularis conſtitutus fuit à Sanctis Apoſtolis, *decis.* 1. *adnot.* 3. *n.* 1.

Præcedere debet Regulares etiam in eorum Eccleſijs, *decis.* 1. *adnot.* 3. *n.* 2. & 5.

CLERICVS LATINVS, GRÆCVS, ET SALVATICVS.

Clerici non habentes requiſita Sacri Concilij Tridentini facta ab Ordinario ſer. ſer. declaratione priuari poſſunt priuilegio Clericali, *decis.* 6. *adnot.* 3. *n.* 27.

Clerico data in Sacerdotium efficiuntur peculium caſtrenſe, *decis.* 6. *adnot.* 4. *n.* 12.

Clericus in minoribus non ſeruans requiſita Sacri Concil. Tridentini licet non poſſit allegare priuilegium fori, puniri tamen poteſt ab Epiſcopo, & efficitur mixti fori, *decis.* 6. *adnot.* 6. *n.* 45.

Limit. vt poſſit Epiſcopus eundem repetere à Iudice laico, *decis.* 6. *adnot.* 6. *n.* 46. Etiam ſi præuenerit, *num.* 47. Et quamuis Clericus fateatur ſe eſſe laicum, *num.* 48.

Clericus, nec tacite, nec expreſſè poteſt renunciare priuilegio fori, *decis.* 6. *adnot.* 6. *n.* 49.

Ampl. etiam ſi accederet conſenſus Epiſcopi, *ibid. n.* 50.

Ampl. vt Epiſcopus non obſtante renunciatione poſſit Clericum renunciantem à Cura ſæculari repetere, *ibid. n.* 51.

Clerici ſaluatici, quæ priuilegia habent quo ad immunitatem, *decis.* 6. *adnot.* 6. *n.* 56. & 57.

Clerici Græci coniugati etiam primæ tonſuræ licet non habeant beneficium, & requiſita Sacri Concilij Tridentini gaudent priuilegio fori, canonis, & exemptionis gabellarum, *decis.* 6. *adnot.* 6. *n.* 59.

Subduntur Eccleſiæ Romanæ, *ibid. n.* 60.

Clerici ex antiqua origine Orientales viuentes intra viſcera Eccleſiæ latinæ in ſtatu coniugali ſi ſint in minoribus non gaudent exemptione gabellarum, ſecus in maioribus, *decis.* 6. *adnot.* 6. *n.* 61.

Clerici ad onerum ſolutiones, ad quas tenentur non poſſunt cogi niſi per Iudicem Eccleſiaſticum, *decis.* 6. *adnot.* 6. *num.* 62.

Cleri-

Clerici ſaluatici ex con[illegible]ine gaudere poſſunt exemptione ab on[illegible] icalibus, & mixtis, *ibid.n.64.*
Clericis ſaluaticis quæ exemptiones competant, & quæ non referuntur in Decreto Sac. Congregationis, *decis. 6.adnot.6.n.66.67.& 69.*
Vxor Clerici ſaluatici, an gaudeat priuilegio viri, *ibid. n.68.*
Clerici ſaluatici vltra numerum, an gaudeant priuilegijs exemptionum, *decis. 6. adnot. 6. num.75.*
Clerici filij familias in minoribus conſtituti ſimul viuentes cum eorum patribus, an teneantur ad collectas pro donationibus eiſdem factis, *decisione 6. adnotat.6. num.61.*
Donationes factæ Clericis ſubſtinentur dummodo non ſint in fraudem, *ibid.n.78.*
Clericus ſi delinquat in officio conceſſo à Principe poteſt ab eodem puniri, *decis. 6. adnot.6. n.79.* Contrarium, & verius, *n.80.*
Officium ſæculare collatum Clerico non eximit à gradu clericali, *decis.6.adnot.6.n.81.*
Apl. ſiuè agatur de puniendo Clerico in perſona, ſiuè in bonis, *ibid.n.82.*
Limit. ſecundum aliquos Doctores, vt de conſuetudine Clerici delinquentes in officio ſæculari puniantur à Principibus, *ibid.n.83.* ſed hæc ſententia reprobatur, *n.84.*
Conſuetudo, quod Laicus poſſit punire Clericum non valet, *ibid.n.84.*
Laici prohibentur ſtatuere contra Clericum,& contra eoſdem inducere conſuetudinem, *decis.6.adnot.6.n.95.*
Clericis eſt interdictum officia ſæcularia ſuſcipere, *decis.6.adnot.6.n.95.*
Clericus habens beneficium æquiparatur vſufructuario, qui bona conſeruare tenetur, *decis.6.adnot.8 n.17.& 18.*
Clericis prohibitum eſt recurrere ad Iudices ſæculares etiam pro tuenda beneficii poſſeſſione ſub pena excommunicationis, & amiſionis beneficij, *decis.12.adnot.3.n.29.& 30.*
Amplia etiam pro exigenda penſione, *ibidem num.31.*
Limit. ſi concurrat priuilegium Apoſtolicum, *ibid. n.33. & 34.* ſecus ſi non concurrat non obſtante conſuetudine immemorabili, *ibidem num.34.*
Singulorum Clericorum conſenſus præiudicare nequit in concernentibus vniuerſum ordinem, *decis.13.n.21.*
Clerici defectu iuriſdictionis laicis non ſubiciuntur, *ibid.n.22.*
Priuilegia Clericis à iure conceſſa, eis competunt ex ſolo charactere Clericali, *decis. 14. num.58.*
Clericus facit priuilegiatum laicum, ſi cum ipſo concurrat, *decis.14.adnot.3.n.20.*
Non debet fideiubere niſi ob neceſſitatem, pro ſua Eccleſia, vel alio Clerico, *ibidem num.21 & 22.*
Valet tamen fideiuſſio Clerici quo ad bona patrimonialia, non autem Eccleſiæ, *decis.14.adnot.3.n.23.*
Seruare obligatur edicta, & leges ciuiles emanatas ob publicam vtilitatem per viam directiuam, non coactiuam, *decis.14.adnot.4 n.9.*
Clerici percuſſor multatur pena exilij, *decis.16. num.18.*
Et quando pena mortis, *ibid.n.19.*
Clericus non poteſt gerere vices Gubernatoris laici abſentis, *decis.17 adnot.3.n.26.*
Clericus heres laici tenetur proſequi litem ceptā cum defūcto in foro laicali, *dec.17.adnot.3 n 42.*
Contrarium quod denuo ſit conueniendus in foro Eccleſiaſtico, *n.43.* Et hoc procedit etiam ſi Clericus hæres poſſideret rem ſpecialiter obligatam, *ibid.n.44.*
Mandans, ſeù conſulens Clerici percuſſionem, ſi mandatarius ſit Clericus, & occidatur ab aggreſſo non incurrit excommunicationem *Canonis ſi quis ſuadente diabolo, decis.48.n.1.*
Ad incurrendam cenſuram dicti canonis requiritur, vt mandatum, aut con[illegible]ium influat directè in Clerici percuſſionem, *ibid. num.2.*
Clerici percuſſor ad ſui defenſionem excuſ[illegible]ur ab excommunicatione, *dec.48. nu.4.* Limit. ſi excedat modum inculpatæ tutelæ, *nu.5.*
Clericus, qui dimiſſo habitu Clericali immiſceat ſe enormibus, perdit priuilegium Canonis, *dec.48.num.3.*
Detinens Clericum in cuſtodia publica, vel priuata, vel appouens cuſtodes, vt cum capiant ſi è domo exeat incidit in excommunicationem, *decis. 52. num. 21.* Declara vt in *num. 22.*
Bona relicta Clericis intuitu eius perſonæ ſpectant ad eundem, ſi intuitu Eccleſię ad Eccleſiam, *decis.20.adnot.2.num.25.*
Clericus an examinari poſſit, coram Iudice laico ad defenſam, *dec.22.adnot.3.nu.23.*
Et licentia ad hunc effectum quomodo ſit cōcedenda, *ibidem.*
Clericus minor vigore Statuti Vrbis debet in contractibus ſeruare eius ſolemnitates, *dec.53. adnot.3. n.4.*
Clericus filius familias vigore Statuti Vrbis *lib. 1. cap.152.* non poteſt ſe obligare, *ibidem num. 5.*
Quando comprehendatur, & quando non in Statuto Vrbis, vide in verbo *Statutum.*
Statutum Vrbis ligat Clericos, vbi de illis loquitur, in quantum de Papæ mandato fuit conditum, & confirmatum, *decis.53. adnot. 3. num. 34.*
Clerici licet non ligentur ſtatutis, & legibus laicalibus tenentur tamen obſeruare vi directiua, *decis.53.adnot.3.n.42.*
Non poſſunt vendere carius, & vltra pretium à Republica ſtatutum, alias peccant mortaliter, *ibid.n.42.*
Et controuenientibus dictis legibus pœna arbitraria à Iudice Eccleſiaſtico ſunt puniendi, *dec.53. adnot.3.nu.43.& 44.*
Iura ciuilia ligant Clericos, vbi Ius Canonicum aliter non diſponat, *dec.53. adnot.5.nu.3.* vbi declaratur.
Clerici de Iure diuino ſunt exempti à poteſtate laicali, & alias aſſerere eſt opinio hæreticorū, *dec.32. n.3.& n.16.*
Et iura ciuilia, quæ diſponebant Clericos ſubic-

ſubiectos eſſe iuriſdictioni laicali correpta fuerunt per Iuſtinianum Imperatorem, *ibid. num.* 4.

Et dicta ſubiectio intelligenda eſt quoad protectionem, & defenſionem, *decif.* 32. *num.* 5. *&* *num.* 6.

Clerici tuta coſcientia extrahere poſſunt tempore penuriæ, ſi laicis concedi ſolet licentia extrahendi, *deciſ.* 32. *n.* 29.

Clerici gaudent immunitate Eccleſiæ nec inuiti extrahi poſſunt, *deciſ.* 84. *num.* 35. *&* 39. Contrarium *num.* 41. 42. *&* 44. Declara vt in *n.* 42. *&* 45.

Non poſſunt renunciare priuilegio fori, & Canonis, *dec.* 85. *adnot.* 1. *n.* 16.

Clerici non ligantur edicto laicorum prohibente extractionem frumenti, vini, & ſimilium, *dec.* 96. *num.* 5. etiam ſi reſpiciat commune bonum, *n.* 8:

Nec poteſtas laica poteſt prohibere Clericis aſportationem rerum extra Territorium, *deciſ.* 96. *nu.* 9.

Condentes, & vtentes ſtatutis laicorum contra Clericos ſunt ipſo iure excommunicati, *deciſ.* 96. *n.* 10.

Clericos ſi prætendatur committere fraudes recurrendum eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum, & non ad laicum, *dec.* 96 *num.* 11. *&* 12.

Clericus habet duplex patrimonium, vnum prophanum, & aliud Eccleſiaſticum, *dec.* 134. *num.* 1.

Patrimonium Eccleſiaſticum non poteſt ad hæredes tranſmittere, ſed tenetur reddere rationem, & in eo ſuccedit Eccleſia, vel ſucceſſor, *ibid n.* 2.

Clericus debet conſequi alimenta ex fructibus beneficii, & non ex patrimonialibus. *dec.* 134. *nu.* 23. Et ſi habet plura beneficia de omnibus eſt habenda ratio, *nu.* 22.

CLERICVS QVO AD PRÆCEDENTIAM.

Clerici Sæculares non debent mixtim incedere cum Regularibus, *dec.* 1. *adnot.* 3. *n.* 9.

Clerici Seminarij debent in publicis proceſſionibus incedere ante Clerum Sæcularem, & relinquere primum locum Canonicis Collegiatarum, *dec.* 1. *adnot.* 3. *n.* 13. *&* 14.

Contrarium, quod debeant incedere cum Capitulo Cathedralis, *n.* 15. *ibidem.*

Clerici Eccleſiarum Parochialium vnico tantum ductu thurificari debent, *deciſ.* 1. *adnot.* 8. *nu.* 12.

Clerici ſimplices quem locum habeāt in Synodo, *dec.* 1. *adnot.* 16. *n.* 12.

Clerici Sæculares præcedunt Regulares in Concilio, *dec.* 1 *adnot.* 16. *n.* 24.

CLERICVS QVO AD EXEMPTIONEM A TRIBVTIS, ET GABELLIS.

Clerici, eorumque bona quouis titulo acquiſita gaudent priuilegio exemptionis à tributis, & gabellis, *dec.* 6. *nu.* 1.

Et imponentes, vel exigentes noua pedagia ab Eccleſiaſticis ſunt excommunicati, *deciſ.* 6. *n.* 2. *&* 3.

Clericis in minoribus non ſunt immunes à ſolutione gabellæ ſi non habent requiſita *Sacri Concil. Tridentini*, *deciſ.* 6. *num.* 28. Contrarium, *num.* 29.

Clerici in minoribus non habentes requiſita *Sacri Concil. Tridentini* amittunt priuilegium fori, non autem exemptionem a ſolutione gabellarum. *dec.* 6. *nu.* 30. *&* *n.* 37.

Clerici in Regno Neapolitano, & Hiſpaniæ tenentur de conſuetudine pro bonis donatis ſoluere gabellam, *dec.* 6. *n.* 31.

Sed hæc ſententia reprobatur, niſi concurrat approbatio Summi Pontificis, *ibid. n.* 32.

Clerici in Luſitania ex permiſſu Summi Pontificis collectantur, *dec.* 6. *n.* 36.

Clerici promoti ad ordines poſt commiſſum delictum gaudent priuilegio fori, & eximuntur à iuriſdictione laicali ceſſante fraude, *deciſ.* 6. *nu.* 38.

Reaſſumens habitum poſt commiſſum delictum an eximatur à poteſtate, laicali, *ibidem num.* 39.

Diſpoſitio *l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 1. recompilat quod Clerici teneantur ad ſolutionem gabellarum reprobatur, *dec.* 6. *ſub n.* 34.

Clerici collectari poſſunt pro ſoluendo ſalario Medici, Ludimagiſtri, Concionatoris, & Satellitum, *dec.* 6. *adnot.* 1. *nu.* 2.

Ampl. procedere etiam ſi bona laicorum ſufficerent, *ibidem num.* 3. Contrarium, *num* 4. Limit. vt in *nu.* 6. *&* *n.* 36.

Clerici grauari poſſunt pro communi vtilitate, & periculo vitando, *dec.* 6. *adnot.* 1. *n.* 3.

Onera impoſita bonis pro ſoluenda mercede Medici, & ſimilium non tranſeunt vna cum bonis ad Clericos, *dec.* 6. *adnot.* 1. *ſub n.* 4.

Clerici tenentur ad ſoluendam mercedem Saltuario, ſeù Guardiano habenti curam prædiorum tam laicorum, quam Eccleſiaſticorum, *dec.* 6 *adnot.* 1. *n.* 7.

Clerici tenentur pro onere refectionis itineris ante domum, & purgationis putei communis, *ibid. n.* 8. Contrarium, *n.* 9.

Clerici tenentur ſoluere onera, & tributa in ſubſidium deficientibus laicorum facultatibus, *deciſ.* 6. *adnot.* 1. *num.* 23.

Laicorum facultates quando deficere dicantur, *ibidem nu.* 24.

Declara vt vlterius requiratur concurſus magnæ neceſſitatis, cognoſcendę à Clero, & Epiſcopo ſimul, *dec.* 6. *adnot.* 1. *nu.* 25. *&* 26.

Nomine Cleri ad hunc effectum quid intelligatur, *n.* 27.

Et demum requiritur approbatio Summi Pontificis, *ibidem num.* 28.

Secus ſi neceſſitas moram n[illegible] iatur, vel Pontifex commode adiri n[illegible], *n.* 29.

Clerici feudatarij tenentur ad [illegible] tione feudi impoſita, *dec* 6. *adnot.* 1 *n.* 32.

Decretum Sac. Congregationis ſuper Clericorum exemptione, *ibidem nu.* 33.

Clerici non tenentur ad ſolutionem onerum etiam ſi non habeant requiſita *Sac. Concil. Tridentini*, *deciſ.* 6. *adnot.* 1. *num.* 38 Et ſoluentes ligantur pęnis Sacrorum Canonum, *nu.* 39.

Exemptio ſuffragatur Clericis etiam pro portione colonica, *ibid n.* 40. *&* 41.

Ampl. etiam pro fructibus ab eiſdem recollectis in bonis à laicis conductis pro eorum, & familiæ ſubſtentatione, *dec.6. adnot.1.nu.43.*

Executio in Domibus Clericorum contra laicos ſimul cohabitantes fieri nequit abſque licentia Epiſcopi, *dec.6.adnot.1.nu.52.*

Clerici in minoribus gaudent exemptione bonorum donatorum cauſa ſtudij, *dec.6.adnot.3.n.12. & 13.*

Donationes factæ Clericis etiam in minoribus gaudent exemptione à laicalibus impoſitionibus, ceſſante fraude, *dec.6.adnot.3.n.11.*

Clericus ſi ſuccedit Patri non tenetur ad collectas, ad quas pater tenebatur, *deciſ.6. adnot.3. nu. 20.*

Clerici, & Eccleſiaſtici ſunt exempti ab extraordinarijs muneribus pro bonis patrimonialibus ex quocunque titulo acquiſitis, *deciſ.6. adnot.3.n.23.*

Bona patrimonialia Clericorum gaudent priuilegio rerum Eccleſiarum in caſibus in iure expreſſis, *ibidem n.24.& 25.*

Bona patrimonialia Clericorum eadem immunitate gaudent, qua bona Eccleſiæ, *deciſ.6. adnot.7.n.17.*

Amp. vt ſecluſa negociatione bona patrimonialia Clericorum ab oneribus ſæcularibus ſunt exempta, *ibidem n.18.*

Exemptio bonorum Clericorum eſt de iure diuino, *ibidem n.19.*

Exigens à Clericis gabellam, & collectam incidit in excommunicationem, *deciſ.6.adnot.7. nu. 20.*

Clericorum bona non niſi in caſibus à iure expreſſis gaudent priuilegijs Eccleſiarum, *dec.12. adnot.2.n.14.*

Clericorum bona cum veniant acceſſoriè ad perſonam quoad forum, & iuriſdictionem potiuntur priuilegio Eccleſiarum, *deciſ.12.adnot. 2. n.21.*

Clericus tenetur ſoluere impoſitionem taxatam à Communitatibus habentibus iuſpaſcendi pro eorum animalibus, *deciſ.13.adnot.1. nu. 35.*

Clerici quando ſunt collectandi, collectari debent per Iudices Eccleſiaſticos, & non per Maſſarios, *dec.15.adnot.1.nu.28.*

CLERICVS QVO AD DELICTA.

Clericus etiam coniugatus ſi delinquat in officio ſæculari conceſſo à Principe poteſt ab eodem puniri, *deciſ.6. adnot.6. num.* 79. Contrarium *nu.80.*

Limit. quod Clericus delinquens in officio ſæculari poſſit condemnari à Iudice laico in declarando quantitatem debiti, & adire Eccleſiaſticum Iudicem pro executione, *ibidem nu. 90.*

Sublim. vt procedat ſi Iudex ſæcularis per viã extraiudicialem inquirat, ſecus ſi iudicialiter, *ibidem n.91.*

Clericus ſi adminiſtrauerit officium tutoris, aut Curatoris, & delinquat in officio non poteſt trahi ad Tribunal Sæculare, *deciſ. 6. adnot. 6. nu. 96.*

Clericorum animalia ſi inferant damnum, non poteſt per Iudicem Sæcularem damnum illatum exigi, *deciſ.12.adnot.8.num.1.*

Et de materia damni dati quo ad Eccleſiaſticos, vide in verbo *cauſa*, verſ.cauſ. dam.dat. & in verbo *damnum datum*.

Clericus immiſcens ſe enormibus, & effectus incorrigibilis non ſubijcitur iuriſdictioni laicali, niſi fuerit à Iudice Eccleſiaſtico declaratus incorrigibilis, *deciſ.14. adnot.1. num.10.11. & 12.*

Clericus quando dicatur incorrigibilis, vt à Iudice Sæculari iudicari poſſit, *deciſ.14. adnot.1. nu. 13.*

Degradatio Clerici verbalis, & actualis, vt à Iudice Sæculari, quæ ſunt, *dec.14 adnot.1.n.15. & num. 16.*

Clericus verbaliter degradatus puniri non poteſt per Iudicem Sæcularem abſque traditione, ſecus ſi fuerit actualiter degradatus, *dec.14. adnot.1. n.15.*

Verbaliter degradatus non amittit priuilegium fori, ſicut amittit actualiter degradatus, *dec.14. adnot.1. nu.18.*

Actualis Clerici degradatio, & Curiæ Sæcularis traditio, in quibus caſibus fieri debeat de iure communi, & quid de iure nouo, *dec.14. adnot.1. nu.19.& n.28.*

Clericus propter hæreſim traditur Curiæ Sæculari, ſi ſit relapſus, *dec.14.adnot.1.n.20.*

Clericus ob hæreſim ſi velit ſe corrigere detruditur in Monaſterium ad pœnitentiam agendam, *dec.14.adnot.1.n.21.*

Ob crimen falſi commiſſi in literis Apoſtolicis traditur Curiæ Sæculari, grauiſſimis tamen concurrentibus circumſtantiis, *deciſ.14. adnot.1. nu 22.*

Et ob conſpirationem in Epiſcopum non traditur Curiæ Sæculari, niſi ſit effectus incorrigibilis, *dec.14.adnot 1 n.23.*

Clericus pro ſimplici homicidio non eſt tradendus Curiæ Sæculari ceſſante incorrigibilitate, ſed deponendus; & in carcerem detrudendus, *dec.14.adnot.1.nu.24.*

Pro homicidio qualificato quomodo puniatur, & an, & quando ſit Curiæ Sæculari tradendus, *deciſ.14 adnot.1.num.25.*

Clericus aſſaſſinus tradendus eſt Curiæ Sæculari, etiam non expectata incorrigibilitate, *deciſ.14. adnot.1.n.26.*

Non tamen puniri poteſt à Iudice laico, niſi ſequuta declaratione Iudicis Eccleſiaſtici, ſcilicet Clericum eſſe aſſaſſinum, *deciſ.14. adnot.1. nu.27.*

Clericus tradi poteſt Curiæ Sæculari pro celebratione Miſſarum, & miniſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, ſi non ſit Presbyter, *dec.14. adnot.1. nu.28.*

Clericus non eſt degradandus, niſi in caſibus à iure expreſſis, *dec.14.adnot.1.n.29.*

Per conſpirationem in Iudicem Sæcularem Clericus non traditur Curiæ Sæculari, *dec.14. adnot.1.nu.30.*

Nec à Principe Sæculari puniri poteſt, *ibidem nu. 31.*

Clericus ſodomita Curiæ Sæculari tradi poteſt: & priuari debet omni officio, & beneficio, & efficitur irregularis; *dec.14.adnot.1.n.32.*

Im-

Immiſceudo ſe enormibus non eximitur à iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici,niſi ſecuta declaratione, *dec.14 adnot.1.n.33.*

Clericus, ſeù aſſumens Clericatum, vel ingrediens Religionem poſt commiſſum delictum ſecluſa fraude liberatur à iuriſdictione laicali, *dec.14. adnot.3.n.1.*

Et licet attendatur ſtatus de tempore delicti, fallit tamen vbi quis ex ordine Eccleſiaſtico ſuperueniente eximitur à iuriſdictione laicali,*ibidem n.3.& 4.*

Ampl. etiam in Religioſo, qui emiſit profeſſionem poſt delictum, *deciſ. 14. adnot. 3. num. 5.*

Ampl. etiam in Nouitijs, *ibidem n.6.*

Amp. in laico relegato ad inſulam per aliquod tempus,ſi interim effectus ſit Clericus,& non ſeruet exilium, puniri non poteſt à Iudice laico, *dec.14.adnot.3.n.7.*

Limit. 1. quando ſolum adijciatur forus,*ibidem num. 8.*

Limit. 2. vbi concurrit fraus, nam tunc liberatur quo ad perſonam, ſecus quo ad bona, *deciſ. 14. adnot. 3. num. 9. et 10.* Contrarium *nu. 12.*

Et Clericatum aſſumens, vel Religionem ingrediens quando dicatur in fraudem, *ibidem nu. 11.*

Limit. 3. in fideiuſſore laici, qui poſtea effectus ſit Clericus poſt delictum, quo caſu fideiuſſor non liberatur à iuriſdictione Iudicis Sæcularis quo ad pœnam promiſſam, *deciſ.14. adnot.3.n.13.* Contrarium,*n.15.*

Clericus delinquens ob malum exemplum grauius punitur, *dec 16.n.10.*

Clericus pro homicidio commiſſo transmittitur ad triremes, *deciſ. 16. num. 12.*

Et quomodo, puniatur ſecundum ſacros canones, *num. 13.*

Clericus delinquens iuxtà ordinem ſacrorum canonum quomodo puniatur, *deciſ.16. n.22. & 23.*

Clericus, & Laicus ſi ſimul delinquunt à quo iudice ſint puniendi, duo referuntur ſententiæ, *deciſ. 17. adnot. 1. num. 34. & 36. dec.148. nu. 25.*

Sed quod integra cognitio cauſæ ſpectet ad Epiſcopum firmatur *in n.37. 38. & 44.*

Et in hac cauſa Epiſcopus non poteſt delegare Iudicem Sæcularem,*ibid.n.39.*

Et Eccleſiaſticus poteſt procedere contra Clericum, & Laicum ſimul delinquentes concurrente cauſę indiuiduitate, *ibidem num. 42.*

Non obſtante Bulla Pij IV. tanquam reuocata à B. Pio V. *ibid. nu.43.*

Clericus pro homicidio caſuali non incurrit irregularitatem, *dec.22.adnot.3.n.31.*

Clericus homicidium committens ad defenſam ratione ſcandali, qua pœna puniri poſſit, *deciſ.48. n.16.*

Clericus fornicator quomodo puniatur, *dec.52. nu. 10.*

Clericus Adulter quomodo puniatur, *deciſ. 52. n.11. & 12.*

Ex delicto fornicationieationis commiſſo à Clericis, quæ mala oriantur, *deciſ. 52.num.13.*

Clericis eſt permiſſa defenſio tam ſui ipſius, quam extranei, *dec.22.n.4.*

Clericus committens homicidium ad defenſam ſi non excedat moderamen inculpatæ tutelæ non incurrit irregularitatem, *deciſ.22. nu. 15.*

Reus homicidij doloſi, & præmeditati punitur ad triremes in perpetuum, *dec. 22.adnot.4. num. 77.*

Limit. ſi pro ſimplici homicidio eſſet extraordinaria pœna multandus, *deciſ. 22. adnot. 4. num. 78.*

Pro qualificato vero homicidio præter pœnam depoſitionis ab honere, ordine, & officio amittit ipſo iure beneficia, *dec.22.adnot.4. num. 79.*

Et pro homicidio qualificato poteſt etiam tradi curiæ ſeculari, conſulto Papa,*deciſ.22.adnot. 4.num.80.*

Clericus aſſaſſinus deponitur, & priuatur dignitate, & beneficio, etiam delicto non ſecuto, *deciſ.22.adnot.6.n. 38.*

Clericus Adulter deponitur ab officio, & beneficio, & in Monaſterium detruditur, *deciſ. 24. num.7.* Contrarium quod mitiori pœna ſit multandus,ſecus creſcente contumacia, *nu.8. & num.17.*

Non deponitur ſi tantum de hoc crimine ſit diffamatus, *ibidem num. 9.*

Si accuſetur à marito, vel cognatis de hoc crimine eſt ſuſpendendus, *deciſ. 24.num.10.*Secus ſi non accuſetur, & Maritus ſit perſona vilis, *num. 11.* Sed ſi mulier ſit perſona pro honeſta reputata Iudex cum prudentia ſe gerere debet, *num.12.*

Clericus ſi delinquat in officio, quod habet à Principe ſæculari ab eodem puniri poteſt, *deciſ.36.num.1.* Contrarium,& verius *n.4. 5. & 7.* & reprobatur contraria conſuetudo, *num. 11.*

Amp. vt nec milites Hieroſolymitani ſi delinquant in officio ſæculari puniri poſſint à laicis, *deciſ. 36.num.6.*

Officium ſeculare collatum Clerico non illum eximit à ſtatu Clericali, & ab exemptione, *ibidem num.7.& 16.*

Et Iudex laicus incurrit excommunicationem ſi trahat ad ſuum tribunal Clericum ſub prætextu,quod deliquerit in officio ſeculari,*deciſ. 36.num.13.*

Clericus delinquens in officio ſeculari non debet ab Eccleſia ſubueniri, *deciſ.36.n.17.*

Non poteſt ſuſcipere officium ſeculare ſinè ſui ſuperioris diſpenſatione, *ibidem num 15.*

Pœna priuationis beneficiorum de Iure Canonico eſt pœna ordinaria aduerſus Clericos virgines conſtuprantes, *deciſ.38.num.26.*

Clericus cohabitare neque poteſt cum conſanguineis mulieribus, ſi habeant pediſſequam ſuſpectam, *ibidem num.27.*

Clericus beneficiatus effectus miles beneficium amittit,*deciſ.39.num.2.*

Clericis prohibetur arma deferre, *deciſ. 39. num.3.*

Clericorum arma orationes, & lacrimæ eſſe debent, *ibidem n.6.7.& 8.*

Clericus arma deſerens excommunicari poteſt *deciſ. 39. num. 9*
Et aliis pœnis arbitrariis puniri, *ibidem n.* 10.
Remota omni appellatione, *ibidem n.* 11.
Prò Clerico, qui in bello decedit oratio offerri non poteſt, *deciſ. 39. n.* 13.
Clericus fornicator, & de materia, vide in verbo *Fornicatio*.
Clerici, & Laici ſi ſimul delinquant Eccleſiaſticus eſt omnium Iudex, *deciſ. 55. n.* 16.
Clericus Incendiarius, vide *Incendium*.
Clericus amittit beneficia, quando laicus de iure ciuili capite punitur, *deciſ. 53. adnot. 1. n.* 21. *deciſ. 79. num.* 21.
Clericus deoſculans mulierem, vel puerum, qua pœna puniatur, vide in verbo *Oſculum libidinoſum*.
Clericus committens Inceſtum quà pęna puniatur, vide in verbo *inceſtus*.
Clericus Raptor qua pęna puniatur, vide in verbo *Raptor*.
Clericus quoad venationem, quomodo puniatur, vide in verbo *Venatio*.
Et quoad piſcationem, vide in verbo *Piſcatio*.
Clericus committens ſacrilegium quomodo puniatur, vide in verbo *Sacrilegium*.
Committens ſodomiam, vide in verbo *Sodomia*.
Clericus præbens poculum ſterelitatis, vel procurans abortum, vide in verbo *Abortus*.
Clericus quo ad aſſaſſinium, vide in verbo *Aſſaſſinium*.
Clericus quo ad homicidium, vide in verbo *homicidium*.
Quo ad degradationem, vide in verbo *degradatio*.
Quo ad furtum, vide in verbo *Furtum*.
Clericus propter conſpirationem in Principem ſęcularem non traditur Curiæ ſeculari, *deciſ. 73. num* 21.
Quando dicatur incorrigibilis, *deciſ. 73. n.* 27.
Clericus quo ad crimen falſitatis, vide in verbo *Falſitas*.
Subornans teſtes quomodo puniatur, *deciſ.* 76. *num.* 38.
Clericus quo ad falſam Monetam, vide in verbo *moneta*.
Clericus crapuloſus, vide in verbo *Sacerdos*.
Clerici dicuntur magis peccare, quam laici, & grauiori pęna ſunt digni, *deciſ. 89. n.* 18.
Clericus non committit crimen læſæ maieſtatis in Principem laicum, *deciſ. 92. adnot. 1. num.* 38.
Clericus quando dicatur incorrigibilis, vt ſubijciatur Curiæ ſeculari, *deciſ. 92. adnot. 2. nu.* 7. Et an requiratur actualis traditio *n.* 8.
Clericus alicui propinans venenum, qua pęna puniatur, *deciſ. 92. adnot 2. n.* 17.
Procurans abortum fętus animati, vel inanimati, qua pęna puniatur, *deciſ. 92. adnot. 2. num.* 18.
Clericus condemnatus in contumaciam in pęnam priuationis beneficiorum, an per admiſſionem ad nouas defenſiones, & comparitionem recuperet beneficia, *deciſ. 92. adnot. 1. num* 25. 26. *&* 27.
Clericus quo ad degradationem, & traditionem Curiæ ſeculari, vide *Degradatio*.
Clericus quo ad ſortilegia, vide *Sortilegium*.
Quando dicatur incorrigibilis ad effectum tradendi Curiæ ſęculari, *deciſ. 147. num.* 17.

CLERICVS QVO AD MATRIMONIVM.

Clerici in ſacris conſtituti Matrimonium contrahere non poſſunt *deciſ. 65. n.* 1. ſecus in minoribus *num.* 18.
Græci vti poſſunt matrimonio antea inito, *ibidem num.* 2.
Per ordinem ſacrum dirimitur matrimonium poſtea initum, *deciſ. 65. num.* 3.
Clericus in ſacris ducens vxorem deponitur ab officio, & amittit beneficia, & penſiones, *ibidem num.* 4. *&* 5. Et committit ſacrilegium, & tamquam de hæreſi ſuſpectus ſubicitur inquiſitoribus *n.* 6. Declara vt in *n.* 7.
Et idem dicendum eſt de Regularibus, *deciſ. 65. num.* 8.
Ampl. vt etiam efficiatur irregularis, *ibidem num.* 9.
Ampl. vt etiam ſit ipſo iure excommunicatus, *num.* 10.
Clericus in ſacris ſi virginem in figura matrimonij violauerit quibus pęnis afficiatur, *deciſ. 65. num.* 11.
Qui poſt contractum matrimonium ordines ſuſcipiat characterem recipit, ſed remanet irregularis, licet non conſumauerit, *ibidem num.* 12.
Clerici in minoribus ſi ducant vxorem ipſo facto amittunt beneficia, & penſiones, *deciſ. 65. n.* 19. Contrarium *n.* 21.
Amp. etiam ſi matrimonium non eſſet conſumatum, vel eſſet ex aliquo impedimento nullum, *ibidem num.* 20.
Limit. ſecus eſſe ob ſolum tractatum, vel ob ſponſalia per verba de futuro, *deciſ. 55. n.* 2.

CLERICVS QVOAD ELECTIONEM FORI.

Clerici, & Eccleſiaſtici pro bonis Eccleſiæ habent fori electionem, ſecus pro proprijs, *deciſ. 12. adnot. 2. num.* 8.
Clericus etiam Epiſcopus tenetur ſequi forum Rei, *deciſ. 12. adnot. 2. n.* 9. 11. *&* 12.
Clerici gaudent priuilegio electionis fori ſi agãt pro Iniuria, & offenſa ſibi facta, *deciſ. 12. adnot. 12. num.* 15.
Clerici etiam pro bonis patrimonialibus gaudent priuilegio electionis fori, *deciſ. 12. adnot. 2. num.* 16.
Clerici litigantes in Curia ſęculari dicuntur miſerabiles perſonæ, & ideò pro bonis patrimonialibus poſſunt conuenire laicos coram Iudice Eccleſiaſtico, *deciſ. 12. adnot. 2. num.* 20.
Clerici, ſicut vidua poſſunt agere in foro Eccleſiaſtico in iudicio poſſeſſorio, *ibidem n.* 19.
Clericorum bona cum veniant acceſſoriè ad perſonam quo ad forum, & iuriſdictionem potiuntur priuilegio Eccleſiarum, *deciſ. 12. adnot. 2. num.* 21.
Clericorum bona occupare, turbare, & inuadere

quaſi ſacrilegium reputatur, *deciſ.* 12. *adnot.* 2. *n.* 22. Quod ſufficit ad trahendum laicum ad forum Eccleſiaſticum, *ibidem.*

Clericus habet electionem fori, ſiuè agatur actione reali, ſiuè perſonali, *deciſ.* 12. *adnot.* 2. *num.* 23.

Clericus poteſt conuenire laicum pro conſequendis fructibus rerum Eccleſiæ, *deciſ.* 12. *adnot.* 2. *n.* 24. *&* 25.

Clerici, & Eccleſia trahere poſſunt laicum ad forum Eccleſiaſticum, ſi agatur de furto, & violentia *deciſ.* 12. *adnot.* 2. *n.* 25.

CLECICVS QVOAD FACVLTATEM TESTANDI.

Clerici Cathedralium, & Collegiatarum teſtari poſſunt de diſtributionibus quotidianis, *deciſ.* 29. *adnot.* 1. *n.* 6. *&* 7.

Clericus, & Prælatus poteſt teſtari de acquiſitis ex bonis Eccleſiæ, ſi tantundem de} bonis propijs in eius beneficium impendit, *deciſ.* 20. *adnot.* 2. *num.* 23.

CLERICVS NEGOCIATOR.

Clericus negociator tenetur ad ſolutionem gabellæ de bonis in quibus mercaturam facit *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *n.* 1.

Tenetur ſoluere gabellam ſi vendat fructus ex agro conducto recollectos, *ibidem. num.* 2.

Clericus dicitur mercaturam exercere ſi aliquid emat cauſa vendendi, vt lucrum faciat, ſecus ſi per accidens vendat, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 3.

Negociatio triplex eſt Economica, Politica, & lucratiua, & quæ ex eis Clericis ſit prohibita, *ibidem num.* 4.

Clericis licitum eſt emere neceſſaria pro ſui; ſuæque familiæ ſuſtentatione, & quod ſupereſt vendere, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *n.* 5.

Poſſunt retinere tabernam, & vendere vinum, oleum, & ſimilia recollecta in proprijs, vel Eccleſiæ prædijs etiam ad minutum, *ibidem num.* 6.

Clericis permittitur facere Artificium cauſa lucrandi, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 7. Limit. vt in *num.* 8. *&* 17.

Clericus emendo animalia, & in propijs prædijs paſcendo, & pinguiora effecta vendendo non dicitur negociari, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *nu.* 9. *deciſ.* 71. *num.* 34. *&* 37.

Nec improbatur ſi emat cæmenta pro ædificando in domo Eccleſiæ, vel beneficij ſi poſtea vendat, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *n.* 10.

Clerici cultores agrorum ſuorum, vel Eccleſiaſticorum conductores moleſtari non debent titulo illicitæ negociationis, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *nu.* 11. *deciſ.* 71. *num.* 27.

In caſalibus proprijs poſſunt exercere artem agriculturæ abſque ſpolij timore, *ibidem num.* 12.

Non dicitur negociari ſi vinum, oleum, & ſimilia in ſuo recollecta alibi aſportari faciat, vt carius vendat, *deciſ.* 5. *adnot.* 6. *num.* 13. Contrarium *num.* 14.

Clericus ſi in proprio fundo habeat venam metalli, ſi confici, & vendi faciat, cenſetur negociari, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 15. Contrarium, *num.* 16.

Clerici dicuntur illicitè negociari ſi emant, & rem non melioratam, vel non mutata forma carius vendant, *ibidem num.* 17.

Clericus emens equum animo locandi cauſa lucri videtur negociari, & obligari ad gabellam, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 18.

Idem ſi gregem conducat, & caſeum vendat, *ibidem num.* 19.

Clericus non poteſt exercere cambia, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *n.* 20. Contrarium, *num.* 21.

Clericus in extrema neceſſitate poſitus poteſt honeſtam mercaturam exercere, nè mendicare cogatur, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 22. *deciſ.* 71. *num.* 26.

Clericus ſi habeat ſufficiens beneficium, vel ex Eccleſiæ ſeruitio conſequatur neceſſaria, non poteſt exercere artificium, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 23.

Clericus negociator niſi fuerit ter monitus non amittit priuilegium immunitatis à ſolutione gabellæ, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *num.* 24. Contrarium, *num.* 25. Sed prima opinio verior. *nu.* 26. diſtingue, vt in *num.* 27. *&* 28.

Clericus pro exactione gabellæ ob mercaturam conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, *ibidem num.* 29.

Tenetur ſoluere gabellam pro rebus ex negociatione acquiſitis, *deciſ.* 71. *num.* 11. Declara vt in *num.* 13.

In differentia inter Clericum, & Gabellarium de rei aſportatione cauſa mercaturæ, vel ad vſum proprium ſtandum eſt iuramento Clerici, *deciſ.* 6. *adnot.* 5. *n.* 30.

Clericis in ſacris conſtitutis, vel beneficiaris, & Monachis prohibetur negociari, & mercaturam facere, & facientes peccant mortaliter, *deciſ.* 71. *n.* 1. 3. *&* 4.

Quando propriè negociari dicantur, *deciſ.* 71. *num.* 2.

Et ita negociantes ſunt à diuinis ſuſpendendi, excomunicandi, & alijs pęnis plectendi, ſi tertio moniti non deſiſtant. *deciſ.* 71. *n.* 5.

Poſſunt etiam beneficijs, & Eccleſijs ſpoliari, *deciſ.* 71. *num.* 6.

Amittunt etiam fori priuilegium, *deciſ.* 71. *num.* 7.

Et ſi in negociatione delinquant puniri poſſunt à Iudice laico, *deciſ.* 71. *nu.* 8. Contrarium, *num.* 9.

Declara procedere quoad amiſſionem priuilegij circa ſolutionem onerum, ſecus quo ad priuationem fori, *deciſ.* 71. *n.* 10.

Tenentur ſoluere gabellam fructuum ex alieno agro conducto recollectorum, *deciſ.* 71. *num.* 12. Declara ſi fuerint ter moniti, *num.* 13.

Acquiſita ex negociatione tenentur pauperibus, vel in alios vſus pios erogare, *deciſ.* 71. *num.* 14.

Pęna illegitimæ negociationis non intrat per vnicam mercaturam, *deciſ.* 71. *num.* 20. Limit. vigore Bullæ Pij IV. *num.* 21. Declara vt in *num.* 22.

Clèricis illicita negotiatio prohibetur, ſecus licita, *deciſ.* 71. *n.* 25.

Poſſunt eorum animalia locare, eorumque bona

na

na coltiuare, *deciſ. 71. num. 28.*

Poſsunt exercere agriculturam, *deciſ. 71. num. 29.*

Sed hoc caſu amittunt fori priuilegium, *dec. 71. n. 30.* Declara vt in *num. 31.*

Non dicitur negotiare ſi bona beneficiorum, & Patrimonialia excolere faciat, *deciſ. 71. num. 32.*

Clericus poteſt emere pullos equorum, & vendere ex ſuo artificio equos effectos, *deciſ. 71. num. 35.*

Retinere poteſt animalia donata, & vendere, *deciſ. 71. num. 36.*

Non poteſt dare animalia ad incrementum, *deciſ. 71. num. 38.*

Clerici beneficiati poſsunt centum oues, vel ſaltem 50. concedere pro certa caſei reſponſione pro eius, & familiæ vſu, *deciſ. 71. num. 39.*

Poteſt vendere fructus ſuorum beneficiorum abſque timore ſpolij, *deciſ. 71. n. 40.*

Poteſt vendere vinum proprium etiam ad minutum *deciſ. 71. num. 41.*

Poteſt etiam vendere vinum, & alia empta pro vſu ſuæ Domus, ſi poſteà non indigeat, *deciſ. 71. num. 42.*

Poteſt etiam emere victualia, vt abundet tempore penuriæ, & alijs vendere cauſa charitatis. *deciſ. 71. num. 43.*

Clericis in ſacris, vel beneficiatis prohibetur mercatura, ſecùs in minoribus non beneficiatis, *deciſ. 71. num. 44.*

Sed vigore Bullæ Pij IV. comprehenduntur etiam Clerici in minoribus, licet nō beneficiati, *deciſ. 71. num 45.*

Clerici peragere non poſſunt negocia ſecularia, *deciſ. 19. num. 46.*

CLERICVS QVO AD CARCERATIONEM.

Clericus repertus in fragranti crimine, vel paratus ad delinquendum, vel poſt delictum capi poteſt à miniſtris laicis ad effectum ſuo Prælato conſignandi, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 1.* Contrarium *num. 2.*

Limit. vt ſi non reperiatur in fagranti, licet delictum ſit notorium Iudex laicus non poteſt demandari Clerici capturam, niſi eſſet in actu fugæ, *ibidem num. 3.*

Limit. vt debeant concurrere conditiones, quæ hic, & *num. 5.* referuntur, vt Iudex laicus poſſit demandare capturam Clerici abſque excommunicationis incurſu, *ibidem n. 4.*

Clericus paratus ad iniuriam alterius ſi non adſit ſuus Prælatus capi poteſt à Iudice laico ad effectum conſignandi ſuo ſuperiori, *deciſ. 14. adnot 4. num. 5.*

Clericus inuentus cum armis capi poteſt à Birruarijs Curiæ ſæcularis, & Iudici Eccleſiaſtico præſentare, *deciſ. 14. adnot. 4. num. 7.* Contrarium *num. 8.*

Seruare obligantur ædicta, & leges ciuiles emanatos ob publicam vtilitatem per viam directiuam, non coactiuam, *deciſ. 14. adnot. 4. num 9.*

Inuentus, cum armis, nec puniri, nec armis ſpoliari poteſt à miniſtris laicis, ſed remittendus eſt vna cum armis ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, niſi hoc faciant, ex conceſſione Summi Pontificis, *deciſ. 14. adnot. 4. num. 10.*

Clericus prohibitam venationem exercens, non poteſt puniri, nec ſpoliari à miniſtris laicis inſtrumentis, *deciſ. 14. adnot. 4 n. 11.*

Laicus in caſibus in quibus poteſt capere Clericum quanto citiùs illum remittere debet ad ſuum Iudicem, & vltra 20. horas retinere non poteſt. *deciſ. 14. adnot 4. n. 12.* Contrarium *num. 13.*

Remiſſio Clerici, cuius expenſis fieri debeat, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 14.*

Eſt facienda abſque Clerici ignominia, *dec. 14. adnot. 4. num. 15.*

Et ſi offerat cautionem de ſe præſentando ſuo Superiori non eſt capiendus, ſed admittenda fideiuſſio, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 16.*

Clericus pro debito ciuili ſi ſit de fuga ſuſpectus, ſiuè à debitore, ſiuè à Iudice laico carcerari poteſt ad effectum remittendi ad ſuum Iudicem, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 17.*

Et etiam deueniri ad Bonorū ſequeſtrationem *deciſ. 14. adnot. 4. n. 18.*

Sed ſi Clericus offerat idoneam cautionem eſt acceptanda, & non deueniendum ad capturam, *deciſ. 14. adnot. 4. num. 19.*

Contrarium, quod Clericus non poteſt allegari ſuſpectus de fuga, *deciſ. 14. adnot. 4. num. 20.*

Et huic priuilegio Clericus renunciare non poteſt, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 21.*

Ampl. etiam ſi Clericus ſit obligatus in forma Cameræ, *ibidem num. 22.*

Declara vt prima ſententia procedat quando Clericus eſt in actu fugæ, ſecunda quando non eſt in actu fugæ, ſed tantum adſit ſuſpicio, *deciſ. 14 adnot 4. n. 23. & 24.*

Limit. 2. ſecundam ſententiam, vt non procedat, quando debitum deſcendat à delicto, *ibidem num. 25.*

Et hoc caſu neque gaudet beneficio, *cap. odoardus de ſolutionibus, deciſ. 14 adnot. 4. n. 26.*

Limit. 3. vt procedat in Clericis exiſtentibus in actu orandi, & celebrandi, ſed reprobatur, *ibidem num. 27.*

Milites carcerari non poſſunt, dum in expeditione ſunt, *ibidem.*

Clerici pro debitis ciuilibus per raro carcerari debent, niſi concurrant limitationes, quæ hic referuntur, *deciſ. 14. adnot. 4 n. 28.*

Clericus in caſu ſuſpicionis fugæ ſolum tenetur præſtare cautionem iuratoriam, cum hypotheca bonorum, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 29.*

Clericus ſi pro delicto inquiratur carcerari non debet, niſi prius ſuo Iudici conſtet de delicto, *deciſ. 14. adnot. 4 n. 30.*

Epiſcopus ſi iniuſtè deueniat ad Clerici capturam, vel detineat, incurrit excommunicationem, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 31.*

Clerici fruuntur priuilegio, vt non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt, *deciſ. 14. adnot. 4. num. 32.*

Et competit etiam Clericis in minoribus, ſi habeant requiſita Sac. Conc. *ibidem.*

Et huic priuilegio non poſſunt renunciare, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 33*

Propterea pro debito ciuili non carcerantur, & ſi ſoluere non poſſunt, ſolum iuratoria cautio ab illis exigitur de ſoluendo ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint. *deciſ. 14. adnot. 4, num. 34.*

Poſſunt eiſdem ſequeſtrari fructus beneficij reſeruata eiſdem pro alimentis congrua portione, *deciſ. 14. adnot. 4. n. 35.*

Limit. vt Clericus pro penſione, cui conſenſit carcerari poſſit, ità etiam in Clerico condemnato per tres ſententias, in obligato cum iuramento, & in forma Cameræ, in Clerico mercatore, & de fuga ſuſpecto, *ibidem num. 36.*

Sed ex benignitate Pontificis admittitur his caſibus ad beneficium, *cap. Odoardus, deciſ. 14. adnot. 4. n. 37.*

De materia, *cap. Odoardus*, remiſſiuè, *ibidem num. 38.*

Clericus iniurioſis verbis prouocans Iudicem ſęcularem poteſt ab eodem carceribus mancipari, dummodo ſtatim remittat ad ſuum Iudicem, reprobata ſententia, quod etiam puniri poſſit ab eodem Iudice ſęculari, *deciſ. 14. aduot. 4. n. 39. 44. & 45.*

CLERICVS QVO AD PRIVILEGIVM FORI, ET EIVS AMISSIONEM.

Clericus primæ tonſuræ, & in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudet priuilegio fori, ſi non habeat requiſita Sac. Conc. Trid. ſeſs. 23. cap. 6. de reformat. *deciſ. 14. num. 1. & num. 5.* Declar. vt *n. 6.*

Clericus in minoribus ſemper remanet ſubiectus iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, niſi fuerit Clericali priuilegio denudatus, ſiuè ab homine, ſiuè à lege, *deciſ. 14. n. 4.*

Clericus non habens requiſita Sac. Conc. Trident. non poteſt allegare priuilegium fori, poteſt tamen Epiſcopus è manibus Iudicis laici repetere, niſi à iure, vel ab homine ſit priuilegijs Clericalibus denudatus, ſiue Iudex laicus præuenerit, ſiuè non, *deciſ. 14. n. 6. 10. & 11.*

Epiſcopus poteſt punire Clericos, etiam ſi non ſeruent, & habeant requiſita Sac. Conc. Trid. *deciſ. 14. n. 7.*

Referuntur declarationes Sac. Conc. Trid. in prædictorum corroborationem, *deciſ 14. nu. 8. 9. et 10.*

Clericus in minoribus non eximitur à iuriſdictione Epiſcopi, etiam ſi expreſsè renunciauerit priuilegio Clericali, *deciſ. 14 n. 12.*

Priuilegium fori non in particularis Clerici dumtaxat, ſed in totius ordinis fauorem eſt tributum, *deciſ. 14. n. 13.*

Clericus non incedens, in habitu, & tonſura, non deſinit eſſe de foro Eccleſiaſtico in ſui odium, *deciſ. 14. num. 14.*

Epiſcopus poteſt repetere Clericum è manibus Curiæ ſęcularis, non obſtante expreſſa renunciatione à Clerico facta, *deciſ. 14. num. 15.*

Clericus vt amittat priuilegium fori per dimiſſionem habitus requiritur tanta perſeuerantia, vt publicè habeatur pro laico, *deciſ. 14. num. 16. & n. 38.*

Nec amittit, licet tempore delicti, vel capturæ careret habitu, & tonſura, ſi alias fuerit ſolitus deferre, *deciſ. 14. n. 17.*

Et propterea remittendus eſt ad Curiam Eccleſiaſticam, *deciſ. 14. n. 18.*

Clericus dimittens habitum non ſubſecuta declaratione Ordinarij ſemper poteſt reaſſumere, non obſtante irregularitate ſuperueniente, & Epiſcopi prohibitione, *deciſ. 14. num. 19.*

Priuilegium fori in Clericis in minoribus ob non delationem habitus ſuſpenditur, ſed non extinguitur, *deciſ. 14. n. 20.*

Et ſi antè carcerationem reaſſumat habitum gaudet priuilegio fori, *deciſ. 14. n. 21.*

Ampl. etiam ſi Clericus per longum tempus gesſerit ſe pro laico, & delicta perpatrauerit; ità vt laicus Iudex poſt reaſſumptum habitum deſiſtere debet ab inquiſitione, *deciſ. 14. num. 22.*

Et poteſt reaſſumere etiam poſt obitum vxoris abſque licentia Epiſcopi, *deciſ. 14. n. 23.*

Clericus deſerens habitum, & tranſiens ad ſtatum laicalem non dicitur amplius perſona Eccleſiaſtica, *deciſ. 14. num. 24.* Declar. vt *num. 25.*

Clericus ſi ad modicum tempus dimiſerit habitum, & ſinè eodem repertus fuit in actu capturæ gaudet priuilegio fori, *deciſ. 14. n. 26. & num. 38.*

Si tempore delicti geſtabat habitum, & non tempore capturæ gaudet priuilegio fori, *deciſ. 14. num. 27.*

Clericus non habens requiſita Sacri Concilij Tridentini efficitur mixti fori, vt inter Eccleſiaſticum, & laicum Iudicem ſit locus præuentioni, *deciſ. 14. n. 28.* Contrarium, quod ſemper ab Epiſcopo repeti poteſt, *num. 29.* Et vt non poſſit repeti, quid requiratur, *num. 30.*

Clericus de Iure antiquo dimittens habitum, & tonſuram immiſcens ſe enormibus non amittebat priuilegium fori, niſi ter ab Ordinario monitus ſpecialiter, & nominatim. & non generaliter, *deciſ. 14. num. 31. & num. 32.* niſi fortè monitio eſſet facta à Synodo *nu. 33.* Secùs verò hodiè vigore Concilij Tridentini, *num 34.*

Clericus poſt delictum reaſsumens habitum gaudent priuilegio fori, ſi non adſit fraus, *deciſ. 14. num. 35.*

Sed ſi expreſsè renunciauerit, cum approbatione Epiſcopi non poteſt habitum reaſſumere propria auctoritate, *deciſ. 14. n. 36.*

Vt gaudeat priuilegio fori beneficio carentes copulatiuè debent habere tria requiſita. Conc. Trid. ſeſs. 23. cap. 6. de refor. Declara, vt *num. 38.*

Non eſt tamen neceſse, vt continuo inſeruiant Eccleſiæ, ſed ſufficit ſi interpolatè, *deciſ. 14. num. 39. & nu. 40.* & ex iuſta cauſa excuſatur, *num. 41.*

Et ſufficit vt ſeruitium præſtetur Eccleſiæ ſaltem in genere aſſignatæ, *ibidem num. 42.*

Et etiam alteri Eccleſiæ, quam cui fuit adſcriptus, *deciſ. 14. num.* 43.

Ac etiam ſi inſeruiat Capellæ Oratorij Confraternitatis laicalis, *ibidem num.* 44.

Clericus vt gaudeat fori priuilegio non eſt neceſſaria adſcriptio alicui Eccleſiæ, *dec. 14. n.* 45. & 46.

Nec dicta adſcriptio eſt de forma, *ibidem nu.* 47. Contrarium *num.* 48. Declara, vt in *num.* 49. & 50.

Mandatum de inſeruiendo Eccleſiæ ſufficit, vt oretenus detur, *deciſ. 14. n.* 51.

Hoc ſeruitium probatur, vel per fidem Parochi, vel per teſtes, *ibidem n.* 52.

Clericus incorrigibilis non amittit priuilegium fori, niſi per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici brachio ſeculari tradatur, *deciſ. 14. n.* 53.

Clerici in minoribus in caſibus in quibus priuantur priuilegio Clericali puniri poſſunt à Iudice laico, nulla præcedente degradatione, ſed tantum Ordinarij declaratione, *deciſ. 14. n.* 54. Contrarium quod dicta declaratio non ſit neceſſaria, *ibidem num.* 55

Clericus non ſeruans requiſita Concilij Trid. licet amittat priuilegium fori, non tamen alia priuilegia, niſi in caſibus in iure expreſſis *deciſ. 14. n. 57. & n.* 60.

Et Iudex laicus non poteſt in eum exercere iuriſdictionem, niſi ſecuta declaratione Iudicis Eccleſiaſtici, *deciſ.* 14, *adnot.* 1. *à n.* 1. *vſque ad* 6. in quibus referuntur reſolutiones *Sac Congregat.*

Deprehenſus cum veſtibus Clericalibus ſi publicè pro laico habeatur eſt reddendus Curiæ Eccleſiaſticæ donec diſcuriatur articulus, ſecus ſi deprehenſus fuerit cum habitu ſeculari, *deciſ. 14. adnot.* 1. *n.* 5.

Ritus magnæ Curiæ Vicariæ Neapolitanæ cognoſcendi de Clericatu ſublatus fuit in conuentionibus inter Pontificem, & Regem, *ibidem num.* 7.

Et de cognitione Clericatus, vide in verbo *Iudex Eccleſiaſticus*

Epiſcopus non amittit ius in Clericos ob non geſtationem habitus, & ſemper eos repetere poteſt à Curia ſeculari, etiam ſi exercuerint artes mechanicas, viles, etiam Macellarij, & dederint operam militiæ, *deciſ. 14. adnot.* 1. *n.* 34. & 35.

Declara, vt ſubiciantur Curiæ ſeculari in dictis caſibus ſi Epiſcopus, vel non procedat ad eos puniendos, vel non repetat, *ibidem num,* 36.

Clericus non habens requiſita Sac. Conc. Trid. ipſo iure amittit priuilegium fori, *deciſ. 14. adnot. 1. num.* 37.

De iure verò antiquo, quæ ad hunc effectum requirebantur recenſentur, *deciſ. 14. adnot* 1. *num.* 38.

Clericus ſi efficiatur miles ipſo iure amittit priuilegium fori ex nouo iure Conc. Trid. *deciſ.* 14 *adnot.* 1. *n.* 39.

Declara procedere ſi Clericus in militia perſeueret, & ſæua exerceat, alias ſola militia non tollit priuilegium Clericatus, *ibidem n.* 40.

Clericus in minoribus habens beneficium gaudet priuilegio fori tam in criminalibus, quã in ciuilibus licet non incedat in habitu, & tonſura, *deciſ. 14. adnot.* 1. *n.* 41.

Clerici in minoribus cógi non poſſunt ad ſuſcipiendos ſacros ordines, ſed tantum ſunt monendi, & corrigendi, *ibidem n.* 42.

Et edictum priuationis priuilegiorum ſi non ſuſcipiant ſacros ordines eſt improbatum, *ibidem num.* 43.

Priuari tamen poſſunt priuilegijs Clericalibus, ſi non incedant in habitu, & tonſura, *dec.* 14. *adnot.* 1. *num.* 44.

Clericus vt perdat priuilegium clericale quoad forum, quæ requirantur de iure antiquo, *deciſ.* 14. *adnot.* 1. *num* 45. Et quæ vigore Concilij Tridentini, *num.* 46.

Clericus malè ordinatus quando amittat priuilegium fori. Vide in verbo *Clericus malè ordinatus.*

Clericus ſi pro laico fideiubeat eſt conueniendus coram Iudice Eccleſiaſtico non obſtante obligatione inſolidum, *deciſ. 14 adnot. 3. n.* 18.

Clericus, & Laicus ſi eodem tempore obligantur ambo conueniri debent coram Eccleſiaſtico, *ibidem num.* 19.

Clericus effectus lite pendente coram Iudice ſæculari, non poteſt trahi ad proſequendum coram eodem iudicium, *deciſ. 14. adnot. 3. n.* 26. & 27. Contrarium, *num.* 28.

Sed hæc ſecunda ſententia procedere poteſt quoad proſecutionem Iudicij vſque ad ſententiam, ſecus quoad eius executionem, *ibidem num.* 29.

Clericus ſuccedens laico executiuè obligato contrahit eandem obligationem, & ſubijcitur ſtatuto laicali, *deciſ. 14. adnot. 3. n.* 31.

Eſt tamen coram Iudice Eccleſiaſtico executiuè conueniendus, *ibidem n.* 32.

Clericus effectus poſt contractum, & delictum etiam in cauſa ciuili conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, licet iudicium eſſet cæptum coram laico, *deciſ. 14. adnot. 3. n.* 33.

Clericus venditor ſi interpelletur ab emptore ad liberandum à moleſtijs non tenetur comparere coram Iudice ſæculari, *deciſ. 14. adnot. 3. num.* 34. Contrarium. *num.* 35. Declara vt in *num.* 37.

Clericus ſe faciens poſt delictum pœna vltimi ſupplicij puniendum, eſt degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus, *deciſ.* 4. *adnot. 3. n.* 38.

In fraudem reaſſumens habitum dimiſſum gaudet tantum quoad perſonam, non quoad bona, *ibidem num.* 41.

Clericus ſi poſt commiſſum delictum ducat vxorem, vel fiat laicus puniendus eſt à Iudice Eccleſiaſtico, *deciſ. 14. adnot. 3. n.* 42.

Sed ſi relegatus durante relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationem puniri poteſt à Iudice laico, *ibidem num.* 43. Sed hoc declara procedere ſi Epiſcopus non repetat, *ibidem num.* 44.

Clericus, nec de licentia Epiſcopi conſentire poteſt in Iudicem laicum, *deciſ.* 53. *adnot.* 3. *num.* 33.

Captus ſine habitu per curiam ſæcularem remittendus eſt ad ſuum Iudicem, *deciſ. 36. n.* 14.

Nec

Nec etiam volens conſentire poteſt in Iudicem laicum, *deciſ.36.n.18. & 19.*

Non poteſt renunciare priuilegio fori, *deciſ.36. num.20.*

Et quamuis renunciauerit Epiſcopus poteſt repetere, *deciſ.36.num.21.*

Clericus non habens requiſita Sac. Conc. Trid. fori priuilegium allegare non poteſt, ſed Epiſcopus poteſt eum repetere, *deciſ.36. num. 25. & 26.*

Quia character clericalis eſt indelebilis, *ibidem num.27.*

Vndè Clericus ſemper remanet ſubiectus Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, donec non fuerit priuilegio denudatus, *ibidem num.28.*

Clericus quandò amittat priuilegium fori, *deciſ.36.n.29. deciſ.147. num.18.*

Clericus nec expreſsè, nec tacitè, nempè per non geſtationem habitus, & ſimilium præiudicare poteſt Iuriſdictioni Epiſcopali, *deciſ.36. num.30.*

Suſcipiens ordines minores falſis dimiſſorijs, ſecuta declaratione non gaudet priuilegio fori, *deciſ.139.num.66.*

CLERICVS QVOAD ORDINES.

Vide in verbo *Ordo ſacer.*

Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel abſque literis dimiſſorijs ſui ordinarij remanet ſuſpenſus, *deciſ.14.adnot.2.n.1.3.& 24.*

Etſi exercuerit ordinem remanet irregularis, *deciſ.14.adnot.2.num.2.*

Et efficitur inhabilis ad obtinenda beneficia, *deciſ.14.adnot.2.num.4.& 5.*

Non tamen priuatur priuilegio fori, *deciſ. 14. adnot.1.num.6.11.& 24.*

Suſcipiens ordines à non ſuo Epiſcopo verè efficitur Clericus, ſed non licitè, *deciſ. 14. adnot.2. num.7.8.& 9.*

Clericus ordinatus cum dimiſſorijs Epiſcopi titularis ratione familiaritatis eſt validè, ſed non licitè ordinatus, *deciſ.14 adnot.2.n.10.*

Gaudet tamen priuilegio fori, *deciſ.14. adnot.2. num. 12.* Et immunitate ab oneribus laicalibus, *num.12.*

Ordinatus cum falſis literis dimiſſorijs ſecuta declaratione Iudicis Eccleſiaſtici non gaudet priuilegio fori, *deciſ.14.adnot.2.num.14.*

Et Iudex laicus poteſt inſtare pro iſta declaratione, *deciſ.14.adnot.2.num.15.*

Ordinatus cum falſis dimiſſorijs, qua pœna puniatur, *deciſ.14.adnot.2.num.16.*

Ordinatus falſis dimiſſorijs efficitur infamis, & irregularis, à qua tamen poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, *deciſ.14.adnot.2.num.18. & 19.*

Clericus ordinatus ſine dimiſſorijs priuatur priuilegio fori, ſicut ordinatus cum falſis dimiſſorijs, *deciſ. 14. adnot. 2. num. 20.* Contrarium, *num.21.*

Ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij ordinarij eſt incapax ad obtinenda beneficia, *deciſ.14.adnot.2.num.25.*

Per ratificationem verò proprij Epiſcopi cenſetur diſpenſatus, tum ad exercitium ordinum, tum ad conſequenda beneficia, *deciſ.14.adnot.2.num.26.*

Et dicta ſuſpenſio inducta à Sacro Concilio Tridentino habet locum non ſolum in ſacris, ſed etiam in minoribus, *deciſ.14. adnot.2. num.27.* Contrarium *num.30.*

Et quod etiam habeat locum in prima tonſura, *deciſ.14. adnot.2. num.28.* Contrarium *n.29. & 31.*

Epiſcopus conferens ordines alterius ſubdito, ſine eius licentia ignoranter non contrahit ſuſpenſionem, *deciſ.14.adnot.2.n.32.*

Supradicta ſuſpenſio ex Conſtitutione Sixti V. eſt reſeruata Summo Pontifici, ſed quoad pœnas hodiè non eſt admittenda, tanquam redacta ad diſpoſitionem Concilij per Clementem VIII. *deciſ.14.adnot.2.num.33.*

Et diſpenſari poterit ab Epiſcopo ſi delictum ſit occultum, *deciſ.14. adnot.2. num.34.*

Bulla Pij II. de ordinatis à non ſuo Epiſcopo ſine licentia ſui Ordinarij non comprehendit inſignitos minoribus ordinibus, *deciſ. 14. adnot.2.num.35.*

Licentia proprij Ordinarij de ſe ad Ordines promouendo probatur ſola aſſertione ordinati, *deciſ.14.adnot 2.num.36.*

Et dicta licentia non eſt neceſſe dari in ſcriptis, niſi pro Vltramontanis, *deciſ.14.adnot.2. num.37.*

Ordines, & Tonſuram conferens Vltramontanis abſque literis dimiſſorijs non approbatis à Nuncijs ſuſpenditur per annum à Pontificalibus, *deciſ.14.adnot.2.num.38.*

Ordinatus abſque Patrimonio, aut beneficio non remanet ſuſpenſus, ſed Ordinarius tenetur eum alimentare, vel prouidere de beneficio, *deciſ.14.adnot.2.num.39. & num.41.*

Limit. ſi ordinatus habeat patrem diuitem, *deciſ.14.adnot.2.num.40.*

Limit. vbi quis decipiendo Epiſcopum ſe promoueri facit cum falſo titulo, *deciſ.14.adnot.2. num.42.*

CLERICVS CONIVGATVS, ET BIGAMVS.

Clerici coniugati gaudent priuilegio tantum fori, & canonis, *deciſ.6.adnot.6.num.1.* Declara vt in *num.4. & 5.*

Non tamen eximuntur à collectis gabellis, alijſque Principis obſequijs, *ibidem numero 2.*

Quoad perſonalia gaudent immunitate, ſecus à taxis, & collectis, quæ fiunt per capita, *deciſ.6.adnot.6 num.3.*

Gaudent priuilegio fori ſi cum vnica matrimonium contraxerint, & habitum, & tonſuram deferant, *ibidem num. 4.* & vlterius ſi inſeruiant Eccleſiæ, *num.5. & deciſ.36 n.1. & 24.*

Ampl. vt gaudeant fori priuilegio, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *deciſ.6. adnot.6. num.6.* Contrarium, *num.7.* ſed prima verior, *num.8.* Reſpondetur contrarijs, *num.9. & deciſ.36. num.2.*

Clericus coniugatus gaudet priuilegio canonis, *deciſ.6.adnot.6.num.10.*

Ampl. vt etiam eius vxor gaudeat priuilegio canonis, ſi in odium viri percutiatur, *ibidem num.11.*

Clericus pro delictis commiſſis tempore Clericatus, ſi deindè vxorem ducat puniendus eſt à Iudice Eccleſiaſtico, licet non ſeruet requiſita Concilij, *deciſ.6.adnot 6.num.12.*

Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori, licet ante, vel poſt delictum habitum, & tonſuram dimiſerit, ſi tempore capturæ extiterit in habitu clericali, *ibidem num.13.*

Ampl. vt procedat etiam ſi reaſſumat paulo ante, vel poſt commiſſum delictum, *ibidem num.* 14. Contrarium, *num.* 15. Sed prima verior, *num.16.*

Clericus coniugatus ſi mortua vxore reaſſumat habitum, & tonſuram conſequitur omnia priuilegia Clericorum, *deciſ.* 6. *adnot.* 6. *numero* 17.

Clericus coniugatus ſi dimiſerit habitum, & tonſuram, & viuente vxore reaſſumat an gaudere debeat priuilegio Canonis, & fori, tres Doctorum ſententiæ referuntur, *deciſ. 6. adnot.6.num.*18.19.20.*&* 21.

Clericus coniugatus ſi poſt dimiſſum habitum, & tonſuram ob delictum in contumaciam à Iudice laico condemnatus fuerit, ſi deindè reaſſumat non poteſt per dictum Iudicem carcerari, *ibidem num.22.*

Clericus coniugatus ſolitus deferre habitum, ſi tempore delicti reperiatur ſine habitu non amittit fori priuilegium, ſecus ſi non fuit ſolitus, & in fraudem reaſſumat, *deciſ.6. adnot.6. num.23.*

Pariter ſi ſine habitu captus à carceribus aufugiat, reaſſumptio habitus eidem non ſuffragatur, *ibidem num.* 24. Contrarium, *num.25.*

Clericum reaſumpſiſſe habitum in fraudem declarandum eſt per Iudicem Eccleſiaſticum, *deciſ.6. adnot.6. num.26.* & interim Iudex ſæcularis nihil innouare debet, *ibidem.*

Clericus coniugatus ſi modo deferat, modo deponat habitum clericalem non amittit priuilegium fori, *ibidem num.* 27. Quid ſi à dimiſſione habitus interceſſerit longa diſtantia, *ibidem num.28.*

Et quid ſi reaſſumat paulo ante delictum, *ibidem num.29.*

Reaſſumptio habitus facta per Clericum in dubio non cenſetur in fraudem, *deciſ.6. adnot.6. num.30.*

Non eſt neceſſe, vt habitus reaſſumatur per tempus conſiderabile ante delictum, *ibidem num.31.*

Et ſatis eſt ſi reaſſumatur ante carcerationem, *ibidem num.32.*

Clericus poteſt reaſſumere habitum non obſtante irregularitate ſuperueniente, *deciſ.6.adnot.6. num.33.*

Clericus coniugatus non gaudet priuilegio fori, ſi non ſeruat requiſita Concilij Tridentini, *ibidem num.34.*

Ampl. etiam ſi non fuerit ter ab Epiſcopo monitus, *ibidem num.* 35. Contrarium, *numero* 36.

Ampl. vt etiam debent ſe abſtinere à negociationibus, & armis, *deciſ.5. adnot.6. num.37.* Contrarium, *num.38.*

Clericus coniugatus bigamus non gaudet priuilegio fori, & puniri poteſt à Iudice laico. *deciſ.6. adnot.6. num.39.* & dicitur bigamus ſi duas vxores duxerit, *ibidem.*

Limit. ſi ſolum conſenſum præſtiterit ſecundo Matrimonio, cum tunc non efficiatur bigamus ad effectum amittendi priuilegium clericale, *ibidem num.40.*

Et neque efficitur bigamus ſi cognoſcat vxorem adulteram, *ibidem num.41.*

Et neque ducendo mulierem antea ab eodem cognitam, *ibidem num.42.*

Clericus coniugatus ſi poſt commiſſum delictum efficiatur bigamus pro eodem delicto gaudet priuilegio fori, *deciſ.6. adnot.6. num.43.*

Clericus ſi committat delictum, & poſtea vxorem ducat, eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico, *ibidem num.44.*

Clericus bigamus de delictis commiſſis ante bigamiam ſubiacet Iudici Eccleſiaſtico, ſecus de commiſſis poſt bigamiam, *deciſ. 6. adnot.6. num.52.*

Per bigamiam non tollitur caracter clericalis, *ibidem num.53.*

Bigamus habetur pro laico, & non poteſt deferre habitum, & tonſuram, *deciſ. 6. adnot. 6. num.54.*

Vxor Clerici coniugati, an gaudeat priuilegio fori, *deciſ.6. adnot.6. num.55.*

Clerici coniugati an gaudere debeāt beneficio, *cap. Odoardus, ibidem n.58.*

Clerici coniugati latini gaudent priuilegio fori, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *deciſ.6. adnot.6. num.62.*

Ex conſuetudine gaudere poſſunt immunitate à ſolutione onerum, & gabellarum, *ibidem num.* 63. Et ex pacto, & capitulatione, *ibidem.*

Clerici coniugati an poſſint eligi ad officia publica, *deciſ.6. adnot.6. n.70. & 72.*

An teneantur ad onera pro donatiuo Regio, *ibidem num.73.*

Clericus etiam coniugatus ſi delinquat in officio ſæculari conceſſo à Principe poteſt ab eodem puniri, *deciſ.6. adnot.6. num.79.* Contrarium, & verius, *num.80.*

Clericus coniugatus an gaudeat beneficio fori cognoſci debet per Iudicem Eccleſiaſticum, *deciſ.17.adnot.3.num.33.*

CLERICVS QVOAD TESTIMONIVM FERENDVM.

Clericus ſiue in ſacris, ſiue in minoribus contra laicum examinari non poteſt in cauſa criminali, præcipuè ſi agatur de pœna ſanguinis. *deciſ.14.adnot.5.num.1.*

Nec Epiſcopus poteſt concedere licentiam deponendi coram laico ſi pœna ſanguinis ſit irroganda, *ibidem num.2.*

Ampl. vt neque in criminibus exceptis, puta læſæ maieſtatis Clericus admittitur contra laicum, niſi ad damnandam memoriam defuncti, *deciſ.14. adnot.5. num.3.*

Limit. ſi non agatur de pœna ſanguinis, & ſi veritas aliter haberi non poſſit, quo caſu tam in ciuilibus, quam in criminalibus Clericus

ricus admittitur contra laicum, *ibidem num.4.* Secus ſi agatur ad vindictam, *num.5.*

Limit. in foro Eccleſiaſtico, vbi Clericus examinari poteſt contra laicum, *ibidem num.6. & 7.*

Limit.3. ad defenſam, & ad repulſam teſtium vt Clerici examinari poſſint, dummodo repulſa non ſit infamatoria, *decif.14. adnot.5. num.8. & 9.*

In cauſa ciuili examinari poteſt coram laico de licentia ſui ſuperioris, præſtito prius iuramento coram perſona Eccleſiaſtica, *ibidem num.10.*

Vel Epiſcopus poteſt illum examinare, & examen ad Iudicem laicum remittere, *à num.11. vſque ad 14.* vbi traditur formula concedendi dictam licentiam, contrarium *n.15.*

Quod etiam procedit in Regularibus, *ibidem num.12.*

Sed ſi abſque licentia ſui ſuperioris deponat coram Iudice laico valet eius depoſitio, ſed à ſuo Prælato puniri poteſt, *decif.14. adnot.5. num.16.*

Si vltroneè deponat coram Iudice laico non videtur omni exceptione maior, *ibidem num.20.*

Limit. ſi veritas ex natura rei aliter haberi non poſſit, *ibidem num.21.*

Clerici depoſitio facta coram Iudice laico abſque licentia Epiſcopi ſi à parte opponatur non valet, *decif.14. adnot.5. num.22.*

Et quid in criminalibus, referuntur Doctorum ſententiæ, *ibidem num.23. 24. & 25.* vbi declarantur, & conciliantur.

Siuè in minoribus, ſiuè in ſacris vbi veritas aliter haberi non poſſit cogi poſſunt ad deponendum coram laico, *decif.14. adnot.5. num.26.* Declara vt in *n.27. & 28.*

Clericus in criminalibus ad offenſam contra laicum ſi agatur de pœna corporali non eſt in teſtem admittendus, etiam de ſui ſuperioris licentia, *ibidem num.29.*

In contractibus, & inſtrumentis non poteſt in teſtem adhiberi de iure communi, ſecus de conſuetudine, *decif.14. adnot.5. num.30. & 31.*

Laicus an, & quando poſſit eſſe teſtis contra Clericum, vide in verbo *Laicus.*

CLERICI PERCVRSOR.

Percutiens clericum ad ſui defenſionem non incurrit excommunicationem, *decif.37. n.1.*

Ampl. præcipuè ſi percuſſio fiat incontinenti, ſecus ex interuallo, *ibid. num.2.*

Limit. vt procedat ſi ſeruetur moderamen inculpatæ tutelæ, *ibid. num.3.* alias incurritur excommunicatio, *num.4.* præcipuè ſi excedat moderamen ex propoſito, *num.15.*

Limit. vt incidat in excommunicationem, ſi percutiens clericum ad defenſam aliter ſe defendere poterat, quam percutiendo, *decif.37. num.17.*

Percutiens Clericum committit ſacrilegium, *decif.64. num.38.* Et puniri poteſt per Iudicem Eccleſiaſticum, *num.40.*

Eſt excommunicatus, & abſolutio eſt Pontifici reſeruata, *decif.64. num.41.* Et alia pœna extraordinaria venit puniendus, *n.42.*

Etſi percuſſio ſit facta in Eccleſia quando instat pœna mortis, *ibidem n.43. & 44.*

Clerici percuſſor abſolui non poteſt niſi ſatisfacta parte, vel Religione ſi Monachus percuſſus fuerit, *decif.64. num.45.*

Quod ſi per impotentiam non poſſit ſatiſfacere, ſufficit promiſſio iuratoria, *ibidem num.46.*

Iniuria illata Clerico cenſetur illata etiam Eccleſiæ vniuerſali, *decif.64. num.39.*

Percutiens laicum in Eccleſia excommunicari poteſt, vel potius alia pœna pecuniaria, vel ſimili mulctari, *decif.64. num.37.*

Regularis percutiens Clericum declarari non poteſt ab Epiſcopo incidiſſe in excommunicationem, *decif.84. adnot.4. num.7.*

CLERICVS QVOAD EXERCITIVM OFFICIORVM SÆCVLARIVM, ET ARTIVM.

Clericus beneficiatus, aut in ſacris conſtitutus non poteſt laicis deſeruire, *decif.40. num.1.*

Poteſt eſſe factor pro minoribus, orphanis, pauperibus, & pro rebus Eccleſiæ, *ibidem num.2.*

Regulariter non poteſt exercere officium Procuratoris, & Aduocati, *decif.40. num.3.* Prout nec Epiſcopus, *num.4.*

Nec etiam Monachi, & Canonici Regulares, niſi pro rebus eorum Monaſteriis, *decif.40. num.5.* tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *num.6.*

Ad rei defenſionem, controuertitur inter Doctores, ſed tutius eſt, vt ſe abſtineant, *decif.40. num.7.*

Clericus non poteſt operam dare, legibus ciuilibus, *ibid. num.8.* Declara publicè, ſecus priuatim, *num.9.* ſecus etiam de licentia Papæ, *num.10.*

Et in Romana Curia Aduocati, & Procuratoris officio fungi poteſt, & leges ciuiles audire, *decif.40. num.12. & 13.*

In cauſa Eccleſiæ poteſt eſſe Aduocatus, & Procurator, *ibid. num.14.*

Nec non in cauſa propria, & pro miſerabilibus perſonis, *decif.40. num.15.* Et pro conſanguineis, etiam ſpiritualiter coniunctis, *num.16. & 17.*

Prout etiam ex charitate, & ſine cauſa lucri, *decif.40. num.18.*

Ita etiam ſi aliter ſuis neceſſitatibus conſulere nequeat, *ibidem num.19.*

Poteſt etiam exercere in foro Eccleſiaſtico, *decif.40. num.20.*

Clericus in minoribus non habens beneficium Eccleſiaſticum poteſt aduocare, & procurare etiam coram Iudice laico, *decif.40. num.21.*

Abſque periculo irregularitatis poteſt dare conſilium in genere in criminalibus, *ibidem num.22.*

Ampl. etiam ſi ſint conditores legum reis imponentium pœnam mortis, *decif.40. num.23.*

Clericus, & Religioſus non poſſunt eſſe Notarii, etiam ſi tales eſſent ante ſuſceptionem ordinum ſub pœna priuationis beneficiorum, *ibidem num.24.*

Sed ſi Clericus in minoribus non habeat benefi-

neficium ſufficiens, poteſt eſſe Notarius, *deciſ.40. num.25.* Secus in ſacris, ſed ſi non habeat beneficium poteſt eſſe Notarius in foro Eccleſiaſtico, *num.26.*
Clericus, & Religioſus in cauſa hæreſis poteſt eſſe Notarius, *deciſ.40. num.27.*
Ad fauorem ſuæ Eccleſiæ permittitur Clerico inſtrumentum conficere, *ibid. num.28.*
Clericus licet non poſſit eſſe Notarius inſtrumenta tamen per eum confecta tenent, *deciſ.40. num.29.* Contrarium, *num.30.* Declara vt in *num.31. & 32.*
Clericus, & Religioſus poteſt publicare ſua inſtrumenta confecta ante Clericatum, & Monacatum de licentia ſuperioris, *deciſ. 40. num.33. & 34.*
Parochus poteſt eſſe Notarius quoad vltimas voluntates tantum ad pias cauſas, *ibidem num.35.*
Clericis non prohibetur aliquod artificium facere ad ſui, & ſuorum ſubſtentationem, *deciſ.41. num.1. & 2.* & eiſdem licet ex artificio lucrari etiam ſine neceſſitate, *num.3.*
Declara procedere dummodò Clericus ſine auaritiæ nota, & ſine ſcandalo artificium faciat, *ibidem num.4.*
Clericus exercens macellum, & tabernam non gaudet priuilegio fori, & deponitur, *deciſ.41. num.5.*
Ampl. etiamſi prædicta exerceat non ad propriam vtilitatem, ſed Domini, *ibid. n.6.*
Ampl. etiamſi Clericus non continuè, ſed interpolatè talia exerceret, *ibid. num.7.*
Exercens verò alias ſordidas artes pœna arbitraria puniendus eſt, *deciſ.41.num.8.*
Clericus Iocolator, Iſtrio, & Scurra ſi per annum has artes exercuerit, ipſo Iure caret omni priuilegio Clericali, ſi breuiori tempore tertio monitus eandem pænam incurrit, *ibid. num.9. & 12.*
Sed annus adhuc effectum debet eſſe continuus, *ibid. num.10.*
Et hæc pæna habet locum etiam aduerſus Clericos in ſacris conſtitutos, *deciſ. 41. num.11.*
Clericus non amittit priuilegium Clericale propter exercitium macelli, vel tabernæ niſi prius monitus, *deciſ.41.num.12.*
Et monitio debet eſſe ſpecialis, & perſonaliter executa ſi poteſt, alias domi dimiſſa copia, vel per affixionem, *ibid. num.13. & 17.* Contrarium quod ſufficiat etiam monitio generalis præcipuè facta in Synodo, *ibid. num. 14. & 15.*
Monitio regulariter debet eſſe trina, vel vnica concepta cum tribus interuallis, *deciſ. 41. num.16.*
Clericus exercens Macellum, vel Tabernam per ſe ipſum incurrit pænam, ſecùs ſi per interpoſitam perſonam, *ibidem num.18.* Quo caſu alia pæna arbitraria puniri debet, ſecùs ſi faciat neceſſitate ductus, *num. 19. & 20.*
Clericus in Sacris, & in minoribus Beneficiatus, non poteſt exercere Chirugiæ officium, *deciſ. 41. num. 21.* Et exercens incurrit irregularitatem *num. 22.* etiam non ſecuta morte, aut membri mutilatione, *num.23.*
Acquiſita per Clericum ex medicina dicuntur illegitimè acquiſita, *deciſ 41 num. 24.*
Medicinæ ſtudium eſt Clericis interdictum, *ibidem num.25.*

COLLECTA.

Collecta in dubio cenſetur onus mixtum, *deciſ.100. num.2.*
Collecta quandò habet veram, & determinatam præſtationem in perpetuum cenſetur onus reale, *deciſ.100.num.8.*
Collecta imponi poteſt Ciuibus, & Incolis, *deciſ.100. adnot.1. num.1.*
Forenſis de iure communi collectari non poteſt pro bonis exiſtentibus in dominio collectantis, *deciſ.100.adnot.1.num.2.*
Limit. de generali conſuetudine, *ibid.n.3.* Declara, vt in *num.33.*
Collecta eſt ſoluenda vbi bona poſſidentur, & ſita ſunt, *deciſ.100.adnot.1.num.4. & 20.*
Forenſis, vt collectari poſſit de conſuetudine debet eſſe immemorabilis, *deciſ.100. adnot. 1. num. 5.* Sed hoc non procedit in ſtatu Eccleſiaſtico, vigore conſtitutionum SS.Pontificum, *num.6.*
Nec procedit in Ciuitatibus habentibus in hoc ſpeciale priuilegium, *ibid.num.7.*
Venientes de nouo ad habitandum tenentur ſoluere collectas, *deciſ.100.adnot.1.num.8.*
Habentes priuilegium 12.filiorum tenentur ad ſolutionem ſubſidij triennalis, *deciſ. 100. adnot.1.num.10.*
Collecta, & onera ſoluuntur propter fructus, qui ex bonis percipiuntur, *deciſ. 100. adnot. 1. num 11.*
Poſſidentes annuos redditus tenentur ſoluere collectam, *deciſ.100.adnot.1.num 12.*
Ampl. vt etiam teneatur vſufructuarius, & emptor fructuum, *ibid.num. 13.*
Ampl. vt etiam emptor cenſus teneatur ſoluere collectam, *ibid. nu.14. & 16.* reprobantur contrarium tenentes, *num.17.*
Officia vacabilia, & ſocietates officiorum non ſubijciuntur collectis, *deciſ.100. adnot.1. nu.23.* Contrarium, *num.24.*
Loca montium non ſubiiciuntur collectis, nec dicuntur res mobiles, vel immobiles, ſed conſtituunt tertiam ſpeciem, *deciſ. 100. adnot. 1. num.25. & 26.*
Penſiones domus non ſunt ſubiectæ collectis. *ibid. num.27.*
Eſt ſoluenda de domo, ſiue pretioſa, ſiue vili, *deciſ.100. adnot.1. num.28.* vbi declaratur.
Poſſeſſiones ſteriles non debent collectari, *ibid. num.29.*
Pro artificio, labore, & induſtria collecta imponi poteſt, *deciſ.100.adnot.1.num.30.*
Creditor participans de fructibus collectari poteſt, *ibid. num.31.*
Pauperes quotidiano labore viuentes non ſunt collectandi, *deciſ.100.adnot.1.num.32.*
Non eſt ſoluenda ſi pereant bona affecta eius

ſolu-

ſolutioni, *ibidem num.* 33.
Collecta imponi poteſt ſuper annuis redditibus, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*1.
Ad collectas tenetur vſufructuarius, & emptor fructuum, *ibidem num.* 2.
In fraudem collectarum non ſubſtinentur pactiones in contrarium factæ, *deciſ.*13, *adnot.*3.*num.*3.
Annui cenſus collectari poſſunt, *ibid.n.*4.*&* 5.
Collecta debetur etiam de nominibus debitorum, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*6. Ac etiam iurium, & actionum, *num.*16.
Dominus cenſus tenetur ad ſolutionem collectæ, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*7.
Contrarium quod teneatur debitor cenſus, *ibidem num.*9. *&* 12.
Sed quod vnuſquiſque teneatur pro rata, *ibidem num.* 11. Contrarium quod teneatur Dominus fundi, *num.*12.
Dominus cenſus tenetur ad collectas generaliter impoſitas, ſecùs ad ſpeciales ipſius fundi cenſus, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*14.
Forenſis tenetur ad collectas reales, ſecus ad perſonales, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*15.
Cenſus vbi collectari ſolet, eius ſolutio facienda eſt vniuerſitati, in cuius territorio ſita ſunt bona, *deciſ.*12.*adnot.*3.*n.*17. *&* *n.*25.
Contrarium quod ſit facienda vbi eſt deſtinata ſolutio, & celebratus contractus, *deciſ.* 13. *adnot.*3. *num.*18. *deciſ.* 100 *adnot.*1. *num.* 18. 19. *&* 20.
Poteſtas imponendi collectas dependet à iuriſdictione, *ibid. num.*19.
Forenſis collectari non poteſt ſi tantùm mediatè, & non immediatè ſit ſubiectus iuriſdictioni collectantis, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*24.
Declata procedere de iure communi, ſecùs ex Principis conſtitutione, *ibid.num.*25.
Collecta, & onera Cameralia ſoluenda ſunt vbi bona ſunt ſita, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*26.
Loca montium collectari non poſſunt, *dec.*13.*adnot.*3.*num.*27.
Penſiones domus collectari non poſſunt, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*28.
Fructus Societatis officij collectari nequeunt, *deciſ.*13.*adnot.*3.*num.*29.
Ius imponendi collectas pro ſoluendis oneribus Cameralibus, & communitatiuis competit communitatibus, *deciſ.*13.*adnot.*4.*n.*1.
In collectis imponendis conſideranda eſt qualitas noui poſſeſſoris, *deciſ.*6.*adnot.*5.*num.*21.
Non exemptus à collectis ſi acquirat bona ab exempto tenetur ad collectas, *ibidem num.*22.
Inter clericum, & laicum in communi viuentes cautela eſt, vt fiat diuiſio, vt pro eius rata laicus collectari poſſit, *deciſ.* 6. *adnot.* 9. *num.*7.
Collecta non debetur ab emptore, qui emit ab exempto cum eiuſdem exemptionis ceſſione, *deciſ.*6.*adnot.*9. *num.*19. Secus ſi exemptus emat à non exempto, *num.*20.
Collectæ impoſitio omnibus etiam Baronibus, & Vniuerſitatibus eſt interdicta, & ſoli Principi tamquam de regalibus reſeruatur, *dec.*13. *num.*1. *&* 2.
Limita ſi non vigore iuriſdictionis, ſed de conſenſu Ciuium pro ſoluendis debitis Communitatis imponatur, *deciſ.*13. *num* 3.
Sublimit. procedere iuſta concurrente cauſa, cum tunc non detur melior exactio, quam per collectæ indictionem, *ibidem num* 4.
Præcipuè ſi Ciuitas ſit inops, & debitis inuoluta, *ibidem num.*5
Collecta impoſita ſine ſcitu Principis in caſu vrgenti tenet, dummodo poſtea obtineatur confirmatio, *deciſ.*13. *num* 6. *&* 7.
Imponi poteſt pro ſolutione onerum Cameralium, *deciſ.* 13.*num.* 5. vbi ampl. etiamſi habeat proprios redditus.
Impoſita pro ſoluendis oneribus Cameralibus reputatur iuſta, *ibidem num.*8.
Gabella, ſeù collecta quando reputatur iuſta, *deciſ.*13. *num.*9.
Impoſita pro ſoluendis oneribus Cameralibus in ſtatu Eccleſiaſtico præſcribi non poteſt, *deciſ.*13. *num.*19. Contrarium, *n.* 20.
Nouas collectas imponere ſoli Principi permiſſum eſt, & Communitatibus de ipſius licentia, *deciſ.*13.*adnot.*1.*num.*1.
Nomine Principis ad hunc effectum, qui veniat, *ibidem num.*2.
Imponens nouas gabellas incurrit excommunicationem, *deciſ.*13.*adnot.*1.*num.*3.
Et non eſt ſoluenda, & ſoluta repetenda, *ibidem num.*4.
Collectæ maxima vrgente neceſſitate imponi poſſunt inconſulto Principe alias ſecus, *deciſ.*13.*adnot.*1. *num.*5. *&* 7.
Neceſſitas ad hunc effectum qualis eſſe debeat, *ibidem num.*6.
Collectæ per viam ſubrogationis de nouo imponi poſſunt, *deciſ.* 13. *adnot.*1. *num.*8.
Imponi poſſunt ex priuilegio, vel conſuetudo, *ibidem num.*12.
Sunt imponendæ iuxta vires patrimonij, & æſtimum, ex quo reſultat obligatio ad collectas, *deciſ.*13.*adnot.*1.*n.*13.
In imponēdis collectis quæ conſideranda ſunt, *ibid.n.*14.
In imponenda collecta inſpicienda eſt cauſa, *dec.*13.*adnot.*1.*n.*15.
Pro onere patrimoniali, vel mixto taxa partienda eſt per æs, & libram, pro onere perſonali eſt partienda per capita, & quid ſi onus ferendum ſit per fumantes, *deciſ.* 13. *adnot.* 1. *num.* 15.
Sed ſi non appareat pro quo onere ſit impoſita, & tunc taxantur Ciues per æs, & libram, *ibid.n.*16.
Vbi adeſt cataſtrum partitur per æs, & libram, & quomodo vbi non adeſt, *deciſ.* 13. *adnot.*1. *num.*17.
Imponenda congregato Conſilio, *ibid. n.*18.
Diuidenda, & exigenda habita ratione poſſeſſorum bonorum, *deciſ* 13.*adnot.*1.*n.*19.
Diues collectari non debent, niſi diſcuſſa communi burſa, *ibid. nu.* 24. Et in ſubſidium bona Ciuium *nu.* 26.
Ciues collectari non poſſunt, ſi ſuis Ciuitatibus conceſſerint ius paſcendi, *deciſ.* 13. *adnot.* 1. *num.* 25.

Paupe-

Pauperes dictim quærentes ſibi victum non ſunt collectandi, *ibid.n.27.*

Eſt imponenda per æs, & libram pro rata patrimonij, *dec.13.adnot.1.n.28.*

Pro reparatione agerum non eſt imponenda niſi pro bonis fructiferis, *ibid. num. 29. 30. & 31.*

Limit. ſi ex hac reparatione Dominus nullum recipiat beneficium, *ibid. nu.30.*

Collectari non poſſunt poſſeſſiones ſteriles, *dec.13.adnot.1.n.31.*

Collectæ vbi exigi conſueuerunt per æs, & libram non poſſunt exigi per capitationem, *ibid.n.32.*

Limit. procedere in collectis realibus, ſecus in perſonalibus, *deciſ.13.adnot.1.n.33.*

Capitatio quæ ſit, *ibid.n.34.*

Forenſes de iure communi collectari non poſſunt, *deciſ.13. adnot.2.num. 2. deciſ.100.adnot.1. num.2.*

Ampl. etiamſi forenſes poſſideant bona ſub dominio collectantis, *deciſ. 13. adnot. 2. num. 3.*

Limit. ſi Ciuitas in hoc habeat priuilegium, *deciſ. 13. adnot. 2. num. 4. deciſ. 100. adnot. 1. num. 7.*

Limit. 2. vt ex conſuetudine etiam forenſes collectari poſſint, *deciſ. 13. adnot. 2. num. 5.* Sed eſt ſpecialiter probanda *nu.7.*

Limit. 3. quando ſolutio onerum debeatur ratione rei, *dec.13.adnot.2.n.6.*

Limit. 4. in Ditione Eccleſiaſtica, vbi etiam forenſes collectantur, *ibid. n.9.*

Conſuetudo collectandi forenſes debet eſſe immemorabilis, *dec.13.adnot.2.nu.8.*

Forenſes ex conſuetudine collectandi tantum ſunt pro oneribus realibus, & Cameralibus, ſecus pro Communitatiuis, *deciſ.13. adnot. 2. num.12.*

Et dicta conſuetudo intelligitur etiam de collectis, & oneribus etiam mixtis, *ibid.nu.13.*

Ad ſolutionem collectarum tenentur de nouo accedentes ad habitandum, *deciſ. 13. adnot. 2. num. 10.*

Pro collectarum exactione competit via executiua, *dec.13.adnot.4.n.2.*

Pro collectis inchoari poteſt iudicium à præceptis, & deueniri ad executionem lite pendente, *deciſ. 13.adnot 4. num. 4.* Contrarium, *num. 6.*

Ab impoſitione collectæ datur appellatio, *deciſ. 13.adnot. 4. num. 7.*

Pendente lite ſuper impoſitione collectæ non eſt ſuſpendenda executio, ſi liquido conſtat collectatum eſſe debitorem, ſecus ſi concurrat legitima cauſa dubitandi, *deciſ. 13. adnot. 4.num.8.*

Pro collectis, & oneribus Cameralibus, boues, res, & homines deſtinati ad culturam pignorari, nequeunt *deciſ.13. adnot. 4. n. 10.*

Collectatus non poteſt renunciare æſtimo, *dec. 13. adnot. 4.nu.3.*

Forenſes licet de conſuetudine collectari poſſint pro oneribus realibus, & Cameralibus, ſecus tamen pro communitatiuis, *deciſ. 100. adnot. 1.nu.33.*

Capitatio quid ſit, *deciſ.100.adnot.1.n.34.*

Tributum, & cenſus quid ſit, *ibid. nu.35.*

Collecta quid ſit, *ibid.nu.36.*

Pro certa cauſa inducta non eſt conuertenda in alium vſum, *deciſ. 100. adnot.1.num.39.* conuertentes in alium vſum quas pœnas incurrunt *nu. 40.*

Pro collectis, & oneribus Cameralibus non poſſunt pignorari boues, inſtrumenta aratoria, & homines deſtinati ad culturam agrorum, *deciſ.100.adnot.1.n. 43. & 44.* Nec arma, & inſtrumenta militaria, & æqui militum, *num.45.*

COLLEGIATA.

Collegiata eſt inferior Cathedrali, ſed dignior, quo ad alias Eccleſias etiam Parochialibus, *dec.1.adnot.8.n.9.* Reliqua vide *Eccleſia.*

COLONI ECCLESIASTICORVM.

Coloni Eccleſiæ reſpectu Coloniæ non ſunt de foro laico, *deciſ.6.adnot.7.n.1.*

Coloni partiarij Epiſcoporum durante Colonia gaudent priuilegio fori tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *ibid.n.2.& 3.*

Coloni Eccleſiaſticorum pro portione Colonica non ſunt immunes à ſolutione onerum, & collectarum, *deciſ.6. adnot. 7. num. 4.* Contrarium, *n.6.*

Et quod teneantur concurrere ad reparationem viarum, pontium, mænium, & arginum, *ibid.n.5.* Contrarium, *nu.6.*

Et quod etiam teneantur concurrere cum equis, & plauſtis in vectione ſalis, *ibidem num. 5.*

Contrarium quod Coloni Eccleſiaſticorum ad prædicta non teneantur, nec collectari poſſunt, *deciſ. 6. adnot.7. num.6.* Diſtingue vt in *num.49.*

Ampl. vt gaudeant immunitate etiam quo ad onera perſonalia, *ibid.nu.7.*

Ampl. vt procedat etiam in Colonis Epiſcoporum titularium, *deciſ. 6. adnot.7. n. 8.& 9.*

Ampl. vt grauari non debeant neque quo ad perſonam, neque quo ad animalia, *ibidem num.10.* & ratio aſſignatur in *num. 11.*

Limit. ſi ex portione colonica deducta impenſa ſuperſunt fructus, pro quibus Colonus contribuere tenetur, *dec. 6. adnot.7. nu. 12.* ſed hæc opinio reprobatur, *ibid.*

Coloni, ſeu operarij Eccleſiaſticorum pro eorum mercede in nihilo ſunt grauandi, *deciſ.6. adnot.7.n.13.*

Non tenentur ad onerum, & collectarum ſolutionem, non obſtante contraria conſuetudine, *ibid.n.14.& 15.*

Ampl. vt procedat tam in colentibus bona ipſius Eccleſiæ, quam patrimonialia Clericorum, *dec.6 adnot.7.n.16.*

Coloni Clericorum non poſſunt grauari ad refectionem viarum, agerum, & ſimilium pro bonis ab eiſdem Clericis conductis, *deciſ. 6. adnot. 7. num. 22.* & aſſignatur ratio *n.23.*

Nec grauari poſſunt ad hoſpitandum milites, neque eorum parentes, ac fratres communiter habitantes, *dec 6.adnot.7.nu.24. & n.25.* ſiue Clerici ſint in minoribus, ſiuè in Sacris conſtituti *n.26.*

Co-

Coloni Clericorum in minoribus non habentinm requiſita *Concilij Tridentini* non eximuntur ab oneribus, *dec.6.adnot.7.n.39.*

Limit. procedere ſi conſtet per ſententiam Ordinarij dictos Clericos non habere requiſita, *ibid.n.40.*

Coloni Clericorum quo ad eorum bona propria tenentur ad ſolutionem collectarum, & onerum, *decif.6. adnot. 7. num. 41. & numer. 52.*

In dictione Eccleſiaſtica tenentur ad onera Cameralia pro bonis ab Eccleſiaſticis conductis pro portione colonica, *ibid.n.42.* Etiam titulo emphyteutico poſſeſſis, & pro dominio vtili, *ibid.n.43.*

Colonorum fraudibus ad euitandas collectas qualiter ſit occurrendum, *deciſione 6. adnot. 7. num. 50.*

Tenentur ad onera pro portione colonica poſtquam à ſolo ſeparata fuit, *dec. 6. adnot.7. n.44.* Contrarium. *num. 45.*

Coloni Regularium vtriuſque ſexus eximuntur à præſtatione gabellarum, & collectarum, *ibid.n.46.*

Coloni Eccleſiaſticorum adſportantes portionem colonicam de loco, ad locum tenentur ſoluere gabellam, *deciſ.6.adnot.7.n.47.*

Colonorum ſpecies triplex eſt ad effectum ſoluendi collectas, *Ibid.n.49.*

Coloni Commendæ Religionis Hyeroſolimitanæ ſunt immunes pro parte colonica, *dec.6. adnot.7.n.51.*

Coloni Eccleſiaſticorum tenentur ſoluere onera pro animalibus non deſtinatis ad culturam bonorum Eccleſiaſticorum, *ibid.n. 53.*

Non tenentur pro induſtria, & ſeruitio adhibito in rebus Eccleſiaſticorum, *deciſ.6. adnot. 7.n.54.*

Filii Colonorum partiariorum menſæ Epiſcopalis gaudent priuilegio fori, *ibid.n 58.*

Coloni Eccleſiarum quo ad perſonam ſubiciuntur iuriſdictioni laicali, *deciſ. 6. adnot. 7. num. 60.*

Coloni Eccleſiaſticorum non tenentur ſoluere gabellam fumi, vel focularis, *deciſ. 6. adnot. 2. num. 20.*

Nec tenentur ſoluere affidam animalium Eccleſiaſticorum in proprietate, ſecus ſi Communitas ſit vera domina paſculorum, *ibidem num. 21.*

Coloni, & conductores fundi Eccleſiæ, & Clericorum poſſunt conueniri coram Eccleſiaſtico, immò hoc caſu non ſunt de foro laico, *deciſ. 12. adnot. 2. num. 28. & 29.* Contrarium *num.30.*

Coloni, & Operarii Eccleſiaſticorum conueniri debent coram Eccleſiaſtico, ſi iudicium reſpiciat intereſſe Eccleſiaſticorum, vel Clerici, *deciſ.55.num.9.* præcipuè ſi cauſa ſit indiuidua, *num.15.*

Damnificantes bona laicorum cum animalibus Eccleſiaſticorum, & Clericorum cognitio quo ad perſonam ſpectat ad laicum, quo ad animalia ad Eccleſiaſticum, *deciſione 55. num. 12.*

Declara procedere in damnis datis culpa, & negligentia cuſtodis, ſecus autem ſi ex facto, & mandato Clerici, cum tunc cognitio priuatiuè ſpectet ad Eccleſiaſticum, *ibid. num.13.* etiam quoad laicos, *n.14.& 15.*

COMMVNITAS.

Communitati ſi fuit læſa competit reſtitutio in integrum, *dec.13.n.10.*

Communitas, ſeu Vniuerſitas æquiparatur pupillis, & viduis, & vtitur eorum priuilegio, *ibid nu.11.*

Poteſt obligare ſuos Ciues pro indigentiis publicis, & etiam eorum bona, *dec. 13. adnot. 1. num.20.& 21.*

Vniuerſitati competit ius imponendi collectas ſuis Ciuibus, *dec.13.adnot.2.n.1.*

Communitates ſubrogatæ fuerunt loco Cameræ Apoſtolicæ ad exactionem ſubſidii triennalis, *dec.100.n.6.*

Exemptio à Communitate facta reſtringi debet, vt minus communitati noceat, *deciſ. 100. num.11.*

Communitates dictionis Eccleſiaſticæ non poſſunt facere defalcationes, donationes, remiſſiones, & conuertere collectas in alios vſus, *dec.100.adnot.1.n 41.*

COMES.

Vide *in Verbo Princeps.*

CONCVBINATVS.

Cauſa concubinatus, eſt mixti fori, *deciſ.17.adnot.1.n.61.*

Contrarium quod ſolum ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, etiam quoad laicum, *nu.62.*

Concubinatus de iure ciuili non eſt prohibitus, *ibid.n.63.*

Concubinæ in capitulo his, qui, & in capitulo Chriſtiano *diſtin.34.quaſt.1.* intelliguntur vxores ductæ abſquè inſtrumento dotali, & alijs ſolemnitatibus, *dec.17.adnot.1.nu.64.*

Iudex Eccleſiaſticus poteſt contra Concubinarios procedere ad cenſuras, & etiam irrogare pœnas temporales, *dec.17.adnot.1.n.65.*

Contra Concubinas Eccleſiaſticorum ſolus Iudex Eccleſiaſticus procedere debet, *ibidem num. 66.*

Concubinatus crimen punitum ab Eccleſiaſtico an puniri poſſit à laico, & è contra, *deciſ. 17.adnot.1.n.67.*

De iure ciuili nouo, & canonico prohibetur, *deciſ.59.n.1.& 2.*

Eſt delictum mixti fori, *ibid. n.3.*

Concubinatus vt dicatur eſt neceſſaria cohabitatio, & communia lecti, & menſæ de iure ciuili, *dec.59.n.4.*

Concubinarius non dicitur, per concubitum fornicarium per paucas vices, *ibid.n.5.*

Clerici dicuntur Concubinarii ſi quocunque modo retineant mulieres ſuſpectas, *dec.59.n.7.* Etiam ſi retineant in aliena domo, *nu. 8.* Declara vt in *nu. 9.*

Clericis in domo, vel extra retinere mulieres ſuſpectas prohibetur ex Concilio Tridentino, *dec.59.n.10.*

Clericus concubinarius deponi debet, *ibid.n.11.* Declara vt in *n. 12.* Et poteſt etiam ſuſpendi, *num. 13.* Et de iure canonico eſt ipſo iure ſuſpenſus ab Officio, & beneficio, *num. 14.*

Et

Et etiam ipſo iure excommunicatus, *num.* 15. Et ſi in diuinis immiſcendo efficitur irregularis, *n.* 16. Declara vt in *n.* 17. *dec.* 149. *n.* 4. & 5.
Priuatur etiam beneficiis, *decif.* 59. *num.* 18.
Limit. vt ad hunc effectum requiratur trina monitio, & maxima contumacia, *nn.* 19. & 20. *dec.* 149. *n.* 7.
Clerici concubinarij ter moniti quomodo per Concilium Tridentinum puniantur, *decif.* 59. *num.* 21.
In cauſa concubinatus Clerici ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta proceditur, *ibidem num.* 22.
Si non habeant beneficia quomodo ex Concil Tridentino puniantur, *dec.* 59. *n.* 23.
Tres monitiones ad effectum puniendi Clericos concubinarios debent eſſe ſpeciales, & non generales, *ibid. num.* 24. Etiam ſi generalis eſſet facta in Synodo, *n.* 25.
Tempus, quod inter vnam, & aliam monitionem intercedere debet, relinquitur arbitrio Epiſcopi, *dec.* 59. *n.* 26.
Conciliaris diſpoſitio contra Clericos concubinarios non procedit in ſimplici incontinentia, *ibid. n.* 27.
Laici concubinarij de iure canonico arbitrio Iudicis puniuntur, *decif.* 59. *num.* 28. De iure Concil. Tridentini ter moniti excommunicantur, *nu.* 29. Et eodem iure quomodo puniantur mulieres, *n.* 30.
Per decretum Sacri Concilij Tridentini contra laicos concubinarios, aliæ pœnæ à iure ſtatutæ non tolluntur, *decif.* 59. *n.* 31. Nec alium modum procedendi contra eoſdem *n.* 32.
Sed trina monitio eſt neceſſaria ſi contra Laicos procedatur per viam excommunicationis, *decif.* 59. *n.* 33.
Concubinarius puniri poteſt pœna pecuniaria etiam ante trinam monitionem, *ibid. num.* 34. Etiam ſi concubinatus ſit cum diuerſis, *num.* 35.
Mulieres concubinæ quibus pœnis mulctari poſſunt, *decif.* 59. *n.* 36.
Legatum factum concubinæ an valeat, vide in Verbo legatum prophanum.

CONDITIO.

Conditio ante eius euentum nihil ponit in eſſe, *dec.* 6. *adnot.* 3. *nu.* 17.
Implementum conditionis eſt plenè probandum, *decif.* 10 *adnot.* 4. *nu.* 24.
Eſt adimplenda in forma ſpecifica, *decif.* 112. *num.* 9.
Si non adimpleatur in forma ſpecifica nihil ponit in eſſe, *dec.* 120. *nu.* 16.

CONFESSIO.

Confeſſio extraiudicialis commiſſi delicti connumeratur inter indicia indubitata, *decif.* 22. *adnot.* 4. *n.* 52.
Non attenditur niſi quatuor concurrentibus, *decif.* 22. *adnot.* 4. *n.* 53.
Non ſufficit ad torquendum niſi ſit probata per duos conteſtes de loco, & tempore, *decif.* 22. *adnot.* 4. *n.* 54 *contrar. n.* 58.
Confeſſio qualificata admittitur, reiecta qualitate, ſi præſumptio ſit contra qualitatem, *dec.* 23. *adnot.* 1. *n.* 24.
Producens articulos, interrogatoria, exceptiones cenſetur tacite fateri omnia in eis contenta, *dec.* 92. *n.* 19.
Confeſſio extraiudicialis non probatur niſi per teſtes conteſtes de loco, & tempore, *decif.* 93. *num.* 26.
Reſultat ex inſtantia Iudicialiter facta, *dec.* 132. *num.* 2.

CONFESSIO SACRAMENTALIS CONFESSARIVS.

Confeſſarius non tenetur vitare excommunicatum ex notitia confeſſionis, etiam in occulto, *decif.* 46. *nn.* 1. & 2.
Nec denegare poteſt Sacramenta, *ibid. n.* 3.
Poteſt vti ſcientia confeſſionis ad bonum pænitentis, Communitatis, vel alterius inocentis, ſi non frangatur ſigillum, *dec.* 46. *n.* 4. Contrarium verius *n.* 5. 6. & 13.
Nec ex notitia habita in confeſſione non poteſt priuare pænitentem officio, *decif.* 46. *num.* 7.
Neque dimittere famulum, *dec.* 46. *n.* 8.
Neque pro tuendo bono temporale, vniuerſale, vel particulare, & ſpirituale, *deciſione* 46. *num* 9.
Confeſſarius ſi in confeſſione nouit necem alicui parari, aut proditionem imminere Ciuitati, an poſſit manifeſtare, & admonere ſuperiores, referuntur ſententiæ, *decif.* 46. *num.* 10. 11. & 12.
Licentia de loquendo de peccatis in confeſſione auditis non requiritur in ſcriptis, & in dubio creditur confeſſario, *dec.* 46. *n.* 14.
Poteſt in ſubſequenti confeſſione reprehendere pænitentem de reincidentia in peccatis antea confeſſis, *dec.* 46. *n.* 15.
Sollicitans mulieres in confeſſione qua pœna puniatur, *dec.* 92. *adnot.* 3. *nu.* 26.
An quocumque anni tempore quis confiteatur, & ſumat Euchariſtiam ſatisfaciat præceptu annuæ confeſſionis &c. *decif.* 116. *vſque ad num.* 24.
Qui præuidet tranſacta præſenti occaſione non poſſe in toto anno confiteri, an teneatur præuenire, *ibid num.* 25 & 26
Habens venialia an excuſetur abſolutè à præcepto annuæ confeſſionis, *decif.* 116. *n.* 27.
Semel in anno confeſſus relapſus non tenetur iterum confiteri cauſa adimplendi præceptum annuæ confeſſionis, *dec.* 116. *n.* 28.
Et quid ſi confeſſus fuiſſet tantum venialia ſi poſtea committat mortalia, *n.* 29.
Non adimplens præceptum confeſſionis in toto anno, an eo tranſacto teneatur adimplere, *dec.* 116. *n.* 35. & 36.
Confeſſarius finito tempore ſuæ approbationis an poſſit abſoluere pænitentem de peccatis oblitis in confeſſione facta tempore ſuæ approbationis, *dec.* 47. *n.* 11.
Simplex Sacerdos ſi ceperit audire moribundi confeſſionem, & accedat confeſſarius approbatus non tenetur deſiſtere, *ibid. n.* 9.
Simplex Sacerdos an poſſit pænitentem à non reſeruatis abſoluere, & pro reſeruatis ad ſuperiorem mittere, *decif.* 47. *n.* 10. & 11.
Confeſſarius monialium ſub cura Regularium

non ſunt examinandi ab Epiſcopo, *deciſ.* 84. *adnot* 1.*n.* 27.

Secus ex conſtitutione Greg. XV. *n* 29. *&* 30.

Etiam ſi ſint approbati ad audiendas confeſſiones ſecularium, *n.* 31.

Ampl. etiam Confeſſores extraordinarii toties ſunt approbandi, quoties deputantur, *ibidem num.* 32. *&* 33.

Ex iuſta cauſa poſſunt ab Epiſcopis remoueri facere a ſuis ſuperioribus Regularibus, cui non tenentur cauſam ſignificare, *deciſ.*84.*adnot.*1. *n.* 34.

Confeſſarij Regulares approbati poſſunt audire egrotantium confeſſiones in proprijs illorum domibus ſine licentia Parochi, *deciſ.* 84.*adnot.* 1.*nu.*64.

Confeſſarius abſoluens Sacramentaliter ſub conditione, delinquit, *dec.*112.*n* 2.

Abſoluens a cenſuris, & à caſibus reſeruatis Pontifici, & Ordinario incurrit ipſo facto excommunicationem, *deciſ.*113. *num.* 1. Limit. vt in *num.*2.

Abſolutionem Sacramentalem debet tantum præſenti conferre. *ibid. nu.*4.

Pęnitentiam componere poteſt ante, & poſt abſolutionem, *dec.*113.*nu.* 5.*&* 6.

Malè abſoluens pænitentem, quid agere debeat. *ibid.nu.*8.

Si culpabiliter non obligat pænitentem ad reſtitutionem, an teneatur ipſe reſtituere, *deciſ.* 113.*n.*9.10.*&* 11.

Pęnitentiæ Sacramentum miniſtrari nequit per literas, aut per nuncium, *ibid n.*7.

Confeſſarius poſt datam abſolutionem antequam pænitens recedat poſſit alloqui cum eodem de errore in confeſſione commiſſo, *deciſ.*113.*n.*27.*&* 28.

Non poteſt vti ſcientia confeſſionis ad aliquid faciendum, vel omittendum etiam ob bonum publicum, niſi concurrat conſenſus pęnitentis, *dec.*114.*nu.*1.*&* 2.

Et nullam debet dari pænitenti dubitandi occaſionem de auditis in confeſſione, *ibid.n.*19. 21.*&* 22.

Actus pænitentis, quorum notitia dubitatur an confeſſarius vti valeat, referuntur, *deciſ.* 114.*nu.*13. vſque ad 17.

Confeſſarius an poſſit dimittere ſuum famulum ex quo intellexit in confeſſione eſſe furem, *dec.* 114.*n.*8.

An poſſit furem ſuarum rerum accuſare non tam ex notitia habita in confeſſione, quam ex alijs indicijs habitis, *ibid. nu.* 10.

An ex notitia habita in confeſſione poſſit recuperare pecuniam ſibi derubatam, *dec.* 114. *num.* 18.

Confeſſio, an ſit facienda proprio Parocho pro ſatisfaciendo præcepto annuæ confeſſionis, & de materia, *deciſ.* 123. *numer.* 11. *vſque ad* 21.

Confeſſarius abſoluens ſub ſpe ratificationis a reſeruatis ſuperiori, an benè abſoluat, *deciſ.* 123.*n.*24.*vſque ad* 30.

Confeſſio facta coram Parocho alienæ Diœceſis quando valeat, *deciſ.*123.*n.*31.32.*&* 33.

Approbatus ab Ordinario ad confeſſiones audiendas debeat obtinere nouam licentiam à Parocho, *ibid num.*23.

CONFRATERNITAS CONFRATRES.

Confraternitas Sanctiſſimi Sacramenti in feſto Corporis Chriſti præcedere debet in omnibus actibus, dummodo accedat ad alias proceſſiones, *dec.*1.*n.*18.

Confraternitates Laicorum, & Regulares quomodò inter ſe præcedere debeant, *dec.*1. *adnot.* 3. *nu.*17.*&* 18.

Confraternitatibus, an ex vno actu præcedendi quæratur poſſeſſio in omnibus alijs, *deciſ.* 1. *adnot.* 3. *num.*21. limit. *vt nu.* 22.

Confraternitates Laicorum non poſſunt interdictis, & cenſuris compelli ad accedendum ad proceſſiones, *dec.*1.*adnot.*11.*n.* 23.

Confraternitas Laicorum ſi Confratres mixtim incedunt. quæ dicatur præcedere, *deciſ.*1. *adnot.*14.*n.*10.

Confratres permanentes in Eccleſia à cornu Epiſtolæ cenſentur ſtare in digniori loco, reſpectu aliarum exiſtentium à cornu Euangelij, *dec.*1.*adnot.*14.*n.*23.

Confratres Laici non electa ſepultura in Parochiali tumulari debent, *deciſ.*5.*adnot.*3.*num.*53.

Non obſtantibus eorum conſtitutionibus, ſecus ſi in eorum Oratorio fuerit electa ſepultura, *num.*54.vbi de materia.

Confraternitas Laicorum Epiſcopi auctoritate fundata venit nomine Eccleſiarum, & locorum piorum, *deciſ.*5.*adnot.*5.*n.*1.

Confraternitas Laicorum non gaudet exemptione, & priuilegijs Eccleſiaſticis niſi auctoritate Epiſcopi inſtituta fuerit, *deciſ.* 12.*adnot.*5. *num.* 1.*&* 2.

Mere Laicales ſubiacent foro ſæculari, ſecus ſi fundatę fuerint auctoritate Epiſcopi, *ibidem nu.*2.*&* 3.

Nec ſufficit vt denominentur ſub nomine alicuius Sancti, vt loca Eccleſiaſtica dicantur, niſi concurrat auctoritas Epiſcopi, *dec.* 12. *adnot.*5.*n.*4.

Confraternitates Laicorum exercentes opera pia, compræhenduntur ſub nomine locorum piorum, etiam ſi non ſint fundatæ auctoritate Epiſcopi. *ibid. n.*16.

Bona Confraternitatum, & Hoſpitalium alienari poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico ſi non ſint fundata auctoritate Epiſcopi, *deciſ.* 12.*adnot.*5.*n.*5. Contrarium *n.*13.

Confraternitates Laicorum ſi habeant Eccleſiaſtica ſigna cenſentur Eccleſiaſtica, & à laica poteſtate exempta. *ibid.n.*7. Ampl. vt *nu.*18.

Et pro eorum bonis agendum ſit coram Iudice Eccleſiaſtico, & ſaltem habet locum præuentio. *dec.*12.*adnot.*5.*nu.*9.

Confraternitates Laicales, & loca pia in contractu læſiuo non habent reſtitutionem in integrum, ſi non ſint erepta auctoritate Epiſcopi, *deciſ.* 12. *adnot.*5.*nu.* 10.*&* 11. Contrarium *num.* 12.

In dubio Hoſpitale, & loca vbi exercentur opera pia præſumuntur auctoritate Epiſcopi fundata, *deciſ.*12.*adnot.*5.*nu.*14.

Præcipuè concurrente temporis diuturnitate, *ibid.nu.*15.

Locus pius ſi habeat Eccleſiam habetur pro Eccleſiaſtico, *ibid n.16.*

Loca pia in Vrbe cenſentur Eccleſiaſtica propter præſentiam Summi Pontificis, *deciſ.* 12.*annot.5.nu.17.*

Confraternitates laicorum auctoritate Epiſcopi fundatæ dicuntur loca pia, & ad eius auctoritatem pertinent, *deciſ.* 12. *adnot.* 5. *num.* 37. & 38.

Confratres verò vti Laici in rebus prophanis non ſubijciuntur Epiſcopis, *ibid. n.36.*

Bona Confraternitatum laicorum ſine Epiſcopi auctoritate fundatarum alienari poſſunt ſine ſolemnitatibus, ſecus ſi ſubiacent Epiſcopo, *dec* 12.*adnot.5.n.39.*& 40.

Confraternitates Laicorum tenentur manutenere altaria vbi erectæ exiſtunt prouiſa de neceſſarijs, *dec.15.n.9.*

Domus Confraternitatis auctoritate Epiſcopi fundatæ gaudent immunitate Eccleſiæ, *deciſ.* 88. *adnot.*1.*n.*11.

CONGRVA.

Congrua portio Eccleſiæ Cathedralis eſt ſcutorum mille, & Parochialis centum, *deciſ.* 15. *adnot.2.n.1.*

Aſſignanda Vicarijs non debet excedere ſcuta 100. nec minor ſcutor. quinquaginta computatis etiam incertis, *dec.15.adnot.2.nu.4.* Declara vt in *n.9.*& 10.

Debetur ex fructibus certis, vel de incertis,qui reduci poſſunt ad aliquam certitudinē, *ib.n.5.* Declara vt in *num.* 8. Secus ex omnino incertis, & qui ſint, & non imputantur *n.6.*

Incerta,quæ ad aliquam certitudinem reducuntur non ſunt exactè,& rigoroſè in congruam imputanda, *dec.15.adnot.2.nu.8.*

Congrua quando augeri poſſit vltra ſcuta 100. *ibid. nu.9.*

Bulla Pij V. ſuper congrua declaratur, *dec.* 15. *adnot.* 2. *n.10.*

Semel aſſignata debet Vicarius illa eſſe contentus, *ibid.n.11.* Limit. vt in *n.12.*

Rectori quando competat reſtitutio in integrum aduerſus congruam tenuem, *deciſ.* 15. *adnot.2.n.13.*

Et quando agere poſſit ad ſupplementum, *ibid.n.* 14.

Congruæ quantitas taxanda eſt arbitrio Epiſcopi, cogendo etiam populum in ſubſidium, *dec.15.adnot.2.n.15.* & 18.

Non obſtante Bulla Pij V. quæ loquitur de Vicarijs, & non de Rectoribus, *ibid.n.16.*

Et non obſtante diſpoſitione Concilij Tridentini, quæ declaratur, *ibid. nu.17.*

Ex congrua ſcutorum 100. deducenda ſunt onera neceſſaria, & ordinariā, *dec.* 15.*adnot.* 2. *n.19 dec.136.n.20.*

Quæ ſint onera neceſſaria, & ordinaria, recenſentur, *deciſ.15.adnot.2.num.* 20. & 21. & alia *dec.136.n.21.* 51. & 52.

De oneribus verò incertis, variabilibus,& non perpetuis non habetur ratio, *deciſ.* 15.*adnot.2.num.22.*

Pro vt onus quod titularij per ſe ipſum explere poteſt, non eſt deducendum, *deciſione* 15. *num.* 23.

De oneribus extraordinarijs non eſt habenda ratio, *dec.15.adnot.2.n.24.*

Nec de oneribus arbitrarijs, & voluntarijs, *ibid.n.25.*

Nec Rector poteſt ad libitum imponere onera voluntaria, *dec.15.adnot.2. n.26.*

Onus retinendi factorem pro prædijs non eſt neceſſarium, *ibid.n.27.*

Onus retinendi Coadiutorem, ſeu Capellanum non eſt detrahendum, *deciſ.15. adnot.2.n.* 28. Declara vt in *n.29.*

Onera ex congrua deducenda taxanda ſunt arbitrio Ordinarij, *dec.15.adnot.2.n.30.*

Congrua ex decimis in primis eſt deducenda, *ibid. n.31.*

Et pro titulari in primis eſt detrahenda ex redditibus beneficii, *ibidem num.* 32. Tam ex Concilio Tridentino, *num.* 33. Quam ex clauſula dummodo remaneant 100. pro Rectore *nu.34.*

Per clauſulam dummodo remaneant centum pro Rectore. Titularis præfertur penſionario in huiuſmodi congrua, *deciſ.* 15. *adnot.* 2. *num.* 34.

Summa ſcutorum centum reſeruata pro congrua intelligitur de valore centum ſcutorum illarum partium vbi reperitur beneficium, *deciſ.15. adnot.* 2.*num.*35. & *n.37.dec.136.nu.49.* & 50.

Limit. ſi fuerint narrati fructus beneficij in ducatis de Camera, nam tunc etiam in dictis ducatis debetur congrua, *ibid.n.36.*

Ducatus de Camera cuius valoris ſit, *ibidem num.* 38.

Congrua conſtituenda Vicariis Parochiali vacante,vel propter Rectoris impedimentum, relinquitur arbitrio Epiſcopi,*deciſ.15.adnot.* 2, *nu.39.*

Et poteſt eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus, *ibid. nu.40.*

Deputatio Vicarii cum congrua Parochiali vacante ſpectat ad Epiſcopum, & non ad inferiores non habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ius congregandi Synodum, *dec.15.adnot.2.n.41.*

Congrua pro titulari in primis deducenda eſt, ex fructibus beneficii *dec.136 n.48.*

CONSANGVINEI.

Affines, & Conſanguinei an ſint idonei teſtes ad probandum filiorum ætatem. Vide in verbo. *Ætas*,

Affines, & Conſanguinei non faciunt legitimam probationem pro ſuo affine, & conſanguineo. *deciſ.29.num* 17.

Limit. vt repellantur vſque ad quartum gradum.*ibid.num.18.*

Conſanguinei adhibendi pro ſolemnitate contractus debent iurare quod mulieri non præiudicet, & quod ipſi nullum habeant intereſſe. *deciſ.53.adnot.1.num.29.* Declara vt in *num.30.*

Omnes ſunt citandi ad intereſſendum celebrationi contractus minoris, & mulieris,& quomodo. *ibid.num.31.* 32.& 87.

Coniunctio perſonarum ad effectum interueniendi contractui minoris, vel mulieris probatur

batur coniecturis. *decif.53.adnot.1.num.33.*
Exiſtentia coniunctorum qui poterant interuenire contractui quomodo probetur. *ibid.nu.34.* pro vt eorum habilitas. *num.35.*
Accidentaliter impediti differenda eſt ſtipulatio contractus. *decif.53.adnot.1.num.41.*
Proximiores adhibendi in contractibus minorum, debent eſſe tales de tempore contractus, ſecus ſi deſierint eſſe affines morte coniugis. *ibid. num.43.*
Mulieris, & minoris aſſertioni, quod non habeant coniunctos, qui contractui interuenire poterant non eſt ſtandum. *decif.53.adnot.1. num.42.*

CONSENSVS.

Conſentire præſumitur, qui negocio interfuit *decif.11.num.12.*
Error tollit conſenſum. *decif.46.num.23.*
Conſenſus non ſolum verbis, ſed etiam facto declaratur. *decif.88.adnot.1.num.10.*

CONSTITVTIO.

Conſtitutio Marchiæ *lib.5.cap.25.* habet locum in contractibus minorum, & non mulierum & extenſio Carpenſis non ſe extendit extra Prouinciam Marchiæ. *decif. 2. adnot. 3. num.59.*
Ægidiana conſtitutio non comprehendit Eccleſiaſticos, nec cauſas ſpectantes ad forum Eccleſiaſticum, nec ſi agatur de bonis Eccleſiaſticis. *decif.12.adnot.3.num.16.& 17.* Nec etiam vtile dominium bonorum Eccleſiaſticorum. *num.18.*
Conſtitutionis diſpoſitio ex proœmio regulatur. *decif.12.adnot.8.num.19.decif.140.num.20.*
Conſtitutio pœnalis non extenditur de caſu ad caſum. *decif. 14. adnot. 2. num.22. & decif.52. num.23.*
Præcipuè ſi ſit pœnalis, & ſimul correctoria. *decif.14.adnot.2.num.23.*
Conſtitutio, quando dicatur confirmata à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia. *decif.29. adnot.1.num.28.*
Ægidiana conſtitutio extenſa per totum ſtatum Eccleſiaſticum. *decif.53.adnot.1.num.2.*
Secus verò extenſiones Cardinalis Carpen; quæ non ſe extendunt extra Prouinciam Marchię. *ibid.num.3.*
Conſtitutio Laicorum non eſt attendenda in foro Epiſcopali. *decif.53.adnot.3.num.44.*
Conſtitutio Alexandrina ad hoc vt habeat locum, quæ requirantur. *decif.82. num.28. decif.92.adnot.1.num.47.decif.148.num.21.*
Alexandrina per bandimenta generalia eſt extenſa per totum ſtatum Eccleſiaſticum. *decif.92.adnot.1.num.46.decif.148.num.16.& 17.*
Conſtitutio quando ad duo poteſt ſe referre, referri debet ad illud, quod non eſt contra ius commune. *decif.134.num.16.*
A iure communi recipit interpretationem. *decif.1 4.num.15.*
Conſtitutio Alexandrina eſt ſeruanda etiam in Curijs Eccleſiaſticis. *ibid.num.17.*
Offenſio quoad Alexandrinam in dubio præſumitur facta occaſione litis. *decif.148 num.18.*
Sed litis pendentia per actum extraiudicialem non inducitur. *decif.148.num.19.* Ex quibus tamen inducatur. *num.20.*
Conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda ad ſolam cauſam propter quam inducta fuit. *decif.148. num.22.*
Et vltrà eius verba non eſt extendenda ad caſus ſimilitudinarios. *ibid.num.23.*

CONSVETVDO.

Conſuetudo in materia præcedentiæ eſt attendenda licet iuri communi repugnet. *decif. 1. num.20.& adnot.2.num.1.& 2.*
Conſuetudo in materia præcedentiæ inducitur ſpatio decem annorum. *decif.1.num.22.*
Conſuetudo irrationabilis licet immemorabilis non eſt obſeruanda, vt ſi minus dignus præferatur digniori. *decif.1.adnot.2 num.4.* Ampl. vt *num.5. & 6.* Limit. concurrente iuſta cauſa. *num.7.* nam tunc eſt ſeruanda. *num.8.*
Conſuetudo in materia præcedentiæ debet eſſe rationabilis *decif.1.adnot.2.num.9.*
Conſuetudo vt prius recepti præferantur poſtea receptis in ordine maiori non valet. *decif. 1. adnot.2.num.10.*
Conſuetudo præferens non habentem dignitatem habenti eſt irrationabilis. *decif.1. adnot.2. num.11.*
Conſuetudo irrationabilis eſt impræſcriptibilis, & quando dicatur irrationabilis. *decif.1.adnot.2 num.12.& adnot.11.num.44.*
Ad inducendam conſuetudinem in materia præcedentiæ quid requiratur. *decif.1.adnot.2. num.13.*
Ad inducendam conſuetudinem quę requirantur. *decif.1.adnot.2.num.14.*
Debet eſſe in iudicio obtenta, quando eſt correctoria Iuris. *decif.1.adnot.2.num.14.in fine.*
Conſuetudo non inducitur ex actibus facultatiuis. *decif.1.adnot.2.num.15.*
Conſuetudo de vno actu ad alium extendi non poteſt. *decif.1.adnot.2.num.17.*
Conſuetudo probanda in ſpecie, & in indiuiduo in loco, de quo agitur. *decif.1. adnot.2.num.18. & 19.*
Conſuetudo præter Ius, & non contra Ius probatur per ſpatium decem annorum. *decif.1.adnot.2.num.20.*
Teſtes ad probandam conſuetudinem, quomodò deponere debeant. *decif.1.adnot.2.num.21.*
Conſuetudo contra Ius exigit lapſum quattraginta annorum. *decif.1.adnot.2.num.22.*
Conſuetudo Decennalis de Iure Canonico in materia præcedentiæ ſufficit. *decif.1. adnot.2. num.23.*
Conſuetudo facti, quæ reſultat ex obſeruantia ſufficit. *decif.1.adnot.2.num.24.*
Ampl. hoc procedere in petitorio, cum in poſſeſſorio vnicus actus ſufficiat. *decif.1. adnot.2.num.25.*
Conſuetudo præſcripta per vnicum actum in contrarium non tollitur. *decif. 1. adnot. 2. num.28.*
Conſuetudo contra formam Ceremonialis Epiſcoporum ſublata à Clemen. VIII. ſed non tollit immemorabilem. *decif.1.adnot.2.num.31. & 33.*
Conſuetudo immemorabilis non cenſetur ſublata, niſi de ea fiat expreſſa mentio, ſecùs ſi

ſit irrationabilis, *deciſ. 1. adnot. 2. num. 35. & 36.*

Conſuetudo de qua fit menſio in aliqua conſtitutione debet eſſe legitimè præſcripta. *deciſ. 5. adnot. 3. num. 27.*

Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam ex curſu temporis etiam immemorabilis non cenſetur à Summo Pontifice approbata. *deciſ. 6. num. 33.*

Ampl. vt huiuſmodi conſuetudines quotannis per Summum Pontificem damnantur, & reuocantur per fulminationem Bullæ in Cœna Domini. *ibid. num 34.*

Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam reprobatur tam à iure ciuili, quam canonico. *deciſ. 6. adnot. 6. num. 86.* Etiam ſi ſit immemorabilis, & vt nulla nullum ius tribuit, *deciſ. 36. num. 12.*

Ampl. vt procedat etiam ſi agatur de conſuetudine immemorabili. *deciſ. 6. aduot. 6. num. 87.*

Ampl. vt procedat etiam ſi eſſet introducta ſciente, & patiente Papa. *ibid. num. 88.*

Conſuetudo quod Laicus poſſit punire Clericum non valet. *deciſ. 6. adnot, 6. num. 84.*

Conſuetudo ſuper Eccleſiæ reparatione non præſumitur niſi in ſpecie probetur. *deciſ. 6 adnot. 8, num. 42.*

Eſt probanda cum ſuis requiſitis. *ibid. num. 43. & ſeq.*

Quæ non eſt contra ius ſpatio decem annorum inducitur, pro vt etiam ſi ſit præter ius, quadraginta vero ſi ſit contra ius. *deciſ. 6. adnot. 8, num. 45.*

Intra quantum temporis ſpatium dicatur introducta relinquitur arbitrio Iudicis. *ibid. num. 46.*

Per quot actus introducta dicatur eſt Iudici arbitrarium. *ibid. num. 47.*

Conſuetudo taxandi populum pro reparanda, & manutenenda Eccleſia ceſſare debet ſi augeantur redditus eiuſdem. *deciſ. 6. adnot. 8, num 48.*

Conſuetudo immemorabilis probatur etiam per Scripturas. *deciſ. 0. adnot 3 num. 83.*

Conſuetudo quod Iudex Laicus cognoſcat in cauſa poſſeſſorij ſpiritualis reprobatur, & anatematizatur in Bulla Cœnæ. *deciſ. 12. adnot. 3, num. 33. & 35.*

Limit. ſi concurrat priuilegium Apoſtolicum, *num. 33. & 34. ibid.*

Conſuetudo trahendi Laicos ad forum Eccleſiaſticum ſeruari debet. *deciſ. 12 adnot. 4. num. 4.*

Conſuetudo legitime præſcripta per 40. annos licet ſit contra, vel præter ius obligat ad obſeruantiam. *deciſ. 15, num 8.*

Conſuetudo, & ſolitum rationabile, & non multum oneroſum ſubſiſtit, *deciſ. 15. num. 34.*

Conſuetudo alienandi res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus non ſubſiſtit. *deciſ. 15. num. 12.*

Laudabilis conſuetudo præter ius etiam decennalis fauore piæ cauſæ, & Eccleſiæ obligat in futurum, etiam in facultatiuis. *deciſ. 15. num. 30.*

Comparatur ſtatuto. *deciſ. 33. num. 6.*

Induci poteſt per longiſſimum temporis ſpatium, licet ius reſiſteret, nec requiritur titulus *deciſ. 91. num. 5.*

Particularis ſeruanda eſt. *ibid. num. 6.*

Et ſtandum eſt conſuetudini, & non diſpoſitioni iuris communis. *deciſ 9 num. 7.*

CONTRACTVS.

Vide in verbo *Nullitas, Statuti Solemnitates.*

Contractus dicitur doloſus ſi ex omiſſione ſolemnitatum à ſtatuto præſumatur iuramentum dolo extortum, *deciſ. 2. adnot. 3. num. 41.*

Contractus indiuiduus non poteſt pro parte valere, & pro alia reprobari, *deciſ. 12. adnot. 7. num 30.*

Ab inobſeruantia contractus, ſeu promiſſorum quis eximitur ob mutationem conditionis perſonæ, & negociorum, *deciſ. 14 adnot. 3. num. 16.*

Contractus, an ſit mutui, vel venditionis, ex quo dignoſcatur, *dec. 44. n. 11.*

Ex prohemio arguitur cauſa finalis contractus & mens contrahenſium, & ab eadem regulatur, limitatur, & extenditur, *deciſione 30. num. 6.*

Contractus reſcindi poteſt ex capite læſionis vltrà tertiam vigore Statuti Vrbis, & vltrà dimidiam de Iure communi. *deciſ. 53. num. 8.*

Minoris contractus celebratus abſque ſolemnitatibus requiſitis per conſtitutionem Marchiæ non valet. *deciſ. 53. adnot. 1. num. 1.*

Contractus minoris, vel mulieris ſinè ſolemnitatibus non conualidatur per obſeruantiam ſubſequtam. *deciſ. 53. adnot. 1. num. 8.*

Contractus minoris, vel mulieris celebratus abſque decreto Iudicis, & cauſa vtili, vel neceſſaria eidem inſinuata eſt nullus, *ibidem num. 54.*

Contractus mulieris celebratus ex falſa cauſa non firmatur decreto Iudicis, *deciſ. 53. adnot. 1, num. 57.*

Contractus mulieris celebratus ex pluribus cauſis vna ceſſante non inficitur, *ibid. num. 60.*

Contractus mulieris, & minoris ſine ſolemnitatibus celebratus pro extinguendo debito contracto cum ſolemnitatibus ſuſtinetur, *deciſ. 52. adnot. 2, num. 103.*

Contractus dicitur vtilis ſi ſaltem tempore celebrationis & à principio vtiliter geſtus fuerit. *deciſ. 53. aduot. 6 num. 57.*

Nullitas contractus minorum, & mulierum defectu ſolemnitatum eorum tantum fauorem reſpicit. *deciſ. 53. adnot. 7. num. 1.*

Et ab ipſis tantum minoribus, & mulieribus allegari poteſt, ſecus à tertio. *ibid. num. 2.* Contrarium, quod etiam à tertio allegari poſſit. *num. 6.*

Nullitas ob non ſeruatas ſolemnitates in contractu Eccleſiæ allegari non poteſt niſi ab ipſa Eccleſia, & contrarium tenentes referuntur. *deciſ. 53. aduot, 7. num. 4. & 9.*

Contractus nullus defectu ſolemnitatum minore volente tenet. *deciſ. 53. adnot. 7 num. 5.*

Et inuito minore ab altera parte recedi non poteſt. *ibid. num. 7.* Ampl. etiam in contractu nullo Eccleſiæ adeo vt recipiens teneatur ſoluere. *num. 8. & 19.*

Prout etiam minor compellere poteſt contrahentem ad obſeruantiam contractus nulli defectu

fectu ſolemnitatum. *deciſ.53. adnot.7. num.11. & 12.*

Nullitas contractus defectu ſolemnitatum non poteſt allegari à tertio, ſiuè annulletur à iure communi ſiuè à iure municipali. *deciſ.53. adnot.7. num.13.*

Limit. ſi ſit ipſo iure nulla. *ibid. num.40.* Et vigore ſtatuti Vrbis eſt ipſo iure nulla. *num.41.*

Nullitas contractus minoris, vel mulieris ob non ſeruatas ſolemnitates Statuti Vrbis eſt ipſo Iure introducta. *deciſ.53. adnot.7. num.41.*

Contractus minoris, Mulieris, & Eccleſiæ ſi ſit vtiliter geſtus ad eorum fauorem ſubſtinetur, etiam ſi non fuerint ſeruatæ ſolemnitates. *deciſ.54. adnot.1. num.25.*

Et ex eorum conſenſu, & ratificatione, conualeſcit. *ibid. num.28.*

Declara, vt, licet approbari poſſit tenetur tamen obtinere confirmationem à Sede Apoſtolica. *deciſ.54. adnot.1. num.40.*

Declara 2. Vt licet per tacitam approbationem contractus ſit in implicito ſtatu validitatis, hoc tamen operatur, vt pars non poſſit recedere, ſed non liberat Eccleſiam ad impetrandum beneplacitum. *ibid. num.41.*

Contrahens nulliter cum Eccleſia, minore, & muliere citare poteſt Prælatum, vel minoris tutorem ne in ſuſpenſo maneat, ad declarandum an velit ſtare contractui, & ita poſt Iudicis decretum erit tutus de ſuo iure. *deciſ.54. adnot.1. num.42.*

Et Iudex debet aſſignare terminum ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum, vel ad ſeruandas ſolemnitates, alias declarare contractum nullum. *ibid. num.43.*

Et Eccleſia, & minor ſi velint ſtare contractui ſinè ſolemnitatibus celebrati tenentur declarare adhibitis ſolemnitatibus. *deciſ.54. adnot.1. num.44.*

Eccleſia, & minor contractum minus ſolemniter geſtum tenentur in totum acceptare, vel reprobare. *ibid. num.45.*

Contractus eſt in totum acceptandus, vel reprobandus. *deciſ.54. adnot.1. num.46.*

Eccleſia ſi declaret ſe nolle ſtare alienationi nulliter factæ fructus ſoluti medio tempore non ſunt reſtituendi. *ibid. num.51.*

Nullitas contractus ſine ſolemnitatibus celebrati non habet locum niſi à die declarationis, & retrotrahi non debet. *deciſ.54. adnot.1. num.54.*

Singuli de populo quando conueniri poſſunt ex contractu inito cum conſilio Ciuitatis. *ibid. num.15.*

Contractus initus cum conſilio Ciuitatis legis vigorem habet. *deciſ.54. adnot.2. num.16.17.* & hoc caſu verſio non eſt probanda. *num.18.*

Contrahens cum Eccleſia, vel minore quibus caſibus debet eſſe ſollicitus de verſione. *deciſ.54. adnot.2. num.21.*

Contractus ex curſu 40. annorum præſumitur in forma valida confectus, præcipuè concurrente obſeruantia. *deciſ.60. num.28.*

Vtilis Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus tenet. *deciſ.60. adnot.3. num.66.*

Eccleſia agens ad nullitatem contractus, an pro receptis teneatur ad reſtitutionem fructuum. *deciſ.60. adnot.2. num.24. & 25.*

Emptio facta ad fauorem Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus ſubſiſtit. *deciſ.60. adnot.3. num.56.* ſecus ſi eſſet damnoſa, *num.57.*

Solemnitates non exiguntur in contractu geſto inter Pontificem, & Eccleſiam. *deciſ.60. adnot.3. num.99.*

Prout etiam ſi contractus celebretur cum ipſo Epiſcopo, & à Statuto eiuſdem conſenſus exigatur, *ibid. num.100.*

Contractus celebratus calore iracundiæ eſt nullus. *deciſ.86. adnot.1. num. 30.* Limit. ſi contractus ſit ad pias cauſas. *num. 31.* Sublimit. ſi ira ſit temperata, ſecus ſi magna. *num.32.*

Eccleſia ſi contrahat cum Minore, vel Muliere non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ſtatuti. *deciſ.97. num 1.* Contrar. *num. 4.* Limit. quod qui agit de damno euitando, & conuenitur poteſt opponere de defectu ſolemnitatum. *n.2.* Limit. 2. quando vterque agit de damno euitando, & vnus conuenitur. *num.3.*

Contractus impuberis iuratus tenet abſque alijs circumſtantijs, *deciſ.97. adnot.2. num.25.*

Ex contractu quem quis ex parte ſua non adimplenit lucrum conſequi nequit. *deciſ.110. num.13.*

Sub conditione celebratus, ea non adimpleta habetur perindè ac ſi celebratus non fuiſſet, *deciſ.120. num.17. & 18.*

Contractus à partium conſenſu legem accipit. *deciſ.128. num.22.*

Contractus bonorum Eccleſiæ eſt nullus, ſi ſit celebratus ſinè vtilitate, & ſolemnitatibus, ſeu beneplacito Apoſtolico. *deciſ.132. num.3.*

Contractus remanet ipſo Iure nullus, non obſtante beneplacito Apoſtolico, ſi deficiat vtilitas ad fauorem Eccleſiæ. *deciſ. 135. num. 37.*

Et bona cum fructibus reſtitui debent, etiam ſi notabile tempus effluxerit. *num.38.*

Ex curſu tamen longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, & obſeruantia ſubſecuta omnia in forma valida, confecta præſumuntur. *deciſ.135. num.39.*

CONTRADICTOR:

Contradictor legitimus dicitur ad quem ſpectat cauſa principalis. *deciſ.29. adnot.2. num.6.* ſecus ſi eius ius principaliter non tangatur, *num.7.*

CONTVMAX.

Vide *Reus*.

Contumax non poteſt appellare. *deciſ. 96. adnot.2. num. 12.* Limit. procedere in vero contumace, ſecus in ficto. *num.13.* Sublim. procedere de iure communi, ſecus de conſuetudine Italiæ, & vigore conſtitutionum Summorum Pontificum. *num.14.*

Verus contumax quis dicatur. *deciſ.96. adnot.2. num.15.*

In contumaciam condemnatus quando ſit admittendus ad nouas defenſiones tam de iure communi, quam ex conſtitutionibus Pontificis. *deciſ.96. adnot.2. num.16. & 17.*

COPVLA CARNALIS.

Vide *Stuprum*.

Copu-

Copula carnalis eſt difficilis probationis ſicut adulterium. *deciſ.52.num.1.*
Probatur indicijs, & coniecturis. *deciſ.52.num.2. deciſ.93.adnot.1.num.15.*
Debent tamen eſſe certæ, vrgentes, & violentæ. *deciſ. 58. num.3. deciſ.93. adnot.1. num. 15.* vbi etiam ad effectum diuidendi matrimonium.
Declara ſi agatur criminaliter, & ad pœnam ſecus ſi agatur ciuiliter ad impediendum matrimonium, vel ad Thori ſeparationem, vel ad dotis amiſſionem. *deciſ. 52. num. 4. & 9.*
Præſumptiones quando dicantur vrgentes, & releuantes ad probandam copulam carnalem, & adulterium referuntur DD. ſententiæ. *deciſ.52 num.5.6.& num.7.*
Copula carnalis, & adulterium ad effectum criminaliter puniendi non probatur ex publica voce, & fama. *deciſ.52.num.8.*
Verè, & directè probari non poteſt. *deciſ. 38. num.19.* & eſt difficilis probationis. *num.20.*
Probatur præſumptionibus, & coniecturis. *ibid. num.21.*
Probatur ex prægnantia. *deciſ.93.num.20.*
Probatur per teſtes de auditu à partibus. *deciſ. 93. num. 22.*
Contrarium ſi confeſſio fuerit facta alia parte abſente. *n.23.* Lim. alijs concurrentibus indicijs. *n.24.*
Confeſſio copulę habitę facta ab Amaſio iunctis alijs adminiculis valdè vrget contra eundem. *deciſ.93.num.25.*
Copula carnalis non probatur per teſtes ſingulares de diuerſis actibus, ſed requiruntur conteſtes de ſingulo actu. *deciſ.93. num.27.* Contrar. *num.35.*
Probatur per teſtes inhabiles, & domeſticos. *deciſ.93.num.36 & adnot.1.num.23.*
Probatur præſumptionibus, & coniecturis. *deciſ.93.num.37.*
Probatur per publicam vocem, & famam. *ibid. num 38.*
Copula carnalis, & ſtuprum ex repetitione interulæ mulieris ſanguinolentæ. *deciſ. 93. adnot.1.num.13.* ſed redditur fallax. *num.14.*
Præſumitur ex vehementi amore, ex oſculis, alijſque actibus laſciuis. *deciſ.93 adnot.1.nu.16.*
Item ex concubitu viri, & Mulieris in eodem lecto. *ibid.num.17.*
Probatur ex dicto vnius teſtis, etiam impuberis. *deciſ.93.adnot.1.num.18.* Præcipuè ſi adminiculetur ex alijs teſtibus de publica voce, & fama. *num.19.*
Præſumptio copulę carnalis oritur ex commoratione viri. & Mulieris in cubiculo clauſo. *deciſ.93.adnot.1.num.21.*
Et ex confeſſione extrajudiciali Amaſij. *ibid. num.22.*
Ex depoſitione teſtium dicentium vidiſſe hominem ſupra mulierem, ex quo oritur indicium ad torturam pro habenda veritate ſecutę copulæ. *deciſ.93.adnot.1.num.24.*
Ex confeſſione iudiciali iurata ipſarum partium, quando deſumatur probatio copulæ carnalis. *deciſ.93.adnot.1.num.25.*
Inditium copulæ carnalis deſumitur ex reciproco amore. *deciſ.93. adnot. 1. num. 26.* Ex tranſmiſſione Nunciorum, & literarum amatoriarum, præcipuè ad torturam. *num.27.*
Ex allocutione viri, & mulieris in loco, & horis ad fornicationem accomodatis. *num.28.* Concurrentibus alijs actibus venerijs. *num. 29.* Et quod ſaltem ex hoc oriatur indicium ad torturam *num.30.*
Oritur etiam præſumptio ſi quis viſus fuerit cum muliere ſolus, cum ſola, nudus cum nuda. *deciſ 93.adnot.1.num.31.*
Oritur etiam ſi vir per annum abſens reperit vxorem prægnantem. *deciſ. 93. adnot. 1. num.32.*
Copula carnalis, & adulterium ex præſumptionibus tantum violentis probatur. *ibidem num.33.*
Præſumptiones, & coniecturæ ſufficientes ad probandam copulam carnalem, quæ ſint relinquitur arbitrio Iudicis. *deciſ. 93. adnot. 1. num.34.*
Probatur præſumptionibus, & coniecturis, ſi ciuiliter agatur ad impediendum matrimonium, vel ad Thori ſeparationem, vel ad dotis amiſſionem. *deciſ.93.adnot.1.num.35.* Secus ſi agatur criminaliter ad pœnam. *nu.36.* Contrar. *num.37.*
Diſtingue quod prima opinio procedat in præſumptione hominis. *deciſ.93. adnot.1. num.38.* Secunda in præſumptione Iuris, à quo ſufficit, vt præſumptio approbata ſit. *deciſ. 93. adnot.1.num.39.*
Diſtingue ſecundo, vt prima opinio procedat quoad pœnam ordinariam, ſecunda quoad extraordinariam. *deciſ. 93. adnot. 1. num.40.*
Copula carnalis probatur multis præſumptionibus, & coniecturis ſimul iunctis. *deciſ.93.adnot.1.num.41.*
Non probatur per ingreſſum tantum ad domum alicuius mulieris, præcipuè ſi dari poteſt alia cauſa. *deciſ. 93. adnot. 1. num. 42. & num.43.*
Fama ſola non probat copulam carnalem, ſecus iuncta cum alijs. *deciſ.93. adnot. 1. num.44.*
Præſumptio excluſiua copulæ carnalis oritur ex conſanguinitate propinquioris gradus, ſecùs remotionis, prout etiam ſi vrgeat alia præſumptio fornicationis. *deciſ. 93. adnot. 1 num.45.*
Proſtrans in terram aliquam puellam cauſa carnaliter cognoſcendi non eſt pœna capitis puniendus. *deciſ.93.adnot.2.num.14.*
Ingrediens nomine curiæ Domum mulieris cauſa carnaliter cognoſcendi, qua pœna plectendus ſit. *ibid.num.16.*
Copula carnalis quando cenſeatur ſpontanea. *deciſ.102.adnot.2.num.7.*

CREDITOR.

Creditor diminuto pretio non poteſt plus exigere quam dedit. *deciſ.44.num.23.*
Non habet ius ad hæreditatem delatam debitori, niſi ipſe adiuerit. *deciſ.129.num.23.*

CVLPA.

Lata culpa quæ ſit. *deciſ.55.adnot.1.num.27.*

Ex lata culpa, ſiuè conſiſtat in committendo, ſiuè in omittendo veniunt reficienda damna, & intereſſe. *ibid num.28.*

Leuis culpa quæ dicatur. *deciſ.55. adnot. 1. num.32.*

Culpa leuis generaliter punitur pœna extraordinaria, & pecuniaria. *ibid.num.33.*

Culpa leuiſſima quæ ſit. *deciſ. 55. adnot. 1. num.34.*

Culpa in omittendo minor eſt quàm in committendo. *ibid.num.38.*

Culpa in omittendo, & committendo quæ dicatur. *deciſ.55.adnot.1.num.39.*

Culpa quando dicatur ordinata ad caſum. *deciſ.55.adnot.1.num.48.*

Delinquens punitur pro culpa, ſi culpa ordinata ad caſum præcedat delictum. *ibidem num.47.*

Allegans caſum eueniſſe ex culpa præcedenti tenetur hoc probare. *ibid.num.49.*

Incurritur ab eo, qui non cogitauit caſum euenturum. *deciſ.94.num.14.*

Qui facit quod conſuetum eſt non dicitur in culpa, nec tenetur de furto. *deciſ. 94. num.20.*

Limit. procedere vbi concurrit fractura, vel opportunè res cuſtodiebatur. *ibid.num.21.*

CVRA ANIMARVM.

Vide in Verbo *Parochus.*

Cura animarum penes, quem reſideat ex obſeruantia demonſtratur. *deciſ. 5. adnot. 2. num.1.*

Cura animarum in Collegiatis exerceri debet per proprios Parochos, & non per Capellanos amouibiles. *deciſ.5.adnot.2.num.6.*

Et licet in Collegiatis ſit translata in Archipresbyterum, reſidet tamen actualis pœnes Capitulum. *ibidem num.7.*

Ampl. procedere quamuis in prouiſione dictum fuerit, quod Archipresbytero immineat cura animarum. *ibid.num.8.*

Cura animarum de iure communi ſpectat ad Archipresbyterum, ſecus ſi appareat de contrario. *deciſ.5.adnot.2.num.9.*

Cura habitualis non facit beneficium curatum, nec cauſat incompatibilitatem nec exigit reſidentiam. *deciſ.5.adnot.2.num.15.*

Cura principalis in beneficijs vnitis eſt pœnes Prælatum beneficij vniti. *deciſ. 5. adnot. 2. num.13.*

Sed Vicarius perpetuus cenſetur potius habere curam animarum, quam Rector principalis. *ibidem num.14.*

CVRIALIS.

Curialis efficitur, qui per annum continuum in Vrbe reſidentiam faciat. *deciſ.20. adnot.2. num.67.*

Curiales, Incolæ, & Originarij Vrbis decedentes in Vrbe eiuſque diſtrictu intrà decem milliaria eximuntur à ſpolio. *ibid.num.57.* etiam ob negociationem. *num.59.*

Nomine curialium ad hunc effectum, qui veniunt. *ibid.num.66.*

Habent amplam facultatem teſtandi, & non teſtantes ſuccedunt venientes ab inteſtato. *deciſ.20.adnot.2.num.58.*

Limit. in beneficijs regularibus. *ibid.num.60.*

Abſentes à reſidentia ſi decedant in Vrbe non gaudent hoc priuilegio, ſecùs ſi decedant poſt obtentum beneficium, & adhuc non ſe contulerint ad reſidentiam. *deciſ.20.adnot.2.num.61 & num.62.*

Neque ſi curialis diſponat in illegitimos, excepta cauſa alimentorum. *deciſ. 20. adnot. 2. num.63. & num.64.*

CVSTOS.

Cuſtos, ſeù depoſitarius non tenetur ad reſtitutionem rerum incurſu latronum deperditarum. *deciſ.94.num.2.*

Et niſi furtum probauerint non ſtatur eius dicto, etiam iuramento firmato. *deciſ. 94. num.6.*

Non excuſatur ſi concludenter non probet abeſſe culpam. *ibid.num.7.*

Nec ſuffragatur ad hunc effectum ſimplex probatio amiſſionis rerum, niſi copulatiuè probetur amiſſionem ſecutam fuiſſe ſinè ſua culpa. *deciſ.94.num 8.*

Qui tenetur ad cuſtodiam ſi de ea non doceat tenetur emendare damnum. *deciſ. 94. num.9.*

Cuſtos mercede conductus ſi res ad cuſtodiam datæ furto ſubtractæ fuerint, tenetur tam de dolo, quàm de lata, & leui culpa. *deciſ.94. num.10.*

Tenetur de caſu, de quo alias non teneretur ſi culpa præcedat caſum. *deciſ.94.num.11.*

Non tenetur de furto paſſo ſi cum rebus alienis ſubtractæ fuerint, etiam res cuſtodis. *deciſ.94. adnot.1.num.34.*

Nec tenetur ſi res retinebat recondita in loco ſolito. *ibid.num.35.*

Nec tenetur ſi conſtat cuſtodem eſſe diligentiſſimum. *deciſ.94.adnot.1.num.36.*

Neque tenetur ſi conſtet furtum commiſſum fuiſſe ſinè eius culpa. *ibid. num. 37.* etiam ſi Cuſtos in ſe ſuſceperit caſus fortuitos. *numer.28.*

Limit. ſi res fuerit data æſtimata, *num.39.*

Neque tenetur ſi imminente incendio potius curauerit ſaluare res proprias, quam alienas. *deciſ.94.adnot.1.num.41.*

Sartor, & Sutor ad nihil tenetur pro furto veſtium, &c. retentarum in taberna, ſi probetur eius fractura. *deciſ. 94. adnot. 1. num 42.*

Ampl. procedere etiam non probata fractura ſi Sartor retinebat veſtes ſicuti alij Sartores retineri ſolent. *ibid.num.43.*

D

DAMNVM DATVM.

Cauſa damni dati ab animalibus Eccleſiaſticorum eſt Eccleſiaſtica. *deciſ. 12. adnot. 8. num.3.*

Contrarium, quod Iudex Laicus poſſit procedere contra animalia, ſi non contra Clericorum perſonam. *deciſ.12.adnot.8.num.4.*

Alia

Alia ſententia eſt, quod poſſit procedere contra Ruſticos, & Paſtores Eccleſiaſticorum. *deciſ.12.adnot.8.num.5.6.& 7.*

Limita procedere ſi Paſtores conueniantur tantùm ex ſuo delicto, alias ſi conueniantur ſuper re Eccleſiaſtica gaudent fori priuilegio. *ibid.num* 8.

Limit. 2. procedere ſi damnum dolo illatum fuerit. *ibid. num.9.*

Limit. 3. procedere quoad pœnæ exactionem, ſecus quoad reſarciendum damnum. *ibid. num.10.*

Limit. 4. quod hoc caſu non ſit deueniendum ad capturam Cuſtodis. *deciſ.12. adnot.8. num.11.*

Pro damnis caſualiter datis neque Eccleſiaſtici, neque eorum Cuſtodes tenentur ad ſolutionem pœnæ. *deciſ.12.adnot 8.num.12.*

Referuntur reſolutiones Sacræ Congregationis in materia damni dati ab Eccleſiaſticis ſeu ab eorum animalibus, & eorum paſtoribus. *ibidem num.13.& 14.* Et literæ circulares tranſmiſſæ ab Innocentio X. *ibidem num.23.verſ.& tollitur omnis difficultas.*

Quæ declarationes ſeruari debent in Statu Eccleſiaſtico immediate ſubiecto, non obſtante conſtitutione Sixti V. emanata ad fauorem Communitatum. *deciſ.12.adnot.8.num.15.* Quæ in quibus caſibus procedat declaratur. *num.18. & 22.*

Epiſcopo competit cognitio damni dati tum vigore Concilij Tridentini. *deciſ.12. adnot.8. num.16.* tum de iure communi. *num.17.*

Pœnas vero damni dati ab Eccleſiaſticis, & eorum animalibus Ordinarij in ſtatu Eccleſiaſtico applicare debent ad fauorem Communitatum. *ibid. num.23,* verſ. *Multo Reuerendo Signore.*

Communitates Status Eccleſiaſtici, an vigore Conſtitutionis Sixti V. habeat iuriſdictionem in Eccleſiaſticos in cauſa damni dati. *deciſ.12.adnot 8.num.22.* Et quid ex decreto Innocentij XI. ſub *num.23.verſ. Et tollitur.*

Damnum datum à laboratoribus, & operarijs Eccleſiaſticorum coram Iudice Eccleſiaſtico eſt cognoſcendum. *deciſ.55.num.1.*

Præcipuè ſi nullum ius in re habeat, ſed egit de mandato Clerici. *ibid.num. 2.*

Operarij ad nihilum tenentur, quando obediunt mandato conductoris in re, quæ non ſapit delictum. *deciſ.55.num.5.*

Et damnum dantes ex mandato Domini ab eo releuari debent, ſi condemnentur. *ibid.num.6*

De damno dato caſu, & ex incidenti nemo tenetur ad pœnam, ſed ſolum ad emendationem damni. *deciſ.55.num.17.*

Damnum an ſit datum ſtudiosè, vel ex incidenti ab animalibus Eccleſiaſticorum, & an cuſtodes ſint in culpa cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. *ibid.num.18.*

Coloni, & Operarij Eccleſiaſticorum damnum dantes, Vide in Verbo *Coloni Eccleſiaſticorum.*

Damnum ex ſequenti, negligentia ſecutum, & cauſatum ex aliquo præcedente facto eſt reficiendum. *deciſ.55.adnot.1.num.40.*

DANS, VEL RECIPIENS PRO OBTINENDA GRATIA, VEL IVSTITIA.

Dantes, vel recipientes pro obtinenda gratia, vel iuſtitia in Curia Romana incurrunt excommunicationem, & recepta reſtituere tenentur, & gratia remanet nulla, & aliæ pœnæ recenſentur. *deciſ.42.num.9.& 10.*

Ampl. vt procedat extra Romanam curiam ex Bulla Clementis VIII. *ibid.num.11.*

Conſtitutiones Bonifacij, & Gregorij de datis, & promiſſis comprehendunt Eccleſiaſticos ſæculares & Regulares, & Laicos. *deciſ. 42. num 12.*

Et conatus in hoc etiam punitur. *ibidem num.13.*

Et ſola promiſſio dandi facit incurrere pœnas, dummodò promiſſio inducat peccatum mortale. *deciſ. 42. num.14.& 15.* & ex alia parte fuerit acceptata, vt illum afficiat. *num.16.*

Ampl. etiam ſi recipiatur quid paruum aptum ad remouendum à recto, & ſit aptum ad peccatum mortale. *ibid.num 17.& 19.*

Declara vt hoc relinquendum ſit arbitrio prudentis viri. *ibid.num.18.*

Sciens culpabiles huius criminis intrà tres dies reuelare tenetur, aliàs incurrit pœnas. *deciſ.42. num.20.*

An, & quando quis reuelare teneatur. *ibid. num.21.& 22.23.& num.24.*

Particeps huius criminis reuelans complices gaudet impunitate *deciſ.42.num.25.*

Supradictæ Conſtitutiones de datis, & promiſſis non procedunt in Xenijs. *deciſ.42. nu.26.*

Nec procedunt in datis poſt obtentam gratiam. *deciſ.42. num.27.& 28.* dummodò data ſint moderata. *num.29.*

Nec procedunt ſi aliquid detur, vel recipiatur ſine dolo. *deciſ.42.num.30.& 31.*

Nec procedunt in datis pro obtinenda gratia pro aliquo temporali vendibile, ſecùs in non iure vendibili. *ibid.num.32.*

Nec procedunt, ſi aliquid detur, vt quis recipiatur in famulatu, & obſequio temporali alicuius Principis. *ibid.num.33.& 34.*

DEBITOR, ET DEBITVM.

Excuſſio principalis debitoris non eſt neceſſaria, ſi agatur actione hypothecaria, vel obligationis Cameralis, *deciſ.18. adnot.2.n.30.*

Debitor debitoris ad hoc vt exigi poſſit, quæ requirantur, *deciſ.18.adnot 2.n.29.*

Debitoris, ſeù mandantis damno cedit decoctio campſoris, qui recepit ordinem ſoluendi, *deciſ.18.adnot.2.n.27.* Secùs ſi fuerit facta delegatio, *num.28.*

Tertius poteſt ſoluere debitum alterius, etiam inuiti, *deciſ.18.adnot.18.n.32.*

Creditoris debitum, an à tertio ſolui poſſit, proùt etiam canonem pro emphyteuta, vide in verbo *Solutio, & Soluens.*

Debitor eo ipſo liberatur, ſi creditor acceptet literas cambij, *deciſ.18.adnot.3.n.29.*

Debitor moroſus continuo peccat donec ſatiſfaciat, *deciſ.47.n.15.*

Debitum ex vna cauſa poteſt ex partium conuentione in aliam cauſam transferri, *deciſ.35. num.6.*

Declara procedere data ſubſiſtentia, & validitate primi contractus, *ibid.num.7.*

Debitores, & decoctores conſugientes ad Eccleſias gaudent eius immunitate, *deciſ.87.adnot.1. num.1.*

Debitor ſuſpectus de fuga non poteſt inuitus ab Eccleſia extrahi, *ibid.n.4.*

Debitor fraudolentus licet gaudeat immunitate non eſt tamen in Eccleſia multo tempore tollerandus, *deciſ.87.adnot.1.n.5.*

Debitores bona ad Eccleſiam tranſportantes ſunt conſignanda eadem bona Iudici ſæculari ad effectum tradendi, cuiſde iure, *deciſ.87.adnot.1. n.6.* præuia tamen licentia obtenta à Sacra Congregatione, *n.7.*

Debitoribus conſugientibus ad Eccleſiam poteſt præfigi terminus ad componendum cum creditoribus, vel de ſfractando, facto verbo cum Sanctiſſimo, *deciſ.87.adnot.1.n.8.*

Decocti, & fraudolenter falliti non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, *deciſ.87. adnot.1.n.9.* Contrar. *n..e.*

DECIMA.

Ex Perceptione decimarum non oritur concludens probatio Parochialitatis, *deciſ.5. adnot.1.n.14*

Decimæ debentur Eccleſiæ Parochiali, *ibidem num.15.*

Decima Papalis non eſt ſoluenda, ſi beneficium ſit tenue, *deciſ.27.n.4.* & quando dicatur, tenue, *n.6.*

Laicus non poteſt acquirere ius ſuper decimarum exactione, *deciſ.33.adnot.1.n.1.& 4.*

Prælati inferiores non poſſunt laicis concedere decimas, *ibid.n.2.*

Decimæ infeudari non poſſunt abſque auctoritate Papæ laicis, *deciſ.33.adnot.1.n.5.& 10.*

Iuſtè poſſidentur à laicis, eis à Prælatis inferioribus conceſſæ ante Concilium Lateranenſe, ſecus ſi non adimpleant iniuncta onera, & debitum obſequium, *ibid.n.6.& 7.*

Declaratur textus in *cap. probibemus de decim. deciſ.33.adnot.1.n.7.*

Decimæ conceſſæ infeudum, vel in emphyteuſim pari paſſu procedunt, *ibid.n.8.*

Poſſideri poſſunt à laicis ex priuilegio Pontificis, *deciſ.33.adnot.1.n.10.*

In dubio cenſentur laicis conceſſæ poſt Concilium Lateranenſe, *ibid.num.11.*

Si ob feudum finitum ad Eccleſiam reuertantur amplius infeudari non poſſunt, *deciſ.33. adnot.1.n.12.*

Decimæ Epiſcopi auctoritate de laico, ad laicum tranſire non poſſunt, *deciſ.33.adnot.1.n.13.* Nec ex lapſu temporis ſanantur, *n.14.*

Decimarum quota non præſcribitur niſi per immemorabilem, cum ſama priuilegij ante Concilium Lateranenſe, *deciſ.33.adnot.1.n.15. & 16.*

Et ſufficit, ſi oſtendatur titulus explicitus cum quadragenaria, *ibid.n.17.*

Et exuberat ſi probetur immemorabilis, cum ſama priuilegij, licet non percurratur tempus ante Concilium Lateranenſe, *ibid.n.18.*

Non tamen ſufficit quadragenaria cum patientia Epiſcopi, *deciſ.33.adnot.1.n.19.*

Sed ſi Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica reperiatur in poſſeſſione recipiendi decimas, ſufficit ſola immemorabilis, *ibid. n.20.* Vel quadragenaria, cum titulo, *n.21.*

Decimandi ius quando præſcribi poſſit contra Epiſcopum ſola quadragenaria, afferuntur diuerſi caſus, & declarantur, *deciſ.33.adnot.1. n.22.& 23.*

Decimarum perſcriptio per teſtes ſingulares probari poteſt, *ibid. n.24.& 26.*

Decimæ obligatio non mutatur per mutationem ſeminis, ſed debetur de quocunque fructu, *deciſ.33.adnot.1.n.27.*

Teſtis ad probandum immemorabilem, quod laicus habeat priuilegium Apoſtolicum ſuper perceptione decimarum quomodo deponere debet vt ſufficiat, *ibid.n.33.*

Et an requiratur de certo priuilegio Apoſtolico, *ibid.n.34.*

Decimæ ad quam rationem, & de quibus fructibus ſolui debeant attendenda eſt conſuetudo, *deciſ.34 n.1.*

Decimarum quota conſuetudine minui poteſt, *ibid. n.2.*

Decima vt in totum præſcribatur requiritur quadragenaria, cum tituli probatione, vel tempus immemorabile cum fama priuilegij, *deciſ.34.n.3.*

Ad effectum tamen minuendæ decimæ ſufficit quadragenaria, *ibid.n.4.* Contrar. *n.24.*

Nec requiritur hoc 2. caſu titulus, neque approbari debet à Summo Pontifice, *deciſ.34.n.5.* Contrar. *n.7.*

Decimæ debentur ei, ad quem ſpectat cura animarum, *ibid.n.9.*

Ius exigendi decimas eſt vniuerſale, & ſequitur quemcumque poſſeſſorem, *deciſ.34.n.13.*

Ad decimarum ſolutionem omnes tenentur, *ibid.n.14.*

Decimæ integræ debentur de omnibus fructibus, *deciſ.34.n.16.*

Debentur de arboribus, & de nemorum debuſcatione, & de cæſis, *ibid. n.17.*

Conſuetudo ſoluendi decimas eſt probanda cum ſuis requiſitis, & in ſpecie, *deciſ.34.n.23.*

Et non habet locum niſi probetur, quod fuerit actum ad integram decimam, & denegata fuerit à debente ſoluere, cum acquieſcentia illam recipere debentis, *ibid.n.25.*

Conſuetudo ſoluendi decimam puta in minori quantitate non ſuffragatur, ſi Eccleſia, vel Rector indigeat, *deciſ.34.n.31.*

Decimæ deſeruiunt pro dote, ex defectu reddituum Eccleſiaſticorum, *ibid.n.32.*

Parochus quo ad ius percipiendi decimas, vide in verbo *Parochus*,

Epiſcopus quo ad ius percipiendi decimas, vide in verbo *Epiſcopus*.

DECRETVM IRRITANS.

Decretum irritans, & clauſula ſublata claudit os, & tollit facultatem aliter iudicandi, *deciſ. 1. n.15. deciſ.48.n.23.*

Annullat omnia, quæ in contrarium fiunt, *deciſ.1.n.15.*
Inficit actum aliter geſtum, & tollit conſuetudinem, & impedit præſcriptionem, *deciſ.1. adnot.2.n.32.& 33.*
Decretum irritans prohibet allegari contrarium vſum, *deciſ.48.n.22.*
Non operatur, ſi non vtatur ab eo, ad cuius fauorem appoſitum fuit, *deciſ.54.n.32.*
Et actum irritat ſi ipſe velit, *ibid.n.33.*
Habet implicitam inhibitionem, *deciſ.54. adnot.1.n.33.*
Et continet vim poteſtatis priuatiuam, *ibid.n.34.*
Et attentatum dicitur, quod contra eius tenorem geſtum eſt, & ipſo iure nullum, *deciſ.54. adnot.1.n.34.*
Ligat etiam ignorantem quo ad pęnam nullitaris, *ibid.n.36.& 37.& deciſ.60.n.33.*
Inficit quemcunque titulum, *deciſ.60.n.31.*
Et omnia, quæ ſequuntur, *ibid.n.34.*
Eſt penetrabilius omni gladio, *deciſ.60.n.32.*
Decretum irritans, & clauſula ſublata claudunt os, & tollunt facultatem aliter iudicandi, *deciſ.140.n.21.*
Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe, *deciſ.2.adnot.3.n.68. deciſ.53.adnot.1.n.68.*

DEFENSIO.

Defenſio probatur ſi doceatur aliquem vim paſſum fuiſſe, *deciſ.22.adnot.9.n.8.*
Probatur ſi conſtat de imminenti inſultu, *ibid. num.9.*
Probatur ſi ante receptam iniuriam quis vim repellit, *deciſ.22.adnot.9.n.15.* Ampl. *vt in n.16.& 17.*
Probatur coniecturis, & præſumptionibus Iudicis arbitrio, *ibid.n.19.*
Probatur per teſtes deponentes tantum de aggreſſione, *deciſ.22. adnot.9.n.20.* Etiam ſi teſtes deponant de credulitate, *n.21.*
Et per teſtes domeſticos, & conſanguineos, *ibid.n.22.* Limit. ſi inducantur ad repellendos teſtes fiſci, vel partis, *n.26.*
Et etiam per teſtes deponentes de publica voce & fama, *deciſ.22.adnot.9.n.24.*
Probatur etiam per vnicum teſtem, *ibid.n.25.*
Defenſio eſt etiam permiſſa in perſonam cõiunctam, *deciſ.22.adnot.9.n.11.*
Licet percutere venientem contra me nudatis armis, & non aſpectare aggreſſionem, vnde probata remanet defenſio, *ibid.n.16.*
Defenſio eſt permiſſa, ſi ſeruetur moderamen inculpatæ tutelæ, *deciſ.22.adnot.10.n.1.*
Seruari dicitur, ſi defenſio fiat in continenti, *ibid. n.3.* ex interuallo dicitur ad vindictam, *num.5.*
Non dicitur ſeruatum, ſi defendens ſit in culpa moderamini contrariaſ, *deciſ.22. adnot.10. num.2.*
Aggreſſus vindicans ſe ex interuallo tenetur, *l.cornelia de ſicar. ibid.n.7.*
Dicitur in continenti facta licet homicidium fiat ex interuallo, ſi occidens non ſe diuerterit ad extraneos actus, *deciſ.22. adnot.10. num.8.*
Limit. vt procedat ad euitandam pęnam ordinariam, ſecus extraordinariam, *ibidem n.9.*
Defenſio in dubio præſumitur in continenti facta, *deciſ.22.adnot.10.n.12.*
Percuſſio an fuerit ad defenſam, vel ad vindictam ex quibus dignoſcatur, *ibid.n.13.*
Occiſori incumbit onus probandi defenſionem in continenti feciſſe, *deciſ.22. adnot.10. num.14.*
Moderamen inculpatæ tutelę in quo conſiſtat, *ibidem num.15.*
Ad hoc vt ſeruatum dicatur, quæ requirantur, *ibid.num.16.*
Eodem modo, quo quis offenſus fuit armis, vel verbis eodem modo ſe defendere debet, *dec.22 adnot.10.n.17.*
Arma ad ſe defendendum debent eſſe paria, vel parum diſparia ab armis offendentis, *ibid.n.18.* Ampl. vt in *n.19.* Limit. ſi aliter non poſſim ab inuaſore me tueri, *n.20.*
Inæqualitas armorum non tollit moderamen inculpatæ tutelæ ſi fiat in continenti, & inſultatus aliter ſe defendere non poterat, *dec.22. adnot.10.n.21.*
Præcipuè ſi offendens ſit fortior, & validior, *ibid.n.22.*
In defenſione magis eſt attendenda qualitas perſonarum, quam armorum, *deciſ.22.adnot.10. num.23.*
Et eſt ſeruanda temporis æqualitas, & facienda in actu offenſionis, *ibid.n.24.*
Probanda eſt ante factum, vel poſt mediatè, *deciſ.22.adnot.10.n.25.*
Defenſio quid ſit, *deciſ.48.n.12. & deciſ.22.n.8.*
Defenſio dicitur eſſe antequam quis offendatur, *ibid.n.13.*
Debet eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, & dicitur ſeruatum ſi aggreſſus aliter euadere non poterat, niſi aggreſſorem præueniendo, *deciſ.48.n.6. & deciſ.22 adnot.10. n.28. deciſ.146. n.5. vſque ad 9.*
Ampl. vt dicatur ſeruatum ſi inſultatus non plus fecit, quam facere oportebat, *deciſ. 22. adnot.10.n.29.& deciſ.48.n.7.*
Ampl. vt arbitrio Iudicis remittatur, quando ſit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, *ibid.n.8.*
Limit. vt non liceat præuenire aggreſſorem ante aggreſſionis actum, aliàs non dicitur defenſio, *deciſ.48.n.9.*
Sublim. ſi alia moraliter non appareat via euadendi, *ibid.n.10.*
Excedens modum inculpatę tutelę in ſe defendendo ſi non de dolo, ſaltem de culpa eſt puniendus, *deciſ.48.n.33.*
Defenſio eſt permiſſa, tam pro ſe ipſo, quam pro defenſione alterius etiam extranei, *deciſ. 22.n.3.*
Defenſio dicitur neceſſaria, ſi occidatur veniens, vel ſtans contra occiſorem impugnatis armis, *deciſ.22.n.5.& deciſ.37.n.8.*
Ex armorum terrore, & impugnatione inducitur diſcrimen, & vitæ periculum, *deciſ.22. num. 6.*
Defenſio dicitur antequam quis offendatur, nec expectare debet quis ſe percuti, *deciſ.22. n.7. & deciſ.37.n.9.*
Defenſio, vt exceſſiua dicatur, quæ requirantur,

tur, *deciſ.*22.*n.*9. Et ex quibus dicatur neceſſaria, *deciſ.*37.*n.*5.

Ad exceſſum tria conſiderantur circa arma, circa tempus, & circa modum percutiendi, *ibid.n.*9. 10. *&* 11.

Moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit circa modum, tempus, & cauſam, *deciſ*22.*n.*52. *&* *deciſ.*37.*n.*13.

Exceſſus, ex propoſito, & dolo non dicitur, quando tempus non patitur deliberandi conſilium, *deciſ.*22.*n.*13.

Rixa, & metus inſtantis periculi ſunt conſultores ad propulſandam aggreſſionem, *deciſ.*22. *num.*14.

Defenſio probatur per teſtes inhabiles, & ſufficit dubia probatio, *deciſ.*22.*n.*15.

Terror armorum eſt iuſta cauſa, vt defenſio dicatur neceſſaria, & iuſta, etiam ſi occidens haberet enſem expectans inimicum, *deciſ.*22. *adnot.*1.*n.*44.

Defenſio ex armorum terrore dicitur iuſta, *deciſ.*22.*adnot.*2.*n.*9.

Defenſio neceſſaria probatur, probato inſultu, *deciſ.*22.*adnot.*2.*n.*17.

Percuſſio an fuerit ad defenſam, vel ad vindictam ex quo dignoſcatur, *ibid.n.*23.

Defenſio omni iure permiſſa, nec à Papa, Imperatore, nec à ſtatuto tolli poteſt, *deciſ.*22. *adnot.*2.*n.*11. *&* *adnot.*3.*n.*1.*deciſ.*145. *n.*1. Limit. *vt in n.*15.

Permittur etiam pro defenſione rerum ſuarum *ibid.n.*2.

Licita eſt defenſio etiam cum amicorum conuocatione, *deciſ.*22.*adnot.*8.*n.*8.

Licet occidere, & præuenire aggreſſorem armatum contra ſe venientem, & dicitur ad defenſionem occidiſſe, *ibid.n.*5. *&* 6. Limita, *vt in n.*7.

Defenſio dicitur facta ante factum, vel in ipſo actu, ſecus poſt factum, *deciſ.*22. *adnot.* 8. *num.*17.

Percutiens aggreſſorem fugientem dicitur ad vindictam, & non ad defenſam percuſſiſſe, *ibid.n.*17.

Percuſſio non dicitur ad defenſam ob ſolam verbalem iniuriam, *deciſ.*22.*adnot.*8.*n.*18.

Defenſio non præſumitur, ſed probanda eſt, *ibid.n.*25. *&* *eadem deciſ.*22.*adnot.*9.*n.*1.

Et eſt probanda quod fuerit neceſſaria, *deciſ.*22. *adnot.*9.*n.*2. Contrarium, *n.*3.

Et Iudicis arbitrio ex facti circumſtantijs relinquitur, an defenſio fuerit neceſſaria, *deciſ.*22. *adnot* 9.*n.*4.

Prout etiam, an, & quando ſit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, *deciſ.* 22. *adnot.*10. *num.*35.

Moderamen inculpatæ tutelæ dicitur ſeruatum ſi homicidium, vel percuſſio fiat cauſa defenſionis, & non vindictæ, *ibid.n.*27.

In defenſione licet fuerit ſeruatus modus inculpatæ tutelæ, & fuerit exceſſum, non punitur exceſſus pœna ordinaria, ſed mitiùs arbitrio Iudicis, *deciſ.*22.*adnot.*11.*n.*6.

Excedens modum defenſionis dicitur in culpa, & non in dolo, *ibid.n.*6.

Excedens leuiſſima culpa non eſt puniendus; *deciſ* 22.*adnot.*11.*n.*11.

Exceſſus quando dicatur leuiſſima culpa commiſſus, *ibid.n.*12.

Commiſſus leui culpa eſt impunibilis, *deciſ.*22. *adnot.*11.*n.*13. Contrarium, quod aliqua pœna mitiori ſit multandus, *n.*14.

Quando dicatur leui culpa commiſſus, *ibidem num.*15.

Lata culpa commiſſus extra ordinem puniendus eſt, *deciſ.*22.*adnot.*11.*n.*16.

Quando dicatur lata culpa commiſſus, *ibidem num* 17.

Exceſſum in dubio potius lata culpa, quam dolo præceſſiſſe præſumitur, *deciſ.*19.*adnot.*11. *num* 19.

Excedens modum in ſe defendendo puniendus eſt de culpa, & non de dolo. *ibid n.*21.

Exceſſus in defenſione puniendus vti minor dolus, *deciſ* 22.*adnot.*11. *n.*23.

Defenſionis fines ex propoſito quis excedere dicitur, ſi aliter ſe defendere poterat, quam percutiendo, *deciſ.*37.*n.*16.

Exceditur modus inculpatæ tutelæ ſi tempus patitur deliberandi conſilium, *deciſion.* 37. *num.*18.

Quando tempus patiatur deliberandi conſilium relinquitur arbitrio Iudicis, *ibid.n.* 19.

Defenſio moderata ratione modi quando dicatur relinquitur arbitrio Iudicis, *deciſ.* 37. *num* 14.

Defenſio dicitur facta in continenti ſi extranei actus non intercedant, *deciſ* 86. *adnot.*1. *n.*14. vide in verbo *Dictio in continenti*.

Conſtitutus in periculo vitæ poteſt aggreſſorem offendere, licet priùs non fuerit percuſſus, *deciſ.*145.*n.*5.

Ad defenſam licet minantem præuenire, & occidere, ſi in præparatione occidendi à minato dignoſcatur, *deciſ.*145.*n.*6.

Defenſionis exceſſus quando excludatur, *deciſ.*146.*n* 10.

DEGRADATIO, ET DEPOSITIO.

Epiſcopus non poteſt deuenire ad actualem degradationem niſi in caſibus in iure expreſſis, *deciſ.*73.*n* 19. *deciſ.*92. *adnot.*3.*n.*1.

Caſus, in quibus Clericus degradari, & curiæ ſæculari tradi poſſit, referuntur, *deciſ.* 73. *num.*20.

Clericus per actualem degradationem amittit priuilegium fori, *deciſ.*73. *n.*37. ſecus per verbalem, *nu.*38.

Crimina, quæ merentur verbalem degradationem referuntur, *deciſ.*73.*n.*39.

Clericus pro hæreſi eſt degradandus, & curiæ ſæculari tradendus, *deciſ.* 92.*adnot.*3.*n.*1. dummodò ſit relapſus, *nu.*2. ſecus ſi ſponte redeat *num.*4. Sublim. ſi redeat poſt accuſationem, vel eius metu, *ibid.*

Clericus propter falſificationem literarum Apoſtolicarum eſt actualiter degradandus, & curiæ ſæculari tradendus, *deciſ.* 92.*adnot.*3.*n.*7. licet literæ eſſent nullæ, *n.*8.

Debet tamen de crimine eſſe conuinctus, *nu.9.* Et ſi vſus fuerit quas alias pęnas incurrat, *ibid.*

Proùt etiam propter conſpirationem in Epiſcopum, *deciſ.92. adnot.3.n.11.* Dummodo ſit incorrigibilis, *n.12.*

Ita etiam pro crimine nefandò, pro quo etiam beneficijs priuatur, *deciſ.92. adnot.3. num.13. & 14.* Etiam propter ſolam diffamationem, *num.15.* ſecus propter oſcula, & blanditias, *num.17.*

Non ordinatus celebrans, vel confeſſiones audiens eſt degradandus, & curiæ ſæculari tradendus, *deciſ.92.adnot.3.n.18.*

Pęna degradationis vbi imposita eſt intellegitur de verbali, & non de actuali, *deciſ.92.adnot.3. num.27.*

Verbalis degradatio pro quibus criminibus imponatur, *ibid.n.28.*

Verbaliter degradatus poteſt per Epiſcopum reſtitui, *deciſ.146.n.19.*

Clericus pro homicidio, & alijs delictis quando ſit actualiter degradandus, & curiæ ſæculari tradendus, *deciſ.147. n.1.* Et quando verbaliter, *n.2.3.4.& 5.*

Depoſitio de iure canonico imponitur in caſibus, in quibus de iure ciuili imponitur pęna mortis, *deciſ.147. n.6.* Et in alijs caſibus, in quibus incurritur irregularitas, *n.7.*

DELEGATIO.

Debitor delegando ſuum debitorem liberatur, *deciſ.18.adnot.2.n.1.*

Delegatio inducit liberationem debitoris, *ibidem num.1.*

Extinguit primæuã obligationem, & actionem licet nomen debitoris euincatur, *deciſ.18. adnot.2.n.3.* Declara remiſſiue, *vt in n.6.*

Periculum nominis debitoris delegati ſpectat ad delegatarium, *deciſ.18.adnot.2.n.7.*

Delegatio vt facta cenſeatur, quæ requirantur, *ibid.n.8.*

Debitor, qui delegauit non tenetur præſtare debitorem delegatum locupletem, *deciſ. 18. adnot.2.n.9.* Etiam ſi doloſè delegauerit, cõueniri tamen poterit actione de dolo, *n.10.*

Scientia delegantis debitoris ceſſi breui eſſe foro ceſſuri ex quibus probetur, *deciſ.18.adnot.2. n.11.12. & 13.*

Delegans doloſè actione doli conueniri poteſt, *deciſ 18.adnot.2.n.14.*

Delegatio non dicitur facta, ſi delegans promiſerit bonum nomen debitoris, *ibid.n.15.*

Per delegationem debitor non liberatur, ſi non fuerit acquiſita obligatio ei, cui delegatur, *deciſ.18.adnot.2.n.16.*

Nec liberatur ſi delegatio fiat periculo delegantis, *ibid.n.17.*

Nec liberatur ſi creditor reſeruauerit ſibi ius contra delegantem in caſu non ſolutionis, dummodò non fuerit negligens in exigendo, *deciſ.18.adnot.2.n.18.*

Proùt etiam ſtante pacto, quod non cenſeatur liberatus, niſi ſecuta actuali ſolutione, *ibid. num.19.*

Delegatio inter mercatores inducitur abſque ſtipulatione, *deciſ.19.adnot.2.n.20.*

Delegatio non inducitur ſi debitor promittat ſe curaturum, quod delegatus ſoluat, *deciſ.18. adnot.2.n.21.*

Non inducitur per ſolam literarum præſentationem, *ibid.n.22.*

Non inducitur ſine animo mandantis, & ſine animo recipientis, *ibid.n.23.*

Delegans non liberatur, quando promiſſio ſit in diem, vel ſub conditione, *deciſ.18. adnot. 2. n.24.* declara, *vt in n.25.*

Nec liberatur ſtante reſeruatione primorum iurium, *deciſ18.adnot.2.n.26.*

DELICTVM.

Ex particularium delicto vniuerſitas non tenetur, *deciſ.135.n.23.*

Delictum ex quibus circumſtantijs graue reputatur, *deciſ.16.n.5.6.7.& 21. deciſ.147.n.16.*

Delictum in conſulto iracundiæ calore commiſſum excuſat à culpa, & mitiùs eſt puniendum, *deciſ.16.n.26.27.& 28. deciſ.86. adnot.1. num.1.*

Amplia etiam ſi inculpatæ tutelæ modus excedatur, *ibid.n.29.*

Limit. vt procedat ſi ira proueniat ex iuſta, & non ex iniuſta cauſa, *deciſ.16.n.33.*

Limit. 2. quando iracundia ſit affectata, & orta ſine cauſa, & vitio naturæ delinquentis, *ibid. num.34.*

Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere onera Cameralia pro bonis à Laicis acquiſitis antea eiſdem oneribus affectis, ſi præſcripſerint libertatem non ſoluendi onera Cameralia. *deciſ.100. num.14.& num.15.*

Non tenentur ad onera extraordinaria, & communitatiua, licèt bona à Laicis acquiſita eſſent huiuſmodi oneribus affecta. *deciſ. 100. num.16.*

Eccleſiaſtici quoad exemptionem eorum bonorum à tributis, & gabellis. Vide in verbo *Eccleſia quoad immunitatem, & Clerici quoad exemptionem.*

Bonis poſſeſſis ab Eccleſiaſticis ſicut non poteſt imponi collecta, ita nec ceſſionarijs, & venditori-

ditoribus. *deciſ.6.num.9.*

Bona tranſeunt in Eccleſiaſticos cum ſuo onere ſi prius Princeps impoſuerit, & priuatis deinde conceſſerit cum conditione onus ſoluendi, ſecus autem ſi prætendatur ex ſola vi Regiæ poteſtatis. *deciſ.6.num.12.*

Qualitas oneris eſt attendenda, vt eccleſiaſtici ſoluere teneantur, & non pactum initum per perſonas ſeculares. *deciſ.6 num.12.*

Et eſt attendenda cauſa impoſitionis oneris, & non partium aſſertio quod ſit realis. *ibid. num.14.*

Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere onera perſonalia, vel mixta. *deciſ.6.num.15.16.17.18.& 19. deciſ. 100.num.3.*

Ampl. etiam ſi bona fuerint deſcripta in Æſtimo Vniuerſitatis. *ibid.num.20.*

Bona ſi deueniant ad manus eccleſiaſticorum, ſunt delenda ab Æſtimo Vniuerſitatis. *deciſ.6.num.21.*

Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere gabellam à Laicis impoſitam, etiam ſi vinculum iniectum fuerit bonis tempore, quo à Laicis poſſidebantur. *deciſ.6.num.22.*

Vbi reprobatur ſupradicta *Bartoli* cautela & *num.23.*

Ampl. etiam ſi gabella reſpiciat beneficium publicum & commune laicis, & eccleſiaſticis. *ibid.num.24.*

Eccleſiaſtici vt teneantur ſoluere gabellam à laicis impoſitam, quæ requirantur. *deciſ. 6. num.26.*

Non tenentur ad refectionem murorum, pontium, & viarum. *ibid.num.25.*

Tenentur ſoluere onera ex pacto expreſsè adiecto in contractu. *deciſ.6.num.27.*

Eccleſiaſtici, eorumque bona ſunt immunia ab oneribus, tributis, & gabellis à laica poteſtate prouenientibus. *deciſ.6.adnot.1.num.1.*

Concurrere debent ad expenſas pro capiendis locuſtis aliiſque damnum in territorio inferentibus. *deciſ.6.adnot.1.num.10.*

Collectari poſſunt pro reparatione pontium, & viarum, murorum, & portus. *deciſ.6.adnot.1. num.11.* Limit. vt in *num.16.*

Ampl. vt ſupradicta conſtructio, & refectio inter opera pia connumeretur. *ibid num.12.*

Tenentur etiam ad expenſas pro conficiendo agere iuxta marla. *ibid.num.13.*

Tenentur etiam contribuere ad expenſas belli, & ad repellendos hoſtes. *deciſ.6.adnot.1.num.14.* Contrarium. *num.15.*

Eccleſiaſtici, vt teneantur ad ea, quæ ſunt ad bonum publicum, hoc bonum debet illos tangere in particulari, & non generice. *deciſ. 6. adnot.1.num 16.45.& 46.*

Vbi limitatur de licentia Summi Pontificis.

Tenentur ad ea, quæ reſpiciunt bonum publicum ex æquitate, & via directiua ſecus coactiua. *deciſ.6.adnot.1.num.17.* Contrarium. *num.18.*

Eccleſiaſtici in Vrbe tenentur ad refectionem pontium, & viarum, *deciſ.6. adnot.1. num.19.* Contrarium. *num.20.*

Sublimit. extra Vrbem, eiuſque diſtrictum. *ibid. num.20.* Secus ſi taxa fiat à Cardinali Cammerario, vel de ordine Summi Pontificis. *num.22.*

Eccleſiaſtici vbi contribuere tenentur taxari, & conueniri debent auctoritate Epiſcopi. *deciſ.6. adnot.1.num.30.*

Onera Cameralia ab eccleſiaſticis quomodo exigenda. *deciſ.6.adnot.1.num.31.*

Et ad quam onerum Cameralium ſolutionem teneantur. *ibid.num.34.*

Non tenentur ad impoſitiones pro bonis patrimonialibus, abſque vlla reſtrictione. *deciſ. 6. adnot.1.num.35.& num.42.*

Secus quoad portionem coniunctorum. *num.37*

Non tenentur pro bonis acquiſitis ad onera, niſi realia, certa, & inuariabilia. *deciſ.6. adnot.1.num.36.*

Eccleſiaſtici non poſſunt contribuere pro oneribus concernentibus particulare bonum abſque Pontificis licentia. *deciſ.6.adnot.1.num.45. & 46.*

Eccleſiaſtici ſiuè ſeculares, ſiuè Regulares tenentur in ſtatu Eccleſiaſtico ad ſolutionem onerum Cameralium, ſecus in ſtatu Principum Laicorum. *deciſ.6.adnot.2.num.1.*

Eccleſiaſtici quoad ſolutionem onerum Cameralium. Vide in verbo *Onera Cameralia.*

Eccleſiaſtici quoad ſolutionem ſubſidij triennalis tenentur pro aliqua honeſta portione. *deciſ.6.adnot.2.num.15.* Declara vt in *num.16.*

Non tenentur ſoluere collectam impoſitam ab Vniuerſitate pro eius indigentijs, ſecus pro ſubſidio triennali. *ibid.num.17.*

Eccleſiaſtici tenentur ſoluere gabellam vnius denarij pro qualibet libra carnis, ſi ſit impoſita pro ſolutione ſubſidij triennalis. *deciſ. 6. adnot.2.num.18.*

Nec tenentur ſoluere gabellam vini, quod minutatim vendunt *ibid.num.19.*

Eccleſiaſtici poſſunt communicare eorum exemptionem quoad perſonam, & bona alijs Laicis conſanguineis, & in communi viuentibus. *deciſ.6.adnot.9.num.5.*

Bona ſi de Laicis deueniant ad eccleſiaſticos efficiuntur immunia, ſecus ſi ab eccleſiaſticis deueniant ad Laicos. *ibid.num.24.*

Eccleſiaſtici vendentes minutatim vinum recollectum in eorum bonis patrimonialibus, & beneficialibus non tenentur ſoluere gabellam. *deciſ.6.adnot.9.num.29.*

Eccleſiaſtici, & Eccleſia non ligantur legibus Imperialibus, & Regalibus, nec Laicorum ſtatutis. *deciſ 12.adnot.2.num.2.& 3.*

Eccleſiaſtici, eorumque bona non ligantur ſtatutis Laicorum. *deciſ.12.adnot.8.num.2.*

Eccleſiaſtici, eorumque Paſtores, & animalia damnum dantes an ab Epiſcopo, vel Iudice Laico puniri debeant, Vide in verbo *Damnum datum.*

Eccleſiaſtici in ſtatu Eccleſiæ tenentur ſoluere collectas impoſitas pro ſoluendis oneribus cammeralibus non obſtante quacunque exemptione. *deciſ.13.num 13. deciſ.100.num.11.*

Limit ſi non fuerunt ſoliti collectari, & præſcripſerint libertatem non ſoluendi dicta onera. *ibid.num.15.*

Eccleſiaſtici poſſunt à Laicis ſubleuari in ſolu-

tione collectarum in recompenſationem laborum ſpiritualium. *deciſ. 13. num. 18.*

Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere onera mixta. *deciſ. 100. num. 3.*

Tenentur pro bonis à Laicis acquiſitis ad onera merè realia, certa, perpetua, inuariabilia, infixa bonis propter bona, & non perſonis propter bona. *deciſ. 100. num. 4 & 5.*

Eccleſiaſtici, tam Regulares, quam ſeculares ſupponuntur Eccleſiaſtico interdicto ſcienter interdictos ad Sacramenta admittentes. *deciſ. 141. num. 1.*

EMPHYTEVTA.

Emphyteuta non poteſt ſub emphyteuticare ſine conſenſu domini directi, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 23.*

Emphyteuta Eccleſiæ non tenetur ad collectas, & onera realia à laicis impoſita, *deciſ. 6. adnot. 7. num. 27.*

Contrarium ſi onera reſpiciant ſolum dominium vtile, *num. 28.* Sed reprobatur, *in num. 30.*

Limit. etiam hanc ſecundam opinionem non procedere ſi collectarum impoſitio concerneret damnum domini directi, ſecus ſi non concernat, *deciſ. 6. adnot. 7. num. 29.*

Sed hæc limitatio reprobatur, *num. 30.* Et procedere ſaltem poteſt, ſi penſio correſpondeat fructibus, *num. 31.*

Emphyteuta pro canone rei Eccleſiæ conueniri poteſt coram Eccleſiaſtico, *deciſ. 12. adnot. 3. num. 7.*

Contrarium *num. 8.* ſed reprobatur.

Valet argumentum de feudo ad emphyteuſim, *deciſ. 33. adnot. 1. num. 9.*

Res Eccleſiæ ſemel conceſſa in Emphyteuſim cum beneplacito Apoſtolico, ſi ad eandem reuertatur poteſt iterum abſque eodem concedere, *deciſ. 60. adnot. 3. nu. 80.*

Primus acquirens titulo oneroſo poteſt diſponere de re emphyteutica in præiudicium comprehenſorum, *deciſ. 126. n. 16.*

Limit. vt in *num. 17. vſque ad 29. & num. 31.*

Vltimus emphyteuta habens facultatem alienandi in extraneos vti poteſt etiam in vltimo vitæ ſpiritu, *deciſ. 127. n. [illegible]0.*

Emphyteuta ſi pèr biennium non ſolnit canones, bona cadunt in commiſſum, *deciſ. 128. num. 9.*

Proximior emphyteutæ vltimo loco defuncti ſuccedit in bonis emphyteuticis, *deciſ. 128. n. 24.* Etiamſi alter ſit proximior, *num. 25.*

Emphyteuta alienans rem emphyteuticã abſque domini licentia cadit à iure ſuo, *deciſ. 135. num. 6.*

Inter emphyteutas eſt permiſſa omnis alienatio, etiam irrequiſito domino, *deciſ. 135. num. 15. & 19. & 21.*

Præcipuè ſi inter eos adeſt ius accreſcendi, *ibidem num. 21.*

EMPHYTEVSIS.

Emphyteuſis vigore clauſulæ ad habendum comprehendit etiam hæredes extraneos, *deciſ. 4. num. 20.* præſertim ſi ſit adiecta conceſſioni non reſtricta ad certos gradus, *num. 21.*

Alienatio rei emphyteuticæ fieri poteſt inuito domino vigore clauſulæ ad habendum, & pro quibuſcunque hæredibus, *deciſ. 4. num. 26.*

Contractus emphyteuticus à partium conuentione legem accipit, *deciſ. 4. num. 35.*

Inter comprehenſos in inueſtitura eſt permiſſa omnis alienatio, *deciſ. 4. num. 29. deciſ. 126. n. 15.*

Ampl. etiam ſtante pacto non alienandi, *deciſ. 4. num. 30.*

Emphyteuſis alienari non poteſt in potentiorem, & nomine potentioris, qui veniant, *deciſ. 4. num. 31.*

Limit. non procedere quando Emphyteuſis eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, *ibidem num. 32.*

Emphyteuſis alienari non poteſt ad fauorem Confraternitatis laicalis, cum reputetur manus mortua, *deciſ. 4. num. 31. in fin.*

Pactum de renouando de certo ad certum tempus eſt ad faciliorem dominij probationem, *deciſ.* [illegible] *adnot. 1. num. 14.*

Emphyteuſis renouatio ex ęquitate debetur proximioribus vltimi inueſtiti, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 17.* Contrarium, *num. 18.*

Res emphyteutica alienari nequit irrequiſito Domino, ſine incurſu caducitatis, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 19.*

Limit. ſi in alienatione reſeruetur conſenſus domini directi cum clauſula, & non alias, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 20.*

Declara, vt teneantur ſtatim contrahentes domino contractum denunciare, *ibidem num. 21.*

Præcipuè ſi deuentum fuerit ad traditionem, *num. 22.*

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus comprehendit ſolum hæredes ſanguinis, & non extraneos, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 44.*

Amplia etiamſi adſit clauſula *ad habendum*, *ibidem num. 45.*

Poſſeſſio rei emphyteuticæ non transfertur, niſi obtenta inueſtitura à domino directo non obſtante clauſula conſtituti, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 56.*

Res emphyteutica permutari poteſt domino directo irrequiſito, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 57.*

Inter comprehenſos in contractu Emphyteuſis eſt permiſſa omnis alienatio, *deciſ. 4. adnot. 1. num. 40. deciſ. 126. num. 15.*

Limit. ſi emphyteuſis fuerit à pluribus recepta abſque clauſula Iuris accreſcendi, *ibidem n. 42.*

Sublimit. non procedere ſi duobus fuerit inſolidum conceſſa, *ibid. n. 43.*

Emens emphyteuſim cum pacto retrouendendi cum conſenſu domini poteſt retrouendere abſque dicto conſenſu, *deciſ. 4. adnot. 2. num. 5.*

Per impoſitionem cenſus in re emphyteutica nulla ſequitur alienatio, ſed tantum hypotheca conſtituitur, *deciſ. 4. adnot. 2. num. 12.*

Res Emphyteutica alienari non poteſt, *deciſ. 4. adnot. 2. num. 13.*

Bona emphyteutica poſſunt obligari, & hypothecari abſque domini conſenſu, *ibidem n. 14.*

Ampl. etiamſi ſint Eccleſiaſtica, *num. 15.*

Emphyteuſis non reuertitur ad dominium ſi adhuc exiſtat Religioſus comprehenſus, cum eius vita durante ſpectet ad Monaſterium ſi

ſit

ſit capax retenſionis bonorum, *deciſ.4.adnot.2. num.34.*
Limit. procedere in emphyteuſi priuata, ſecùs in Eccleſiaſtica, niſi ſit conceſſa pro extraneis, *ibid. num.35.*
Emphyteuſis Eccleſiaſtica, ſi non ſit tranſitoria ad hæredes extraneos Monaſterium ex perſona Religioſi comprehenſi non poteſt retinere quoad commoditatem etiam ad vitam religioſi, *deciſ.4.adnot.2.num.36.*
Emphyteuſis, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem alienari poteſt in Eccleſiam, *deciſ.4.adnot.2.num 38. & num.44.*
Amplia procedere etiam ſi altera Eccleſia eſſet domina directa, *ibidem num.39.*
Amplia vt ex alienatione reſultet certa deuolutio, *ibidem num.40.*
Limit. ſi emphyteuſis ſit tranſitoria ad quoſcumque hæredes extraneos, *ibid. num.41.*
Limit. ſi Eccleſia nollet pro ſe retinere, ſed parata eſt vendere perſonæ habili, *deciſ. 4. adnot.2. num.42. deciſ.127. num.30.*
Sublim. non procedere vbi vltrà legis prohibitionem concurrat prohibitio hominis, *deciſ.4. adnot.2. num.45. deciſ.147. num.30.*
Limit. non procedere reſpectu hæredis, qui poteſt vendere emphyteuſim, vt tantundem ſoluat Eccleſiæ pro re relicta, *ibid. num.45.*
Sublimit. in emphyteuſi laicali, *ibid. n.45.*
Sublimit. in terminis Bonificianæ expreſsè prohibentis alienationem in perſonas prohibitas, *ibidem num.45.*
Sublimit. procedere inuito domino, ſecus Eccleſia, vel domino volente, *ibid. num.47.*
Sublimit. ſi Confraternitas, & locus Pius ex indulto Apoſtolico retineri poſſit bona emphyteutica, & feudalia relicta, vel tradita, licet ſint de dominio directo alterius Eccleſiæ, *ibidem num.48.*
Emphyteuſis conceſſa duobus, vel pluribus fratribus pro ſe ipſis, & quilibet ipſorum, cenſetur inſolidum, vt portio vnius accreſcat aliis, *deciſ.4. adnot.3. num.6. & 7.*
Ius accreſcendi quando habeat locum in emphyteuſi, vide in verbo *ius accreſcendi*.
Emphyteuſis conceſſa duobus regulariter intelligitur pro virili, *deciſ.4.adnot.3.num.8.*
Emphyteuſis conceſſa duobus pro ſe filijs, & nepotibus, vno defuncto, eius portio non accreſcit alijs, ſed reuertitur ad concedentem, *ibidem num.9.* Ampl. vt in *num.10.*
Conceſſa pro ipſis, eorum filijs, & nepotibus cum pacto, vt vnus alteri ſuccedat, ſenita vnius generatione, ad dominum non reuertitur, *deciſ.4. adnot.3. num.15.*
In Emphyteuſi habet locum ius accreſcendi ſi fuerit conceſſa ex titulo oneroſo, vel quaſi lucratiuo, *deciſ.4.adnot.3. num.19. & 20.*
Secus ex cauſa merè lucratiua, *num.21.*
Habet etiam locum ſi res conceditur Titio, & eius fratri abſenti, qui ſi non ratificat tota acquiritur Titio, *ibidem num.22.*
In Emphyteuſi ſi habet locus ius accreſcendi in prima conceſſione, debet etiam habere in eius renouatione, *deciſ. 4. adnot. 3. num. 23. & 24.*
Emphyteuſis inueſtitura de nouo extraneis facta de re deuoluta non regulatur ſecundum primam, *ibidem num.25.*
Dicitur noua ſi emanauerit poſt latam ſententiam ſuper deuolutione, *ibidem num.26.*
Prout etiam ſi fuerit adiecta aliqua noua qualitas, *ibidem num.27.*
Secunda inueſtitura intelligitur facta ſecundum primam, niſi mutatio fiat de conſenſu partium, *deciſ.4. adnot.3. num.28.*
Emphyteuſis ob canonis ſolutionem ab vno non factam, cadit in commiſſum quoad alios non culpabiles, *ibidem num.30.* Contrarium, *num.32.*
Sed ſi agatur ad deuolutionem ob alienationem, tunc cadit in commiſſum quoad partem alienatam, *ibidem num.31.*
Emphyteutica bona pro dote obligari poſſunt ex Statuto Vrbis, de iure communi referuntur hincinde Doctorum ſententiæ, *deciſ.4. adnot.4. num.1. & num.2. & 3.*
Bona Emphyteutica in dotem dari poſſunt defectu allodialium, *deciſ. 4. adnot. 4. num. 4. & num.5.*
Emphyteuſis hæreditaria in dotem dari poteſt, ſecus ex pacto, & prouidentia, *ibidem nu.6.*
Fundus emphyteuticus in dotem dari poteſt filiæ in inueſtitura comprehenſæ, etiam æſtimatos, *ibidem num.7.*
Et etiam filiæ non comprehenſæ cum confirmatione domini directi, *num. 8.* quam ante poſſeſſionem petere debet, *num.9.*
Ampl. etiam in præiudicium comprehenſorum, ſi dotans poſſit illis præiudicare, *n.10.*
Dummodo dotans poſſit comprehenſis præiudicare alias emphyteuſis cenſetur data in dotem in præiudicium dotantis, & non in præiudicium vocatorum, *ibidem num. 11.*
Alienatio emphyteuſis ex cauſa dotis non tenet, ſi concurrat inueſtitus in gradu proximior, *deciſ.4. adnot.4. num.12.*
Limit. ſi ſit primus acquirens, vel ex lege inueſtituræ poſſit alijs præiudicare, *ibidem n.13.*
Limit.2. vigore ſtatuti Vrbis permittentis rem Emphyteuticam in dotem dari poſſe etiam extraneæ, *deciſ.4. adnot.4. num.14.*
Et etiam ſi ſit Eccleſiaſtica, *num.15.*
Sublimit. ſi promiſſioni de non alienando adiectum ſit iuramentum, *num.16.*
Emphyteuſis dari poteſt in dotem, ſecus ſi dominium transferatur in virum, *deciſ.4.adnot.4. num.17.*
Dari non poteſt pro dote Eccleſiæ, *ibidem num.18.*
Bona Emphyteutica Eccleſiæ laicis conceſſa ſunt immunia ab omnibus oneribus, *deciſ.6. adnot. 1. num. 44.* vbi ita etiam aliorum locorum piorum.
In emphyteuſi ſuccedit proximior vltimo loco defuncto, *deciſ.116. num.1.*
Declara procedere in Emphyteuſi Eccleſiaſtica ex pacto, & prouidentia, ſecus in hæreditaria, *deciſ.126. num.2.*
Et admittuntur etiam fœminæ comprehenſæ defectu maſculorum, *deciſ.126. num.3.*
Emphyteuſis recepta pro ſe filijs, & nepotibus

maſculis non comprehenduntur nepotes nati ex fœminis, *deciſ.126. num.4.*
Maſculi ex fœmina ex quibus coniecturis non cenſentur vocati, *deciſ.126. num.9.*
Maſculus in ſucceſſione emphyteutica non præfertur ſi in pari gradu non exiſtat cum fœmina, *deciſ.126. num.7.*
Ampl, vt in *num.8.*
Filij in inueſtitura vocati ſub qualitate maſculinitatis excludunt fœminas, *deciſ.126.num.13.*
Bona Emphyteutica non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, ſi emphyteuta de illis diſponere nequeat, ſecus ſi diſponere poſſit, *deciſ.126. num.18. & num.32.*
Inſolidum acquiſita à pluribus fratribus obitu aliorum per ius accreſcendi conſolidantur in perſona ſuperſtitis, excluſis filijs, *deciſ. 126. num.24. & 25.*
Ampl. vt in *num.26.*
Emphyteuſis quandò dicatur acquiſita ex titulo oneroſo, *deciſ.126. num.27.*
In emphyteuſi ex pacto, & prouidentia non datur repræſentatio, ſed vnus quiſque ſuccedit ex perſona propria, ſecùs in hæreditaria, *deciſ.126. num.30.*
Emphyteuſis Eccleſiaſtica ob lineam finitam reuertitur ad Eccleſiam, *deciſ. 127. num. 1. deciſ.128. num.8.*
Emphyteuſis non reuertitur ad Eccleſiam ob lineam finitam, ſi exiſtat Monachus in Religione capaci retentionis bonorum, ſed acquiritur Monaſterio, *deciſ.127.num.4.*
Ampl. vt *num. 5.* Limit. ſi repugnet voluntati contrahentium *num. 6.* Intell. procedere in Emphyteuſi priuata, vel Eccleſiaſtica tranſitoria ad extraneos, ſecùs in non tranſitoria, *deciſ.127. num.7.*
Prohibitio alienationis Emphyteuſis Eccleſiaſticæ omnem cauſam comprehendit, ſiuè per contractum, ſiuè per vltimam voluntatem, *deciſ.127. num.12.*
Concepta per duas negatiuas reſoluitur in affirmatiuam, & importat facultatem alienandi, ſecus ſi cum vna negatiua, *ibidem num.13.*
Efficit vt clauſulæ generales inueſtituræ aptæ comprehendere extraneos, reſtringantur ad hæredes ſanguinis, *deciſ.127. num.13.*
Et potius prohibitio eſt attendenda, quam clauſulæ generales, *ibid. num.26.*
In Empyteuſis alienatione per vltimam voluntatem non requiritur domini conſenſus. *deciſ. 127. num. 14.*
Emphyteuſis Eccleſiaſtica alienari non poteſt in manus mortuas prò vt ſunt loci pij. *deciſ.127. num.17.*
Nomine venerabilis loci, quæ veniant. *dec.127. num.11.*
Prohibitio contrahenſium, quod bona emphyteutica Eccleſiæ non deueniant ad aliam Eccleſiam iuncta legali prohibitione interdicit vt ad nullum effectum acquiri, & retineri poſſit ab alio loco pio, *deciſ.127.num.18.*
Emphyteuſis vero hæreditaria tamquam tranſitoria ad heredes extraneos poteſt etiam à loco pio acquiri, *deciſ.127.num.19.*
Clauſulę ad habendum, & in perpetuum faciunt emphyteuſim hereditariam tranſitoriam ad hæredes extraneos, *deciſ.127.num.20.* Limit. vt in *num.21. & 25.*
Emphyteuſis Eccleſiaſtica de ſui natura non eſt tranſitoria ad heredes extraneos, *deciſ. 127. n. 23.* Ampl. vt in *num. 24.*
Stipulata prò ſè filijs, & nepotibus, eos non egreditur, *deciſ.128 num.2.*
In empyteuſi Eccleſiaſtica primus inſtitutus facit primam generationem, ſecus in priuata, *deciſ.128.num.3.*
Natura contractus Emphyteutici eſt vt ſucceſſio deferatur ordine continuato in deſcendentibus vnius lineæ, nec fit ſaltus de linea, ad quam peruenit ad aliam lineam licet proximiorem *deciſ.128.num.7.*
Et ingreſſa vnius comprehenſi lineam in ea permanere debet, vt nullus admittatur, etiam ſi ſit ex deſcendentibus, *deciſ.128.n.26.*
Ampl. etiam ſi titulo diuiſionis comprehenſi linam fuerit ingreſſa, *deciſ.128.n.27.*
Ampl. ſiuè deſcendentes lineæ ingreſſæ ſint maſculi, ſiuè fæminę, *deciſ.128.n.28.*
Aquiſita filijs vti filijs patre defuncto debetur abſque titulo hæreditario, *deciſ.128.num.29.*
Res emphyteutica in diuiſione tota vni aſſignata ſi ſit noua, tota pertinet ad filiam fæminam relictam, ſi ſit antiqua Patruus, & patrueles excluſa filia ad eam admittuntur, *deciſ. 128. num.30.*
Emphyteutica bona in ſtatu Ferrariæ in vim Bonifacianę ſunt redacta ad inſtar allodialium *deciſ.135.n.7.* Declar. *vt in n.8.*
Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſine nouo beneplacito Apoſtolico alterari nequit, *deciſ.135.num.28.*
Statuta circà bona diſponentia comprehendunt bona Emphyteutica Eccleſiæ reſpectu vtilis dominij, *deciſ.6.adnot.7.num.32.* Contrarium *num.33.*
Conceſſio facta ab Eccleſia ad ſecundam generationem, ſi deindè fiat in perpetuum non valet, nequè ad ſecundam; & hæc nullitas an poſſit allegari à tertio *deciſ. 53. adnot.17. num.20.*
In emphyteuſi mens concedentis eſt attendenda, *deciſ.127 n.10.*
Bona culta, & fertilia Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam concedi prohibentur, *deciſ. 132 n.8.*
Emphyteuſis prò modico canone conceditur, *deciſ.132.n.10.* Declar. vt in *n.12. & 15.*
Penſio in contractu emphyteutico ſoluitur in recognitionem dominij directi, *deciſ. 132. num.13.*
Eccleſia non poteſt dici læſa poſt quam Coloni impenſis bona redegerint ad culturam, *deciſ. 132.n.16.*
Bona Eccleſiæ eſſe ſolita locari non probatur ex partium aſſerſione, *deciſ.132.n.17.* & quomodo probetur, *n.18.19. & n.20.*

EMPTIO EMPTOR.

Emens ſcienter rem furtiuam tenetur pæna furti, *deciſ. 103. adnot.1. num. 1.* ſecus ſi ignoranter, *num.5.* Contrarium quod teneatur pęna extraordinaria, *num.3.*

Scien-

Sclentia vero ad hunc effectum eſt iuſtificanda per veras probationes, & non per præſumptiones, *ibid. num.*4. Et in dubio potius ignoranter, quam ſcienter præſumitur facta emptio, *num* 6.

Præſumitur ſcientia in emente rem derubatam ex paruitate pretij, *deciſ.*103. *adnot.*1.*n.*7. & ex emptione clandeſtine facta, *num.* 8. ſi res empta emptori non conueniat, vt ſi caupo emat res ſericas, *num* 9.

Emens ſcienter, vel ignoranter rem furtiuam tenetur eam Domino reſtituere, non reſtituto pretio *deciſ.*103.*adnot.*1.*n.*10. etiam ſi fuerit empta in publico mercato *num.* 11. cum publicus mercatus ſit ſolum tutus quò ad acceſſum, & receſſum, *ibid.*

Statutum diſponens quod quis non teneatur reſtituere rem derubatam vero domino non valet, *deciſ.* 103. *adnot.* 1. *num.* 12. Contrar. *num.* 13.

Emens rem derubatam à latronibus non tenetur domino reſtituere non reſtituto pretio, ſi proteſtatus fuerit emere animo domino reſtituendi, *ibid num.* 14

Nec tenetur reſtituere ſibi non reſtituto pretio, ſi proteſtatus fuerit per publicam ſcripturam emere nomine eius, cuius ſunt, *deciſ.*103.*adnot.* 1.*num.*15.& 16. Declara vt in *num.* 17.

Dominus rei furatæ ſi ſpontè ſoluat pretium emptori, non poteſt repetere, *ibid num.*18.

Emptor rei furtiuæ ſi reſtituat vero domino poteſt pretium à fure repetere, *deciſ.* 103. *adnot.*1. *num.*19.

Emens rem furtiuam, quæ non extet bona fide conſumpta tenetur pretium domino reſtituere, *ibid.num.*20. ſi emptor ſit factus locupletior alias ſecus, *deciſ.* 101. *adnot.* 1.*num.* 21. Contrarium, *num.* 22.

Emptor rei furatæ ſi alteri bona fide reuendat non tenetur domino reſtituere pretium, niſi factus ſit locupletior, *ibid.num.*23.

Locupletior quando quis factus dicatur, *ibid. num.*24.

Emptor retinendo rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos, tùm dè Iure Ciuili, tùm Canonico, *deciſ.* 3. *adnot.* 3. *num.* 14. 15. & 16.

Emens fructus bonorum Eccleſiæ tenetur ſoluere gabellam, *deciſ.*6.*adnot* 7.*num.*48.

Exemptio venditori conceſſa iuuat emptorem *deciſ.*6.*adnot.*9 *num.*2.

Limit. procedere quando actus prouenit ex actu connexo, ſecus ex ſeparato, *ibidem. n.*3.

Emens ab Eccleſia non gaudet eius immunitate *deciſ.*6.*adnot.*8.*num.*9. Contrarium *num.*28.

Emens à Clericis extra Ciuitatem in eius ingreſſu tenetur ſoluere gabellam, *ibidem num.*11.

Limit. procedere ſi priuilegium ſit perſonale, ſecus ſi reale *ibid.num.*12. vbi quid in dubio.

Limit. 2. in vectigali ordinario, ſecus in extraordinario, *deciſ.*6.*adnot.*9.*num.*13.

Limit. 3. in re empta ab Eccleſia ſi eiuſdem expenſis tranſportetur, *ibid.num.*14.

Limit. 4. ſtante pacto inito cum venditore exempto de re extrahenda ſine ſolutione gabellæ, *ibid.num.*15.

Limit. 5. in gabella, quæ ſoluitur extra locum contractus, ſecus in loco, *ibidem num.* 6.

Limit. 6. vt emptor debeat gaudere eadem immunitate vbi concurrit damnũ Eccleſiæ vendentis, *deciſ.*6.*adnot.*9.*num.*17.

Emptor retinendo rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos, *deciſ.*3.*num.*3.

Ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis licet anticipata ſolutione emere nomen debitoris minori pretio, *deciſ.*50.*adnot.*1.*num.*13.

Emens à Clericis non tenetur ſoluere gabellam ſicut ipſe venditor non tenetur, *deciſ.* 32. *num.* 32. Contrar. *num.*40 declara, vt in *num.*43.

Ementes, & vendentes ſunt correlatiui, vt ſtatutum contra emptorem habeat locum contrà venditorem; & è contrà, *deciſ.*32.*num.*39.

Emens ab Eccleſiaſticis tenetur ſoluere gabellam ex actu ſeparato à venditione, ſecus autem ex actu connexo, *ibid. num.* 43.

Actus connexi, & ſeparati qui ſint, *ibid.num.*44.

Emens ab Eccleſia aſportans rem dè loco ad locum tenetur ſoluere gabellam, *ibid n.*45.

Emptor non tenetur perquirere qualitates rei venditæ. *deciſ.*35.*num.*10.

Si ſciuiſſet vitium rei venditæ non emiſſet, *ibid.num.*19. quod procedit tam in venditione rei mobilis, quam ſtabilis *num.*20.

Emptori datur actio redhibitoria, ſiuè venditor ſciuerit, ſiue ignorauerit vitium rei venditæ, *deciſ.*35.*adnot.*1 *num.*2.

Agens redhibitoria probare debet vitium extitiſſe ante venditionem, *ibid. num.* 3.

Redhibitoriæ vt ſit locus, quæ requiſita concurrere debent, *deciſ.*35.*adnot.*1.*num.*1.

Suffragatur ſi empor ignorauerit vitium ſecus ſi ſciuerit, vel erat viſibile, *ibid.num.*8.9.& 12.

Vitium ad hoc vt redhibitoriæ ſit locus non debet eſſe leue, ſed tale, quod impediat vſum rei venditæ, *deciſ.*35.*adnot.*1.*num.*16.

Laudabile eſt in caſu actionis redhibitoriæ partes ad concordiam reducere, *ibid.num.*23.

Reliqua vide in verbo Venditor.

Emptor generaliter non debet eſſe ſollicitus dè verſione, *deciſ.*53.*adnot.*6.*num.*33.

Emptor rei Eccleſiæ non debet eſſe ſollicitus dè verſione. ſecus ſi venditio fuerit facta pro extinguendo debito, & non ex alia cauſa, *ibid. num* 34.

Emptor in rebus pupilli, & minoris debet eſſe ſollicitus de verſione, *deciſ.*53.*adnot.*6.*num.*37.

Ampl. præcipuè ſi res pupilli vendatur ad effectum extinguendi debitum, *ibid.num.*38.

Emptor rei fideicommiſſo ſubiectæ, prò extinguendo ære alieno fideicommittentis debet eſſe ſollicitus dè verſione, ſecùs ſi inter partes aliter fuerit conuentum, *deciſ.* 53. *adnot.* 6. *num.* 39.

Quis debet eſſe ſollicitus in reinueſtimento rei dotalis, *ibid.num.*41.

Emptor non debet eſſe ſollicitus de verſione in venditione facta ab executore teſtamentario prò ſoluendis legatis, *deciſ.*53.*adnot.*6.*num.*42.

Emens cenſum ab Eccleſia prò extinguendo alio maioris ſummæ non debet eſſe ſollicitus dè verſione, *ibid.num.*56.

Emens ab executoribus teſtamentarijs pro ſoluen-

uendis legatis eſt tutus, licet ſi non adhibuerit curam prò hac verſione, *deciſ.54.adnot.2.n.8.*

Emens rem maioratui ſuppoſitam ad effectum ſubrogandi aliam rem emendam, non tenetur curare, vt empilo ſequatur, *ibid.num.10.*

Emens à Muliere non tenetur inquirere verſionem, *ibid.num.5.*

Emens à minore, vel Eccleſia ex cauſa neceſſaria prò ſoluendo ære alieno, debet eſſe ſollicitus de verſione *deciſ.59. adnot. 2.num. 22.* Secus ſi ex cauſa vtilitatis, *num.24.* ſublim. procedere ſi contractus validè initus fuerit, ſecus ſi nulliter ſine ſolemnitatibus, *num.25.*

EPISCOPVS.

Epiſcopus primò ordinatus præcedit alijs poſteà ordinatis etiam in Concilijs Prouincialibus, non habita ratione ad dignitatem Eccleſiarum, *deciſ.1.adnot.4.num.4.5. & 6.*

Epiſcopus habens Pallium præcedit omnes alios licet antea ordinatos, *deciſ.1.adnot.4.num.7.*

Patriarcha primo promotus præcedit alios, *deciſ.1.adnot.4.num.8.*

Epiſcopus in ſua Dioceſi in funtionibus præferendus eſt omnibus etiam Archiepiſcopis excepto Metropolitano *deciſ.1.adnot.4.num.9.*

Dimittens Eccleſiam retinet prærogatiuam quò ad præcedentiam, *deciſ.1.adnot.4. num.10.*

Interueniens in Capitulo vt Canonicus quem locum habere debeat, & an habeat vocem, *deciſ.1.adnot.4.num.11. & 12.*

Quando dicatur interuenire vt Epiſcopus, & quando vti Canonicus, *deciſ.1.adnot.4.num.13.*

Epiſcopus ſi ſit conſiliarius Principis ſedet in ſuo loco, vti ſimplex Conſiliarius; ſed antè ipſos debet habere oſculum pacis, *deciſ. 1. adnot.4.num.16. & 18.*

Epiſcopus in ſua Eccleſia præcedere debet quoſcunque etiam Principes ſæculares, nec dare tenetur manum dexteram, *deciſ.1.adnot.4.num. 22.& 23.*

Debet habere ſedem in maiori culmine, *deciſ.1. adnot.4.num.24.*

Epiſcopo tantum competit thurificatio triplici ductu, *deciſ.1.adnot.5.num.13.*

Epiſcopus volens per ſe ipſum diuina peragere non poteſt alteri demandare in præiudicium primæ dignitatis, *deciſ.1.adnot.6.num.39.*

Epiſcopus in ſua dioceſi in functionibus omnibus eſt præferendus, etiam Archiepiſcopis excepto Metropolitano, *deciſ.1.adnot.9.n.4.*

Epiſcopus in celebratione ſynodi Diæceſanæ primum locum habere debet, *deciſ.1.adnot.16. num.1.*

Epiſcopus titularis Canonicus debet ſedere in primo ſtallo, & præcedere alias dignitates, vt ſeruatur Romæ in tribus Eccleſijs Patriarchalibus, *deciſ.1.adnot.4.n.21.*

Epiſcopus quò ad ferendas, & declarandas cenſuras vide *excommunicatio.*

Habet anctoritatem creandi beneficia, *deciſ.98. adnot.1.num.3.*

Eſt omnium piarum diſpoſitionum executor, *deciſ. 131.n.14.*

Epiſcopus motu proprio Papæ ad aliam Eccleſiam tranſlatus facit fructus ſuos vſque ad diem præſtiti conſenſus, *deciſ.20.num.20.*

Epiſcopus non poteſt teſtare de fructibus ex rebus Eccleſiæ perceptis, *deciſ. 12. adnot. 2. ſub num 24.*

Epiſcopus ſemper accipit paramenta de medio Altaris, *deciſ.30.adnot.1.n.5.*

Epiſcopus ad ſe conformandum cum laicorum edictis prò communi bono emanatis, cautela eſt, vt conſimile prò Eccleſiaſticis publicet, *deciſ.53.adnot.3.n.45.*

Epiſcopus dè Iurè communi habet intentionem fundatam ſuper quarta decimali, *deciſ. 34. num. 11.*

Quæ quarta debet recipere dè manu Parochi vel ab Eccleſiis participantibus, *ibid. n. 12.*

Epiſcopus ſuper decimis etiam iure proprio agere poteſt, *deciſ.34.n.18.*

Quarum ius à ſe non abdicauit per aſſignationem Parochiarum, *ibid.n.19.*

Et habet de iure communi fundatam intentionem in prædijs, ex quibus percipiuntur, ſi ſint nullius Parochiæ, *deciſ.34.n.20.*

Vel quandò detegitur quod fuerit facta diuiſio, quo caſu iure proprio agere poteſt, *ibid. num.21.*

Prò vt etiam quando rector non eſt in cauſa, vel decimas exigere negligat, *deciſ.34.n-22.*

Epiſcopus in viſitatione Diœceſana procedit cum Aauctoritate Apoſtolica, *deciſ. 54. num. 19.* quæ an ſit ordinaria, vel delegata referuntur Doctores, *num. 20.* Secus extra viſitationem, *num. 25.*

Procedens cum auctoritate Apoſtolica poteſt facere ea, quæ Papa facere poteſt, *ibid.n.21.*

Praxis recurrendi ad Sanctam ſedem in iis, quæ Epiſcopus facere poteſt ad maiorem cautelam tamquam facultatiua non obligant, *deciſ. 54. num. 24.*

Epiſcopus poteſt diſpenſare in delictis occultis, *deciſ-74.n 17.*

Non debet excommunicare, vel deponere prò delicto vnica vice commiſſo, *deciſ. 83. num.21.*

Debet ſe abſtinere in publicando nouas feſtiuitates, *deciſ.84.adnot.1.n.52.*

Epiſcopus in locis exemptis ſuæ Diœceſis poteſt facere ſolemnes benedictiones, & diuina celebrare, *deciſ 84 adnot.1.n.46.*

Epiſcopus quoad Regulares vidè in Verbo *Regulares, & in Verbo Regularius.*

Quò ad moniales, vide in Verbo *Moniacts.*

Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam quoad exercitium Iuriſdictionis intra limites ſuæ Diæceſis, *deciſ. 1. adnot. 9. num. 3. & deciſione 30. num. 2.*

Et ex hac iuris aſſiſtentia exercendi ſuam Iuriſdictionem in ſua Diœceſi competit manutentio, *deciſ.1, adnot. 9. num. 5.*

Limit. ſi aliquid in contrarium concurrat, *num. 6.*

Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ de Iurepatronatus laicorum, *deciſ. 1. adnot. 15 num. 32.*

Epiſcopus habet intentionem fundatam circa exercitium Iuriſdictiónis in Eccleſijs ſuæ Diœceſis quoad ſpiritualia, ſecus quoad temporalia, *deciſ.1.adnot.15.n.33.*

Epiſ-

Epiſcopus propter populi commoditatem poteſt nouas parochias erigere, & ex iuſta cauſa ſimplicem in curatam, *dec.5. adnot.1.nu.38. & 39.*

Sed beneficia ſimplicia abſque iuſta cauſa in curata ab Epiſcopo conuerti non poſſunt, *ibid num.40.*

Nec Eccleſia curata ab eodem in ſimplicem reduci poteſt, *ibid.num.41.*

Declara ſupradicta, vt non quælibet incommoditas populi ad faciendam diſmembrationem ſuffragetur, ſed debet eſſe magna, *ibid. num. 42.*

Epiſcopus ex iuſta cauſa poteſt erigere nouam Parochialem licet Eccleſia ſit ſubiecta Regularibus, *ibid.num. 44.*

In facienda parochiæ diſmembratione non requiritur conſenſus parochianorum, *decif.5. adnot.1,nu.45.*

Epiſcopus non poteſt concedere licentiam Iudici Laico examinandi teſtes vel vulneratos in Eccleſia, vel Hoſpitali, ſed petenda à Sede Apoſtolica, *decif.5.adnot.3.n.61.*

Epiſcopus debet recognoſcere fraudulentas donationes factas Clericis, *decif. 6. adnopt. 3. num. 28.*

Poteſt procedere in cauſa inſultus, & homicidij commiſſi in perſonam ſui Coloni, *decif.6. adnot.7.num.59.*

Epiſcopus non poteſt fructus ſuperfluos vnius Eccleſiæ applicare fabricæ alterius indigentis, *dec.6.adnot.8.num. 50.*

Non poteſt alienare bona ſuæ Eccleſiæ etiam in caſu licito ſine auctoritate Sum. Pontificis, *ibid.nu.52.*

Epiſcopus non poteſt concedere Iuſpatronatus ſuper Eccleſia libera, *decif. 9. adnot. 3. numer. 28.*

Amplia etiam ſi Eccleſia antea fuiſſet patronata, ſecus autem ex auctoritate Papæ, *ibidem num.29.*

Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ de Iurepatronatus, *decif. 10. num. 23.*

Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuper omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis circa exercitium ſuæ iuriſdictionis, *decif. 10. num.25.* Declara *vt ibid.*

Epiſcopus non poteſt mandare transferre Piam Imaginem de vna in aliam Capellam inuito Rectore, *dec.10. n.21.*

Non poteſt beneficium liberum efficere de iurepatronatus, *decif.10.adnot.3.n.54. & n.55.* vbi ampliatur.

Epiſcopus vti Sedis Apoſtolicæ delegatus iuſta concurrente cauſa poteſt diſmembrare, & diuidere Parochias, etiam Regularibus ſubiectas, *dec.11. nu.8.*

Epiſcopus iuſta exiſtente cauſa poteſt permittere translationem Sanctorum Corporum de loco, ad locum, *dec.11.nu.17.*

Epiſcopus poteſt concedere mandato ſuſpicionis fugæ, etiam contra Laicos, *deciſione 12. num. 31.*

Epiſcopus vigore iuramenti, & obligationis Cameralis procedere valet inter Laicos, *decif. 12.adnot.3.nu.2.*

Limita procedere quoad ipſum tantum iurantem, & obligatum in forma Cameræ, ſecus quoad eius hæredes, *ibid.n.3.& n.18.*

Epiſcopus poteſt compellere Adminiſtratores Hoſpitalium ad reddendam rationem, & ſoluendum non obſtantibus priuilegijs, & exemptionibus, *deciſione 12. adnot. 5. num.25.& 26.*

Poteſt inquirere contra tenentes bona deſtinata pro pauperibus, & locis Pijs, *ibid.nu.30.*

Epiſcopus vna cum deputatis debet rationes reddere facere ab Adminiſtratoribus locorum Piorum, ſi adſit conſuetudo, aut conſtitutio, *dec.12.adnot.5.n.32.*

Epiſcopus non poteſt compellere Adminiſtratores Hoſpitalium ſub immediata poteſtate Regum, aut ſi ita in fundatione eorum cum Epiſcopo conſecutum fuerit, *dec. 12. adnot.5.n. 33.* declara *vt nu.34.*

Epiſcopus habet iuriſdictionem priuatiuè ſuper Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & locis piis, eius auctoritate fundatis; in alijs verò reſtringitur quoad inquiſitionem de pijs operibus eiſdem incumbentibus, *decif.12. adnot.5. num.34.*

Epiſcopus in iis, quæ non ſunt eius auctoritate fundata cenſetur cumulatiuè conſtitutus executor, *decif.12.adnot.5.n.35.*

Epiſcopus tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus poteſt viſitare Hoſpitalia, & Confraternitates mere laicales, non obſtante quacumque exentione, *dec.12.adnot.5.n.41.*

Secus ſi ſint ſub poteſtate Regum. *ibid.*

Poteſt in eiſdem Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & locis Piis, quamuis exemptis inquirere de eorum adminiſtratione, corrigere, & reformare, & cognoſcere bonorum adminiſtrationem, & dilapidationem, *ibid.nu.62.*

Epiſcopus in iis locis piis, qui ſunt ſub poteſtate Regum, licet non poſſit exercere actu in viſitationis, circa ea, quæ in illis exercentur, & circa petendas rationes; poteſt tamen viſitare circa cultum diuinum, *decif.22. adnot.5. num. 43.*

Epiſcopus viſitare poteſt confraternitates exiſtentes in Eccleſijs Regularium, *decif. 12. adnot.5.num.44.*

Non tamen poteſt viſitare Capellas dictarum Confraternitatum in Eccleſijs regularium, *ibid.nu.45.*

Epiſcopus habet territorium ſeparatum, & merum, & mixtum imperium in ſua Diœceſi, *decif.17.n.27.*

Et poteſt retinere familiam armatam, *ibidem num.28.*

Et habet Fiſcum. *ibid.n.29.*

Epiſcopus licet poſſit dare licentiam executoribus Curiæ ſæcularis carceribus Eccleſiaſticis mancipandi Clericos inuentos cum armis, tamen non expedit generalem licentiam dare. *dec.39.n.41.& n. 47.*

Epiſcopus Eccleſiam rapræſentat, *dec.85.adnot.1. num. 8.*

Dicitur eſſe in Eccleſia, & Eccleſia in ipſo. *ibid.n.9.*

Offenſio facta Epiſcopo dicitur facta Eccleſiæ, *dec.85.adnot.1.n.10.*

Dicitur

Dicitur Procurator, & Eccleſiæ Æconomus. *ibid.num.*12.

Ordinarius, ſeu Epiſcopus in delictis, & occulta irregularitate abſoluere poteſt, ſecus ſi proueniat ex homicidio voluntario, *decis.* 87. *adnot.*2.*num.*12.

Epiſcopus non habet ius viſitandi priuata Oratoria. *dec* 88.*adnot.*1.*num.*5.

Curare debet ne ædiculæ rurales ædificentur, *ibid.num.*6.

Epiſcopus hodie non poteſt concedere licentiam celebrandi in Capellis priuatis. *decis.* 88. *adnot.*1.*nu.*26.

Epiſcopus tanquam delegatus procedere poteſt contra confugientes in ædiculis Confratrum exiſtentibus in Monaſterijs Regularium. *dec.* 88.*adnot.*1.*num.*32.

Viſitare poteſt Confraternitates Laicorum exiſtentes in Eccleſijs Regularium. non tamen Capellas, *dec.*88.*adnot.*1.*nu.*33.

Epiſcopus quoad Iuriſdictionem in Hoſpitalibus, Confraternitatibus Laicorum, & locis pijs, vide in *Verbo Hoſpitalis*.

Protectio Regia ſi ſit generalis non eximit loca, & perſonas à Iuriſdictione Epiſcopi, ſeù Ordinarij, *dec.*88.*adnot.*3.*nu.*30.

Exiſtens ſub generali protectione Sedis Apoſtolicæ non eximitur à poteſtate Ordinarij, *ibid.num.*31.

Epiſcopus an diſpenſare poſſit cum illegitimis ad ordines, & beneficia, *decis.* 89. *adnot.* 1. *num.* 18.

Epiſcopus in foro interiori an poſſit diſpenſare in irregularitate occulta ob delictum hæreſis, *dec.*89.*adnot.*3.*n.*27.& 28.

Epiſcopus pro violata iuriſdictione, & immunitate Eccleſiaſtica poteſt ad excommunicationem procedere ſine monitione, *decis.* 96. *num.*20.

Diſpenſare poteſt in homicidio occulto cauſa defenſionis commiſſo, quod non videtur includi ſub diſpoſitione Concilij Tridentini, *dec.*146.*num.*18.

Non poteſt viſitare Hoſpitalia, & loca pia, ſi fundatur expreſsè Epiſcopum excluſerit, *dec.* 12.*adnot.*5.*n.*46.

Amplia vt neque poſſit hoc caſu viſitare tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatus vigore Concilij Tridentini, *ibidem num.* 47. contrarium. *num.*48.

Declara, quod ſi fundator erexerit tantum induſtriam perſonæ miniſtri, vt non ſit per hoc excluſus Epiſcopus quo ad facultatem viſitandi, *decis.*12.*adnot* 5.*num.*49.

Secus autem ſi Epiſcopus in ipſa fundatione conſenſerit. *ibid.num.*50.

Priuilegia eximentia Confraternitates, & Hoſpitalia ante Concil. Tridentinum conceſſa, licet poſt eius celebrationem ſuffragentur reſpectu ordinariæ iuriſdictionis, ſecus reſpectu delegatæ vigore Concilij, *decis.* 12. *adnot.* 5. *num.*51.

Declara procedere ſi exemptio à Iuriſdictione Ordinarij ex mero priuilegio; ſecus ſi proueniat per ſpeciem contractus, *ibid. n.* 52.

Epiſcopus eſt executor piarum diſpoſitionum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, nõ obſtante quacumque exemptione, *dec.*12. *adnot.*6. *nu.*8.

Amplia etiam ſi teſtator diſpoſuerit, quod Epiſcopus non ſe ingerat. *ibid. num.* 9.

Epiſcopus poteſt cogere etiam Regulares ad reddendam rationem circa executionem piarum diſpoſitionum, *dec.*12.*adnot.*6.*n.*13.

Epiſcopus elapſo anno eſt executor legatorum etiam ad prophanos vſus contra laicos, & tertios poſſeſſores, *decis.* 12. *adnot.* 6. *num.* 15. & *num.* 20.

Declara quod huiuſmodi officium ſit iuriſdictionis mixti fori, *ibid.n.*16.

Amplia procedere etiam ſi Iudex laicus non eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia, *ibid.num.*17.

Epiſcopus in concernentibus pietatem habet iuriſdictionem in laicos, etiam quoad prophana, *dec.*12.*adnot.*6.*num.*19.

Epiſcopus quoad cognitionem cauſæ damni dati ab Eccleſiaſticis, & eorum animalibus, & paſtoribus, vide in verbo *Damnum datum*.

Si iniuſtè deueniat ad Clerici capturam, vel detineat incurrit excommunicationem, *dec.* 14. *adnot.*4.*num* 31

Epiſcopus Eccleſiam vetuſtate collapſam transferre poteſt ad Matricem, vel viciniores Eccleſias, ſi refici nequeat, *decis.* 15. *adnot.* 1. *num.* 41.

Ità etiam transferre poteſt beneficia ſimplicia, etiam de iurepatronatus. *ibid. n.*42.

Epiſcopus non poteſt prophanare cæmeterium, *dec.*15.*adnot.*1.*num.*43.

Epiſcopus poteſt in cauſis ſpectantibus ad ſuum forum laicos carcerare, pignorare, & multare, *dec.*17.*num.*16.

In exilium mittere, *num.* 18. & 19. infringere pœnam carceris, *num.* 20. pœnas pecuniarias laicis imponere *num.* 21. & reos fuſtigare, & tortura, ſubici *num.* 22. ad triremes tranſmittere. *num.* 23.

Poteſt torquere teſtes ratione mendacij, *ibid. num.* 24.

Epiſcopus poteſt indicere pænam pecuniariam, *dec.*17.*num.*16.

ERROR.

Error iuris quando non excuſat poſſidentem à reſtitutione fructuum, *decis.* 54. *adnot.* 3. *num.*5.

Quando præſcriptionem prohibeat, *ibidem numer.* 7.

Dicitur conſiſtere in iure quando aliquid dependet à viſione ſcripturarum, *decis.* 54. *adnot.*3.*num.*11.

Error iuris valde dubij æquiparatur dubio facti, *ibid num.*12.

Et reſultat in iis, quæ conſiſtunt in opinione Doctorum, *ibid. num.*13.

EXCEPTIO.

Exceptio requirens altiorem indaginem admittitur in ſummarijs, ſi in continenti probari poſſit, *decis.*11. *adnot.*1.*n.*18.

In continenti probata impedit executionem ſententiæ. *ibid.n.*19.

Exceptio nouæ conuentionis admittitur ad retar-

tardandam obligationem Cameralem. Si ſit contraria primæ, *deciſ.* 18. *adnot.* 3. *num.* 3. & 31.
Exceptiones, quæ militant contra teſtes, obici poſſunt contra Matronas, & peritos, *deciſ.* 51. *adnot.* 1. *num.* 4.
Exceptio ſimulationis non retardat executionem obligationis Cameralis, *deciſ.* 35. *n.* 1.
Limit. procedere in dubio, ſecus ſi ſit liquida damnoſa, & pernicioſa, *ibi. num.* 2.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, ſeu pretij cenſus poteſt à tertio poſſeſſore bonorum cenſitorum allegari, *deciſ.* 53. *adnot.* 7. *numer.* 32.
Limit. procedere ſi ſit patens, ſecus ſi reſpiciat altiorem indaginem, *ibid. num.* 33.
Exceptio iuris tertii regulariter non eſt admittenda, *deciſ.* 53. *adnot.* 7. *n.* 54.
Limit. quando ius tertij eſt ipſo iure excluſiuum iuris agentis, *ibid. num.* 35.
Sublimit. ſi ille cuius fauorem illud ius reſpicit declarauerit ſe velle vti, *deciſ.* 53. *adnot.* 7. *num.* 36.
Poſſeſſor ad tuendam ſuam poſſeſſionem poteſt dare de iure tertii, *ibid. num.* 37.
Exceptio iuris tertij ad impediendam executionem, non admittitur, *deciſione* 53. *Adnot.* 7. *num.* 38.
Exceptio iuris tertij ſi opponenti prodeſt opponi poteſt, ſed hæc regula reprobatur, *ibid. num.* 39.
Firmat regulam in caſibus non exceptis, *deciſ.* 103. *num.* 16.
Et non facit comprehendere caſus, qui de ſui natura non comprehenduntur, *num.* 17. *deciſ.* 145. *nu.* 11.

EXECVTIO.

Executio fieri non poteſt ſuper boues, res, & homines deſtinati ad agriculturam, *dec.* 13. *adnot.* 4. *nu.* 10.
Neque pignorari poſſunt arma, res militares, & equi militum, *ibid. n.* 11.

EXCOMMVNICATIO.

Ordinarius, & de illius facultate quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere à cenſura propter rei extractionem è loco immuni, *deciſ.* 87. *adnot.* 2. *n.* 1. Contrar. & veriùs, *n.* 10. & 11.
Si delictum ſit occultum Epiſcopus poteſt dare hanc abſolutionem, *deciſ.* 87. *adnot.* 2. *n.* 2. & 12.
Statuentes contra libertatem Eccleſiaſticam incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, *deciſ.* 87. *adnot.* 2. *n.* 3.
Quæ differentia ſit inter immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam, *deciſ.* 87. *adnot.* 2. *n.* 4.
Renouatio cenſurarum non comprehendit earum reſeruationem, ſi non fuerit expreſſa, *deciſ.* 87. *adnot.* 2 *n.* 5.
Confeſſarijs interdictum eſt abſoluere pœnitens in caſibus Sanctæ Sedi, & Ordinarijs reſeruatis, *deciſ.* 87 *adnot.* 2. *n.* 6.
Ordinarius poteſt abſoluere in caſibus dubijs in Bulla Cœnæ, *deciſ* 87. *adnot.* 2. *n.* 7.
Poteſt abſoluere ab excommunicatione ob leuem Clerici percuſſionem, *deciſ.* 87. *adnot.* 2. *num.* 8.
Excommunicatio incurſa ob ingreſſum fœminarum in Monaſteria Religioſorum abſolui non poteſt niſi à Summo Pontifice, *deciſ.* 87. *adnot.* 2. *n.* 13.
Limit. procedere ſi excommunicatio ſit publica, ſecùs ſi ſit occulta, *ibid. n.* 14.
Declaratoria cenſurarum præſumitur de Iure valida, *deciſ.* 96. *n.* 1.
Præcipuè ſi lata fuerit pro defenſione immunitatis Eccleſiaſticæ, vel iuriſdictionis, *ibid. num.* 2.
Ad cenſurarum iuſtificationem ſufficit probatio actuum in præiudicium immunitatis Eccleſiaſticæ geſtorum, *deciſ.* 96. *n.* 4.
Declaratio cenſurarum ex aliquo capite nulla, ſi denuo fieri deberet non eſt reuocanda, *deciſ.* 96. *num.* 18.
Excommunicatus à Iure pro delicto, poteſt iterum ab homine pro eodem delicto excommunicari abſque monitione, *deciſ.* 96. *n.* 21.
Excommunicatio tenet, licet omiſſa fuerit monitio, *deciſ.* 96. *n.* 22.
Monitio, ſeú citatio non requiritur in excommunicatione lata à canone, ſeù lege, ſed in excommunicatione ab homine ferenda, *deciſ.* 96. *n.* 14.
Nec etiam requiritur vbi delictum eſt notorium, *deciſ.* 96. *n.* 15.
Nec etiam requiritur ſi cenſuræ feruntur pro defenſione violatæ iuriſdictionis ad reſiſtendum executioni de facto ſecutæ, *ibid. n.* 16.
Nec requiritur vbi Ordinarius procedit vti pars, vim vi repellendo ad defendendam ſuam iuriſdictionem, *deciſ.* 96. *n.* 17.
Excommunicatio eſt pęna grauiſſima, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *n.* 1.
Cenſuræ non niſi ex grauiſſima cauſa ſunt ferendæ, *ibid. n.* 2.
Nemo eſt excommunicandus niſi pręmiſſis debitis monitionibus Canonicis, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *num.* 3.
Et monitiones debent eſſe tres cum congruo dierum interuallo, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *num.* 4. & 5.
Formula citationis ad declarandum aliquem excommunicatum, *ibid. n.* 6.
Canonica monitio debet continere temporum interualla arbitrio Iudicis, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *num.* 7.
Eſt facienda perſonaliter, & non domi dimiſſa copia, ſecus ſi dolo latitaret reus citandus, *ibid. n.* 8.
Sufficit quod ſemel quis perſonaliter fuerit citatus, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *n.* 9.
Quandò non datur, tutus acceſſus ſufficit citatio per affixionem, *ibid. n.* 10.
Sicut etiam quando profertur excommunicatio contra perſonas, quarum nomina ignorantur, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *n.* 11.
Iudex Eccleſiaſticus ſi proferat ſententiam excommunicationis abſque citatione, quam pęnam incurrat, *ibid. n.* 12.
Ad declaratoriam excommunicationis à iure latæ non eſt deueniendum, niſi conſtito de facto, ac præuia citatione, *deciſ.* 96. *adnot.* 1. *num.* 13.
Limit. vbi exceſſus ſit notorius, *ibid. num.* 14.

Sublim. ſi cenſura feratur in contumaciam, ſecùs ſi ipſo facto contracta ſit, & crimen ſit ità notoriũ, vt nulla competat excuſatio, *n.16.*
Et hoc caſu neque requiritur citatio, *n.17.*
Excommunicari quis poteſt abſque citatione vbi periculum eſt in mora, *decif. 96. adnot. 1. num. 23.*
Vel quando dubitatur de fuga, *n.24.* vel quando delictum eſt commiſſum in præſentia Iudicis, *num.25.*
Ob crimen merè præteritum, & emendatum non eſt deueniendum ad declarationem excommunicationis, *decif.96. adnot. 1.n.26.*
Limit. procedere in excommunicatione ferenda, ſecùs à iure lata, *ibid. num.28.* Ampl. vt *num.29.* Contrar. *n.30.* Declara, vt *n.31.*
Ordinarius, & inquiſitores non poſſunt excommunicare Officiales, ſeù Vrbium Gubernatores inconſulto Summo Pontifice, *decif. 96. adnot. 1. n.32.*
Limit. procedere in Officialibus Papæ per breue Apoſtolicum conſtitutis, ſecus per ſimplices literas, *ibid.n.33.*
Sententia excommunicationis prohibetur oretenus fieri, & ferens in ſcriptis, quam pęnam incurrit, nec ſuffragatur ignorantia, *decif.96. adnot.1. n.34. & 35.*
Limit. procedere vbi viget ſtylus in contrarium, & in tribus alijs caſibus, *ibid.n.36.*
Limit. ſi ſententia excommunicationis ex ignorantia *textus in cap. cum medicinalis de ſententia excommunicationis in 6.* oretenus lata fuerit abſque dolo, *ibid.num.37.*
Limit. 6. quando copia Notarij haberi non poſſit, *ibid.n.38.*
Limit. 7. quando cenſura fertur per viam ſtatuti, ſeù ordinationis generalis, *decif.96. adnot.1.n.39.*
Limit. 8. procedere vbi Index iudicialiter procedat, ſecus verò quandò excommunicatio fertur à Prælato, non tanquam Iudice, ſed tanquam parte pro tuitione ſui Iuris, contra turbantem, *decif.96. adnot.1.n.40.*
Limit. 9. vt diſpoſitio dicti textus non comprehendat Epiſcopos, *ibid.n.41.*
Limit. 10. vt neque procedat in Pręlatis Regularibus, *decif 96.adnot.1.n.42.*
Limit. 11. procedere in excommunicatione ferendæ ſententiæ, ſecus in eius denunciatione, *ibid.n.43.*
Limit. 12. non comprehendere facientes ſimplicem prohibitionem, *decif.96.adnot.1.n.44.*
Limit. 13. vt non procedat in nominatione aliquid faciendi, ſub pęna excommunicationis, *ibid. num.45.*
Ratio affertur cur excommunicatio ſit facienda in ſcriptis, *decif.96. adnot.1.n.46.*
A ſententia excommunicationis iam latæ non datur appellatio ſuſpenſiua, *decif.96.adnot.2.n.1.*
Ita etiam in ſuſpenſione, & interdicto. *ibid.n.2.*
Sed à declaratoria appellantem incidiſſe in excommunicationem à iure latam datur appellatio ſuſpenſiua, *decif.96.adnot.2.n.3.*
Excommunicatio lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla, *ibid.n.4.*
Pendente appellatione non ſunt affigendi cedulones, *ibid.n.5.* dummodo appellatio ſit legitima, ſecus in friuola, *num.6.*
Limit. 2. in excommunicatione lata à iure, ſeu ſtatuto, *num.9.*
Limit. 3. vt de conſuetudine à declaratoria non detur appellatio, præcipuè vbi agitur de violatione immunitatis Eccleſiæ, *n.10.*
Limit. 4. in facto notorio, *n.11.*
Limit. 5. ſi reus ſit contumax, *n.12.*
Abſolutio ab excommunicatione non datur niſi ſatisfacta parte, *decif.96. adnot.2. n.20.*
In contumaciam excommunicatus abſolui poteſt præſtita cautione de ſatisfaciendo, *ibidem n.21.* Et ita etiam in offenſione dubia. *n.2 .*
Et ſi non poteſt ſufficientem cautionem præſtare, ſufficit iuratoria, *n.23.*
Excommunicatus ad tempus, puta donec ſatisfecerit elapſo tempore indiget abſolutione, *decif.96.adnot.2.n.24.*
Prout etiam de ſuſpenſo, & interdicto, *ibid. n.25.* Contrar. *n.26.*
Epiſcopus abſoluendo ab excommunicatione poteſt imponere pęnam pecuniariam, *decif.96. adnot.2.n.27.*
Abſolutio cenſurarum etiam abſenti dari poteſt, *decif.113.n.3.*
Cenſurarum fulminatio eſt remedium extraordinarium, *decif.136.n.11.*
Excommunicatio niſi in grauiſſimis eſt ferenda, *decif.143.n.4.*

EXEMPTVS.

Exemptus à ſolutione decimarum, Nemorum ſiluarum &c. intelligitur pro vſu exempti ſecus ſi vendat, *decif.6.adnot.9.n.21.*
Limit. procedere ſi nullum interueniat pactum circa exemptionem, ſecus interueniente, *ibid.n.22.*
Sublim. procedere in priuilegio reali, ſecus in perſonali, *n.23.*

EXIGIBILITAS

Exigibilitas non cenſetur promiſſa, niſi dicatur, *decif.18.n.22.*
Vendens, dans in ſolutum, aut delegans nomen debitoris non tenetur præſtare locupletem, & ſoluendo, ac exigibile, ſed quod ſit verum, & obligatum, *decif.18.n.21.*
Promittens nomen debitoris exigibile, & bonum, intelligitur de bonitate tempore venditionis, & ceſſionis, *decif.18.n.23.*
Limita ſi fuerit etiam promiſſa manutentio, *ibid. n.24.*
Sublimita ſi manutentio non fuerit promiſſa conditione ſemper, vel omni tempore; cum tunc reſtringatur ad tempus contractus, *ibid. n.25. & 26.* cum relatio fiat ad proxima, *n.25.*
Promittens manutenere nomen debitoris ceſſum, bonum, & exigibile, tenetur ad hanc manutentionem de tempore contractus, niſi adiecta fuit clauſula omni tempore, vel dictio ſemper, *decif.18.n.26.*
Cedens nomen debitoris ſi promiſerit bonum, & exigibile liberatur, ſi debitor ceſſus per duas aut tres ſolutiones ſatisfecerit, *decif 18.n 27.*
Cedens nomen debitoris, ſi promiſerit euictionem tenetur de realitate, & non de exigibilitate, *decif.18. n.28.*

EXI-

EXIMIENS E MANIBVS CVRIÆ.

Eripiens è manibus familiæ captum pro quocumque crimine capitali punitur pęna criminis læſæ maieſtatis, *deciſ.75.n.1.* etiam eximens in carcere detentum. *n.2.*

Limit. vt ad incurrendam hanc pęnam requiratur, vt ereptus fuiſſet captus pro eodem criminis læſæ maieſtatis, *ibid.n.3.*

Sed in Statu Eccleſiaſtico vigore bullæ Sixti V. comprehenduntur omnes erepti pro quocumque crimine, *deciſ.75.n.4.*

Et omnes alij impedientes iuſtitiæ miniſtros in libera eorum officij executione, *ibid.n.5.*

Eximens è manibus familiæ debitorem captum pro debito ciuili, quidquid ſit vigore Bullæ Sixti V. hodiè non punitur iuxta illius diſpoſitionem, cuius rigor non ſeruatur in practica, *deciſ.75.n.6.&.7.*

Eximentes executionem ciuilem, vel debitorem carceratum pęna arbitraria multatur, *deciſ.75.n.8.*

Et vlterius tenetur ad ſolutionem debiti perindè ac ſi pro debitore erepto fideiuſſiſſet, *ibidem num. 9.*

Limit. procedere ſi debitor fuerit iuris ordine captus etiamſi exemptus non erat debitor, *deciſ.75.n.10.* ſecus ſi captura ſit nulla, *n.11.*

Clerici eximentes carceratos, & miniſtros iuſtitiæ impedientes de iure communi Iudicis arbitrio puniuntur, *deciſ.75.n.12.*

Sed in Statu Eccleſiaſtico iuxta Bullam Sixti V. & Gregorij XIII. *n.13.*

Inſuper hac de cauſa priuantur beneficijs, & dignitatibus, *ibid.n.14.*

Non tamen per Iudices laicos puniri poſſunt, *ibid. n.15.*

Et *Textus in lege addictos C. de Epiſcop. audien.* abrogatus fuit à Iure Canonico, *deciſ.75. num.16. & 17.*

Eximens ſe ipſum à manibus familiæ punitur, ſi non adſit violentia, prout ſi è carceribus aufugiſſet cum violentia, & birruariorum offenſione pęna arbitraria, quæ extendi poteſt vſque ad mortem, *deciſ.75.n.20.*

Vigore Bullarum Sixti V. & Gregorij XIII. eximens ſe ipſum è manibus familiæ videtur puniri debere, vt in eiſdem diſponitur, ſed non ſeruantur, niſi concurrat acclamatio, & incitatio populi ad arma, vel ſi franchigias appellaret, ſeu nomen magnatis in auxilium inuocaret, *deciſ.75.n.21.*

Referuntur aliæ pęnæ contra eximentes, & ſe ipſum eximentem, *ibid n.22.*

EXTRAHENS, ET EXTRACTVS AB ECCLESIA.

Vide *Immunitas Eccleſiaſtica.*

Extractio bonorum, & rerum illatarum per confugientes ad Eccleſiam fieri nequit abſque licentia Sacræ Congregationis Immunitatis, *deciſ.39.nu.50. deciſ.95. adnot.1.nu.15. & 18.* vbi etiam ſi ſint furto ablata, & alijs obligata.

Et Epiſcopus hanc licentiam concedere non poteſt, *n.51.*

Reprobatur *Thom. del Bene* vbi docet quod Epiſcopo recuſante dare hanc licentiam poſſit Iudex ſæcularis extrahere res alienas allatas in Eccleſia, *deciſ.39.n.52.* Ampl. *vt in n.53. deciſ. 95. adnot.1.n.16.*

Extractus ab Eccleſia malis, artibus, blandis verbis, vel ſub doloſa ſecuritate eſt Eccleſiæ reſtituendus, ſi deindè carceretur, *deciſ.56.n.1.*

Ampl. ſiuè ad exeundum inductus fuerit à publica, ſiuè à priuata perſona, *ibid. n. 2.* Contrar. *n.14.*

Teſtes deponentes ſuper extractione confugientis ad Eccleſiam probant etiam non citata parte, & Fiſco ſæculari, *deciſ.56. n.4.*

Eccleſiæ pro extractis ab ea competit actio ſpolij, & interdictum de libero homine exhibendo, *deciſ.56.num.5. deciſ.85.nu.2. deciſ.87.nu.26. & 27.*

Quod tanquam perſonale, & in rem ſcriptum datur contra quoſcumque detentores, licet extractionis non participes, *deciſ. 56. num. 6. deciſ.85.n.3.*

Extractionis ignorantia non excuſat Iudices ad denegandam reſtitutionem extracti, *ibid.n.7.*

Extractus ab Eccleſia eſt reſtituendus etiam ſi retinens non ſit particeps fraudis, *deciſ.56.n.10.*

Extractio violenta per Sacros Canones damnatur, non autem per artes malas, & blanda, & doloſa verba. *ibid.n.16.17. & 19.*

Contrar. *n.25. & ſeq.*

Extractio confugientis ad Eccleſiam prohibetur per leges Cæſareas, ſacros Canones, & Pontificias Conſtitutiones, quibus priuatorum conſenſu derogari non poteſt, *deciſ.56.n.36.*

Facta non ſeruata forma Gregorianæ Conſtitutionis eſt nulla, & inualida, *ibid.n.37.*

Extractus de facto ab Eccleſia de facto eſt reſtituendus, *deciſ.85.n.1. deciſ.87.n.13. deciſ.95. adnot.1. n.1.*

Cenſuræ contra extrahentes, & Eccleſiam non reintegrantes poſt requiſitionem redduntur iuſtæ, *deciſ.85.n.4.*

Nec abſolui debent niſi prius reintegrata Eccleſia de perſona extracta refectis damnis, *deciſ.85.n.5. deciſ.87.n.28.*

Reintegratio eſt facienda per repoſitionem extracti in eodem loco immuni, *deciſ.85.n.6.*

Neque ſufficit ſimplex excarceratio, *deciſ. 85. num. 7.*

Et dicta reſtitutio eſt facienda per actum publicum, *deciſ.85. adnot.1.n.1.*

Et non ſufficit ſi reſtitutio fiat alteri Eccleſiæ ſinè diſpenſatione Pontificis, & conſenſu extracti, *deciſ.85. adnot.1.n.2.* Contrar. *n.3.*

Limit. ſi extractus æque tutus alteri Eccleſiæ reſtituatur, & nullum damnum patiatur, *deciſ.85. adnot. 1.n.4.*

Limit. 2. vt reſtitutio ſit facienda ad eandem Eccleſiam, ſi extractus petat, ſed ſi non petat, ſufficit fieri Epiſcopo, eiuſque Vicario, *deciſ.85. adnot. 1.n.5.*

Et de hac materia referuntur opiniones, *nu. 7. 11. & 12.* Sed ſi fiat Epiſcopo debet eſſe libera, *n.11.*

Extractus ab Eccleſia eſt reſtituendus, etiam ſi renunciauerit priuilegio immunitatis, *deciſ.85. adnot.1.n.14.*

Cui priuilegio etiam poſt extractionem renunciare non poteſt, *num. 15.* nec antea-

dum exiſtebat in Eccleſia, *num.* 17.
Epiſcopus non poteſt remittere iniuriam extractionis confugientis Eccleſiæ factam, *decis.* 85. *adnot.* 1. *n.* 13.
Extractus ab Eccleſia in caſu excepto non ſeruata forma Conſtitutionis Gregorianæ, eſt reſtituendus Eccleſiæ, *decis.* 85. *adnot.* 1. *n.* 21.
Extractus per metum eſt reſtituendus Eccleſiæ, *decis.* 95. *adnot.* 1. *n.* 4. & 5.
Epiſcopus non poteſt extrahere confugientes ad Eccleſiam cauſa examinandi in cauſa criminali, *decis.* 95. *adnot.* 1. *n.* 6.
Extractus per Iudicem laicum in caſu renitentiæ Iudicis Eccleſiaſtici eſt reponendus in carceribus Eccleſiaſticis ad effectum expectandi ſententiam declaratoriam, *ibid. n.* 19.
Extractio cadauerum earũq; exhumatio ad effectum recognoſcendi fieri non poteſt ſine Epiſcopi licentia, & quando ſit obtinenda a Pontifice, *decis.* 95. *adnot.* 1. *n.* 20.
Regulares non poſſunt concedere hanc licentiam, *ibid. n.* 21.

F

FACVLTATIVA.

Actus non dicitur facultatiuus, quando præcedit titulus, *decis.* 1. *adnot.* 2. *n.* 16.
In facultatiuis non acquiritur poſſeſſio manutenibilis, *decis.* 14. *n.* 20. & 21.
Ampl. non obſtante quocumque lapſu temporis etiam immemorabilis, *ibid. n.* 22.
In facultatiuis non inducitur conſuetudo, *decis.* 15. *n.* 23. Si merè conſtat materiam eſſe facultatiuam, alias ſecus. *n.* 24
Limit. ſi præcedat titulus, *ibid. n.* 25.
Limit. ſi concurrat pluralitas actuum, ex quibus excluditur præſumptio facultatis, *decis.* 15. *num.* 26.
Nam gratia multiplicata non præſumitur, *ibidem n.* 27.
Limit. 4. fauore piæ cauſæ, & cultus diuini, *decis.* 15. *n.* 28.
Ea, quæ à principio ſunt meræ facultatis, fauore piæ cauſæ poſtea fiunt neceſſitatis, *ibidem num.* 29.
In facultatiuis non oritur obligatio, *decis.* 15. *n.* 31. ſecus fauore piæ cauſæ, *n.* 32.

FAVORABILIA.

Fauorabilia ſunt benignè, & latè interpretanda, *decis.* 56. *n.* 24.

FOEMINA.

Fœminæ comprehenduntur appellatione filiorum in conditione poſitorum ad excluſionem ſubſtituti, *dec.* 43. *adnot.* 2. *n.* 97.
In diſpoſitione teſtatoris appellatione filiorum continentur etiam fœminæ, *ibid. n.* 98.
In vltimis voluntatibus maſculinum, comprehendit etiam fœmininum, *ibid. n.* 99.
Conditio ſi ſine filijs an deficiat per ſuperuenientiam filiæ fœminæ, Vide in verbo *Filij in conditione poſiti.*
Neptis, an faciat deficere conditionem ſi ſinè liberis referuntur Doctorum ſententiæ in caſu vbi teſtator excluſit filias ob dotem conſtitutam, *dec.* 43. *adnot.* 2. *n.* 108.
Fœminæ excluſæ per ſubſtitutionem factam pro conſeruatione agnationis deficientibus maſculis admittuntur, *dec.* 43. *adnot.* 3. *n.* 119.
Limita ſi à principio fœminæ ſub verbis [non contineantur, & diſcretiuè teſtator maſculos. & fœminas vocauerit, *ibid. n.* 120.
Fœmina in cauſa matrimoniali admittitur ad teſtificandum, *dec.* 9. *adnot.* 2. *n.* 19.
Fœmina in Emphyteuſi excluſa propter maſculos excluditur etiam à maſculis deſcendentibus ex fœminis, *decis.* 126. *num.* 4. Declara vt in *num.* 5.
Fœmina in Emphyteuſi ſemel excluſa à maſculo, ſemper remanet excluſa, *decis.* 126. *num.* 33. *dec.* 128. *n.* 5.
Iuſpatronatus tranſit etiam ad fœminas, *dec.* 137. *num.* 12. 13. & 14.
Et quid ſtante pacto quod fœminæ non ſuccedant, *num.* 15.

FALSITAS.

Vtens habitu muliebri, & è contra committit crimen falſi, *dec.* 49. *num.* 10.
Mutans ſibi nomen, & cognomen punitur pœna falſi ſecus ſi ſinè dolo, vel alterius præiudicij, *dec.* 49. *n.* 11.
Faciens ſe Comitem, Ducem, Clericum, Sacerdotem, Doctorem, Procuratorem, Notarium, ſi non ſit, committit crimen falſi, *dec.* 49. *à n.* 12. *vſque ad* 16. *decis.* 76. *n.* 26. & 27.
Vbi quomodo puniantur, *decis.* 92. *adnot.* 3. *n.* 19. 20. & 21.
Falſitas vbi nemini eſt nociua non eſt punibilis, & ſaltem extra ordinem, *dec.* 49 *n.* 17.
Veſtium mutatio ad bonum finem, & ex iuſta cauſa non redditur mala, & peccaminoſa, ſecus ad malum finem, *dec.* 49 *n.* 18.
Falſitas abſque dolo commiſſa non eſt punibilis, *decis.* 49. *num.* 19. & ſaltem extra ordinem, *num.* 20.
Falſi crimen vt ſit punibile dolus verus, & non præſumptus requiritur, *decis.* 76. *numer.* 1.
Et quæ alia requirantur, *n.* 2. 3. & 4.
Pœna falſi olim erat deportatio, hodie eſt arbitraria, pecuniaria, corporalis, triremium, & etiam mortis, & confiſcationis, *dec.* 76. *num.* 5. 6. 7. & 8.
Statuta punientia falſarios ſunt ſeruanda, *ibid. num.* 6.
Falſarius tenetur ad damna, & contra eum iurari poteſt in litem pro damno paſſo, *dec.* 76. *num.* 9. & 10.
Et pro contentis in ſcriptura lacerata, *n.* 11.
Et in cauſa falſum committens perdit cauſam, *dec.* 76. *n.* 12. & 13.
Clericus falſarius eſt deponendus, & in Monaſterium detrudendus, *decis.* 76. *numer.* 14.
Et priuari poteſt beneficijs, & ſuſpenſione, & carcere mulctari, *n.* 15.
Et tam Clerici, quam laici condemnari poſſunt ad triremes, *dec.* 76. *n.* 16.
Falſificans literas Papæ, & Imperatoris punitur pœna mortis, ſecus literas Regis, Proregis, & Senatus, *dec.* 76. *n.* 17. 18. & 19.
Clerici vero incurrunt excommunicationem,

bc-

beneficijs priuantur, & Curiæ ſæculari praeuia degradatione traduntur, *ibidem num.* 20.
Contrarium, quod regulariter hæc pęna non ſeruetur, *n.* 21.
Clerici, & Laici qui ſub nomine Pontificis literis falſis vtuntur pęna mortis puniuntur, *dec.* 76. *n.* 22.
Literæ Apoſtolicæ quibus modis falſificari poſſunt, *dec.* 76. *n.* 23.
Clericus ſi falſificat ſigillum Principis, qua pęna puniatur, *dec.* 76. *n.* 24.
Clericus ſubſcribens literas ſub nomine maioris partis capituli, qua pęna puniatur, *ibidem num.* 25.
Qui tanquam Comes Palatinus Baſtardos legitimat, & tanquam Notarius Inſtrumenta celebrat cum non ſit, qua pęna puniatur, *dec.* 76. *num.* 28.
Gerens ſe pro Curia, & Magiſtratu cum non ſit, qua pęna puniatur, *dec.* 76 *n.* 29.
Limitantur ſupradictæ Regulæ quando falſus actus non fiat animo vſurpandi Principis Iuriſdictionem, ſed ad alium finem, *deciſ.* 76. *num.* 30.
Ingrediens propterea ſub nomine Curiæ domum alicuius mulieris animo carnaliter cognoſcendi non incurrit pęnam mortis, ſed triremium, *dec.* 76 *n.* 31. *&* 32.
Limit. 2. vt nec intret pęna mortis, quando quis aſſumit nomen Curiæ non animo aliquem occidendi, *ibid. n.* 33.
Producens falſos, articulos, & Inducens falſos teſtes punitur pœna falſi etiam ſi non vtatur, *dec.* 76. *n.* 34. *&* *n.* 35.
Limit. quod ad incurrendam hanc pęnam requiratur ſcientia, & dolus ſecus ſi ignorantia, *ibid. n.* 36.
Subornantes teſtes ad dicendum falſum pæna falſi puniuntur, *deciſ.* 76. *num.* 37. & quomodo ex Statuto Vrbis *n.* 41.
Corpus delicti in crimine falſi probatur indicijs, & coniecturis, *dec.* 76. *num.* 47.
Limit. procedere quando falſitatis veſtigia non remanent, ſecus ſi factum ſit apparens, & permanens, *n.* 48.
Venditores, qui falſis ponderibus, vel menſuris vtuntur, pęna falſi multantur, prout ſi materiam adulterinam mercibus admiſceant, *dec.* 77. *n.* 34.
Ad committendam falſitatem tria requiruntur, *dec.* 92. *adnot.* 3. *n.* 10.
Vſurpans vna cum titulo Iuriſdictionem committit crimen læſæ maieſtatis, *deciſ.* 92. *adnot.* 3. *num.* 22.
Et ſi exerceat actus iuriſdictionales morte damnatur, *n.* 23.
Pęna falſi hodie eſt arbitraria, *deciſ.* 92. *adnot.* 3. *num.* 24.

FAMA.

Fama, & rumor quid ſint, & in quo differant, *dec.* 19. *adnot.* 3. *n.* 12.
Deponens de fama, & neſciat quid ſit fama, an & quando probet, *ibidem n.* 12.
Probatur per teſtes deponentes quod publicè dicatur, & reddant cauſam eorum dicti, *deciſ.* 19. *adnot.* 3. *n.* 13. *&* 15. Contrarium *n.* 16.
Rumor viciniæ nullam facit probationem, *ibidem num.* 50.

FAMVLVS, ET FAMILIA EPISCOPORVM, ET ECCLESIASTICORVM.

Famuli Eccleſiaſticorum, quorum expenſis ſuſtinentur non tenentur ſoluere gabellam Maciniæ, *dec.* 6. *adnot.* 7. *n.* 55.
Familiares laici Epiſcopi gaudent priuilegio fori, *deciſ.* 6. *adnot.* 7. *num.* 2. *deciſ.* 88. *adnot.* 2. *n.* 6. *dec.* 142. *n.* 3.
Prout etiam familia Epiſcopi Titularis, *deciſ.* 88. *adnot.* 2. *n.* 11.
Famuli Clericorum non gaudent priuilegio fori, *deciſ.* 142. *num.* 1. intell. de temporali ſecùs de perpetuis, *num.* 2.
Familiares Prælatorum habentium territorium ſeparatum, & iura Epiſcopalia gaudent fori priuilegio, *dec.* 142. *n.* 4.
Famuli Vicarij Generalis gaudent fori priuilegio, *ibid. n.* 5.

FEVDVM.

In feudalibus Vaſſallus poteſt alium in ſui locum ponere, *dec.* 4. *adnot.* 1. *n.* 26.

FIDEICOMMISSARIVS.

In fideicommiſſarium non tranſeunt iura honorifica, ſed quæ reſpiciunt commodum pecuniarum, *dec.* 9 *adnot.* 1. *n.* 12.
Fideicommiſſarius vltimus de familia poteſt de rebus fideicommiſſarijs liberè diſponere, *deciſ.* 10. *adnot.* 3. *n.* 102.

FIDEICOMMISSVM.

Fideicommiſſum ad certos gradus reſtrictum illis deficientibus expirat, & poſſunt bona ab vltimo vocato alienari, *dec.* 8. *n.* 8.
Expirat per prædeceſſum vocatorum, *ibidem num.* 9.
Fideicommiſſum ex veriſimili mente teſtatoris extenditur de caſu, ad caſum, *dec.* 8. *n.* 14.
Fideicommiſſum fauore piæ cauſæ non eſt odioſum, ſed fauorabile, *ibid. n.* 20.
Reſtituere fideicommiſſum quis non grauatur, ſi prius non habuit, *dec.* 8. *n.* 32.
Fideicommiſſi exiſtentia probatur ex lectura teſtamenti, *dec.* 43. *n.* 1.
Eius purificatio probatur ex obitu inſtituti ſine filijs, *dec.* 43. *n.* 2.
Et obitus ſine filijs præſumitur, ſi non doceatur de contrario, *ibidem num.* 4.
Deficientia vero deſcendentium iuſtificatur, ſi non doceatur illos aliquando natos fuiſſe, *ibidem n.* 5.
Fideicommiſſum quando inducatur, & ex quibus coniecturis deſumatur ſi filijs in conditione ponantur, Vide in verbo *Filij in conditione poſiti*.
Fideicommiſſum vti odioſum non præſumitur, & in dubio pro excluſione interpretandum, *dec.* 43. *adnot.* 3. *n.* 10 *&* *n.* 114. *&* 115.
Limita vt recedatur à *conſilio Oltrad.* 21. ſi ex coniecturis appareat teſtatorem voluiſſe inſtituere perpetuum fideicommiſſum, *ibidem num.* 11.
Fideicommiſſum inducitur ex coniecturata mente teſtatoris, vt recedatur à *conſ. Oltrad.* 21. *dec.* 43. *adnot.* 3. *n.* 12.
De qua debet conſtare, & reſultare ex teſta-

mento, alias ſecus. *dec.43.adnot.3.n.13.*

Et ſi ratio recti ſermonis non patitur, per coniecturas non induritur, ideò debent eſſe neceſſariæ, & concludentes, *ibid. n.15.*

Debent eſſe à lege approbatæ ſaltem ſimilitudinarie, *ibid.n.16.*

Leuiores tamen ſufficiunt inter deſcendentes teſtatoris, *dec.43.adnot.3.n.17.*

Coniectura primo deſumitur ſi teſtator dixerit velle bona ſua eſſe fideicommiſſo ſubiecta, *dec.43.adnot.3.n.18.* Drclara *vt n.19.*

Secunda eſt ſi teſtator vult bona ronſeruari in familia, vel agnatione, vel deſcendentibus, nàm tunc inducitur perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum, *decis.43. adnot.3.n.20. & 21.*

Et reciprocum, vt ſi teſtator vocanerit maſculos, agnaios, vel cyppum. *ibid.n.22.* Contrarium, *num. 23.*

Declara, quod ſi teſtator habuit reſpectũ conſeruandi vniuerſam agnationem, & tunc procedit prima ſententia, ſecùs autem, ſi eius voluntas detegatur non habuiſſe huiuſmodi reſpectum, *dec.43.adnot.3.n.24. & n.25.*

Et hoc caſu ſi extentio de perſona ad perſonam, licet ſubſtitutio facta fuerit per verba tunc, & eo caſu, ſecùs ſi coniungantur cum aliis dictionibus taxatiuis, *decis. 43. adnot. 3. n.26 & n.27.*

Vel ſi appareat teſtatorem voluiſſe reſtringere ſuam diſpoſitionem ad certas perſonas, *ibid. num. 28.*

Et ratio agnationis conſeruandæ, nec extenditur ſi ſit facta in certo caſu euenientis conditionis, *dec.43.adnot.3.n.29.*

Prout etiam ſi aliquo modo fęminas vocaſſet, *dec.43.adnot.3.n.30.* Declara, *vt n.31.*

Fideicommiſſum induritur ex prohibitione perpetua alienationis, præcipuè ſi ſir veſtita, vt bona conſeruentur in familia, *decis.43.adnot.3. num. 32. & 35.*

Cuius vigore extenditur vltra perſonas nominatas, *ibid.n.34.* Contrarium, *n.43.* Declara, vt *num.45.*

Et inducitur ex prohibitione alienationis extra familiam, *dec.43.adnot.3.n.33.*

Prohibitio alienationis bonorum facta à teſtatore nuda cauſa, & perſona reſoluitur in nudum conſilium, & non inducit fideicommiſſum, *dec.43.adnot.3.n.36.& n.37.*

Etiam ſi eſſet rralis, & perpetua, *ibidem nu.38. & 39.*

Subſtinetur tamen ſi eſſet adiecta pœna, puta nullitatis actus, ſecùs ſi pecuniaria, *ibid.n.40. & num.41.*

Vocationi, & ſubſtitutioni in caſu alienationis ſit locus ob non ſeruatum præceptum teſtatoris, *dec.43.adnot.3.n.42.*

Fideicommiſſum inducitur ſi teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus, *decis. 43. adnot. 3. num. 43.*

Et hæc coniectura multum operatur in deſcendentibus teſtatoris, *dec.43.adnot.3.n.47.*

Præcipuè concurrentibus aliis coniecturis, *decis.43.adnot.3.n.48. & n.49.*

Fideicommiſſum excluditur vbi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus per ſolam vulgarem, *dec.43.adnot.3.n.50.*

Sed ſi teſtator vocauit plures gradus ſub vnica oratione, & per dictiones relatiuas, non inducitur paſſiuum fideicommiſſum, *ibid. nu.51.* Secus ſi in ſeparata oratione, *n.52.*

Nec eſt locus aliis ſubſtitutionibus ſi teſtator digreſſus ad plures gradns grauauit inſtitutum, & non filios in conditione poſitos, *decis. 43. adnot. 3. num. 53.* Ampl. vt in *num. 54.* Limit. vt in *n.55. & 56.*

Non inducitur ſi teſtator proceſſit ad plures gradns ſubſtitutionum reſpicientium ipſos deſcendentes, *decis. 43. adnot. 3. numer. 57.*

Inducitur repetitiunm de vno in alinm ex prohibitione detractionis legitimæ, vel Trebellianicæ, *ibidem num.58.* Contrarium, *nu.59.* Declara vt in *num.60.*

Inducitur ſi omnibus morientibus ſubſtituantur proximiores de Cippo, nec ſubſtitutio expirat per mortem inſtituti cum filiis, *decis.43. adnot.3.n.61.* Contrarium, *n.62.*

Non inducitur ex dictionibus *omnibus*, perpetuo, ſemper, *ibid. num. 63.* Secus ſi fideicommiſſum eſſet reale, *n.65.*

Fideicommiſſum, ſeù ſubſtitutio, in qua ſint vocati proximiores de cippo an extinguatur ſi deueniat ad aliquem proximiorem, *decis. 43. adnot.3.n.66.*

Inducitur ex verbis habentibus tractum ſucceſſiuum, *ibidem n.67.*

Inducitur ex onere reale reſtituendi donec hæreditas perueniat ad vltimum granatum, *decis.43.adnot.3.n.68.*

In fideicommiſſo reali quando non habeat locum repetitio, *ibidem n.69.*

Inducitur ſi teſtator reſpexerit defectum filiorum ſi quocunque tempore contingat, *dec.43. adnot.3.n.70.*

Inducitur ex diſpoſitione, quod bona ſint communia inter filios, & deſcendentes, *ibidem num. 71.*

Et ex prohibitione diuiſionis inter ipſos de familia, *dec.43.adnot.3.n.72.*

Idem ſi defectu agnatornm vocauerit alios cum onere aſſumendi nomen, & inſignia ſuę domus, *ibidem n.73.*

Perpetuum, & abſolutum inductum cenſetur per vocationem agnationis per nomen collectiuum, *decis. 43. adnot. 3. num. 74.*

Et vorati per collectiuam qui dicantur, *nu.75.* Contrarium, *n.76.*

Inducitur ex vocatione primogeniti, & Primogenitura ſucceſſiua ex quibus coniecturis deducatur referuntur, *decis.43. adnot.3. à n.77. vſque ad 95.*

Primogenitura vnam lineam ingreſſa in eadem durare debet, *ibidem num.96.*

Fideicommiſſi coniectura deſumitur ſi teſtator bona illuſtria noluit ad extraneos tranſmitti, *decis.41. adnot.3.n.97.*

Inducitur ex reciproca ſubſtitutione facta inter filios, & eorum hæredum, & ſucceſſorum, *ibidem n.98.*

Idem ſi factis pluribus ſubſtitutionibus, vltimo

loco

loco vocatus fuerit locus pius, *dec. 43. adnot. 3. num. 99.*
Prout etiam ſi teſtator dixerit, quod bona tranſeant de vno in alium, *ibidem num.* 100.
Contrarium, *n.* 101. Declara vt in *n.* 102.
Coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum ſi ſingulæ de per ſe non ſufficiant, ſimul iunctæ operantur, *dec. 43. adnot. 3. n.* 104.
Fideicommiſſum perpetuum reſultat ſi teſtator pluries repetit qualitatem maſculinitatis, & legitimitatis, ad hoc vt bona conſeruentur in familia, cum prohibitione alienationis, *ibidem num.* 104.
Item ex pluribus ſubſtitutionibus factis per verbum in infinitum, cum prohibitione alienationis, *dec. 43. adnot. 3. n.* 105.
Item ex quibus verbis habentibus tractum ſucceſſiuum, & inducentibus perpetuitatem inducatur, *ibidem n.* 106. 108. & 110.
Et quando ex verbis collectiuis inducatur fideicommiſſum, *ibidem n.* 109.
Simpliciter fideicommiſſum familiæ relictum, intelligitur relictum ordine ſucceſſiuo, *dec. 43. adnot. 3. nu.* 111.
Et per vulgarem cenſentur ſubſtituti, vt proximioribus admiſſis, alij cẽſentur excluſi, *n.* 112.
Secus ſi adſint verba importantia tractum ſucceſſiuum, & tempus futurum, *n.* 113.
Fideicommiſſum non inducitur ex onere dotandi fœminas, *dec. 43. adnot. 3. n.* 116.
Reſtrictum ad certas perſonas, vel gradum, vel lineam, his deficientibus expirat, *ibidem num.* 117.
Amp. etiam ſi ſupereſſent fœminæ deficientibus maſculis, *ibidem n.* 118.

FIDEIVSSOR.

Exceptio declinatoria fori competens principali non datur fideiuſſori, *decis.* 14. *adnot.* 3. *num.* 14.
Fideiuſſor laicus ſi poſtea efficiatur Clericus cõueniri debet coram Iudice Eccleſiaſtico, *decis.* 14. *adnot.* 3. *n.* 17.
Quando per mutationem ſtatus, ant. mortis principalis liberetur, *dec.* 14. *adnot.* 3. *n* 24.
Fideiuſſor de iudicio ſiſtendo, & iudicatum ſoluendo per mortem ſui principalis liberatur quo ad primam partem, ſecus quo ad ſecundam de iudicatum ſoluendo, *ibidem n.* 25.

FIDES.

Fides extraiudicialis regulariter fidem non facit, ſecus ſi fiat à Magnate, aliaque perſona graui, *dec.* 11. *n.* 7.

FILIVS FAMILIAS, LEGITIMVS ET NATVRALIS.

Filij familias minoris obligatio pro excarcerando patre non tenet ſi remaneat enormiſſimè læſus, & non habeat releuatorem, *decis.* 2. *adnot.* 3. *num.* 34.
Vel etiam ſi ſe obligauerit vltra patrimonium paternum, *ibid. n.* 35.
Filij familias minoris obligatio ſi ſit læſiua præſumitur metu extorta, *dec.* 2. *adnot.* 3. *n.* 36.
Ampl. non obſtantibus renunciationibus, & iuramento, *ibidem num.* 37.
Authentica Sacramenta puberum non habet locum in obligatione filij minoris per metum reuerentialem extorta, *ibid. num.* 38.
Limit. vt non præſumatur metu reuerentiali extorta, niſi probetur, *ibidem num.* 39.
Præcipuè ſtante conſenſu propinquorum, & decretum iudicis, *ibid. num.* 40.
De legitimatione filij Iudex Eccleſiaſticus tantùm cognoſcere poteſt, reprobato *Bart. & Abb. dec.* 17. *adnot.* 1. *num.* 50. & 52.
Filius hæres matris non præſumitur ſubtraxiſſe bona, ſi non confecerit inuentarium, *dec.* 43. *adnot.* 1. *num.* 21.
Filius legitimatus ab inteſtato concurrit ad ſucceſſionem cum legitimis, *decis.* 43. *adnot.* 2. *num.* 43.
Filij familias quo ad contrahendum matrimonium, Vide in verbo *Matrimonium*.
Filius familias in eligendo ſuum ſtatum reputatur ſui iuris, *dec* 45. *n.* 12. & 14.
Alimenta debentur illegitimis, & Clericus etiam de quæſitis ex bonis Eccleſiæ poteſt eiſdem alimenta relinquere, *decis.* 20. *adnot.* 2. *num.* 65.
Filius minor contrahens cum Patre tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti, *dec.* 53. *adnot.* 1. *n.* 17.
Contrar. *num.* 18. diſting. vi *num.* 19.
An cenſeatur legitimus ſi matrimonium ſit inualidum ob occultum impedimentum, *decis.* 59. *adnot.* 1. *n.* 16.
Filius ſuccedit in emphyteuſi pactionata ex perſona propria, licet non ſit hæres Patris, ſecùs in hæreditaria, *dec.* 120. *n.* 19.
Filius ſi non curat excarcerare patrem priuari poteſt eius ſucceſſione, *dec.* 2. *adnot.* 3. *n.* 15.

FILIVS IN CONDITIONE POSITVS.

Filij quando dicantur in conditione poſiti, & effectus poſiti in conditione declaratur, *decis.* 43. *adnot.* 2. *num.* 1.
Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati, controuertitur apud Doctores, *ibidem n.* 2.
Prima ſententia eſt, quod non cenſeantur vocati, *decis.* 43. *adnot.* 2. *n.* 3. Et dicta conditio adijcitur ad extinguendum fideicommiſſum *num.* 4.
Secunda ſententia eſt, quod tacitè cenſeantur vocati, *ibid. n.* 5.
Et ex Statuto Vrbis cenſentur vocati per fideicommiſſum, *decis.* 43. *adnot.* 2. *n.* 6. & 7. & etiam per vulgarem *n.* 8.
Et procedit tam reſpectu deſcendentium, quàm tranſuerſalium, *num.* 10.
Declara conciliando has opiniones, vt ſi inſtitutus ſit extraneus non ex deſcendentibus, & tunc filij in conditione poſiti non cenſentur vocati, *decis.* 43. *adnot.* 2. *n.* 11.
Aut ſunt ex deſcendentibus, & tunc concurrentibus coniecturis cenſentur vocati, aliàs ſecus, *ibid. num.* 12.
Filij in conditione poſiti concurrentibus coniecturis cenſentur vocati, *decis.* 41. *adnot.* 2. *n.* 13.
Leuiores coniecturæ ſufficiunt pro vocatione deſcendentium, validiores pro extraneis, *decis.* 41. *adnot.* 2. *n.* 14.
Amplia vt procedat etiam ſi agatur de diſpoſitione facta per viam contractus, *ibid. n.* 15.
Iudicis verò arbitrio relinquitur quales debent eſſe

eſſe coniecturæ, vt pro ſufficientibus habeantur, *deciſ.42.adnot.2.n.13.*
Coniecturæ, quod filij in conditione poſiti cenſeantur vocati latè referuntur, *deciſ.43.adnot.2.à num.17.ad n.86.*
Quæ coniecturæ in dictis numeris relatæ licet vti ſingulæ de per ſe non ſufficiant, ſimul tamen iunctæ inducunt vocationem, *ibid. n.87.*
Vnde Iudex vbi multæ coniecturæ concurrunt poteſt ferre ſuum iudicium, *ibid.n.88.*
Per regulam, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, *ibid.num.89.*
Conditio ſi ſine filijs intelligitur, quando deſcendentes fideicommiſſo ſint grauati, *deciſ.43. adnot.2. num.90.*
Et nihil differat ab expreſſa, *ibid num.91.*
Amplia vt ſubintelligatur etiamſi eſſet inſtituta cauſa pia, *ibid. n.92.*
Limita quando extraneus eſſet grauatus nam tunc non, ſubintelligitur, *ibid. nu.93.*
Limita 2. vbi frater, vel conſanguineus fideicommiſſo grauetur, *ibid.num.94.*
Limita 3. vt non ſubintelligatur, vbi filius inſtituat parentes, & aſcendentes, ſecus vbi in contrarium adſint coniecturæ, *ibid. n.95.*
Filiorum appellatione poſitorum in conditione ſi ſine filijs, veniunt omnes deſcendentes, *deciſ. 43.adnot.2. n.96.*
Et comprehendit etiam fœminas ad excluſionem ſubſtituti, *ibid. n.97.*
Conditio ſi ſine filijs deficit per ſuperuenientiam filiorum, tam maſculorum, quàm fœminarum, eiuſque deſcendentium, *deciſ. 43. adnot.2. num.100.*
Adeo ut ſi inſtitutus decedat cum liberis fideicommiſſum extinguatur, *ibid.n.4.*
Limita quando teſtator expreſsè poſuit in conditione maſculos, nam tunc non ſubintelligitur de fœminis ſenſiſſe, *ibid.n.101.*
Limita 2. vbi extat Statutum excluſiuum fœminarum, nam tunc fœmina non dicitur tacitè in conditione poſita ad excludendum ſubſtitutum, *deciſ.43.adnot.2.n.102.*
Sublimita, vt procedat ad fauorem fratrum, & maſculorum, ſecus ad fauorem ſubſtituti extranei, *ibid. num.103.*
Et hoc procedit non obſtante Statuto excluſiuo fœminarum, *ibid.n.104.*
Limita 3. vt non procedat vbi teſtator expreſſit velle bona conſeruari in agnatione, *deciſ. 43. adnot.2.n.105.*
Sublimita quando voluntas teſtatoris reſtringatur ad aliquem caſum, quo ceſſante, fœminæ non excluduntur, *ibid. n.106.*
Ratio conſeruandi agnationem conſiderata deſcēdentia hæredis non trahitur ad deſcendentiam ſubſtituti, *ibid. n.107.*
Vnius filij exiſtentia facit deficere conditionem ſi ſine filijs, *deciſ.43. adnot.2.n.109.*
Filij in conditione poſiti vbi ſunt vocati, cenſentur vocati ad portionem patris, & non patrui, *deciſ.43.adnot.2.n.112.*
Limita concurrentibus coniecturis ſuadentibus teſtatorem voluiſſe totam hæreditatem deuenire ad ipſos filios in conditione poſitos, vel voluiſſe vocare ad portionem patrui, *deciſ.43. adnot.2.n.113.*
Filij in conditione poſiti vbi cenſentur vocati, non cenſentur grauati alteri reſtituere, *ibidem num.114.*
Ex vocatione actiua non infertur ad paſſiuam, *ibidem.*
Limita ſi ex coniecturis conſtet teſtatorem voluiſſe ordinare perpetuum fideicommiſſum, *deciſ.43.adnot.2.n.115.*
Filij in conditione poſiti vbi ſunt vocati, non dicuntur eodem fideicommiſſo reciproco, vel ſub eadem vocatione grauati, *ibid. n.117.*
Limit. ſi ex coniecturis contrarium deducatur, *ibid.n.118.*
Filij hæreticorum an ſint irregulares, vide in verbo *Irregularitas.*
Nec priuantur beneficijs obtentis ante crimen parentum, nec exercitio ordinum; ſecus quo ad alia in futurum obtinenda, *deciſ. 89. adnot. 3. num.16.*
Filij Inquiſitorum de hæreſi non ſunt inhabiles ad obtinenda Beneficia, *ibid.n.18.*
Filij Neophytorum, vel deſcendentium à Iudæis, & Paganis non ſunt Irregulares, ſed ſunt inhabiles ad beneficia vſque ad ſeptimum gradum, *deciſ.89.adnot.3.n.21.& 22.*
Filij hæreticorum poſt reuerſionem patris ad fidem non ſunt inhabiles ad Beneficia obtinenda, *deciſ.89.adnot.3, n.23.* etiam ſtante Statuto, quod non admittantur læſæ famæ, *n.24.*

FILIA.

Filia tenetur imputare in legitimam dotem à patre habitam, *deciſ.2.adnot.3.n.6.*
Sine conſenſu patris honeſtè non contrahit nuptias, *deciſ.57. adnot.2.n.17.*

FISCVS.

Fiſcus ſuccedit deficientibus conſanguineis ſi prædecedat inſtitutus, *deciſ.8.adnot.1.n.57.*
Sed tenetur præſtare legata, & fideicommiſſa relicta, *deciſ.8.adnot.1.n.58.* Ampl. vt in *n.59.*

FLVMEN.

Flumina de iure gentium ſunt publici iuris, ex flumine non nauigabili vnuſquiſque aquam ducere poteſt, *deciſ.26.adnot.1.n.17.*
Limit. ſi omnibus ſufficiat, aliàs fit primi occupantis, *ibid.n.18.*
In flumine priuato quilibet in ſuo ędificare poteſt, etiamſi alteri noceret, *deciſ.26.adnot.1.n.22.*
Flumina priuata pertinent ad illos, qui prope ab vtraque parte prædia poſſident, *deciſ.26. adnot. 1. num. 23.*
Quando flumen eſt commune non licet auertere aquam in præiudicium aliorum, *deciſ.26. adnot.1.n.24.*
Alueus fluminis non eſt immutandus, aut reſtringendus in aliorum præiudicium, *deciſ.26. adnot.1.n.25. & n.26.*
Interdictum ne quid in flumine publico, quando competat, *deciſ.26.adnot.2. n.12.& 13.*

FORENSIS.

Forenſis quò ad ſolutionem collectæ, vide in verbo *Collecta.*
Maior 20. annorum, & minor 25. non habilitatur per Statutum, vt habeatur pro maiori,

de-

deciſ. 53.*adnot*.1.*num*.45. Contrarium *n*.46.
Forenſis maior 20. annorum tenetur obſeruare ſolemnitates ſtatutarias ſi contrahat in Vrbe, *ibid.n*.47.
Sed maior 20. annorum exiſtens extra territorium, & diſponens de bonis in territorio Statuentium non debet ſeruare ſolemnitates Statuti, ſecus ſi bona eſſent extra territorium, *deciſ*.53. *adnot*.1.*n*.48.
Forenſis tenetur obſeruare ſolemnitates loci contractus, *deciſ*.53. *adnot*.3. *num*.16.

FORI PRIVILEGIVM, ET EIVS ELECTIO.

Habens fori electionem debet declinando vnum forum eligere alium competentem, *deciſ*.12. *num*. 4.
Et poteſt trahere de loco ad locum non de foro ad forum, vt de laicali ad Eccleſiaſticum, *ibid*. *n*. 5.
Quæ differentia ſit inter ius canonicum, & ciuile quoad priuilegium electionis fori, *deciſ*. 12. *n*. 13.
Ius ciuile quoad priuilegium electionis fori attendit ſtatum, & conditionem miſeratione dignam, *deciſ*.12.*n*.14.
Ius canonicum paupertatem, & oppreſſionem, *ibid.n*.15.
Mulier habens patrem inutilem poteſt trahere laicum ad forum Eccleſiaſticum, ſi ſit, vel pauper, vel ſpoliata, vel oppreſſa, *deciſ*.12. *num*. 16.
Priuilegium electionis fori conceſſum miſerabilibus perſonis nunquam cenſetur ſublatum, *deciſ*.12. *num*.17.
Non poteſt tolli niſi per Signaturam gratiæ, *deciſ*.12.*n*.18.
Neque eidem renunciari poteſt, *deciſ*. 12. *n*. 19.
Mulier habens virum inutilem pro vidua reputatur ad effectum gaudendi priuilegio fori, *deciſ*.12.*n*.27.
Amplia etiam in Innupta habente patrem inutilem, vel captiuum, *ibid.n*.28.
Priuilegium legis vnicæ non habet locum ſi lis conteſtata fuit cum patre, & deinde decedat, *deciſ*.12.*adnot*.1. *num*.6.
Nec habet locum in pupillo in forma Cameræ obligato, *deciſ*.12. *adnot*.1.*n*.7.
Priuilegium l. vnicæ non habet locum, quando in heredibus continuatur inſtantia cum defuncto cæpta, *deciſ*.12. *adnot*.1.*n*.12.
Neque habet locum ſi Iudex ſit priuatiuè quoad alios, *deciſ*.12. *adnot*.1.*n*.13.
Neque habet locum inter æquè priuilegiatos, *ibid.n*.14.
Neque in foro Eccleſiaſtico inter Eccleſiam, & aliam perſonam priuilegiatam, *deciſ*.12. *adnot*. 1. *num*. 15.
Limit. ſi alter ex miſerabilibus ageret proprio iure, alter ex iure ceſſo, *ibid*. *n*.16.
Limit. ſi maior ratio priuilegij militet in vno, quàm in alio, *ibid*. *num*.17.
Sublimit. non procedere quando vnus agit de damno euitando, alter de lucro captando, *deciſ*. 12.*adnot*.1. *num*.18.
Limit. in eo, in quo ceſſat cauſa priuilegij, & ſi non ſit priuilegiatus in illa cauſa, *ibid*. *nu*.19.
Limit. ſi vni ius commune aſſiſtat, alteri non, *ibid*, *num*. 20.
Priuilegium *l. vnicæ* non competit ſi derogatum fuerit dicto priuilegio in conceſſione iuriſdictionis, *deciſ*.12. *adnot*.1. *num*.21.
Hoſpitale an habeat electionem fori, vide in verbo *Hoſpitale*.
Eccleſia, & Eccleſiaſtici an habeant electionem fori, vide in verbo *Eccleſia*.
In materia electionis fori bona Eccleſiarum, & Clericorum æquiparantur, *deciſ*.12. *adnot*.2. *num*, 17. & 18. & 20.
Forum ſortiri, & Statutis ligari paria ſunt, *deciſ*. 12.*adnot*.3.*num*. 4.
Clerici an habeant electionem fori, vide in verbo *Clericus quoad fori electionem*.

FORNICATIO.

Fornicatio ſeparat animam à Deo. *deciſ*.38. *nu*. 1.
Omni iure Diuino, naturali, & Canonico damnatur, ſecùs de iure ciuili. *ibid.nu*.3.4.& *nu*.15.
Clericus fornicator iuxtà antiquos Canones deponebatur, hodiè verò arbitrio Iudicis punitur. *deciſ*.38.*n*.5.& 6.*deciſ*.149.*n*.1.2.& 3.
Quod procedit, ſiuè agatur per viam accuſationis, ſiuè inquiſitionis. *deciſ*.38.*num*.7.
Clericus notorius fornicator non deponitur, ſed ſuſpenditur. *deciſ*.38.*num*.8.*contrar.n*.9.
Data tamen incorrigibilitate poſtquam fuerit monitus deponi poteſt *deciſ*.38. *nu*.10. contrar. *num*.11.
Clericus in minoribus conſtitutus, neque de æquitate deponitur prò ſimplici fornicatione, *deciſ*.38.*num*.12.
Laicus prò ſimplici fornicatione etiam iudicis arbitrio puniri poteſt. *ibid.num*.13.
Declara procedere in foro poli, ſecùs in foro fori, niſi concurrat qualitas concubinatus, & ſimilis. *deciſ*.38.*num*.14.
Fornicatio probatur eo ipſo, quod quis retinet mulierem ſuſpectam. *deciſ*.38.*num*.16.
Et ſimul cohabitando dicitur notorius fornicator. *ibid.num*.17.
Clericus priuari non poteſt beneficijs ex præſumptionibus copulæ carnalis. *deciſ*.38.*n*.25.

FRVCTVS.

Fructus bonorum ſtabilium ad quinque pro cētenario taxantur. *deciſ*.3.*Adnot*.3.*n*.51.
Fructus pendentes dicuntur pars fundi *deciſ*. 4. *Adnot*. 2.*num*.26.
Fructuum quantitas probatur à conſuetis percipi antecedentis anni, *deciſ*.15.*num*.6.
Fructus vnius Eccleſiæ ſuperflui non poſſunt aſſignari fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis ſine licentià Papæ. *deciſ*. 15. *num*.11. Declara vt *num*.13. contrarium *num*.14.
Fructus bonorum Eccleſiæ, & redditus alienari poſſunt ſine ſolemnitatibus. *deciſ*.15.*n*.15.
Fructuum pendentium emptio valida eſt, etiam ſi fiat anticipato pretio, dummodo ſit iuſtum. *deciſ*.50.*num*.1.2 & 3.
Emptio fructuum naſcendorum prohibetur edictis nonnullorum Principum. *dec*.50.*nu*.15.
Emptio fructuum naſcendorum anticipata ſolutione an, & quando ſit vſuraria. Vide in verbo *Vſura*.

Fru-

Fructus percepti ex contractu nullo non veniſſent reſtituendi, donec nullitas non fuerit declarata. *deciſ.54.adnot.1.num.1.*

Fructus veniunt reſtituendi à die litis conteſtatę, ſi agatur per viam reſciſſionis contractus, ſed ſi per viam nullitatis à die actus nulliter celebrati. *ibid.num.8.*

Fructus ſunt reſtituendi deductis expenſis, *deciſ.54.adnot.3.num.14.*

Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos ante litem motam, ſecus poſt motam. *ibid n.15.& 16.*

Poſſeſſor verò malæ fidei, & ſpoliator violentus tenentur reſtituere fructus à die commiſſi ſpolij, *deciſ.54.adnot.3.n.17.* limit.vt in *nu.21.*

Sunt reſtituendi ante motam litem, ſi ante eam aderat mala fides, *ibid.num.18.& n.20.*

Obligatio ad reſtituendos fructus oritur ſtatim ſuperueniente mala fide, *deciſ.54. adnot.3.nu.19.*

In ſpolio ſimplici, etiam iudiciali, & interdictis, regulariter fructus veniunt reſtituendi à die motæ litis, *ibid.num.21.* etiam ſi petiti non fuerint, *num.22.*

Ad fructuum acquiſitionem non eſt neceſſarius titulus, nec bona fides poſitiua, ſed quod abſit mala fides, *deciſ.54.adnot.3.n.23.*

Si petantur vti ſors, & capitale omnes debētur, etiam ab initio, *ibid.n.33.*

Fructus in penſionibus, annuis legatis, & redditibus debentur etiam ante motam litem. *deciſ.54.adnot.3.num.34.*

Pactum de ſoluendis fructibus loco intereſse non eſt tolerandum, niſi de certo intereſse cōſtet, *deciſ.3.adnot.3.n.8.*

Limit. procedere ſi vſuræ petantur tanquam lucrum ceſsans, ſecùs ſi propter onera matrimonij, *deciſ.3.adnot.3.n.9.& 10.*

Et huiuſmodi pactum eſt impropriandum, & referendum ad intereſse dotale, *ibid n.11.*

Fructus recompenſatiui debentur ſi emptor retineat rem, & pretiū, tàm de iure ciuili, quàm Canonico, *deciſ.3.adnot.3.n.14.15.& 16.*

Amplia, vt debeantur etiam ſine mora ſequuta traditione, & retentione pretij, *ibid.n.17.*

Ampl. etiam ſi vendatur ex parte ſua nō adimpleuiſset dummodò tradiderit *n.18.*

Ampl. vt diſpoſitio l. curabit, Cod. de action. empt. procedat in omni contractu nominato, & innominato, *ibid.num.19.*

Ampl. vt etiam ſi pretium rei venditæ eſſet incertum debentur fructus recompenſatiui. *ibid.num.20.*

Ampl. vt etiam debeantur, licet venditor ex pretio ſtatim nihil eſsęt lucraturus, *ibid.n.21.*

Ampl. ſi emptor non fecerit reinueſtimentum promiſsum, tenetur ſoluerę illius fructus, *ibid.num.22.*

Ampl. vt debeantur fructus recompenſatiui licet pretium retineatur ab emptore prò ſecuritate euictionis. *ibid.n.23.*

Fructus recompenſatiui ex æquitate *l. curabit.* debentur non obſtante periculo euictionis, & quod res non ſit libera. *deciſ.3.adnot.3.n.26.*

Et debentur vſquè ab initio iure actionis. *deciſ.3.adnot.3.num.27.*

Limit. vt non debeantur ſi emptor nullos percepetit fructus ex re empta, *ibid.n.28.* Sublimit. ſecùs ſi habens facultatem, percipere neglexerit, *ibid.num.29.*

Limit. vt nequè debeantur ſi non fuerit tradita poſseſſio realis rei venditæ, ſed tantùm per clauſulam conſtituti, *ibid n.30.*

Prout etiam ſi fuerit impeditus vſus rei, *ibidem num.35.*

Limit. quod per depoſitionem cedulæ bancariæ emptor liberetur à ſolutione fructuum, *ibid.num.31.*

Limit. in emptore, qui pro rata ſoluta non poteſt conſequi fructus recompēſatiuos, niſi ſoluto integro pretio, *ibid.n.32.*

Limit. vt nec debeantur ex pecunia promiſsa vltra pretium rei, *ibid.n.33.*

Limit. ſi debitum conſiſtat in ſola pecunia, nàm tunc fructus non debentur, niſi concurrant requiſita Paul. de Caſtr. *ibid n.34.*

Limit. quod æquitas *l. curabit* non militat fauore tertij, *ibid.num.36.*

Limit. vt neque procedat ſi habita fuit fides de pretio, *ibid.num.37.*

Limita ſi fuerit data dilatio ad ſoluendum, dummodo dilatio continuat ad certum tempus, *ibid.num.38.*

Sublimit. ſi tempus ſit incertum, *ibid.n.39.*

Fructus recompenſatiui debentur ab emptore, licet promiſerit ſoluere pretium, vel facta menſuratione, vel ſequuta ratificatione *dec.3.adnot.3.n.4.& 41.*

Ampl. etiam datis fideiuſſoribus pro euictione, *ibid.num.42.*

Præcipuè ſi pactum quoad dilationem incertam non ſit adiectum obligationi, ſed executioni, *ibid.num.43.& 44.*

Conuentio de ſoluendo fructus recompenſatiuos data dilatione ad ſoluendum eſt illicita, & vſuraria, *deciſ.3.adnot.3.n.45.* contrarium verior *num.46.& 47.*

Declara, vt hæc ſecunda opinio procedat in re fructifera de ſui natura, ſecùs in pecunia, & in cambijs, *ibid.n.48.*

Obligatio de ſoluendo fructus recompenſatiuos ob motam non eſt à iure improbata. *deciſ.108.num.18.*

Taxatio fructuum recompenſatiuorum fieri debet ad rationem fructuum perceptorum, vel qui percipi poterant, *deciſ.3.n.52.*

Ampl. vt debeantur non vt emptor percepit, ſed vt venditor percepiſset, *ibid.n.53.* contrariū *num.54.* Diſtingue *vt n.55.*

Si verò vēditor vberiores fructus percepit vſuræ recompenſatiuæ ſunt ſoluendæ, prout emptor percipere potuit, *ibid.n.56.*

Limit. ſi emptor ſit in culpa, & non fecerit diligentias, vel induſtriam neceſsariam nō adhibuit. *ibid.num.57.*

Limit. procedere ſi eſset facienda liquidatio fructuum, ſecùs ſi fuerint conuenti in certa quantitate, *ibid.n.58.*

Fructus recompenſatiui in venditione rei ſterilis ob non ſolutum pretium non debentur, *dec.3.adnot.3.n.59.* contrariū *n.60.* Diſtingue, *vt n.61.*

Fructus recompenſatiui eiuſque taxatio, vt licita reddatur in materia *l. curabit, C. de act. empt.* datur cautela, *deciſ.3.adn.3.n.62.*

Fru-

Fructus recompenſatini ſunt ſolnendi ex æquitate *l.curabit*, iuxtà veritatem, & non ſecũdum taxam legalem, *deciſ. 3. adnot. 3.n.67.*

Fructuum taxatio iu materia *l. curabit*, debet cõmenſurari eum fructibus rei venditæ, *deciſ. 3. adnot.3.n.49.& n.63.& 64.*

Ad rationem ſeptem, vel octo prò centenario non eſt exceſſiua, *deciſ.3.adnot.3.n.50.*

Iuxtà renditur ad rationem quinque, *ibid.nu.51.* contrarium *n.56.*

Fructus in annuis legatis debentur à die obitus teſtatoris, *deciſ.54 adnot.3.n.35.* Etiam ſi legatarius ignorauerit, *n.36.*

Ampl. vt procedat etiam in tertiis, *ibid n.37.*

Ampl. in aliis fructibus, qui conſiderantur de per ſe, vt ſunt alimenta, annuæ præſtationes, & ſimiles ſortem conſtituentes. *deciſ.54. adnot. 3.num.38.*

Ampl. in iudicio vniuerſali, vt in petitione hæreditatis, in quo veniunt fructus, etiam ante moram litem, *ibid. n.39.* etiam ſi ſint bona fide conſumpti, *num.40.*

Fructus legitimæ debentur à die mortis, *dec.54. adnot.3.n.21.* etiam ſi fuerint conſumpti ab hærede bona fide, *n.42.* ità etiam in petitione ſupplementi legitimæ *n.43.*

Fructus percepti poſt aditam hæreditatem non computantur in legitimam. *deciſ. 54. adnot. 3. num.44.*

Fructus legitimæ, an & quando debeantur, ſi hæreditas conſiſtat in pecunia, *deciſ. 54. adnot. 3. num.45.*

Et quid ſi quantitas fuerit ſubrogata loco bonorum debitorum prò legitima, *ibid.n.46.*

FRVCTVS BENEFICIORVM.

Vide *Spolium Eccleſiaſticum.*

Fructus non percepti, & pendentes in renunciatione beneficij pura, & libera ſpectant ad ſucceſsorem *deciſ.20.nu.1. & 7.* licet dicti fructus eſsent maturi tempore reſignationis *n. 10.*

Fructus naturales, & induſtriales debentur reſignanti ſi ſint à ſolo ſeparati, vſquè ad diem admiſsæ reſignationis, *deciſ.20.n.4.& 13.*

Ampſia licet bona eſsent locata, & dies ſolutionis nondùm veniſset, *ibid.n.5.*

In afficiu cõſideratur potiùs tempus perceptionis, quàm dies ſolutionis, *deciſ. 20.num.6.*

Fructus pendentes non ſpectant ad hæredes beneficiati defuncti, ſed ad Eccleſiã, vel ad ſucceſſorem. *deciſ.20.nu.8.*

Fructuum diuiſio naturalium, & induſtrialium, quod ſint facienda pro rata temporis inter reſignantem, & reſignatarium reprobatur, *deciſ. 20 n.9.* Declara, *vt in n.15.*

Fructus ciuiles prouenientes ex re non producente naturaliter fructum ſpectant ad ſucceſſorem, dum tempore renunciationis non venerat dies ſolutionis, *deciſ. 20.n.11.*

Fructus maſſæ groſſæ, cum ſuccedat loco præbendæ, de illis, ſicut de præbenda eſt iudicandum, vt debeantur ſucceſſori, & non hæredibus, vel reſignanti, *deciſ.20.n.14.*

Fructuum diuiſio eſt facienda pro rata temporis inter reſignantem, & ſucceſſorem, ſi non agatur de beneficio ſimplici, ſed de ſeruitio requirente, vt de Curato, Canonicatu, & Epiſcopatu, *deciſ.20.num.15.* Contrarium quod non ſeruetur in praxi, *num.16.*

Fructus beneficij conſiſtentes in annua, ſeù diurna præſtatione ſpectant ad hæredes defuncti pro rata ſeruitij præſtiti, *deciſ. 20.num.18.* Secùs ad reſignantem, ſed ad reſignatarium *n.19.*

Beneficiorum fructus in quas ſpecies diuidantur, *deciſ.20.adnot 1.n.1.*

Fructus præbendæ dantur tàm abſentibus, quàm præſentibus, *ibidem.*

Fructus conſiſtentes in diſtributionibus quotidianis dantur præſentibus, & intereſſentibus. *deciſ.20.adnot.1.n.2.*

De maſſa groſſa dantur præſentibus, licet non intereſſentibus, non autem abſentibus, *ibidem n.3.* vbi quid ſint, explicantur.

Prouenientes ex diſtributionibus quotidianis ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes, *dec.20.adnot.1. n.4.* Et tam ex teſtamento *num. 5.& 6.* quam ab inteſtato *num.7.*

Fructus de maſsa groſsa ſpectant ad ſucceſsores, & non ad hæredes, *deciſ.20.adnot.1.n.9.*

Fructus beneficij ſi ſuccedant loco prębendæ de illis ſicut de præbenda iudicatur, *ibid.n.9.*

Fructus præbendales recollecti, & in horreiis reconditis ſpectant ad hæredes beneficiati, *deciſ. 20.adnot.1.n.10.*

Sed ſi ſint inexacti, vel pendentes, aut à ſolo ſeparati tam naturales, quàm induſtriales licet maturi ſpectant ad ſucceſsorem, *ibid.n.11.*

Etiam ſi eſsent in area iacentes, vel à Colono reconditi, ſed non traditi, *num.12.*

Ampl. vt etiam debeantur ſucceſsori penſiones, & affictus per conductorem non ſoluti, non obſtante diligentia etiam iudiciali adhibita per anteceſsorem pro conſecutione, *dec.20. adnot.1.num.13.* Et licet dies ſolutionis venerit, *num.14.*

Et ſucceſsor huiuſmodi fructus ab hæredibus repetere poteſt, *ibidem n.15.*

Beneficiatus ad ſuos hæredes non poteſt tranſmittere niſi fructus perceptos, qui cum aliis ſuis bonis immiſcuit, & in horreo recondidit, ſecus inexactos, *deciſ. 20.adnot. 1.n.16.*

Etiam ſi habeat facultatem teſtandi à Sancta Sede obtentam, quæ non extenditur ad inexactos, *deciſ.20.adnot. 1.n. 17.*

Referuntur caſus relati à Calderino circa pertinentiam fructuum beneficiorum à Rota approbato, *deciſ.20.adnot.1.n.18.*

Fructus pendentes, & inexacti ſpectant ad hæredes beneficiati, vbi viget talis conſuetudo. *dec. 20.adnot. 1.n.19.*

Spectant ad Cameram, vbi deputantur collectores ſpoliorum, & non ad ſucceſſorem. *deciſ.20. adnot.1.num.20.& nu.21.deciſ.134.n.6.* ſi beneficia ſint reſeruata, *ibid.*

Declaratur conſilium 333.*Surdi ibid.*

Spectant verò ad hæredes, ſi ſe, cum Camera componant, vti ceſſionarij. *deciſ.20. adnot. 1.nu. 22.deciſ.134.n.24.*

Fructus quæſiti à Clericis ex induſtria, & labore, & non ex beneficio, aut contemplatione Eccleſiæ percepti ad inſtar diſtributionum pertinent ad hæredes defuncti, *deciſ.20.adnot. 1.n.23.*

Fructus ciuiles, nempè cenſuum, penſionum do-

morum, vectigalium, & locorum montium beneficiorum diuiduntur prò rata temporis inter hæredes beneficiati, & ſucceſſorem, vel Cameram, etiam ſi dies ſolutionis non venerit, *deciſ.20.adnot.1.n.24.*
Differentia inter fructus naturales, & induſtriales, & ciuiles, *deciſ.20.adnot.1.n.25.*
Fructus percepti à beneficiato, & reconditi, etiã ſi extent in domo, vel horreo eiuſdem ſpectãt ad eius hæredes, *deciſ.20.adnot.1.n.26.& nn.32.& 33.*
Secùs ſi extent penès Colonum, *ibid.n.29.*
Limita, vt non ſolum ad hunc effectum requiratur exactio, ſed etiam commixtio, & incorporatio, *deciſ.20.adnot.1.n.27.*
Occidens inimicum facta promiſſione de non offendendo non priuatur immunitate Eccleſiæ, *dec.22.adnot.5. n.10.* Contrarium *num 11.*

Occidens inimicum reconciliatum committit homicidium proditorium, & non gaudet immunitate Eccleſiæ, *deciſ.22.adnot.5.n.12.*

Contrarium *num.* 14.

Limit. ſuperueniente noua cauſa, nam tunc homicidium non dicitur proditorium, *nu.19.*

Proditio eſt deceptio contra fidem in alterius perniciem, *ibidem num.* 13.

Frangens pacem dicitur proditor, *deciſ.22. adnot.5.nu.13.* Contrarium, *num.14.*

Proditorium homicidium dicitur ſi Pater occidat filium, vir vxorem &c. ſi nulla præcedat inimicitia, aut rixa, & non gaudet immunitate Eccleſiæ, *deciſ.22.adnot.5.n.20.*

Ita etiam in matre occidendo filium, *ibidem num.21.*

Mulier malis medicamentis occidens fœtum animatum proditorium committit homicidium, & non gaudet immunitate Eccleſiæ, *deciſ.22. adnot.5. num.22.* Contrarium, *num.23.*

Homicidium veneno ſecutum dicitur proditorium, & Eccleſiæ Immunitate non gaudet, *deciſ.22.adnot.5.n.24. & 25.*

Limit. præcedente inimicitia, *ibidem num 26.*

Non dicitur proditorium vbi interuenit diffidatio, *dec.22.adnot.5.n.29.*

Formalitas proditorij, in quo conſiſtat, *num.33. & 34.*

Crimen proditionis eſt de numero atrociſſimorum, *ibidem num.35.* Punitur pœna mortis, *nu.16.*

Nec à nobilitate temperatur, *num.18.*

Proditoris effigies inuerſo capite ſuſpenditur in contumaciam, *deciſ.22.adnot.5.num 39.*

Limit. in homicidio patrato per inſidias. *ibidem num.40.*

Referuntur caſus, quibus proditoris effigies ſuſpenſa non fuit, *deciſ.22. adnot 5. num.41.*

Homicidium proditorium non gaudet immunitate Eccleſiæ, *deciſ.22.adnot.5.n.42.*

Teſtis falſum deponens, ſi ſit cauſa, vt quis morti tradetur, & Iudex, qui doloſè, & iniuſtè aliquem condemnauit, an committant homicidium proditorium, & gaudeant immunitate Eccleſiæ, *deciſ. 22. adnot.5. n.43. 44. & 45.*

Homicidium proditorium morte non ſecuta gaudet immunitate Eccleſiæ, *deciſ.22 adnot.7. num.4.*

HONOR.

Honoris defenſio dicitur ſemper præſens, *deciſ.21.* Non eſt inultus relinquendus, *n.22.*

Expedit magis mori, quam gloriam ſuam euacuare, *ibidem n.24.*

HOSPITALIS.

Hoſpitale auctoritate Epiſcopi fundatum venit nomine Eccleſiarum, & loci Pij, *deciſ.5. adnot.5. n.1.* ſecus ſi ſint mere prophana, *ibidem.*

Hoſpitali, eiuſque Rectori ius aſſiſtit ſi ex priuilegio competat facultas miniſtrandi Sacramenta, *deciſ.5. adnot.5. n.5.*

Hoſpitali conceduntur duo Sacerdotes ad infirmis miniſtranda Sacramenta, qui pro Parochis reputantur, *ibidem num.6.*

Hoſpitali competit ius ſepeliendi cadauera in eo decedentium, *dec.5.adnot.5.num.8.*

Hoſpitale quoad quartam funeralem, vide in verbo *Quarta funeralis.*

Rectores hoſpitalium non poſſunt aſſociare cadauera ſi alibi ſepeliantur, licet in Hoſpitali deceſſerint, *deciſ. 5. adnot. 5. n. 12.*

Hoſpitalia auctoritate Epiſcopi fundata habent electionem fori, *deciſ.12. adnot. 2.num.7.*

Hoſpitale quando dicatur Eccleſiaſticum, & quando prophanum, *deciſ.12.adnot.5. n.18. 19. & 22.*

Si conferatur in titulum dicitur Eccleſiaſticũ, *ibidem n.20.*

Si per longum tempus poſſideatur à laicis dicitur laicale, *ibidem num.21.*

In dubio præſumitur auctoritate Epiſcopi fundatum, *ibidem num.14.*

In dubio præſumitur quid laicale, & non beneficium, *dec.12. adnot.5. num.23.*

Hoſpitalium adminiſtratores conueniri poſſunt coram Epiſcopo, *ibidem num.24.*

Reliqua quoad hanc materiam, vide in verbo *Epiſcopus.*

Hoſpitale auctoritate Epiſcopi fundatum gaudet priuilegio immunitatis, *deciſ. 88. adnot. 3. num.1.*

Et confugiens ad illud ſi extrahatur eſt reſtituendus, *ibid. num.2.* ſecùs ſi non ſit fundatum Epiſcopi auctoritate, *n.19.*

Et competunt eidem omnia priuilegia Eccleſiæ, *dec.88. adnot.3. num.3.*

Ampl. etiam ſi non habeat campanile, Altare, vel Eccleſiam, & Miſſa ibidem non celebretur, *ibid. num.4. 5. & 6.*

Apotheca Hoſpitalis, an, & quandò gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, *dec.88. adnot.3. n.7. & 8.*

Epiſcopus habet de Iure communi intentionem fundatam in Hoſpitalibus, & Confraternitatibus, & locis Pijs ſuæ Diœceſis, *dec.88. adnot.3. n.20.*

Et Eccleſia dictorum locorum ſubſunt Iuriſdictioni Epiſcopi, *ibidem n.21.*

Poteſt cogere Adminiſtratores hoſpitalium, Confraternitatum, & operum Piorum ad reddendam rationem, *deciſ.88. adnot.3. numero 22.*

Etiamſi ſint ſub immediata Regum poteſtate, quo caſu eximuntur tantum à Viſitatione ex Conc. Trid. *ibidem num.23.*

Epiſcopo quando non competat ius viſitandi, aut rationes exigendi à Miniſtris Hoſpitalium, Confraternitatum, & locorum Piorum, referuntur tres caſus, *ibidem num.24.*

Epiſcopus ad hoc, vt à viſitatione, & redditione rationis præfatorum operum Piorum excludatur, quæ copulatiuè requirantur, *deciſ.88. adnot.3. nu.25. & 27.*

HYPOTHECA.

Hypotheca non inducit effectum translationis dominij, vel poſſeſſionis, *deciſ.* 43. *adnot.* 1. *num.*23.

Limit. vt procedat in creditore extraneo, ſecus in non extraneo, ſed hæc diſtinctio reijcitur à Rota, *ibidem n.*24.

Limit. 2. quandò pignus, vel hypotheca conſtituta fuerit pro tanto pretio, vt non ſit ſpes luitionis, *ibidem n.* 25.

Sublimit. procedere in hypotheca ſpeciali, ſecus in generali, *ibidem n.*26.

Hypotheca ſpecialis eſt maioris præiudicij, quam ſit generalis, *dec.*60. *adnot.*3. *n.*77.

I

IEIVNIVM.

Ieiunium eſt de Iure Eccleſiaſtico, & non diuino, *dec.* 119. *nu.*1. Naturale, & Eccleſiaſticum quid ſit, *num.*2. & 10.

Fractio ieiunij quomodo eſt confitenda, *ibidem num.*3.

Audiens primum mediæ noctis pulſum ſi deglutiat bucellam ante vltimum pulſum, frangit ieiunium, & Euchariſtiam ſumere nequit, *deciſ.*119.*n.*4.

Dubitans an pulſata fuerit media nox, & commedat, non poteſt cras Euchariſtiam ſumere, *ibid. nu.*5. Limit. vt in *n.*6.

Dubitans an pulſata fuerit media nox, & cras ſit dies ieiunij, an poſſit commedere carnes, *deciſ.*119.*n.*7.

Et quid ſi ſint diuerſa horologia, *num.*8.

Ieiunium naturale, an, & quando frangatur, *ibidem num.*12.

Frangens ieiunium die vigiliæ, in quo etiam ex voto ieiunare tenetur, debet in confeſſione aperire hanc circumſtantiam, *dec.*125. *num.*20.

IGNIS.

Ignis accenſus ad comburendum ſtipulas prout eſt ſolitum excludit culpam, & dolum, *deciſ.*55.*n.*22. nec incidit in pænam poſt tempus permiſſum, *num.*23.

Ex ſtatuto Agriculturæ Vrbis conceditur facultas comburendi ſtipulas pro prima die Auguſti, ſed per reformationem Gregorianam Kalendarij fuit translata pro decima die, *deciſ.*55. *num.*24.

Diligentia circa cuſtodiam ignis eſt in ſpecie probanda, *deciſ.*55. *adnot.*2. *n.*9.

Et probatur per domeſticos, & familiares, *ibidem num.*8.

IGNORANTIA.

Ignorantia præſumitur in hæredibus, *deciſ. num.*36.

Præſumitur niſi probetur ſcientia, *deciſ.* 23. *n.*9. *deciſ.*103. *num.*6. *deciſ.*130. *n.*1.

Excuſat à pæna, *deciſ.* 103. *num.* 7. *deciſ.* 130. *num.*2. 3. 4. & 5.

Probatur per iuramentum allegantis, *dec.*130. *num.*6.

Et ex indicijs, qui coniungi non poſſunt cum ſcientia, *ibidem num.*7.

INCENDIVM.

Incendium dicitur caſus fortuitus in eo, qui in ſuo agro ignem accendit ad comburendum ſtipulas, ſi ventorum vi egrediatur, & vicino fundo damnum faciat, *deciſ.* 55.*n.*19. *dec.*143. *num.*7. Declara vt in *n.* 8.

Nec ignem accendens tenetur de tali incendio, *ibid.num.*20.

Nemo de incendio damnari poteſt, niſi dolo committatur, & ex quibus coniecturis probetur, *dec.*55.*num.*21.

Incendij cauſa eſt mixti fori, & vtroque iure punitur, *dec.*55.*adnot.*1.*num.* 1.

Factum in Ciuitate à nobili, vel à vili, ſi fuit magnum quomodo puniatur, *ibid. num.* 3. & quid ſi in Villa, rure, & caſa, *nu.*4.*deciſ* 79. *num.*4.& 5.

Incendiarii doloſi regulariter pæna mortis tenentur, *dec.*55.*adnot.*1.*num.*2. quomodo de iure ciuili, *deciſ.*79.*num.*2.3.& *num.*7. *deciſ.* 143. *num.* 1.

Incendium extra Ciuitatem immiſſum mitius pæna arbitraria punitur, *ibi. num.*5.

Comburens aceruum frumenti iuxta ædes, vel domum vicini pæna mortis punitur, *dec.* 55. *adnot.*1.*num.*7.

Sed ſi in area, pæna triremium ad tempus, *num.*8.*dec.*79.*n.*8.

Comburentes tugurium, vel fenile quibus pœnis multati fuerunt, referuntur. *ibid num.*9.

Comburens paleare ſeiunctum à Domibus non eſt pæna mortis multandus, *deciſ.* 55.*Adnot.*1. *num.* 10.

Incendiarii pæna arbitraria puniuntur, ſi homo non moriatur, vel domus pretioſæ non corruant, *deciſ.* 55. *adnot.* 1. *num.* 11. *deciſ.* 79. *num.* 10.

Capite puniuntur ſi ſit rationabile, *deciſ.*55.*adnot.* 1. *n.* 12.

Et eſt Iudici arbitrarium temperandi pænam mortis, *num.*13.*dec.*79.*num.*11.& 12.

De iure canonico arbitrio Iudicis puniuntur, ſiue ſint Laici, ſiuè Clerici, *deciſ.* 55. *adnot.*1. *num.*14.& 15.*dec.*143.*num.*3.

Inter incendium commiſſum intra, & extra Ciuitatem, quæ differentia ſit, *deciſ.*55.*adnot.*1. *num* 6.

Incendiarii Eccleſiæ, loci pii, & Monaſterii ſunt ipſo iure excommunicati, *ibid. num.* 16. Sed ſi locus non ſit Sacer veniunt excommunicandi *num.* 18.

Et niſi à Papa abſolui poſſunt. *nu.*17.& *dec.*79. *n.*18.23.& 24.

Declara quod dictæ pænæ ſunt fori pænitentialis, ſed in foro contentioſo pæna eſt arbitraria, *dec.*55.*adnot.*1.*num.*19.

Clericus incendiarius quando poſſit excommunicari, & ſuſpendi, *ibid. num.* 20. arbitraria pœna punitur, *dec.*79.*num.*19.& 20.*dec.*143. *num.* 6.

Incendiarius tam Clericus, quam Laicus, tenetur etiam ad reſtitutionem, damni & intereſſe. *deciſ.* 55. *adnot.* 1. *num.* 22. *deciſione* 143. *num.* 2.

Et damno paſſo datur iuramentum in litem. *dec.*55.*adnot.*1.*num.*23.*dec.*79.*nu.* 17.

Et

Et Iudex eadem ſententia poteſt condemnare incendiarium ad pænam, & ad emendationem damni. *ibid.nu.24.*

Incendium commiſſum culpa, & negligentia quibus pœnis multetur, *deciſ.55.adnot.1.nu 25. & 26.*

Commiſſum lata culpa quomodò puniatur. *ibid.nu. 27.& 29.*

Incendiario lata culpa æquiparatur dolo, *deciſ. 55.adnot.1.num. 30.*

Declara procedere ſi proueniat ex malitia, ſecus ſi ex negligentia. *ibid.num.31.*

Incendium commiſſum leui culpa punitur pæna pecuniaria. *dec.55.adnot.1. num.32.deciſ.79. num. 25.*

Si oriatur ex culpa leuiſſima criminaliter puniri non debet. *ibid.num.34. dec.79.nu.25.*

Neque ciuiliter tenetur ad damna, *deciſ. 55. adnot.1. nu.35.* Contrar. *num. 36.* Declara vt *in num. 37.*

Cuſtos rei ex mercede conuenta tenetur de incendio etiam ex leuiſſima culpa. *ibid.n.41.*

Secus ſi ſine mercede, & gratis cuſtodiam receperit, niſi diligentiſſimam promiſerit, *ibid. num. 42.*

Incendium ſi fuerit ortum ex caſu fortuito nullus tenetur ad pænam, *dec.55.adnot.1. nu.43.*

Neque ad damnum reficiendum. *nu. 44.*

Caſus fortuitus, neque ciuiliter obligat in incendio, *dec.55.adnot.1. num.45.* declara procedere ſi nulla culpa præceſſerit. *num. 46.*

Indubio præſumitur ortum potiùs caſu fortuito, quam cùlpa, *dec.55. adnot 1.nn.50.*

Numeratur inter caſus fortuitos, *ibid nu.51.*

Declara procedere quando nulla hominis præcedit culpa, alias ſecus. *deciſ. 55. adnot. 1. num.52.*

Declara 2. vt caſus fortuitus probari debeat, alias in dubio non præſumitur incendium caſu fortuito ortum. *ibi num.53.*

Incendium, quando reputetur caſus fortuitus recenſentur caſus. *ibi nu. 54.*

Damnum ex incendio allatum non eſt reficiendum, niſi probetur culpa certi, & determinati hominis, *dec.55.adnot.3.num.1.*

In dubio præſumitur cauſatum culpa inhabitantium. *ibid.num.2.& 4.*

Declar. dictam præſumptionem non ſufficere ad condemnandum, niſi probetur culpa certæ, & determinatæ perſonæ, *deciſ.55. adnot. 2. num.3.*

Contrarium, quod ſi non appareat à qua perſona determinata incendium proceſſerit, adſcribendum ſit Patrifamilias. *num. 5.* Declara vt in *num. 7.*

Si neſciatur an ortum habuerit ad habitantibus in parte ſuperiori, vel in parte inferiori domus, nemo condemnari poteſt ob incertitudinem *dec.55.adnot.2.num.6.*

Incendii culpa non præſumitur in habitatore, ſi probetur, quod ſit diligens, & quod in Domo facit diligentiam, quam Paterfamilias, & quiſque facere debet. *ibid.num. 7.*

Conductores Domus combuſtæ ex ſola leuiſſimæ culpæ præſumptione non tenentur ad refectionem damni, *dec. 55. adnot. 2. num. 10.*

Contrarium *num. 11.* Limit. primam ſententiam, vt *in num. 12.*

Incendium cenſetur ortum culpa inhabitantium, ſi contra voluntatem Domini in Domo retinuerit fœnum. *ibid.nu.13.*

Secus nulla præcedente conuentione de non retinendo fœnum. *ibid.* Sublimit, ſi remiſerunt fænum humidum, *nu. 14.*

Incendium cauſatum in domo ab extraneis, & aduenis de eo non tenetur receptator, ſed hoſpes, & forenſes, *dec.55. adnot.2.num.15.*

Sed ſi non apparet eius culpa familiarium, vel forenſium incendium ortum ſit. Exercitor hoſpitij non tenetur de tali incendio, eiuſque damno, *ibid.num.16.*

Dominus regulariter non tenetur pro incendio orto culpa ſuarum familiarum, vel laboratorum, & operariorum, *dec.55.adnot. 2.n.17. & 18.*

Limit. 1. ſi præceſſit aliqua Domini culpa, *ibid. num. 19.*

Limit. 2. ſi incendium ortum habuit ob negligentiam famuli in officio deputati, ſecus extra officium. *ibid. num. 20.*

Limit. 3. quando conſtat de certo incendiario, vel de eiuſdem Domini debita cuſtodia, ſecus ſi de his non doceatur, *ibid. num. 21.*

Sed contraria ſententia eſt verior, *ibid. num. 22.*

Incendium contingens in domo mea, ſi inferat damnum vicinis à me emẽdari debet. *ibid. num. 23.*

Limit. procedere quatenus quis repetiatur in culpa, ſecus ſi ex caſu fortuito ortum fuiſſet, *dec.55.adnot.2.n.24.*

Incendij timore, ſi deſtruatur domus ad impediendum vlteriorem progreſſum, quando quis teneatur ad damni refectionem, remiſſiue. *ibid.num.25.*

Eadem pęna punitur ſiue incendium ſit commiſſum de die, ſiue noctu, *dec.79.num.6.*

Incendij crimen deteſtatur, *ibid.nu.1.*

Incendiarij vbi adſunt ſtatuta ſunt puniendi pęnis in eiſdem ſancitis, *dec.79.num. 14.*

Damnum ex incendio illatum ſiuè dolo, ſiue culpa ſemper ab incendiario refici debet, *dec. 79.num.15.*

Et ad hunc effectum, quæ actiones competant, referuntur, *dec.79.nu.16.*

Incendiarij confugientes ad Eccleſiam non gaudent eius immunitate, *deciſ. 79. num. 26.*

Contrar. de veriori, *num. 27. deciſ. 95. adnot. 2. num. 19.*

Incendiarius an declarari debeat excommunicatus relinquitur arbitrio Ordinarij, *dec. 143. num. 5.*

Incendium eſt delictum difficilis probationis. *dec. 143. num. 12.* Et ſufficiunt minores probationes ad illud iuſtificandum, *num. 13.* & probatur coniecturis, *num. 14.*

I N C E S T V S.

Inceſtus eſt delictum mixti fori, *dec.17.adnot.3. num.5.*

Inceſtus committitur quando quis cognoſcit mulierem ſibi agnationis, cognitionis, vel affinitatis vinculo coniunctam, *deciſ. 61. num.1.*

Com-

Committitur inter perſonas, cum quibus nuptiæ ſunt prohibitæ, *ibid.n.2.*
Pœna inceſtus eſt mortis naturalis, *deciſ.61.n.7.* præcipuè ex ſtatuto Vrbis in inceſtu commiſſo vſquè ad ſecundum gradum, *num. 8.* Contrar. quod de iure communi ſit deportationis, & mitior, vel potiùs arbitraria, *num. 9.10.12. & 31.*
Referuntur diuerſæ pœnæ irrogatæ in crimine inceſtus, *deciſ.61.n.11.& 13.*
De Iure Canonico Laicus prò crimine inceſtus eſt excommunicatus, *ibid.n.14.*
Commiſſus cum aſcendentibus, & deſcendentibus pœna mortis punitur, *deciſ.61.n.15.*
Pœna mortis imponi poteſt aduerſus illum, qui ſororem carnaliter cognoſcit, ſeù eum ea matrimonium contrahit, *ibid. num. 16.* ſed hæc ſententia alijs Doctoribus dura videtur, *num.17.*
Declara, quod ſi in huiuſmodi inceſtu concurrat ſororis defloratio, vel ſcienter ſub facie matrimonij ſororem cognoſcat pœna mortis imponi poteſt, ſecùs in alijs caſibus, *deciſ.61.n.18.*
Commiſſus inter coniunctos cognatione legali arbitraria pœna punitur, *ibid.n.19.*
Commiſſus inter cognatione ſpirituali coniunctos pœna extraordinaria imponitur, *deciſ.61, num.20.*
Cognoſcens matrem, & filiam, vel ſcienter duas ſorores germanas ex conſtitutione Pij V. pœna vltimi ſupplicij multatur, *deciſ. 61. num.21.*
Clericus prò crimine inceſtus eſt deponendus, & carceri mancipandus, *deciſ.61.n.22.*
Vlterius beneficijs priuatur, & deponitur ſi cum inceſtu ſit admixtum adulterium, *ibid.n.23.*
Et reprehenduntur Ordinarii pœna pecuniaria punientes inceſtum, *ibid.n.24.*
Clericus fornicationem Committens cum filia ſpirituali pœna depoſitionis afficiendus, *deciſ.61.num.25.* Filiæ ſpiritualis nomine, quę veniat, *n.26.*
Parochus cognoſcens ſuam Parochianam non eſt deponendus, *deciſ.61.n.27.*
Inceſtus commiſſus cum adulterio, & ſtupro pœna mortis multatur, *dec.61.n.28.* Contrar. quod pœna ſit deportationis, & arbitraria *nu. 29.* Secùs in inceſtu inter deſcendentes, & aſcendentes in primo, aut ſecundo conſanguinitatis, & affinitatis gradu, *n. 30.* præcipuè ex ſtatuto vrbis *n. 31.*
Inceſtus exceptio coitu fornicario non datur ſinè adulterio, aut ſtupro, *deciſ.61.n.32.*
Stuprator qui cognouerat duas ſorores conſobrinas, qua pœna multatus fuerit refertur, *ibid.n.33.*

INDICIA.

Iudicia, quandò dicantur indubitata, *deciſ.22.adnot.4.n.11.* & certa *deciſ.148.n.20.*
Debent eſſe indubitata ad condemnandum in pœnam extraordinariam, *ibid. num. 9.* ſecùs ſi ſint tantum apparentia, & probabilia *n. 10.*
Inter indicia indubitata confeſſio extraiudicialis commiſſi delicti connumeratur, *deciſ.22.adnot.4.n.52.*
Mala hominis reputatio in materia Indiciorum multum operatur, *deciſ.22.adnot.4.n.33.*
Malus enim ſemper præſumitur malus, *ibid. n. 34.* Limit. vt in *n.35.*
Indicia, coniecturæ, & præſumptiones excluſiuæ delictum magis ſunt attendendæ, quam incluſiuæ, *deciſ.22.adnot.4.n.59.*

INDVLGENTIA.

Ad conſequendam indulgentiam, vel Iubileum ſatis eſt vt vltimum opus expleatur in ſtatu gratiæ, *deciſ.111.n.1.2.& 3.*
An ſemel, vel bis conſequi poſſit, & etiam abſolutio à reſeruatis, ſi iterum committantur, *ibid.n.4.5.& 6.*
Eleemoſyna ad conſequendum iubileum quanta eſſe debeat, *deciſ.111.n.7.8.& 9.* & pauperes qui non poſſunt facere, quid facere debeant, *num. 10.*
Conſequitur ſi ante fores Eccleſiæ quis orauerit, ſi ingredi non potuit, *ibid.n.11.*
Conſequitur etiam ſi motu corporis non viſitentur quinque altaria, *deciſ.111.n.13.*
Remanet bene abſolutus à cenſuris, reſeruatis ac à voti commutatione vigore iubilei, qui poſtea non adimplet alia opera iniuncta, *deciſ.112.n.1.limit.vt in n.4.* ſed an peccet mortaliter, *n.5.& 6.*
Iubileum non conſequitur, qui non adimplet opera iniuncta, *deciſ.112.n.8.& 10.*
Iubileum non obtentum in loco habitationis, an poſſit alibi conſequi, *deciſ. 115. n.1.*
Relapſus in peccatum poſt confeſſionem, & ſumptionem ſanctiſſimi, an teneatur iterum confiteri ad effectum conſequendi indulgentiam, *ibid.n.3.*
An qui obtinuit iubileum poſſit eius tempore tranſacto à ſimplici Confeſſario abſolui à reſeruatis oblitis, *deciſ.115.n.4.& 5.*

IMMEMORABILIS.

Immemorabilis habet vim priuilegii, pacti legis, ac tituli melioris de mundo, *deciſ.1.adnot. 10. num.27.& deciſ. 10.adnot.5.num. 5. deciſ. 130. num.20*
Et ſufficit tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, *deciſ.1.adnot. 10.num.28.* & *deciſ.10.adnot. 5. n.6.deciſ.130.n.21.*
Immemorabili non cenſetur derogatum per cōſtitutionem derogatoriam, *deciſ.1.adnot.10.n. 24.& adnot 11.n.38.*
Amplia præcipue niſi de ea fuerit facta ſpecialis mentio, *deciſ.1.adnot.10.n.26.& adnot.11. num.38.*
Ampl. vt nec *Concilium Tridentinum* ſubſtulit immemorabiles in *ſeſſ.6.cap.4.ſeſſ.24.cap.20.& ſeſſ.25.cap.6. ibid.adnot.10.n.25.*
Limit. vt non procedat in conſuetudine irrationabili, vel vbi militat eadem ratio, *ibidem adnot.10.n.29.*
Ceremoniale Epiſcoporum non tollit immemorabilem, *deciſ.1.adnot.11.n.39.*
Immemorabilis ſolet tollere præſumptionem vſurpationis iuriſpatronatus, *deciſ. 10.adnot.5. num.1.*
Facit præſumere iuſpatronatus ex fundatione & dotatione, *ibid.n.2.*
Non interrumpitur per collationem factam

ab Ordinario cum clauſula præſeruatiua prę-tenſi patroni, *deciſ.10.adnot.5.n.3.*
Non excluditur ſi oſtendatur priuilegium, & initium, ſi non aduerſetur, *ibid.n.4.*
Excluditur ex actibus contrarijs, *deciſ.10. adnot. 5.num.7.*
Solus rumor in contrarium reddit improbabilem immemorabilem, *ibid.n.8.*
Limita ſi actus in contrarium ſint ſupra 100. annos, ſecus ſi infra, *deciſ.* 10. *adnot.* 5. *num.*9. ſublim. ſi dicti actus eſſent facti poſt completam immemorabilem, *n.*10.
Excluditur ſi detur initium, *deciſ.* 10. *adnot.* 5. *num.*11.
Per tranſactionem remanet ſublata, *ibidem, num.*12.
Non probatur per actus iuriſdictionales, ſi includant initium cuiuſlibet actus, *deciſ.* 10. *adnot.*5.*n.*13.
An per ſcripturas probari poſſit, *ibid.n.*15.
Immemorabilis probatur per teſtes ſi deponant cum requiſitis gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6. & dicta requiſita recenſentur, *deciſ.*10.*adnot.*5.*n.*15.*& deciſ.*33.*adnot.*1.*n.*28.
Teſtis deponens ſuper immemorabili, eſſe debet ætatis 54. annorum, *deciſ.* 10. *adnot.*5.*n.*16. *&* 17.*& deciſ.*33.*adnot.*1.*n.*29.
Debet deponere de viſu per 44. annos ante litem motam *deciſ.*10.*adnot.*5.*num.*18. *& deciſ.*33. *adnot.*1.*n* 29.
Vnde ſi lis inchoauit 30. ab hinc annis, teſtis debet eſſe ætatis annorum, 85. *ibid.n.*19.
Et non habentes teſtes dictã ætatem reiiciuntur, *ibid.n.*20.
Immemorabilis non remanet probata, ſi teſtis deficiat in vno ex requiſitis, *deciſ.* 10. *adnot.* 5. *num.*21.
Præcipuè ſi teſtes non ſint conformes, & conteſtes, *ibid.n.*22.
Limit. ſi teſtis deficeret in requiſito ſè audiuiſſe à maioribus, *ibid n.*23.
Limit. 2. Vt non ſit neceſſe vt omnes teſtes deponant. de omnibus requiſitis à *gloſ.* ſed ſufficit vt vnus deponat de vno, & alter de alio, *deciſ,* 10. *adnot.* 5.*num.* 24, Contrarium, *num.*25.
Teſtes deponentes ſuper immemorabili debent explicite deponere, & non ſè ad articulos referre, *ibid. num.* 26. ſecus in alia materia *num.*27.
Immemorabilis interrumpitur per litem motam, *deciſ.*10.*adnot.*5.*n.*18.
Eſt probanda cum requiſitis, *glo.in cap.*1.*de præſcript. in* 6.*deciſ.*25.*num.*10. *deciſ.*10.*adnot.*5.*num.*15.*& deciſ.*33.*adnot.*1.*n.*28.
Quæ ſint requiſita ad probandam immemorabilem, *deciſ.*25.*num.*11.
Teſtes deponentes ſuper immemorabili de viſu per 40. annos citra, non probant niſi adiecta copula, & citra, *deciſ.*33.*adnot.*1.*n.*30.
Sed ſi teſtes deponant per dictiones ſemper perpetuo, & per totum dictum tempus ſatis probant per tempus 40. annorum, *deciſ.*33.*adnot.*1.*n.*31.
Præcipuè de ſtylo Hiſpaniæ, *deciſ.* 33. *adnot.* 1. *num.*32.

IMMISSIO.

Immiſſio datur ex remedio *l. fi. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* in vim conditi teſtamenti hæredi ſcripto, *deciſ.* 7. *num.* 1.
Et quibus concurrentibus concedatur etiam contra tertios poſſeſſores hæredibus directis, & fideicommiſſarijs, *deciſ.*43.*num.*13.

IMMVNITAS ECCLESIASTICA.

Eccleſia Maior gaudet immunitate, quoad confines intrà 40. paſſus, & inferior infrà 30. præcipuè extra Ciuitatem, *deciſ.*95. *n.*5.*&* 6.
Confugiens ad Eccleſiam, nec directè, nec indirectè, nec malis artibus extrahi poteſt, *deciſ.* 95. *num.*7.
Extractus blandis verbis, & cum promiſſione ſecuritatis eſt reſtituendus Eccleſiæ, *deciſ.* 95. *n.*8. Contrar. *n.*9.
Sponte ab Eccleſia recedens, ſi capiatur non eſt reſtituendus, *deciſ.*95.*num.*11. *&* 12.
Exiens ab Eccleſia ex ſimplici ſuaſione abſquè dolo, & fraude, non eſt Eccleſiæ reſtituendus, *deciſ.*95.*num.*13. Secùs ſi concurrit dolus, *n.*14.
Extractus per fraudem, etiam Curiæ miniſtris ignorantibus eſt reſtituendus, *deciſ.* 95. *n.* 16. reprobatis contrarium tenentibus, *n.* 17.
Extractus ab Eccleſia gaudens priuilegio immunitatis, ſi ex reſcripto Pontificis permittatur, vt puniri poſſit alia pœna quam mortis, executio fieri debet à Iudice Eccleſiaſtico, *deciſ.* 95.*num.*20.
Reus in Eccleſia carcerari, & vinculis alligari non poteſt, *deciſ.*95.*adnot.*1.*n.*2.
Nec poteſt obſideri, & denegri neceſſaria ad vitæ ſubſtentationem, *deciſ.*95.*adnot.*1.*num.*7. & ſi non habeat vndè ſè ſubſtentare valeat, Eccleſia tenetur ſumminiſtrare neceſſaria, *ibid. num.*8.
Exiens ab Eccleſia cauſa exonerandi corpus quando gaudeat immunitate, *deciſ.*95.*adnot.*1. *num.* 3.
Curia ſęcularis obſidens reum extra confines Eccleſiæ in caſu excepto, non cenſetur attentare contra Bullam Gregorianam, *ibid.n.*9.
Poteſt tamen in caſu excepto retineri ſub bona cuſtodia, donec cognoſcatur an gaudere debeat immunitate, *deciſ.*95.*adnot.*1.*n.*10.
Exiſtens in Eccleſia armis prohibitis ſpoliari non poteſt, & non facta reſtitutione non abſoluitur à cenſura, *ibid.num.*11.
Reus rebus ſuis iuſtè poſſeſſis in Eccleſia ſpoliari non poteſt, *deciſ.*95.*adnot.*1.*n.*14.
Furioſi, & debitores non ſunt in Eccleſia recipiendi, *deciſ.*95.*adnot.*1.*n.*23.
Semel confugiens ad Eccleſiam per eius receſſum non amittit priuilegium immunitatis, *deciſ.*65.*adnot.*1.*n.*24.
Sed in quibus caſibus hoc procedat, *num.* 25. Contrarium quod puniri poſſit per Iudicem laicum, *num.*26.
Exiſtens in Eccleſia in caſibus non exceptis in contumaciam condemnari poteſt per Iudicem laicum, *deciſ.*95.*adnot.*1.*n.*27.
Confugiens ad Eccleſiam ſi detineatur in carceribus, cauſa cognoſcendi an gaudere debeat immunitate, & aufugiens capiatur à Curia ſęcu-

ſeculari, immunitas eidem non ſuffragatur, *deciſ.94.adnot.1.n.28.*

Immunitate Eccleſiaſtica gaudet, qui cum armis prohibitis in Eccleſia ſe recipit, *deciſ.* 87. *num.* 1. *&* 3. Contrar. *num.* 4. ſed reprobatur *num.*5.*deciſ.*95.*adnot.1.num.*12. *&* 13. vbi de archibuſettis.

Quæ delicta excipiuntur in Conſtitutione Gregoriana ad effectum amittendi beneficium immunitatis Eccleſiæ, ſi in eadem committantur, *deciſ.87.n.2.*

Eccleſia Epiſcopi auctoritate fundata non ſolum gaudet immunitate quoad partem interiorem, ſed etiam quoad partem exteriorem, & totam eius fabricam, *deciſ.* 87. *n.* 6. *&* 7. & pro vt eius ſtillicidium viam publicam occupat, *n.*8.

Oratorium auctoritate Epiſcopi fundatum gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ſecus ſi auctoritate priuata, *ibid. n.*9. licet alicui Eccleſiæ adhæreat, *num.*10.

Carceratio, ſeù extractio è loco immuni facta à laica poteſtate in caſu non excepto eſt ipſo Iure nulla, *deciſ.87.n.*11.

Immunitas ſuffragatur violenter extracto ab Eccleſia, *ibid.n.*12.

Confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi valet, *deciſ.87.n.*14.

Extrahens inuitum ab Eccleſia ipſo facto incurrit excommunicationem, *deciſ.*87. *num.*15. *&* 17.

Sed ſecundum diſpoſitionem Sacrorum Canonum eſt ferendæ, & non latæ ſententiæ, *ibid. num.*16.

Arma reo exiſtenti in Eccleſia, in quibus caſibus auferri poſſunt, *deciſ.87.num.*18.*&* 19.

In materia immunitatis attendendum eſt Ius canonicum, *deciſ.87.num.*20.

Debitores confugientes ad Eccleſiam vna cum bonis, an ſint tolerandi, & bonis ſpoliari poſſint. Vide in Verbo. *Debitor.*

Offenſa Eccleſiaſticæ libertati facta eſt caſus reſeruatus Sanctæ ſedi, *deciſ.87.adnot.2.num.*9.

Cenſura, ſeù excommunicatio incurſa ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam à quo, ſeu quibus abſolui poſſit. Vide in Verbo *Excommunicatio.*

Ignorantia allegari non poteſt aduerſus Cenſuras inflictas à Conſtitutione Gregoriana contrà violantes immunitatem Eccleſiæ, *deciſ.*87. *adnot.2.n.*15.

Sacrilegium ob mutilationem, & homicidium in Eccleſia commiſſum non gaudet immunitate, ſecùs verò alia ſacrilegia prouenientia ex quocumque alio delicto, *deciſ.*88 *num.*2.

Fur an gaudeat immunitate Eccleſiæ vidè in Verbo *Furtum.*

Immunitas Eccleſiaſtica eſt conceſſa locis, & non perſonis, *deciſ.*88.*n.*4.

Cognitio Cauſæ confugientium ad Eccleſias, an gaudeant immunitate ſpectat ad Epiſcopum etiam quod ad regulares, *deciſ.*84.*num.* 1. Non autem ad Prælatos inferiores etiam nullius Diœceſis, *num.*2.

Epiſcopus poteſt ob crimina excepta extrahi facere confugientes ad monaſteria Regularium, *deciſ.* 84.*num.* 15. non tamen poteſt carcerare Regulares renuentes, & ſe opponentes *num.* 16.

Iudex ſæcularis non poteſt propria auctoritate etiam in caſibus exceptis delinquentes è loco immuni extrahere, *deciſ.* 84. *num.* 17. Secùs ſi Ordinarius requiſitus recuſet, *num.*18.

Sunt tamen extracti retinendi in carceribus Eccleſiaſticis, donec per ſententiam declaretur, an gaudeant, *num.*19.

Nulliter extractus ab Eccleſia non ſeruata forma Bullæ Gregorianæ eſt reſtituendus, *deciſ.* 84.*num.*20. etiam in crimine excepto, & notorio, *num.*21.

Extrahi poteſt reus in caſu alicuius atrociſſimi delicti, non excepti Pontifice annuente, *deciſ.* 84.*num.*47.

Committens homicidium, vel mebri mutilationem in Eccleſia, eiuſque Cemeterio non gaudet eius immunitate, *deciſ.*84.*num.*49.

Nomine Eccleſiæ non veniunt ſcalæ, tectum, atrium, quado agitur de excludenda immunitate Eccleſiæ, ſecus ſi de includenda, *ibid. num.*50.

Occidens in ſcalis, tecto, & atrio Eccleſiæ ſi ad eandem confugiat gaudet eius immunitate, *deciſ.*84.*n.*51.

Occidens in Eccleſia in pura rixa gaudet eius immunitate, *ibid.n.*52.*&* 53.

Teſtes examinati prò Curiæ informatione ſufficiunt in cauſa immunitatis, *deciſ.*85.*n.*8.

In cauſa immunitatis proceditur ſummariè, & ſufficit etiam informatio extraiudicialis, *deciſ.* 85.*num.*9.

Et Eccleſiaſtico tantum definitur iudicio, *deciſ.* 85.*num.*10.

Epiſcopus in cauſa Immunitatis non tenetur ſtare proceſſui Iudicis Sæcularis, *deciſ.* 85. *num.*11.

Epiſcopi arbitrio remittuntur probationes capiendæ in cauſa immunitatis, *deciſ.*85.*n.*12.

Non tamen debet derogare perfectæ probationi delicti, ſed ſeruare ordinem iudicialem, *deciſ.*85.*n.*13.

Limit. procedere dè Iure Communi, ſecùs vigore conſtitutionis Clementis VIII. *deciſ.* 85.*n.*14.

Confugiens ad Eccleſiam quomodo renunciare poſſit eiuſdem immunitati, *deciſ.* 85. *adnot* 1.*n.* 18.

Eccleſia per voluntarium confugientis regreſſum, eiuſdem poſſeſſionem amittit, *deciſ.* 85. *adnot.*1.*n.*19.

Conſenſus confugientis ad Eccleſiam in eius extractione non liberat à cenſuris, *ibid.n.*20.

Immunitas Eccleſiaſtica eſt de iure Diuino, *deciſ.6.n.6.*

Ferentes leges contra immunitatem Eccleſiaſticam incurrunt excommunicationem, *deciſ.* 12.*adnot.2.n.*33.

Ampl. etiam ſi publicatæ fuerint abſquè mentione Eccleſiaſticorum, *ibid.n.*34.

Leges Ciuiles non poſſunt diſponere, vel impedire, nè in contractibus apponatur iuramentum in præiudicium libertatis Eccleſiæ, *deciſ.* 12.*adnot.2.n* 36.37.*&* 38.

Principum conſtitutiones prohibentes in contractibus apponi iuramentum, nè laicus efficiatur dè foro Eccleſiæ ſunt contrà libertatem Eccleſiaſticam, *deciſ.12.adnot.2.n.32.*
Cognitio, an quis captus fuerit in loco immuni ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, *deciſ.17. adnot.3.n.34.*
Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet, qui committit homicidium, vel membri mutilationem in Eccleſia appenſatè, & ex propoſito, ſecus in pura rixa, vel ad defenſam, *deciſ. 48. num. 17.*
Attentans violare immunitatẽ Eccleſiaſticam etiam effectu non ſecuto incidit in pœnas Gregor. conſtitutionis, *deciſ.48. n. 18.* Declara vt in *num.19.*
Extractio confugientis ad locum Immunem, vt ſit licita quæ requirantur, *ibid.n.20.*
Immunitas Eccleſiaſtica, quibus medijs temporalibus tuenda eſt ad repellendam violentiam, *deciſ.48.n.25.*
Conſuetudines contrà libertatem Eccleſiaſticam ſunt ſublatæ, & abrogatæ, *deciſ.48.n.21.*
Et abrogantur à Summo Pontifice quotannis in fulminatione in Bulla Cœnæ, *ibidem num.24.*
Damnãtur ab Eccleſia, qui contra eius immunitatem ſcripſerunt, *deciſ.26.adnot.4.n.26.*
Conſuetudo etiam immemorabilis contra libertatem Eccleſiæ non tenet, ſine priuilegio Apoſtolico, *deciſ. 26.adnot. 4. num.27. deciſ.88. num.22.*
Et quotannis huiuſmodi conſuetudines, & præſcriptiones interrumpuntur per fulminationem Bullæ Cœnæ Domini, *deciſ. 26. adnot. 4. num. 29.*
Et reprobantur, & annullantur à *Bulla Vrbani VIII.* præſeruatiua iurium Eccleſiæ, *ibid.n.30.*
Immunitati Eccleſiæ in dubio eſt fauendum, *deciſ.53.adnot.5.n.24.*
Libertas Eccleſiaſtica à ſtatuto laicorum nec directè, nec indirectè lędi poteſt, *deciſ.32.n.23.*
Immunitas Eccleſiæ extenditur ad alium, quando alias Eccleſia damnum ſentiret, *deciſ. 32. num.35.*
Exemptio in Eccleſiaſticis inſeparabiliter adhæret perſonæ, *deciſ.36.n.3.*
Ampl. procedere ſiuè agatur dè puniendo Clerico in perſona, ſiuè in bonis, etiam patrimonialibus, *ibid.n.6.& 10.*
Confugiens ad Eccleſiam nec directè, nec indirectè extrahi poteſt, *deciſ.56.n.3.*
Sed ſi liberè recedat amittit priuilegium immunitatis, *ibid.n.8.*
Si tamen recedat ex ſecuritate promiſſa non amittit priuilegium immunitatis, *ibid.n.9.*
Exiſtens in Eccleſia, nec tacitè, nec expreſsè renunciare poteſt eius immunitati, *deciſ. 56. num 11.& n.32.*
Immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegium eſt conceſſum loco, & non perſonæ *ibid.n.33.* Ampl. & declara vt in *n.34.& 35.*
Recedens ab Eccleſia non ſponte, ſed doloſis artibus non cenſetur renunti aſſe priuilegio immunitatis, *decis 56.n.13.* Contrar. *n.15.*
Immunitas Eccleſiæ ſuffragatur reis, quatenùs in ea permanent, ſecus ſi recedant, *deciſ. 56. num.18.*
Recedens ab Eccleſia ſub promiſſione ſecuritatis, vel impunitatis eſt ſeruanda, *ibid.n.20.*
Recedens ab Eccleſia dolo birruariorum dicitur ſpontanea, *deciſ.56.num.22.& 23.* Contrar. *num.25.*
Extractio ab Eccleſia per malas artes, & doloſas promiſſiones continetur ſub nomine extractionis violentæ, *deciſ.56.n.25.*
Et plùs operatur, quam doloſa extractio, *num.27.*
Eccleſia eodem modo læſa, & ſpoliata remanet per extractionem violentam, quam per doloſas artes, *deciſ.56.n.26.*
Recedens ab Eccleſia deceptus eum prò nolente habeatur, non dicitur ſpontè receſſiſſe, *deciſ.56.n.28.deciſ.95.n.14.*
Sed ſi receſſerit ab amico inductus ſinè fraude, ſi capiatur non eſt Eccleſiæ reſtituendus, *deciſ. 56.n.30.deciſ.95.n.13.& 14.*
Ita etiam ſi ex ſè ipſo ſpontè recedat, *ibid.n.31.& deciſ.95.adnot.1.n.22.*
Exiſtens in Eccleſia non poteſt ſe ipſum tradere in fortijs curiæ, & ſi extrahatur eſt reſtituendus, *deciſ.56.n.32.*
Immunitatis priuilegium eſt mixtum, Eccleſiæ, & confugienti conceſſum, *ibid. n. 33.* Declara vt in *n.35.*
Exiſtens in Eccleſia non habet facultatem renunciandi priuilegio immunitatis, *deciſ.56.n. 36.deciſ.95.n.10.& 11.*
Leges ciuiles editæ contra Eccleſias, & Eccleſiaſticos à iure canonico abrogatæ fuerunt, *deciſ.75.n.17.& 18.* ſiuè ſint directæ ad perſonas, ſiuè ad bona, *n. 19.*
Eccleſia non dicitur reintegrata per fugam extracti, & confugium ad aliam Eccleſiam, *deciſ. 85.adnot.1.n.22.*
Nec etiam per reſtitutionem ſolius perſonæ, ſed etiam ſunt reſtituenda arma, & alia bona cum eadem extracta, *deciſ.85.adnot.1.n.23.*
Officiales Curiæ Cardinalium Legatorum, & Nunciorum violantes immunitatem tenentur reintegrare Eccleſiam, *ibid.n.24.*
Reus dùm aſſiſtit in Eccleſia, nec ad mortem, nec corporaliter puniri poteſt, *dec.85. adnot.2. n.1.* nec ad exilium, neque ad triremes *nu. 2.* Contrar. tenentes, *n.3.*
Ampl. procedere etiam ſi receſſerit à loco Immuni, *ibidem num.4.* ſed in quibus caſibus hoc procedat declaratur, *num.5.*
Confugiens ad Eccleſiam liberè in caſibus exceptis Curiæ Sæculari puniendus tradi debet, *dec.85.adnot.2.n.6.*
Confugiens ad Eccleſiam in caſibus non exceptis ab Eccleſiaſtico extraordinariè puniri debet, *deciſ. 85. adnot. 2. num.7. & 9.* Contrarijs reſpondetur. 10.
Nec ab alio poſtea puniri poteſt, *dec.85.adnot.2 num. 8.*
Contrarium quod ſi Reus nolit extrahi, neque ab Eccleſiaſtico, neque à Sæculari Iudice puniri poteſt, *dec.85. adnot.2.n.11.*
Confugiens ad Eccleſiam in delictis atrociſſimis poteſt etiam ad triremes damnari de ordine

dine Sacræ Congregationis, vel Pontificis, *dec.85.adnot.2.n.12.*

Immunitas Eccleſiaſtica ſolum à Summo Pontifice declarari, augeri, vel reſtringi poteſt, *ibidem num.13.*

Et auctoritate Pontificis damnatus ad triremes non poteſt ampliùs puniri per Iudicem laicum, *dec.85. adnot.2.num.18.* Itá etiam ſi damnetur ab Epiſcopo, *num.19.*

Confugiens ad Eccleſiam ſi ſpontè egrediatur poteſt corporaliter puniri, *dec.85.adnot.2.n.20.*

Eccleſia eodem priuilegio Immunitatis gaudet quoad confines intrà triginta, vel quatraginta paſſus, & prout eius circuitus ſe extendit, *deciſ.88.num 6.*

Limit. procedere in Eccleſijs Ruralibus, ſecus in Vrbanis de conſuetudine, quidquid ſit de Iure, *ibid.n.7. & 9.*

Sublimit. ſi Eccleſia ſit in ſuburbijs, quæ non veniunt nomine Ciuitatis in odioſi, *ibid.n.8.*

Contrarium, quod non ſit verum paſſuum immunitatem de conſuetudine ſublatam fuiſſe, *deciſ. 88. num. 10.*

Et quod ſeruari non debeat reprobato Farinaccio *num. 11.* qui retractauit ſuam ſententiam, *num.12.* Declaravt in *num. 13.* vſque ad *n.17.*

Limit. vt procedere poſſit dicta conſuetudo quoad menſurationem paſſuum per viam publicam; ſecùs prout ſe extendit Eccleſiæ circuitus, *dec.88.n.12.*

Imunitas Eccleſiæ extenditur, & reſtringitur vltra, & citra 30. vel 40. paſſus, ſi eius ambitus, & circuitus plus, vel minùs extendatur, *dec.88.n.13. & 15.*

Paſſus 30. vel 40. quibus Eccleſia Immunitate gaudet non ſe extendunt per viam publicam, *dec.88. num.14.*

Domus laicorum ædificatæ propè Eccleſias etiam intra 30. vel 40. paſſus non gaudent eiuſdem immunitate, *dec.88.num.16.*

Domus verò Canonicales, vel Parochiales intra 30.vel 40.paſſus gaudent Eccleſiæ immunitate, *deciſ.88.n.17.*

Domus Eccleſiæ à laicis Eccleſiæ non inſeruientes inhabitatæ, vel eis locatæ, etiam ſi exiſtant intrà 30. vel 40. paſſus non gaudent eius immunitate, *deciſ. 88. num. 18.* Contrar. *n.11.& adnot.2. n.7.*

Domus Eccleſiæ laico in Emphyteuſim conceſſa non gaudet eius immunitate, *dec.88.n.19.* Contrar. *num.23.*

Monaſteria Religioſorũ an,& quomodo gaudeant immunitate Eccleſiæ, Vide *Monaſterium.*

Eccleſia gaudet immunitate, etiam quoad parietes exteriores, *dec.88.n.27.29.& 32.*

Confugiens ad confines domus Canonicorum, & Epiſcopi non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, excepto Oſtio, *dec.88.n.30.*

Sed Palatium Epiſcopale quoad partem interiorem gaudet immunitate Eccleſiaſtica, *deciſ. 88. n.31.*

Confugiens ad Eccleſiam eſt tutus in circuitu, 30. vel 40. paſſuum, licet primo loco non ſe ad Eccleſiam contulerit, *dec.88.n.37.*

Domus Clericorum in communione viuentium, Domus Puellarum, ſeù Orphanorum, Clericorum Seminarij auctoritate Apoſtolica, ſeu Ordinarij erecta gaudent immunitate Eccleſiaſtica, *deciſ. 88. num. 24. & 25. et adnot.1. num.35.et 36.*

Prout Collegium de Propaganda Fide. *n.26.*

Capellæ priuatorum palatiorum non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ſecùs ſi eſſet perpetua, *dec.88.adnot.1.n.2. et 3.*

Capellæ, ſeù ædiculæ rurales non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ſecùs ſi erectæ auctoritate Epiſcopi, *dec.88.adnot.1.n.4.*

Oratoria, an & quando gaudeant immunitate Eccleſiæ, Vide in verbo *Oratorium.*

Palatia Cardinalium, Legatorum, Regum, eorumque Oratorum, an, & qua immunitate gaudeant, Vide in verbo *Palatium.*

Hoſpitale,an, & quando gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, Vide in verbo *Hoſpitale.*

Molendinum Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum, qua immunitate gaudeat, Vide in verbo *Molendinum.*

Detentus à Birruarijs ſi traxerit ſecum illos ad Eccleſiam non gaudet immunitate, niſi liber euaſerit, *deciſ. 95. adnot. 1. num. 29. et num.31.* Contrar. *n.30.*

Qui liber aufugit à triremibus,& ad Eccleſiam confugiat gaudet eius immunitate, *ibidem num. 32.*

Ligatus ferreis catenis ſi confugiat ad Eccleſiam gaudet eius immunitate, *dec. 95. adnot.1. num.33.*

Prout etiam exemptus ab alijs è manibus Curiæ, *ibid.n.34.*

Violãtes immunitatem Eccleſiaſticam Epiſcopo, quoad pœnam cenſurarum ſubijciuntur cuiuſcumque dignitatis ſint, *deciſ. 96. num. 3.*

Violantes immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam ſunt excommunicandi, *deciſ. 96. num.19.*

Appellatio non datur à ſententia Epiſcopi declaratoria reum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, *deciſ. 96. adnot. 2. num. 18.*

Ita etiam ſi ſententia ſit data ad fauorem rei, *num. 19.*

In caſu immunitatis ſtandum eſt iuri canonico, & non ciuili, *dec.142.n.8.*

Immunitate Eccleſiaſtica gaudet quamuis grauiſſima delicta quis commiſiſſet, *deciſ. 145. num. 7.*

Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet qui commiſit homicidium, vel in Eccleſia, vel proditoriè, vel per aſſaſſinium, *dec.145. n.8.*

IMMVNITAS IN PROPHANIS.

Vide in verbo *Cabella, Eccleſiaſtici, Clerici.*

Immunitas ſocij eſt conſocio communicabilis, *dec.6. adnot.9.n.1.*

Immunitas Eccleſiæ communicatur alteri ex actu connexo, ſecùs ex ſeparato, *ibid n.4.*

Immunes à ſolutione gabellæ alios excuſare nõ poſſunt, *dec.6.adnot.9.n.6.*

Immunitas à venditore poteſt per viam ceſſionis in emptorem trasferri, *ibidem n.18.*

Fiſci immunitas non tranſit ad ſingulares ſucceſſores, *dec.6.adnot.9.n.25.*

Vocatus ad publicas functiones ſi de immunitate

tate contendat, eſt audiendus, *dec.13.adnot.4. num. 5.*

Immunitas conceſſa venditori efficitur communis cum emptore, *dec.32.n.30.*

Præcipuè ſi laicus emat ab Eccleſiaſticis, *ibid. num. 31.*

IMPVNITAS.

Impunitas promitti non poteſt, niſi ab habente poteſtatem, *dec.65.num.21.*

INFAMIA.

Infamia Iuris facit hominem irregularem, *dec.89. adnot. 3. n.1.*

Infamia iuris quid ſit, & quæ comprehendat, *ibidem n. 2.*

Infamia iuris, & facti an, & quando repellat à dignitatibus habitis, & habendis, *decis.89. adnot.3.num.7. et 8.*

Infamia iuris tolli poteſt à Summo Pontifice, & ab Epiſcopo in caſibus, vbi poteſt diſpenſare, ſecus infamia facti, niſi concurrat emendatio. *dec.89.adnot.3.n.12.*

Omnis infamia tollitur per baptiſmum, *ibidem num. 12.*

INIMICVS INIMICITIA.

Inimicitia remanet extincta per pacem ſecûtam *decis.22. adnot.5.n.13.*

Inimicus reconciliatus æquipollet inimico, *ibid. num. 15.*

Et frangens pacem dicitur proditor, *decis. 22. adnot.5.nu.13.*

Sed pax non præſumitur, nec reconciliatio, *ibidem n.17.* Vide in verbo *Pax.*

Inimicitia non præſumitur, *decis. 22. adnot. 5. num.31.*

Et probanda eſt ab allegante, *ibid.n.30.*

Inimicitia vt operetur non ſufficit in genere probari, *dec.92.n.13.*

Leuis, & non capitalis oritur ex verbali altercatione, *ibid.n.14.*

Leuis inimicitia in criminalibus non repellit teſtem, *decis. 92. num. 15.*

Sed hoc relinquitur arbitrio Iudicis, *num. 16.*

Prout an Inimicitia ſit grauis, vel leuis *num.17.*

Inimicitiæ indicium tollitur per reconciliationem, *decis.92.n.18.*

INIVRIA.

Iniuria Magiſtratibus illata grauis reputatur, *dec.14. adnot.4.n.42.*

Offendens Iudicem dicitur offendere Principem, *ibidem num.43.*

Iniuria leuior facta illuſtriori perſonæ pro atroci reputatur, *dec.14. adnot.4.n.44.*

Proferens verba iniùrioſa contra Iudicem grauiter puniri debet, *ibidem numer. 45.* Pœna tamen eſt arbitraria, *num. 46.* Et arbitrium extendi poteſt vſque ad mortem, *n.47.*

Dummodo ratione officij, & non ex particulari odio iniuria illata ſit, *decis. 14. adnot. 4. num. 48.*

Et quando cenſeatur illata ratione officij ex coniecturis probatur, ſed in dubio præſumitur ratione particularis inimicitiæ, *ibidem num. 49.*

Puniri poteſt ab eodem iudice, cui illata fuit, *dec.14.adnot.4.n.50.*

Limit. vt procedat vbi pęna ex particulari conſtitutione ſtatuta ſit, ſecus ſi ſit arbitraria; *ibidem num. 51.*

Iniuria irrogata in detrimentũ alterius honoris reputatur atrox, & graue delictum, *decis. 52. num. 14.*

Pęna atrocis iniuriæ non eſt in iure definita, ſed punitur arbitrio Iudicis, *decis. 52. numer. 15.*

A pęna iniuriarum quis excuſatur ob veritatem conuitij obiecti, *decis.52.num.16.*

Limit. quando adeſt animus iniuriandi, *dec.52. num.17.*

Et ſi nulla præceſſit cauſa, *ibidem*

Omne verbum iniurioſum, animo iniuriandi prolatum, præſumitur, *decis.52.num.18.*

Animus iniuriandi deducitur, ex facti, & perſonarum qualitate, *decis.52.num.20.*

Facere, & committere iniuriam omni iure eſt prohibitum, *decis.52.num 19.*

Iniuriatus ſi iniuriantem offendat, qua poena plectatur, *decis.22.adnot.1.num.40.*

Iniuria verbalis, alia iniuria verbali repellenda, & ſi excedatur extra ordinem punitur, *dec.22. adnot.8.num.18.*

Limit. ſi iniuria nobili illata fuerit, *num.20.*

Læſus in honore quid agit cenſetur ad eundem tuendum perpatraſſe, vnde mitius puniendus, *decis.22.adnot.9.num.10.*

Iniuria alia eſt realis, alia perſonalis, *decis. 86. nu. 27.*

Iniuria perſonalis in continenti propulſari debet, *ibidem num.28.*

Realis verò etiam in continenti, diſcretiuè tamen ſcilicet, quàm primùm poterit, *ibidem nu.29.*

Saltem ad euitandam pœnam ordinariam, *nu. 30.*

Ira an excuſet in crimine iniuriarum, *decis.86.adnot.1.nu.25.26. & 27.*

Iniuria non tam facto, quam verbis infertur, *decis.16. adnot.1.num.1.*

Scriptura etiam infertur, *ibid.nu.2.& 3.*

Quando verbis committatur, & quomodo punienda, *decis.16. adnot. 1.num.4. & 5.*

Obiciens alteri quod ſit claudus iniuriarum actione tenetur, *ibid.num.6.*

Appellans aliquem giboſum de iniuria tenetur, *ibid.adnot.1.num.7.*

Vel dicens tu es cęcus crimen iniuriarum cõmittit, *ibidem num.8.*

Idem dicens tù es monoculus, *Ibidem num.9.*

Idem dicens tù es leproſus, *num.10.*

Appellans aliquem luſcum animo iniuriandi tenetur pœna iniuriarum, *decis. 16. adnot. 1. num. 11.*

Idem appellans aliquem mutum, *ibid.num.12.*

Idem appellans aliquem guercium, *ibidem num. 13.*

Idem appellans aliquem ebrium, vel pauperem, *ibid.num.14.*

Iniuria irrogatur ſiue obiectum fuerit verum, ſiuè falſum defectum, *decis. 16. adnot. 1. num. 15.*

Vt ſit punibilis debet fieri doloſè, & animo iniuriandi, *ibid. num.16.*

Et onus probandi dolum ſpectat ad accuſantem,

tem, & fiſcum, pront etiam malnm animum, *der.16.adnot.1.num.17.*

Animus iniuriandi præſumitur excepto inter conſanguineos, & affines, *ibidem num.18.*

Iniuriæ leuitas, & grauitas ex quibus dignoſcatur, *dec.16.adnot.1.num.26.*

Er Iudicis arbitrio remittitur, *num.27.*

Grauis reputatur ſi mnltis adſtantibus illata ſit, *deciſ.16.adnot.1.num.28.*

Ita etiam ſi ſit illata Doctoribus, *ibidem num.29.*

Alapha dicitur atrox iniuria, quam ſi vnlnus illatum fuerit, *deriſ.16.adnot.1.num.30.* Contrarium *num.31.*

Illata pugno qu ando ſit leuis, & granis, *ibidem num.32.& 33.*

Iniuria baculo illata grauis reputatur, *ibid.nu.34.* & punitur pęna iniuriarum, *num.35.* pœna tamen extraordinaria, *num.36.*

Iniuria illata in domo iniuriati grauis eſt, *dec.16. adnot.1. num.37.*

Et grauior ſi inferatur in Eccleſia, in Choro, in, Platea, In Theatro, in foro, in ludis publicis in Palatio Poteſtatis, eiuſque conſpectu, *ibid. n.38.39. & 41.*

Iniuria generaliter grauior reputatur ex loco, tempore, & perſona, *dec.16. adnot.1.n.40.*

Illata in Eccleſia tempore quo expoſitum erat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum granior dicitnr, *ibid.n.41.*

Perſonalis grauis, & atrox reputatnr, *deciſ.16. adnot.1. num.42.*

Prout etiam ſi inferatur Sacerdoti, *ibid.n.43.*

Ad hoc vt atrox reputetur debet interuenire vulnus, aut fractura, *deciſ.16. adnot.1.n.44.*

Mentita eſt grauis iniuria, etiam data cum proteſtatione, *deciſ.16. adnot.1. num.45. & 46.* Declara vt in *num.52.*

Data ad propulſandam iniuriam non eſt punibilis, *num.47.*

Sed hoc procedit quando iniuria ſit falſa, & mentita falſa, *num 48.*

In dubio iniuria præſumitur falſa, & mentita vera, *ibidem n.49.*

An ſit iniuria tu non dicis verum, tn dicis falſum *deciſ.16.adnot.1.n.50.& 51.* referuntur opiniones.

Mentita data ex internallo eſt punibilis, licet data ſit ad propulſandam iniuriam, *ibid.n.53.*

Iniuriarum actione tenetur ille, qui de nocte frequentat viam alicuius honeſtæ mulieris, & ante eius domum emittit cantilenas, *der.16. adnot.1. n.54.*

Prout etiam de facientibus viduis ſcampanatas *ibidem n.55.*

Iniuriarum actione tenetur, licet verum quis dixerit, ſi adeſt animus iniuriandi, *der.16. adnot.2. n.1.*

Præcipuè de iure canonico, *ibidem numer.2.* ſecus de iure ciuili, ex cuius diſpoſitione veritas conuitij excuſat, *n.3.*

Declara vt veritas conuitij excuſet, ſi interſit Reipublicæ ſciri, ſecus ſi non expediat, *deciſ.16.adnot.2. n.4.& 5.*

Vbi referuntur exempla, & procedit etiam ſi adſit animus iniuriandi, *n.6.*

Iniuria ſi contineat aliquid turpe proueniens culpa iniuriati & veritas conuitij excuſat, ſecus ſine dicta culpa, *der.16 adnot.2.n.7.*

Veritas conuitij excuſat ſi concernat delictum accuſabile, alias ſecus, *ibid.n.8.*

Veritas tamen conuitij nunquam excuſat, ſi adſuit animus iniuriandi, *deriſ.16. adnot.2. num.9.*

Iniurians non eximitur à pęna licet iniuria contineat aliquid notorium, *ibidem.n.10.*

Veritas conuitij excuſat ſi iniuria ex iuſta cauſa illata fuit, alias ſecus, *deriſ.16. adnot.2. num.11.*

Veritas conuitij illati in iudicio quando excuſet, *ibidem num.12.*

Excipiens contra teſtes exceptiones infamatorias quando teneatur actione iniuriarum, *deciſ.16.adnot.2.n.13.*

Porrigens Principi memoriale continens alterius iniuriam tenetur actione iniuriarnm ſi contenta vera non ſint, ſecus ſi vera, *ibidem nu.14.*

Prouocatus veram iniuriam aduerſus prouocantem inferens, non punitur, *dec.16. adnot.2. num.15.*

Iniuria etiam tacitè remitti poteſt, & ex quibus coniecturis deducatur, *ibid.nu.16.*

Declara vt dictæ coniecturæ operentur in præiudicium remittentis, ſecus in præiudicium Fiſci, *deciſ.16.adnot.2.n.17.*

INQVISITIO.

Per inquiſitionem procedi poteſt pro archebuſettus paruis, *dec.32.n.49.*

INQVISITOR.

Inquiſitor in materijs fidei præfertur Epiſcopo, *deciſ.1, adnot.4.n.19.*

INSINVATIO.

Inſinuatio eſt neceſſaria in donatione inter Patrem, & filium, *deciſ.7.adnot.3. n 26.*

Requiſita à Statuto Vrbis ſatis eſt, vt interueniat intra ſex menſes à die renunciationis, *deriſ.53.adnot.4.n.11.*

Inſinuationis defectus ſuppletur per iuramentum, *ibidem num.12.* ſecus ex Conſtitutione Marchiæ, *n.13.*

Non requiritur in renunciatione facta ob cauſam, *dec.53.adnot.4.n.14.*

Nec in donatione facta Eccleſiæ, *ibid.n.15.*

INSTITVTIO.

Vide *Habilitas.*

Beneficium de iurepatronatus laicornm ſi vacat in curia inſtitutio ſpectat ad Pontificem, *deciſ.9.adnot.4.n.1.*

Inſtitutio, quibus concurrentibus ſubſtineatur, & denegari debeat, *deriſ.101.n.1.*

Ex omiſſione edicti redditur nulla, *deciſ.101. num.2.*

Limit. vbi viget conſuetudo non ponendi, *ibid. num.3.*

Limit.2. vt non reddatur nulla nominatio, ſed eſt de nouo admittenda, & præſentatus inſtituendus, *ibid.n.4.& 5.*

In inſtitutione beneficij eſt præferendns, qui habet maiorem partem vocum, *dec.101.adnott. num.27.*

In paritate vocum eſt præferendns, qui maioribus innititur ſtudijs, *ibid.n.28.*

Qui eſt incorruptæ vitæ, nobilitatis, & prudentiæ præditus, *ibid. n.* 29.

Limit. ſtante gratificatione Apoſtolica cum derogatione medietatis vocum, *deciſ.* 101. *adnot.* 1. *n.* 30.

Præfertur, qui ſaniorem partem Capituli habuit, *ibid. n.* 31.

Præſens in Curia præfertur abſenti, *deciſ.* 101. *adnot.* 1. *num.* 32. Declara vt in *n.* 33. Ampl. vt in *n.* 34.

Reprobatus in partibus deinde approbatus in curia non citato competitore non cenſetur dignior, ſuffragatur tamen ſi agatur extraiudicialiter, *ibid. n.* 37.

Dignior prætermiſſus poteſt ab inſtitutione appellare, *deciſ.* 101. *adnot.* 1. *n.* 41.

INSTRVMENTVM.

Inſtrumentum dotale ex Statuto Vrbis habet etiam contra tertios executionem paratam, *dec.* 3. *n.* 1.

Inſtrumenti narratiua facit inter contrahentes plenam probationem, *dec.* 132. *n.* 1.

Facit probationem probatam, *ibid. n.* 8.

INSVLTATVS.

Inſultatus quidquid fecit non ad vindictam, ſed ad ſui defenſionem facere præſumitur, *dec.* 48. *num.* 28.

Et probato inſultu euadit pœnam delicti, *ibid. num.* 29.

Inſultus præſumitur potius ad defenſionem, quàm ad vindictam vulneraſſe, *deciſ.* 22. *num.* 19.

Prouocatus ſiuè facto, ſiuè verbis iuſtam habet cauſam ad iracundiam concipiendam, & ad vlciſcendum, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 1.

Qui prius arma accepit dicitur facto inſultare, & prouocare, *deciſ.* 22. *adnot.* 1. *n.* 46.

Inſultatus quidquid perpatrauit in actu aggreſſionis ad ſui defenſionem egiſſe præſumitur, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 7. *&* *adnot.* 4. *n.* 64.

Prouocatus quidquid fecit ſine dolo feciſſe dicitur, *ibidem nu.* 10.

Et ſi prouocantem in rixa occidat excuſatur à pęna ordinaria, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 12.

Etiam ſi tertium offenderit, *ibidem n.* 13.

Prouocatus offendens prouocantem dicitur ad vindictam facere, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 14.

Vindicta dicitur repercutere poſt aggreſſionem, *ibidem num.* 15.

Limit. vt procedat in dubio, *n.* 16.

Et iuris eſt præſumptio inſultatum magis ad defenſionem, quam ad vindictam vulneraſſe, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 16.

Prouocatus quando dicatur offendere ad vindictam, & quando ad defenſam, *ibid. n.* 17.

Mitius punitur ſi prouocantem offendat, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *n.* 19.

Inſultato ex iracundiæ accenſione non eſt imputandum quidquid facit, *ibid. num.* 20.

Et mitius puniri debet, *nu.* 21.

Prouocatus non dicitur in dolo, ſed in culpa, & extra ordinem puniendus, *deciſ.* 22. *adnot.* 2. *num.* 22.

Minæ excuſant inſultatum à pęna ordinaria, *deciſ.* 22. *adnot.* 8. *num.* 15.

Prouocatus præſumitur ad defenſam, & non ad vindictam percuſſiſſe, *deciſ.* 22. *adnot.* 9. *num.* 5.

Inſultatus ſi non potuerit euitare percuſſionem maxillæ abſque eo quod occideret, cenſetur feciſſe ad ſui defenſionem, *ibid. num.* 12.

Percuſſus ſi aggreſſorem fugientem occidat, cenſetur occidiſſe ad vindictam, & non ad defenſam, *dec.* 22. *adnot.* 9. *n.* 13. *&* 14.

Inſultatus ſi aggreſſorem accuſauit, & è carceribus fugere videat, poteſt impunè occidere, *dec.* 22. *adnot.* 10. *num.* 26.

Prouocatus ſi prouocantem offendat excedendo moderamen inculpatæ tutelæ mitius punitur, *dec.* 22. *adnot.* 11. *num.* 1.

Ampl. etiam ſi dolosè excedat limites defenſionis, *ibid. num.* 2. *&* 18.

Contrarium quod non ſit aliqua pęna afficiendus, *num.* 3.

Limit. procedere ſi inſultatus ſtatim inſultantem repercuſſit, *ibid. num.* 4.

Inſultatus repercutiendo non habet ſtateram in manibus, vt ad menſuram vim, vi repellere valeat, *deciſ.* 22. *adnot.* 11. *num.* 5.

Prouocatus prouocantem occidens puniendus eſt extra ordinem, licet non fuerit ad neceſſariam defenſionem, *ibid. num.* 7.

Inſultatus, ſeù aggreſſus non debet expectare ſe percuti, & præueniendo ad ſui defenſionem feciſſe dicitur, *dec.* 37. *n.* 6.

Licitum eſt præuenire eum, qui eſt in actu offendendi, *ibid. n.* 7.

Inſultatus fugere non tenetur ſiuè ſit nobilis, ſiuè ignobilis, ſed poteſt ſe defendere, *dec.* 37. *num.* 10.

Poteſt expectare aggreſſorem, & ſi defendendo occidat non incurrit pęnam, *ibid. n.* 11.

Limit. vt fugere teneatur ſi aggreſſor ſit perſona, cui debetur reuerentia, *deciſ.* 37. *n.* 12.

Prouocatus dicitur in culpa, & non in dolo, ideò extra ordinem puniendus, *deciſ.* 86. *n.* 17. *deciſ.* 92. *n.* 23.

Si ex interuallo prouocantem interficit, & ad extraneos actus non ſe diuerterit, pęna mortis non punitur, *deciſ.* 86. *adnot.* 1. *n.* 6.

Prouocatus offendens prouocantem per iram, excuſatur à pace, & cautione de non offendendo rupta, *dec.* 86 *adnot.* 1. *n.* 8.

Prouocatus pro offenſa facta cognatis, & ſocijs dicitur in culpa, & non in dolo, *dec.* 92. *nu.* 24.

Offenſio enim facta vni, ratione affectus cenſetur facta alteri, *ibidem n.* 25.

INTERPELLATIO.

Dies interpellat pro homine, *dec.* 3. *n.* 18.

Interpellatio per ſolutionem remiſſa cenſetur, *dec.* 3. *adnot.* 1. *n.* 41.

Interpellatio non requiritur vbi adeſt pactum, *deciſ.* 3. *adnot.* 1. *n.* 41.

INTERPRETATIO.

Interpretatio debet eſſe bona, & æqua, *dec.* 140. *num.* 4.

Debet eſſe veriſimilis, vt exponat, & perimat, quod venit interpretandum, *dec.* 140. *n.* 5.

Sumi debet, per quam conſuletur vtriquè parti, *ibid. n.* 7.

Illa interpretatio ſumenda eſt, per quam non me-

mereatur à ſapientibus diſpoſitio reprehendi, *deciſ.* 140. *n.* 80.

INVECTA, ET ILLATA.

Inuecta, & illata per minorem in domo conducta ſunt obligata pro penſionibus etiam abſque ſolemnitatibus, *dec.* 53. *adnot.* 2. *n.* 90

IRREGVLARITAS.

Irregularitas non incurritur ob homicidium commiſſum ad defenſam cum moderamine inculpatæ tutelæ, *deciſ.* 48. *n.* 14.
Mandamus homicidium ſi interficiatur mandatarius non efficitur irregularis, *dec.* 48. *n.* 15. Contrarium *num.* 16.
Irregularitas non incurritur ob ſfrigium illatū; ſed tantùm propter homicidium, & membri mutilationem, *deciſ.* 89. *num.* 1.
Non eſt inducenda ſi non ſit in iure expreſſa, *deciſ.* 89. *num.* 2. Declar. vt in *n.* 10.
Non incurritur niſi abſcindatur membrum habens per ſe propriam, & diſtinctam operationem, *deciſ.* 89. *num.* 3.
Incurritur ex vulnere, ſeu percuſſione, etiam ſine membri mutilatione dummodò deindè oriatur deformitas talis, vt percuſſus ad ſacros ordines promoueri nequeat, *deciſ.* 89. *num.* 4. Contrarium *n.* 5.
Irregularitas ex quo vitio corporis Inducatur, *deciſ.* 89. *num.* 7.
Irregularis cenſendus eſt, qui de irregularitate dubitat, *deciſ.* 89. *num.* 8.
Irregularitas non modo contrahitur vbi eſt expreſſa, ſed etiam vbi de ea dubitatur, *deciſ.* 89. *num.* 9.
Declar. procedere in foro conſcientiæ, ſecus in foro exteriori, & contentioſo *n.* 10.
Declar. 2. quod in dubio Iuris an irregularitas ſit impoſita, non eſt quis cenſendus irregularis *num.* 11.
Et practicè depoſito dubio non tenetur quis ſe pro irregulari genere, *ibidem num.* 12.
Irregularitas in dubio Iuris nec in foro externo, neque interno inducitur, *deciſ.* 89. *numer.* 13.
In dubio facti ſi agatur de homicidio debet quis ſe pro irregulari gerere internè, & externè, *ibidem n.* 14. & 15.
Secus ſi agatur de mutilatione *n.* 16.
In alio verò dubio facti referuntur Doctorum ſententiæ *n.* 17.
Amentes, & carentes vſu rationis ſunt Irregulares, inhabiles ad ordines, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *num.* 1.
Illiteratus eſt irregularis, *ibidem n.* 2.
Energumeni ſunt irregulares, & non ordinandi, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *n.* 3.
Neophytus eſt irregularis, & quando ordinari poſſit, & à Summo Pontifice diſpenſandus, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *n.* 4. & 5.
Laborantes morbo caduco an ſint irregulares *ibidem num.* 6.
Illegitimus eſt irregularis inhabilis ad ordines, & Beneficia, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *n.* 8. & 9.
Limit. ſi effectus fuerit legitimus per ſubſequens matrimonium, & quid ad beneficium de Iurepatronatus, *ibidem n.* 10. & 11.
Irregulares ex defectu libertatis, ſunt ſeruituti ſubiecti obligati ad ratiocinia, & qui ſint, & coniugati, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *num.* 20.
Irregularitas ex defectu ætatis ad ordines, & beneficia, quæ ſit, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *n.* 21.
Irregularitas contrahitur ex reiteratione baptiſmi, & in quibus caſibus non contrahatur, *deciſ.* 89. *adnot.* 1. *num.* 37. & 38.
Quodnam vitium, ſeu defectus corporis inducat irregularitatem, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *numer.* 1.
Inducitur ex carentia alicuius membri, & an, & quando hoc procedat, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *num.* 2.
Eunuchus, an & quando ſit irregularis, & Incapax ordinum, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 3. et 4.
Habens oculum alio grandiorem, vel careat lumine oculi dexteri, vel ſiniſtri, vel habeat in eis maculam, an & quando ſit irregularis, & quid de ſtylo Datariæ, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 5. & 24.
Inducitur irregularitas ex abſciſſione naſi, & quid ſi habeat naſum diſtortum, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *num.* 6.
Irregularis eſt habens labia penitus corroſa, vel patiens defectum linguæ, ſecus ſi careat dentibus, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 7.
Surdus eſt irregularis, ſecus ſi vna tantum aure ſurdus ſit, & quid ſi careat auriculis, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 8.
Giboſus an, & quando ſit irregularis, *ibidem num.* 9.
Hermaphroditus an, & quando ſit irregularis *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 10.
Carens pede, vel indigens baculo eſt irregularis, *ibidem num.* 11.
Secus ſi tantum habeat crura diſtorta *n.* 25.
Carens indice, vel pollice, vel laborans debilitate digitorum eſt irregularis, ſecus ſi careat vngue, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 12.
Laborans morbo gallico, lepra, & ſcabie, an ſit irregularis, *ibidem n.* 13.
Patiens defectum notabilem in membris eſt irregularis, & quid ſi defectus ſuperueniat poſt receptos ordines, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *num.* 14.
Abſtemius eſt irregularis, *ibidem num.* 15.
In dubio irregularitas, an inducatur ex aliquo defectu relinquitur arbitrio ordinarii, *dec.* 89. *adnot.* 2. *n.* 16.
Modicus defectus an, & quando inducat irregularitatem, *ibidem n.* 17.
Modica debilitas, vel deformitas non inducit irregularitatem, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 18.
Vulnerans ſe ipſum ex indignatione non efficitur irregularis, niſi concurrat deformitas, vel debilitas, *ibidem num.* 19.
Ad Summum Pontificem pertinet diſpenſare in irregularitate proueniente, ex defectu, vel deformitate, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 20.
Epiſcopi iudicio relinquitur an defectus, vel deformitas inducat irregularitatem, *dec.* 89. *adnot.* 2. *num.* 21.
Diſpenſatio ſuper defectu quomodo concedatur ſi Orator ſit, vel abſit à Curia, *ibidem num.* 22.
Papa non diſpenſat ſi adſit magna deformitas,

tas, vel defectus, & Epiſcopus, non debet exequi literas diſpenſationis, *deciſ.* 89. *adn.* 2. *num.* 23.

Diſpenſatur facilius ſuper defectu oculi dexteri, quam ſiniſtri, *ibid. n.* 24.

Corporis deformitas, magis attenditur, quam defectus ad effectum obtinendi diſpenſationem, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 25.

Claudicatio an ſit diſpenſabilis relinquitur arbitrio Epiſcopi, *ibid. n.* 26.

Corporis defectus ſi non appareat non indiget diſpenſione, *deciſ.* 89. *adnot.* 2. *n.* 27.

Infamia iuris facit hominem irregularem, *dec.* 89. *adnot.* 3. *num.* 1.

Infamia iuris quid ſit, & quæ comprehendat, *ibidem num.* 2.

Irregularitas quando incurratur ex infamia facti, *deciſ.* 89. *adnot.* 3. *n.* 3.

Ad incurrendam infamiam facti delictum debet eſſe publicum, ſecus in infamia iuris, *ibidem num.* 4.

Publicitas criminis non inducit irregularitatem ſi annexam non habeat, *deciſ.* 89. *adnot.* 3. *num.* 5.

Hæretici, Apoſtatæ, eiuſque fautores ſunt irregulares, *deciſ.* 89. *adnot.* 3. *n.* 13.

Filij hereticorum ſunt irregulares per lineam Paternam, vſque ad ſecundam generationem per lineam maternam vſque ad primam, *dec.* 89. *adnot.* 3. *n.* 15. & declaratur.

Suſpectus de hæreſi donec purgauerit ſuſpicionem eſt irregularis, *ibidem num.* 17.

Sciſmatici an ſint irregulares, *deciſ.* 89. *adnot.* 3. *num.* 25.

Infidelis, qui in infidelitate ſępius contraxit matrimonium ſuſcepto babtiſmo remanet irregularis, *dec.* 89. *adnot.* 4. *n.* 15.

Per bigamiam an, & quando contrahatur irregularitas, vide *Bigamia*.

Irregularitas regulariter ex voluntario homicidio incurritur, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 1.

Irregularis efficitur ſi vulneratus non lethaliter ex mala cura decedat, *ibidem n.* 3.

Incurritur etiam ſi occiſus ſit paganus, Iudæus, fur, & excommunicatus, *dec.* 89. *adnot.* 5. *num.* 4.

Incurritur, qui aliquid dicit aut facit ex pietate, ſi mors acceleretur, *ibidem n.* 5.

Incurritur à dante operam rei licitæ ſi homicidium ſequatur ex non adhibita diligentia, *dec.* 89. *adnot.* 5. *n.* 6.

Ex homicidio caſuali quando incurratur. *ibid. n.* 7. 14. & 16.

Præceptor ſi corrigendo diſcipulum ſequatur mors, quando incurrat irregularitatem, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 8.

Pulſans campanam ſi cadendo aliquem occidat, quando incurrat irregularitatem, *dec.* 89. *adnot.* 5. *n.* 9.

Incurritur ab eo, qui dans operam rei illicitæ præter intentionem aliquem occidat, *ibidem num.* 10.

Declara vt in *n.* 11. 12. *et* 13.

Non incurritur ex caſuali homicidio ſecuto ex culpa leui, ſecus ſi ex lata, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *num.* 18.

Et irregularitas impedit ordines ſuſcipiendos, & ſuſceptorum exercitium, *ibidem num.* 19.

Ex ſuffocatione infantis Parentes quando incurrant irregularitatem, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *numer.* 20.

Equo currens, ſi aliquem occidat, quando efficiatur irregularis, *ibidem n.* 21.

In venatione ſi aliquis occidatur, quando incurratur irregularitas, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *numer.* 22.

Pro vt etiam ex homicidio commiſſo in ludo *num.* 22.

Incurritur ex conſilio, auxilio, & mandato dato ad occidendum, *ibidem num.* 24 *et* 25.

Etiamſi mandatarius excedat fines mandati, *ibidem*.

Etiam ſi mandatarius ſinè conſilio eſſet facturus in dubio, ſecus ceſſante dubio, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 26.

Quid ſi re integra mandans reuocauerit mandatum, & conſulens conſilium *num.* 27.

Conſulens paratum ad occidendum, vt faceret minùs malum, & potiùs mutilet non fit irregularis, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 28.

Incurritur ab aſſiſtente armato homicidio, vel homicidam aſſocians, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 29.

Prout etiam ab eo, qui arma homicidæ accōmodat, *ibidem num.* 30.

Non incurritur ex ſola ratificatione homicidij, *ibidem num.* 31.

Committens, vel dans cauſam vt ſequatur abortus, quando efficiatur irregularis, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 32. *vſque ad* 35.

Præbens potionem ad inducendam ſterilitatem non efficitur irregularis, *ibid. n.* 36.

Medicus, Chirurgus, ſi eorum imperitia infirmus moriatur incurrunt irregularitatem, ſecus ſine culpa, *deciſ* 89. *adnot.* 5 *n.* 37. *et* 38.

Incurritur ex homicidio à pluribus commiſſo, licet quis occiderit incertus ſit, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 39.

Incurritur ab omnibus ex homicidio commiſſo in rixa, licet vnum vulnus ſit læthale, ſed ignoretur quis illum intulerit, ſi omnes vulnerauerunt, *ibidem n.* 40.

Ità etiam ſi moriatur ex multiplicitate vulnerum à pluribus illatorum, licet non læthalium, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 41.

Incurrit, qui potuit homicidium impedire, & non impediuit, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 42.

Ità etiam qui fameſcentem fame perire permitrit, *ibidem num.* 43.

Prout etiam ab eo, qui per reuelationem poterat impedire homicidium, *deciſ.* 89. *adn.* 5. *num.* 44.

Non incurritur ab homine non baptizato cōmittente homicidium, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *n.* 45.

Non incurritur à dormiente, & furioſo, ſecus ſi habeat dilùcida interualla, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *num.* 46.

Ab ebrio an, & quando incurratur, *ibidem num.* 47.

Non incurritur ex homicidio facto ad neceſſariam defenſionem, etiam ſi præuenerit, & non expectauerit prius percuti, *dec.* 89. *adn.* 5. *n.* 48. & 49.

mer-

Sufficit, quod ſit in periculo *num.*50.
Limit. ſi excedatur moderamen inculpatæ tutelæ *n.*51.
Et quid ſi ſe ſaluare effugiendo periculum euadere potuiſſet, *ibidem n.*52.
Limit. ſi ſe potuiſſet defendere cum minori læſione, *ibidem n.*53.
Irregularitas incurritur ab eo, qui occidit non pro ſuæ vitæ defenſione, ſed aliorum, *dec.*89. *adnot.* 5.*n.* 54.
Contrarium *num.*55.
Non incurritur ab occidente ſurem pro defenſione rerum ſuarum, *deciſ.* 89. *adnot.* 5. *num.* 56.
Contrarium *n.*57. Declar.vt *n.*58.
Pro defenſione ſui honoris, ſeu pro iniuria verbali, & reali, & ex interuallo quando incurratur irregularitas, *ibidem num.* 59.
Incurritur ab eo, qui clamat contra ſurem, vt capiatur, ſi captus decapitetur, ſecus ſi clamauerit propter ſui corporis periculum, *deciſ.*89.*adnot.*5.*n.*60.
Non incurritur ab eo, qui aliquem capi procurauerit propter delictum non capitale, ſi propter alia delicta ſuſpendatur, *deciſ.*89. *adnot.*5.*num.*61.
Irregularitas defectu lenitatis incurritur à Iudicibus, & alijs, qui ſe in criminalibus immiſcuerint, vndè ſecuta fuerunt vltima ſupplicia, *deciſ.* 89.*adnot.*5.*n.*63.
Irregularitas ex defectu lenitatis perfectæ diſpenſari non poteſt ab Epiſcopo, *ibidem numer.*64.
An incurratur ab hortantibus, & auxiliantibus condemnatum ad benè moriendum, *deciſ.* 89, *adnot.* 5.*n.*65.
Et ſi hæc irregularitas ſit ſecreta recurrendum eſt ad Sacram Pœnitentieriam, *ibidem numer.* 66.
Irregularitas incurritur propter membri mutilationem, *deciſ.*89.*adnot.*6.*n.*1.
Incurritur ab eo, qui ſe ipſum mutilat, ſiuè ob indignationem, ſiuè ad euitandum peccatum, *ibid. n.*2.
Incurritur ab eo, qui abſcindit maiorem membri partem, *deciſ.* 89. *adnot.*6.*n.*3.
Non incurritur ab abſcindente membrum, quod eſt tantum ad ornatum, & non habeat per ſe propriam, & diſtinctam operationem ab alijs, *ibidem n.* 5.
Contrarium *num.*6.
Non incurritur ab abſcindente auriculam, *ibidem n.*7. Contrarium *n.* 8.
Incurritur ab abſcindente mammillam alicuius fœminæ, *deciſ.* 89.*adnot.*6.*n.*9.
Irregularis non efficitur qui debilitat alterius membrum, *ibid.n.* 10. Limit. vt *n.* 11.
Nec efficitur irregularis, qui reddit aliquem cœcum, vel claudum abſque membri abſciſſione, *deciſ.*89.*adnot.*6.*n.*12.
Nec incurritur ex detruncatione membri aridi, ſecus ſi abſcindatur membrum vicinum, *ibidem num.*13.
Neque incurritur ex vulneribus illatis cum magna ſanguinis effuſione, *deciſ.* 89. *adnot.* 6. *num.*14.
Non incurritur ab eo, qui mutilat cadauer, etiam ſi mutilet per ignominiam, & indignationem, *ibid. n.* 15.
Contraria ſententia refertur, vbi quod etiam incurratur cauſa faciendi anathomiam, *deciſ.* 89.*adnot.*6.*num.*16.

I V D AE V S.

Iudæus maior annorum treſdecim, & fœminæ duodecim habentur pro maioribus ex lege Moyſis, *deciſ.*53.*adnot.*2.*n.*31.
Hæbrei Bancherij in Vrbe vigore capitulorum à Pontifice conceſſorum ignoranter recipientes res furatas an amittant pecuniam creditam, *deciſ.* 103.*num.*3.
Quando non habeant occaſionem dubitandi, quod res ſit aliena, *ibidem n.*5.
Poſsūt tutè mutuare ſuper pignoribus ad alios ſpectantibus, quæ reſtituere non tenentur, niſi reſtituta ſorte pincipali, *deciſ.* 103. *num.* 9.
In quibus caſibus tenentur perquirere domini conſenſum, vt tutè recipiant in pignus, res datas à non verò domino, *ibidem num.* 12. & 13.
Recipientes pignora cum ſchedula domini, ſi deregantur eſſe aliena tenentur reſtituere verò domino, reſtituto pretio, *deciſ.* 103. *numer.* 15.
Reliqua, vide in verbo *Furtum*.

IVDEX ECCLESIASTICVS.

Iudex Eccleſiaſticus eſt merus executor piarum diſpoſitionum priuatiuè quoad Iudicem laicum, *deciſ.*12.*adnot.*6.*n.* 1. *et* 6.
Et procedere poteſt executiuè iuris ordine non ſeruato, *deciſ.* 12. *adnot.* 6. *n.*2.
Iudex Eccleſiaſticus miſerabilibus perſonis ſubuenire tenetur, *dec.*12.*adnot.*6. *n.*18.
Iudex Eccleſiaſticus quo ad cognitionem cauſæ damni dati ab Eccleſiaſticis, ſeu ab eorum animalibus, & paſtoribus, vide in verb. *damnum datum*.
Quo ad cognitionem cauſæ Adulterij, vide in verb. *Adulterium*.
Quo ad cognitionem cauſæ matrimonialis, vide in verbo *Matrimonium quo ad forum*, & *cognitionem*.
Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere Iudicem ſecularem ſi de facto procedat in poſſeſſorio ſpirituali, *deciſ.*12. *adnot.*9.*n.* 15.
Ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere de clericatu, & habitu, & an Clericus gaudeat priuilegio fori, *deciſ.* 14. *nu.* 56. & in *adnot.* 1.*n.*8. vbi quod non debeat habere affectum ad defendendam propriam iuriſdictionem.
Et pendente iudicio ſuper hac controuerſia coram Eccleſiaſtico, iudex laicus ſuperſedere debet in fabricatione proceſſus, *deciſ.* 14. *adnot.*1.*num.*9.
Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere in pœna ſanguinis, *deciſ.*17.*n.*14.
Sed remittere debet ad iudicem ſæcularem. *num.*15.
Iudex Eccleſiaſticus vbi præuenit, & pro ſacrilegio condignam imponit pęnam, vel ritè abſoluit, iudex laicus non poteſt rurſus de-

linquentem punire, ſecùs ſi eſſet imponenda pęna ſanguinis, *dec. 17. ad not. 1. n. 13.*

Eccleſiaſticus eſt dignior in ijs, quæ ſunt mixti fori, *deciſ. 18. adnot. 1. n. 23.*

Iudex Eccleſiaſticus vbi præuenit poteſt procedere per cenſuras contra laicum non deſiſtentem, *deciſ. 17. adnot. 1. num. 28.*

Iudex Eccleſiaſticus non debet ſuum proceſſum communicari iudici laico, *deciſ. 17. adnot. 1. num. 40.*

Iudex Eccleſiaſticus non poteſt procedere contra laicum, vt in delictis ſibi communicet proceſſum per ipſum formatum. Etiam ſi cauſa ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, *deciſ. 17. adnot. 1. n. 41.*

In delictis mixti fori, in quibus non poteſt imponere pęnam condignam, non obſtante pęna ab eo irrogata, non poteſt impedire laicum, quin imponat pęnam condignam, *deciſ. 17. adnot. 5. num. 9.*

Vbi tamen poteſt imponere pęnam condignam, & reum ità condemnauit, vel abſoluit non poteſt amplius à iudice laico inquiri, *deciſ. 17. adnot 5. num. 10.*

Iudex Eccleſiaſticus non debet habere locum intra Chorum, *deciſ. 1. adnot. 11. num. 6.*

Non tenetur ſtare proceſſui facto à iudice ſæculari, *deciſ. 6. adnot. 6. n. 92.*

Nec cum eo tenetur iudicare, *ibd. num. 93.*

Nec facit fidem coram Iudice Eccleſiaſtico, *ibidem num. 94.*

Quoad laicos eſt incompetens. *deciſ. 12. num. 6.* præcipuè vbi non agitur in cauſis mixti fori, & Eccleſiaſticis *num. 7.*

Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam Iudicis laici ſecus è contra, *deciſ. 12. adnot. 2. num. 46. & 47.*

Ad Iudicem Eccleſiaſticũ olim omnes cauſæ deferebantur, *ibid. num. 44.*

Iuriſdictio Eccleſiaſtica de facili prorogatur *ibid. num 44.*

Iudex Eccleſiaſticos inter merè laicos ſi agatur de re merè prophana eſt incompetens, *dec. 12. adnot. 2. num. 49.*

Super dubio iuriſdictionis vti maior cognoſcere debet, *deciſ. 12. adnot. 2. num. 56.*

Iudex, cuius iuriſdictio negatur de iure cognoſcere poteſt an ſua ſit, *deciſ. 12. adnot. 2. num. 55.*

Iudex Eccleſiaſticus priuatiuè cognoſcere debet ſuper iurepatronatus laicorum, *deciſ. 12. adnot. 3. num. 19.*

Priuatiuè etiam cognoſcere debet ſuper poſſeſſorio ſpirituali, *ibid. num. 20.* Contrarium *n. 23. & 24.*

Ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere de quæſtione iuris ſuper re ſpirituali ſiuè principaliter, ſiuè incidenter agatur, reprobato *Bartolo* contrarium tenente, *deciſ. 12. adnot. 3. num. 38.*

Iudex Eccleſiaſticus reſpectu temporalium eſt incompetens, ſed non incapax, *deciſ. 12 adnot. 3. nu. 43.*

Ideò cognoſcere poteſt de cauſa temporali, quæ incidit, cum Eccleſiaſtica, vt de dote de alimentis, vbi agitur de cauſa matrimoniali, *deciſ. 12. adnot. 3. num. 44.*

Iudex Eccleſiaſticus, ſeu Eccleſia in primitiua Eccleſia ſiuè Clericis, ſiuè laicis ius reddebat. *deciſ. 12. adnot. 3. n. 53.*

Pro vt etiam in veteri teſtamento *num. 54.*

Iudex Eccleſiaſticus retinet habitu ſi non exercitio iuriſdictionem quo ad laicos, *deciſ. 12. adnot. 3. n. 55.*

Amplia etiam in terris Imperij *n. 58.*

Poteſt ſupplere negligentiam Iudicis ſæcularis, *ibidem num. 56.*

Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, tàm quo ad relaxationem iuramenti, quam quoad reſciſſionem contractus, *deciſ. 12. adnot. 4. nu. 12. & 14. & n. 15.*

Cauſæ temporales laicorum à iudice Eccleſiaſtico tractari poſſunt, quando qualitate aliqua religionis afficiuntur, *deciſ. 12. adnot. 4. nu. 13.*

Ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognitio cauſæ extractionis rerum vetitarum à laica poteſtate; an ſcilicet ſint perſonarum Eccleſiaſticarum, *deciſ. 17. adnot. 3. n. 23. & 24.*

Iudex Eccleſiaſticus poteſt imponere pœnam excommunicationis, licet laicus condemnanerit in delictis mixti fori, *deciſ. 17. adnot. 5 n. 15. & 16.*

Ità etiam ſi abſoluerit *n. 17.*

Iudex Eccleſiaſticus trahit etiam laicos, ſi cum Eccleſiaſticis concurrant ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter agatur, *deciſ. 32. n. 7.*

Clericus, & laicus ſi ſimul delinquant Eccleſiaſticus eſt omnium Iudex, *ibidem n. 8.*

Eccleſiaſticus eſt Iudex in cauſa immunitatis Eccleſiæ, *deciſ. 32. n. 9.*

Et Doctores tenentes eſſe mixti fori reprobantur *num. 10.*

Eſt Iudex vbi incidit quæſtio cuius ſit iuriſdictio, *deciſ. 32. n. 11.*

Iudex Eccleſiaſticus, & non laicus debet cognoſcere, an quis gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica. *deciſ. 142. n. 8.*

Iudex Eccleſiaſticus, tanquam dignior debet cognoſcere in dubio, an agatur de re Eccleſiaſtica, vel prophana citato Iudice ſæculari. *deciſ. 142. n. 9.*

Et pendente hac ſummaria cognitione, iudex ſæcularis debet ſe abſtinere ab vlteriori proceſſu *num. 10.*

Non tenetur iudicare cum proceſſu iudicis laici, *deciſ. 142. n. 11.*

IVDEX SAECVLARIS.

Iudex ſæcularis eſt competens in legatis ad pias cauſas, *deciſ. 12. adnot. 9. num. 3.* Ampl. vt *n. 5.*

Quo ad cognitionem cauſæ damni dati ab Eccleſiaſticis, ſeu ab eorum animalibus, & paſtoribus, vide in verbo *damnum datum.*

Quo ad cognitionem cauſę adulterij, an ſit competens, vide in verbo *Adulterium.*

Quo ad cognitionem cauſæ Matrimonialis, an ſit competens, vide in verbo *Matrimonium quo ad forum, & cognitionem.*

Iudex ſæcularis non poteſt ius reddere vbi agitur de priuilegio Ordinis, *deciſ. 14. adnot. 1. num. 2.*

Quan-

Quando poſſit deuenire ad Clerici capturam, vide in verbo *Clericus quoad carcerationem.*

Iudicibus, & Magiſtratibus honor eſt deferendus, *deciſ.14.adnot.4.n.40.*

Etiam ab exemplis *num.41.*

Iniuria Magiſtratibus, & Iudicibus illata quomodo puniatur, vide in verbo *Iniuria.*

Iudex in notorijs non allegatur ſuſpectus, *deciſ. 14.adnot.4.n.55.*

Iudex laicus examinans Clericum abſque coactione non incidit in excommunicationem, ſecus ſi examinaret vti principalem quo ad ſe, & vti teſtem quoad alios, *deciſ.14. adnot. 5. num.17.*

Iudex laicus ſi viſitet, & examinet Clericum à laico vulneratum quãdo incidat in excommunicationem, *ibidem n.18.*

Iudex omnia poteſt, quæ ad ſuam iuriſdictionem pertinent, *deciſ.17.num.25.*

Iudex criminalis incidenter poteſt cognoſcere de cauſa ciuili, *deciſ.17.adnot.1.n.53.*

Et iudex ciuilis incidenter de cauſa criminali, *ibid. num.54.*

Iudex laicus in terris Eccleſiæ eſt competens in cauſa alimentorum, *deciſ.17..adnot-1.n.60.*

Et Iudex ſæcularis poteſt dari tutorem Clerico minori actori litiganti in ſuo foro, *deciſ. 17. adnot.3.num.35.*

Declara procedere quoad vnam litem tantum, ſecus ad omnes cauſas, *ibidem num. 36.*

Poteſt citare Clericum debitorem pro confectione inuentarij, *deciſ. 17.adnot.3.n.37.*

Contrarium *num.38.*

Poteſt compellere Clericum ad reſtituendum depoſitum, ſi in ſuo Tribunali ſe obligauerit, *deciſ. 17.adnot.3.num.39.*

Contrarium *num.40.*

Declara, vt in *num.41.*

Iudex ſæcularis eſt competens in controuerſijs præcedentiæ, *deciſ.1.adnot.1.n.7.* Limit. de iure Concilij Tridentini, *num. 8.* Sublim. in prophanis, *num.9.*

Iudex nobilis humanus, ignobilis ſeuerus, *deciſ.1.adnot.12.n.10.*

Iudex laicus, an poſſit contra Clericos non ſoluentes collectas demandare executionem, *deciſ.6.adnot.1.n.51.*

Iudex ſæcularis pro fructibus ex re ſpirituali prouenientibus eſt competens, *deciſ.12.adnot.2. num.26.*

Iudex cuius iuriſdictio negatur, de iure cognoſcere poteſt, an ſua ſit, *deciſio 12. adnotat. 2. num.55.*

Iudex laicus non poteſt cognoſcere ſuper emphyteuſi Eccleſiaſtica, etiam inter ipſos emphyteutas, nec de dominio vtili penès laicos exiſtente, *deciſ.12.adnot.3.n.9.& n.13.* Contrarium, *n.14.*

Eſt incompetens in poſſeſſorio rei ſpiritualis, ſiuè adipiſcendæ, ſiuè retinendæ, ſiuè recuperandæ, *ibid.n.26.*

Prout etiam in beneficialibus, *deciſ.12.adnot.3. n.27.* Et in adipiſcenda poſſeſſione beneficij, *ibid.* Contrarium, *n.32.*

In beneficialibus nullam habet iuriſdictionem, *ibid. n.33.*

Limit. vbi concurrit beneplacitum Apoſtolicum, alias ſecus, & omnis conſuetudo in contrarium eſt damnata, & reprobata, *deciſ. 12.adnot.3. à n.13.vſque ad 37.*

Iudex laicus in cauſa temporali coram eo vertente, ſi incidat quæſtio iuris ſpiritualis ad Eccleſiaſticum remittere debet, *deciſ.12.adnot.3. num.39.*

Iudex incompetens ratione incidentiæ cognoſcere poteſt de articulo coram eo incidente, *deciſ.12.adnot.3.n.40.*

Limit. procedere vbi Iudex ſit tantum incompetens, ſecus ſi etiam ſit incapax, *ibid.n 41.*

Iudex laicus reſpectu ſpiritualium eſt incompetens, ſed non incapax, *deciſ.12.adnot.3.n.42.*

Iudex laicus ex priuilegio Apoſtolico procedere poteſt in cauſis Eccleſiaſticis, & inter Eccleſiaſticos, *deciſ.12.adnot.3.n.45.*

Poteſt etiam procedere ſi Iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia laico à Clerico turbato, *deciſ.12.adnot.3.n.46.* Contrarium, *n.47.*

Poteſt eſſe exequutor ſententię Iudicis Eccleſiaſtici, *deciſ.12.adnot.3.n.48.*

Tenetur pręſtare brachium Iudici Eccleſiaſtico, & cenſuris compelli poteſt, *deciſ.12. adnot. 3. n.49. & 50.*

Iuriſdictio ſæcularis, & eccleſiaſtica debent ſe ad inuicem adiuuare, *deciſio 12. adnotat. 3. num.51.*

Iudex laicus in incidenti poſſeſſorij ſpiritualis merè facti procedere poteſt, *deciſ.12.adnot.3. n.59.* Contrarium, *n.60.*

Limita primam opinionem procedere ſi factum ſit ab omni ſpiritualitate abſtractum, *ibid.n.61.*

Secus autem ſi cum facto ſit admixtum ius, & ità conciliantur ſupradictæ opiniones, *ibid.*

Limit. 2. vt Iudex laicus poſſit procedere in quæſtione facti ſuper poſſeſſorio eccleſiaſtico; ſi Iudex eccleſiaſticus non inhibeat; ſecus ſi inhibeat, *ibid. n.62.*

Limita 3. vt laicus ſit competens in cauſa facti articuli ſpiritualis ſi ſolum vertatur inter laicos, ſecus ſi inter clericos, vel inter eos, & laicos, *ibid.n.63.*

Limita 4. vt Iudex laicus procedere valeat in facto incidenti cauſæ ſpiritualis, ſi illa, vel nõ ſit mere ſpiritualis, vel aliquo modo cadere poteſt in laicis; ſecus in cauſis merè ſpiritualibus, & traduntur exempla, *ibid.n.64.*

Quæſtio iuris, & facti, quæ ſit, *deciſ.12. adnot.3. num.65.*

Eſt competens in cauſa cuiuſcumque poſſeſſorij ſpiritualis, *deciſ.12. adnot.9. n.12.* Contrarium, *n.14.*

Iudex laicus in cauſa poſſeſſorij rei ſpiritualis, beneficialis, & Eccleſiæ eſt competens ſecundum aliquorum ſententiam, *deciſ.17. adnot. 4. num.1.*

Declara procedere vbi agitur inter duos laicos, vel inter clericum actorem, & laicum reum, *ibid. n.2.*

Vel procedit dummodò cauſa poſſeſſorij nihil admixtum habeat proprietatis, *vidè n.3.*

Contrarium, & veriùs quod Iudex laicus non poſ-

poſſit cognoſcere ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis, *ibid.n.4.*
Cognoſcere tamen poteſt in cauſa poſſeſſorij beneficij retinendi, vel recuperandi, *deciſ.17. adnot.4.n.5.*
Iudex laicus, neque de conſenſu partium poteſt definire cauſas decimarum, *deciſ. 17. adnot. 4. num. 17.*
Poteſt tamen cognoſcere ſi decimæ concedantur per Pontificem Regibus, *ibid n.18.*
Vbi agitur de titulo ſpirituali incidenter etiam Iudex ſæcularis cognoſcere poteſt, *deciſ.17.adnot.4.n.22.*
Proût etiam vbi euidenter conſtaret de titulo vt non requiratur alia diſcuſſio Iudex ſæcularis poteſt eſſe competens, *ibid.n.23.*
Proût etiam vbi agitur, an decimæ ſint ſolutæ, *ibid.n.24.*
Et reliqua Iudex ſæcularis quoad decimas, vide in verbo *cauſa*, & verbo *decima*.
Condemnatus à Iudice ſæculari in delictis mixti fori non poteſt iterum condemnari ab Eccleſiaſtico, *deciſ.17.adnot.5.n.11.*
Limit. 1. ſi pęna impoſita à ſęculari Iudice eſſet minor illa, quæ ab eccleſiaſtico imponi poſſit. *ibid.n.12.*
Limit. 2. ſi Eccleſiaſticus procedere vellet ad pęnas ſpirituales, *ibid n.13.*
Iudex nulliter, & iniuſtè procedens cenſetur agere, vt priuatus, *deciſ.48. n.35.*
Prò actu, & geſtis à Iudice regulariter præſumitur, *deciſ.49. n.29.*
Declara vt præſumatur quoad iuſtitiam, ſecus quoad ordinem proceſſus, *ibid.n.30.*
Iudex laicus eſt incapax, & incompetens in cognitione cauſarum eccleſiaſticorum, licetiſi in eis laici intereſſe habeant, *deciſ.32.n.1.*
Ampl. procedere etiam conſentiente Epiſcopo, *ibid.n.2.*
Arbitrio Iudicis relinquuntur ea, quæ ſub certa lege à iure definita non ſunt, *deciſ. 60. adnot.3.n.19.*
Iudex laicus non poteſt Clericum ad ſuum Tribunal trahere, niſi poſt depoſitionem, excommunicationem, & anathematizationem, *deciſ.73.n.36.*
Index habet arbitrium pęnas à lege ſtatutas augendi, & minuendi, *deciſ.74.n.35.*
Iudex ſæcularis, an poſſit extrahere delinquentem ab Eccleſia petita, ſed non obtenta licentia ab Epiſcopo, *deciſ.87. n.29.*
Neque ex conſuetudine poteſt extrahere propria auctoritate è loco immuni, & in propriis carceribus retinere, donec diſcutiatur, an gaudere debeat immunitate, *ibid.n.31.*
Sed extractus retineri debet in carceribus Curię Epiſcopalis, *deciſ.87.n 30.*
Officiales, & Miniſtri iuſtitiæ tenentur ſcire, ea, quæ pertinent ad eorum officium, *deciſ. 87. adnot.2.n.16.*
Iudex laicus in materia immunitatis, & rei ſpiritualis tenetur ſtare reſolutioni factę à Iudice Eccleſiaſtico, *deciſ.142.n.12.*

IVDICIVM.

Subſtantialia iudicij ſeruari debent etiam ſi Iudex habeat facultatem iudicandi ſecundum conſcientiam, *deciſ. 85. numer. 15.*
Clauſula procedendi manu regia remittit ſolemnia, ſed non ſubſtantialia Iudicij, *deciſ.85. num.16.*

IVRAMENTVM.

Iuramentum non probatur per inſtrumentum factum, ſinè ſolemnitatibus, ſi ſtatutum præſumat dolo extortum, *deciſ.2.adnot.3.n.42.*
Iuramentum eſt perſonale, & ſoluitur morte iurantis, *deciſ.12.adnot.4.n.5.*
Tranſit ad hæredes iurantis, quo ad efficaciam, & contractus obſeruantiam, ſecus quoad periurium, *ibid. n.6.*
Hæres iurantis non indiget abſolutione à iuramento ad effectum agendi ad reſciſſionem contractus, *ibid.n.7.*
Iuramentum eſt quid ſpirituale, & laica poteſtas non poteſt circa idem diſponere, *deciſ.12. adnot.4.n.29.*
Iuramentum addit forum foro, *ibid.n.16.*
Non inducit obligationem niſi iuxta intenſionem promittentis, *deciſ.17.adnot.1 .n.74.*
Obſeruantia iuramenti in contractu appoſiti eſt mixti fori, *deciſ. 17.adnot.3.n.14.*
Limita procedere quoad principalem, qui iurauit, ſecus quoad hæredem. *ibid.n.15.*
Iuramenti vices quoad obſeruantiam contractus tranſeunt ad hæredem, ſecus quoad reatum periurij, *deciſ.17.adnot.3.n.16. & 17.*
Iuramentum quoad vinculum ſpiritualitatis eſt perſonale, *ibid.n.17.*
Vbi agitur de exonerando anima defuncti iurantis implorari poteſt officium Iudicis Eccleſiaſtici, etiam contra hæredem, *deciſ. 17. adnot3.n.18.*
Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus, *deciſ 23.n.16.*
Abſolutio a iuramento requiritur ad effectum agendi pro nullitate contractus, licet dolo extortum à ſtatuto præſumatur, *deciſ.53.adnot. 2. num.46.*
Periurus repellitur à limine iudicij, *ibid. n.47.*
Lim. ſi excipiat, vel inſtet pro manutentione, *ibid 48.*
Committens periurium per iram, an excuſetur à pęna ordinaria, *deciſ.86.adnot.1 .n.9.*
Iuramentum in litem datur vbi concurrit dolus rei conuenti, *deciſ.94.adnot.2.n.2.*
Datur contra cauponem pro rebus deficientibus in valiſia, *ibid. n.3.*
Limita 1. procedere ſi perſonæ qualitati fides adhiberi poſſit, *deciſ 94.adnot.2.n.4.*
Limita 2. ſi caupo reconſignet valiſiam clauſam prout conſignata fuit, *ibid.n.5.*
Limita 3. vt non detur contra cauponem, ſi conſtat à quo furtum commiſſum fuerit, *ibid.n.6.*
Limita 4. ſi valiſia caſu diſligari potuit, *deciſ.94. adnot.2.n.8.*
Limita 5. ſi probetur per teſtes, quod in valiſia non aderant res, quę ab Hoſpite prætenduntur, *ibid n.9.*
Sed in hoc caſu multum verſatur Iudicis arbitrium, *deciſ.94.adnot.2.n.10.*
Limita 6. vt deferatur ad effectum ciuiliter agendi, ſecus criminaliter, *dec.94.adnot. 2.n.11.*

Limi-

Limita 7. vt non detur in dolo præſumpto, *ibid. num.* 12. Contrarium, *num.* 13. Declara, *vt in num.* 14.
Limita 9. vt non detur ex præſumptionibus irreleuantibus non denotantibus dolum, *deciſ.* 94. *adnot.* 2. *n.* 15.
Iuramentum in litem non datur ſi non concurrat dolus, *ibid. n.* 16.
Datur pro damno paſſo contra ſubtrahentem, vel comburentem alienas ſcripturas, *deciſ.* 94. *adnot.* 2. *n.* 17.
Non defertur propter dolum in omittendo, *ibidem n.* 18.
Iuramentum, an inualidari poſſit per ſtatutum, non adhibitis ſolemnitatibus, vide in verbo *ſtatutum*.
Abſolutio à iuramento requiritur etiam ſi à ſtatuto cenſeatur nulliter præſtitum non ſeruatis ſolemnitatibus, *deciſ* 97. *adnot.* 2. *n.* 14.
Iuramentum de iure communi ſupplet defectum ſolemnitatum, curatoris, & iudicis, *ibid. n.* 15.
Reddit minorem maiorem, & validat contractum nullum defectu minoris ætatis, *deciſ.* 97. *adnot.* 2. *n.* 16. & 17.
Aſſertorium validat contractum ratione minoris ætatis, ſecus reſpectu ſolemnitatum. & impedit reſtitutionem in integrum, *deciſ.* 97. *adnot.* 2. *n.* 18.
Promiſſorium validat contractum celebratum à minore, ſed non ſupplet ſolemnitates, nec impedit reſtitutionem in integrum, *deciſ.* 97. *adnot.* 2. *n.* 20.
Confirmatorium validat contractum alias inualidum ob minorem ætatem, *deciſ.* 97. *adnot.* 2. *n.* 21.
Auth. Sacramenta puberum procedit, tam in pubere, quam proximo pubertati, *ibid. n.* 22.
Iuramentum impuberi, an deferri poſſit, *deciſ.* 97. *adnot.* 2. *n.* 23.
Debet ſeruari quando fieri poteſt ſine diſpendio æternæ ſalutis, *ibid. n.* 24.
Iuramentum ſortitur naturam actus, ſuper quo præſtatur, *deciſ.* 102. *n.* 5.
Interpoſitum ſuper contractu nullo per vim celebrato nihil operatur, *deciſ.* 102. *n.* 6.
Non ſupplet defectum conſenſus, *ibid. n.* 7.

IVRISDICTIO.

Iuriſdictio per frequentatos actus, & per conſuetudinem acquiritur, *deciſ.* 11. *n.* 13.
Prorogatio iuriſdictionis non debet in præiudicium tertij, *deciſ.* 12. *adnot.* 4. *n.* 19.
Vaſſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem in præiudicium Baronis, *deciſ* 12. *adnot.* 4. *n.* 20.
Præcipue ſi Baro habeat iuriſdictionem cum clauſula priuatiua, vel habeat merum, & mixtum imperium, *ibid. n.* 21.
Iuriſdictio conceſſa, cum mero, & mixto imperio, intelligitur priuatiuè conceſſa, & non cumulatiuè, *deciſ.* 12. *adnot.* 4. *n.* 22.
Laicus poteſt prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſecus in præiudicium Baronis, *deciſ.* 12. *adnot.* 4. *n.* 23.
Et ſine conſenſu Baronis poteſt per eundem inſtare ſibi cauſam remitti, *ibid. n.* 24.
Vndè Barones poſſunt cauere ne ſubditi iuriſdictionem alterius prorogent, *ibid. n.* 25.
Conceſſa iuriſdictione cenſetur etiam conceſſa ea, per quæ peruenitur ad illam, *deciſ.* 17. *num.* 24.
Iuriſdictionem non perdere vnicuique licet, *deciſ.* 1. *n.* 4.
Qualitas, quæ iuriſdictionem defert antè omnia probari debet, *deciſ.* 73. *n.* 33.
Iuriſdictionem vſurpans cum qualitate dignitatis, tenetur pena læſæ maieſtatis, *deciſ.* 77. *n.* 27.
Error communis cum titulo officialis putatiuo ſupplet iuriſdictionem, & tenent acta, *deciſ.* 84. *n.* 28. Et tenet diſpenſatio, *n.* 29.
Limit. quod *textus in l. Barbarius*, non procedat in ſpiritualibus, *n.* 30. & 31.
Limit. 2. vt procedat ſi error ſit in facto, ſecus ſi in iure, *n.* 32.
Iuriſdictio in Eccleſia ſolum per Iudicem Eccleſiaſticum exerceri poteſt; ſecus per Iudicem laicum, *deciſ.* 87. *n.* 21.

I V S.

Ad ius naturale, & commune omnia de facili reuertuntur, *deciſ.* 2. *n.* 44.
Ius Ciuile, vbi ius Canonicum aliter non diſponit ligat Clericos, ex approbatione Papæ, quæ non porrigitur ad leges, & ſtatuta poſtea lata, *deciſ.* 99. *adnot.* 1. *n.* 34.

IVS ACCRESCENDI.

Ius accreſcendi regulariter non habet locum in contractibus, *deciſ.* 4. *adnot.* 3. *n.* 2.
Ius accreſcendi habet locum in emphyteuſi paterna pro ſe, & filijs, *ibid. n.* 3.
Habet locum inter comprehenſos ſi emphyteuſis ab vno, & non à pluribus acquiſita fuerit, *deciſ.* 4 *adnot.* 3. *n.* 4.
Ius accreſcendi intrat quando conceſſio eſt facta duobus in ſolidum, *ibid. n.* 5.
Non inducitur ſtante verbo cuiuſcumque, *deciſ.* 4. *adnot.* 3. *n.* 10.
Habet locum ſi conuentum fuerit quod res ad Dominum non reuertatur, niſi poſt mortem omnium, *ibid. n.* 13.
Habet locum ſi conceſſio facta ſit per verbum diſtributiuum tribuens actum inſolidum, *ibid. num.* 11. & 12.
Amplia etiam ſi non fuerit adiectum verbum omnium, ſed fuerit dictum poſt mortem ipſorum reuertatur, *ibid. n.* 14.
Ius accreſcendi inducitur per pactum, quod res tranſeat de vno in alium, *deciſ.* 4. *adnot.* 3. *n.* 16.
Inducitur quoque ſtante clauſula, quod pars præmorientis ad ſuperſtitem deueniat, *ibid. n.* 17. Ampl. *vt in n.* 18.
Ius accreſcendi naſcitur ex coniunctione, *deciſ.* 8. *adnot.* 1. *n.* 14.

IVSPATRONATVS.

Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, ac etiam ad fœminas, *deciſ.* 1. *adnot.* 15. *n.* 17. & *n.* 18. & *deciſ.* 9. *n.* 17. & *deciſ.* 10. *adnot.* 3. *n.* 7. & 10.
Iuſpatronatus conceſſum pro maſculis, ipſis deficientibus tranſit ad fœminas, *deciſ.* 1. *adnot.* 15. *num.* 25.
Iuſpatronatus acquiritur fundatione, dotatione, & conſtructione, *deciſ.* 9. *n.* 3. & 6.

Fun-

Fundare Eccleſiam quando quis dicatur, *deciſ. 9. num.4.*
Eccleſiam conſtituere, vel dotare quando quis dicatur, *ibid.n.5.*
Ad acquirendum iuſpatronatus verba *Sac.Concilij Tridentini ex fundatione, & dotatione* ſunt accipienda diſiunctiue, *deciſ.9. n.7.*
Acquiritur à fundatore, dotante, vel conſtruente etiam ſi expreſſe non ſibi reſeruauerit, *deciſ.9.n.9.*
Non acquiritur præſtantibus tantum eleemoſinas, *deciſ.9.n.12.& 13.*
Acquiritur ex conſtructione, ſi ſufficienter Eccleſiam ædificauerit, *ibid.n.14.*
Deficiente familia effectiua acquiritur contentiuæ, *deciſ.9.n.18.*
Iuriſpatronatus pertinentia præſcribitur inter compatronos ſpatio 40.annorum, *deciſ.9.n.19.* Declara vt in *num.20.*
Iuſpatronatus ex fundatione, conſtructione, & dotatione quando acquiratur, *deciſ. 9. adnot.1.n.1.* Limit. *vt ibid.*
Plures fundum, vel dotem dantes, vel conſtruentes Eccleſiam efficiuntur patroni in ſolidum, *deciſ.9.adnot.1.n.2.* Ampl.vt in *n.3.*
Plures, ſi conueniunt æqualiter, vel inæqualiter ſufficientem dotem conſtituere omnes efficiuntur patroni in ſolidum, *deciſ.9. adnot.1. num.4.*
Iuſpatronatus, quoad ſe eſt indiuiſibile, quoad exercitium eſt diuiſibile, & apud hæredes reſidet pro rata, *deciſ.9.adnot.1.n.6.*
Iuſpatronatus acquiritur relinquenti domum pro conſtruenda Eccleſia ſi non indigeat conſtructione, alias erit patronus pro fundo dato *deciſ.9.adnot.1.n.7.*
Iuſpatronatus acquiritur Eccleſiæ, cuius eſt fundus, *deciſ.9.adnot.1.n.8.*
Eccleſia ſi ædificetur in fundo ſubiecto fideicommiſſo iuſpatronatus an acquiratur hæredi, vel fideicommiſſario, *deciſ.9. adnot.1. num.10. vſque ad 17.*
Iuſpatronatus ex fundi collatione non acquiritur niſi liberè tradatur, ſecus ſi cum reſeruatione canonis, *deciſ.9.adnot.1.n.18.* Contrarium *num.19.* Declara vt in *num.20.*
Ad acquirendum iuſpatronatus concurrere debet conſenſus Epiſcopi, *deciſ.9. adnot.1.n.21.*
Præſumitur interueniſſe ex curſu longi temporis, *ibid. num. 22.*
Et ſufficit quod interueniat ex poſt facto, *ibid. num.24.*
Et ſi plures dotauerint, vel dotem dederint, vel ædificauerint, qui tantum conſenſum obtinuerit, erit patronus, *ibid.nu.25.*
Non tamen ſufficit conſenſus Epiſcopi ſine dotatione, vel ædificatione, vel fundatione, *deciſ.9.adnot.1. num.26.*
Si Epiſcopus renuat conſenſum præſtare quid agendum, *ibid. n 27.*
Tenetur dictum conſenſum præſtare etiamſi in limine fundationis apponatur conditio contra ius, *ibid. n.28.*
Dos ad effectum acquirendi iuſpatronatus debet eſſe ſufficiens, & perpetua, *deciſ.9. adnot.2. n.1.* vide in verbo *Eccleſia quoad conſtructionem.*
Dotans Eccleſiam iam fundatam quomodo acquirat iuſpatronatus, *deciſ.9.adnot.2.n.7.*
Dotans Eccleſiam, quæ dotem in totum amiſit, acquirit iuſpatronatus, ſecus ſi ſuppleat dotem depauperatam, *deciſ.9.adnot.2. num.8.*
Dos ad effectum acquirendi iuſpatronatus conſtitui poteſt in re emphyteutica, *deciſ.9.adnot.2. num.12.*
Iuſpatronatus ex priuilegio in totum eſt reuocatum ex Concilio Tridentino, *deciſ.9. adnot.3. num.1.& adnot.4.n.5.*
Ampl. procedere etiamſi ſpectet ad titulatos, ſecus ſi ſit Regum, *ibid.n.2.*
Ampl. procedere etiamſi in priuilegio habeatur competere ex fundatione, & dotatione, *ibid. n.3.*
Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub regula de menſibus, *deciſ.9. adnot.3. num.4.*
Nec ſuffragatur immemorabilis, *num. 5.*
Limit. ſupradicta procedere reſpectu priuilegij ex cauſa lucratiua, ſecus ex cauſa onerosa, *ibid.n.6.*
Sublimit. procedere ſi in totum Eccleſia dotetur ſecus ſi pars dotis ſuppleatur, *num. 7.*
Iuſpatronatus cenſetur ex mero priuilegio, ſi dotis augumentum non præponderet gratiæ, & quid in dubio, *deciſ.9. adnot.3.num.8.*
Et quando præponderare dicatur, *num.9.* Declara vt in *num. 10.*
Iuſpatronatus ex augumento dotis ſubiacet diſpoſitioni Regulæ 8. Cancellariæ, *deciſ.9. adnot. 3.num. 11.& 13.*
Iuſpatronatus ex priuilegio non tollitur per regulam 8.Cancellariæ etiam per augumentum dotis, ſed tantum per eam derogatur iuri præſentandi pro illa vice, qua ſuccedit vacatio in menſe reſeruato, *deciſ.9.adnot.3.num.12.*
Limit. ſi augumentum eſſet notabile, vt ſi ad medietatem aſcenderet, tunc non ſubiaceret regulæ, *ibid. num. 14.*
Sed dictum augumentum eſt probandum de tempore reſeruationis, *ibid.num.15.*
Iuſpatronatus, vt ex dotatione acquiratur exigit dotem formalem, *deciſ.9.adnot.3.num.16.*
Ex augumento dotis quando acquiratur, *ibidem num.17.*
Augens dotem ad effectum acquirendi Iuſpatronatus debet expreſsè ſibi reſeruare, *deciſ.9. adnot.3.num.18.*
Non tamen acquiritur ex augumento dotis abſque beneplacito Apoſtolico, *ibid. num.19.*
Regulariter tamen ex augumento dotis non acquiritur, *ibid.num.20.*
Iuſpatronatus, vt ex redotatione acquiratur prima dos debet eſſe deperdita, *deciſ. 9. adnot. 9. num. 21.*
Iuſpatronatus ex præſcriptione, ſicuti ex priuilegio eſt ſublatum per Concilium Trident. *deciſ.9. adnot.3. n.22.*
A quadraginta annis citra reuideri poteſt ab Ordinario, *ibid. n. 23.* & ante quadraginta annos validum remanet, *num. 24.*
Sed antequam reuideatur patronus eſt manutenendus ad præſentandum, *ibid.num.25.*
Ex priuilegio Epiſcopi non acquiritur, *deciſ. 9. adnot.3.num.26.*

Ampl.

Ampl. etiam ſi patronus reperiatur in poſſeſſione per centum annos, *ibid. num.* 27. reliqua vide in verbo *Epiſcopus*.

Iuſpatronatus ex priuilegio, conſuetudine, & præſcriptione eſt ſublatum per Concilium Tridentinum, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 5.

Iuſpatronatus pertinet Clerico ratione bonorum patrimonialium non ſubiacet reſeruationibus, *ibid. num.* 23.

Si ſit merè laicale, vel mixtum pro æquali parte non vacat in Curia, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 7.

Et non cadit ſub reſeruationibus, *num.* 10.

In mixto ſi pars Eccleſiaſtica ſit potentior ſubijcitur regulis Cancellariæ, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *n.* 11.

Ad hoc vt nõ ſubiaceat regulis Cancellariæ debet eſſe ex fundatione, vel dotatione, vel conſtructione, *ibid. num.* 14.

Iuſpatronatus Eccleſiaſticum tanquam dignius trahit ad ſe laicale mixtum, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 13.

Eſt iuſtificandum ad formam Concilij Tridentini non obſtante quaſi poſſeſſione, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 15.

Quando ad effectum præſentandi ſufficiat ſola quaſi poſſeſſio, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 16.

Iuriſpatronatus laicalis collatio per dimiſſionem ex conſecutione alterius incompatibilis ſpectat ad Pontificem accedente patronorum conſenſu, *ibid. num.* 17.

Iuſpatronatus laicale ſi vacat in Curia, curare debet patronus præſentare, & Ordinarius inſtituere, & præuenire Pontificem, *deciſ.* 9. *adnot.* 4. *num.* 19.

Iuſpatronatus laicale ex dotatione, & fundatione ſemel approbatum præuia cauſæ cognitione non indiget alia iuſtificatione, *ibid. num.* 24.

Declara dummodo talis probatio facta ſit poſt Concilium, *num.* 25.

Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex enunciatiuis Ordinarij emiſſis in actu viſitationis, *deciſ.* 10. *num.* 26.

Inter perſonas priuatas probatur ex præſentationibus ſuum effectum ſortitis per ſpatium 40. annorum cum fama, *ibid. num.* 27. *adnot.* 1. *num.* 15.

Et quo ad perſonas priuatas Sacrũ Concilium Tridentinum nihil innouauit, *deciſ.* 10. *num.* 28. & in ſequenti, *adnot.* 1. *num.* 8. & 28.

Probatur ex inſtrumento fundationis, & dotationis, *ibid. num.* 29.

Probatur ex inſtitutione facta ab Ordinario ad præſentationem patroni, *deciſ.* 10. *num.* 29.

Præſumitur ex fundatione, & dotatione, niſi contrarium probetur, *ibidem num.* 30.

Ampl. præcipuè accedente obſeruantia ex ſubſecutis præſentationibus, *ibid. n.* 31.

Ampl. eo magis ſi de eo incidenter agatur, *ibid. n.* 32.

Probatur ex centenaria poſſeſſione ſi non agatur de familia potenti, *deciſ.* 10. *num.* 33.

Tempus centum annorum in materia iuriſpatronatus habet vim immemorabilis, & ſufficit etiam in terminis Concilij, *ibid. num.* 33.

Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex quaſi poſſeſſione præſentandi, *deciſ.* 10. *num.* 36.

Ex leui probatione iuſtificatur ſi de eo incidenter diſputari contigat, *ibid. num.* 37.

Iuſpatronatus de antiquo etiam coniecturis probatur, *deciſ.* 10. *num.* 38.

Eſt probandum iuxta formam Sacri Concilij Tridentini in Potentibus, in quibus præſumitur vſurpatio, *deciſ.* 10. *adnot.* 1. *num.* 1.

Amplia tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, *ibid. num.* 13. Et etiam ad effectum manutentionis, *ibid. num.* 35. & *num.* 86.

Amplia etiam in pauca vniuerſitate ob præſumptionem vſurpationis, *deciſ.* 10. *adnot.* 1. *num.* 3. & 51.

Præſumitur ex vſurpatione ſtante potentia perſonæ in loco beneficij, *ibid. num.* 4. & quomodo probetur hæc præſumptio, *num.* 5.

Præſumitur ex vſurpatione in eo, qui habet iuriſdictionem in loco beneficij, *deciſ.* 10. *adnot.* 1. *num.* 6.

